



LEXICON PHILOLOGICVM,

IN QVO


PRIMIGENIÆ VOCVM HEBRÆARVM, Græcarum, & Latinarum origines;

SVMMO INGENII ACVMINE
inuestigatæ ex Authoribus omni literatura peritissimis ac probatissimis.


A IOANNE FVNGERO, Frisio I. V. D.

OPVS OMNIBVS PERVTILE.





LVGDVNI,
Apud IOAN. ANTON. HVGVETAN,
& MARC. ANTON. RAVAVD.
M. DC. LVIII.





Ad beneuolum Lectorem.

EN tibi, beneuole Lector, Etymologicum, opus pro mediocri ingenij facultate elaboratum, in quo non ex classicis modo Auctoribus, Poëtis, Oratoribus & Historicis quibusdam, at sæpe etiam ex iure Ciuili, arte Medica & literis sacris ea in aciem produxi, quæ cognoscere hominis (opinor) est, non tantùm hærentis circa prima illa elementa siue cunabula, verum bonis quoque literis seriò addicti. In quo dum versor atque distineor, semper operam dedi; vt absurdis reiectis, amplecterer verisimilia, nullum iniuria grauarem, cuique deferrem suum iudicio (quantum potui) incorrupto. Si quando reiecta auctorum siue Maiorum gentium, siue Minorum sententia (in inquisitione enim veritatis nulla est personarum habenda ratio) placidè id ago & moderatè, non præposterè, superciliosè, aut cristis erectis, vt solent qui suis laudibus nimium indulgent. Antiquitates Romanas vbique multas in sua loca conieci, quò lucubratio hæc passim aliquid in occursum ferret lectu aut notatu dignum. Quod alphabeticum ordinem secutus sim, non autem singula in certas vocabulorum classes digesserim, Isidorum aut Varronem secutus, factum ea de caussa, vt vnicuique hic, quod forte requirere posset beneuolè & simpliciter offerrem. Potuissem quidem (fateor) insistere, atque adeo legere huius aut illius vestigia: Sed vt ab initio placuit hic ordo, ita cùm plusculum progressus essem, duxi eum non immutandum. Non malè itaque habebit, si hoc habitu & colore Pandoram hanc meam sine fastu, sine vermiculato & polymito apparatu in medium producam. Fateor item; Meum non est dicere cùm Flacco.

Exegi monumentum ære perennius,
Regalique situ pyramidum altius.

Etenim ἐκ μοισᾶ ἀγαθὸν κλέος ἔρχεται ἀνθρώποις, sicut Theocritus canit.

At probaudi nihilominus, quantum reor, vniuscuiusque conatus in hoc stadiorum studio, nec è vestigio damnanda, quæ forte aliorum censura non assecuta videntur summum decus & culmen. Quid, quòd materia hæc primo quidem aspectu simplicior sit. At si cortice detracta nucleum eximas, si non oscitanter singula perquiras, haud parum inde fructus redundare & redire posse comperies. Ideóque nec magni viri, Plato, Aristoteles, Cicero, Liuius, Virgilius, Varro, Isidorus, dum funiculum ad lapidem adaptant, etymis inquirendis operam impendere erubuerunt. Scribit & A. Gellius inter alia de Antistio Labeone libri 13. ca. 10. præter disciplinam iuris Ciuilis, ipsum cæterarum quoque bonarum artium non expertem fuisse. Nam, inquit, in Grammaticam ac Dialecticam, literasque antiquiores altioresque penetrauerat, eáque præcipuè scientia ad enodandos plerosque iuris laqueos vtebatur. Alios quoque Iurisconsultos originationibus vocum explicandis seriò deditos & occupatos fuisse, ex postliminij, possessionis, tutoris, & iniuriæ vocabulis constat. Prudenter quidẽ: Cùm vel teste Platone primi cõparandæ scientiæ gradus sint ὄνομα καὶ λόγος. Rectè etiam idem in Cratylo dictum censet τὸ ὄνομα παρὰ τὸ μαίεσθ' ὄν, à perquirendo scilicet quidnam sit illud, quod proponitur, id est, quænam eius natura & vis sit. Quo modo Festus τὸ nomen ἐτυμολογεῖ, quòd notam rem faciat nobis, quasi dixeris *noninem*. Cicero in Topicis non annotationum (vt malè nunc præ se ferunt Isidori exemplaria) verum notationem, quòd verba rerum sint notæ, vult appellatam. Sed & σύμβολον ab Aristot. 1. περὶ τῆς ἑρμηνείας nominatur, quæ vox Latinis itidem significat notam, quod rem quamque designet, vt ait Boëtius. Veriloquium alias appellans, fortè quòd ἔτυμον Græcis sit verum, oratio λόγος. Et quoniam nulla est ars, quin nominum enodationes originesque requirat, & inuestiget ad euitandam obscuritatem, decerpenda fuerunt ex omnibus, aut certè variis etyma diuersa, inque hunc librum velut in communem apothecam deponenda, ne maximè necessariis omissis, ac proinde supina quadam negligentia laborans velut in transcursu summis digitis hæc perstrinxisse ac demulsisse viderer Et si non eam inficias à multis & diuersis ingẽiis plura cumulari potuisse. Quemadmodũ etiam ex multiplici materia, hodie & ante multas ætates à veteribus feliciter tractata, liquidò constare potest, non in vnum omnes suas dotes effudisse Naturam. Vnus hoc altero illud dexterius tradidit & explicauit. Et quamquam nemini non certis locis aliquid defuit copiosius & felicius tractatum ab alio, probandus nihilominus fuit cuiusque

labor,

labor, cùm non vnus omnia animo complecti potuerit in hac imbecilli natura. Si ob eam caussam etiamnum aliquis abolenda censeat talium Scriptorum monumenta, age destinet eadem censura fornacalibus flāmis, quiquid hactenus fuit minus absolutum. Eliminet eadem ratione multa partim veterum, partim recentiorum Auctorum μνημεῖα, qui ita per extremum (quod fertur prouerbio) funem incedere nequiuerunt, Nemo iam amplius Aristotelem habeat aut legat. Neque vllus reponat in loculamentis Plinium, Liuium, Plutarchum, Ælianum, Pausaniam, Galenum, Iurisconsultorum Pandectas, aut quidquam aliud, eo quod multo plura ab aliis cumulari potuissent in eadem materia collimantibus eundem in scopum. Quod porro omnium vocum notationes non attulerim, verti etiā mihi vitio non posse crediderim, quod omnium rerum notationes non exstent. Vnde Isidorus *Origin. in lib. cap.* 28. Non omnia, inquit, nomina à veteribus secundum naturam sunt imposita. Sed & quædam secundum placitum, sicut & nos seruis, possessionibúsque interdum, secundum quod placet nostræ voluntati, nomina damus. Hinc est, quòd omnium nominum etymologiæ non reperiantur. Quia quædam non secundum qualitatem, qua genita sunt, sed iuxta arbitrium humanæ voluntatis vocabula acceperunt. Hæc ille. Præterea scire te velim subcesiuis horis laborem hunc qualemcunque creuisse, interposita quiete praxi & institutioni cùm scholasticæ, tum domesticæ, quo semper aliquid aggerem pro modulo meo in Reipublicæ vtilitatem, ὁ γὰρ φυγὼν μύλην, ἄλφιτα φεύγει, καὶ ὁ πηλὸς ἢν μὴ δαρῇ, κέραμος γίνεται. Tandem verò addito colophone & manu extrema contuli cum viris bonis & eruditis, velléntne mihi esse editionis auctores. Cumque singuli affirmarent non ésse illi inuidendam lucem, verecundè tandem obsecutus eorum iudiciis ex abdito in publicum eduxi, ratus tamen præter decorum oratoriam vestem hisce induere, quæ breuibus & accisè erant tractanda, nusquam interim nodum in scirpo quærens, nemini iniuriam inferens contra æqui & boni leges. Placuit ergo decerptis hinc inde floribus talem messem ex segete facere, id quod feliciter mihi cessurum spero, in quo omine vt desino, ita saluere, imò æternum valere te iubeo.

IN LEXICON PHILOLOGICVM. CL. V.

Ῥωμαϊκῆς γλώσσης προκατάρξεις εὖ διαγνῶναι
Τῶν παλαιῶν τε σοφοῖς καὶ πόνος ἔσκε νέοις.
Ἔξοχος ἐν πᾶσιν ΨΟΥΓΓΗΡΟΣ, πλείονα πάντων
Ἀξιόγνωστα ὁμοῦ κἀξιόπιστα γράφων.

Idem Latine.

NOminibus Latinis cognoscere quæ sit origo,
Multa olim doctis cura hodiéque fuit:
FVNGERVS *palmam hanc aufert priscísque, nouísque,*
Plura, magis scitu digna fideque, notans.

Aliud.

AD proprios reuocans Romana vocabula fontes
FVNGERVS, *linguæ fons nouus est Latiæ.*

I. B. Vulcainus

CL. V. D. IOANNI FVNGERO.

VEriloquos edens nobis FVNGERE *labores,*
Ductaque de primis nomina nominibus,
Grande opus aggrederis, magni post orsa Catonis,
Varronisque animum, Scaligerique manum,
Hos sed tempus edax, hominumque incuria fregit,
In te nil torpor, nil valet ira Croni.
Non tibi perpetuo congesta & parta labore
Eripient alij, publica fama tua est,
Iam quoque Vandalicos securus despicis ignes,
Non est Barbaries hæc metuenda tibi.
Sed quamdiu genium Phœbi, mentemque Catonis
Varronis pectus, Scaligerique animum
Cognoscet quisquam, tam diu tua nomina Musæ
Cantabunt Latiis condita Originibus,
Et super astra procul felici sidere vectus,
Contemnes Geticas Vandalicasque minas.

P. BERTIVS

IN LEXICON

IN LEXICON PHILOLOGICVM
D. D. IOANNIS FVNGERI I.V.D.
Præceptoris ac cognati sui Honorandissimi.

DVm formas teneram studiis, FVNGERE, iuuentam,
Cuius ego quondam pars quotacunque fui,
Gratulor & merito mihi, gratia, famaque nunquam
Respondere tuis vlla potest meritis.
Dum Latij retegis primæuos nominis ortus,
Nomen ab occasu protegis ecce tuum.

FESTVS HOMMIVS Frisius.

IN AVTHOREM HVIVS OPERIS.
EPIGRAMMA
D. TZOMERI FABRI Iurisconsulti

NAtura rebus, vnde tot facies nouæ,
Et mille discrepantium inuicem modis
Formæ alterantes, fecerit sagax simul
Impresseritque docta notas discriminum,
Quæ nuncupandis symbola mox iisdem forent
Siue Opificis adhuc maximi à manu calens,
Spiraminisque plenior Diui pater
Primus, latentis intuens caussas boni,
Rerum creatas modo primitias omine
Bene congruentis consecrarit nominis
Solertioris an anticipans mortalium
Vis ingenI, magister an Vsus artium,
Communis aut Necessitas promiscuæ
Viam indigentiæ secuta ingesserit
Meditata varias notionum formulas,
Quodcunque tandem est (neque fors eum locum
Sortita creditur) vnde natus vocibus
Affectus ille, qui notandæ tum rei
Pronuntiantis ore concinnus cadit:
Aut promus ille mysticus occultæ indolis,
Absconditasque virium caussas loquens,
Vsusue deriuatus à præsagio:
Certe vetus illa nobilior, atque impetus
Excelsioris cura dicendi emphases

Linguaque

Linguaque nuncupantis capere symbola,
Sonitus abessent quantulum bruti modis,
Tenuitque principum studia: Iuuit virum
Quodcunque facis sordidæ tersum lue
Elegantioris imbuere acredinis
Pectus fluento, vocum quoque scrutarier.
Momenta, & hoc palmarium arbitrarier.
Inde abditis à principiis arcessere:
Vbi omnium dum te labores contuor
Æquasse artificis gloria vnum indaginis,
Grater inuenta Præsidem nactus meæ
Mihi? Grater an amplius patriæ quod vspiam
Surgentis indolis? Cui dum impensius
Prodesse tot iam publicis curis studes
Perfectiori fœtu hoc ὀπότι λἴσματος
Confessionem, vt veriloquio rem eloquar,
Gaudentibus præsagij fide exprimis,
Facundia quantum aut triplicis, Artium, aut
Scientiarum nobili illa Laurea
Datum eminere singulis, te Dædale
Genio manus vnum omnium fungi vice.





ETYMOLOGICVM TRILINGVE,

EX HEBRÆIS, GRÆCIS, LATINIS AVCTORIBVS VARIIS, LONGO LABORE, ET ORDINE ALPHABETICO COLLECTVM.



Auctore

IOANNE FVNGERO Leouardiensi, Frisio:

Hac editione innumeris locis emendatum, & multis dictionum centurijs locupletatum.

A



ON modò Hebræorum, Græcorum, Latinorum, verùm etiam Chaldæorum, Arabum, Ægyptiorum, Phenicum, Samaritanorum, & aliorum populorum Orientalium, primæ literæ nota est. Sed Latinis tantũ illa nota litera est: Græcis ἄλφα dicitur, quòd à prima & principe Hebrçorum litera *Aleph*, vnico א designata mutuatur. Quamuis enim tria hæc elementa (quæ vnicam literam A indicãt nempe אלף sonent *aleph*, si quis tamen voluerit pro arbitrio alia subscribere, poterit ex tribus iisdem elementis componere ἄλφα. Grammatici nõnulli Ἄλφα, à verbo Ἀλφῶ deducunt, vel Ἀλφάνω, i. inuenio. Quidam ab Ἀλφάζω, excogito: quod perinde est. Sed contrà, ab *alpha*, vel *Aleph*, verba illa Græca deriuata esse dicere malim: quũ ante natos Græcos Hebrça lingua, cuius א prima est litera, ante & post diluuium exaudiretur. *Aleph* litera Hebræis. ita mansit vt apud alios populos paululum sit immutata, alii enim Olaph, Alaz, Elif, &c. pronũtiant: ita tamen vt primaria & linguarum antiquissima Hebræa perdurauerit in hũcvsque diem intacta. *Alpha* autem vnum est ex illis elementis quæ nomen suum apud omnes Grçcas dialectos. immutatum retinuerunt. Est indeclinabile, numeróque declarando adhibetur, & primũ significat, sicut Βῆτα secũdum, γάμμα tertium, itidémq; in cæteris. Ἀλφηστής, inuentor, excogitator: & generali epitheto homines Ἀλφησταὶ dicuntur, quòd artes & scientias excogitauerint atque inuenerint.

Vide *Aleph.*

A & Ω in apocalypsi,cap.1.8 11.& 21. 6.& 22.13.id est principium & finis,primus & vltimus, is ante quem nihil est, per quem factum est quicquid factum est quiq; et vt omnia intereant,superstes illis omnibus manet. Cur autem Christus primam & vltimam Græcorum potius quam Hebræorum vel Syrorum literam protulerit, Theologis meditandū relinquimus.

A A Græcis cum vario accētu interiectio admirantis, attoniti, perterrentis minātis & ridentis passim apud Poëtas & classicos auctores occurrit; vt Latinis sæpissimè, adiecta aspiratione vel t litera. Α῎ ἆ ἃ vel ridentis, vel saltem exultantis aduerbium,siue interiectio efficit nonnunquam apud poëtas.

A,ha exclamātis vox apud Ieremiam 1.6.& 14.13.Ezech.4.14 & 20.49.Lugētium item,Ioel.1.15.quæ voces apud alios populos receptæ sunt: Latinis Au, eheu, & eiusmodi voces vsurpantibus.

Aaron Mosis frater, & *montem cantici* designans, *nominis* auspicium trahit ab *Har monte* , & *ran cantauit*,quæ vox Hebræa, an Latinorum ranæ, clara voce coaxanti,occasionē dedisse ita nonnullis visum. Sed ineptè:nisi quis ex quolibet quidlibet fingere velit. *Ranā* Hebręis est clamare fortiter, siue hoc fiat in lætitiæ vel tristitiæ cantu Ranis ergo coaxātib. non propriè canentibus,quid cum Aharone?Sequimur potius eos qui Aharonem *montem*. Siue *virum montanum* : aut *docentem*,vel *concipientem*. ab *har*, monte, vel ab *harar*, concipere. vel à *zahar* docere, interpretantur. Vox est merè Hebræa,& cum aspiratione scribitur, *Aharon*. Græci Α᾽αρών. Summi huius sacerdotis pontificalis ornatus constabat ex *tunica byssina*, quæ talaris erat,arctè corpori adhærens.& strictis manicis:ex tunica hyacinthina pariter talari, colore eodem,& manicis strictis,ad extremam & imam oram, id est, ad pedes limbum habens purpureis , coccineis , & aureis tam floribus,quam gemmis distinctum, à quo duo & septuaginta aurea tintinnabula, aureáque mala dependebāt. His adde *Ephod*, elegans & absque manicis palliolum , quod septuaginta ἐπωμίδα verterunt , Aquila ἐπίραμμα, ambobus vtrinq; humeris solitū imponi, hiacinthoque, purpura, cocco, & auro contextum : Item duas tantæ magnitudinis gemmas auro inclusas, vt sena Patriarcharum nomina continerent insculpta, & cingulum seu latam zonam stamine byssino , floribus ac gemmis puniceis, purpureis , aureisque intertextam. Hęc ornamenta sequitur pannus amplitudine palmi in quadrum , distinctus iisdem,quibus Ephod, coloribus:annuli aurei quatuor,& cathenæ aureæ, cum tiara siue galero,vel infula,*vt alii volunt*, lineo scilicet palliolo sphæræ dimidiatæ figuram obtinente , & sacerdotibus omnibus communi.

Ordine autē magis perspicuo Aaraonis Sacerdotis antiqui sanctis vestibus & ornamentis : instructi,à capite ad pedes, exemplum ex descriptione Mosis addimus. In capite igitur 1.*Cidaris* siue tiara,cuius vox hebræa à verbo *tsanaph*, i.ambiuit & operiit, deducitur. Ambiebat enim & operiebat caput,eo ferè modo quo Orientalium incolarum Tiara. Ea linea siue byssina omnis erat,simplicissimæ candidissimæque albedinis. 2. Super ipsam, & è regione partis anterioris ipsius alligabatur cum vitta hyacinthina *Lamina* seu bractea *aurea* ex auro puro,hoc elogio insculpto,Sanctitas Ichoræ.3.super humeros *Amiculum*, siue ornamentum humerale , à lumbis ad summos humeros pertingens, Summi Sacerdotis tantum, quod alii *Superhumerale* vocāt,quatuor alas in quatuor extremitatibus habens ; quarum superiores super humeros flexæ pectorale catenulis aureis sustinebant, inferiores verò ad latera Sacerdotis flexæ per annullos inferiori pectoralis parti cōiungebantur. 4.*Balteus* Amiculum decenter

ter stringēs.5.*Lapides* duo pretiosi,quos alii Sardonychas,alii Onychinos dicut, humeralibus amiculi impositi, à quibus catenæ duæ vtrinque pendebant cum insculptis 12.nominibus filioru Israel.6. His catenis auri puri opere tortili pendebat Sacrum *pectorale* iudicii, seu iuris, quadratum,duplicatum,spithamę vnius tum longitudine, tum latitudine sua, in quo quatuor ordinibus duodecim pretiosi lapides inserti erant cum nominibus duodecim filiorum Israel. Annuli aurei quatuor pectoralis angulis aptati erant, vt amiculo commode iunctum maneret cum suis catenis & vittis hyacinthynis. Contextum autem erat ex auro, hyacintho, purpura & murice dibapho atque bysso internexo opere artificiosissimo.7. Sub Pectorali & Amiculo apparebat *Tunica* Superior, quã alii interpretãtur amiculi pallium. Hyacinthina tota erat:in cuius medio os fuit transmittendo Sacerdotis capiti aptatum, & limbus circumquaq;, ne laceraretur. In fimbriis erant mala granata hyacinthina, & purpurea, & coccinea dibapha circumquaque;& tintinnabula aurea circumquaq;,admixta.8. Sub illo pallio erat *Tunica Linea* vel xylina, sine stola, ad pedes Sacerdotis pertingens. 9.Gestabat Sacerdos sub illa tunica *Femoralia* linea ad tegendam carnem nudam, à Lumbis vsque ad ima femina. 10. Posita erant in sacro illo pectorali, iuris vel iudicii *Vrim & Tummim* (Illuminationes & perfectiones seu simplicitates) supra cor Sacerdotis coram Iehoua ingredientis. Quæ & qualia fuerint non constat.Et Sextum est non numerari inter ea quæ artificibus cõmissa sunt facienda, sed Mosi soli à Deo data, vt ea sacro pectorali inderet, prout fecisse legitur, Leuitic. 8.8 ac propterea nonnulli existimant Deum iussisse pectorale fieri duplicatum, Exod. 28 16. (vbi hæc omnia mystica,Christu eiusq; officium Sacerdotale depingentia, leguntur.) vt Vrim & Tummim intus reponerentur & ab vtraque parte laterẽt. Sed de his plus satis.

Abba,Syriaca vox agnoscit ἀναδίπλωσιν τȣ̃ *Ab*, quæ vocula patrem denotat Hebræis. Christus in precatione sua *Marci* 14.36. coniungit nomini patris, sicut & Paulus *Rom*.8.15.*& ad Galat*.4. 6.cum dicit, *Spiritum gementem in pectore nostro clamare Abba pater*.Reduplicationem vult Augustinus Syriacè & Græcè fieri,vt scriptura Deũ ad Syros & Græcos pertinere significet.Alii emphaticẽs id fieri docent, vt videlicet pii bis & perpetuò Deum patrem suum ingeminando inuocent, sicut facere solet tum gemitus ardor, tũ natura inuocationis Deum solicitantis : Quod & Erasmo probatur, *Rom*.8.

Sed quid fiet Marco,apud quẽ Christo etiam tribuitur Ἀββᾶ ὁ πατὴρ, qui tamen non sanè Græco,sed Syriaco sermone(& Syra interpretatio hodie *Abba abi*,id est, Abba, Pater mi, legit) est loquutus?videtur ergo nonnullis hæc ratio magis arguta quàm solida:ac potius existimant vt ὁ πατὴρ sit additum ab Euangelista, Syriacam vocem vt explicaret.*Abba Gr. Auus*, consonantiũ duarum in v digamma mutatione. Et Abba Syris Pater. Papa idem Egyptiis significat. Descendit ab hac voce, *Abbas*, summus monasterii gubernator, qui ætate,eruditione, & pietate vice patris alhis est, aut esse debet. Vt dignitatis vocabulum esse nonnulli velint. Neque magnopere repugno, cùm & eo modo vsurpetur vocabulum patris. At interim descendat à primitiuo *Ab*.à verbo, אבה *Aba*,id est velle, concupiscere,desiderare,acquiescere,vnde, אב *Ab*, voluntas, desiderium Hebræis, quibus etiã *Ab* id est,Pater, est etiã Prior, Antiquus, Primus Doctor, Dominus, Rector,magister;Denique Pater natura,ætate honore,cura,authoritate,fidei propagatione, Doctrina (vnde & filii Prophetarum eorum discipuli nominabantur)officio, inuentis, moribus:vnde illud

Iohann 8.44.vos ex patre Diabolo estis: & Ezech 16.3. pater tuus Amoræus. pro Patrono item. Vt vno verbo dicam, *ab* Hebr.tā late patet, quàm πατὴρ Græcis, & Latinis Parens & Pater. Græcis enim πατὴρ ἔργων, βίβλου, & bellum omnium pater vel parens dicitur, quòd miras rerum conuersiones pariat & efficiat. aliis linguis vox Patris metaphoricas illas significationes exhibet. Vide *Pater.* Quam in rem facit, quod Alciato *l. 1. C. de in ius voc.* ea vox partem significet, cui respondet in Nouella Iustiniani & *l. reddentes. C.de summa Trinitate.* ἀρχιμανδρίτης.Iam vero ab Abbate fit Abbatissa monialium antistes, quæ Nouellā 133. dicitur Iustiniano ἡγουμένη.Et consuetudinem appellādi hoc nomine cœnobiorum præfectos etiam Hieronymi ætate inoleuisse, docet ipsemet *4. in Matthæum libro.*

Abbadon vel potius Abaddon, Apocal.9.11. angelus Abyssi Græcè ἀπολλύων *perdens*, deducitur ab Hebræo אבר *abad*, perdidit, dissipauit, Hinc Grecè ἀπολλύω perdo,&φηδέω φήδω,perdo fœdo. Nam Abaddon iste est spiritus immundus & homicida.Eadem vox perditionem & interitum designat *Psalm.88.* 12.rem perditam,*Iobi 26.6.*

Abana, i. Lapideus vel ædificatio:siue,Pater, Obsecro nūc Damasci flumē 2.Reg.5.12.Aliis Amana.historicis Adonis vel Adonius Hebr אבנה.

Abacus, ἄβαξ mensæ excelsæ genus ad exponenda omnis generis vasa factū, ab Hebræo אבך *abac*, id est, eleuatus est.

Abelonii vel *Abeliani* hæretici memorantur ab Augustino epistola ad Quodvultdeum olim exstitisse in agro Hipponensi, nomine suo adoptato à filio Adæ Abelo. Viuere dicti sunt sub cōtinentiæ professione mares & fœminæ,ita vt debitum sibi muicem non persolnerent.Verum puerum & puellam adoptabant in eiusdem coniunctionis pacto successores suos futuros.

Abel,Hebr.הבל *Hebel*,Gr. Ἄβελ, Admi filius minor natu, à Caino fratre primogenito interfectus.Dictus*Hebel*,à matre Eua,i.vanitas, vilitas,nēpe vilior habitus respectu primogeniti, quē mater semen benedictum promissum putabat. Oritur hoc nomen à verbo הבל *Habal*,id est, vanus fuit, euanuit,viluit, vilis factus est. Cognationémque habet cum אבל *Abal*,id est,lugebat;& cū בהל *Bahal*, id est, exterritus est, item cum בלה *Bala*,i.vetustate corruptus est, & נבל Nabal, id est,emarcuit flauescendo, hæc enim significata omnia tendunt ad vanitatem.Hinc Lat.*Bulla*: vt homo est bulla,id est,vita eius est fluxa & caduca instar bullæ in mari. Item Gr. φαυλίζω vilipendo,φαυλίζομαι vileo,vilesco;φαῦλος vilis; vanus, homo nihili, contemtus.Et Lat.vileo,vilesco,vilis. Quū autem temporum progressu inter Adami posteros sacræ historiæ de creatione mundi & hominis, de Adami lapsu, instauratione,religione,liberis & posteris, à Mose scripta veritas, inter Caini ante diluuium & Noachi post diluuium posteros,non satis fideliter cōseruata, tandem euanuerit & in fabulas conuersa sit, mitis Satanæ artificiis, nonnulla de Abelis Sacrificio iam olim à profanis & impiis hominibus suggillato, libet addere, quæ viam aperient lectori, vt de tota Ethnicorum mythologia,per innumeros libros.qui hodie teruntur à multis, attentius cogitet, & iudicium ferre possit Docet Moses Genes. 4. Cainum primū obtulisse sacrificium Deo è frugibus terræ:Abelem verò eidem sacrificasse postea ex gregis sui primogenitis, cuius sacrificium fuerit Deo gratum,nō item Caini. Vnde inuidia commotus in Abelem fratrem Cainus, eum insidiosè interfecit. Sacrificium illud Ethnici repræsentarunt, scribentes Iouem & Prometheum Cęlo ano suo Sacrificium obtulisse,in quo Promethei potiores partes fuerunt, Iouis autem peiores. Nam addunt propterea Iouem in Pometheū excanduisse,eumque postea afflixisse, & misere

miserè ad tormēta ſæuiſſima môti Caucaſo affixiſſe & alligaſſe. Sic Homerus, Heſiodus, Æſchilus, Plato, Cecero, alii. vetuſtiſſimus Ethnicorū (qui Iones quáplurimos habuerunt) Iupiter fuit Cainus Moſis, vt in explicatione vocis Dii gentiū videre licet. Abel igitur fuit antiquiſſimus Prometheus. Nam vti Ioues multi ad antiquiſſimi illius imitationē dicti ſunt, ſic & Promethei, præſertim à Græcis (vt ex Pauſaniæ Lib 2. & 7. facilè colligi poteſt) qui vanitatis ambitionisque lue correpti res vetuſtiſſimas, maioribus notas, interpolarunt, veras obſcurarunt, vt ſuæ Genti vetuſtatē mundi omnem adſcriberent, & falsò. quorum errorem Chronologi quidam veteres & recentiores ſequuti Prometheum in annos aliquot poſt Noachi Diluuium reiecerunt; quum omnium conſenſu ille antiquiſſimo Ioui æqualis ętate ac tempore fuerit. eſto igitur hæc inter Prometheum & Abelem cōparatio. Abel cum Caino fratre ſimul vixit lōgo tempore, & vſquequo ab eodem interfectus eſt. Sic Iupiter & Prometheus vna ſimulq; floruerunt & conuerſati ſunt, Phurnuto lib. de Nat. Deor. teſte. Abel & Cain fratres erant: ſic Iupiter & Prometheus conſanguinei. Illi fuerunt primi homines, viri heroës & præſtātiſſimi: Iſti ab Græcis primi mortalium habiti ſunt, adeo vt cæteri homines à Prometheo ficti & ex luto formati dicantur: fueruntque hi duo viri illuſtres, atque heroës primi & ſummi. Iupiter & Prometheus inter ſe comparantur ab Ethnicis, tāquam coæui, & virtutibus pares, inquit Plato, 2. epiſt. ad dionyſium. Et vt Iupiter Deus à poſteris habitus eſt, ſic & Prometheus, teſte Heſiodo in Theogonia, cuius etiā ara augusta habita fuit in Attica, remanſitque Diutiſſime quemadmodum tradit Pauſan. lib. 1. Abel primus cum Caino fratre Sacrificauit Deo, fuitque hoc primum hominum ſacrificium: ſic Iupiter & Prometheus omnium primi Cælo ſacrificarunt. Abel primus animal mactauit & obtulit Deo: Sic Prometheus ille antiquiſſimus primus bouem mactauit Deo, Plinio teſte, lib. 7. cap. 56. Cainus propter ſacrificium inuidit fratri ſuo, quod potior gratiorq; Deo fuiſſet Abelis oblatio, proptereaque Abelē, ſemotis arbitris, in Oriente occidit: ſic Iupiter in communi ſacrificio (quod primum omnium fuit) inuidit Prometheo conſanguineo ſuo, quoniam in eo potiores Promethei partes fuerant, eumq; crudeliſſimè eam ob cauſam ad Orientem in monte Caucaſo, id eſt in ſolitudine, afflixit. Abelis ſacrificium idcirco Deo gratū apparuit, quòd cœlitus ignis delapſus illud conſumpſit: Prometheus poſt ſacrificium ſitum ignem de cælo rapuiſſe, quem hominibus poſtea contulit, ex veterum Ethnicorum traditione fertur. Ita Heſiodus & Hyginus in fabul cap. 66. & 144. quod Plato in Philebo interpretatur fuiſſe Dei in Prometheum ipſum munus, nō autem Promethei furtum. Ignis autem vſum & inuentionem in Græcia Pauſanias lib. 2. tribuit (ex recentiorum fabulis) Phoroneo. Hyginus præterea ſcribit Prometheum inſtituiſſe, vt in ſacrificiis pars victimæ Deo adoleretur, pars conuiuio reſeruaretur: id quod in veris ſacrificiis, & tunc etiam in Abelis ſacrificio obtinuit. In ſumma, conſtat ſacrificia rē eſſe antiquiſſimā, adeoq; & ipſis Arcadibus (qui primi mortalium habiti ſunt, & luna ipſa priores) vſurpatam: Hygin. cap. 66. & 274. Denique Prometheus dictus eſt Προμηθεὺς, non proprio nomine: ſed ita cognominatus, à fide & prudentia, quod res futuras præuideret: vti & Abel ex fide & proſpicientia futuri, atque in mundum venturi Meſſiæ ſacrificauit, proptereaq; Deo gratū ſacrificium obtuliſſe dicitur. Vnum obiici poteſt; nīmirum Abelē nullos reliquiſſe liberos; Prometheum autem plures. At Græci ea in re decepti ſunt æquiuocatione nominis, dum filios recentiſſimi neſciūt, cuius Promethei, vetuſtiſſimo illi temerè

& falso tribuunt, tempora confundentes. Nec Deucalio Thessalus Promethei primi filius fuit. Porrò Cainum prius ex terræ frugibus obtulisse sacrificium seu donum Deo, verum est: Abelem verò postea ex gregis sui primogenitis. Cuius veritatis hæc inter Ethnicos vestigia apparent: nempe, Quòd ipsimet scribunt primùm oblationes diis ex frugibus terræ factas & datas: postea verò victimas seu animalia eisdem oblata fuisse. Quòd vtrumque ex Ethnicorum scriptis probandum est. Ac primum quidem terræ fruges oblatas Deo fuisse docet Theophrastus, vt refert Theodoret. lib. de Græcanicis affectibus. Vnde vult eas frugum veluti spicarum tritici, florum, fructuum, arborũ oblationes, θυμιάματα, id est, odores & suffitus appellatas, non autẽ θυσίας, id est, sacrificia & mactationes. θυμίαμα enim ἀπὸ τοῦ θυμιᾶν id est, vaporem vel suffitum emittere, deducitur. Vnde & *Thus* Latinis, quòd sit suffimentum, odore, dum adoletur, gratissimum. *Sacrificium* autem, vt ait Isidorus, dicitur quasi Sacrum factum, quòd prece mystica Deo consecretur. aut, vt malunt alii, à sacrum & facere, id est, mactare. Nec enim quæuis actio sacra sacrificium est: sed ea demum, in qua victima Deo fit, id est, iugulatur & mactatur. Sed ne in longiorẽ dissertationem incurramus, de oblationibus frugum & animalium consulat lector studiosus Platonem lib.6. & de legibus. Plutarch. Conuiual. quæst. lib. 1. cap. 5. Plinium in procemio lib.1. & lib.18 c.7. Isidorum, Festum, D. Augustin. lib. 10. Ciuit. Dei, cap. 26. Arnob. lib. 7. Cyrillum adu. Iulia. præterea quæ de sacrificiis suo loco dicuntur in hoc opere.

Abelmehula oppidum tribus Manasses cis Iordanem nomen habet ab *Abel* luxit, & *mehula* chorea. Nomina Hebrea pleraque, & huic Etymologico inserere omnia, non fert animus. Ea tantum relicta sunt, quæ in prioribus editionibus occurrũt: ne quis nos aliquid de Io. Fungeri consilio & labore detraxisse conquereretur.

Abies, ἐλάτη, appellata Isidoro, quòd prę ceteris arboribus longe eat, & in excelsum promineat. Natura eius terreni humoris expers, vt habile ac leue sit lignum fabricandisque nauibus accommodatum.

Abigail patris exsultatio, an non à voce *Ab*, & *Gail*, exsultatione?

Abigei Iurisconsultorum, sunt Oratorum abactores, ab abigendo dicti. Genus id furum olim in Hispania frequẽs, teste quoque Virgil. Georgic. 3. his verbis: *Aut impacatos a tergo horrebis Iberos*, id est, abactores, sicut interpretatur Seruius tandem subiiciens hæc verba: *Nam omnes fere Hispani acerrimi sunt abactores.* Talem Mercurium fuisse fingunt Poëtę: Talis Cacus boum Herculis abactor. Etymon vero nostrum confirmatum video ab Vlpiano *l. 1. ff. de abigeis. qui pecori*, inquit, *ex pascuis & armentis abigunt, propriè dicuntur abigei.* Iidem Grçcis ἀπελάται. Imperatores grauissimas in huiuscemodi fures pœnas statuerũt. Iustinianus enim in legibus Georgicis luminibus priuari (τυφλοῦσθαι) voluit, etiamsi tantummodo vnum bouem essent furati: Etenim bos vnus abactus efficit crimen abigeatus, vt respondit Callistratus *l. 1. tum ff de abig.* eiusque pœnam Adrianus esse voluit aut metallum, aut gladium. Mosaica lege, quæ legitur *Exodi 22* expiari non poterat hoc crimen, nisi restitutione quinque pecudum pro vna.

Abigere, Hebr. *Nadak*, quod etiam propellere & dispergere, atque errantem reddere significat; abigeorum propriũ. & *Nahag*, ducere, quod vigilanter prædam ducunt: & *Nasabab*, flatu impellere; isti enim velut flatu, nempe multa cum festinatione & cupiditate prædam abigunt & veluti flantes impellunt. Abactorem *Sebakats*, id est, Superbum, audacem, ad quoduis facinus audendum paratum, vocant Hebræi, vt & leoni etiam hoc nomen indunt, propter audaciam

ciam in præda faciẽda. Græcis Ἐλαύνω, Abigo, Expello, Stimulo, Incito, Exagito, Verbero, Pulſo, agito, quæ ſignificationes Abigeis mire conueniunt. Claudius Iuriſc. ſcribit, Quantitatem diſcernere furem ab abigeo: qui enim vnam ſuem ſurripuerit, vt fur coërcebitur; qui gregem, vt abigeus. Multò autẽ grauius ſupplicium à legibus in abigeos, quam in cæteros fures conſtitutum eſt: tum ob grauius damnum, tum quod fures ædibus noſtris poſſimus excludere, paſcua autem maiora ſint, quàm quę muro cingi poſſint. Quem Vlpianus Abigeum, Paulus lib. 5. ſent. cap. 18. Abactorem vocat. De pœnis Abigeorum addo. Circa abigeatũ lex diuina diſtinctione vſa eſt, Exod. 22. 1. 4. Aut enim pecus proximi abigebatur, aut occidebatur, aut vendebatur, pro boue vendito aut iugulato, abigeus pœna quintupli, pro parua pecude quadrupli mulctabatur. Si furtum in manu abigei viuum deprehẽderetur, viua duo reſtituebat. Cum enim animalia difficilius cuſtodiri, neque in arcis, cubiculis, vel ſtabulis etiam ſuis recludi ſemper queant, vt pecunia; ſed paſtum in latos campos agantur, grauiori pœna conſulitur eorum ſecuritati, quò magis periculo ſunt expoſita. Leges Romanæ Moſaicam non ſequuntur. Hæ enim furem manifeſtum, id eſt, qui ἐν αὐτοφώρῳ, & antequam rem furtiuam, quo deſtinauerat, pertulerit, vel perduxerit, eamque adhuc ſecũ habere deprehenſus fuerit, in quadruplum damnant: non manifeſtum in duplum: Moſaica, hunc contra in quadruplum damnat, illũ in duplum. Qui enim animal furto abactum occidere ſimul, aut vendere fuit auſus, in eo maior obſtinatio & obduratio ſe prodit, atque inueſtigandi ratio difficilior eſt, neque vllum reſipiſcentiæ ſignum aut ſpes apparet. Quare merito grauiorem pænam ſcelus duplicatum, imò triplicatum meretur.

Abimelech tantundẽ ac *pater meus rex*. Eſt enim *Abi pater meus*, *melech rex*. Nomen id inditum filio Ierubaalis, qui fratres ſuos ſeptuaginta numero omnes trucidauit, rerum ea ratione potitus in Iſraele, *Iudicum. 9.*

Abinadab vnde nomẽ accepit? A munificẽtia ſua. Eſt enim *nadab. ſ. meus liberales facere.* Hinc Abinadab, id eſt *pater meus munificus.* Nomen id inditum ei legimus, in cuius ædes illata fuit arca Domini, poſtquam ab hoſtibus eſſet reducta, Eleazaro filio ſanctificato in eiuſdem arcæ cuſtodiam, *Regum. 1. cap. 7.*

Aborigines gens antiquiſſima Italiæ, quæ prima tenuit agrum, qui nunc eſt populi Romani. ſub Saturno tantę iuſtitiæ rege, vt neque ſeruierit ſub eo quiſquam, nec priuatæ rei quidquam habuerit, vt apud Iuſtinum & alios legitur, quaſi *ſine origine* dicti. Liuius ſcribit *lib. 1.* ſub initium, hoſce Italię populos indigenas vna cum Troianis, qui cum Ænea in Italiam venerunt, vno nomine appellatos *Latinos.* Aliam à priori nominis originem tradit Dionyſius *Antiquit. 1.* cum eo modo dictos vult Græcis à ſedibus montanis. Etenim ὄρος eſt mons, eſtque Arcadicum montium habitatione delectati. Atqui à Gręcis oriundam hanc nationem exiſtimat idem. Stephano ἀβοριγῖνες dicti ſunt antiquiſſimi populi, qui primi tenuerunt agrum illum Romanũ, ita dicti, quaſi abſque origine & velut è terra nati. Poſſunt & aliarũ vrbium primi cultores Aborigines dici, vt Græcè Αὐτόχθονες, ac ſi ſint terrigenę. Iidẽ Grecè appellantur πρωτογονεῖς, id eſt, primogenitores, à quibus generis originẽ cæteri trahunt. Dicuntur & ἐγχώριοι, id eſt, indigenæ, ac ſi dicas eo loco nati.

Abraham Patriarcha primùm appellatus *Abram*, id eſt, *pater excelſus*. Inde verò mutato nomine ipſius ab Optimo Maximoque rerum parente Deo *Geneſ. 17.* dictus eſt *Abraham*, id eſt. *pater multitudinis excelſus*, cõflata voce ex *Ab-ram*, & *Hamon*, *multitudine.* Vt dicendum quidẽ foret, omnibus plenè cõpoſitis, *Abram Hamon.* Atqui, vt cacophonia euitetur,

exe

exteruntur hic literæ quædam, ſicut in aliis fieri ſolet nominibus, diciturque *Abraham*. Sed integrum ex prædicto capite locum, vel potius verba Dei continentia etymon nominis ſubiicio: *nec vltra vocabitur nomen tuum Abram ſed erit nomen tuum Abraham, quia patrem multarum gentium conſtitui te.* Placet hæc nominis originatio. Minus placēt, qui ab *Habar* deriuant, quod eſt Hebræis, tranſire. Siquidem Euphraten tranſiſſe legitur iuſſu diuino, relicta patris domo. Antequam enim tranſiret, dictus eſt *Abram*: A tranſitu vero *Hebræus*. Vnde Septuaginta non Abram Hebræum vertut, ſed Abram περάτην, id eſt, eum, qui traiicit ac penetrat. Spectant huc ea Theodoreti ἐγὼ οἶμαι ἑβραίους ὠνομασθῆναι, ἐκ τοῦ τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ ἀπὸ τῆς τῶν χαλδαίων χώρας εἰς τὴν παλαιστίνην ἐλθεῖν τὸν εὐφράτην ποταμὸν διαβάντα. ἑβρα γὰρ τῇ σύρων φωνῇ ὁ περάτης ὀνομάζεται.

Auguſtinus lib. 6. de Ciuit. Dei, cap. 3. tractans verba Moſis, Geneſ. 10. 21. vbi Sem vocatur pater omnium filiorum Heberi, Non fruſtra, inquit, in progenie Sem primus & ſolus nominatus eſt Heber. & prælatus eſt etiam filiis Sem, cum quintus nepos eius fuerit: niſi quia verum eſt quod traditur, Hebræos ex eo eſſe cognominatos, tanquam Heberæos. Cum & alia poſſit eſſe opinio, vt ex Abraham tanquam Abrahamei dicti eſſe videantur. Sed nimirum hoc verum eſt, quod ex Heber Heberæi appellati ſunt: ac deinde, vna detracta litera, Hebræi Quam linguam ſolus Iſraël populus potuit obtinere, in quo Dei ciuitas & in Sanctis peregrinata eſt & in omnibus Sacramentis adumbrata. Hæc Auguſtinus. Ergo Abram Hebræus ab *Heber* poſtero Semi patris omnium Hebræorum, non ab *Habar*, ſiue tranſitu. Mutatio & incrementum nominis (*Abram* pater excelſus vocatur: Abraham, pater multitudinis ſeu multarum, nempe gētium) teſſeræ fœderis, quod Deus cum illo pepigit, vice additur: vt nomen auctum admoneat non fore vnius familiæ patrem, ſed orituram illi progeniem ex immenſa multitudine præter communem naturæ modum. Ideo toties Dominus hanc promiſſionem inculcat: ipſa enim promiſſio nihil vulgare promitti admonet.

Abſalom, *id eſt Pater pacis*, per antiphraſin dictus eſt, vt Parcę, quod eminin parcant. Fuit enī filius ille Dauidis belli, ſeditioniſque fax omnis aduerſus patrē.

Abſceſ[illegible], Grçce ἀπόστημα, vel ἀπόστασις, ab abſcedendo ſiue diſtando nomen inuenit, quòd corpora in eo diſtent atque diſcedant, quæ prius ſe inuicem contingebant. Duo numerant abſceſſuum genera: Vnum cum, phlegmone in pus cōuerſa, pus ipſum velut in ſinu coctum hæret. Alterum, cum nulla prorſus præcedēte phlegmone, ab initio ſtatim humor aliquis coaceruatur. Huiuſmodi ſunt, *Atheroma*, lentum humorem pulti ſimilem (quæ Græcis eſt ἀθήρα) tunicæ cuidam neruoſæ vel membranæ includens: *Meliceris*, tenuem humorem ſimilem melli intus complectens: *Steatoma* humorē τῷ στέατι, id eſt, ſeuo vel potius adipi perſimilem incluſum habens: *Oedema*, laxus & mollis tumor, dolore vacans, quippe initium trahens ex pituita: *Empyema* quod nihil aliud quam flatuoſus eſt ſpiritus, alias ſub cute, alias ſub membranis collectus, quæ circumfunduntur oſſibus, aut viſcus aliquod amplectuntur. alij Empyema proprie pus inter thoracem & pulmonem effuſum eſſe dicunt. His adde ganglia, ſtrumas, carcinomata, ſcirrhos, de quibus ſuis in libris Medici, cùm veteres, tum neoterici.

Abyſſus immēſæ profunditatis vorago, Hebręis Tehom ab ἀ priuatiua, καὶ βυσσοῦ fundo, nomen arceſſit. vel παρὰ τὸ βύω, βύσω, βέβυσμαι, βέβυσαι vnde βυσσὸς καὶ ἄβυσσος, ὡς ἣν οὐδεὶς ἀσπεχεται διὰ τὸ βάθος: vel deniq; παρὰ τὸ βύω τὸ καλύπτω Ita Etymologicon magnum. Auguſtinus nō ſolùm de aqua dici Abyſſum, verum etiam

tiam de quauis humida natura, Apud Æschylum adiectiuè dicitur *ἄβυσσον πέλαγος*, id est, pelagus tam altum, vt fundo vacet, nec sine periculo nauigetur, sicut Euripides *ἀβύσσα χάσματα* dixit. In sacris literis accipitur metaphoricè pro imménsis calamitatibus, quibus obruimur: Item pro immensa Dei potentia & occultis eius iudiciis, *Psalm.36.* Itē, pro carcere seu loco damnatorum: Luc. 8.31.& Apocal.9. 1. &c. pro deiectionis & humiliationis intimo gradu. Rom. 10.7. pro terrarum ingenti tractu Amos.7.4. Hebræi etiam profunditatem aquarum *Tsula* nominant, à *Tsalal*, Obtegere, q. d. profundum aquis obtectum, vt agmine leni profunda fluunt flumina. Eodem nomine appellatum inuenio lacum,& Proserpinæ sacellum.

Academię nomen Athenis primum inclaruisse, apud omnes ferme autores conuenit: sed dubia controuersaque origine,& significatu vario. Etenim Græcorum alii ciuitatem, alii lauacrū, gymnasium alii interpretati sunt, prout ex diuersis fontibus putant ductum. Qui ciuitatem, hi Academiam, velut *ἀγὼν ἢ δὲ ἀγωγὴν τῶν δήμων*, id est, honoratam aliquam tribuum & familiarum collectionem atque conuentum composita voce dixerunt. Qui lauacrum (vt Hesychius autor est) appellauerunt nomine Academię, ij ex Hebræo fonte, *παρὰ τὸ καλεῖν, τὸ κοσμεῖν*, id est, ab ornando Academiam dici voluerunt, eo quod lotionis vsu corpora colerentur, fierentque elegātiora Atque hanc lauacri significationem duobus argumentis sibi visi sunt Attici confirmare; situ loci, & ritu illius Academiæ. Situ, quia lauacrū fuit prope vrbem cum nemore iunctū: Academiæ ritu, quia solebant studiosi iuuenes ex eo abluere, quum ad certos quosdam & legitimos studiorum gradus conscendissent. Qui autem pro gymnasio acceperunt, plerique omnes statuunt fuisse nomen impositum ex Academo, siue Hecademo, laudato viro. Hunc enim autorem fuisse tradunt Academiæ, eique de suo nomine, quum ex priuata possessione publicam faceret, studiorum causâ, indidisse nomen. Pausanias Atticis, *Extra vrbē, proxime herōū, virorūmque fortium sepulchra, est Academia: priuati olim hominis ager nunc gymnasium.* Laërtius Platone, *Reuersus Athenas Plato commorabatur in Academia. Est autem hoc gymnasium suburbanum, nemorosum, a quodam heroe, cui nomen fuit Academo, vel Hecademo, Dictum.* quod confirmat versibus Eupolidis & Timonis. Quam in sententiam item dixit Horatius, lib.2. epistolar. *Atque inter Syluas Academi quærere verum.* Sed aliquid amplius addamus, quod ad verum accedat, in Academiarum honorē & Academicorum iuuenum gratiam. *Cadmus*, vel potius *Kadmus*, Phænicium nomen est, ex Hebræa matre lingua ductum: & significat Antiquum, vel Anticum, vt promiscuè scribebant veteres: quemadmodum autē vocem *Anticus*, Latini olim, & Latinorū progenitores Tyrrheni, id est, Osci & Ethrusci, à Phænicibus orti vsurpabant; sic Phænices etiam appellationē Kadmi. Nam ab his Tyrrheni, & per hos Latini, vt filii nepotesque ab auis & maioribus suis, voces quamplurimas, vsum vero vniuersum linguarum suarum acceperunt Illis igitur Kadmus, his anticus vel antiquus dictus est quisquis tempore, situ, loco, ordine, dignitate, officio, vel actione & procuratione, antestabat cæteris. *Tempore*, vt quū Virgilius diceret, *Vrbs antiqua fuit; Tyrii tenuere coloni, Karthago*, &c. atq; hoc sensu Tullius eleganter Attico, lib.9. epist.11. *Tres (inquit) epistolas tuas accepi postridie Iduum: erant autem III. IIII. pridie Id. datæ. igitur antiquissimæ cuique primum responde-bo.* Et hæc de tempore *Situ*, aut *θέσει*, vt quum antica aut postica pars templi ex auguraculo designabatur: qua ratione veteres anticam, vt ait Verrius, pro ianua posuere. Atque hoc per literam c scribi *διανεγκτικῶς* iam vsus obtinet. *Loco*

b.

co, vt quum ea quæ ante nos sunt in cõspectu nostro volumus intelligi, & ortum Solis anticam cœli partem nominamus, quemadmodum Hebræi & Syri *Kadem*. *Ordine*, vt quum Principes in Senatu Rom. sententiam rogabantur, quẽ vocat Tullius, act. 5. in Verrẽ, *antiquiorem in Senatu sententiæ dicendæ locum*, & victores in ludis *antegerionem* (sic enim habetur in Glossario vetere) obtinere. Dignitate & pretio, vt est apud Virgilium, *Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi*: & narrat Cicero, *antiquiorem regi Deiotaro fuisse laudẽ & gloriam, quam regnum & possessiones suas*. Item, Officio dignitati coniuncto, vt quum in templis & sacris *Antistites*, in Academiis *Antecessores* dicerentur; nimirum quia officio placuit dignitatem & locum responderc. *Actione* denique & *procuratione*, vt quum homines aut etiam ordines alii aliis occurrunt, & fiunt quolibet cõgressu inter se obuiam: quomodo anteueniendi verbũ Latini vsurparũt: & Καδαμον hominem cœcum, qui in omnia incurrit & impingit obuia, dixerunt Salaminii. At Kadmum quidem illum, cuius historiæ frequenter meminerunt, nec à tempore Antiquum dici constat: nam fuerunt longè antiquiores alii. nec a situ & loco: nam magis Orientales alii, quam hic fuit, pariter in Græciam migrauerunt. ordine multò minus: nam ἀυθάδεις Græci homini extero nunquam fuissent concessuri, & in Illyricum deinde pulsus est Græcorum inuidia, vt narrant historici. Restat igitur, vt aut à dignitate officioque (vt credibile est) aut ab actionibus suis habuerit appellationem Kadmi. A dignitate igitur officioque cum dignitate iuncto, velut προεςῶτα, fuisse apud suos dictum, res ipsa loquitur, & præclaras actiones eius ex ordine consecutas. Kadmi enim hæc fuit dignitas, quod fuerit filius Agenoris Tyriorũ regis in Phœnice agro: officiũ, quod dux fuerit migrãtibus copiis a patre missis, quod opere & sermone omnibus præfuerit. Hunc verò autores alii Aegyptium, alii Milesium fuisse putant: alii diuersos fabulantur extitisse, sic innumeræ fabulæ ex hoc, velut ex equo Troiano & origine Cadmea prodierunt. Etenim Aegyptii hunc hominem sibi vindicare cupientes, a se prædicabant ortum. Ita enim Philo apud Eusebium, lib 1. præpar. Euãgel. cap. vlt. *Ex Misor* (Aegyptio) *genitus est Taautus qui primorum elementorũ scripturam inuenit, hunc Aegyptii Thooth, Alexandrini Thoth, Græci vero* Ἑρμῆν *Mercurium appellauerunt*. Eũdem sibi Libyes arrogant, Herculem appellantes. fuisse Tyrium Phœnices gloriantur, & fatentur Græci. Veruntamen hi, vt aliquid decipiant de Phœnicum laude, & vertant in rem suam, Cadmum alterum narrant fuisse, genere Milesium, qui primus oratione prosa condere instituit historiam. Omnes autem vnum & eundem fuisse fatentur Mercurium, qui literas Aegyptios & Græcos docuerit, quamuis diuersis appellationibus, & in Africam præterea detulerit. Hic ergo Hermes Græcorum, siue Mercurius, propterea *Kadmus* fuit nominatus, quòd quum literarum ornamento instructus esset, ab omnibus est princeps habitus dignitate officioque, & hominum congressus expoliuit humaniorum literarũ & studiorum adiumento. Atque hoc iã olim fuit Mercurii in Grecia epitheton, Varrone teste: ex quo Bœoti illum ὑποκορισικῶς dixerunt Καδμιλον, vt est apud Lycophronem. hic autẽ ipse, siue Kadmus sermone Phœnicio, siue Taautes vel Taautus Aegyptio, siue Lybico Hercules, siue Hermes & Cadmilus Græco pro sua sapientia, vbicunque locorum fuit, instituit literarum ludos, & homines ad vitam humaniorem & liberaliora studia reuocauit, fodinas lapidum metallorumq; ue, & conflaturam vt auri inuenit, & demonstrauit multis: exposuit denique congressuum, commerciorum, & negotiationum

commo

commoda nauigationibus. Quapropter etiam nauigium, comparatum ad nauigationes instrumentum, Hebræis & Syris appellatur *Thebæ*, quam Græci appellant πλοῖον: ex quo vrbes *Thebæ* apud Aegyptios & græcos dictæ, regio *Thebais*, & conjugata omnia. horum vero beneficiorum omnium vestigia passim remanserunt. Hinc enim *Cadmia* siue *Cadmia*, in re metallica & *Cadmius* dicta in gemmario genere. Inprimis autem nobilia & illustria rei literariæ documenta comparent in locorum appellationibus. Nam in Aegypto Heptanomorum regio atque Thebaica nomos *Chunuc-politen* (quem corrupte Cynopoliten dixerunt) *Hermopoliten*, *Heracleopoliten*, *Athenopoliten*, *Lycopoliten*, vel *Lyceopolitē*, *Hermounthiten* habuit: opida *Chenuc-polin*, vulgo Cynopolin dictam, *Hermopolin*, *Antæos*, *Lyceopolin* siue *Lycópolin*, *Heracleópolin*, *Hermium*, *Hermounthida*, & innumera id genus alia, ex aduentu & institutione Kadmi. Vt verò in Ioniã cōmigrauit, eam compleuit iisdem fermè nominibus. Mons Cadmus habitationi fuit, regio Lyconia gymnasia secundum flumen Lycum, Heraclea duplex: & ex Kadmilo per aphæresin Miletus dicta (vnde literæ Milesiæ, pro magicis & vicus eodem nomine quondam Bargilia, Milasia, quam Mylassam scribunt, mons Phœnix, & vicus eodem nomine, &c. vt in Africa *Libyphœnices* sub Karthagoniis, & opidū *Hermæa* dictum. Ex Ionia verò in Bœotiã processit Kadmus, vbi *Cadmēam* siue *Cadmiam* arcē Thebarum gymnasiũmque statuit, *Thebas*, *Tanagram*, *Gephyram*, pro eo quod est Cepheram, vel Cepharam, id est τελεστής, initiationis & purgationis locum: & [illegible]em *Ivconem* seu *Helyconem* non Helyconem, vt nuper a multis scribitur) [illegible] effecit. Postea Argiui Cadmeos, Bœoti Gephyræos Tanagrica sede ejecerunt. Itaque hi Athenas [illegible] terunt, id est [illegible] *d'μυς* [illegible] p[illegible] à quibus in ciuitatem recepti,

doctrinis quamplurimis, præsertim literarum studiis humanioribus coluerunt illam, vt Herodotus in Terpsichore narrat & confirmat luculentissime. Qua autem ratione Thebis in Bœotia gymnasium Kadméa siue Cadmia fuit appellatum, eadem quoque Athenis factum. Etenim à *Tanagreis*, id est, (si etymon spectes) παραδόσεις studiorum exponentibus in mediū hospitibus *Athenæ* dictæ sunt, vt sedes τῶν παραδόσεων doctrinarúmque omnium, & Ἀθήνα dea studiorum ficta. Minerua seu Pallas à Cadmeis vero Kadméa siue Kadmia appellata, locus studiorum à Gephyræis aduenis institutus. Est enim hæc prosthesis, a vel e, Cadmeo generi cum in Libya tum in Atthide vsitata Liby[illegible] & Afri [illegible] Estoam dicūt, *Stephanum* Estephanum, *Cholam* Acholam, *Tzephin*, *Aspin* opidū, & similia multa. Attici verò in eundem modū Θῆναι, Ἀθῆναι, Θῆναι Ἀθῆναι. Λυκῶνα Ελυκῶνα, Καδμίαν siue Καδμίαν, Ἀκαδημίαν vel Ἐκαδημίαν pronunriant. Est igitur proprie quidem Academia, σύστεμα vel coetus hominum exercentium studia literarum: & in iis se se occupantium: metonymicè vero locus vbi exercentur studia docendo discendoque. Nam quod Athenienses olim sui illi Academiæ specìatim hoc nomē arrogauerunt, & alii κατ' ἐξοχὴν ei tribuerunt; id ambitione illorum factum est, & horum ignoratione. Ambitio fuit Atheniensium, quòd qui αὐτόχθονες vel Aborigines semper in Græcia haberi voluerunt, ij gloriosa isthæc studiorum nomina suæ ipsorum genti ac soli vindicauerunt; & certas eorum origines plerasque de industria corruperunt, vt omnem scientiæ doctrinarumque laudem aliis præriperent. Nam etiam (quod longè fuit grauius, & factu indignissimum) eos [illegible] per quos profecerant, Gephyræos enim vel Cepheræos [illegible] iis ipsam Atthida literis ex[illegible] acerbissimis [illegible]

Herodoto: nec vnquam, nisi deleto ferme illorum nomine potuerunt cóquiescere, vt Dea ipsorum Pallas pro studiorum & humanitatis parente, ipsi verò pro germanis studiorum alumnis & administris soli haberentur. Sed illa insignis fuit in aliis gẽtibus ignoratio, quòd ex insciencia historię veteris, exterarũq; linguarum imperitia laborátes, id quodámodo cesserunt Atheniensibus, quod prius ad ipsos quàm ad Atheniẽses peruenerat. Cur enim Iones, cur Bœoti, parem laudem non fuissent assumturi sibi? Nempe maluerant ipsi Kadméos & Academias eijcere ex suis finibus, quàm exterorum ferre diu consuetudinem: illi verò *τυραννικώτερον* Kadmeis à Gephyra pro mancipijs abusi sunt, dignitatem verò scientiæ & gloriam Academiarum sibi reseruarunt. Sic iniuriam fecerunt Iones & Bœoti Cadméis semel; Athenienses eisdem semper, dum stetit ipsorum Respublica. Et hoc forte tasse nomine Atheniẽses ingeniis Bœotis illuserunt, & salso prouerbio vellicarunt aures Bœoticas. Quapropter Romani iure optimo (quorum maiores à Phœnicibus humana studia & politiores literas acceperant) Phœnicas suos *προγόνους* quodammodo vindicauerunt, & celebre illud nomen *Academiæ*, opus & gloriam ad posteros Phœnicum ab hostibus, id est, à Græcis ad gentem suá transtulerunt. Atque hoc pacto id consequutum est, quod poeta Claudianus scribit in panegyrico de Manlii Theodori consulatu; *In Latium spretis Academia migrat Athenis.*

Multo tempore post Cadmum Phenicem, quem temporib. Iudicum Israelitarum vixisse ferunt, principes philosophorum sectę duæ natæ sunt, è quibus reliquæ propagatæ. Vnam *Ionicam* dixére, alteram *Italicam*, vtráque ex locis in quibus floruit, nominatam. Ionicę princeps fuit Thales Milesius, qui tempore captiuitatis Babylonicæ floruit. Hic discipulos & successores habuit Anaximandrum, Anaximenem, Anaxagaram, Archelaum qui primus ex Ionia Athenas phylosophiã transtulit. Hic Magister fuit Socratis, cuius Plato discipulus, huius successor Speusippus, qui Xenocratem reliquit ille Polemonem, cui Crates & Crautor successerunt, qui omnes Academici dicti sunt, & veteris Academię principes. vt autem quæ de *Academia* & *Academicis* Græciæ subiicienda sunt gratiora & vtiliora sint legenti, quędam altius repetenda videntur. Philosophiam (primaria & maximè generali diuisione) triplicem constituunt eruditi, Dogmaticam, Academicam, Scepticam. *Dogmatica* est, quæ decreta & sentẽtias (id *δόγματα* Græcis) ponit, & adnuit aliquid abnuitque. *Academica*, quæ incerta omnia facit, aut quædam tãtùm probabilia, integrâ semper judicandi potestate. *Sceptica*, quæ ipsa illa probabilia tollit, nihil definiés, nec hoc ipsũ, Nihil definire. Quintuplex *Academia* à Sexto Empirico, & ante eum à Cicerone facta; *Vetus*, *Media*, *Noua*, *Philonia*, seu quarta, *Antiochea*, vel quinta. *Vetus* est, cui Socratẽ & Platonẽ auctores faciunt: à quib. illa *εἰς ἑκάτερα ἐπιχείρησις*, id est, instructio in vtramque partem disserendi manauit. Nam cum prisci omnes, Barbari, Pythagorici, Græcanici, ad id tempus, Physica, Mathematica, atque alia Philosophiæ tractassent tãtùm; & dogmata magis ratione, quam ratiocinatione vsi prompsissent; primus *Socrates* logicam excoluit & adhibuit, dissertationemque induxit, quasi explorationem veritatis. Itaque de se fatetur, apud Platonem variis locis, nulli alii, quam rationi, se credere: hanc non sermone longo, sed interrogationibus se reperire: ideóque fingi se officio velut obstetricis, & tentando rogandoque aliorum sententias, vt fœtum in lucem educere: Nihil se scire, neq; aliud quàm se ambigere, & alios reddere ambigentes: denique profiteri se vnum eorum qui libenter redarguerentur, paritérque

argue

arguerét. Verè *ἀπορηματικὸς* ſiue Academicus, ſed tamen cum modo: multa enim ponit aſſeritque, & rerum ſcientiã fatetur, earum certe quæ *νοητὰ* ſunt, id eſt ſub intellectum cadũt, ſicut opinionem in his quæ *αἰσθητὰ*, id eſt, ſenſu capienda. Hæc Speuſippus, Xenocrates, reliqua Platonis Schola tenuit, vſque ad Arceſilam: niſi quod Ariſtoteles aliquid mutauit de Idæis (quæ Platoni ſunt *τὰ νοητὰ*) & earum vicem vniuerſalia, quæ vocãtur, induxit. Atque iſta igitur vetus Academia, bono Iudicio dogmaticis acceſſenda, ſed temeritate aſſentiendi ſpretã, & cautione inducta. At *Media* illa iuit longius; quæ ducem Arceſilam habet, ignorantiæ (vt Lactantius ait Inſtit. lib. 3. cap. 6.) magiſtrum. Nam is turbator in bene adhuc conſtituta philoſophia exortus, Nihil ſciri adfirmauit, nec illud quidem ipſum, quod Socrates ſibi reliquiſſet. Itaque famoſam illam *ἐποχὴν* (aſſenſus retentionem) induxit, & dogmata nulla ipſe poſuit, & omnia aliorũ oppugnauit. Secuta eſt *Noua*, Carneade auctore, qui de Arceſilæ rigida illa & cõtra ſenſum omnem ac conſuetudinem pertinacia remiſit aliquid & laxauit. Nam ille *ἀκατάληπτα* quidem omnia poſuit, id eſt, Nihil percipi poſſe: ſed a rebus tamen verum falſumque nõ ſuſtulit; à nobis tãtùm *κριτήριον* ſiue artem iudicandi ac diſcernendi. Itaq; hac re ab Arceſila abiuit, negante verum aut falſum eſſe: itẽ aliã, quod & ſi aſſenſum retineret, non tamen probabile aliquid, aut contra, negabat: id eſt *πιθανὸν* non tollebat, Arceſilæ factum. *Quarta*, Philonis fuit, quem à Carneade, & eius diſcipulo, ſuo præceptore, Clitomacho, abiiſſe, Cicero aliiq; teſtantur: quã parte, haud ſatis liquet. Videtur tamen propius ad veterem & Platonicam acceſſiſſe, nec Epochen plene ſeruaſſe, cum ſapientem opinari non prohiberet. Sed & comprehendi quædam poſſe aiebat; etſi non Stoicã illa & certa Phantaſia, cui ſimilis alia obrepere non poſſit. *Quinta*, Antiochi, qui Philonis auditor, Euidentiæ ac Senſuum cauſam ſuſcepit, & re ad Stoicos acceſſit, Academici tamen nomine retento. Itaque Academiã Veterem viſus eſt inſtauraſſe, etſi de *κριτηρίῳ* cum Stoicis ſentiebat; imò (ait Cicero) ſi perpauca mutauiſſet, germaniſſimus Stoicus. Eius ſententiam totã, ex iis quæ Varro apud eundem Ciceronẽ diſſerit, eſt videre. *Sceptici* Superſunt quibus Pyrrho dux & auctor fuit. Eorum ſententia, Res ex æquo indifferẽtes incertas, iniudicabiles: ideo nec ſenſus, nec opiniones noſtras verum aut falſum dicere. Ergo nec ipſis fidem habendam, ſed opinationis expertes manere nos debere, ſine inclinatione, ſine motione, de quaque ſingula re dicentes Nõ magis eſt quàm non eſt, Non magis hoc quàm illud, Nihil definio, Omni rationi ratio oppoſita reperitur. Eſt non eſt, neque non eſt. Ex quibus facilè quid ſenſerint, aut potius nõ ſenſerint, diiudicare: cum propria illorũ affectio ſit *Ἀῤῥεψία*, nulla motio aut inclinatio in hanc illãue partem. Ex quo & *Ἀφασία* ſequitur, id eſt, nulla Dictio aut Affirmatio: cùm omnia æquali rationum pondere librẽtur. Itaque Scepticos videmus ab Academia Veteri & Noua diſſentire: a Media Arceſilę ægre abiũgas, & qui introſpexere verum Pyrrhonem illum adfirmarunt. Tamen Sextus Empiricus ſimilitudinem faſſus, aliquid differre in eo vult: quòd Arceſilas Epochen bonum eſſe dicat, malum Aſſentionem, idque ſecũdùm Naturam: Pyrrhoni minimè, ſed ſecundum id quod apparet. Et hæc quidem prolixe ſatis de *Academia* & Academicis.

Academiarum varia nomina, ad quatuor capita, perſonas, officia, loca, & adiuncta, referuntur, de quibus alphabeti ordine, quem hoc opus ſequitur agendũ erit: nempe Cœnobium, Collegiũ, Domus prophetarum, Lycæum, Synagoga, Aſceterium, Athenæum, Cynoſarges, Diatriba, Didaſcaliũ, domus doctrinæ,

Heracleum, Hermæum, Ludus, Maleterion, Museu, Phrontisterion, Schola, Studium, Gibha, Labratha, Monasteriũ Peripatus, Stoa. Amalthea, Gymnasiũ, Heracleum, Xystus.

Academici Philosophi, ex instituto magistri sui Platonis suas habuerunt disputationes in Academia, quæ alterum erat Athenis gymnasiũ, vel potius (*vt in Platonis vita scribit Laertius*) nemorosus in suburbio locus hoc nomine appellatus à quodã Academo, de quo prolixe in Academia vt aurea dictum. Et quidem Academię veteris princeps habetur Plato, mediæ Arcesilas, nouæ Lacydes, *vt idem refert in proœmio.* ἐποχὴν illi καὶ ἀκαταληψίαν sunt amplexi, etsi modestiores non promiscue omnibus sensui obuiis, sed tantu obscuris & subtili ratiocinatione indagandis rebus adhibuerint. Alioqui quænam absurditas postularet, vt lucernam aliquis sibi in meridie accendat? Contendere nihil sciri, aut omnia ignorari? Semper ἐπέχειν, καὶ μὴ καταλαμβάνειν? Effecit res ista, vt affirmaret Lactantius nihil in se habere certi Philosophorum doctrinã, & nihil veri: Eos sapiẽtiam professos exhibere stultitiam: Ciceronem ipsum à nullo vehemẽtius, quam a Cicerone refutari.

Acapna ligna ab α priuatiua dicta, & καπνὸς *fumo.* Siccata enim in furno, aut ad solem, aut vetustate, non edunt fumum, cum admouentur foco.

Accensi, milites, quorum Vegetius meminit *lib. 2.* quòd ad res necessarias accerserentur, sunt appellati. Hos alii *Adscriptitios*, alii *Optiones* vocant. Varro *lib. 3. de vita pop. Romani*, Accensos dictos iudicat, quod Decurionibus Centurionibusque accenserentur. Vult etiam eosdem esse [illegible] tentarios, quod quidem armis, quæ ferrentur, non tenerentur, depugnarent. Sunt & *Accensi* magistratuum ministri itidem ab acciendo siue vocando dicti, quorum *4. de lingua Latina* meminit. Con[illegible] enim iussu acciebant Quirites ad concionem instar præconis. Solitos etiam Accensos inclámare meridiem ostendi hoc Æl[illegible] versu Vbi primum Accensus clam[illegible]rit meridiem.

Festus Accensos scribit fuisse milites, qui in locum mortuorum subrogabantur, & ad accessum adsciebantur. Item, Adscriptitii inquit veluti quidã scripti dicebantur, qui supplẽdis legionibus adscribebantur: hos & accensos dicebant. Asconius autem sic habet, accensus est nomen ordinis & promotionis in militia: vt nunc dicitur princeps, vel commentariensis, aut cornicularius. Accensi & præconis officia in hoc conueniebant, quòd vterque ad imperium nutumque magistratus præsto esset: verum in hoc differebant, quòd præco in comitiis, concione, iudiciis, si quid pronuntiandum recitandumve esset alta voce recitabat: Accensus vero ad magistratum homines priuatos accersebat.

Acephalitæ seu Acephali, non inati hæretici, quòd essent *sine capite*, id est, Hæresis auctore. Capita aliquot Chalcedonensis concilii impugnabant, duarum in Christo naturarũ proprietatem negantes. Meminit eorum Isidorus *Etymolog. cap. 5.* Gratianus *cap. quidam autem q. 3.* Rusticus diaconus dialogo in lucem edito horum dogmata ex Eutychis hæresibus desumpta refellit. Acephali mihi Dicti videntur, quòd nemo videri vellet auctor & caput [illegible] erroris detestandi. N[illegible] propter damnatum Eutychen, nemo audebat hæresin profiteri aut aperte & expresse eam doctrinam prædicare: sed variis modis [illegible] eam renouabant. Ii etiam [illegible] dicti sunt: quia [illegible] confusionem fecerint.

Acceptilatio, quæ nihil aliud est Al[illegible]to, quam [illegible] vel potius imaginaria [illegible] eam interrogatione [illegible] utrique parti à n[illegible], a voce *acceptum* [illegible] tionem deriuat. Si enim vnus dicat, *Habesne acceptum quod per stipulationem tibi promisi, vel debui* Et alter

respon

respondeat, *Habeo, acceptúmque fero, acceptilatio facta censetur; atque acceptum ferre tantundem, atque fateri me accepisse.* Vlpianum vide ad *l. pluribus. ff. de acceptilat.* In genere sciendum, inutilem eam esse, quibus casibus mutuis fuisse nouatio, aut nihil egisse censetur.

Accola ab accolendo, Itaque non appellandus hoc nomine, qui domicilium habet in aliquo loco, sicut Accursius voluit, sed qui prope locum aliquem habitat, qualis Danubii vel Hæmi accola, & apud Virgilium *accola Vulturni.* Hebr. *Schaken* à verbo *schakan*, id est, iuxta habitare, & in vicinia commorari. Hebræorum magistri diuinam maiestatem *Schekina* vocant. quod suæ Ecclesiæ cohabitet & adsit vbique locorum præsens. Græci πάροικον dicunt, quòd prope aliorum domos habitet. Liuius lib 1. libr. primo. *Pastor accola eius loci nomine Cacus, &c.*

Acetabulum nomen vasis, cui infunditur acetum, inde ad mensuram translatum, & quidem ad imitationem Græcorum ab *aceto* nomen deducit. Nam illi ὀξύβαφον vocant. Liquidorum mensuram esse liquet ex compositione istius acopi, quod apud Celsum inscribitur ἐλαιώδης, & neruos lenat. Ait enim. *Huius aluterque ... acetabulum.* Cæsar Agricola capere acetabulum duas vnciæ... dimidium, sicut Quintilianus recipit quinque, Hemina decem, Cyathus sescunciam, drachmá, & scripulum, Sextarius ipse vnciis viginti. Eadem Gabeni mensura, qua quinam fiat vsu, haud satis constat: Nisi quod apud Hesychiu legas; γαβένα, ὀξύβαφα, κτει τρύβλια. Plinius *libro 9. cap. 3.* nominat Polypi acetabula sin calices, sinus brachiorum, quos Græci κοτυληδόνας vocant.

Et ita in corporibus humanis dicuntur pyxides quibus coxendices infiguntur, & circa quæ vertitur ossa coxarú. Acetabula sunt etiam præstigiatorum vascula sub quibus ... ad ... oculos perstringunt. ... a ... haberam quandam hoc nomine vocant, quam & Græci κοτυληδόνα, quod folia habeat concaua, & quodammodo in acetabuli formam tornata. Alio nomine vmbilicus Veneris dicitur. Hebr. *Kikaiō* quam vocé fere omnes interpretantur Scutellam: Alii conferunt cum verbo *Pakà*. id est, diducere, propter acetabuli capacitatem.

Achaia, ἀχαΐα Peloponnesi regio Ptolemæo, olim dicta ὠλενος & ἴας, *vt apud Diodoru legimus*, & αἰγίαλος, *vt apud Pausaniam*, ab Achæis nomen inuenit, quá gentem vult Strabo ex Thessalia ductá in Peloponnesum. Genti huic familiare fuisse, nutrire comam, docet Homerus, cum eos καρηκομόωντας vocat, id est, κομῶντας τὰ κάρηνα καὶ πολύτριχας. Allegabam Eusthatii verba ex Iliad. 2. ἔθος ἦν αὐτοῖς, inquit, κόμην τρέφειν. οὐ μόνον ἐς κάλλος ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ φοβερὸν, οὕτω γὰρ καὶ λέων χαιτήεις φοβερώτερος τοῦ μὴ χαίτην ἔχοντος. Solitos & illos ἁρματομαχεῖν χρωμένους δόρασιν, affirmat idé Iliad 16:

Acheron infernalis iuxta Poëtas fluuius, primus omnium mortuorum animas excipiens, cuius non tantùm Poëtæ, verum etiam in Phædone meminit Plato, ab α priuatiua, καὶ τοῦ χαίρειν, idest. *gaudendo*, deducit nomen: vel ἀπὸ τοῦ ῥεῖν ἄχεος, *quod fluat riuis molestiarú & luctuosis vndis*. Scribit enim Pausanias in Atticis, *... fuisse fluminis huius aquá, & eius alumnam albam fuisse populum sicut Oleaster fuit Alphei, populus nigra Eridani.* Ideo doctissimus Homeri interpres Iliad. 13 φασὶ γὰρ Ἡρακλέα ἐκεῖ διὰ τὸν Κέρβερον κατελθόντα καὶ ἰδόντα, καὶ φυτὸν, καὶ τῆς εὐφυΐας θαυμάσαντα στεφανώσασθαί τε καὶ ἀναγαγεῖν, καὶ ὅλῳ δόξαι ὡς ἀκαρπόν δὲ ἡ ἀχερωΐς τῷ ἄδῃ ἐνάκειται, διὸ καὶ ἰτέαι καὶ αἴγειροι τῆς περσεφόνης ὠλεσίκαρποι.

Cur autem Acheron primus excipit mortuorum animas? quia cùm morituri sunt homines, torpor quidam mentem animumque ita labefactat, vt propinqua mors facile esse sentiatur. tunc enim conscientia rerum que male gestarum

memoria animum pertubat: quæ palus Acherusia & molestissima est primùm trajicienda, vt Græci veteres finxerunt, in volucris istis mysteria mortis & vitæ constringentes & occulantes. Neque enim in hac vitæ peractæ inuestigatione potest animus non bene informatus non magnopere commoueri. Cereris autem siue terræ filius Acheron dicitur, quoniam vniuersa animi molestia aut perturbatio, aut ex acquirendarum aut seruandarum facultatum studio vt plurimum nascitur. Tradunt enim hunc fluuium Titanibus aduersus Iouem pugnantibus præbuisse; quoniam multæ iniquæ cogitationes aduersus sacra Dei mandata insurgunt, quas si animus diutius aluerit, à vera Dei lege desciscit, & in brutorum naturam, summam impietatem, fœdamque apostasiam delabitur. Vbi verò peccatrix anima serio resipiscens, omnem spem in Dei clementia & benignitate collocauerit, tū mœror ille dilabitur, & anima sursum elata lubens ad Dei thronum contendit. Fluuius hic insuauissimæ dicitur aquæ, quoniā vitæ nostræ ratio, diligenter expensa, multas habet insuauitates.

Achiles Thetidis & Pelei filius Græcorum omnium fortissimus, dictus videtur Nazianzeno ab α priuatiua, καὶ τοῦ χιλοῦ, *cibo*, quòd ceruorum tantùm medullis pastus & educatus sit a Chirone. Quod etymon Eustathius etiam mox principio Iliados inter alia refert his verbis: οἱ δὲ τῷ ἑνὶ λ. συνηγορήσαντες, ἀπὸ τοῦ ἄχος τοῖς ἰλιεῦσιν ἤγουν λύπην τ.ῖς τρωσὶν αὐτὸν γένεσθαι. ἢ ἀπὸ τοῦ στερητικοῦ καὶ τοῦ χιλὸς. ὅ ἐστιν ἐκ τῶν σπορίμων τροφή. οὐ γὰρ χιλῷ φασιν ἤτοι δημητριακῷ καρπῷ ἐτράφη ὁ ἥρως ἀλλὰ ζώων μυελοῖς ἐβρέφθη ἴσως δὲ καὶ ἀγρίων προβάτων κατὰ τὸν ἱππικὸν ἐκ κλοπίδων Ἀστυάνακτα Forte hinc est ποδάρκης καὶ πόδας ὠκὺς Homero. Alii respicientes ad fabulam Argonauticōn 4. ab Apollonio descriptam, ab α. priuatiua, & χείλεος *labro* nomen deducunt, quasi *sine labro hominem* dixeris, vepote exusto sub igni, eo quod non esset ambrosia perunctum, dum ille admodum infans lugeret. Dictus tamen propterea Pyrissous, vt ex hoc Agamestoris in Thetidem epithalamio cognosci potest:

πατρὶ φίλῳ δ' ὄνομα θῆκε πυρίσσοον· ἀλλ' ἀχιλῆα
πηλεὺς κίκλησκε, χείλεος εἵνεκά μιν
καόμενον ἀνὶ κόνῃ σποδιῇ ἐπὶ πῦρ ἀπάμερσε,
χείλεος ἀ.γομένου ἀπροφάτως ἐτέρου.

Sunt, qui etiam dictum volunt ἀπὸ τοῦ ἄχος λύειν id est, *soluendo dolorem*. Medicus enim fuit à Chirone medicinam veterem edoctus, quæ in herbarum cognitione tum temporis cōsistebat. Ab Homero nominatus est δῖος, χάριν ἀνδρίας, ait Eustathius, καὶ πτολίπορθος, id est, *vrbium expugnator*.

Iliados 16. velocissimos eidem equos tribuit:

τῷ δὲ καὶ αὐτομέδων, inquit, ὕπαγε ζυγὸν ὠκέας ἵππους,
ξάνθον καὶ βαλίον, τὼ ἅμα πνοιῇσι πετέσθην,
τοὺς ἔτεκε ζεφύρῳ ἀνέμῳ ἅρπυια ποδάργη
βοσκομένη λειμῶνι παρὰ ῥόον ὠκεανοῖο

Hos equos proprios sibi habuisse dicitur, sicut alcymbium, & hastam, quæ a Polo monte polias est dicta. De ea Homerus Iliad. τ.

ἐκ δ' ἄρα σύριγγος πατρώϊον ἐσπάσατ' ἔγχος
βριθὺ, μέγα, στιβαρὸν, τὸ μὲν οὐ δύνατ' ἄλλος ἀχαιῶν
πάλλειν, ἀλλά μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι ἀχιλλεύς.

Apollinem, qui habitus semper à Troianis inter ἀγωνίους θεὸς, interfecisse tandem Achillem vulnerato eius calcaneo, refert Quintus Calaber *lib.* 3.

Porrò vt Æneas apud Virgilium principis optimi, pacis bellique, artibus illustris ideam refert: longe antea Homerus Achillem in Iliade, Vlyssem in Odyssea, magni herois imaginē lectori depinxit.

Acidalia dicta Venus, quòd hominibus

bus iniciat curas, quas ἄκη nominant Græci, vel quod ἀκίδας *spicula* vocent, quæ vna cum arcu tribuuntur Cupidini. Vnde ἰοξάλκης dictus est Orpheo. Et Tibullus:

Sancte veni dapibus festis, sed pone sagittas,
Et procul ardentes hinc, precor, abde faces.

Acies exercitus, ferri, gladii, vel cuiuscunque alterius rei ab ἀκονᾶν vel ἀκονᾷν, quod est acuere nomen accepit.

* *Acies* in re militari, pro statione seu præsidio exercitus, vbi milites custodias agunt מַצָּב *Matsab*, & מַצָּבָה *Matsaba*, à verbo יָצַב *Iatsab*, stetit erectus, stetit dispositus, adstitit firmus, perstitit. Idem significat quod נָצַב *Natsab*, stetit instar statuæ in pedes erectæ: & cognationem habet cum צָבָא Tsaba, militauit, stetit in exercitu & ordine suo. Hinc per apocopen στάω, ἵστημι, ἵσταμαι, sto. Præterea acies militaris, iuxta quosdam סֵדֶר *Seder* id est, Ordo, series, dispositio dicitur: τάξις aciei ordo, pugnandi locus: τάξιν λιπεῖν, locum in acie deserere. Idem עֵרֶךְ *herec* significat, & militum in acie pugnantium turmas seu totum exercitum, à verbo *barac*, Ordinauit, disposuit, instruxit ordine iuxta æstimationem seu dignitatem & munus cuiusque à primo ad vltimum. Hinc rego, rectifico, & ὄρχατος, locus arboribus aut vitibus apto ordine consitus.

* *Acies* falcis, gladii, & similium quæ secant, cæsimque ac punctim feriunt & lædunt, צוּר *tsur*, a *sor*, quod inter varia in arctum & acutum reducere significat. Speciatim *tsur* petram quæ aciem habet angustam & acutam indicat. Et psal.89. 43. de acie gladii intelligitur.

* *Acies* oculorum γλήνη, κόρη, Cicero 2.de nat.Deor. Acies ipsa qua cernimus quæ pupula vocatur, ita parua est, &c. Virgil. Æneid. 12. Ardentes oculorum acies ad mœnia torsit. Acies animi, ingenii, mentis sæpius occurrit apud Ciceronem, qui & in Catilina 1a 2. dicit hebescere aciem authoritatis senatus patimur. Acies orationis in Plauti Epidico.

Acilia Calphurnia lex lata legitur anno 686. à M. Acilio Glabrione & C. Calpurnio Pisone Coss. vt, qui ambitus essent damnati, iis neque magistratum capere, neque in Senatum legi liceret & mulctarentur pecunia. Meminit eius Dio *lib.36.* vt & Cicero pro Murena, pro Cornelio, & in eam orationē Asconius. Exstitit & Acilia de repetundis, quæque comperendinationem cum ampliatione iussit esse sublatam, quæ vtraque rei potius caussa, quam accusatoris, esse videtur constituta.

Aconitum nominatum asserit Solinus ab Heracliensi portu Acone, vbi maximus eius prouentus, *teste Strabone lib.12.* Ascensius dictum vult in Senecæ Medea, quod inter cotes nascatur, quas Græci nominant ἀκόνας. Quippe loca amat petrosa. Approbare videtur originationem hanc Plinius *Natur. histor. lib. 27. cap 3. Nascitur*, inquit, *in nudis cautibus, quas ἀκόνας vocant:* nisi legere malis, *cotibus*. Quanquam & Ouidius cautem nominat Metamorphos. 8. cum inquit:
Quæ quia nascuntur dura viuacia caute,
Agrestes aconita vocant. Alii putant deriuari a Græco ἀκονίτι, absque puluere. quòd iuxta herbam nullus inueniatur puluis. Poëtę fabulantur natam ex Cerberi spumis. Caussa & origo fabulæ est, quòd prope Acherusiam specum, quæ inferorum credebatur porta, & qua Cerberus putabatur eductus, frequens illa conspecta fuerit. Quattuor eius genera recensentur: *Pardalianches*, vel myoctonon, quòd Pantheras, mures, & reliqua fere animalia occidat: *Thelyphonon*, quòd radix eius imposita seu extrinsecus adhibita fœminarum pudendis, imo quadrupedibus eius dem sexus, breui spatio interficiat. Reliqua duo genera communi nomine *Cynoctonon* & *Lycoctonon* dicuntur a Dioscoride.

Hebr. רֹאשׁ *Rosch*, in genere toxicum

& Speciatim de aconito dictum à nonnullis.

Acte dicta olim Attica ab Actæo, vt quibusdam videtur, aliis ab Actæone, sicut Attica ab Atthide Cranai filio. Rectius Strabo Græcam dictionem ἀκτὴν profert, vt pote, quæ nobis est *litus*, vt inde vitiato nomine, Attica sit dicta.

Actio, ab agendo. Varro 4. de lingu. Latin. Actio, quòd in agitatu est. Secundum Celsum nihil aliud est iure ciuili, quàm ius persequendi in iudicio, quod nobis debetur. Actionum diuisionem non subiicio, ne cornicum oculos configere velle videar. Satius erit eam petere ex Iurisconsultorum libris.

* *Actio*, conatus, studium, molimen, opus Hebr. עֲלִילָה *halila* dicitur & plurali numero *Mahalalim*. Sed obseruādū est, quum in actionibus humanis multa occurant inconsideratè admodum & deprauato mentis iudicio commissa, radicem huius vocis esse verbum עלל *halal*, quod significat, infantiliter loquutus est, insipiēter protulit quæ in cor ascenderunt, ausus & conatus est aliquid infantium more. Hinc עלל *holal* infans. Et certe actiones nostræ vt plurimum (vt alio nomine à verbo eodem desumpto vtar) sunt תעלולים *Tahalulim*, ludicræ, pueriles exercitationes, lusiones, ineptiæ. Quid sumus denique aliud quàm infantes? פעל *Pehal*, & *Pehula* etiam est actio, & opus absolutum, a verbo *Pahal*, Operatus est expoliendo aliquis, perpoliuit perfecit expolite. Hinc φαλύνω, & Lat polio, expolio, φαλιός, politus, splendidus.

Actus, itidem ab agendo, maximè si Comœdiæ vel Tragœdiæ partem intelligas, vt & Græcis τὸ δρᾶμα ἀπὸ τοῦ δρᾶν, eo quod οἱ δρῶντες μιμοῦνται quòd actores rem veram imitando efficiant. vt Aristoteles in poetica docet. Actus fabulæ quinque esse debere censet Horatius in arte poetica, astipulante Donato. Ait enim:

Neue minor, neu sit quinto productior actu

Fabula.

* Scaliger, poetices libro 1 cap. 1. Actus, inquit (de comœdia loquens) est dictus ab actionibus communibus: quia totum genus δραματικόν. est enim pars fabulæ, continens diuersas actiones pro diuersitate partiu. Denominati autē sunt ab ordine, qui numero quinario cōplectitur neq; enim plures pauciorésve qui nis esse conuenit. Distinguebantur autē interuentu cuiuspiam nouæ personæ olim. Postea sæpe aliter factum inuenias.

Etsi Cicero 1. ad Q. fratrem, tertium actum extremum facere videatur, & alii nonulli eruditi quatuor actibus instam fabulę magnitudinem expleri velint. Est & actus rustica seruitus non eiusdem quidem significationis, sed eiusdē verbi originem agnoscens.

Adagium dictum Festo, quod ad agēdum sit aptum: Aliis (*sed paulo ineptius*) quasi circumagium, quod circumferatur per hominū ora, aut potius circumagatur. Græce παροιμία dicitur, a παρὰ & οἶμος, id est, ὁδὸς, quasi *passim vagans per hominum ora*.

Adam generaliter significat hominem, vt Psalmo 94. *Deus nouit cogitationes Adam, id est, hominum*, specialiter verò protoplastum, *qui primus homo damnauit secula pomo*. deriuatur ab אדם *Adam*, rubuit. vel, אדמה, *Adama*, rubra terra, ex qua ille formatus fuit, sicut & *homo* ab humo Latinis, vel potius ἔρως à Græcis: est enim animal sociale Vide, *Homo*. Primo modo appellatiuum est nomen, altero propriū. Pertinet huc locus ille Genes. 1. faciamus Adam, id est, hominem. & mox, *Creauit deus Adam* id est, hominem) *ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit eum: marē & fœminam creauit eos*. Inde *Adduxit ad Adam omnia animalia*. Item, *Adduxit mulierem ad Adam*. Atque his vltimis locis propriū est nomen primi hominis. Interdum quoque significat corruptum & veterem hominem. Aliquando Christum Corinth. 15. 45. Vtque constet, potuisse Mosem

Mosem instrui à maioribus in creationis mundi rerumque aliarum descriptione, quas illi traditione longa inde ab Adam primo homine acceperant, en continuatam longo ordine annorum vitæ seriem à Deo. Nam primum hominem Adamū vidit Mathusalem. Ad hunc enim se vita eius porexit. At Mathusalem vidit Sem filium Noæ: Sem attigit ætatem Iacobi: Iacob ætatem Hamrę patris Mosis. Poterat ergo Moses accepisse à suo patre, quæ is audiuerat, Iacobum accepisse à Sem commemorante ea, quę Mathusalem viderat, & ab Adamo sibi tradita ad posteritatem trāsfuderat. Quoad Corpus igitur, Adam, Rufus, ruber, id est, è terra rubicunda vel subrufa, siue ex puluere terræ, vel puluis de humo creatus. Et sufflauit Dominus Deus in nares ipsius halitum vitæ: sic factus est homo anima viuens. Genes. 2. 7.

* Porro in historia Mosis de Adami, seu primi hominis creatione multa obseruatu dignissima occurrunt, quæ lectori consideranda, paucis nunc descripta relinquimus, 1. de hominis dignitate & præstantia, siue creatorem, siue creaturam, & Creationis modum ac finem spectemus. 2. de humani corporis fabrica, vbi de materia forma & partibus corporis, de sensibus externis eorūque organis, oculis, naribus, auribus, ore cum palato ac lingua, ac tactu. De internis sensibus, eorundemque organis 3. de corporis externis partib. aliis, capite, collo, pectore, humeris, brachiis, manibus, digitis, cruribus, tibiis, pedibus, costis, mammis, Dorso & eius spina. 4 de internis & latentibus, nempe sub cute musculi, nerui, arteriæ, venæ variæ cū molli carne cōpactæ, ossa maximo numero: deinde cerebrū & membranæ in capite, in pectore cor sedes vitæ ita in medio pectoris situm, vt eius mucro sit sub mamilla sinistra: & hepar, fons sanguinis sub dextra. Ventriculus item, prima alimēti sedes, extremæ gulæ parti in medio adhærēs. Deinde pulmones ventilabrum cordis, eoque vitæ conseruatio, ad latus itidem dextrum, & lien ad sinistrū: Sub pulmone cista fellis, Vena caua, vnde reliquæ omnes pendent, spinæ adhæret. Et magna arteria, quam vocant Aortam, e qua, vt e fonte, cæteræ fluunt, ad sinistrum cordis ventriculum, à quo etiam nascitur, posita est. Postremo renes & intestina: Spiritus item vitales & animales e corde ad cerebrū, ascendentes & e cerebro ad cor motu plane mirabili descendentes. 5. Sequitur consideratio de Anima, in qua de ipsius essentia atque natura, facultatibus, vnitate, origine, coniunctione cum corpore, facultatum mirandis operationibus, & immortalitate. Hic variæ occurrunt medicorum, Philosophorum, theologorum definitiones de anima humana, quæ vera est substantia eaque incorporea & immaterialis, ac proinde spiritualis, cuius potentia triplex, vegetatiua, Sēsitiua, Intellectiua. Vegetatiuæ partis tres præcipuæ facultates, altrix, auctrix, generatrix. Sēsitiuæ, partes duæ, vis apprehēsiua & motiua. Apprehēsiua in sensus externos & internos distinguitur. Externi, tactus, gustus, olfactus, auditus, visus: Interni. Sensus cōmunis, Phantasia, Memoria, vbi de somno, & Vigilia. Motiuæ facultatis vires sunt vitalis pulsatrix & respiratrix, imperās: Appetitus sensibilis, affectus oēs quorum duo capita, voluptas & dolor: deinde loco motiua. Pars autem intellectiua multam amplectitur meditationem, de vi humani intellectus, de intellectu patiente, agente, speculatiuo, practico. Sequitur de vnitate & origine animæ humanæ multiplex disputatio, præsertim an anima sit ex traduce. Alias considerationes omittimus. Sed eximia est de imagine Dei in homine contemplatio, quæ quatuor quæstiones amplectitur, id est, An solus homo imago Dei sit, & ad imaginem Dei factus. 2. An totus factus fuerit ad imaginem Dei, tam corpore quàm anima, an verò sola ani-

mū 3. Quid sit hæc imago, quibusve in rebus consistat. 4. In quem finem creata sit ad Dei imaginem. Hic cogitandum de Iustitia originali, de libero ante lapsum arbitrio, de variis item ad statum primi hominis, prius quam peccaret, conditionibus, quoad corpus & animā. Deinde, de lapsu & instauratione hominis. De multiplici statu filiorum Adami sub peccato & gratia. Hic vero præceptum insigne valeat & audiatur, *Nosce teipsum*. In eo nos quidem acquiescimus.

Adamas. Gemmæ huic nomen inditum vult Plinius, quod impetus hominum & iracundiam domet: Alii ab α priuatiua & δαμάζω, *domo*, quod nullis ictibus cedat, ne ferro quidem, limæ, scalpro, &, malleo inenarrabili duritia resistit Calorem ignis non admittit. Imò deprehenditur incudibus ita ictum respuens, vt ferrum vtrimque dissultet, incudesque ipsæ dissiliant. Raro hic magnitudinem fabæ, qui nunquam excedit. Rumpi dicitur sanguine hircino. Nec aliter feras nationes, quas domare nunquam potuerunt Romani, Christi sanguine emollitas, scribit Cyprianus libro *de duplici martyrio*. Ab hac gemma, vel ab α priuatiua καὶ δαμάζω dictus Origenes Adamantius, quod nullo lucubrandi labore edomaretur. Sex enim voluminum millia ab eo scripta proditum ab Hieronymo. Etsi in hac pertinaci labore edendi varia in lucem, doctrinam varam haud satis rimatus fuerit, sicut & Epiphanius docet libro *de mensuris & ponderibus*.

* Hebræis Adamas *Halō* dicitur, à verbo *Halam*, id est, frangere, Cōterere, cōtūdere ꝙ cęteros lapides pretiosos facile conterat, ab eis minime conteratur. 2. *Chachith*, id est, nitidissima gemma, à verbo *Zachadh*, id est, purificare, mundare, Mundum & sincerum esse à labe. Adamas certè est omnium Lapillorum nitidissimus. 3. *Schamir*, Ierem. 17. 1. a verbo *Schamar*, Custodire, seruare, durare. Nam Adamas durissimus lapillus durat, facilè custoditur, quòd tempus edax rerum nihil in eum possit: & quòd sit indomitus atque inuictus, Adamas dictus est.

Adiantum, herba semper virens, quam Gaza interpretatus est *Veneris capillum*, nomen hoc sibi in haber, quòd folium eius aqua perfusum non madefcat, quod est Græcis ἀδιαίνειν. Testatur & illud Theophrastus *lib. 7. hist. plant. cap. 13* & ex Theophrasto Plinius *lib. 22 cap. 21*. Etiamsi Brassauolus se eius rei falsitatem expertum dicat.

* *Admeti* Thessaliæ regis & Alcestidis fabula Græcis decantatissima, fraude spiritus mendacis, veritatem in iniustitia detinentis, conficta, & tragico cothurno induta est. Quod paucis verbis indicandum est. Stolida Græcorum & Latinorum veterum insania, Hebraicæ id est veræ religionis, plane ignara, & inepta de diuinis rebus, longo, in errorum velo inuoluta cogitatio, dum nihil certi de vero Apolline & certissimo sanitatis datore inueniret, multos Apollines confinxit, non secus in hoc, atque in cæteris Diis, stultissima & absurdissima somnia protrudens. Verus Apollo Dei filius, cuius corpoream imaginem Sol visibilis (& facies eius lucida vt Sol visa est, Matth. 17. 2. Apocal. 1. 16. & fulgebūt iusti in cælis sicut Sol, Matth. 13. 43.) oculis nostris repræsentat, ver omnium seculorū, Orbē vniuersum mortis caligine pressum noua vita, noua luce, noua pulchritudine exornans, (nec alia de causa formosissimus & imberbis iuuenis Apollo habitus) charitate sua patrisque summa erga nos dilectione de cælo deiectus, delapsus, descendens, greges & armenta pauit Admeti, siue potius *Adameti* vel Adami. Nam humanum genus, Adami posteros, peccato ad pecuinam quandam vitæ rationem redactos (& oues errantes sæpissimè dicūtur in scripturis) Admeti seu Adameti greges palātes Christus collegit, & Ecclesiæ caput cōstitutus est: pastor equidem

dē veriſſimus, bonus paſtor, paſtor animarum, & paſtorum princeps frequenter nominatus. Admeti igitur etymon & Græcanicum commentum ad veritatis fontem ſi reducamus, & veritatis iucundam analogiam & etymologiam vtilem habemus.

Adonis, Veneris miniſter, *teſte Seruio*, Priapi pater, Myrrhæ & Thiantis filius, amatus a Venere monitusque, vt feras immitiores caueret, & ab eadem inter lactucas occultatus, tandem verò occiſus ab apro, quem impetebat venando. Iuxta Phurnutum nomen trahit ἀπὸ τοῦ ἁδεῖν τοῖς ἀνθρώποις, quod hominib' canat. Forſan legendum ἁδεῖν, quod eſt *placere*. Sacra in huius honorem inſtituta Adonia ſunt dicta. Ea celebrari ſolita Athenis commemorat Ariſtophanes ἐν τῇ εἰρήνῃ. Adhibebantur autem ſacrificiis cuiuſuis generis autumnales fructus, qui ἀκρόδρυα dicuntur Græcis. Nam de celebrantibus Adonia canit Theocritus hoc modo:

πὰρ μὲν οἱ κεῖται, ὅσα δρυὸς ἄκρα φέρειτι.

Quod apud Aſſyrios actum ſit in Adoniis, declarat Lucianus in Syria Dea his verbis: καὶ ὅς μνήμην τοῦ πάθεος, τύπτονταί τε ἑκάστου ἔτεος, καὶ θρηνέουσι, καὶ τὰ ὄργια ἐπιτελέουσι καὶ σφίσι μεγάλα πένθεα ἀνὰ τὴν χώρην ἵσταται. ἐπὴν δὲ ἀποτύψωνταί τε καὶ ἀποκλαύσωνται, πρῶτα μὲν καταγίζουσι τῷ Ἀδώνιδι, ὅκως ἐόντι νέκυι. μετὰ δὲ, τῇ ἑτέρῃ ἡμέρῃ ζώειν τέ μιν μυθολογέουσι, καὶ ἐς τὸν ἠέρα πέμπουσι. Meminit & Pauſanias lib. 1. cultus Veneri ſimul & Adonidi inſtituti Aſſyrio ritu. Aſſyrios imitati ſunt Paphii in Cypro, vbi celeberrimum eius exſtitit fanum, tum Phœnices, qui Aſcalonem tenuerunt in Palæſtina. A Phœnicibus edocti Cytherii ſuſceperunt eadem ſacra, quæ Ægeus Athenienſibus tradidit. Orpheus Solem cum eſſe voluit, quantum ex hymno ipſi inſcripto apparet. Sed cum in eo diuerſus ſit ab omnium aliorum opinione, malo perſiſtere in eo, quod aurea dictum, Veneris ſcilicet eſſe miniſtrum. Itaque ſimul cum Venere cultum a Romanis accepimus. Mortem enim eius etiam in ſacris lugere fingitur. Hinc Ouidius. 1. de arte amandi.

Nec te prætereat Veneri ploratus Adonis.

Refertque adeo Macrobius ſimulacrum eiuſdem Deæ in mõte Libano olim conſpectum, capite obnupto, ſpecie triſti, faciem læua manu intra amictum ſuſtinente, lacrymis viſione [illegible] conſpicientium manare creditis.

* De Adonide idem quod de Admeto cogitamus; fabularum in volucris ſpiritū mendacem Græcis & uatinis ethnicis impoſuiſſe, & Adonin ſeu Adonidē ad verã etymologiam, nẽpe Hebræã, reuocamus. Moſes Geneſ. 2. 8. ſcribit dominum Deum plantaſſe, id eſt, plantis omnibus hortum in Edene ſeu Hedene ab Oriente vbi collocauit hominem quẽ creauerat. Hęc vox *Eden* ſeu *Heden*, ſignificat quidem delicias ſiue deliciarum locum, quem Chaldæi & Perſæ teſte Xenophonte lib. de inſtitutione, & expeditione Cyri vocant *Pardes*, Græci παράδεισον, Latini Paradiſum, figurare ad beatas ſedes ſupra omnes cœlos accommodatum, Luc. 23. 43. 2. Corinth. 12. 4. Apocal. 2. 7. Eſt autem *Paradiſus* omnis locus amœniſſimus, & voluptatis pleniſſimus, vt etiam A. Gellius definit, quem etiam viridaria a Latinis dici putat, lib. 2. cap. 20. nos appellamus *Vergiers*, ad primum illum *Eden* viridarium reſpicientes, in quo ſi Adam nõ peccaſſet, viriditas & amœnitas ſumma duraſſet ſine interruptione. Hæc autem ad nomen Hebræum *Heden* alludunt, cuius ſignificationem referunt ac retinent. Imò vox ipſa Græca ἡδονὴ, id eſt, voluptas, ab Heden deducta, rorum de Venere & Adonide figmentum in odium veritatis a fabularum & mendaciorum architecto doloſe fabricatum & miſeris Ethnicis oblatum, ac idolum ſuppoſitum detegit. Inde Adonis regio ſiue Edonis, quæ Edene eſt) ſed vitioſe

à Græcis pronunciata, vt pote rerum ignaris. & Adonis pro Edenis, vel Edene. Porro Adonis horti, & horti Hesperidum (vt & Elysij Campi) tam celebres in Ethnicorum scriptis, quidpiam quoque his simile, atque aliquod horti nō Adonici sed Hedenici vestigiū fuisse censeri possunt: de quibus Plinius lib. 19. cap 4. Regis Adonis horti nobis sunt Adami, vere Regis Hedenis, horti. Adonis autem à Græca voce ἁδωνῆς apud Græcos (quos Latini sequuti sunt) nomen sumentis horti, qui in prouerbium abierunt, veritatem (inuito mendacio) cōfirmant Item, quod veneris amasius, propter summas Edenis voluptates, cōfictus est, idem testatur. Cæterū Hesychius scribit Α᾽δωνιν à Phœnicibus nominari τὸν δεσπότην, dominum, vocabulo ad Hebraicum Adonai accedente. Nec omittam quod Græci in Adonis sacris, præter simulachra quædam, in pompa ferebant hortulos quosdam in testis, vnde illis prouerbium Α᾽δώνιδος κῆποι, de rebus leuiculis parumque frugiferis, & ad breuem voluptatem idoneis vsurpatum: sed originem totius de Adonide figmenti, obscure indicans, Orpheus Adonin solem vocauit, & qui hunc sequuti sunt, finxerunt Adonim ab apro hirsuta & aspera fera ictū, quòd aspera sit hyems & hirsuta, per quam Solis vires paulatim deficiut, tres omnino veneri inimica, quæ per aëris temperiem viget. Cùm sol igitur in signis sex australibus extiterit per Zodiacū incedens, breuioresque fiant dies ac longiores noctes, tum dicitur Adonis apud inferos morari: cum verò signa Borealia longiores dies effecerint, tunc est apud Venerem, per quam omnis venustas, (omnisque nitor aruis restituitur. Quod Orpheus nō prætermisit dicens Adonin (Solem) modò esse apud superos, modò apud inferos.

Adorare Latini vocant aliquid deuotè colere, vt non solum in eo sint gestus externi, sed animi quoque affectio addicta ad seruiendum. Græci προσκυνεῖν dicunt, magis de gestibus externis, & quia in adorando demittunt corpora ad terram (canum adulantium & heris supplicantium more submissorum, nihil non adorato, quem superiorem agnoscunt, oblatum). Priscianus ab Αδορ, hoc est frumento sacrificiis destinato deriuat, vt & Nonius. Hebr. סגד *Sagadh*, id est, flexus est, flexit se, incuruauit se capite. Vide v 6. Psal. 95. gestus externi adorantium Deum occurrunt, qui ita interpretantur, vt prostrationem totius corporis in terram, manuum & pedum extensionem, capitis humerorum & pectoris inclinationem, genuum flexionem & incuruationem in terram. Adorationis internæ nomina varia occurrunt, quę fidem, spem, timorem filialem, mentis eleuationem, supplicem misericordiæ imploratonem, ardentem orationem, gratiarum actionem, continēt.

Adrastea alio nomine Rhamnusia & Nemesis, Dea nocentium vindex, & olim cum alis, instar Victoriæ & Cupidinis, efficta, cuius Athenis Phidiaca fuit statuarum corona capitis in ceruos incisa, cum victoriæ sigillis, læua fraxinum gestāte, dextra phialam cū Æthiopibus cælatis, sicut in Atticis scripsit Pausanias, obtinuit nomen παρὰ τὸ ἐστι αὐτην οὐκ ἄν τις ἀποδράσῃ, id est quod cā effugere nemo possit vel ab Adrasto rege, qui primus (Strabone teste) ei templum ędificarit, vel παρὰ τὸ ἀεὶ δρᾶν, quod *sine fine operetur*, iuxta Phurnutum, vel iuxta Pausaniam ab α priuatiua, & διδράσκειν *fugere*, vel δράσμου *fuga*, quòd nemo malus Dei vindictam effugit Itaq; Theætetus nominauit δαίμον' ὑπερφιάλοις ἀντίπαλον μερόπων, Deam temerariis & superbis contrariam. Equidem etymon nostrum etiam ab Aristotele approbatum, libro *de mundo*, cùm scribit dictam Nemesin, ἀπὸ τῆς ἑκάστῳ διαιτήσεως. Αδράστειαν δὲ, ἀναπόδραστον αἰτίαν εἶναι κατὰ φύσιν, quòd pro vi naturæ nemo hāc caussam effugere queat. Legem Adra

Adrasteæ, apud Platonem vide in Phædro. Interdum autem Adrastea redditur *Inuidia*, vt quũ dicitur ἀπείη δὲ ἡ ἀδράστεια. absit dicto) Inuidia.

Adriaticum mare, quod & *mare superum* dicitur, auctore Plinio, Saturnium siue Cronium, ab Apollonio, Adrianum, à Flacco carminum *lib. 1. ode 16.* accepisse nomen suum vult Alexander ab Alex. *cap 28.* ab Adria Thuscorum colonia, quę septem millia passuum distat à mari, estque oppidum agri Piceni. Dicitur & Hadriaticum mare, à Plinio *lib 3 cap. 15.* Adriacum. Etymi nostri veritatem confirmat Polybius *lib. 4* scribens in hunc modum: *Adriaticum mare ab Adria Thuscorum urbe, qua inter ostia Padi condita fuit, est appellatum.* Hodie *Venetum sinum appellant.*

Adulatio & adulator à laudando deriuari poterunt, literarum metathesi. In eos enim hic homines laudare solet. Festum Pompeium astipulari video. Profligandum enim & exterendum apud eum ludendi vocabulum censeo, potius quàm retinendum. Etsi à canum adludentium moribus ortum videatur hoc nomen, qui adblandientes Dominis voce, gestuque caudę, imò corporis totius, Græcis dicuntur σαίνειν. Sit ergo adulatio, quasi *adlaudatio* dicta.

Alii etiam existimant ab accedendo & ludendo dictum verbũ adulari, quod dum adulatores ad diuites & prodigos accedunt, multiplici cauillo ludere, facere aliis delicias, & stultis illudere soleant, experientia quotidiana teste. Nonnullis adulatores κόλακες dicti, quasi σκώληκες, id est, vermes, nempe diuitum. & ita apud Athenæũ Anaxilas poëta. Quidã ἀπὸ τῆς κοίλης, à vẽtre deducũt, cuius isti sunt mãcipia. vel ἀπὸ τοῦ κολάζειν, id est, a puniendo, cruciando: sunt enim principum pœnæ atque pestes certissimæ. Sed Adulatorum innumera fere sunt præsertim apud Græcos poëtas cognomina & epitheta, quæ lubens prætereo, ne adulatorũ miserus adulari velle videamur. Alii auspicium nominis trahunt ab aulis, quasi *adaulationem* dixeris. Et apud Plutarchum sunt αὐλικοὶ κόλακες, aulici assentatores. Ouidius itẽ canit, *Agmen adulantum media procedit ab aula.* Etenim in his plurimus eius est vsus dum nemo verum profiteri studet, vel Philosopho teste, qui nullam præter equitandi artem plene & perfecte à magnatibus ac regibus percipi aiebat, quòd equus adulari non didicisset. Quia autẽ circa ollam, culinam, & apparatum mensæ adulator versatur, hinc parasitus & ollaris amicus vocari solet, qualis apud Terẽtium Gnatho. Græci κόλακα vocant, siue ἀπὸ τοῦ κόλου, id est, τῆς τροφῆς, *alimento*, vnde & ψωμοκόλαξ dictus? Galli *vn hapelopin, vn conr[illegible]yuant de repeues franches*, mensarum assecla, parasitus. Dulcis paronomasia porrò est inter κόλακας & κόρακας, adulatores & coruos. Alii adulatorẽ, ab animi imperfectione metiuntur, quod sit κόλος, id est, *mutilus, non integer.* Androcides Medicus ἀπὸ τοῦ κολλᾶσθαι deriuasse legitur, quòd se facile aliis adglutinet assentator. At quo pacto? Admirando, mores alterius imitando, applaudendo, floccos & plumas legendo. Vnde τὸ κροκιδίζειν adulatoriũ verbum. Obnoxius huic morbo, cui nihil est frontis, nec vlla cura pudoris aut honestatis. Admittitur præcipue à corruptis & laudis cupidis hominibus. Quantum vero det mali semel admissus, docent hi versus Diphili:

κόλαξ στρατηγὸν, καὶ δυνάστην, καὶ φίλους
καὶ τὰς πόλεις ἀνατρέπει κακοῦργῳ λόγῳ.

Socrates etiam interroganti *quæ omnium pessima essent animalia*, respondisse legitur: *Si de feris sentis, tyrannus. Si de cicuribus, adulator.* Et Diogenes *melius censuit incidere in κόρακας, quam in κόλακας, cum corui tantum mortuos, adulatores etiam viuos dilanient.* Crates iuuenem magna adulatorum turba stipatum videns dixisse fertur: *Verè me miseret solitudinis tuæ. Neque enim persistunt reflante vento, verum cum fortuna cedunt, multum ea ratione à vero amico*

amico d... [illegible]

* Hebræi adulatorem *Hacalac* appelāt. à verbo *Calac*, vnde Græcorum κόλαξ, diuidere, partiri, leniri, blandiri, quæ significationes adulatori apprime conueniunt, siue vitium ipsum adulationis, siue effecta consideramus. Adulator enim verba sua diuidit à cogitationibus, aliud sentit aliud loquitur. & ad nutum eius cui adulatur se accommodat. lenia non vtilia profert, blanda, placentia, sed dolosa & lubrica sunt eius verba. Vide Psal. 12.3. & 73.18. vbi plurale *Calakoth*. id est, blanditias, adulationes, & lubrica loca significat. Amici medeci inquit ille, & amicorum dicta medicamenta. Adulatores autem lenimenta quædam verborum offerunt, quibus animis faciunt fucum: blandiuntur & vulnera fouent, quæ veritas curat acriter. Adulari, inquit Valla, lib.5.cap.69. est inseruire & adniti. vt fauorem emereantur quoquo modo, vel voce, vel gestu. Estque tractum ἀπὸ τοῦ δούλου, quod seruum significat. Est enim sane quam seruile, hominéque ingenuo minime dignum, ad alterius nutū non modo vultum sed etiam sensum & verba, buccellæ causa, conuertere.

Adulterium proprie dictum, cùm in fidem thori peccat coniugatus aut coniugata, vel *vt exprimantur & species* cum vxorato maritata, *vt Dauid cum Bethsaba*, aut coniugatus cum vidua, sicut *Semiramis cum aliquot maritis*, *Iuda cum Thamar*, aut vxoris cum puella, *vt Proculus cum Samiam* [illegible]*ribus*: aut liberi cum maritata, *vt Paris cum Helena*, *Ægisthus cum Clytemnestra*, quasi ad alterum thorum, quo semper respicit adulter, nomen accepisse videtur. Vt recte enim adulterum esse scribit Tryphoninus [illegible] qui alienam matrem familias corrumpit. Eo sensu dicit [illegible] apud Ouidium. *O* [illegible] *adulter aqui*. Dicitur Μοιχεία, quasi [illegible] familias confundit illegitima sobole, interdum etiā dissipat & euertit. Vel dicitur ab [illegible] peregre abeo. huc est diuerto ad alium thorum, qui concessus nō est: aut certe, quod adulteri studiose obseruent discedentes domo maritos, vt illi subrepant, & alterius thorum turpiter maculant. Turpissimū peccatum istud sæpe regna & vrbes euertit, reges solio deiecit, Magistratus mutauit aut Reip. statum, Cæsarum plerosque apud Suetonium ignominiosa morte deleuit, idque iusto Dei iudicio. Quas vero pœnas Ethnici passim, [illegible] in adulteros constituerunt, ex Æliano, Plutarcho, Liuio, & aliis cognosci potest.

* Hebræi Adulterium *Niuph*, adulterū *Noeph* appellant, a verbo *Naaph* id est, adulterium committere; vel a verbo *Nuph* id est, agitare, quasi hoc verbo adulterii turpitudinē indicātes. Disertime constituūt inter *Naaph*, & *zana*, quod *Naaph* de adulterio, *zana* de scortatione generaliter accipitur. In decalogo tamē sub adulterio prohibito cōtinetur etiā fornicatio simpliciter: quoniā in secunda tabula ea cōtinentur, vel precepta, vel prohibita, quæ directe proximum respiciunt. Græci μοιχᾶσθαι, μοιχὸν, μοιχεύειν, dixerunt. Latini Mœchum & adulterum thori alieni corruptorem appellāt. Improprie autem & figurate transfertur adulterium ad alia, vt Adulteria naturæ, pro operibus nō verè naturalibus, Adulteria mercis pro fraude, Adulteria arborum, pro insitionibus, apud Plinium: Adulterare tabulas, monetam, iudicia, &c. quæ omnia dicta, corrumpere & corruptionem significant, vt adulter [illegible] thori corruptor dicitur. Pauca quædam subnecto. Vt [illegible] animo ac cogitatione percurras, adulterio fœdius crimen, atque humanæ societati inter se perniciosius vix vllum reperies. Nam cætera quidem ferme omnia delicta propriæ turpitudinis finibus continentur: adulterium quoddam velut vitiorum agmen trahit: nempe sacri coniugij impiam violationē, morum profanam corruptelam, impudētiam insanabilem, prolis cōfusionem,

faxo

familiæ eueisionē, veneficia, cædes, furta, facultatum direptiones, falsa testimonia, hæreduta & hæreditatum confusiones horrendas, &c.

Aduocatus, nomen generalius Patrono, ab *aduocando* nomen deducit, sicut παράκλητος ἀπὸ τοῦ παρακαλεῖν, quod nomen tribuitur a Christo Spiritui Sācto, *Ioan.* 14. Sicut enim est aduocati, instruere cliētē suum, quid facto sit opus, consolari eundem & exhortari, defēsione eius exponere in iudicio, atque adeo intercedere apud eum, qui iurisdictioni præest, suamq; in iudicio præsentiam commodare & ius suggerere, vt 2. in Verrem testatur Asconius, ita Spiritus S. actus in omnē nos ducit veritatem, consolatur [illegible] nomum præbens, quod filius filii Dei, quem propitium habemus, excitatq; ne frigeamus in studio pietatis, & denique intercedit pro nobis inenarrabilibus gemitibus clamans assiduè *Abba, pater.*

Æacida patronymicum ab *Aeaco*. Appellatus est eo nomine Pyrrhus Epyrotarum rex, qui bellum intulit Romanis ambiguo isto Apollinis responso cōfirmatus: *Aio te Aeacida Romanos vincere posse*. Retulit enim genus paternū ad Aeacum Iouis filiū. Aeaci filius fuit *Peleus* Achillis pater. At huius filius fuit Neoptolemus, cui pueto iisdem à capillitii colore nomē erat *Pyrrho*. Vnde successores *Pyrrhidæ*. Atqui huic etiam filius fuisse legitur nomine *Pyrrhubea*, quoadusq; Tharritam regē intermedii silentio premuntur. Tharritæ filius fuit *Alcetes*, Alcetę *Arymbas*, Arymbę *Aeacides*, Aeacidæ *Pyrrhus*, de quo hic nobis sermo. Pindarus κλεινὰς ἀρετὰς appellat Æacidarum virtutes, ipsos vero αἰχμητὰς καὶ ἀγηνορίας. Vnde scribit Cicero de diuinatione 2. Poëtam Ennium sugillasse Æacidarum genus, vt stolidum, quod appetentiores essent belli.

* Aeacus, ex Aegina Asopi filia & Ioue natus mortuorū iudex cū Rhadamātho & Minoe fingitur à Poetis, quod mythologi ita exponunt Parcæ vbi alicuius stamina expleuerint, ac dies instat suprema, tunc morituri hominis animus id præsagiens vniuersam vitæ suæ rationem expendit, atq; ad pręsentiā & iudicium cōscientiæ omnia pręterita peccata reuocat. Nā cum animę nostrę partim rationē dominari dicāt sapiētes, partim rationi illam minime obtēperare, rursus expers rationis pars in iracūdia propēsa est, pars alia cupiditate ducitur. Rhadamāthus & Aeacus, primi iudices, si quid per iracundiā, aut prauū aliū affectū patratū est, dijudicāt. His accedit ratio ipsa pro Minoe, quæ rursus si quid a prioribus iudicibus non sit discussu, aut quicquid est ambiguū examinat. Ethnici iudices istos Iouis filios dixerunt, quòd anima nostra, in qua sunt illæ prædictæ iudicandi facultates, diuina est, & ab anima mundi, (vt isti voluere tanquam aliqua eius portio, in hæc corpora profecta. At enim quid fuit illis anima mundi, nisi deus omnipotens, qui omnia curat, gubernat, dispertit ac distribuit, viuificat? Quod fabulati sunt Aeaci precibus formicas in homines fuisse conuersas ita explicant: Quum Aeginetæ aliquando perrati essent in insula, nec prædones repellere facile possent, in speluncis tanquam formicæ delituerut. eos Aeacus naues ædificare docuit, & ad exercitia reuocauit bellica. quare timore excusso, paulatimque viribus inimicorum resistere docti è speluncis in apertum prodierunt: inde è formicis in homines conuersi dicuntur. Zetxes, hist. 133. Chil. ad. Strabo autem lib 8. fabulæ locum datum fuisse scribit, quia Aeginetæ formicarum more terram fodientes, vt agriculturam exercerent, pro ædibus fossas incolebant, sumptib. parcentes, & in speluncis fruges terræ recondebant. sed melius ab Aeaci sapiente viro instituti è formicis homines euasisse finguntur. Hoc ipso Græci apud Iouem deprecatore vsi sunt, quia virorum bonorum, iustorum & temperantium

d

preces pos[illegible] vel [illegible] ciuitatibus a Deo veniā & calamitatu finē impetrare.

A[illegible] [illegible] L. Ebutio Tribuno plebis lata, vt [illegible] Tabul capita, quæ Reipub. propter antiquitatem & res absoletas inutilia essent, abrogarentur; solæ legis actiones cen[illegible] caussarum manerent. *Gellius l. b. 16. cap.* [illegible]. Præter hanc fuit & alia eiusdem generis [illegible] Licinia, qua rogatum fuit, *ut [illegible] nulla curatio [illegible] non modo ijs, qui de [illegible] curatione aut p[illegible] [illegible] sed ne [illegible] mandaretur.* Huius mentionem facit Cicero *in Agraria 2.*

Aedepol, iurandi modus frequēs apud Comicos quasi *per ædem Pollucis.*

Aedes, si numero singulari pro templo accipias, ab *edendo* sumsisse videtur nomē, iuxta Plauti illud: *Si vocassem vos in ædem ad prandium.* In templis enim post sacrificia epulari solebant. Sin multitudinis numero accip[ias], ab *adeo*, quod eas plano pede adirent, cum Varrone deducas licet. Festus Græ[ca] natiuitas tamen haud absur[de] dictā vult *ædem*, quod *in edito posita sit loco*, vel quòd *in ea cuum detur*, quod Græcis est ἄιων.

Ædes, Doctius, domicilium, omnis locus & receptaculum capiēs aliquid: & per Synecdochen sumitur contines pro contento: vt ædes pro tota familia: בית *Baith, Beth.* vide *I[illegible]*.

Æde, palatium, basilica, domus regia, in qua primum occurit אולם *Ulam*, vestibulum, ab אלם *Alam*, strictum colligauit quod vestibula palatiorum sint [illegible] & [illegible] [illegible] lapidibus [illegible] [illegible], [illegible] ad pompam & ornatum, [illegible] [illegible] [illegible] longiorem duratu[illegible]. ארמון *armon*, palatium, domus [illegible] [illegible], excelsa, [illegible] secu[illegible] do[illegible] [illegible] instar arcis magnæ, cum [illegible] [illegible] habet, cum רם *Ram*, & רמה *Rama*, excelsus fuit elatus est. Hinc ερυμα [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ἐρυμνότης [illegible] [illegible] בירה *bira* arx, [illegible] [illegible] [illegible] βᾶρις, turris, domus munita: & βᾶρις, inquit Hieronymus, sunt magnæ & in modum turrium ædificatæ ædes. Hinc per inuersionem radicis est Latinum vrbs. טור *Tir* est ordo ambiens per circuitum. Inde טירה *tira* [illegible] turris, castellum & omne ædificiū habens suum ambitum, vel quod ordine quodam exstructum est, quasi circulo circumscriptum.

Aedes etiam pro templo & loco sacro sumitur, vt Psal.76.3. fuit in Salem tentoriu Dei & habitaculū eius במעונו *Meonatho*, מעון *Mahon*, mālio, habitaculum. Cognatione respicit ad נעם *Naham*, amœnus fuit, iucundus fuit, significat ergo mansionem amœnam, & sua cuique mansio videtur jucundior peregrinis locis. Hinc μένω & μίμνω maneo μονή, mansio, μίμνω & μίμνω, μιμνάζω, maneo, διαμένω permaneo, קדש *kodesh* sanctuarium, locus sacer, a verbo *kadash*, Sacer, consecratus, sanctus fuit: metaphorice præparatus est, mundatus, deputatus in vsum sacrum. Hinc per metathesim literarum, & ק leniter prolato fit ἁγίζω & ἁγιάζω, purifico, sanctifico, veneror. ἁγνισμός purificatio & ἁγιάζω [illegible] Huc etiā alludit Latinum adiect[illegible] [illegible] In sacra enim Dei æde omnia [illegible] [illegible] & sacra esse oportet.

* *Ædificare* ædem facere, exstruere, reficere [illegible] [illegible]. בנה *vana*, ædificauit. ædificauit, exstruxit, laborauit in ædificio [illegible] [illegible], instaurauit ædificium: [illegible] [illegible] habet cum בין *bin* intellexit, & cum פנה *Pana* respexit. Oportet enim [illegible] [illegible] intellectu dispo[n]ere partes ædificiorum, vt rectè cohæreant & [illegible] [illegible] respiciat, alludit item ad אבן [illegible], id est, lapis: nam lapides sunt potior pars ædificii. Hinc est πονέω, πονῶ πόνος Labor [illegible] in laborado, vel in [illegible] ædificiis. Οἰκοδομέω ædifico, [illegible] domus fundamentum & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mus, & [illegible] & [illegible] basis ædificii, [illegible] ædifi[illegible] [illegible] ædificium, domus. Ædificium,

cui בנין בנה B... bn..., בנין ... οἰκοδομὴ ... ædificatio, בית bo... οἰκοδομή: ædificatio, seu ædificandi actus, οἰκοδομία, Binia, ab eodem Hebr. verbo בנה ...
Aedilis, Etsi Aedilium munus etiam fuerit ministrare Tribunis plebis, probra matronis accusare, fœneratores coercere, popinas inhibere, iniqua pondera corrigere, de aleæ lusibus cognoscere, incendia arcere, domus publicas & aquæ ductus curare, frumentum oleumque conuehere, ne vrbs annonæ penuria laboraret, vtque plebiscita in Cereris æde asseruarentur, operam dare: tamen a sacrarum ædium publicarum & priuatarum cura potissimum nomini eorum occasio data. Author nobis est Varro cui se Festus adiungit cum Fenestella. Dionysius quoq; lib 6. ... ἐργων ... ἐπιμελητὰς, ædiles ab vna parte sui muneris curatores ædium dicuntur. Addit, a Græcis etiam ἀγορανόμους dicitur, vt & apud Dionē legitur. Theophilus ἀγορανομικὸς vocat. Sed hi erant Aediles plebis, qui numero ab initio fuerunt duo, e... Pomponio l. 2. ff. de Orig. iur. & Fenestella libro de Magistrat. Rom. cap. ... qui simul prodit duos tandem Aediles alios à Iulio Cæsare creatos, qui quoniam frumento præessent, Cereales sunt appellati. Curules vero ii, qui ex patribus creati sella curuli vehebantur. Plutarchus vocat eos in Mario Aediles maiores. Et vt ad Fenestellam relabar, ... inquit ... adilitatis ... vt sua quisque Aedilis ... pro modo patrimonii ac d... sue celebrandos ... Cuius instituti M. Cicero in his libris, quos de officiis inscripsit, cum de sua & Magni Pompeii ædilitate ... locupletes est testis. Asconius P... Pompeium Aedilem ... theatrum, quod ... impensa ædificarat, magnificentissimis ludis, in quibus cum tus cu elephantis ... dedicasse. Ibi tum muneris Aedilium erat, discernere loca & ... libet ... ate assi...

re, quemadmodum ... Attilio Serrano & L. Scribonio Aedilibus scripsit Valerius. Quod si quispiam aut iumentum morbosum aut vitiosum vendidisset pro integro & sano, ædilitium edicto succurrebatur emtori. Imo quidquid vitio arū rerum pro sincero, vel ... pro integro vsquam venisset ædilitio edicto redhiberi solebat. Sicut enim Prætores, ita & Aediles sua in vrbe proponebant edicta, quorum illustre exstat in Pandectis exemplum. Belle item & scite ... dit ad ea Plautus Captiu. Act. 4. sc. ... C... enim Ergasilus parasitus, qui ... imperium in piscatores & lanios ædilitatē gerens, sine populi suffragio edixisset, audiens Hegio, Eu ... ait, ... o es aedilitati hic quidem ... Aediles Curules mox, vbi Kalendis Ianuarii inirent magistratum, proponebant edictum, in quo, quemadmodum de singulis con trouersiis ius esset dictum, populum præmonebant, eratque magistratus insitar præturæ a ... his. Aquæ ducendæ atq; vendendæ ius eosdem habuisse, non existantibus in Republica Censoribus, iā ... constat. Estque dignum obseruatione, quod a Lucio Ioanne Scoppa in Collectaneis est annotatum, legem Romæ fuisse latam, ne quis Romanorū quid scriberet, nisi prius ad Aediles Curules accessisset & ab ipsis impetrasset veniam scribendi. Illi quippe ... vires & perpendebant, & pro cuiusque doctrina potestatem scribendi concedebant. Petendæ ædilitati definitus erat annus 37. Qui verò gesserant, ædilitii sunt dicti, & ad minimum spatium biē... interponendum erat, inter Aedilitatem atque Præturam, si ad hanc aspirare vellent.

* Aediles ... fuerunt. Alii enim Plebeii, alii Curules, alii Cereales. Plebeii dicti, quod ex plebe ... entur, & plebis ... essent. Duo primum creati sunt Anno Vrbis cclx. & eodem anno Tribuni plebis. Hi ... nus, quæ plebis ... tem ...

diligenter curare. Accisa sub Claudio & Nerone Cæsaribus eorum potestas. Aediles *Curules* cur instituti refert Liuius ad finem lib. 6. 1. decadis. Creati sunt anno vrbis CCCXCVII. Horum munus ex 7. Verrina id colligitur, ludos sacros & solennes faciendos procurare, Sacrarum item ædium & vrbis conseruationem: Prouidere vt templa, theatra, stadia, fora, porticus, Curiæ, basilicę, atq; mœnia magnificis operibus reficerentur & ornarentur. Sed non contenti his functionibus, etiam annonę aliarumque rerum curationem & cognitionem sibi vindicarunt & multa cum Aedilibus plebeiis communia habuerunt. Omnium autem ad eos pertinebat, causas & lites redhibitionum, id est, in quibus agebatur de rei corruptæ vitio, quá quis aut vendidisset, aut commutasset, dirimere: ideoque vbi Kalendis Ianuariis magistratum inierant, non aliter atque Prætores edictum proponebant, in quo quemadmodum de singulis controuersiis ius dicturi essent, populum præmonebant.

Aedituus quasi *ædis intimus* Varroni, alio nomine *Aedituus*. Etsi idem Varro *1. de re rustica, cap. 2.* probare videatur magis vocabulum prius, quam posterius fictum recenti nouitate, sicut scribit A. Gellius *libr. 12. cap. 10.* Vt ea forma sit dictum, qua finitimus & legitimus. Interim non inconcinne æditum quoque dici ab ædibus tuendis existimauerim. Νεώκορον vocant Græci. Id quod ideo adiicio, vt quilibet Firmicum intelligat, scribentem *lib. 4.* Si Luna ad Iouem à Mercurio feratur, facit Neocoron.

Hebræi Aedituos templorum, in quibus idololatræ consueuerant, כמרים *Komarim* appellarunt, vel ab adolendo thure, vel a stigmatibus quę corpori suo inurebant, vel ab ardore quo sua sacra peragebant, vel ab atratis & nigris vestibus: a verbo כמר *Kamar*, id est, Crematus est, incensus est crebris inflammationibus, qua voce eiusmodi hominum insania designatur. Cognationem habet cum verbo חמר *Chamar*, Efferbuit. Aeditimi & Æditui (νεωκόρου) diuersa notatione tradit Sosipater lib. 1. Aeditimus, inquit, dicitur, qui ædem ferme, qui ædis intimus: Aedituus ab æde tuenda.

* *Aedon*, Philomela & Luscinia dicta est, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ᾄδειν, id est, à perpetuò canendi quasi instituto, quod etiam tunc canat, quum reliquæ volucres silent. Virgil. *Quid. q; leues calamis quod suauis cantat Aedon.*

Aegeum mare, æstuosum & nauigantibus infestum ob interiectos scopulos, maris mediterranei pars, & Græciam ab Asia disterminans, mare Græcum Thucydidi & Polyæno, tulisse quibusdam videtur nomen ab Aegea Amazonum regina, quæ perierit in eo. Nonnulli, in quibus Suidas, ad Aegeum Thesei patrem referunt, quem in hoc mare sese præcipitem dedisse referunt, quum nauim filii, qua ille in Cretam ad Minotaurum vectus fuerat, nigro cum velo (quod sibi cum nauclero amissi filii signum conuenerat) redeuntem videret. Strabo lib. 8. ab Aegis Eubœæ oppido ita nominatum putat. Et lib. 13. ab Aega Aeolidis promontorio. Plinio cap. 12. lib. 4. à scopulo, qui inter Tenedum & Chiũ exstat, quem Græci vocarũt αἶγα. Apollonii Scholiastes vult accepisse nomen ἀπὸ νήσου αἰγῶν καλουμένη, ab insula Caprarum dicta. Lycophronis interpres, ἐπὶ δίκην αἰγὸς ἡ κῦμα, quod fluctuet instar capræ. Etymon Plinii lubentius equidem amplector.

Aegis, Iouis scutum seu parma, non aliunde nomen inuenit, quàm quod facta & concinnata fuerit ex pelle capræ, quæ αἶξ est Græcis. Secundum alios, ἀπὸ τοῦ ἀΐσσειν, quod irruere significat. Ab hoc Iouis scuto omnia postea Deorum scuta eo nomine sunt appellata. Nam & Herculis scutum, Aegidem vocat Hesiodus. De Mineruæ scutò Virgilius:

Aegidaq; horrificam, turbatæ Palladis arma,

Certatim

Certatim squamas serpentum, auroque polibant,
Connexosque angues, ipsamque in pectore Diuæ
Gorgona desecto vertentem lumina collo.

Horatius item lib. 1. Carm.

Iam galeam Pallas & ægida,
Currusque & rabiem parat.

* Hoc verisimile est, non à capra, parma, aut Aega Panos vxore Iouem Aegiuchum cognominatum, sed à ventorum & turbinum conuersionibus, quas Iupiter commouet, Græce αἰγίδας & καταιγίδας appellatas: vt meteorologici interpretantur. Solita louis fulgura, turbines, quibus θεομάχων vesaniam facile fecit & in eos suæ impietatis tela retorqueat.

Sic Palladiam Aegidem dicit Lucanus lib. 7.

Aegyptus non Africæ regio, quod aliqui volunt, vtpote à qua distet ... ostio Canopico ... distat illud à Pelusiaco, Damiata nostra, 60. M. passuum verum Asiæ, cui scriptorum pars bona annumerat, Dionysio Afro εὐδαίμονες ... μα: τε, κὴ ἀγλαὰ πάντα φέρουσα, olim quoque à triquetra figura vocata Delta, sortita nomen hoc suum videtur multis ab Aegypto Danai Argiuorum regis fratre. Hebræis מצרים *Misraim* dicta a Misraim filio Cham, nepote Noah, *teste Zonara*, & Iosepho *libr. Antiq. 1. cap. 7.* vel potius à צור *Tsar* afflixit. A Mitsraim, qui eam terram & regionem possedit hoc nomine designatur à Prophetis, Græci autem αἰγυπτον dixerunt. *Misri*, Aegyptius; *Mitsrith*, Aegyptia mulier. *Olim* regio Melampodum, μελαμπόδων χώρα, Apollodoro: μύαρα Stephano: Thebæ, θηβαι, Herodoto: *Chemia* χήμια, in Aegyptiorum sacris, vel potius Chamia a Chamo Noachi filio. Aegyptum vsque hodie Aegyptiorum lingua *Kam* vocari scribit Isidorus. Regnum Aegypti quod ab anno Mundi 1000 ad 3942. durauit, fere duo millia annorum, in prouinciam redactum ab Augusto Cæsare hodie verò Turcis subiecta est Aegyptus, quæ nonnullis ita dicta, quòd ὑπὸ τοῦ αἰγὸς ὕπτιος κεῖται, id est, quod sub signo Capri seu Capricorni supina iaceat. Eustathius Odyss. 8. deriuat ἀπὸ τοῦ αἶγας πιαίνειν, quod pinguefaciat capras. Sunt nonnulli, qui etymon deducunt à Zethone Bel Sothosi rege, quem Zethum nominat Eusebius, Tacitus Cepheum, qui annos regnauit 59 & nomen Aegypti magni, id est, bellatoris promeruit. Nam אגת *agath* agmen militum significat vel alium. Filios hic dicitur reliquisse duos, Aegyptum ac Danaum: *Aegyptus* natu maior successit in regno patri multis seculis ante Christi natiuitaté. Vtut hæc habeant sese, originem tamen generis trahunt à Misraim. Nam idcirco Hebræi regionem simul & incolas Misraim dicunt: Arabes *Mesre*, at incolas Chibith, *teste Le...ano libr. 8.* Pinetus scribit à Turcis hodie dici *Elchebris*. Theuetus ab indigenis vocari velit *Chibith*. Olim quoque ἀερία, ... ποταμίτις, ὠγυγία, μελάμβολος, ... Aethiopia dicta ob habitantes illic Aethiopes, vt ab Eustathio & Stephano scriptum. Aegyptú describunt Geographi: nos autẽ etymologias inuestigamus, & hæc addimus. Aegyptus à Prophetis nonnunquam מצור *Masor* appellatur, id est, munita per paronomasiam videlicet, nominis Mitsraim, ab arcibus & munitissimis ciuitatib⁹, quas passim habuit ad aquas. *Rahab* item, רהב, id est, robur, superbia, cognominata est Aegyptus, ob stultam confidentiam & contumaciam ferocissimam, quam in ea Prophetæ reprehendunt Isai. 51. 9. Nonne tu es ipsa (manus) quæ excidisti רהב *Rahab*, Aegyptum, Superbam? Matsor originẽ ducit à verbo צור *Tsor*, Angustauit, in angustum coarctauit, arctè colligauit. *Rahab*, a verbo רהב *Rahab*, roborauit, euexit, euectus est, superbiuit.

Aelia lex de duabus colonis Latinis deducendis, vna quidem in Brutios, al-

tera agr... Thu... u, *vt mem aut Plinius lib.24.&35* lata fuit à Q. Aelio Tuberone Tribuno plebis, P. Cornelio Scipione Africano & Tito Sēpronio Longo Coss. Alia lex *Aelia*, cuius frequens apud auctores mentio, cum lege *Fusia*, vt quoties ager... ur cum populo, Augures de cœlo obseruarent, magistratus obnuntiandi & legis lationi intercedendi potestatem haberent. *Aeliam* Sentiam tulisse legitur Sext. Aelius Catus cum C. Sentio Saturnino, Consules ambo, vt serui pœnæ caussa vincti a Domino, vel torti, propter noxam & nocentes inuenti, traditíve, vt ferro aut cum bestiis depugnarent, aut in custodia seruati, aut inusta nota insignes, si quādo mitterentur manu, dediticiorū vt essent numero, non ciues Romani: Vt minorem 30. annis seruum vindicta aut testamento manumittere non liceret, nisi probata apud cōsilium caussa: Ne Dominus annis 20. minor manumitteret seruum, nisi pariter probata apud consilium caussa: Ne Dominus in manumittendo seruo vel serua de contrahendo matrimonio legem ei imponat, quæ libertatem ciuis Romani imminuat si fecus fecerit, ad eius legitimam hæreditatem non admittatur. Vide tit. Instit. *quib. ex cau. f. manumitt. non licet, l. qui soluendo. l. si ... l. si ... on lex ... ffde hered. instit. l. sciendum. ff de verbor. signif. ca.* Eadem lege decretum si inope libertū non aluerit patronus, vt tum ipse, tu li... beri ipsius priuentur ipsius hæreditate, nisi heres sit institutus: postremo a bonorum possessione remoueatur, præterquā secundum tabulas. Aelianū quoq; ius a Sexto Aelio dictum, qui actiones composuit & libro ... populo cōmunicauit.

Aemilia vel per y Aemylia lex, nec ... censura amplius quinquennalis, sed annua aut semestris esset, ab Aemylio Dictatore ... lata anno 229. Memoratur & lex Aemylia de clauo a prętore pangendo, quam tulere ex SC. Cenutius Auentinus... & L. Aemilius Mamertinus Coss. anno 390. Fuit quoque Aemylia tribus à gente Aemylia nomen sortita, cuius Liuius meminit lib. 3.

Aemylium Papi... dictum videtur nonnullis ἀπὸ τῆς ἐμιλίας, id est, ... Falsum. Cur enim non potius ἀπὸ τῆς αἱμυλίας deducimus, id est, *blanditia?* Plutarchus equidem scribit in Numa, iuxta opinionem aliorum, hunc regem vnum è quatuor filiis suis appellasse Mamercum a filio Pythagoræ, ab eoque Æmyliorum familiam dictam, nominente Numa eius viri in dicendo leporem ac suauitatem, quæ Græcis est αἱμυλία.

Aeneas, Heros Troianus, partim ex Troia notum bello decennali, partim ex Virgilio notus, aut nomen habet παρὰ τὸ αἰνὸν τὸ δεινὸν terribile, aut παρὰ τὸ αἶνος, ὃ σημαίνει τὸν ἔπαινον, id est, a laude. Post mortem is veteribus Iupiter Indiges dictus.

Aenigma, quod obscuram sententiā per occultam rerum similitudinē enuntiatam definiunt Donatus & Diomedes, obscuriorem allegoriam Fabius, nec Tryphone Grammatico dissentiente, nomē deriuat παρὰ τὸ αἰνίζεσθαι, αἰνίττομαι, quod obscure & per ... loqui significat. Alio nomine dicitur γρῖφος. * Hebræi חידה ... a verbo *Chedh*, & in prima coniugatione *Chadh* חד, id est, proposuit ænigma seu problema, protulit quæstiones difficiles & obscuras, quibus magis animi quodam acumine, quam certa indagine explorantur secreta: theses ... duas excitandi animi gratia attulit in medium. Cognationem habet cum חדד *Chadadh*, acutus fuit. Est enim ænigma propositio acuta & arcana, & cum verbo חג *Chagh*, id est, circinauit, quòd ænigma veluti in circulum hominis cogitationem includat, vt se extricare inde facile non possit. Proponi solebant olim in conuiuiis ænigmata, dicta propterea κυλίκεια ζητήματα καὶ συμποτικά. Reges olim quæstionibus ænigmaticis delectatos fuisse cōstat, non solum ex Alexandri vita apud Plutarchū & Phrygio Fabulatore, verū

etiam

etiam ex literis sacris & Iosepho, qui prodit, regum omnium sapientissimum Salomonem Hirano Tyriorum regi familiariter sua vtentem cõsuetudine [illegible] [illegible] quæstiones [illegible] propo- [illegible] quas Hiram [illegible] plerumque [illegible] per Abdemonem [illegible] adolescentem Tyrium, magnam aliquam [illegible] pecuniæ mulctam & 1. Reg. 10. dicitur Reginam Seba ad Salomonem accessisse, vt eum quæstionibus occultis & ænigmaticis tentaret. Inter Græcos T[illegible] cod[illegible] Pha- selitem Isocratis discipul[illegible] [illegible] soluendisque ænigmatibus promtissimum fuisse, scribit apud Athenæum Hermip- pus. In eadem palæstra versatum apud Romanos Pub. Nigidium cum M. Varrone contendentem satis est exploratum. Quin Saturnalitiis ludicris [illegible] fuisse ænigmata quædam oblectatoria, auctor est A. Gellius in Noctibus Atticis. Mitto hic Samsonis ænigma propositum triginta iuuenibus, & ex bonis auctoribus quæ [illegible] do, vt hoc studio vnusquisque [illegible] delectatos etiam sapientiæ filios. Nam tale illud Hesiodi: πλέον ἥμισυ παντός. Virgilius Ecloga 3.

Dic, quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)

Tres pateat cæli spatium, non amplius, [illegible]

De glacie

Mater me genuit: eadem mox gignitur e me.

Notum & Sphingis ænigma, *animal primum quadrupes, [illegible] deinde [illegible] tandem tripes* vt pote [illegible] de quo vide Ausonium in Grypho ternarii. In conuiuio septem sapientum, Plutarchus multa profert ænigmata, quæ ingenia multum exercere possint, si [illegible] tur: vt, Quid est omnium antiquissimum? Quid [illegible] Quid pulcherrimum? Quid sapientissimum &c. Notũ ex Plutarcho, Valerio, & [illegible] mortuum [illegible] fontẽ Homerum [illegible] soluere nequiuisset propositum [illegible] ænigma. Oblectatũ pariter ænigmatibus Deme- trium Phalereum, constat ex eius scriptis, vt interim multa sapientum ænigmata relinquam aliis, & hisce iam tandem opportunè imponam. Satius enim hic libasse quædam & leuiter perstrinxisse, quam nimia diligentia fastidiũ mouere

Ænobarbus ab æris simili barba dictus Romanis, affirmante id etiam Alex. ab Alex *lib.1.cap.9.*

* *Aequitas*, Latinis est mitigatio mansueta ex æquo & bono statuens de alterius facto. Græcis ἐπιείκεια dicitur ab ἐπὶ iuxta, & εἰκὸς cõueniens vel simile, quod a verbo ἔικω, id est, assimilor, ducitur. Hinc ἐπιείκεια, conuenientia seu congruentia pœnæ ad factum. Est enim respectus hic inter duo, quorũ similitudo & iusta æqualitas quæritur. In lege furti Adolescens fame compulsus surripuit pistori aliquot panes. Lex iubet illum suspendi. Sed iudex facti circunstantias expendens; iuuenis est ait nec malitiose peccauit, sed compulsus necessitate: ideo non conuenit tanta pœna huic facto, sed mitior. Hebræis מישור *Mischor.* de qua voce vide sequentem dictionem. Et צדק *Tsodek* à *Tsadik*, iustus: item *Ioscher*, ישר, à *Iaschar*, rectus, planus, æquus fuit.

* *Aequor* mare dicitur, quod æquam superficiem habeat, siue quòd planum sit, nullis tum à tempestate fluctuãtibus procellis. Hebræis מישור *Mischor*, id est, planities, locus planus sine montibus & vallibus, Deuter. 3.9. Metaphorice pro pietatis semita Psal. 143. v. antep. & pro iustitia atque æquitate Psal 67.5 a verbo ישר *Iaschar*, id est, rectus fuit, æquus & planus fuit: & metaphoricè placuit: nihil etiam visu iucundius & magis gratum quam placidum mare. Græcis πέλαγος, id est, τὸ πλάτος τῆς θαλάσσης. quasi πέλαγος, vt pote πέλει τῆς γῆς ὄν, vt volunt Etymologici. Vnde math. 18.6. πέλαγος τῆς θαλάσσης medium & profundu maris, vbi ob profunditatẽ aquę pacatiores apparent: Cicero Quæst. Academ Quid tam planum quam mare ex quo etiam æquor illud poëtæ vocant. Æneid. 1.

Gens

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. Item: *Heu, quæ nunc tellus, inquit quæ me æquora possunt Accipere:* Nonnunquam æquor pro planitie ipsius terræ. Cic. de Diu. 1. sic enim Ægyptii, sic Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes, &c. Hebræa vox *Mischor* etiam significat planiciem terream, Deutet. 3. 9. & Dei populus cognominatur figurata dictione ישרון *Ieschurun*, id est, rectus, æquus, æquabilis. Item homines Recti, æquitatis amantes, מישרים *Mescharim*, numero plurali, *Rectitudines* appellantur. id est, homines æqui, recti, in quorũ animis nihil præceps, anfractuosum, inæquale, sed omnia æqua, plana, recta apparent. Cantic. 1. 4. *Mischarim*, id est, homines recti, qui sunt ipsa æquitas, dilexerunt te.

Aer, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ῥεῖν, quod semper fluat, vel παρὰ τὸ αἴρειν τὸ κοῦφον eleuando: κοῦφα γὰρ ἐν αὐτῷ καὶ αἴρονται τινὰ ζῶα: vel παρὰ τὸ ἄω τὸ πνέω [illegible] ἄηρ ἡ κίνησις αὐτοῦ ποιεῖ τὴν ἄησιν. Aliis videtur esse metathesis τῆς ἥρας, id est, Iunonis, cui aer dicatus legitur: Nam quod Hesiodus in Theogonia τὴν ἥρην χρυσοπέδιλον filiam facit ῥέας καὶ κρόνου, intelligi debet ὁ ἀὴρ ὑφ' ἡλίου καταλαμπόμενος. Apud eundẽ sæpenumero accipitur pro tenebris vel re inuisibili, quę Græcis dicitur ἀεραοια inuisibilitas. Vt cum dicit Dæmones magni Iouis consilio mortalium esse custodes, οἵ ῥα φυλάσσουσι τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν. Theocritus Eidyl. ρ. accipit pro inferis. Ait enim:

ἀέρι ποικιλόχρωτας, ὅθεν πάλιν ὀκτίριος [illegible].

Aerem inter quatuor elementa humidissimum statuerunt Peripatetici: Galenus aquam. Soluit controuersiam potest, si vt medicamentum humidissimam dixeris aquam. humidissimum aerem vt elementum.

Aerem Hebræi vocant שחק *Scachak* à verbo, *Schachak*, id est, comminuit, contudit, excauauit tundendo. Est enim admodum tenuis & veluti comminutus atque globum terræ & maris ambiens, fornicis instar. 2. vocant etiam רוח *Reuach*. à verbo רוח *Rauach*, id est, auram captauit, aura fuit. Cognationem habet cum רוח *Roach*, efflauit ventum seu halitum espirauit. Hinc αὔρα Græcis & aura Latinis. Quidam Hebręi vt & Chaldei, אויר *auer* appellant, quæ dictio etiam cũ aura & aere conuenit. 3. Nominant item רקיע *Rakiah*, id est, extensionem vel expansionem, quod aer sit veluti velum subtilissimũ inter orbes cælestes & terrã expansum, à verbo רקע *Rakah*, expandit, extendit distendit. Cognationem habet cum קרע *Karah*, discinpit. Nam quoties libet Deus aerem velum illud tenuissimum veluti dirumpere videtur, vt meteoris igneis & aqueis fiat via. Hinc ἐρείκω extendo ἐρεικτὸς extensus. Item ἐρείκω scindo, ἐρέχω seco, &c. Aer proprie dicitur totum illud spatium quod tres regiones continet à terra ad Sphæram Lunæ, in quibus fiunt varia meteora, plus multò habes raritatis quã inferiora elementa. Ideo comparatiue à Virgilio inane vocatur. Nam quæ canebar vti magnum per inane coacta Semina. Dictus aër, vt quidam autumant, ἀπὸ τοῦ αἴρειν, quòd terrã ferat subtilior aeris pars, vbi ventosi ac procellosi motus existere non possunt ad æthercam partẽ pertinet: crassior autem quæ volucribus permeatur, & quadraginta stadiis (si fides habenda Posidonio) à terra distat, quum sit turbulẽtior & exhalationibus humidis veluti corpus quoddam induat, terræ deputatur, atque ex se multas format species. Nam aer agitatus ventos facit, vehementius concitatus tonitrua ignesque varios, contractus nubila, cõspissatus pluuiam, congelatus nubibus, niuem, distentus serenum efficit.

Aera, nomen in epochis & temporũ supputationibus valde visitatum Chronologis, olim vero Hispanis in tempore notando peculiare præ ceteris nationibus, vt meminit Vasæus: videtur nõnullis arcess

his arcessitæ nomen ab ære in tributum & census dare iusso Cæsaris Augusti edicto, quod nomine eius scriptu & publicatum suspicantur, cùm inito Triumuiratu cum Lepido & Antonio, imperiú orbis velut censum hereditatemque paternam essent inter sese partiti, atque ille tota Hispania esset potitus. Quòd autem ab illo edicto hæc temporis designandi ratio sit orta, docet præter alios Isidorus *Etymolog. 5. cap. 36.* his verbis: *Aera singulorum annorum constituta est à Cæsare Augusto, quando primùm censu excogitato Romanum orbem descripsit.* Dicta autem æra ex eo, quòd omnis orbis æs reddere professus est Reipublicæ. Alius hæc ratio minime probatur, vt nec na tum in se vocabulum sit, vtpote multo antiquius. Cum, referente Nonio Marcello, etiam Lucilius Poëta eo sit vsus hoc modo: *Aera summæ subducta improbe.* Erat enim æra numeri nota in moneta, quantum valeret ea, designans. Estque hæc temporis per æras ratio in Arragonia sublata à rege Petro eius nominis quarto, anno Domini 1358. teste Vasæo ex Antonio Beurero: In Castella vero anno 1383. à rege Ioanne eius nominis primo: Postremo in Portugallia ab Ioanne primo anno 14 5. posteaquam Septam Africæ vrbem vi bellica Sarracenis ademisset: atque ita cautum communi omnium Hispaniæ regum decreto, vt a Christi natiuitate numerarentur in posterum anni. Sed quoad etymon nominis, aliter visum Genesio Sepeluedæ, *vt idem Vasæus refert.* Et vt ille operæpretium duxit inter alia sius adiicere, ita prorsus his nostris interserenda nemo negare queat, cùm annotatio eius hac de re nó solum ingeniosa, sed etiam sit erudita. Huius vocis (*æra*) quam, in qua Isidorus noster, auctor alioquin grauissimus, & fere posteri ad æream monetam & tributum ab Augusto Cæsare in d[illegible] orbis imperatum referendam falso putantur, rationem paucis explicabo. Veteres enim initio (vt equidem pro comperto & explorato mihi habeo) scripturas claudentes, tempus ad hunc modum adscribebant. *Data fuerat hæc*, exempli gratia. *Cordubæ primo Cal. Maii. Annus erat Augusti Cæsaris centesimus quinquagesimus.* Deinde breuitatis caussa sic verba ad annum pertinentia signabant. *A. ER. A. CAES. CL.* initia duntaxat verborum punctis distincta pro totis verbis notantes, vetustissimo properantium librariorum more. Postea librariorum tabellionumque temeritate & inscitia ablatis punctis, scribi cœpit, Æ R A C E S. Quo errore latius serpente, quiuis annorum ab aliquo velut capite deducta ratio primum ab Hispanis, inde a cæteris Astrologis æra vocari cœpit. Hæc Sepeluedæ coniectura verisimilis, tantùm nulla ab eo auctoritate certa confirmari potuit. Reiecit itaq; eã L. Andreas Resendius credens, neq; ab ære dando vocatam quam neq; ab hero, vt somniant nonnulli, sed simpliciter a numeri nota, quod æra sit nota vel supputatio, *vt Faustus interpretatur.* Et ad hãc rationem Alphonsus Hispaniarum rex suam temporum supputationem appellauit æram.*

* Locus Fausti Reiensis (vel Regiensis) episcopi lib. 1. de Spiritu S. hic est, *Sacer numerus, dicimus: quasi trecenti in æra siue supputatione*, &c. Aeram dicit esse supputationẽ, siue Cóputum. Rufus Festus in Breuiario, *Parebo libẽs præceptis, quippe cui desit facultas latius eloquendi: ac morem secutus calculonum, qui ingentes summas æris breuioribus exprimunt, res gestas signabo, non eloquar.* Aeras summas dixit. Isidorus ex Canonibus Euangelicis Græcis Eusebii Cæs. semper Aeras dicit, quod Græcus scriptor ἀριθμὸς. *Per singulos Euangelistas numerus quidam capitulis affixus adiacet. quibus numeris subdita est æra quædam minio notata, quæ indicat in quoto Canone positus sit numerus, cui subiecta est æra. Verbi gratia, si est æra prima, in primo Canone*, &c. Hildericus Gallus, æqualis Isidoro *æras*

e

dierum dixit pro numeris dierum. Aera igitur est numerus, computus Ψηφισμός. *Aera summa* Lucillius supra citatus vocat, quas *Aeras* Rufus Festus. Quæ autem veteres *Aera* vocabant in rationibus, ea vulgus hodiernum item vocant, à verbo quod primum est in notatione Aeræ. Inde etiam sumebatur pro debito Varro, *Aes defrudasse coponem, Obuam luto obleuisse, tum portitores æra indixe.* æra vocat portorium, quod pro vini subuectione debebatur. Inde verbum adærare, in rationes referre. Eugenius Panegyristes; *hoc ego salarium, quantum ad honorem pertinet, adæratum accipio, & in accepti ratione perscribo.* Ex his omnibus satis constat Aera, & postea Aeras esse ἐν κόλλυβον καὶ τὸν κερματισμόν. Quare vt Aera Latinis est verbum mensariorum, campsorum, collybistarum; sic etiam apud Hebræos recentiores פרט *Perat.* Et minutas summas, quæ maioribus subiiciuntur, Iudæi vocant *Perat.* Sed cùm Aera Cæsaris non solùm Hispania vsa sit, verùm etiam Africa, Gallia, Italia, eius origo non videtur repetenda ex Hispania, nèque ex triumpho Domitii Caluini. De Africa habemus testem Synodum Carthaginensem secundam, cuius titulus ita conceptus; *Concilium Carthaginiense secundum habitum Aera* CCCCXXVIII. *circa tempora Siricii Papæ.* De Gallia, *Concilium Arelatense tertium* XIIII. Episcoporum Aera CCCCXCI. De Italia, Leo Papa Epistolâ XXIX. *Data Sextodecimo Kalendas Aprilis, Valentiniano Augusto Septies, & Auieno viris clarissimis Consulibus,* Aera CCCCXLVIII. In fine XXIII. epist. & sequentis, ponitur, *Atterio & Protogene Coss. Aera qua supra.* vt pauci[illegible] omnia, *Aera* Cæsaris Hispanica, quæ & Africana, Gallicana, Italica, significat computum & numerum [illegible] a.s. v[illegible] anni Iuliani [illegible] vox Hispanica, nec Hispanis [illegible] mo[illegible] in vsu, sicut scriptores Hispanici & alii voluerunt. De Aegyptiorum, Aethiopum & aliorum Aeris scribere, huius Etymologi ratio minimè patitur. Superiora nobis suppeditauit Magnus Scaliger in præclaro opere de emendatione temporum.

Aerarium publicæ pecuniæ locus, qui Romanis erat ædes Saturni, sub quo homines sponte sua sine lege fidem rectumque colebant, vocabuli auspicium trahit ab ære, quod omne pecuniæ genus significat. Nam Plinius scribit, veteres vsos æreis nummis ouium atque boum effigie à Seruio Tullio signatis. Hinc nihil aliquem in ære habere dicimus, & eundem obæratum: Item æs alienum, meum, tuum, circumforaneum, datum videlicet ad vsuram. Exstat & verbum *æruscare,* quod Festo est pecunias vndique colligere. Quid, quod, auari quasi æris auidi sint dicti Nigidio. Pro aureis nummis accipi docet Vlpianus *l. etiam. ff. de verbor. significat.* Quinimmo æris copiam & vsum prius apud mortales extitisse, quam ferri & aliorum metallorum, docet Hesiodus, Plinius, & alii. Quare Thusci, referente Macrobio, primum æneo vomere sunt vsi. Et ante percussum à Seruio nummum vtebantur Romæ ære rudi, *vt notat Plinius.* Quo rectè ab ære, moneta, quæ prima omnium in vsu fuit Romanis, locum seruandæ publicæ pecuniæ destinatum, dixerunt ærarium, non argentarium, aut aurarium, vt in Saturnalibus notat Macrobius. Hinc Tribuni ærarii apud Ciceronem 1. ad Atticum, & à tribuendo ære Festo dicti: Hinc Quæstores ærarii apud Tacitum *Annalium* 3 Hinc Scribæ ærarii, apud Ciceronem pro Cluentio Nummi autem ænei fuerunt, Dupondius, as, semis, triens, quadrans, [illegible]a & aliæ fortassis assis partes. Differt ærarium à fisco ita, vt illud sit populi, hic principis.

* Aerarii sacri meminit Io[illegible] Iudæ historia, Reg. 2. ver[illegible] da[illegible]

rium vetus interpres Gazophylacium reddit, quæ dictio quinquies occurrit in Nouo Testamento, népe, Marc. 12. a 1. bis & 43. Luc. 21. 1. Ioann. 8. 20. Templi (inquit noua interpretatio) vocata est ita regio quædam, conferendis oblationibus destinata. Quidam fiscum interpretatur: ego, si quid mutare velim, Aerarium vocare malim. Græcis γαζοφυλάκιον. Gaza γάζα, ης, ἡ, Persica vox, teste Hesychio, significans apud eos τὸ βασίλειον, seu τὰς ἐκ τῶν πολλῶν φερομένους φόρους, aut τὰ τίμια, id est, Regiam cum supellectile & instrumento suo, seu tributa & reditus, aut res pretiosas. Idem γάζαν exp. etiam πλοῦτον, Opes, diuitias: Suidas θησαυρὸν, thesaurum: id est supellectilem & opes pretiosiores quas recondimus. Vnde γαζοφύλαξ custos gazæ seu thesauri, Præfectus ærario. Et gazophilacium Suidæ thesaurophylacium dicitur, Græcis ταμιεῖον, & δημόσιον. Iosephus scribit γαζοφυλάκιον fuisse locū non in interiore seu sacratiore téplo Hierosolymitano, sed in ipso ingressu sub porticibus. Oblationem Deo factam, seu δῶρον τοῦ θεοῦ Hebræi קרבן Korban appellant, & Chaldaica formâ Korbana, Syra autem Korbona: à verbo Karab, 1. appropinquauit, obtulit. Hoc etia nomine Ærariu Ecclesiasticum seu γαζοφυλάκιον Christi tempore significatum fuisse nonnulli putant. Syris gazophylacium, בתגזא Bethgazza, domus gazæ seu ærarii dicitur.

Aerscome, qua dictione Iuuenalis vtitur Satyra 8. ab α priuatiua deducitur, & κείρω [illegible], cuius futurum apud Aeoles κέρσω, & κόμη coma.

Aerumna, Hebr. היה haija, ab interiectione dolentis הי hi, hei, seu. solent enim ærumnosi suspirus crebris ex imo [illegible] exclamare [illegible]. h[illegible], hei [illegible]. Sunt qui [illegible] ærumnis dermant ab ære, [illegible], [illegible] eius grauia hominibus m[illegible] labores. V[illegible] de[illegible] [illegible] [illegible]pole ex[illegible] [illegible], in-

lendo. Quid enim citius ærumnâ curis conficit hominem, cum illis emaciatus tandem marcescit.

* Variis nominibus exprimitur Hebr. 1. עצב hetseb, עצבון, עצבה hittsabon, hattseba, mœror, ærumna, tristitia: quod nomen hetseb, vt & hotseb, idolis etiam tribuitur metaphoricè, quod omnium ærumnarum & dolorum causæ sint. 2. ἡ λύπη. 2. און Auen, quæ vox & animi & corporis ærumnas complectitur, atque sæpius vanitatem denotat: à verbo און On, doluit animo, ærumna affectus est & molestia ob rei dilectæ priuationem. in 1. coniugatione אן An, doluit. Hinc ἀνίω lamentor, mœreo; ἀνιάω ἀνιάζω, doleo, ærumnis conficior, ἀνία molestia, ὀδύνη; ærumna, ægritudo laboriosa. 3. עמל hamal, Aerumna ex labore proueniens, πόνος, μόχθος. Latinis *malum*, generaliore voce: à verbo עמל hamal, durum laborem exercuit, & in 1. Coniugatione hamal & hemel, laborauit cum molestia & dolore. Hinc μόλος labor.

Aes æris, Hebr. נחושה Nechusehah, siue נחשת Nechoscheth, à verbo נחש Nachash, id est, Auguratus est, augurium fecit, diuinauit, ominatus est, certas conjecturas habuit: Nominis rationem quidam esse autumant, quod ex æris tinnientis sono forsan obseruatio quædam fieret in auguriis, diuinationibus, & eiusmodi conjecturis: vel quod æs ad varios vsus probatos & improbatos accommodetur. Alii, quòd coloris subruffi sit, instar paruarum linearum in serpentum pellibus Propriè Nechosheth metalli illius species est, quam æs, vel cuprum, appellant. Metonymicè est vi[illegible] l[illegible]ta illi & damnosa m[illegible]eta, quam Aes ma[illegible]defactū [illegible], Latinis Aerugo, Græcis βρῶσις, q[illegible] [illegible]mestio [illegible]ciosio. etiud enim metalla a quo [illegible] synecdochice ad omne v[illegible] transferuntur: metaphorice verò ad [illegible] [illegible]des proficientes ex aliquo propter scortationis frequen-

tiam & assiduitatem, Ezech. 16. 36. & 24. 11. Quin & pro pedica ænea seu ferrea metonymicè sumitur, Thren. 3. 7. & Synecdochicè pro metallis omnibus, 1 Reg. 7. 4. Porro quia firmum & durissimum est Aes, ideo & absolute, & cum ferro, prouerbiale est hominis duri & immobilis, Ierem. 6. 28. frons æris dicitur de impudente & peruicace, qui nullis admonitionibus mouetur: Esai. 48. 4. Aeris murus, Ierem. 1. 18. Aeris portæ vel ianuæ, Psal. 107. 16. Aeris montes, Zach. 6. 1. vngulæ æreæ, Mich. 4. 13. Aes vt putre lignum reputare, Iob. 41. 18. Sunt & alia multa de ære prouerbialiter dicta ab Hebræis, quæ lectori studioso scrutanda relinquimus. Aes in Nouo Testamento à Syro interprete pro pecunia vel moneta sumitur: in his verbis Matth. 10. 9. *Ne comparate æs in zonis vestris*: & Marc. 12. 41. *Spectabat quomodo turba immitteret æs in gazophylacium.* vbi vtroque loco æs Latinorum, & χαλκὸν Græcorum exposuit per נחשא *Nechascha*, signific. monetam in vsu apud Iudæos, ex ære conflatam, & nummis certi ponderis constantem. Porro Sancti Euangelistæ vocabulo τοῦ χαλκοῦ, Syrus נחשא *Nechascha*, & Aeris Latini interpretes vsi sunt, Græcos & Latinos priscos imitati. Græcis etenim Atticis inprimis, vocem χαλκοῦ siue χαλκίου pro pecunia in genere positam testatur Pollux lib. 9. Aristophanes, & variæ appellationes passim apud authores probatos occurrentes. ἄχαλκος *pecunia carens*; ἀχαλκεῖν *pecunia carere*; χαλκολογεῖν *nummos colligere*; χαλκιδίζειν & χαλκιδεύεσθαι, *congerendo nimiæ pecuniæ studio incumbere*, idem quod Chalcidissare, quod ad mores Chalcidensium in Eubœa insula accommodat Erasmus, quod essent ad rem attentiores & omnium rapacissimi. χαλκισμός, *ludi species* apud Homeri interpretem: χαλκιδῖτις πόρνη, *meretrix*, a vilitate nummi quo pudicitiam suam prostituunt. χαλκὸν κόπτειν καὶ σημαί-νειν, *numos cudere ac signare*. Similiter apud Latinos æris vocabulū vsitatū fuisse in specie quidem pro nummis æreis; generatim verò pro quibusvis nummis, ex infinitis locis probare possunt grammatici. Hinc apud Terentium legimus, *Aere ancillam emptam suo*: & ap. Plautum, *Redit miles, æs petit*. Cato, *fundum* (inquit) *æribus suis emptum possidebant*. *Aere mutare*, est pecunia emere aut vendere, apud Plinium, Columellam & alios. Hinc *in ære alieno esse*, dixit Cicero, pro alteri pecunias debere. & notum est peruulgatum illud, *Qui non habet in ære luat in corpore*, hoc est qui mulctam pecuniariā persoluere nequit, supplicio aliquo puniatur. *Aes circumforaneum* sumitur pro pecunia fœneratitia, apud forum à trapezitis in tabernis quæ circum forum sub porticibus erant, ad vsuram accepta. *Aere dirutus* miles, cui pecunia stipendiaria ignominiæ causa adempta. *Aerarium*, locus Romæ in æde Saturni, asseruandæ pecuniæ publicæ destinatus. *Aerarii milites prætores, tribuni, quæstores, Scribæ*; quorum apud Varronem, Tacitum, Ciceronem, frequens mentio. *Aeruscare*, pro pecunias vndique colligere, apud Festum, vnde sunt Aeruscatores, Chaldæi, vilissimi homines cibū quæstumq; vndiq; ex mendaciis fallaciisq; captantes apud Gellium. Aesculanus vel Aerinus Deus apud Augustinum, qui pecuniam hominibus largiri antiquitus ab Ethnicis credebatur. perinde vt Deus *Argentinus* & *Aurinus*, quem *Mamonam* Syri lingua sua vocabant. Adærare, Codic. lib. 12. pro ad pecuniæ æstimationē redigere. *Obæratus* apud Liuium & Cæsarem pecunia aliena oppressus. Adæratus etiam Ciceroni, subærari, pecunia obligari, vnde subærati nummi, τὸ χάλκει nummi ære admixto adulterati.

Aes hinc ad olfa ... ἀπὸ τοῦ αἰδοῦς pudore.

Aes ulap. in dictus teste Phurnuto ἀπὸ τοῦ ἠπκλῦσθαι καὶ ... τὴν κατὰ τὸν θάνατον γινομένην ἀπόκλισιν, *ab e... & reuciendo factum per mortem int... m.*

Sed

Sed impressi codices habēt pro ἐυκλῆϑ, ἐποδαι, quasi qui cæsset & vanum efficiat mortis accessum. Alii deriuare malūt ἀπὸ τοῦ τὰ ἀσκλῆ [illegible], ab eo, quod, quæ morborū aspera sunt, mitia reddat. Nonnulli deducunt eiusnō ab priuatiua, & σκελλεῶ, id est, mori, quod homines grauissimis morbis affectos seruaret. Quoniam verò hic medicinæ fertur inuentor, institutus ab Apolline patre, ideo dictus ἀπαλεξίκακος, malorum propulsator. Significauit etiam haud obscure Maro medicinæ eū repertorem, cum canit hoc modo:

Tum pater omnipotens al quem indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vita.
Ipse repertorem medicinæ talis & artis
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad undas.

Et verò, cū tres Æsculapios commemoret Cicero *3. de natur. Deor.* primum hunc Apollinis filium, quem Arcades coluerunt inuenisse specillum, & vulnus obligasse, tradit. Excoluit sane medicinam, receptus propterea in numerum Deorū, sicut scripsit Cornelius Celsus. Crediderūt & hanc ob caussam consecratum illi serpentem salutis signū, vtpote a quo multa remedia procedant in hominum genus. Equidem Theriaca medicamentum multis morbis profligandis perutile, præcipue à vipera, quæ [illegible] vocabulo accipitur [illegible] deducit. Huc refer quod prodiderunt Romanorum historiæ. Nā cum Q. Fabio Maximi filio Gurgite & D. Iunio Bruto Scæua Coss. pestilentia ingens [illegible] vrbem & agros, & cōsultis libris Sibyllæ quæsitum esset, quinam finis, aut quod remedium eius mali [illegible] Diis ob[illegible] queat, [illegible] in istis libris, accersendum Æsculapium Romam Epidauro. Multi [illegible], cum per dies [illegible] ad Æsculapium [illegible] anguem [illegible] ibi pro Æsculapio [illegible], sponte pergētem ad Romanorum nauem, Romani vexerunt, eiusque aduentu fertur sedata pestis, vt pote cum egressus esset in insulam Tyberinam, vbi templum ipsi dicatum, cui canes adhibebantur, quòd is canis vberibus enutritus credatur Cubabant & ibi ægroti valetudinis caussa. Vnde qui morbo leuatus non erat, apud Plautum his verbis Deum mensat:

Migrare certum est iam nunc è fano foras,
Quando Æsculapi ita sentio sententiam.

Eandem ob caussam redimitum legitur caput ipsius lauro. Quodque Gallū Aesculapio debere se dixit Socrates propediem moriturus, non aliam significationem habet, quam quòd Philosophus diuinitatem animi sui maioris mundi diuinitati copulaturus, animorum medico ideo Gallū debere se dixerit, quod solutus ab corporea mole se tū prorsus conualuisse arbitraretur. Fuit & signum salubritatis gallina, immolari eidem solita, non equidem aliā de caussa, quam quòd caro eius lenissimæ digestionis sit, & languidis accommodata. Pausanias scribit à Cyrenaicis immolatā ipsi fuisse capram, forte quia nutritum eū aliqui à capra ferunt: Vel quia sanitati aduersarium animal est capra perpetuo laborans febri. His adde Apii seu τοῦ ἠπίου vocabulum ipsi tributum, quod a grotantium dolores medicamentis leniret. Et quia [illegible] quendam Epidauri tyrannū fuisse aiunt, ex huius & ἠπίου nomine cōpositum τοῦ ἀσκληπιοῦ nomen fingunt nonnulli. Quidam mythologi quicquid de Aesculapio legitur ad rerum naturalium considerationem pertrahunt: & fere quidquid de Diis commenti sunt Græci veteres, primum habuit naturalē historiam ioi narrationū, quibus inde dementatum est miserum vulgus, fundamentum. Dicitur Aesculapius Apollinis & Coronidis filius hæc Phlegyæ nata. Phlegyas autem calor est solis, ἀπὸ τοῦ φλέγειν, id est, comburere. Coronis,

huius filia, est vis illa aeris modice humectata. quæ solis accipit salubrem impressionem. Nisi enim solis calor aera purget ac rariorem faciat, & nisi vis quædam humoris in ipso aëre relinquatur à calore, nulla esse potest salubritas. Cùm igitur è calore & humore temperato illa nascatur, iure dicta est *Coronis*, παρὰ τὸ κεράννυσθαι. Pausanias in Achaicis asserit Aesculapium nihil esse aliud quam aera. Et certe cognomina ei tributa (nempe ἠπιοδώτης, mitis dator, αἰγλαέτης, aspectus splendidi. ἰατρὸς, medicus: salutifer, Opifer, &c.) id satis indicāt. *Hygiea* eius filia dicitur, quæ nihil aliud est quàm bona valetudo. Est siquidem aëris temperies nō homini solum, sed cunctis animalibus ac plantis admodum salubris. Ex vi solis aer assidue mouetur & generatur: ideo filius Apollinis Aesculapius. & quoniam id fieri non potest, nisi per quandam ipsius aëris mistionem, idcirco mater eius dicta Coronis. Ex aëre ita affecto nascitur Hygiæa, salubritas, & Aesculapius aer sanitatis artifex medicinæque repertor. Ideo alia eidem filia tribuitur, *Iaso*, ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι, à medendo scilicet dicta. Hæc autem omnia Sol per anniuersarias sui cursus conuersiones, vicissitudinesque frigoris & caloris hominibus impertit: quare Titane, Sicyoniorum oppido, signum Aesculapii salubritatis signum vocatum est. Draconem ei dicarunt, & duo baculum amplectebantur dracones, quia Sol Aesculapii id est, aëris pater, quasi senectutē exuens, ab arietis principio vires incipit resumere, donec ad an[illegible]um senium, sub cancri signo peruentat. fit in hac iuuenta & senili ætate multa[illegible]um stirpium, herbarum, animalium ortus. Accedit vis oculorum quæ maxime Soli conuenit: nam ὄφις id est, serpens, ab aspiciendo dicitur. Sol autem draconem veteres Ethnici soli dicarunt, quem ab acuto visu nominatum dicunt [illegible] exstimatus est. Quæ non sola ratio fecit vt coruus illi sacer putetur; sed etiam illa quòd hæc auis sit auspicus accommodata. Nam non solum artis medendi peritus fuit Aesculapius, sed etiam diuinandi; quæ scientia ad medicinam pertinet, vt ex Hippocratis & aliorum, qui de medicorum prognosticis scripsere, libris constat. Hinc effectum est etiam vt gallum Aesculapio etiam tribuerint ob vigilantiam & diligentiam erga morbo laborantes. Baculum gestabat cum serpente inuoluto, quoniam medicina est quasi fulcimētum humanæ vitæ sensim labētis, & anguis in remediorum applicatione prudentiam & vigilantiam cōmendat.

Simulacrum eius passim formatum ab Ethnicis barba intonsa, cùm tamen pater eius Apollo exhiberetur informis luxuriante tantùm capillo, vt quidem solem semper viridi iuuēta frui, at quæcunque generantur ab illo ocyus aut serius in senium vergere ostenderetur. Solitum ita formari Aesculapium, patet etiam ex improbitate Dionysii Regis, qui auream barbam demi huic iussit, quòd minime conueniret Apollinē patrem imberbem, ipsum verò conspici barbatum. vt refert Valerius *libr.1.cap.2.* Apud Sicyonios tamē simulacrum eius imberbe exstitisse factū ex ebore & auro notat Pausanias. Innuit idem Lucianus in Ioue tragœdo his verbis: ὥστε μὴ μηρακεύου πρὸς ἡμᾶς, ἀλλὰ λέγε θαῤῥῶν ἤδη τὰ δοκοῦντα, μὴ αἰδούμενος εἰ ἀγένειος ὢν δημηγορήσεις. καὶ ταῦτα βαθυπώγωνα καὶ εὐγένειον οὕτως υἱὸν ἔχων τὸν Ασκληπιόν.

Aestas ab æstu dicta Varroni, quasi vsta Isidoro, vt aliis ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι ardendo.

Hebr. קיץ *Kaits* à verbo קוץ *Kits*, æstiuauit, & in 3. cōiugatiōe הקיץ, *Hekits* euigilare fecit, quoniam in æstate omnia euigilant, seu reuiuiscunt, quæ in hyeme mortua videbantur. *Gr.* Θέρος, à verbo θέρω, calefacio quod eo tēpore omnia magis cale[illegible].

Aeta, ab αἰὼν Gr. de[illegible]um: ab hoc etiam

enim æuum æuitas,& per syncopē ætas, Hebr. חד heth & דור dor. Prior vox significat etiam tempus,& opportunitatem temporis, vnde ἔτος, annus, vnius anni spacium, ab עת ætas commodè fluit, & Galli de homine vegeto & florenti ætate dicūt, id est achet, recte se habet. Vox posterior. דור Dor, est ætas durabilis, seculum circiter 100. annorum, à verbo Dor, perdurauit, diu habitauit, durauit, fuit durabilis, in aliquo certo loco per totam vitam habitauit. Hinc ἀηρόν, διαρόν, diu; ἀηρός diutinus: & latinum duro, quem Galli sequuti sunt, verbo durer, & nomine duree, quæ Herb. דורה Dora, quę tantùm plurali דורות doroth, durees, legitur Græcis ἡλικία, quæ ætatem senilem, adolescentem, statutam, seculum significat: cuius primigenia vox ἧλιξ, quantus: vel (vt alii volunt) ἥλιος, Sol, cuius ætas & firmitas semper durabilis.

* Aeternum propriè & verè illud esse dicitur, quod nō solùm neque principium sui esse, neque finem habet: verùm etiam quod tale est, vt in sua essentia seu natura nihil habeat prius vel posterius. Ac proinde æternum id propriè vocatur, quod non solum semper est, sed etiam, quod idem semper est. In re enim æterna, tria hæc insint oportet: vt careat principio, vt nullæ mutationi successionive sit obnoxia, eóq; nullum habeat finem. Duabus vocibus (עד & עולם Hadh. & Holam,) Hebræi æternitatem significant. Vtraque autem a tali est radice, vt significetur res, cuius neque initium neque finem possis reperire, sed eadem semper sit. Radix prioris vocis significat vsque ad, vsque quò. Hac indicatur æternitas: quòd ea, tam à parte, ante vt Scholæ loquuntur, quam à parte, post, si pergere quis velit, vt inueniat vel principium, vel finem, neutrum vsquam inuentum sit, sed [illegible] vltra progredi semper ita cogatur, vt [illegible] posse non [illegible] vsque ad [illegible] principium, vel ad [illegible] res eadem semper maneat, [illegible] a mutationi, nullive fini. Posterioris vocis, quā seculum vertunt, frequens mentio in Prophetis & Psalmis: & sæpe pro æternitate ponitur. Radicem habet à verbo, quod Latere & occultare significat. Hoc verò nomine ideo designatur æternitas, quòd æternitatis principium & finis simpliciter lateat: seu quòd nullum in ea principium, aut finis, aut successio reperiri queat. Græci duabus vocibus æternitatem notant. Prior est ἀΐδιος ab aduerbio ἀεὶ semper. Quid sit autem ἀΐδιος docet Phauorinus: Ἀΐδιος (inquit) ὁ ἀεὶ ὤν, ὁ μηδέποτε ἀρξάμενος, μηδὲ λήγων, neque simpliciter, hoc est qui non desinit non solùm esse, sed neque etiam desinit talis esse, qualis erat, & est, nec desinere potest. Ita illa tria hîc etiam habemus veri æterni propria: nempe vt sit sine principio, sine successione & sine fine. Altera vox frequentior est, nempe αἰώνιος, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος. Quid est autem αἰών, nisi ἀεὶ ὤν? At si ἀεὶ ὤν, ergo neque principiū habet, neq; mutationem vllā, neque finem. Latini suam vocem Aeternitatis ab æuo deducunt: quasi sit æuiternitas. Æuum autem à Græco αἰῶνος deductum esse nemo dubitat, Proinde Latinis etiam Æternum propriè illud est, quod semper est, principio scilicet & fine omni carens. Idem docet collatio temporis cum Aeternitate. Tempus enim opponitur Aeternitati, & temporariū æterno. Proinde si intelligas quid sit tempus, tum è contrario quid sit Aeternitas intelliges. In tempore tria sunt, principium, successio, finis. Tempus enim est mensura motus in re mobili, eoque numerus est prioris & posterioris in motu: propterea quòd in omni motu est prius & posterius, eoque successio. Illa autem duntaxat [illegible] metiri tempore, quę principium [illegible] & finem habent in quibus est prius & posterius, eoque mutationi obnoxia sunt. Quare temporaria [illegible] sui esse habent & [illegible] & quæ [illegible] successionem [illegible]

[illegible]

esse [illegible] sunt contra illa vere dicūtur æterna, quæ principio & fine carentia eadem semper sunt, ab omni successione libera.

Æther extrema mundi pars παρὰ τὸ ἀεὶ θεῖν κυκλοφερικῶς, quod semper in orbe curat, dictus Aristoteli. Reprehēdit enim Anaxagoram Clazomenium, qui ἀπὸ τοῦ αἴθειν, id est, ardendo deriuauit, i. de cœlo. Hebr. [illegible] Schahhak, a teuitate quod materia admodū tenui & velut commenta, sit conflatum.

Æthiopes [illegible] dici nonnullis videtur, vt & Plinio ab Aethiope Vulcani filio [illegible] Nam deriuandum potius nomen παρὰ τὸ αἴθειν, vel τὸ καίειν, ab [illegible] do vel comburendo, & ὤψ, ὠπός vultus vel aspectus, ετ κεκαυμένην ἔχειν τὴν [illegible], quoniam faciem combustam [illegible] Regio eorū Aethiopia. Hebræis [illegible] a Chus filio Cham Primi omniū [illegible] creduntur etiam indigenæ, [illegible] seruitutem experti. Omnes sub plaga torrida vulgo vocata habitāt, quod a Strabone proditum rectè; reges [illegible] vt Deos colunt, qui clausi fere desident domi. Deorum alterum immortalem qui rerum omniū sit caussa, alterum mortalem crediderunt. Nonnulli ex iis, qui olim ad torridam habitabant, Deos esse negabāt. & Solem, propterea quòd eos vreret & infestaret, detestabātur. Sacerdotum antiquitas tanta erat, potestas auctoritasque, vt misso nonnunquam nuntio mortem regi denuntiarēt, & alium sufficerent, donec rex quidam [illegible] in fanum, armata manu, iugulasset sacerdotes. Amici quoque regis cōmori solebant regi. Sunt autem omnes crispi & nigri. Cuius quidem rei rationem reddit Strabo *libro 15.* aduersus Aristobulum, qui Theodecten [illegible] reprehendit, qui [illegible] & crispaturę caussas in Solem referret. Diutissime [illegible] viuere sunt crediti [illegible] tamen tumoribus multum ob[illegible]. Regni totius caput Meroe. Hodie rex Pretoiannęs, vel presbyter Ioannes, vt vocatur, quem illi *Gian*, id est, potentem nominant, sexaginta duobus aliis regibus imperitare dicitur. Semper iste in aperto agit, non vltra biduum ciuitatis mœnibus inclusus. Sacerdotes omnes sunt coniugati, summaque apud illos veneratio Thomæ cognomento Didymi. Primus quoque honos sacerdotibus habetur: Inde sapientibus, quos *Balsamates* & *Tenguatos* vocant: Tertius Nobilibus, quos sequuntur *Stipendiarii*. Sic enim Sabellicus prodit, qui ab ipsis locorum indigenis hæc omnia se accepisse diserte scribit.

* Æthiopia duplex in Africa constituitur a Ptolemæo. Vna sub Aegypto: altera vocatur interior. Pars illa, Aegypto cōterminina, & in scripturis S. כוש *Chus* dicta generali voce Aethiopia dicitur Act. 8. 27. & Chusæos, Arabiæ felicis incolas, aliosque populos Aegypto, Palestinæ, mari rubro vicinos, complectitur. filij verò & nepotes Chusi non eam Africæ partem, quæ Aethiopia nominatur, coluerunt, sed Arabiam felicem & eius limites paulò longiores. Nisi *Put* excipias, à quo nonnulli Mauritanos ortos esse volunt, apud quos flumen Phuth nominant Ptolemæus & Plinius. hanc vocem, Ierem. 46. & Ezech. 27. 30. &c. Latinus interpres Libyam reddit. Sed alij coniiciunt filios Mitsraim, qui Aegyptum occupauit, & Chusi frater fuit, incoluisse Africam superiorem, Aegypto proximiorem, & temporis progressu in inferiorem penetrasse, vt gentium migrationes tulerunt. De Aethiopia intima & in media Africa constituta, doctissimus & nobilissimus Scaliger lib. 7. de emend. tempornm. pag. 637. postremæ editionis, ita. Ante Lusitanorum in intimam Aethiopiam aduentū, solum nomen Aethiopum Christianorum nobis vix notum erat, eorumq́; imperator falso nomine Presbyteri Ioannis cū id nomen esset, non eius qui in Aethiopia, sed qui in Asia ante annos 300. longe latéque rerum potiebatur. Id autem est lingua

est lingua Persica ἀποςολικός. Nam in ea lingua פרסהגאן *Peresthegan*, sunt ἀπόςολοι & פרסתגאני *Peresthegani* ἀποςολικός; quod nomen propriè conuenit summo sacerdoti, aut ἀρχιερεῖ potius quàm Regi. falsò igitur Prestegiani (vel PreteIoãnem aut presbyterum Ioannẽ, barbare vocarũt, qui ex itinerario Poli Veneti hariolati sunt eundem esse regẽ Asianum cum בגוש *Negusch*, id est Rege Aethiope: quòd vterque Christianus esset. Cõstat certè ante trecentos annos quosdam Aethiopes reges in Asia, præsertim in Drangiana, finibus Susianæ, & in India late imperasse; donec Imperatores Tartarorum eos tota Asia depulerunt, victos prius, vt aiunt, à Cingi Tartarorum rege, interfecto Vncam eorum imperatore. Deinde adijciunt a Vincano filio Cingis, & eius filio Bachino Cam omnes illos Aethiopes penitus ex Mon & Sinarum regno ejectos, & in Africæ extrema vsque compulsos. Nobis verò permirum videtur, quæ n hodie nautica rei peritis [illegible] mari-que patentem, [illegible], vt no Aethiopia ad Sinas vsque imperij fines propagarit. Nunquam hoc qui Abissinorũ mores & vita penitus cognita habuerit. Hi Arabice dicuntur Elhabaschi. Vnde vulgo Abassi & Abasseni (à nostris Abissini) vocantur. Quod est argumentũ, eos non esse Αἰθίοπας αὐτόχθονας, sed ex Arabia illuc traductos. Nam Αβασηνοὶ collocãtur in Arabia turifera à vetere scriptore Vranio apud Stephanum. In Seueri autem Imperatoris numismate sculptũ est Αβασηνῶν. atqui Seuerus Imp. dictus est Arabicus, non autem Aethiopicus. Quare sine dubio ex Arabia oriũdi sunt. Huc accedit lingua, qua sacros libros scriptos habent, quæ à vera Aethiopica tantum discrepat, quantum Italica & Illyrica, Germanica & Hungarica, Hæc autem lingua, qua in sacris vtũtur, elegantissima est, si modò cultura adhibeatur. Vocatur autem געץ *Ghiani*, id est, libertas, quòd nimirum ea sola vterentur Arabes illi victores, qui Aethiopia insiderunt. Aduentitiam fatentur Aethiopes ipsi qui eam Chaldaicam vocãt Tametsi enim propius abest ab Hebræa, quam à Chaldaica: tamen hoc argumento ipsimet fidem faciunt nõ esse ibi natam vbi nunc colitur, & ex solis libris à solis sacerdotibus discitur. Ipsi sanè Aethiopes dicũtur, & quidem ij qui Hebręis Chuschin: sed sunt meri Arabes σκηνῖται. Adad Axumorũ rex primus in Aethiopia imperante Iustiniano, Christianismum prædicari curauit. Et historia Ecclesiastica Aethiopes Christianos Ἀξουμιτας vocat, quibus Abaseni vel Abissini successerunt.

Ætna Siciliæ mons ignicomus, non ab Ætna Cœli & Terræ filia, non a loci genio cognomine, vt scripsit Castor, nec ab Aetna nympha Cereris & Vulcani disceptatrice, vt Dion Collatianus tradidit, nomẽ arcessit, sed ἀπὸ τοῦ αἴθειν, *ardendo*. De ea notatu digna ista Virgilii ex 3. Aeneidos:

Sed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla:
Attollitque globas flammarum, & sidera lambit.
Interdũ scopulos auulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exæstuat imo.

Pindarus eiusdem montis flammas describit Pyth. 1. hoc modo: Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει στέρνα λαχνάεντα κίων δ' οὐρανία συνέχει νιφόεσσ' Αἴτνα τιθήνα. τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλάτου πυρὸς ἁγνόταται ἐκ μυχῶν παγαί. ποταμοὶ δ' ἀμέραισι μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ αἴθων', ἀλλ' ἐν ὄρφναισι πέτρας φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖαν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ. κεῖνο δ' Ἀφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν δεινοτάτους ἀναπέμπει, τέρας μὲν θαυμάσιον, θαῦμα δὲ καὶ παριόντων ἀκοῦσαι, Siciliaque

xir singulare quiddam, confinxit aliquid cogitando, commentus est, fabulam finxit. Hinc fortasse Gall. *Badin*, & *badiner*. Cognationem habet cum בדד *badhad* solus fuit, solitarius degit; qui enim singularis est, & aliorum communionem consiliaque spernit, plerumque stultus est & nefanda cogitat. Solitudo vt plurimum belluina. Affinitate etiam alludit ad בטא bitté, effutiit temere: & cum nomine אפן *Ophan*, i. Rota, *Afaniæ* conueniunt: nam rotæ in modum voluuntur & currunt stultorum hominum voces. vide Mythologia. Afaniæ, ὕθλήματα. nugæ: ὑθλέω, nugor, deliro, desipio: ὕθλος, nugatores, φλυαρὰς, *badin*, *bauards*, Gall.

Affines vnde nomen deducant, nemo melius Modestino Iurisconsulto docebit, cuius verba sunt: *Affines viri & vxoris cognati dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulentur, & altera ad alterius cognationis finem accedat.*

* *Africa*, magna terræ habitabilis portio, Gr. Λιβύη, ad Orientem Aegypto & Nilo fluuio, ab Occasu Oceano Atlantico terminata; à Meridie Oceanum Australem, ad Septẽtrionẽ mare Libycum seu Mediterraneum spectat. Hodie diuiditur in quatuor partes, Barbariam, Numidiam, Libyam, & Nigritarum terram. *Barbariam*, quam meliorem censent, mari Atlantico & Mediterraneo, Atlante monte, & Burcha regione, contermina Aegypti, circumscribunt: *Numidia*, quæ illis Biledulgerid dicitur, & dactylos producit (vnde Arabibus non alio nomine quam dactylifera regio nominatur) Atlantico mari ab Occidente terminatur, & Atlante monte à Septentrione. O[illegible]tem versus excurrit ad [illegible] car [illegible] ab Aegypto [illegible] li[illegible] m. Libyæ deserta [illegible] [illegible] sunt. [illegible] lingua [illegible] *Sisa*, id est, desertũ. A Nilo ad orientem Solem habet principium, indéque ad mare Atlanticum versus Occidentem pergit. Numidia illi Septentrionalis est, in Meridie Nigritis se iungit. Nigritarum terra, nomen aut ab incolis nigro colore affectis, siue à flumine Nigro, qui hanc lambit regionem, sumitur. Hæc habet à Septentrione Libyam, à Meridie Oceanum Aethiopicum, ab Occidente Gualatæ regnum, & ad Orientem Goagæ regnum. Intima Africa Abissinos continet sub imperio magni Neguschi seu Aethiopiæ Imperatoris, quem barbare Prestegian nominant. Vide *Aethiopia*. Libyes nonnulli putant originem traxisse à Mitzraim Noachi nepote, qui genuit *Lahabæos* Genes. 10. 13. Inde temporis progressu coloniæ ex Aegypto & Aethiopia superiore in Africam & Æthiopiam vltimam penetrarunt.

Africa nonnullis descendit ab Afro ex Hercule genito, vel vno ex posteris Abrahæ. Nugæ. Nam quis Andabata non cernit compositam dictionem ab α priuatiua, & φρικης, horrore vel frigore, cum periculosa & grauissimis ardoribus obnoxia sit regio. Facit nobiscum, *Isidorus 14 Originum. cap. 5.* quoad sententiam, nisi quod paulo aliter versetur in etymo cum dictam asserit Africam, quasi apricam, quod sit aperta cœlo vel Soli, & sine horrore frigoris. Nisi tamen malis apud eum legere *Aphricam* pro *Apricam*, cum illa sequentia, sine horrore, egregie huic scripturæ conueniant. Leo Africanus scribit *Arabica* lingua regionem hanc dici Iphrichiam, a verbo *F[illegible]aca*, id est, diuisit, eo quòd ab Europa mari mediterraneo, ab Asia flumine Nilo sit separata: Vel (*quod alii volunt*) ab Ifrico Arabiæ felicis rege, qui hanc regionem incoluerit omnium primus.

* [illegible] go, verbum antiquum, de-

icio percutio, forsitan à sono ferientium in pugna, per onomatopœiam. Inde affligo, confligo, infligo, profligo, conflictus &c. Affligo, ex ad & fligo, prosterno & in terram deiicio: opprimo item & malè mulcto. Variis nominib' afflictio designatur ab Hebræis, quæ breuiter persequemur, vt eius etymologia magis ac magis appareat. 1. איד Ed, calamitas, nocumentum: cui correspondet אוד vd, titio; afflictione enim vrimur. Hinc ἄτη nocumentum. 2. אנוש Anosch, ab Anasch, morbo lethali laborauit, fuit grauiter afflictus. Inde אנוש Enosch, homo miser, vir mortalis, qui subiectus est variis & magnis afflictionibus, ac tandem mortis dolores subire cogitur. Hinc νοσέω ægroto, νόσος morbus, afflictio, ægritudo 3. כיד Kid, grauis afflictio, cædes: hinc κήδω noceo, destruo: & Lat cædes. 4. ענוי honi, κακώσις, ταπείνωσις, miseria, afflictio, humiliatio. ab ענה hana, considerauit, cogitauit, & in 2. coniugatione passiua הענה hehena, afflictus est. rectè; nam vexatio & afflictio dat hominibus piis intellectum. Hinc νοέω ἐννοέω cogito, intelligo; & μετανοέω redeo ad meliorem mentem, & ad cogitanda quæ fecerim. 5. פיד Pid, cognationem habet cum כיד supra expos. euentus malus, perditio, exilium. Hinc φθίω perdo. 6. צר tsar, צרה tsara, ציר tsir, angustia, afflictio, à צור tsur, constrinxit, afflixit arctè colligauit, compressit. Inde Serrer Gall. & quum de afflicto dicunt, Il a le cœur serré, cor habet constrictum. 7. עצב hetsch ab hatsab, afflixit, mœrore affecit, hinc σεβέω quatio, ἀνασοβέω conturbo: σέβεσθαι consternor. 8. קצר kotser, a katsar, decurtauit. In afflictione enim constringuntur & coarctantur omnes animæ facultates, ac veluti decurtantur.

Agamemnon ἀγαμέμνων, ὡς ἄγαν μίμνων, valde & ad miraculum vsque perseuerans, dictus Platoni *in Cratylo*. vel ἀγαν μνήμων, i. eximia memoria prædi-tus. Nec enim virum principem aut exercitus imperatorem somnolentum, stupidum, immemorem esse conuenit. Hunc ἀγαμήδοντα dictum veteribus prodit Eustathius Iliad. 6. his verbis: οἱ δὲ παλαιοὶ εὑρεθῆναί φασιν ἐν πολλοῖς ἀγαμήδοντα λεγόμενον· ὥσπερ καὶ τὸν ἀχιλλέα ἀθηλέα. Ab Homero dicitur idē κρείων rex, & ποιμὴν τῶν λαῶν pastor populorū: A somno Iliad. β. νήπιος, i, stultus vel ineptus, vtpote ὃς οὐκ ᾔδει, ἅ ῥα Ζεὺς μήδετο ἔργα.

Agapæ, quas exactè Tertullianus in Apologetico describit, *cap. 39.* & quarum fortasse mentio fit, in epistola Iudæ, *12. v.* conuiuia erant in primitiua Ecclesia a Christianis cœnæ Domini coniuncta appendicum instar, sicut & læta conuiuia in veteri testamento sacrificiis adiuncta legimus, ἀπὸ τοῦ ἀγαπᾶν, id est, *amando* sortita sunt nomen. Agitabantur autem ex collectis donationibus, prout apparet ex Cypriani verbis sermone *de eleemosynis*, idque in templis, quem morem iam tum etiam Paulus Apostolus emendare conatus fuit, & tandem prohibitum legitur *cap. 28.* Concilii Laodiceni. Habebantur tamen in iis pauperum ratio vsque adeo quidem, vt vel ad absentes per Diaconos portiones quasdam mitterent. Verba Iustini ea de re sunt hæc: οἱ εὐποροῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι κατὰ προαίρεσιν ἑαυτοῦ ἕκαστος ὃ βούλεται, δίδωσι, καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις. καὶ τοῖς διὰ νόσον ἢ διὰ ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι, τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται. v. i. *Diuites, si libet, pro sua quisque voluntate conferunt: collecta deponuntur in manus præpositi seu Ecclesiæ ministri & pastoris. Is autem subuenit pupillis, viduis, ægrotis, egenis, vinctis quoque & peregrinis: in summa fit curator omnium inopum.*

Agareni, qui & Saraceni & Ismaelitæ dicuntur, *Sozomeno teste*, item Arabes, Scien

Scenitæ, auctore Ammiano, Hebræis Chasluhim, ut scribit Arias Montanus ab Agar Abrahæ ancilla dicti, quæ & aduenam significat Hebræis.

Agenor Phœnicis filius, pater Europæ ἀπὸ τῆς ἠνορέης, id est, fortitudine obtinet nomen.

* Imò vero ab Hebræo trahere originem putamus nempe אגן אור *Aggan or*, id est Crater lucis; quod nomen Phœnices Noacho patriarchæ tribuerunt, qui post diluuium literas, artes, bona omnia nouo mundo reddidit & fuit vere crater lucis & cornu copiæ scientiarum, opificiorum, agriculturæ, & aliorum commodorum ad vitam humanam pertinentium. Vetustissima nomina, de quibus Græci gloriantur, ab Hebræis fluunt.

Huius filius fuit & Cadmus Thebanæ conditor arcis, *Agenorides* inde vocatus Virgilio. [illegible]

Agenoria Dea, quæ ad agendum incitabat. [illegible]

Ager. Varronis verba sunt: *Ager dictus est, in quo terram quid agebant, & vnde quid agebant fructus causa.* Id Græci dicunt ἀγρόν. Plus esse agrum quam fundum, voluit Valla, sed contra Florentinum, qui fundi nomine omne ædificiū omnemq; agrū cōtineri voluit. Ager compascuus, qui pecori communiter pascendo est destinatus. Ager Decumanus, publicus populi Romani ager, decimarum conditione & pēsitatione agricolis attributus, qui aratores dicebantur. Vectigalis ager, qui & *prouincialis* & *tributarius* est dictus, solum habebat tributarium. Vetus lex fuit, *ne quis ciuium Romanorum plus quingenta agrorum iugera possideret: Ne quis supra centum capita maiorum, aut minorum quingenta pasceret.* Quantum verò huius legis publicatione erecti sunt multitudinis animi, in spem fortunæ melioris, tantum locupletum spiritus odio ac ira incendebantur, ad Reipub. euersionem spectare clamantes.

* *Ager*, ab ago, agis, dictus quod in eo aliquid agatur; vel (vt Donatus ait) quod in eo multa fiunt agēda. Quintilianus lib. 1. scribit Græcū esse, nā ἀγρός Latine rus dici potest. & villa χώραγρος dicitur. villa autē à vallo, i. aggere terræ nūcupata, quod pro limite cōstitui solet. Et possessiones quæ dicuntur, itē fundi, prædia, rura, agri sunt. Sed hoc differūt, quòd agri sunt possessiones latè patētes, publici pr[illegible]tiq; quos initio non mancipatione, sed quisq; vt potuit, occupauit atq; poss[illegible] dit: vnde & nūcupati. fundus autem dictus, quod in eo fundatur vel stabiliatur possessionis testimonium; & tam vrbanum quam rusticum ædificium fundus intelligitur. Agros quos antiqui bello ceperant, & prædæ nomine possidebāt, prædia dixerunt: vel Pr[illegible]dia, quasi Præuidia, quod ex iis appareat quid præuisū sit à Patrefamilias vt sibi suisq; prouideret. Agros incultos, nempe dumeta & pascua, veteres Rura dixere. Agrorū nomina multa sunt, Cōpascuus, Alluuius, Arcifinius, Noualis, Squalidus, Vliginosus, Subsecciuus, de quib. consule Grāmaticorū & dictionum expositores. Nos enim etymologias præcipuè inuestigam[illegible] hoc opere. Ager Hebr. יגב *Iagheb* a verbo יגב *Iaghab*, i. suffodit terram cauando (quemadmodum foditur vitis ca[illegible] plantandum vites vel ad conserendas arbores) circumfodit ad leuandum pulue re, vt terra indutata alleuetur & dissoluatur. vides vno verbo totum agrorum cultū depingi. Aliud nomen Ager apud Hebræos obtinet; & שדה *Sadeh* dicitur, & *Sadai*, quod cognationem habet cum שדי *Schaddai*, qua voce Deus indicatur, Omnipotēs, cui soli est omnis sufficientia, & qui largitur omnib. vitā, & victū ad sufficientiā. Certè ager sedulò cultus agricolæ sufficit quæ ad frugalitatē cōducit. Cognationē habet etiam cū verbo שדה *Schadet*, i. humorē colligit: nā terra humida feraces agros reddit. Agros qui colit generali nomine Agricola, γεωργός i. terræ cultor. יגב *Iogheb*, Hebr. terræ fossor & euersor dicitur peculiari nomine

Arator, vinitor, arborator, &c. designatur. Hebræi agricolam vocant etiã אכר Ichchar, telluris perfossorem, a verbo Achaph, vt nonnulli volunt, quod significat, curuatus est, & agricolarum habitum ferè perpetuum demonstrat.

* Agger, tumulus, cumulus a verbo אגר Agar, cõgessit, aggregauit. Hinc ἀγείρω, ἀγύρω, &c. congrego, aggrego: ἀγορὰ forum, hominum aggregatio & veluti cumulus. Lat. etiam gero, cõgero. Dicitur etiam Hebr. סוללה, Solla, coaceruatio terræ stratæ, a verbo סלל Salal, Strauit, cõstrauit instrauit. Hic σαλάω, σαλεύω, moueo. Lat. Solũ, id quod rei cuipiã pro fundamẽto subiicitur, & צבור Tsibbur, à צבר Tsabar, congessit in aggerem, contraxit in aceruum, cumulauit. Gr. χῶμα dicitur opus ipsum quod οἱ χοῦντες reliquerunt, i. agger, qui ex terra lapidibus, lignis coaceruatur, muniendi loci vel appugnandi gratia. & deriuatur à χέω, fundo, vel à χοῦς, i. terra egesta & fossilis, vel humo in tumulum aggesta, tumulus. Inde χόω, educo χοῦν, aggerem duco, & χῶμα, item χωμάτιον, agellus, paruus agger, vel etiam paruus tumulus, χῶμα idem Hesychio quod σωρὸς, aceruus, cumulus.

* Agmen, multitudo, cohors, copia militum: אגף Agaph, ἄγημα, ala militum, & agaph cognationem habet cum Acaph, curuauit, reflexit; nec multum abludit a כנפים cenaphaim, i. alæ volatilium, & a גפים Gappim, i. pinnacula ædificiorum; quæ omnia contrahunt nomen à reflexione: nam ala in exercitu est laterale agmen militum.

Agesilaus, nominatus Pluto, διὰ τὸ ἄγειν τοὺς λαοὺς, quod populos agat vel ducat.

Aggeus vel Haggeus, sacerdotem significans celebrantem festa Domini, nomen accepit à חגג celebrauit, per syncopen חג in ordine sexto.

Agnus dictus Varroni, quod sit pecori agnatus. Festo deducitur à Græco ἁγνὸς, quæ vox castum significat, eo, quod pura sit hostia, & immolationi apta. Agnam nigram solitam immolari tempestati Græco ritu, ex Aristophanis ranis & Flacco didicimus. Agninam quoque despicatui habitam a veteribus, tanquam vilissimam, apparere etiã videtur ex his stomachantis Parasiti verbis in Plauti Capt. Inpuer super me sersus alanus vendi agninam pro arietina. Apud Philonem quoq; in presbeutico, agninæ carnes, vt insuaues illuduntur a Caligula: Sic enim scribitur: καὶ φαμένου τινὸς ὦ. πολλοί γε καὶ τὰ προχειρότατα ἄρτια οὐ προσφέρονται, γελάσας, εὖγε ἔφη, ἴσι γὰρ οὐχ ἡδέα.

* Agnus, ex nonnullorum doctorum sententia, Hebr. חג Chag, vel molliore sono hag, a verbo חגג Chagag, festũ celebrauit circuitionibus, choreis, tripudiis, subsiliuit, saltauit, tripudiauit, sanctificauit diem festum. solenni ritu festũ celebrauit. Quoniam diebus festis, qui חג dicuntur offerebantur agni, hoc nomine melonginquos חג Chag agnus animal tripudians subsiliens dictus, a qua voce Hebræa Agnus Lat. Gr. ἀρνὸς כבש Kebes etiã, & כשב Kesel dicitur agnus seu fœtus ouis anniculus. Cognationẽ habere cum כבש Cabas subiecit & כבס Cabas lauit candide. Nam agnus est domabilis, facile subigi potest, & natiua lana plerumque est candida.

Agonotheta nominatus ἀπὸ τοῦ τιθέναι τὸν ἀγῶνα, id est, ponendo aut decernendo certamine. Erat enim is, qui olim præmia certantibus proponebat, quæ tandem cedebant victoribus. Iulius Pollux ἀγώνων διαιτητὴν, id est, certaminũ præfectum vocat; Eundem esse Agonothetam cum Athlotheta, nec esse alterum ab altero separandum, idem Pollux eos coniungens indicat his verbis: ἀγωνοθέται ἀθλοθέται, ἀγώνων διαθέται, ἄθλων ἐπιμεληταί, &c. τὸ δὲ πρᾶγμα ἀγωνοθεσία, ἀθλοθεσία, &c καὶ ἀθλοθετεῖν, ἀγῶνας διατιθέναι, ἀγώνων ἐπιμελεῖσθαι.

* Ἀγὼν, certamen; ἀγωνοθέτης certaminum præses, iudex, arbiter [illegible] componitur ex τῷ ἀγὼν & [illegible]

compositione tãtum vsurpatur, & positorem significat, vt in νομοθέτης. Hîc autem dispositorem ἀθλοθέτην potius sonat. Nam Eustathius ἀγωνοθέτας exponit οἱ τοὺς ἀγῶνας εὐδιατιθέμενοι, id est, qui certamina bene disponunt & administrant: hoc est omnia quæ ad certamina pertinet. Suidas annotat ἀγωνοθέτην esse in scenicis [illegible] certaminibus ἀθλοθέτην in gymnicis. Scenica vocantur apud Hesychium musica. אגף *agaph*, agmen militum: נגף *Nagaph*, prostrauit consternauit. Inde ἀγὼν & eius composita. Si quis ex חגג *agak* [illegible] id est pugnauit vult deductũ, nõ repugno. Agonothetę erãt Hellanodicæ in certaminib. Olympicis quibus obsecundabant Mastigophori exsequentes eorum imperium aduersus eos qui turbarent, aut præter morem ac ordinem sacrorum ludorum quippiam agerent. Ornatus eorundem erat purpura cum sceptro seu virga, forte quod, vt fertur Mercurius in Arcadiam profectus duos dracones dimicare visos interposita virgula diremisse, illi etiam ludos moderati fuerint, finemque illis ipsis præmiis propositis imposuerint. Quod de Mastigophoris morem gerentibus Hellanodicis dictum, confirmare prorsus videtur locus hic Synesii in fine [illegible]: [illegible] Ita Pausanias in Eliacis agens de Licha verberato, [illegible] inquit, [illegible] Factum enim id in stadio a brabeutis seu designatoribus Hellanodicarum auctoritate ostendit Thucydides de eodem Licha *lib.5.*

* *Agricola*, אכר *Iccar*, qui prolongat sulcos, cùm verbo ארך *Arac*, cognationem habet, vel ab eo deriuatur & significat prolongatus est, protensus, & in longum ductus est; quod de sulcis commode dicitur. Hinc Lat. *Aro.* & Gr. ἀρόω, &c. produco, extendo in longitudinem. Vide *Ager.* יגב *Iagheb*, terræ fossor Agricola dicitur, à *Iaghab*, foditsuffodit. Gr. γεωργὸς, terræ cultor.

Agrippa quasi *ægre pedibus natus*, quod isti primi omnium in partu prodierint. Alii ab *ægro partu* nominatum volunt. Inditum id nomen legimus Menenio Agrippæ, quem facetissimo Apologo concordiam inter plebem, quæ secesserat, & Senatores seruasse commemorat Liuius. Inditũ quoque Cornelio Agrippæ homini quidem (vt verum fatear) docto, sed deplorato & admodum infami ob Magicas artes. Tristem eius exitũ vide apud Petrum Crinitum libro *de honesta disciplina*. Fuit & Agrippa (vt alios mittam) gener Augusti, quem Augustus nauali corona donauit, vt Plinius scribit, post debellatum in Sicilia Pompeii filium: cuius rei etiam Virgilius meminit *Æneid.8.*

Agrippina, Vbiorum (Vbios appellat Strabo *libro 4.*) colonia, ab Agrippina Augusta Germanici vxore, Agrippæ & Iuliæ filia, in hoc oppido ad Rhenum nata, nomen deducit. hodie Colonia Agrippina, Coelln incolis. Sustulit ex Agrippina Germanicus liberos nouem, quorum duo infantes, tertius puer extinctus fuit. Ceteri superstites patri fuerunt, tres quippe filii, Nero, Drusus, & C. Cæsar, filiæ totidem, Agrippina, Drusilla, Liuia. Mortuo tandem marito Pandateriam est relegata. Vrbs autem illa amplissimi iam nominis collocatur ab Ammiano in secunda Germania. Sextus Aurelius Galliæ tribuit; dictaque Colonia, q̃d Agrippina illuc nouos traduxerit colonos, vt à Romanis fieri solebat.

Aiax Odyss. *n.* dictus Eustathio διὰ τὸ αἰ, ὡς ἄξια αἰαγμάτων παθόντος αὐτοῦ, quod doloribus digna sit passus. Duo ab Homero & Poëtis produntur Aiaces. Vnus Telamonius, alter Oileus. Primus ille iudicatus Græcorum fortissimus, Achille è viuis sublato, qui frustratus armis Achillis, & propterea in rabiẽ versus seipsum obtruncauit. Alter eodem tempore Locrensium rex, pedibus velox

[illegible], Ajax [illegible] peritus, capta Troia Cassandram virginem & vatem in templo Palladis violauit. Quapropter domum rediens a Pallade fulmine combustus fuit in mari cum naui sua, vt refert Virgilius *Æneid. 1.* & Ouidius *in Ibin.*

Aius Locutius Deus a loquendo nomen adeptus, quod præmonuerit Romanos de aduentu Gallorum, cuius Liuius meminit *libro 5.* Cicero *1. de Diuinatione,* Plutarchus *libro de fortuna Romanorum & in Camillo. Quid ergo? Aius iste loquens, quando eum nemo norat, ajebat, & loquebatur: vnde & nomen adinuenit.* Cicero lib. 2 de diuinat. Aius [illegible]. Ædes huius Dei ponitur a P. Victore in 8. vrbis regione. Quamquam Cicero & M. Terentius Varro tantum aram, non ædem ipsi structam scribant apud Agellium.

* *Ala*, אברה *Ebra*, penna grandior seu vberior, à verbo אבר *Abar*, volauit, remigiuit alis seu pennis vberioribus, quibus aues in volando vtuntur, & se tollunt in altum. Hinc ἄβαρται volucres, & paulò longius ductum verbum πτερόω, & πτερυγίζω, alas moueo, volatu feror in altum. כנף *Canaph*, ala flexuosa auis. Hinc κνάπτω flecto; & metaphorice dicitur de ala seu axilla corporis humani, de ala vestimenti, de ala seu extremitate & angulis terræ, de ala equitũ quæ exercituum est tutamen.

* *Alacer*, ol. adacer, ἄδακρυς. id est, nó tristis, alacris, qui non lacrymatur מגיל *Meghil*, à verbo גיל *Gil*, exultauit, tripudiauit, exiliit præ animi gaudio hinc ἀγαλλιάω, exulto gaudio. vnde fortasse Gall. *gaillard*, & *gay*, item *agil.* ou *agile*, Hebræam vocem respiciens. Alacer etiã vel alacris dicitur Hebræis טוב-לב *Tobleb*, q.d. bonum cor, seu bono corde, id est, jucundo corde præditus, Cui respondet εὔθυμος, qui est animo tranquillo: & ἀκραιφνής, sincerus, quid non mixtus, sed qui in fronte quod in corde latet ostendit.

Alamania nomen suum arcessere videtur ab Alamannis seu Alemanis incolis, quorũ in vita Proculi meminit Flauius Vopiscus dicens, Alemannos ab eo non sine gloriæ splendore contritos. Lãbertus Hortensius ἐτυμελγῶν nominatos vult *Alemannos*, quasi *allerlei Man* vel *allerlen ifamen geleſen Volk* collectitios viros, vel hominum colluuiem innuens. Hinc Agathias *lib. 1. de bello Gothorum*: Alemanni, si Asinio Quadrato viro Italicensi fides est præstanda, qui res Germanorum diligenter perscripsit, aduentitii sunt, & ex varia hominum colluuione conflati, quod sane eorum cognomento præfertur. Sunt alii, qui propter virilitatem cognominatione donatos existimant, quasi dixeris *all Man*: Cum animo sint viriles pariter & corpore, quod illis plerumque neruosius atque [illegible] dius, quam Gallis aut Italis. Magis id equidem placet, quam quod [illegible] Marius magnus alioqui Iurisconsultus, & vir disertus, in sua illa ad regem [illegible] orationem persuadere [illegible], cum scribit, dictum Alemanniam, quasi *Alam magnam*, [illegible] Alemannorum [illegible]. Sunt autem Alemanni [illegible] Germaniæ populi, [illegible] modum [illegible] Germaniæ Franci, insederuntque loca inter Mænum, Danubium, Rhenum, fontemque Danubii ad Syluam Martianam, quas sedes hodie obtinent *Sueui*, sicut etiam auctorum testimoniis non reprobandis poterit demonstrari. Scribit enim Paulus Diaconus *libr. 18.* gestorum Romanorum in vita Mauritii Imperatoris de Docirupho. Longobardorum duce hoc modo: *Iste Sueuorum, hoc est, Alemannorum gente oriũdus, inter Longobardos creuerat, & quia erat forma idoneus, ducatus honorem meruerat.* Plura in hanc rem apud alios inuenias: At nobis properantibus hæc pauca sufficient.

* *Alamani*, ἀλαμάνοι, populi Germaniæ finitimi, vocantur à Stephano, inquit, Ortel. in theatro Geogr. Alamani Arnobio: Alemani Ammiano, aliisque Hi, vt ex Amm. lib. 18. 21. & 26. patet, cõfines

habe

habebant cum Gallis, Rhetis & Burgundionibus à quibus in Capellatii regione terminalibus distinguebantur. Idem, lib. 28 ad Padum fluuium aliquãdo eos habitasse iussu Theodosii Imp. tradit. Horum meminere etiam Vopiscus & Spartianus. [illegible] osterioribus verò seculis omnes fere Germani Alamani dicti fuere, [illegible] sic ab omnibus exteris Europæis appellantur. Hebræi pop[illegible] copiosum, q[illegible] sua [illegible] obtegit [illegible] terræ v[illegible] עַם *h[illegible]m*, numero plurali עַמִּים [illegible] *m.n*. Migrationes & mutationes gentium ac rerum humanarum vicissitudines innumeræ, nominum & linguarum origines obscurarunt. Nos digitum ad fontem intendimus.

Alani, quos Massagetas vocat Dio, Lithuanos Vvillichius, Iunio dicti videntur in Batauia sua quasi *a[illegible]an*, quod pergendum esse significat. Imò potius עַל-עַם *Al-ham*, id est, excelsus populus, siue locorum & sedium originem, siue robur & multitudinem istorum consideres. Mutasse sedes suas certum: at quinam fuerint, & vnde venerint aliquãdo in orbem nostrum; dubitant magni auctores. Ptolemæus inter Scythicas gentes collocat longe ad orientem. Sunt, qui constanter affirmant Gothicum genus hominũ esse, inter quos Procopius libro 3. de bello Vvandalico. Rursum alii fere omnes eos inter Scythas recensent, ac iuxta Tanaim & Mœotidem paludem sedes habere affirmant. Dubitatur quoque, quibus ducibus sint suis terris egressi, nisi quod Moscouitæ à nonnullis *Rozolani*, quasi dicat, *Russi Alani*. Aut si referenda eorum origo ad insulam Scandianam, credi potest eos Alandos fuisse, qui inter Scandiam & Fimingiam habitant, & in vicinam Russiam commigrasse.

* *Alani*, vel, vt Ptolemæus legit, ἀλαῦνοι sunt Lithuani apud Vvillichiũ in Tacitum. Alanorũ frequens est mentio apud Claudianum. Meminit eorum quoque Dionysius, Lucanus in Domitiano, & Lucianus in Toxari, qui dicit eos cultu & linguam communem habere cũ Scythis. Caucasigenas hos cognominat Sidonius. sunt ibidem montes quoque cognomines Ammiano, lib. 31. Alani & Roxolani ponuntur à Ptolemæo & Plinio in Sarmatia Eurapæa. Iuxta Tanaim fluuium & Mæotidem paludem eos describit Iosephus. Consule de his quoque Egesippum, libr. 5. cap. 50. Ortel. in Thes. Geograph.

Alastor [illegible] filius & Nestoris frater, vt auctor est Asclepiades, alias pessimus Dæmon & genius infestus ἀπὸ τοῦ ἀλᾶσθαι *errando* dictus, siue quod ἄλαστα nefaria atque intolerabilia commiserit & intulerit vt Chrysippus interpretabatur. Appollodorus παρὰ τὸ ἀλιτεῖν deduxit, quod ea relinquere significat, quæ nec aquæ aspersione, neque dierum numero tolli queant. Quo Alastor sit, cuius animi labes nec euanescere diuturnitate, nec expiationibus elui possit. Dictus & Iupiter Alastor Menandro, quod eos vlciscatur, in quos ἄλιστα committũtur. Sententiam Apollodori recitauit Plutarchus *in quæstion.* nomine auctoris suppresso. Sed & furiæ significantur eodem nomine, διὰ τὸ τὰς ἀλάστορας καὶ παλαμναίους κολάζειν. Apud Claudianũ recensetur Alastor inter equos Plutonis. Communiter homo dicitur *sceleratus*, *exitialis*, *communis aliorum corruptela*, ἁμαρτωλὸς, ὁ φονεύς, διὰ τὸ ἄξιον εἶναι ἀλαστεῖν καὶ ἀπελαύνεσθαι, ait Eustathius Iliad. δ. Vel ὁ διὰ μέγεθος τῶν πεπραγμένων αὐτῷ λιτῆς μὴ καταξιούμενος, qui ob enormia ab ipso facta scelera non habetur dignus precibus.

Ἀλάστωρ, ab ἀλαστέω, indignor ob mala, ἄλαστα, id est, quæ nunquam obliuioni tradentur. Primigenia vox est λήθω, celo, occulto; λήθομαι, obliuiscor: λῆστις, seu λήθη obliuio. אלץ *Illets*, molestauit, afflixit. cognationem habet cum לוץ *Lots*, illusit. Hinc ἀλύαστω moleste fero, ἀλαστέω, crucior, ægre fero, ἄλος & ἄ-

λυς, mœror, molestia, λαιςὸς, molestus, ἀλυσθαίνω, angor, crucior, exanimor. sic de Dalila famosa illa meretrice quæ Sãsonem pessundedit historia sacra refert Iudic. 16. 16. quod אלצירו *Allesisch* molestaret eũ ita, vt anima eius deficeret ad mortem. Genius ille meretricius fuit vel rè ἀλάςωρ; & voces cõueniunt. Α᾽λαςέω etiam fecit, vt quidã nomine ἀλαςώρ intellexerint mentem sibi grauissimorũ scelerum consciam, quæ à seipsa tollere, vel eis conueniens remedium applicare non possit.

Alauda, teste Plinio, vocata legio noua galearum cristis insignis idque ab auis nomine, quæ aliis Cassita & Galerita dici consueuit. Galeis militum adiicere cristas, quo speciem redderent terribiliorem, carum fuit inuentum, tandemque à Græcis receptum, qui galeis etiam addebant setas equinas. Hinc Homerus λόφον dicit ἱπποχαίτην & κυνέην nominat ἵππουριν, nempe ἐξ ἱππάων τριχῶν τὸν λόφον ἐχϑσαν.

* *Alauda* auis. Græcis κόρυδος & κορυδαλὸς dicta, forsitan ἀπὸ τϑ καλῶς ᾄδειν, à suauitate cantus: vel ἀπὸ τϑ κυλᾶν καὶ τέρπειν τῇ φωνῇ τὸς ἄνδρας. Ab apice (inquit Plinius) galerita appellata quondã: postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen Alauda dedit. Sed genus duplex, nẽpe cristatæ & non cristatæ quæ alauda est. Quum autem veteres Galli homines quosuis ætate prouectos *Altẽ* vel *Alden* vocarent, accidit vt milites qui galeis cristatis vterentur dicti sunt alaudæ, i. veterani, & priuilegio quodã bellico hac in parte gaudentes festiuè quidam timidos & pugnam detrectantes milites, lepores galeatos nominauit Cicero ad Atticum. de Antonio scribẽs *Antonius* (inquit) *cum legione Alaudarũ ad vrbem pergere*. De instructis militibus loquitur. vt de alauda aliquid poeticum inseramus, vt à crista κόρυδος Græcis à Theocrito dicitur ἐπιτύμβις, quod tumbum patris in capite gerat erectum, ea forma qua in Egypto pyramides videntur. Apologum de alauda narrat & ridet Aristophanes in Auibus Contẽdit Goropius Al-auden veteranos milites fuisse vocatos, Sed non meminit vocem illam à Germanis conseruatam fuisse veterum Francorum & Germanorũ (quos Plinius Gallos appellat) propriam Inde etiam Alaudium apud eos qui de feudis scripserunt significat proprium cuiusque liberi hominis patrimonium, quod pleno iure sic tenetur, vt eo nomine nulla neque gratia, neque merces, neque opera debeatur. Ab alaudis veteranis militibus, Alauda seu Alodia, id est feuda libera, de francaleud, Gall. dicta sunt: quod militibus strenuis & de republ. bene meritis prædia sint olim donata & iuste distributa, quibus senio & labore confecti alerentur. Gesnerus scribit alaudam Arabice dictam *alcanabir*, cuius etymon fortasse קן *Ken*, nidus, à קנן *Kinnen*, nidiculatus est. Quod verò commune est omnium, proprie dictum est de alauda.

Alba longa Italiæ ciuitas in dorso montis Albani ab Ascanio ædificata, inque longum porrecta post annos triginta à portento scrophæ elapsos, quæ partu vno triginta subrumos albosque porcellos ediderat Lauinii ab Ænea deprehensos, quemadmodum Virgilius scribit, non aliunde, quam ab istius suis colore nomen accessit. Sed ex 3 Æneidos verba Poetæ subiicio:

> *Signa* inquit, *tibi dicam. Tu condita mente teneto.*
> *Cùm tibi sollicito secreti ad fluminis vndam*
> *Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,*
> *Triginta capitum fœtus enixa iacebit,*
> *Alba. solo recubans albi circum vbera nati:*
> *Is locus vrbis erit: Requies ea certa laborum.*

Propertius etiam lib. 4. *Et stetit Alba potens alba suis omine dicta.* Hanc vrbẽ ponunt etiã Lucanus & Strabo in Latio, adiungũtq; nemori Aricinæ Dianæ. Tãdem ve

dem vero Tullus Hostilius tertius Romanorum rex funditus eam euertit. Fuit & Alba cognomine Pompeia in Gallia togata. Vnde Albéses dicti. Nam à priore Alba nominati *Albani*. Alba Iulia Daciæ vrbs est a Iulia Augusta Antonini Imperatoris Romanorum matre nomen suum deducens.

* *Alba augusta*, ἀλβαυγῦςα, Elicococorum vel Heluorum aut Helucocorũ in Gallia Narbonensi. Alba regalis, Hungariç vrbs. Alba Varcaonensis in Hispania. Aliæ vrbes hoc nomine occurrunt apud Geographos.

Albania Asiæ regio ad Mæotidē paludem vsque sese extendens, vbi omnia Straboni ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα, à fluuio Albano suum nomen deducit.

* *Albania* antiquo vocabulo dicitur Britanniæ insulę Septentrionalior pars; quam Latini Scotiam appellant, & vernaculè *Scotland* nominatur. Ab eius mediterraneis incolis autem, qui auitam linguam hactenus retinent, etiamnum *Albain* vocatur. Britanniam magnam, quæ Angliam & Scotiam amplectitur, *Albionem*, vel ab albis rupibus, vel ab incolarum albedine dictam volunt nonnulli. vide *Albus*.

Album Prætoris, ab albedine confecutum est nomen. Erat quippe tabula, in qua is sua proponebat edicta, eaque dealbata, hoc est, in tabulis dealbatis. Vnde λεύκωμα appellant Græci, matriculam nonnulli. Ælius Lampridius appellasse videtur pyctatium in Alexandro Seuero. Theophilus de eo ad §.*pænales*. *Instit. de action.* hoc modo: ἄλβον λέγεται τὸ ἐδικτον, διὰ τὸ λευκοῖς γεγράφθαι γράμμασι, *album dicitur edictum, quod albis scriptum sit literis.* Falsum. Neque enim edictum album est appellatum, sed tabula dealbata, siue gypsata, in qua Prætor proponebat edicta, vt ciuibus constaret, quod is de quaque re esset dicturus, & illi ea ratione præmunire se possent. Atqui absurde nimis albis literis propositurus fuisset edictum in tabula alba, nulla colorum diuersitate distinguente literas (*vt est alioqui necesse in scriptura insigni & absoluta*) à materia subiecta, cum hæc eiusdem cum literis coloris magis obscuratura quam expressura esset edictum. Multa de hoc albo in iure ciuili mentio, quod qui corruperat, eius bona veteri iure publicabantur, at nouo iure deportari solebat. Legitur & Album Decurionum. Item Album Iudicum, cuius Tranquillus in Claudio meminit his verbis: *Splendidum virum Græciæque prouinciæ principem, verum Latini sermonis ignarum non modo Albo Iudicum erasit, sed etiam in peregrinationem redegit.* Album Citharœdorum protulit idem Suetonius in Nerone hoc modo: *Ac sine mora nomen suum in album profitentium Citharœdorum iussit adscribi, sorticulaque in vrnam cum ceteris demissa intrauit ordine suo.* Iulius Pollux nominat *lib. 8.* τὸ τῶν πολιτῶν λεύκωμα. Hinc tritus loquendi modus, esse in albo, vel non esse in albo. Plinius in Præfatione Naturalis historiæ: *Cum hanc operam*, inquit, *condicerem, non eras in hoc albo.*

* *Albus*, album, albedo, לבן *Laban*, à verbo *laban*, quod in tertia coniugatione est הלבין *hilbin*, i. albuit, produxit albedinem. Inde igitur Lat. albeo, albo, dealbo. Festus, *Albũ* (inquit) *quod nos dicimus, à Græco* ἄλφον (mutato β in φ) *appellatum est. Sabini tamen alpum* (inde Alpes montes perpetua niue albi) *dixerunt.* Alibi: *Vitiligoni corpore hominis macula alba, quã* Græci ἄλφον *vocant, a quo nos album.* Nos autem ab Hebræis albũ habemus, quib. Luna לבנה *Lebana*, q. d. Albana, ab albedine quæ in eius facie apparet, nominatur. λευκὸς albus. & λευκαίνω dealbo paulò longius à primigenia voce recedit.

Alcaira, vel *Alcairum*, vel *Alcayr*, vel *Alchabyr*, veteribus Mẽphis aut (*vt alii*) Babylon Ægypti, quod à Babylonijs hanc olim ædificauerint, sibi à regibus impetrata, *ait Strabo*, frequentia Merca-

torum toto orbe celebris, hodie *Cayre*, Hebræis נוף, *Noph*. nomen suum deriuare videtur a קריה *Kiriah*, ciuitate, quæ Chaldæis est קרתא, *Karta*. Sed aliter visum Leoni Africano in descriptione Africæ, quam primùm edidit Arabica lingua. Verba eius sunt: *Atque vt a nominis etymo exordiar, Alcairum vocem Arabicam vulgari Europæorum idiomate corruptam dico: Quod recte el Chaira, quæ vox corticem significat, nuncupetur.* Memorabile est, quod Fabricius Tigurinus, & alii in suis peregrinationibus commemorant, quotidie circiter duodecim equitū millia passim obambulare per hanc vrbem foculos in capitibus gestantium, qui quibusuis id postulantibus pro mercede cibos statim coquunt in platea, cum hic magna lignorum penuria sit. Vastata semel, restaurata tandem fuit a Geonco huius prouinciæ gubernatore. Hodie in ea residet Imperatoris Turcarum nomine *Beglerbegus*. Residet & Græcorum Arabumque Patriarcha cum alio Coptitarum Patriacha.

* *Alcayrus*, habet pro Aegyptiorum & Arabum more articulum AL præfixum, vt in vocibus Alchymia, Al Koran vel Alfurcan, *Al*Kahol, *Al*manach, & aliis apparet. Cayrus, vel Caïrus, trisyllab. Nonnullis κατ' ἐξοχὴν sic dicta videtur, q. d. vrbs vel ciuitas, ab Hebr. קרת *Kereth*, cuius radix est קרה *Kara*, contignauit, fecit vt multæ trabes sibi inuicem occurrant & coaptentur. à *Kara* igitur *Kairus*, ciuitas, nempe innumeris trabibus, per ædes varias coagmentatis, ædificata.

Alcedo auis nidificans in mari circiter dies quatuordecim tempore hyemali, *vt te præter Aristotelem & Plinium Ouidio*, mari interim mira serenitate pacato; eo dicta nomine quasi *Algedo*. Græcis eadem ἀλκυόνα, παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κύειν, quod in mari concipiat. Hinc Halcyonia dies illi incubationis, quorum & Simonides Poeta meminit; sed vndecim eorum illi tribuens, sicut Philochorus nouem, Demagoras septem, *cui Ouidius adhæret*. Inde Plautus in Penulo: *Quam mare dulce est, cum ibi Halcedo pullos educit suos.* Eruditi metaphoricè eodem nomine eos accipiunt dies, quibus fora conticescunt, aut tempus, quo Dei Ecclesia militans in hac lacrymarum valle intermedia tranquillitate ac pace fruitur, inter duros persecutionum fluctus. Videre hanc auem admodum est rarum. Fere enim circa Virgiliarum occultationem apparet, & vbi per portum nō plus, quā nauem circumuolauerit, statim auolat, & nusquam amplius apparet. Meminit eius Aristoteles 3. *Animal. cap. 8. & libro 9. cap. 14.* Plinius *libr. 10. cap. 32.* Ouidius *Epistola Leandri ad Heronem, & Metamorphos. 11. Nidi Halcyonum admirationem habent*, inquit Plinius. *Pilæ quippe figura paululum eminentiores, ore perquam angusto, grandium spongiarum similitudine, intercidi non queunt. Franguntur ictu valido, vt spuma arida maris. Nec vnde confingantur inueniunt: Putant ex spinis aculeatis.*

Alchymia. Vide *Chymia*. Sed placet hîc pauca quædam ex eruditiss. Casaubono adscribere. Is ita in Animaduers. Athen. lib. 11. cap 8. Ambix vasis nomen est, quo antiqui ita ferme vtebantur, vt nos hodie eo quod sermo vernaculus *alambicē* vocat eius mentio in Græcorum medicorum libris: vt apud Dioscoridem libro quinto, vbi Plinius calices vertere maluit Græca alia dictione, quam istam retinere. Arabes primi frequentarunt huius vasis vsum: à quibus nos didicisse testatur nomen hybrida. Eiusdem naturæ cum alia vocabula quædam sunt, tum in primis famosissimæ artis Alchymiæ nomen: non quod ajunt ita dictum, quasi ἅλας χυμεῦσαι, quia finis eius scientiæ proximus vltimo sit, sal illud θαυματουργὸν de cunctis rebus extrahere; ciniflonum recens commentum est, parum salsum, & omnino falsum. Hæc ille.

Alcides nominatus Hercules ἀπὸ τῆς ἀλκῆς *robore*, vel (quod fabulosum) ab auo Alceo. Vide *Hercules*.

Alcma

Alcmaria Batauiæ ciuitas, quam Adrianus Iunius non futili coniectura dictam vult a lacubus, quos *Meeren* dicimus, ac proinde vocandam Almeriam, quasi *al Meer*.

Alcoranus Mahometi, in quo formá religionis falsæ, *vel ut Sergio Monacho Nestoriano*, procudit, multis splendidis mendaciis, ineptiis, & veteratoriis strophis, illecebrisque plenam dum impia superstitione suos inescans legem & Euangelium abolet, polygamiam & pellices pro libitu indulget, Paradisum promittit illis qui ferro & igni grassati fuerint in Christianos, in Deum caussa malorum reiicit, Mariam Mosis sororem Christi parentem facit, Solem & Lunam equis incedere tradit, ex sanguisuga hominem fieri docet, seipsum iudicem cum Deo prædicat, porci esum abominatur, quatuor vxores præter pellices concedit, diuortium approbat, Circumcisionem iubet, apostolarum suum ab astrorum ... demóstrat; vt reliqua præstigiatoris ... omittam, nomen inuenit ab Al & Coran, quæ voces Arabibus legem Dei & verbum, quod ille mentitus fuit, significant. Alius cum Ioanne Cuspiniano dictum malunt a præceptorum collectione, Alfurcanum videlicet, ob distinctum capitulorum tractatum, quæ Arabes nominant *Azoras*.

* *Alcoranus*, omisso articulo *Al*, arabibus & aliis Orientalibus vlitato in nominibus, est ... & deriuatur à verbo קרא *Ka...*, i. vocauit, appellauit, clamauit, legit, prædicauit Inde קריאה *Keria*, prædicatio; & מקרא *M...*, conuocatio, concio, lectio, collectio literarum vel pronunciatio verborum. & hoc nomine Scriptura Sancta appellatur, Nehem. 8. 9. eo quód legi debeat. Inde A... i. pseudoprophetæ suis ... *K...*, dilectionem, seu legendam, vel legendu volumen, præfixo articulo אל *al*, appellar unt.

Alea. Lusus aleæ an à milite inuentus, cui nomen erat Alex, *vt prodit Isidorus*? Credat, qui velit. aleam Palamedes in castris Græcorum contra Troianos reperit, dum otia miles ageret; vt author est Philostratus in Heroicis Gr. κυβεία, lusus aleæ, lusus tesserarum: ipsa ludendi actio aleâ seu tesseris, & generalius. Alea. κύβος, tessera: quidam ex omni latere quadratum, certis quibusdam punctis distinctum, quo luditur in alueolo, seu βίλος ἑξάπλευρος, vt Eustathius exponit. πεττεία, Calculorum lusus hæc honesta habita est, quæ nullá subit aleam, sed ingenio peragitur & arte. Κυβεία verò, quæ aleæ nomine continetur, interdicta infamisque, Romanis etiam legibus habita est. Legibus sanè, cum ciuilibus tum canonicis interdictum inuenio, quod nec Flaccus ex parte ignorauit, cum 3. *Carminum* canit: *Nescit equo rudis Heres ingenuus puer, Venari, te timet ludere doctior, Seu Graeco iubeas trocho, Siue malis vetita legibus alea.* Hinc Lenticulá Antoni collusorem aleæ códénatú apud Ciceroné inuenias. Qui ea ludunt, a veteribus alcones, à nobis aleatores dicuntur, illiberales omnes & sordidi, *vt 4. Ethicorum docet Aristoteles.* Primos omnium Lydos eam excogitasse vult Herodotus *in Clio*, Plato *in Phædro Theut. eum d... esse libis.* Accipitur etiam hæc vox apud bonos auctores pro fortuna & euentu, vt cum Cicero à Plinio prædicatur *extra omnem ingenii aleam positus*, id est, extra omnem sortem & euétum ingenii. Ita Apuleius Metamorph. 4. *Ancipitis machinæ subiit aleam*, id est, fortunam & dubium euentum.

Aleph, * prima Hebræorum litera, vt ἄλφα Græcorum, nonnullis significat Bouem, aliis Doctrinam, aliis principem; quod primariú in literarum serie locum obtineat. exinde veteres Græci *Aleph*, & per syncopen *Alpha* pronunciarunt. Christus se nominat Α λφα & Ω μεγα, primum & vltimum. vide initio huius Etymologici, A.

Alexandria celebre Ægypti emporiú

Straboni μέγιςον ἐμπορεῖον τῆς οἰκουμένης ἐργαςήριον παιδεύσεως (nam celebris ibi schola fuisse legitur quam Democrates Mathematicus primū delineauit, Nazianzeno & aliis ab Alexandro conditore arcessit nomen.

* Huius nominis octodecim vrbes numerant Eustathius & Stephanus. 1.Egypri. 2.Troadis. 3. Thraciæ. 4.Neartorum Ichthiophagorum. 5. Opiana circa Indiā. 6.Indiæ. 7.Ariæ, gētis Parthyeorum. 8.Ciliciæ. 9.Cypri. 10.Cariæ ad Latinū. 11.Bactriæ, seu iuxta Pactram. 12. Arachosiæ. 13.Macarenæ, quā Maxates Fluuius alluit. 14.Sorianorū. Indicę gētis. 15. Arachosiæ, vel iuxta Arachosiā, contermina Indiæ 16.ad Melam sinū 17.Sogdianæ, vicina Paropomisadis. 18.ad Tanaidē fluuiū, cuius meminit quoq; Arrianus. Primā, nempe Aegyptiam, λεοντόπολιν quoq; vocatā scribit Eustathius & Stephanus, qui eā etiā πόλιν, per excellentiā dictā obseruat. Cognominata etiā est φάρος, & σεβαςη.i. Augusta, item Iulia, Claudia, Domitiana, & ἀλεξανδρεία, eodē teste. A recētioribus nonnullis vocatur Scanderia Alexādreta, Alexandrona sed inter Europæos Alexandria Aegypti nominatur. Præter has 18. vel ab Alexādro Macedone, vel ī huius Principis honorem & memoriam conditas Alexandrias, aliæ in variis partibus Orientis ad numerum decem, & in Europa quædam leguntur. Stat enim adhuc in Insubriæ finibus Alexandria. Paraphrastes Chaldæus, Ierem. 46. Alexandriā vocāt אלכסנדריא *Alachsanderaia.*]

Quod verò Cedrenus scribit ῥακάςην dictam, approbare nō possum, si de vrbe ipsa intelligat, vt nec Plinii, Stephaniq; sentētiā, quibus, vt & Pausaniæ, *Rhacotis* appellata olim fuisse videtur. Ad Strabonē magis inclino, cui Hæarotis Alexandriæ pars est, olim vicus: Vt eum Alexander ambitu vrbis, quam condidit, fuerit cōplexus, indito nihilominus nomine suo, sicut maximæ eruditorū parti probari video. Vide *No.*

* *Ales*, alitis, quælibet volucris, sic dicta, ab alis gerendis. ἴλη dicitur de grege, turma, & ala militari, & metaphoricè ad alites referri potest quę vt plurimum gregatim volant: vt alia etiam figuratè ad axillam in corpore humano refertur. עוף *Hoph*, ales, omne quod volat. ab עף *Haph*, volauit, & celerem in aere agitationem alarum significat. Inde auis Lat. Cognationem habent hæ voces cum עף, עף, עיף, עוף *Hajeph, jahaph, hauph.* i. defatigatus est: nam aues continuo volatu fatigantur, ὄρνις & οἰωνὸς, idem, népe auis, ales: & Tam de maioribus quàm de minoribus dicitur: quidā οἰωνὸς proprie dici putāt de maiorib. auibus, carnuoris, auspiciis ethnicorū seruientibus.

Alexipharmaca, remedia cum auxilio, quæ primum sibi locum vendicant inter pestis curationes, dum in venenū agunt sua natura, ex aduersa parte reluctante quoque hominis natura, vt ita in medio conclusum venenum premāt ac perimant, nomē inuenerunt παρὰ τὸ ἀλέξειν, quod est *iuuare*, & remedio, quod φάρμακον est Græcis.

* *Alexia*, Cæsari Mandubiorū in Celtis oppidum, Alesia Paterculo scribitur & Diodoro. Polycen. libr. 8. ἀλασία. Rob. Cœnalis dicit *l'Auxois* Gall. hodie vocari. q.d. Alexiæ locus. Est regio seu pars ducatus Burgūdiæ. Gabriel Simon Lussoiā vocat, sua népe lingua Italica, Cænalemque interpretatus. Paradinus verò scribit Alexiæ vrbis hodie nihil exstare (quod de innumeris aliis, seculorū curriculo planè deletis dici potest) præter speciosi magnique nominis vmbram: nempe *Alise*, quæ obscurus vicus est. huic subscribit Vigenereus.

Algeo an non ab ἀλγεῖν, quod est *dolere* Græcis?

Alica ab *alendo.* χόνδρον nominant Greci, quę apud Græcos ex Zea vel spelta fieri solebat. Meminit eius Galenus 1. *de alimentis libro.*

Alegoria est sensus mysticus verbis translatis propositus, ad quem vel vtilitatis

tatis vel necessitatis causa, à sensu historico transimus. quo facit nomen ἀλληγορίας, ὅτι ἀλλοαγορέυει παρὰ τὸ ἀκουόμενον; quemadmodũ παραβάλλεσθαι παραβάλλειν τινὶ, ac vtrinque similitudo vel dissimilitudo quæritur. Hebræi allegoriam generali nomine *Mascal* משל appellant, quæ vox idem est ac prouerbium, parabola, sententia præpollens & habẽs dominium inter reliquas, à radice משל *Maschal*, id est, imperauit, dominatus est. Et certe sermo allegoricus vel parabolicus & figuratus efficax est ad mouendos affectus.

Alleluia, vox ab Hebræis ad Latinos translata, idem valet, quod *Dominum laudate*, ab הלל *laudauit*, & יה vno ex sacris Dei nominibus. Scribendum quidem foret. *Halelujah*, cùm apud Hebræos legas הללויה: Sed placuit hic cõsuetudinem receptã sequi, id quod paucos (*spero*) offẽder, vemã cũ aliis daturos.

Allium quod est Latinis, σκόροδον Græcis, Arabibus *Chaum*, & *Thum* ab olendo dictum est Isidoro. Non hic dissimulandum, etsi nolim super allio multa, Gallos pugnax alioqui animal incitari ad pugnam magis allio in cibum dato, quod Græcis est σκεροδίζειν.

* *Aloe*, succi amarissimi herba, quæ à nõnullis semperuiuum marinum appellatur, putredini resistens, visui vtilis, ad quam alludens Plautus & prouerbialiter loquutus dixit, vitã hominis plus aloes quàm mellis habere. Ab Hebræis effertur numero plurali אהלים *ahalim*, & אהלות *ahaloth*: Gr. ἀλόη & ἀλόη.

Alogi vel Alogiani hæretici nominati videntur Isidoro, quòd λόγον Θεὸν, qui est Christus, negarent esse Deum & Dei filium. Etenim significationem vocabulumque τοῦ λόγου apud Ioannem repudiabant. Eidem Berilliani a Berillo Bostrẽsi nominati leguntur, qui aiebat λόγον Θεὸν non prius fuisse, quam ex Maria nasceretur. Semen hoc fuit sparsi deinde magna cũ pernicie Samosateniani & Arriani erroris, tum quoque Mahumetismi ex multarum hæreseun colluuie cõflati.

Alpes montes, qui Germaniam discerminant ab Italia, & hanc à Gallia, tanquam muro natiuo, quosque Albia & Alpionia veteres dixisse scribit Strabo, Stephanus ἀλπεια & ἀλπιους nominat σαλπιας Lycophron, *vt sentit commentator* eius Isacius, Silius *libro 3.* clausas niuibus rupes, suppostaque cælo Saxa nomen suum acceptum ferre videntur candori, quod eorum iuga perpetuis niuibus albescant. Sanè *alpum* dixisse Sabinos ait Festus, quod *album* postea Latini dixerunt: Vt credi possit nomen illis inditum à niuium cãdore. In Liguria sunt vrbes, Albium Intemeliorum, & Albingaunum seu Albium Ingaunorum dicta quasi Alpium Intemelium, & Albium ingaunum. Isidorus Alpium nomen vult esse Gallicum. Alpes, inquit, propriè montes sunt Galliæ, de quibus Virgilius, Aërias Alpes. dicendo aërias verbum expressit à verbo: nam Gallorum lingua Alpes montes alti vocantur. Buchananus rerum Scoticarum 1. etsi non multum ab hac opinione discedat, cum de Albione insula agit, cui etiam nominis id tributum nonnulli putant ab albedine, tamen montibus non colorem, sed altitudinem nominis occasionem dedisse, quod cum Alba multarum vrbium sit nomẽ in Italia, Gallia Hispania, omnes in collibus, aut prope colles sint sitæ: Deinde quod Strabo absque discrimine hæc nomina, *Alba*, *Alpa*, *Alpia*, *Albionia*, in eadem altitudinis significatione, velut ab eadem radice declinata agnoscat, ideoque has voces maximè vsurpari ostendat, vbi Alpes se attollere incipiunt. Atque hinc fortasse Mela non in Histriam modò, sed & Byzantium vsque ad Exini littora expassã montana Alpium nomine donat. Quãquam alias idem Buchananus, si quis afferat meliora, facile se in eius sẽtentiã transiturum profiteatur. Mõtes hos tribus partitionibus secuit C. Sempronius Rufus Sextus meminit *in Epitom. ad Viennen…*

[illegible] *Augu[illegible]*, Alpium maritimarum, Cottiarum, Rheticarum, Noricarum, Pannonicarum: Tacitus Pannonicarũ, Cotiarum, Graiarum, Iuliarum, Pœninarum, & Rheticarum. Sed præcipuè videndus de iis Simlerus libello quẽ de *Alpibus* inſcripſit, vt & Silius *libro 3.* quo nullus Poeta luculentius de iis egit, inter Latinos. Italiæ autem reſpectu attolluntur eorum iuga, a Tergeſto in intimo ſinus Hadriatici receſſu, qua Boreas ſpectatur, modico terræ internallo, ingẽti altitudine, tenduntq; recta in occaſum, prominentque in Veragros atque Sedunos vſque: Vnde in Auſtrum flexa obiecta fronte Liguſticum mare excipiunt.

Alpheus Peloponneſi fluuius, Gemiſtio ῥοφέας, Sophiano Rophea, quem olim (*vt auctor* [illegible] *refert*) σέμφελον καὶ νύκτιμον d[illegible] tunt, oriens in Arcadia iuxta vicum [illegible]cam, etſi Pauſanias in Arcadicis fontes eius iuxta Phylacum collocet, ibique auctum aquis fontanis in campo Tegeatico demergi, & rurſum iuxta Aſcam oriri ſcribat: non equidem nomen trahit ab Alpheo Solis nepote in eo ſubmerſo (*fabuloſum id enim*) verum inde, quod maculas & impeniginem purget quam ἄλφον nominãt Græci. Sunt enim verba Strabonis: φασὶ δὲ καὶ τὸν ἀλφειὸν ἀπὸ τῆς τῶν ἀλφῶν θεραπείας ὠνομάσθαι. Crediderũt veteres, primo eius auctore Timæo, quod poculum Olympiæ in Alphæum deiectum *caſune an conſilio, incertum*) poſtea in Arethuſa fuerit repertum, & proinde ſubterraneo eum meatu ſubter mare labi, & in Sicilia Arethuſæ miſceri. Narrat enim hoc Pindarus, quem Maro ſecutus ait:

Alpheum fama eſt huc Elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare, qui nunc
Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur vndis.

Sed abrogatur rei fides à multis ſcriptoribus, vt & a Geographo Strabone, vel hoc argumento, quod Alpheus, cum euoluitur in mare, nullum circa mare hiatum habeat, in quẽ effuſus ſubterlabi queat. Adde nec eo impetu delabi in mare, vt aquas potabiles per tantam pelagi vaſtitatem ſecum in Siciliam peruehere poſſit.

A[illegible], quaſi *alta ara*. Loco enim editiori erigi ſolebat, id quod & Apollonius Argonauticωn 2. his innuit verbis: βωμὸν αἰγιαλῷ στήσαντες ἀνακτεον aram e[illegible]tes in littore ſublimem.

* Veteres Ethnici in ædificijs a terra eleuatis ſacra faciebant [illegible]; in terra diis terreſtribus, in [illegible], Diis inferis. Altare ſuperis tantum [illegible] erat: ara tã ſuperis quam inferis [illegible] במות *Bom* excelſus fuit: במה *Bama* excelſum, locus eminentior, in quo [illegible]cantur ſacella, templa, altaria. Hinc βωμὸς altare, ara: ἐπιβωμίζω ſacrifico in excelſis, βῆμα, tribunal, locus editus, מזבח *Mizbeach*, altare in quo ſacrificantur pecora, a verbo זבח *Zabach* ſacrificauit, victimam immolauit, mactauit ad ſacrificandum. מקטר *Mictar* etiam dicitur altare ſuper quo adolebãt, a verbo קטר *Katar*, ſuffitum fecit, adoleuit, odores incendit, incenſum fecit ex rebus fragrantibus.

Althea alio nomine *Ibiſcus*, Græcis ἀλθαία, ipſo nomine medicam ſe eſſe herbam profitetur, παρὰ τὸ ἀλθαίνειν, id eſt, medendo nomine deducto, vel παρὰ τὸ πολυαλθὲς καὶ πολύχρηστον αὐτῆς, quod inter primas vtilis ſit, & plurimis vtilitatibus redundet. Eadem audit ἀγρία μαλάχη, *agreſtis malua*. Vires eius à Dioſcoride deſcriptas inuenies lib. 3. cap. 139.

Aluus. Nominis huius origo ab *alẽdo* manauit, quod cibi, quibus alimur, dum tenues venæ, quas *meſaraicas* vocãt, ſuccum ex chylo tractu deferunt ad Hepar, in eã delabantur diſſeminenturue. Alui purgationem, vt & dentis euulſionem primum inueniſſe creditur, Æſculapius tertius, Arſippi & Arſinoæ filius, ſepultus in Arcadia non procul a Luſio flumine, cuius Cicero meminit *3. de natura Deorum*.

Alytarcha

Alytarcha idem forte cum agonotheta vel athlotheta, videtur Cuiacio Obseruationum *lib.11.cap.13.* ex Fauorino, quē plerique omnes hactenus secuti, appellatus hoc nomine, quod præesset *alytis*, id est, mastigophoris in publicis ludis. Rhabdophoros sane seu mastigophoros ab Eliis Alytas vocatos ex Etymologico Lexicographi tradiderunt. Non improbo. Verùm cùm ludis in illis sæpe contingeret gaudio dissolui, Alytarcha autē præesset huic ludorum lætitiæ, quā pro suo arbitrio moderabatur, malunt alii sic appellatum παρὰ τὸ ἀλύειν, id est, *lætando & gestiendo*, quo vocabulo etiam Homerus est vsus Odyss.6. cum inquit: ἢ ἀλύεις ὅτι ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην; vbi Eustathius idē esse tradit τὸ ἀλύειν quod ἐκλύεσθαι τῇ χαρᾷ. Aut tādem deduci potest ἀπὸ τῆς ἄλης, quam ibidem atq; alibi etiam Eustathius dicit esse ῥυπασμὸν à sordibus scilicet, quæ strigili abradūtur ex vnctorum Athletarum corporib. in gymnasiis, alio nomine strigmenta, Græcis γλοιοὶ καὶ τὰ ῥύπη. Etsi extremum hoc sacrosanctum minime velim.

* *Amalthea*, & Amaltheæ cornu viget in poëticis fabulis, originē vocis ignorantibus. Ἀμάλθεια & ἀμαλθεῖον gymnasium est bibliotheca instructissimum & confertissimum, ex origine Hebræa dicitur & ducitur. Nam vox מלה *Male* à verbo מלה *Malah*, plenus fuit, Amaltheæ cornu satis superq; demonstrat. Sed soliti sunt Græci quicquid ab Hebræis per Phœnices didicerant, fabularū suarum velis obscurare, vt apud populū polytheian inueherent. Cicero vocat Attici bibliothecam, propter variam & magnam bonorum librorum copiam, Ἀμαλθεῖον, lib.1.8.11.& 2.16.

Amanus mons Arabiæ, Ptolemæo Ciliciæ, quem & melantium prius vocatū scribunt Isacius, deriuatur ab אמן *verax fuit.* Angustiæ eius aperientes Syriam dicuntur Amanicæ portæ vel Pylæ, sicut alias & Pylæ Caucasiæ, Caspiæ, Sarmaticæ.

* *Amare* quid sit melius quisque sentit quam a quopiam explicari queat. Dicēdū tamē est aliquid de hoc verbo, vt in clariorem ipsius cognitionem adduci facilius possimus. Latini nullam huius verbi etymologiam afferentes, tantum ostendunt plus esse amare quam diligere, sicut videre est plerisq; in locis apud Ciceronem; id quod tamen non semper verum esse contendunt viri docti. Videtur similis differētia ab Aristotele quoque obseruata fuisse, qui Ethic. lib. 9. cap.5. discrimen facit inter εὔνοιαν & φιλίαν, seu inter bene alicui velle, & inter aliquem amare. Omnis enim qui amat, etiam bene vult, sed non cōtra: quia plus est amare, quàm bene velle. Amare autē, de omnium sententia, nil aliud est, quàm animo erga rem aliquam affici, & affectu in illam ferri & inclinari: ita vt in ea adepta animus noster atq; affectus conquiescat. Hoc significat verbum Hebræū אהב *Ahab*, quod est non solum aliquid velle, verum etiam in eo iam comparato acquiescere. In præcepto. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, verbum est אהב *Ahab*: sed hoc idem metathesi tantum facta vnius literæ, nempe *Beth*, acquiescere significat: vt vera diligendi significatio quietem appetitus atque affectus amātis, in re amata, complectatur. Idē vox Græca ἀγαπᾶν significare mihi videtur: id quod Cicero aliquando vertit, *Contentum esse aliquo*, carum gratumque habere: quòd in ijs propriè acquiescamus quæ cara habemus. Phauorinus quidem ait ἀγαπᾶν esse quasi ἄγαν τὸ πᾶν, hoc est, ἄγαν seipsum κατὰ τὸ πᾶν, id est, omni modo & toto animo in rem dilectam. Sed alii sentiunt ἀγαπᾶν esse ab ἄγαν & παθεῖν, quod est valde & perfecte in re amata ac quiescere. Ita ἀγάπη significat vehementem affectum ardentemque amorem, quo quis alicui se se intimè adiungit, & in eo toto quiescit seseque oblectat. Vnde & Pater cælestis de filio suo, hic est inquit, filius meus ἀγαπητός. Et mox qua-

si etymologiam subdens, rationemque reddens ait, In quo mihi complaceo, seu acquiesco. Ac certum est tria in vero amore reperiri: affectum, quo erga aliquam rem inclinamur, desiderium quo in eam rapimur, vt ei vniamur: & gaudium quo in ea iam acquisita, nobisque vnita conquiescimus, eaque sumus contenti. A verbo φιλεῖν, i. amare, multi volunt deduci nomen filii; vt filius sit quasi φίλος. Est enim parentum in filios Amor magnus & constans.

* Amaritudo מְרֹרָה *Merora*, מְרִירוּת *Meriruth*: Amarus, מְרִירִי *Meriri* & מַר *mar* sel ירה, quod amarū sit, מְרֵרָה *Merera*, à verbo מָרַר *Marar*, amarus fuit, amaricatus est mutatus est in amaritudinē: & per translationē, mœruit, affectus est mœrore. Idē significat qd מָרָה *Mara*, & habet affinitatē cū מִר *Mir* & יָמַר *iamar*, mutauit, vt cum dulce mutatur in amarum. Hinc μύρομαι, mœreo, sum corde & animo amaro. Lat. amaresco, amarico, amarus, amarū. Item μερμύρω. Lat. murmuro, i. Amarus sum corde.

Amasias rex Iudæ tantundem significans, atque robur Iehouæ, nomen trahit ab אָמַץ *corroboratus fuit*, & יה *Deo*. Valentinum dixerint Romani.

Amazones gens muliebris & bellicosa, Herodoto, Straboni, Plutarcho, Curtio. Iustino, & aliis decantatissima, olim quoque σαυρομάτιδες & σαυρoπατίδες dictæ, Stephano & Eustathio testibus, *peltiferæ* Poetis Latinis, Scythiam primum iuxta Tanaim, inde prope Thermodoonta inhabitantes, & Troianorum aduersus Græcos auxiliatrices, appellationem hanc habent ab α priatiua, & μαζὸς papilla seu *mamma*, vt vult Eustathius in Dionysium, quod adurerent dextras infantium mammas, vt ad sagittarum ictus & dimicandū cum hoste expeditiores forent. sicut & Iustinus libro 2. prodit. Vel dictæ Amazones ab α priuatiua, & μάζα *pulte* seu *pane*, eo, quod viuerent carnibus ferarum, non pane, id est, παρὰ τὸ μάζαις μὴ χρῆσθαι, ἀλλὰ κρέασιν, vt *Etymologicon* habet: Vel ὅτι λαμβάνουσαι ζώνην καὶ πανοπλίαν ἤμων καὶ ἐθέριζον quod zonam accipientes & armaturam, velut meterent æstatemque traducerent. Seruio videntur dictæ quasi ἅμα ζῶσαι, quod simul sine viris viuant, quod etymon primo ex superioribus minus probandum censeo. Homerus nominat ἀντιανείρας, id est, *viragines* seu *masculas bellatrices*. Fuere & tales, si credimus Diodoro; ad mare Hyrcanum, & in Libya, imo hodie (*sicut Hispani tradunt*) ad flumen dictum *Rio de las Amazones* apud Americanos. Sed & maximam Atlantici maris insulam quādam habitatam ab illis, apud eundem Diodorum inuenias. Amazonium pectinem dictum ab Amazonibus chorū fuisse putat Turnebus, quo puellæ recta serie inter se pectinatim implexæ in modum Amazonum saltabant.

* *Ambactus*, Ennio seruus mercenarius, δοῦλος μισθωτὸς. loquelaris, διάγγελος qui loquendi gratia huc illuc circummittitur. Apud Cæsarem lib. 6. de bello, Gall. domesticus, & cliens dici videtur. Malim mercenarium intelligere qui tamen in aulis magnatum versatur, ab ambio fortasse dictus, vt explorator & delator, qui noua vetera captat, quæ postea referat ad dominum, eiusque mandata aliis denunciet. Cliens, is, qui herum suum vel in periculo constitutum comitatur, id est. Cæsaris ambactus, originem ambactus, nonnullorum iudicio, sumpsit à verbo אָבַק *Abak*, pugnarit, pugnis colluctatus est, descendit in arenam.

* *Ambages*, ab ambio, verborum circuitus, περιαγωγή, חִלְקַת *chelkath* [illegible], Obliquitates, [illegible] à verbo [illegible] *helkel*, lubricauit, lubricum fecit, peruertit subitò, oblīquauit, curuauit. [illegible] nem habet cum [illegible], rotundus, circularis; & [illegible] circumiuit, rotulauit. Quid [illegible] ambitus vel ambiguitas verborum [illegible] quam circulatorum ars vt [illegible] fallunt.

Ambages, apud veteres Grāmaticos, verba frustratoria. Ambagio Varroni dict. pro adagio, qđ ambiat orationē, neq; in vna aliqua re cōsistit sola. Adagium autē quasi abagium vel ambagium: in adagio enim aliud dicitur, aliud intelligitur.

Ambarvale sacrum eo refert originem, quod victima arua ambiret. Hinc *Ambarvales hostiæ*, quæ circum arua duci solebant ab iis, qui pro frugibus faciebant vt & Festus Pompeius sentit. Sacrificii huius Virgilium quoque mentionem fecisse in Bucolicis, cum de Daphnidis apotheosi agit, notat Macrobius. Ait enī:

Hæc tibi semper erunt, & cū solemnia vota
Reddem⁹ Nymphis, & cū lustrabimus agros.

Vbi lustrare nihil est aliud, quam circuire, Peractum autem istud hoc modo. Victimas, suem videlicet, ouem & taurū (vnde *Suouetaurilia* appellatum hoc sacrificium) maturis frugibus ter circum arua ducebant: Omnes inde clamantes pone vestigia legebant, quorum vnus ornatus corona querna solēni saltatione, composito carmine Cereri cantabat laudes, ac postquā libassent vino lacteque, antequam fruges meterent, immolabant Cereri porcam. Testis idem Virgilius Georgic. 1. vbi sic scribit:

Cuncta tibi Cererē pubes agrestis adoret,
Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho:
Terque nouas circū felix eat hostia fruges,
Omnis quā chorus & socii comitētur ouātes,
Et Cererē clamore vocēt in tecta: neq; ante
Falcem maturis quisquā supponat aristis,
Quam Cereri tota redimitus tēpora quercu
Det motus incompositos, & carmina dicat.

Meminit huius sacrificii cui præerant fratres aruales, etiam Tibullus *libro 2. Elegia 1.* Neque verò à rusticis tantùm fiebat, sed etiam à Romanis fines agri Romani lustrantibus inter quintum & sextum lapidem, *vt auctor est Strabo libr. 5.* & ex eo notat Turnebus Aduersar. *lib. 68. cap. 7.* Nominabāt & ambarualia, vno nomine, vt reliqua festorum dierū nomina. Et Ambarvalia d[illegible] vrbs & pomœrium lustrabatur [illegible] in Aureliano: *Cātata carmina, amburbium celebratum, ambarualia promissa:* Quē locū producit & idem Turnebus Etsi Scaliger ad vocem *Amterminii* apud Festum *Amburbia ab Ambarualibus* non distinguat.

* *Ambarvales* hostiæ appellabantur (inquit Festus) quæ pro aruis à XII. fratribus sacrificabantur. Hi fratres erant sacerdotes numero duodecim huic Sacrificio præfecti primum à Romulo instituti, quos fratres aruales vocabant. Ambarualis hostia est, quæ rei diuinæ causa circum arua ducitur, ab iis qui pro frugibus faciunt.

* *Ambarum*, succi, vel fungi odorati genus, quod à recentioribus Græcis ἄμβαρ appellatū est, & Lat. *Ambra*, de quo multa nobiliss. Scaliger, exercit. 104. cōtra Cardan. sect. 10. Vide *succinum*.

Ambiorix corruptū vocabulū à nomine *Amorges*, vt & ἀμέριγος apud Nicetā.

* *Ambiorix*, si Goropio fides adhibēda, nobilis Eburonum rex, significat eū qui magistratus siue princeps Ambactorum vel Clientum est, prole multa beatus & diues. Vide supra *Ambactus*.

Ambitus crimen honoris male affectati, & proinde seueris legib. coërcitū à Romanis, à circumeundo nomen inuenit, quod qui magistratus petebāt suis interim diffidētes virtutibus, tribus circuire solerent, & eas corrumpere cum largitionibus, tum pollicitis. Plura de hac re vide in *Candidatus*.

* *Ambitus* est etiam crimen auaritiæ apud veteres. Lucillius

Aurū atq; ambitio species virtutis vtriq; est.
Quantū habeas, tāti ipse sies tātiq; habearis.

Nec enim minorēs sunt circuli & ambitus auarorum in opibus vndiq; corradendis, quàm eorum qui honores cum vitæ dispendio, animarumque iactura venantur. *Impiger extremo currit mercator ad Indos, per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.* Ambitus morbo, crimine valde laborat auarus ille.

* *Ambix* vasis nomē est ἄμβιξ [illegible] vasis nomē est apud Athen. li. 11. q[illegible] ita

fermè vtebantur, vt nos hodie eo quod sermo vernaculus *alambic* vocat, ἀμβικες fuisse φοξιχαλεῖς Labris in acutū desinentibus dipnosophista testatur. אבוב *Abib* Hebr. est fistula per quā aqua fluit in balneum. Inde ἄμβιξ, & addito articulo al, tandem *alembic*.

Amblyopia oculorū hebetatio, vel acies oculorū iners, oriēs ex spiritus crassitie, humorū simul crassitie & lētore, vel q̄a tunicæ densantur, aut vehemens accidit capitis percussio, aut ex sublimi casus, resolutoue l cōtuso visorio neruo, descē dit ἐκ τοῦ ἀμβλὺ ὁ σημαίνει τὸ ἀδύνατος, q̄d est imbecill. & ὤψ ὠπὸς oculo siue *aspectu*.

Ambo, ἄμφω, & nō dicitur nisi de duobus. Hebr. שנים *Schenaim*, duo nomen cardinale masculinū, dualis numeri tantū, à verbo שנה *Schana*, mutauit, iterauit, secūda vice repetiit. שתים *Schetaim* duæ, nomen cardinale fœmininū dualis numeri tātū. Ambo, Ambę perdidit ambos oculos & ambas manus. ἀντλεῖν ἀμφοτέραις χερσὶν, haurire ambabus manib. Nonnulli putāt deriuari posse ab Hebr. עם *him* cum, & בא *Bo*, introiuit: nā inter duos fit congressus. Iudicet lector.

* *Ambrones* Festus scribit subita inundatione maris eiectos patriis sedibus fuisse. id ridet Strabo, qui eius sententiæ auctorem facit Ephorum, quē Festus sequitur. Quod ait, turpis vitæ homines dictos inde Ambrones, nēpe rapinis & prædationibus se suosq; alētes, in glossis Isidori ita legitur; *Ambro*, deuorator, consumptor patrimoniorum, decoctor, luxuriosus, profusus. Ambrones ἀμβρόται. q.d. circa escam occupati, in ea quærenda, curanda toti.

Ambrosia Deorū cibus, de cuius etymo magnū Etimologicon Græcum hoc modo: ἀμβροσία, ἡ θεία τροφὴ ἧς βροτοὶ οὐ μετέχουσιν. ἢ ἧς οὐκ οἴονται βροτὸν ἄφθαρτον εἶναι βρῶσις βροσία, καὶ κατὰ στέρησιν καὶ πλεονασμῷ τοῦ μ. ἀμβροσία *ambrosia*, *diuinum incrementum, cuius non, imt partic[ip]es mortales, aut quod attingere homini mortali* [...]. *Dicitur igitur* βρῶσις *cibus* [...] *hinc* βροσία, *inde priuatiua* α, addita [...] *Pleonasmo* τοῦ μ. *ambrosia*. Consona enim illa interponitur soni melioris gratia. Quoniā aūt immortaliū Deorū fingitur cib⁹, ideo de Ioue Martialis: *Iupiter ambrosia satur est, & nectare viuit*. Quinimo solis equos ea pasci canit Ouid. Est quoque noctis epitheton, vt ἀμβρόσιος somni, eo quod sit θεῖος καὶ θαυμαστὸς quod *diuinus* sit & *admirabilis*. Odyss. Δ. interpretatur Eustathius *ambrosiā* ἀγαθὴν ἐλπίδα. Iliad. ν. docet idē ex Pausania esse florem, itidem γένος συνθέτως scil. ὕδατος ἀκραιφνοῦς, καὶ μέλιτος, καὶ ἐλαίου παγκαρπίας, genus cōpositionis ex *aqua pura, melle, & omnis generis fructu olei*. Dioscorides tradit, herbam esse trium fere palmorū, foliis rutæ, iisq; circa imu caulem exiguis. Rusticis hæc coronaria est ad æstum quidē arcēdū, quam tamē officinæ *Polemoniā* esse ostēdunt. Apud Iones Dionysii festa, q̄ Romani vocarunt *Liberalia*, Plinius *Vinalia*, sunt τὰ ἀμβρόσια dicta, *vt in Hesiodum testatur Tzetzes*.

Ambrosius ἀμβρόσιος, *diuinus*.

Ambubaia, Hebr. *Abub*, & Syr. *abbuba* 1. Corinth. 14 7. tibia, multa habēs foramina fistula Gall. *aubois*. Ambubaiæ igitur idem est ac si dicas, tibicines. Fuisse has mulieres infames & impudicas, suspicari licet, quod Suetonius in Nerone scribat: *Cœnitabat nōnūquā & in publico, naumachia preclusa, vel Martio campo, vel circo maximo, inter scortorū totius vrbis ambubaiarum ministeria*. Sūt, qui etymō earū deflectūt ab, *am, circū*: & nomine *Baiarū*, quod ibi lasciuę quædā mulieres fuerint versatæ. Alii volunt (vt supra dictū) purā putam vocem esse Syriacā, nēpe אבובאיא *abbubaia*, vel אנבובאיא *anbubaia*, ab *Abub*, αὐλὸς deinde addita litera m. vt ex *Sabeca*, סבכא apud Danielē, *Sābuca* Latinis facta est. Præterea Ambubaiæ Romanæ q̄d Syræ mulieres fuerint q̄ in circo & aliis locis Ædilē metuētib habitantes du plici quæstu se sustentarunt. Nā & corporis vulgo faciebāt copiā, & tibias inflari atq; organa quædam pulsare norāt quę [...]na secum ex patria attulerant Romā: Huius auctores habeo Angelū Caninium

Iosephum Scaligerum,& Casaubonum. alijs Ambubaiæ dictæ videntur quòd ebriæ balbutirent, & nimium vini bibẽtes effutirent quicquid veniret in buccã. Babys tibicen prouerbium fecit, *Peius Babys tibia Canit*. Hinc ambubaiæ successerunt, de quibus meminit Horatius *ambubaiarum collegia*, &c.

Amen, dictio in calce orationum posita, optantis est particula, idem significans, quod *fiat*, quasi יֵאָמֵן *verum fiat* vel *esto certum*. Præter hãc significationem solet esse frequenter in sacris Euãgelijs assertoria particula significans *vere*. Apud tres priores Euangelistas vnice & semel ponitur,vt, *Amen dico tibi*:Apud Ioannẽ verò geminatè, vt, *Amen, amen dico vobis*. Vtrunque certitudinẽ & assertionem indubitatam designat, siue ab אמן deriues, *verum est*, *verax fuit*, siue ab יֵאָמֵן *verum fiat* imperatiuo Niphal, litera י aut tenui spiritu initio dictionis ob vsum diuturnum euanescente. Ideo de ea vocula rectè Hieronymus in Matthæum: *Amen*,signaculum est orationis Dominicæ, quod Aquila interpretatur, fideliter:Nos possumus dicere, Verè.

* *Amen*, אמן, *Amen* Heb. id est, veritas, verè, certe: *Ammin*, אמין Syris, à verbo אמן *Aman*, id est, verax & fidelis fuit, tutatus est fideliter, enutriuit bona fide, præfuit fideliter, deriuatur. Inde *Omen*,*Amena*,*Amana* *Emun*,*Emuna* *Emeth*,veritas,fidelitas fides,certitudo constantia: *Amna* item, id est, vere profectò, certè. אמן *Aman* item dicitur bonus opifex, artifex qui fideliter exercet & perficit quod suscepit faciendum. Et Amon, fidus atque industrius opifex. Verbum autem illud [illegible] *Aman* confirmandi ac stabiliendi significationẽ habet: vnde eius deriuata, inquit D. Tremellius, firmitatis & stabilimenti significationem continent. Nam *Emuna* fides dicitur a firmitate sua, quòd non sit fluxa & euanida res, sed constans & immutabilis: ita quoque [illegible] firmũ & stabile significare vel illud Isaia probat cap. 22. 23. vbi dicit se infixurum seruum suum Eliakim instar claui in loco נאמן *Neeman*,id est,firmo:& in versu vltimo eadem vox repetitur. Dictio quoque אמת *Emeth* veritatem significans, a firmitate significationem suam accepit, quòd nihil sit firmius veritate. Sic אמן *Amen*, quod in fine gratiarũ actionum, præcationum, promissionum, &c. adeo frequenter legitur, nihil aliud denotat, quam promissiones certas esse, & certa fide amplecti, precantes constanti fide expectare quæ petunt, & ita in reliquis. Inde Syri traxerut vocem אמין *Ammin*, qua sæpe vtitur Christus nunc simplici, nunc geminata,ad eorum quæ dicit maiorem asseuerationem. quæ perinde significat ac si diceret, Certe, siue constãter dico vobis: & vbi geminatur idem aduerbium, intelligendum est, sed in superlatiuo, quasi dicatur, Certissime, siue Constantissimè dico vobis. Vocum enim ingeminatio Hebræis,Chaldęis & Syris superlatiuum supplet.

Amentum Plinio auctore ab Ætolo Martis filio inuentum vna cum iaculo, Seruio lorum, quo hasta media relegatur (vnde *hastæ amentatæ*, [illegible]) ἀπὸ τῦ ἅμματος vinculo vel nodo nomen arcessit. Solebant quippe iacula manu mitti, aut loro reuincta excuti. Astipulatur Onomasticon,cum,ait: *Amentum lorũ*,ὄχανον.Et Glossę: *Amenta*, ἅμμα ἀκοντίων, i. *vincula iaculorum*. Itẽ, *Amentum*, ὃ ἔχει κατέχε[illegible] ἡ λόγχη, *id quo tenetur hasta*. Addenda & Festi verba: *Amenta,quibus,vt mitti possint, vinciuntur iacula,siue solearum lora, ex Græco,quod est* ἅμματα, *sic appellata, vel quia apiantes ea ad manum trahunt*. Latini etiam nodum appellant,vt doctissimus Lipsius indicat ex Silio & Statio Poliorceticωn 4. Hinc *amentare* verbum apud Lucanum.

Amethystus gemma purpurei coloris nomen hoc ferens, quod obsistat ebrietati, vel [illegible] quod vsque ad vini colorem [illegible] priusquam eum degustet, in violam [illegible]

sinat. Quamquam Magorum vanitas ebrietati resistere promittat. Nihilominus *τὰ ἀμέθυσα* remedia nominát Græci, quę adhibentur aduersus ebrietatem. Atque ipse Plutarchus *libro de poetis* audiendis gemmam esse affirmat, qua vtũtur quidam aduersus ebrietatem in symposiis. Georgius Agricola scribit, eundẽ Ion dici à violaceo colore. Et quia ad Venerem facit, addit *pæderota* & *anterota* aliquando vocari, mitti autem ex Thaso Cypro, Galatia, Armenia minore, Arabia petræa, India, Ægypto. sicut & Plinius prodit. Ab hac gemma vocat Martialis amethystinas mulierum vestes, respondentes scilicet colore.

* Hebr. Amethystum vocant אחלמה *achalma*, quod nomen alii ad adamantẽ referunt. At Pagnini sententiam hîc sequuti sumus. Descendit à verbo חלם *Chalam*, somniauit. Hunc lapidem afferre somnia gestantibus Hebræi magistri censent.

Amfractum, cuius mentio in *12. tab.* fit, ab ambitu & frangendo dictũ auctor est M. Varro *de lingua latina lib. 6.* Vide & *l. via ff. de seruit. rust. præd.* Ibi enim lex illa 12. tab. explicatur à Caio. Vide *Anfractus*

Amicitia ex amore nominata, *vt Cicero in Lælio scribit*, meminitque *1. de natura deorum*,

* Hebr. אהבה *Ahaba*, à verbo אהב *Aba*, Amauit, dilexit. Hinc *ἀγαπάω*, & *ἀγάπη* Dicitur etiam ידידות *Iedhidhuth*, & cognationem habet cum דוד *Dodh*, cognatus, amicus de cognatione. Hinc *ἡδύς*, suauis, iucundus. *ἡδύτης* suauitas. Nihil enim amicitiâ suauius & iucundius. *φιλία*. Vide *amare*, & *Amor*. Obiectum eius secundum Aristotelem amabile. In genere definitur mutua, & latens beneuolentia inter illos, qui se vltro citroque bonis afficere student. In specie est amicitia virtus, qua solum boni & studiosi propter similitudinẽ inter sese conglutinantur. Species eius sunt tres pro differentia amabilis, nempe obiecti. Nam vt hoc triplex, honestum, vtile, iucundum, ita tres ei assignantur species, quarum prima quidem ab honesto pendet, altera ab vtili, tertia a iucundo, iuxta Philosophum. At nihil firmitatis & cõstantiæ habent duæ postremæ. Nam qui amicitiam vtilitate & delectatione sua metiuntur, non colunt alios, quia sunt boni, sed quia vtiles & iucundi. Adsunt quidem afflante rerum successu at ea reflante & relabente diffugiunt procul. Laidem Plutonemque venantur & spectant, non honestum virtutemue, cuius possessio sola stabilis, nec nisi morte dirimitur diuelliturque. Quo necessariò sequatur veram amicitiam nullis rebus asperis & aduersis dissolubilem (cum contumeliam & iniuriam ignoret) tantũ inter bonos, non pariter impios ac sceleratos versari: Eam nõ tolli vel labefactari interstitiis locorum, non tradi obliuioni, non penitus exstingui. Inter duos, non inter multos reperias, quod duo facilius, quam multi, similitudine bonorũ morum coalescãt. Facilius quoque vni, quam multis, mentis arcana committas. Imo facilior erit paucorũ in vnam virtutem consensio & conspiratio. Ne dixeris regibus & imperatoribus multos esse amicos. Nam veri non sunt, ac potius ficti: Habuit quidem Alexander Aristippos multos, sed vnum tantum Callisthenem aut vnum Clytum. Res rara talibus verus amicus. In vniuersum amicitiæ veræ est, nihil facere contra officii rationem, non suam vtilitatem amicorum vtilitati prę ferre, nec amicorum caussa in honestatem ac pietatem committere quidquam. *δεῖ γὰρ συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι βωμῶν*, vt dixit Pericles, auctore Gellio lib. 1. cap. 3.

Amineum vinum Italicum dictum vult Seruius, quasi *sine minio* sit, id est, *rubore*. Fallitur vir magnus, cum & vinum hoc & vites vuæque appellationem trahant à regione. Etenim Aminei fuerunt, qui locum istum inhabitabant, in quo natum postea vinum [illegible] *[illegible]*. *Macrob.* De vineis Columella hoc modo

do: *Nomentanea vinea nobilitate sequuntur Aminea*. Virgil. Georg. 3 *Sunt & Aminea vites, firmissima vina*. Legendum aliqui putant, *Amminea*. Sed concedendum acrius haud existimo, maxime cum Auson. *epist.* 5. scribat *Solus qui Chium miscet & Ammineum*: & contra Serenus cap. 29. *Amineam* dixerat *item* prima breui, atque ita diuersa modulatione vocem istam extulerunt Poetæ. Vtque ad Virgil. redeam sciendum & Plin. *lib.* 34. principatũ inter vina tribuere Aminæo propter firmitatem senio quoque proficientem. Grammatici ex Galeno probant *Cecubũ*, *Falernũ*, & *Amminum*, voces esse synonymas. Notandum & apud Varron. *Scantianam vuam* dici, quæ alio nomine est *Aminea maior*, vt refert Plin. *libr.* 14. *cap.* 4. & ex Plinio alii. Denique meminit Aminæi vini Iurisconsultus Trebatius *l. vlt. ff. de tritico, vino, & oleo legato*.

* *Amita*, patris mei soror, quasi à me tertia vel quia à meo patre amata; πατρὸς ἀδελφή, ἡ πρὸς πατρὸς θεία, τηθίς Hebr. דודה *Dodha*, à דוד *Dodh*, amicus, dilectus, patruelis, ab amoris affectu in consanguineos: item abstractè pro amicitia; ac si amita idem esset atque amica, propter eius affectum erga fratris prolem.

Amon rex Iudæ, fidelẽ & veracem significans deriuatur ab *Aman verax fuit*.

* *Amor*, Hebræis *Ohab*, à verbo *Ahab*, Amauit, Dilexit, Charem habuit: & per metathesin *Ebeh*, a præterito perfecto *Haba*, id est, concupiuit, voluit, acquieuit. Græcè ἥβη, Pubes, oblectatio, & pubertatis dea est, Latinis Hebe: quod amor sincerus nunquam senescat, sed vegetus, florens, & perpetuò virens, Oblectet, atque amatos viuificet charos habeat, desideret in eis acquiescat. Ἔρως item Græcis dicitur, & amor gloriæ φιλοτιμία sui φιλαυτία, pecuniæ φιλοχρηματία est. Ἔρως autem ab Ἐράω amo, & Ἐρᾶν amare, cupere appetere. Cognationem habet cum voce Ἑταῖρος sodalis socius, collateralis, amicus familiaris: vt iane hæc omnia in amore nomine

concurrunt. De laudato & sincero amore loquentes, dicimus passionem esse animi, qua erga aliquem ita afficimur, vt nostri obliti in eũ, eiusque obsequiũ feramur. Transformat enim amantem in personã amatam, & illius amicum cũ huius ita coniungit, vt ibi verè dicatur esse animus amantis, vbi est persona dilecta. Vnde & συμπάθεια oritur qua non minus amans sentit dolores & incommoda amati, quàm amatus ipse: & contra non minus ille capit voluptatis & lætitiæ ex huius commodis & felicitate, quam is ipse cui hæc cõtingunt. Talem esse verum amorem in nobis ipsis sensu & experientia didicimus. Quum autem de Dei erga nos amore cogitamus, quicquid imperfectionis, vitii, ægritudinis in nostro occurrit affectu, totum illud tollamus oportet: ac tunc affectũ ipsum, nempe amorem, omni imperfectione defæcatum Deo tribuendum esse discimus, differt igitur amor Dei & noster ratione triplici, id est, amor quo Deus saluandos homines complexus est æterna bonaque voluntas seu firmum ab æterno propositum eorum miserendi, illis bene faciendi, eosque seruandi, noster amor initia, progressus, incrementa, gradus suos habet. 2. Actualis beneuolẽtia Dei suos amantis est immensa, æterna. Nostra verò exiguis admodum limitibus & beneficiis terminatus. 3. Deus in suis dilectis propter Christum redemptorem ita acquiescit, sese oblectat, eosque incomprehensibili amore complectitur, vt amor hominis erga hominẽ, sit tantùm immensæ illius flammę scintillula quædam. Vt paucis omnia, amor summus, perfectus, omni ex parte absolutus, & verè amor in Deo: noster autem, quãtumuis sincerus, næuis nõ paucis laborans, imperfectus, & admodum languidus: attamen Deo placens, si ad Deum refertur, quẽ audire par est præcipientem, Diliges dominũ Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum.

* Ammo-

* *Amnos* Vide *Cham*

* *Amnis*. Vide *Riuus*, & *Fluuius* Amnis dictus existimatur ab Am, circú, & No, Fluo: quoniam flexuoso meatu labitur. vel ab Ambio: omnia enim flumina circumeunt, ideo cornuta pinguntur, & serpentis in morem voluuntur. Falluntur autem qui a Græco ἀμνὸ deduci malunt, quid enim amni cum agno? Suidā obtendunt, qui πόταμον esse dicit, vt fuit Amnisus Cretæ fluuius. Loquutus sit ille de fluuio Amnio vel Amniso. i. de nomine proprio, nō de genere. Nymphæ amnisidæ apud Callimachum ab Amniso Cretensi, vel alio eiusdem nominis dictæ videntur, Amnis ab amœnitate, Isidoro dicitur lib. 13. cap. 21.

* *Amœno*, as, delectatione afficio. Amæna (inquit Festus) dicta sunt loca, quæ ad se amanda alliciant, i. trahant. In ea sententia Varro Contra Verrius Flaccus & Seruius, quòd sine munere sint (mœnio enim, fructu capio significat) nec quicquā in his officij, quasi amœnia vel amunia. i. sine fructu. Inde etiam qui nihil præstant. Immunes vocantur Isidor. lib. 14. cap. 8. Amænus טוב *Tob* pulcher, iucundus aspectu. *Tub*, amœnitas. נוה *Naua*, iucunditas, amenitas, & נוה *Nabam* amœnus fuit. Hinc per metathesim literarum est ἀμαίνη, i. viretum amœnū; & Lat. Amœnitas: item amœnus.

Amphibia ἀμφίβια, animalia, quæ partim in aqua, partim in terra versantur, ideoque dicta τὰ ζῶα επαμφοτερίζοντα, nomen compositum habent ab ἀμφὶ καὶ βίος quod vtramque terrestrem quippe & aquaticam vitam agant. Talis Rana, Castor, lutaria testudo, Scincus, Crocodilus, Phocæ Hipopotami. Cicero, lib. 1 de Nat. Deor. Bestiarum terrenæ sunt aliæ partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in vtraque sede viuentes.

Amphisbæna serpens in geminum cōsurgens caput, vnde & biceps Lucano, quorum vnum loco naturali, alterum eo loco, quo cauda, quę equidem caussa, vt circulatis tractib. nunc in hanc partē, nunc in illam repat, ab ἀμφὶ circum, & βαίνω eo, nomen arcessit. Negant tamen aliqui duo illi capita à natura tributa. Etsi forte biceps est visa, factum id putant errore naturæ, quæ in fœtibus mōstrosis sæpe vni corpori duo affingit capita, aut pedes brachiaque duplicata, sicut etiam in monstrosis hominum partubus est videre. Genas hæc habet tam latas, vt oculos abscondant, & propterea visu orbata videatur. Pellem habet densam & duram, variis punctis distinctā. Symptomata comitantia morsum eius, similia sunt illis, quæ in viperæ morsu contingunt. Itaque eadē aduersus vtrūque prodita remedia. Pellis eius pollere dicitur vi discutiēdi torpidarum manuum frigus breuissimo tēpore recalescentium, si syluestris oleæ ramum ea vestitum aliquandiu versauerint Ipsa etiam prima omnium, & antequam incipiant canere cicadæ, prosilit e sua cauerna. Tū si eam mulier vterum ferens supergressa fuerit, aborrire creditur ob venenosum vaporem a serpētis corpore elatum, qui sua malignitate fœtum suffocat, & Galenus libro de Theriaca tradit, & Nicāder lib. de venenis.

Amphitheatrum. Amphiteatra integra circulari figura aut ouali eaque oblōga strui solita Romæ, vt in iis gladiatorii ludi, & cōclusarum ferarum venationes exhiberentur, nominis originem ducunt ab ἀμφὶ circū & vndiquaq; καὶ τοῦ θεᾶν spectando. Eorum area dicebatur cauea & arena, eo quod cōspergeretur arena, vt certātes sine offensione caderēt. Amphitheatri forma talis erat, vt cingeretur quaqua versum gradibus lapideis, ita quidem vt vnus in alium, atque item alium largius sese extēdens [illegible] subinde assurgeret, & populo considenti venationum contemplandarum copiam faceret. Sustentabatur [illegible] porticibus inferius multis peruium portis, vt cuilibet absque alterius molestatione integra esset egrediundi facultas. Duo autē Romæ extitisse produnt auctores.

Horum

Horum vnum, quod laudibus tantopere prosecutus est Martialis, ab Augusto destinatum Vespasianus exstruxit, Titus filius dedicauit ex Cęsaris Scaligeri sententia. Exstitit & Veronæ amphitheatrum ex marmore totum, quod Lipsius ante Augusti tempora exstructum suspicatur, libello de amphitheatris extra Romam, cap. 2. Illud etiam sciendum, quoduis amphitheatrum ex duobus cōstitisse theatris, de quibus suo loco exactius.

* *Amphitheatrum* (inquit Lipsius) Colissæum hodie dicunt, qui spectaculi olim locus fuit & ludicræ voluptatis: prisci Amphitheatrū, & sæpe Caueam, sæpe Arenam. tria enim hæc nomina reperio. Amphitheatrum Græca voce ideo, quia gradus circum vndique, & sedilia continenter disposita ambibant in orbem. Cauea Latinis, ab interiore parte quæ concaua, & capaci quodam profundo. Arena, quod arena locus sternebatur, in vsum pugnæ. Tertullianus adu. Marcion. *Quid? non in omnem libidē ebulis? non frequentas solennes voluptates Circi furentis, & Caueæ sæuientis, & Scenæ lasciuientis.* Prudētius; *Quid pulnis Caueæ semper funebris, & illa Amphitheatralis spectacula tristia pompæ?* Iterū Tertullianus *Asperioribus numinibus Amphitheatrum consecratur, quam Capitolium. Omnium Dæmonum Templum est.* Non igitur ludicræ voluptatis, sed sæuitiæ, immanitatis & totius impietatis Locus, de quo Prudentius; *Hæ sunt delitiæ Iouis infernalis, in istis arbiter obscuri placidus requiescit Auerni.* Ioui Latiari, & Saturno Amphitheatrū dicatū, quib⁹ humano sanguine litū est. Peculiari libro quicquid ad Amphitheatrum pertinet Lipsius descripsit, additis variorū Amphitheatrorum, quorum rudera extant Romæ, Veronæ, Polæ, Nemusi, Doueonæ ad Ligerim, nominibus & iconibus.

Amphitrite Oceani filia, vxor Neptuni, mater Tritonis, *vt scribit Hesiodus*, apud Poëtas Oceanum ipsum significans, ἀπὸ τοῦ τρεῖν ἀμφοτέρωθεν dicta, quod terreat à parte, vt olim dixit Grammaticus Orion. Alii ab ἀμφὶ & τρέχειν dictam existimant, eo quod terram circumeat, vel ἀμφιτρίβειν circumterendo, quod terrā vndique terat & lancinet.

Amphora mēsuræ genus apud Romanos, vel potius vas vtrimque ansas habens, ita vt portari posset, duarumque vrnarum capax, ex Græcorum fontibus descendit quibus etiam ἀμφορεὺς dicitur *mensura*. Etsi Latini cum terminationis mutatione, & genus & formam mutarint. Esse autem mensuram liquidorum, constat ex Collumella *lib. 12. cap. 20.* vide *Cadus*.

Ampia Labiena lex, quam T. Ampius, & T. Labienus Tribuni plebis Q. Cæcilio Metello Celere, & L. Aftanio Coll. anno 693. tulerunt, vt Cn. Pompeius victor ex Asia ludis Circensibus corona aurea & omni triumphantium cultu vteretur. Scenicis autem prætexta coronaque aurea, *teste Velleio libro 2.*

Amplustria nauium ornamenta Festo, quæ quia amplius quid erant, quam necessitas, aut vsus postularet, eo nomine sunt dicta.

* *Amtermini*, qui circa terminos P. Ro. viciniæ manent. Non erant in agro Romano, sed in vicinia. Cuius rei quatuor genera ponit Varro: Gabinum, Peregrinum, Hosticum, Incertum. Qui enim in iis agris habitabant, erant Amtermini agri Romani. Ager Romanus fuit quicquid ambaruali vel amburuiali sacrificio vno die lustrari poterat. Porrò primum Amterminos puto, qui postea Amitermini, dictos, id est, ἀμφιτέρμονας. Non solùm autem Amitermini dicti sunt, sed & antermines quia etiam termen dicebant, auctore Varrone. Hæc nobilis. Scaliger in Festum.

Amuleta ab *amoliendi* verbo deducta, sicut & ἀποτρόπαια παρὰ τὸ ἀποτρέπειν, quod est *auertere*, à quo ipso verbo ἀποτρόπαιος dictus Iupiter est Luciano. Est autem *amoliri*, *recedere* vel *tollere* Terētius

i

Andria: *Proinde hinc, vos amolimini. Nam mihi impedimento estis.* Res autem huiusmodi de puerorū collis olim suspensas ad repellendum inuidiam indicare videtur Varro *lib.6.* his verbis: *Pueris turpicula res in collo quadam suspenditur, ne quid obsit, bonaescaua caussa. Quanamnam turpicula res? fascinum, virile pudendum, sic dictum,quod fascinum, depelleret.* Etsi & fascinus Deus eius depulsor sit habitus, eadem veterum vanitate, quemadmodum quoque Dea Cunina, *auctore Lactantio lib.1.cap. 20.* his verbis: *Et Cunina, quæ infantes in cunis tuetur, ac fascinum submouet.*

* *Amussis*, filum (inquit Budæus) quod fabri materiarii rubrica oblinunt aut alio colore. Festus autem regulam vocat ad quam aliquis adæquatur. Normam & amussim idem esse putant Hebr. משך *massac*, pertraxit, traxit, produxit cum mora. Inde nonnullis deriuatur ille funiculus, ἐπισπάδην pertractus, & cum mora productus. Alias voces omitto, etymologiam conuenientiorem ex pendens.

Anabaptistæ, qui pædobaptismum negant, nec nisi grandiores, qui fidem oris confessione profiteri possunt, aspergendos eo lauacro volunt, nixi fundamento admodum lubrico, παρὰ τὸ ἀνὰ καὶ βαπτίζειν, id est, *retingendo* deducunt nomen. Strinxeruut calamum in eos Oecolampadius, Bucerus Vrbanus Regius, Iustus Menius Duncanus, Ioannes à Lasco, & alii præstantes viri, ad quos vnumquemque remitto. Idem error olim Eunomianis damnatus, *vt est apud Nicephorum lib. 11. cap. 11.* Damnatus quoq; in Donatistis Concilio 1. *Carthag. ca. 1.* Primus tamen inter veteres auctor eius Hilarius diaconus, *vt testātur Ecclesiastici Annales.*

Anabathra, vox, qua *sat.7.* vtitur Iuuenalis, significans scalas & gradus superiores scansiles, quibus ad pulpita sternebatur aditus, nomen deflectit παρὰ τὸ ἀναβαίνειν ascendendo.

Anachoreta, * Ἀναχωρητὰ, qui solus per deserta, ἐρήμους, & ab eo ꝙ procul ab hominū conuersatione procul recesserit, nūcupatur Ἀναχωρεῖν enim, secedere, & ἀναχωρῆται, Secedētes significat. Ita etiā Rabanus lib.4. cap.6. de proprietate sermonis, Anachoretas & heremitas pro iisdem ponit Pyamon abbas apud Cassianum, coll. 18. cap. 4. eos anachoretas vocat, qui prius in cœnobiis instituta in secreta solitudinum loca demum secesserint · cuius professionis se quoque participem esse dicit.] Talis anachoreta fuit Paulus ille scortea indutus veste, in qua tamen Hieronymus se conspici malle dicebat, quàm in purpura regali, item Timotheus, Hilarius, Onophrius, Antonius ipse, & Ammo, cuius Athanasius in vita Antonij meminit. De eiusmodi Iustinianus in Nouellis: εἰ μή τινες αὐτῶν ἐν θεωρίᾳ καὶ τελειότητι διαζῶντες βίον, ἰδιάζειν ἔχοιεν οἰκημάτιον, ὃς δὴ καλεῖν ἀναχωρητάς τε καὶ ἡσυχαστὰς εἰώθασιν Hieronymus scribit id genus monachos nihil secum ad deserta pertulisse, excepto pane & sale. Idem affirmat primum eius vitæ auctorem Paulum, illustratorē Antonium, sed principem Ioannem Baptistam, quem locustis in eremo vixisse docet Euang. historia.

Anadiplosis ἀναδίπλωσις, *reduplicatio* Latinis, Rufiniano παλιλογία, qua vltima versus dictio vel clausula iteratur principio versus sequentis παρὰ τὸ διπλοῦν duplicando nomen deriuat Virgilius Æneidos 6:

Deiphobum vidi lacerum crudeliter ora,
Ora manusq; ambas,

Idem Æneid. 10. *Sequitur pulcerrimus Astur, Astur equo fidens.*

Sic Psalm. 121. *Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem,*
Hierusalem quæ ædificatur.

* Analogia, ἀναλογία, est forma deducendæ vocis, quæ fit aut a recta, aut à contraria: à recta, veluti quum locum παρὰ τὸν λόχον dicimus: quia proportio seu analogia est inter locū & locatum λόχος insidiæ dicūtur, quia veteres Græci lo

ci locum,prisca &abolita voce, sic appellabant.loquor,non à loco;vt ait Varro,Sed παρὰ τὸν λόγον.Quare?quia proportio est inter mediam & tenuem mutam.Locus autem cum sermone nullam habet proportionis seu analogiæ affinitatem. Deducta volunt Grammatici quædam à contrario, vt libitinam quæ nemini libeat.Quidam irridere visi sunt hoc consilium Grammaticorum. Nos tamen neque probamus rationes quib. ad id sentiẽdum adducti sunt. Hæc nobilis.Scaliger,poetices lib.3.ca 90.Vide *Bellũ,Furia,Libitina,Lucus,Mons, Parca.*

Anaphora,Plutarcho & Rufiniano ἐπαναφορὰ,Rutilio παρίσωσις,nobis *relatio*,quando videl.initio versus idem verbum repetitur,παρὰ τὸ ἀναφέρειν, id est, *referendo*, vel *reducendo* nomen accessit. Virgil. Æneid. 1. Venere alloquente Cupidinem:

Nate mea vires,mea magna potentia solus,
Nate,patris summi qui tela Typhoea temnis.

Ita Homerus ter repetit Nirei nomen Iliad.2. Sophocles ἔρωτ๑ in Antigona bis, Flaccus otium ter Ode 16. Et Martialis lib.2.

Solus qui veteres Myronis artes
Solus Praxytelis manus,Scopæq;,
Solus Phidiaci toreuma cæli,
Solus Mentoreos habes labores.

Anastrophe Rhetoricum schema,Rutilio ἐπιφορὰ, quæ nihil est aliud, quam eiusdem dictionis repetitio in fine trahit nomen παρὰ τὸ ἀναστρέφεσθαι inuertẽdo. Tale istud: *Pœnos populus, Romanus iustitia vicit,armis vicit,liberalitate vicit.*

* *Anathema* duo significat Hebræis, nempe 1.Obligationem,seu rerum quarũcunque munificum & liberale donũ quod alicui præparatur, vel quod offertur Deo ad eleuationẽ. Hebr. תרומה *Teruma*,à verbo *Rum*. In 1. Coniugatione,רם *Ram*,altus fuit, eleuatus est. in 2. רומם *Romem*,eleuauit, exaltauit, euexit. In voce passiua רומם *Romã*, eleuatus, exaltatus est.Inde nomina *Rã*, Altus, *Rũ*, *Rom,Rum,Ramuth,Roma,Marom*,Elatio, Altitudo,Excelsũ, *Romemuth*,Exaltatio: *Teruma*, Oblatio in altum sublata, & *Terumia*, Collatio, collatiuum. 2. חרם *Cherem*,Anathema, desolatio: Si de hominibusdicitur significat internecionẽ, si de inanimatis significationem separationem spoliorum, quæ ex pacto internecionis hostium, aut ex conditione euersionis alicuius oppidi (sicut de Ierichuntino legimus,Iosu.6.& 7.) Deo deuouebantur.A verbo חרם *Charam*, desolauit,in desertum redegit, excommunicauit,anathemate feriit. Si de animatis creaturis dicitur, significat eos tollere de vita, hoc est interficere & gladio desolare.Si verò de rebus inanimatis vsurpatur,significat eas separare à cõmuni vsu,& ad solitariam quandam conditionem deuouere. Contrarium est verbò רחם *Racham*,misertus est: nam desolare,seu anathematizare,est sine vllo affectu misericordię deuastare & perdere. Hinc Græcis ἐρημόω, desolo, redigo in solitudinẽ & vastitatẽ,ἐρημος solitarius, ἐρημία solitudo,locus desertus,ἐρήμωσις desolatio,ἐρημώτης vastator. Græci ἀνάθημα vocarunt quicquid Diis suis dicatum & consecratum à publico priuatóque prophano vsu eximebatur A'νάθεμα autem piaculum,seu rem diis inuisã. Sic Hesychius, ἀνάθεμα ἐπαρατος, ἀκοινώνητος, quod significat hominem execrabilem & exclusum à rerum communione.Hoc discrimen vocum (ἀνάθημα & ἀνάθεμα)postea non seruatum est.Nã 70. interpretes in veteri testamento aliquoties *Cherem* vertunt ἀνάθημα,non ἀνάθεμα, & Iustinus resp. 121. ad Orthod. A'νάθεμα, inquit, repositum est separatum dicitur Deo, quod in communi vsu non amplius recipitur, vel quod abalienatum est à Deo propter malitiam significans ἀνάθεμα etiam ἀναθήματος loco sumi. Huius rationem reddit Chrysostomus in 9.cap. epist. ad Rom.Quia (inquit)tã in donariis quàm in piaculis est χωρισμος. Donariis enim abstinemus tãquã re deo cõsecrata:pia-

culis itē, quod ſint Deo inuiſa. Cógnait vtrique χωρισμος. Donaria eleuantur ad ſpectaculum quod ſignificat verbum ἀνατιθέναι: Piacula item ab eodem verbo ἀνατιθέναι, quod etiam ſignificat interficere, ἀποθανεῖν. nam piacula vita & luce, indigna habebantur. Porrò ἀνάθεμα propriè ſumptum, i. vt ſignificat piaculum & חרם Cherem geminum adhuc videtur. i. Aut enim ſignificat ipſam rē pollutam, vt homines pollutos. Sic Oedipus eſt ἀνάθεμα, i. homo odioſus Deo, & indignus qui viuat Ierichuntini cum tota ciuitate & omnibus facultatibus ſunt Cherem. vita & luce indigni, imò digniſſimi ad vnum omnes qui penitus deleantur & funditus pereant. Et tales ſi ſuperſtites manſiſſent, iram Dei prouocare, totasque gentes polluere dicebantur. Sic Heſiodus ſcribit vnius ob noxā, Sæpe totam ciuitatem puniri. Tale anathema eſt, Num. 18. & 1. Sam. 15. Talia anathemata (ſed prorſus immeritò) habiti ſunt olim Chriſtiani, ac ſi eſſent hominum peſſimi deoque inuiſi & exoſi. 2. Significatur illa voce hoſtia ipſa piacularis, quæ aliorum ſcelera expiare credebantur, vt fieri ſolebat in expiationibus vrbium, exercituum, familiarum, agrorum, &c. ex ignoratione piacularis hoſtiæ Chriſtianorū. Tales, *deuoti* dicebantur, ſi ſponte mortem ſubirent, quod apud Græcos & alios populos frequens fuit. Alias inuiti rapiebantur, vt in decimatione exercituū, &c. Græcis eiuſmodi homines καθάρματα dicti. at ſi quando in mare præcipites darētur περιψήματα dicti ſunt; quod diſcrimen Suidas obſeruauit; & Apoſtolus vtranque vocem appoſitiſſime cōiunxit, 1. Corinth. 4. 13. Quoniam terra marique habebantur damnabiles Apoſtoli. & Tertullian. Apologet. cap. 39. oſtendit quid Ethnici de Chriſtianis ſenſerint. Apoſtolus, Rō. 9. pro Iudæis cupiuit fieri anathema; & Moſes, Exod 32 deleri de libro vitæ. Anathemate feriuntur, Galat. 1. 8. qui aliud Euangelium quam Apoſtolicum, annūciant. Tandem Eccleſia hac voce vti cæpit: & in grauiſſimis atque peruicacibus peccatis addidit anathema, quo ſupplicio ſeueriter per multos annos vſa eſt. Huic inferior fuit pœna, nempe temporalis excommunicatio, quę dicebatur ἀφορισμὸς, i. ſeparatio ad tempus, donec Eccleſiæ peccator ſatis feciſſet. de qua poteſtate Theologi prolixè diſſerunt.

Anathema duplici modo ſcriptum à Græcis, nempe ἀνάθημα per η, & ἀνάθεμα per ε. Ἀνάθημα vocant Latini *donarium*, Græci alio nomine ἀφιέρωμα, ſuāq; appellationem ſortitum παρὰ τὸ ἀνατιθέναι *reponendo*, vel *ſuſpendendo* & *conſecrando*. Huiuſmodi donariis exornatum fuiſſe legitur Delphicū Apollinis templum. Oſtenduntur & huiuſmodi Chriſto à diſcipulis *Luc. 21.* ἀνακείμενα vocat Herodotus. Vide & Polluc libr. 1. At ἀνάθεμα *piaculum* erat, res quippe Deo inuiſa. & vltimam deteſtationem Hebræis ſignificans, auctore Hieron aut rem aliquam indignam hac vita, cui vox *herem* reſpondet apud Hebræos. Vtitur hac voce Paulus Apoſtolus. *Rom. 9. & ad Corinth. 12.* Sic Ierichuntini cū omnib. bonis erāt *therē*, id eſt, indigni hac vita. Sic Oedipus erat ἀνάθεμα, indignus, qui viueret, nempe ἐπάρατος, eaque vox pariter deſcendit παρὰ τὸ ἀνατιθέναι. neque enim ſolum reponere ſignificat, verum etiam occidere, mori, ἀποθανεῖν. Proinde ſacri homines quorū capita Diis inferis erāt deuota, cenſentur eodē nomine.

Ancilla Grāmaticis nōnullis dicta ab *an*, id eſt. *circum*, & *cella*. Vt ea dictione miniſterii ſedulitas & labor ſignificetur, vel potius ſuū deriuat nomē ex Feſti ſententia à veteri verbo *anculare*, quod tum temporis *miniſtrare* ſignificabat.

* *Ancilla*, θεράπαινα, à θεραπεύω, ſeruio, colo, obſequor, delinio fomentis, vel obſequiis. Δμωὴ, à δμάω, domo ſubiicio, quaſi domita ſeruitute, *Aebλη* ſerua Hebræi אמה *Ama*, famula, cuiushumerus ſeu cubitus ad ſeruiturē eſt promptus Cognationem habet hęc dictio cum אם *Em*

ma

materſτοι *Aman*, fidelis fuit.requiritur enim ab ancillis fides, & prompta voluntas erga matresfamilias. Anclare (poſtea Ancillare) miniſtrare. Anclator ὑπηρέτης,miniſter,ſeruus.

Ancona vrbs agri Piceni,quam prius Picenam vult dictam Cato in Originibus, quoniam in anguſto duorum promontoriorum ex aduerſo coeuntium inflexi cubiti forma eſt ſita,tulit & inde nomen. Etenim vlna cubiti Græcis eſt ἀγκών.Hodie regio, cuius Ancona metropolis eſt, dicitur *Marchia Anconitana*.Strabo ſcribit, *lib.5.*conditam Anconam in ora Galliæ Ciſalpinæ a Syracuſanis profugis propter tyrãnidem Dionyſii Iuuenalis, & vult eſſe Doricæ originis orbem. Papias Carinuſque hiſtorici ad Dolopes Theſſaliæ populi fundamenta reiiciunt,alii quoque ad Ancũ Martium regem Romanum, vt ſe in incerti auctoris chronico legiſſe tradit Leander. Tingi hic olim ſolita eſt purpura,velut in altera Tyro.

* Anconam nobilitauit I. Cæſar Scaliger hoc tetraſticho:

Demetrix pelagi tutis anfractibus Ancon
O,tentat placidi commoda rara ſinus.
Nimirum Dea, quæ voluit capere Vrbis honores,
Læta ſe voluit reddere Sceptra maris.

Ancora,ἀπὸ τοῦ ἀγκυλου,id eſt,*curuo*,& * *ſtu ſino*,nominis auſpiciũ trahit. Maximã & validiſſimam nautæ appellãt ſacrã,quã eiicere ſolent in extremo periculo Iſidorus inter notas ſẽtẽtiarum ponit hãc tancoræ notã * rei alicuius magnæ indiciũ,ſicut eadem inuerſa hac forma† viliſſimę,aut incõuenientius aliquid denuntiatum ſignificabat. Sitne verò *anchora* ſcribendum, an *ancora*, etymon nominis ſatis mihi explicare videtur.

Ancora,ἄγκυρα.Docti quidam deducũt ab Hebr חגא *haga*,i. retardauit:quòd ancora, quam חגון *haggun*, nauis curſum retardat.

Ancus Martius Romanorũ rex quartus, quem Cælium montem incluſiſſe pomærio auctor eſt Strabo,quiq; foſſas circum vrbẽ duxit nomine Quiritũ dictas,ianiculum muro cinxit,facto ſupra Tyberim põte ſublicio. Politorio Latinorum vrbe exciſa, & Latinis in vrbem aſcitis montem Auentinũ habitandum conceſſit, ſi Seruio credimus Æneid. 6. ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος,id eſt, *cubito*, quem habuit incuruum,nomen inuenit.

Gloſſ.Ancus,Mãcus,κυλλὸς,λεςδὸς.κυλλος aut ẽ interpr.debilis, claudus, muti latus λοξὸς,cernuus,obſtipus, incuruatus,Qui Latinè Ancus, Gr. γαλιαγκών, qui cubitum breuiorẽ altero habet.

Ancyle,Sic aliqui,ſed perperam.Legitimo enim modo ſcribẽdũ *ancile*.Placet hic optima Iſidori ſubiicere verba ex 18. Orig.cap.12. *Ancile vocatur ſcutũ breue & rotundũ, de quo Virgilius:Læua ancile gerebãt*.Et ancile dictum ab ancisione,quod ſit ab omni parte anciſum & rotundũ. Hinc Ouidius:*Idq; ancile vocant,quod ab omni parte reciſum:Quęque notes oculis, angulus omnis abeſt.* Dicitur ancile (ne te hoc etiã lateat)regnãte Numa Põpilio, cum peſtilens annus eſſet, cecidiſſe de cœlo,& ſimul auditam vocem, potẽtiſſimam omnium ciuitatem fore,quã diu id in ea aſſeruaretur. Itaq; facta ſũt eius generis plura, ne ab aliis diſcerni poſſit cœleſte.At maxime probatum Mamurij opus qui præmij loco nomen ſuum in poſterũ inter Saliorum carmina, qui ea duodecim numero æneis baltheis ſuccincti, gladiiſque armati menſe Maio circumferebant,cani poſtulauit, adeoq; obtinuit, ſicuti auctores prodũt. Alij dicunt inclytum hunc fabrum,cum vndecim alia ſcuta ita ad cœleſtis iſtius ſimilitudinem feciſſet, vt internoſci non poſſent, arte ſanè exquiſitiſſima, atq; ideo Numa præmiũ polliceretur,quodcumque peteret,non mercedis loco pecuniam petiiſſe, ſed gloriam, vt videlicet Salij ſuum nomen inter carmina canerẽt,idq; multis poſtea obſcuratũ fuiſ-

ſe annis, cum carnibus Pyrrhichij modulo abſolutis Veturius Mamurius caneretur. Etſi Plutarchus & Varro ſcripſerint, Veterum Memoriam cani ſolitã. Legimus quoque eidem Mamurio diem conſecratum, quo pellem feriebant virgis ad artis ſimilitudinem. Sed plura, ſi placet, vide hac de re apud Ouidium *Faſt. 4.*

* *Androgynus* ἀνδρόγυνος, qui vtrũque, habet ſexum, nempe maris & fœminæ; cuiuſmodi Hermophroditũ fuiſſe Poëtæ fabulantur, Mercurii & veneris filiũ: ἀνὴρ & γυνὴ Cicer. de Diuinat. Quid orbus Androgyni? nõne fabulę quoddã monſtrum fuit? Chald. vt Munſterus refert, idem dixit ארתנופיגים *Anthropigim*, cui eſt ſexus vterque; ab anthropos & gyné. id eſt, homo mulier.

* *Anfractus*, vel etiam Anfractum neutro genere apud Varronem & Nonium Marcellum, obliquus viarum flexus in ſeſe recurrens, Hebr. נקלקלה *bakalkallah*, & num. plurali *bakalkalloth.* & *bakalkallotham*, obliquitates, anfractus, quod etiam ad cordis prauas ſemitas refertur, Pſal. 125. v. vlt. à verbo עקל *bakal*, id eſt, peruertit, obliquauit, intorſit, obtortum reddidit, curuauit. Cognationem habet cum עגל *hagol*, id eſt, rotundus, circularis; & cum קלע *Kalaha*, circulauit, rotulauit. Grçcis περίοδος circuitus, ambitus, circulus: & metaphoricè ad ſermonem, imo & ad hominis ſcripturam, in quibus anfractus varii virgularum, commatum parentheſeωn, hyperbatωn, interrogationum, priuſquam ad finalem periodum perueneris tanquã viæ variæ viarumque diuerticula occurrunt. *frago* antiquum, (inquit literatorũ princeps, conject. in Varronem) vt tago, pago; eſt lentare, flectere, παρὰ τὸ φράγειν, vnde φράγνυμι. Quòd ſignificaret lentare, vt Lentare remum, Virgilio; & lentare arcum Statio ab eo φράγειν, & φράττειν dici cœptum, pro ambire. Inde anfractus & Anfractum. Et Latinum, priſcum *fraxare*, obire, circuire vigilias, à frago: vt à Veho, vexo; Tago, taxo, fraxatores ergo, cuſtodes circumjentes vigilias. Nam ſunt duo genera eorum, ἐφεδρευμένοι, καὶ περίπολοι. Ab eadem origine *frequens*, qui ſæpius fraxaret vigilias.

Annus ab *innouando* iuxta Honorium nomen inuenit, quod reditu ſuo cuncta nouet, vel ſeipſum innouet rediens in orbem. Varro annum dictum quaſi *circulum* putat. Quia vt parui circuli annuli, ſic magni dicebantur *anni*. Affinis his ſimul literis & origine eſt anus, eã partẽ ſignificans, qua ſedemus, & quam honeſte ſilemus. Atteius Capito deduxit à temporis circuitu, eo quòd *am* veteribus ſignificauerit circum, vt apud Catonem *am* terminum, idem quod circum terminum. Sunt qui etiam ab annulo deducunt, quòd in ſe redeat annuli in modum. Vnde Virgilij iſtud: *Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus*. Feſtus ἀπὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ Græcorum, vel ἔνος derinat. Sic enim meliores Feſti codices habent. Addit autem: *Et quod nos triennium, illi vocãt* τριέννον. Quin ἐνιαυτὸς ἀπὸ τοῦ ἐν ἑαυτῷ ἰέναι, quod in ſeipſum eat, dictus eſt Græcis, conueniente eorum etymo ſenſui etymi noſtri partim ex Varrone, partim ex Atteio & Catone prolati.

* Nonnulli putant (inquit nobil. Scaliger in Varronem) annum à Græco ἔνος deduci. Quos ſanè arguit primùm ſcriptura, quòd veteribus vno *n* ſcribebatur: Deinde ſignificatio, quòd propriè circulum ſignificat. vnde diminutiuũ anulus, & anus podex, eodemmodo quo Græcis quoque δακτύλιος vtrunque ſignificat, & podicem & anulum Et mirum in Syriaca quoque lingua, quod anulum ſignificat, idipſum & pro ipſa quoque parte pudenda ſumi. Hebr. Annus שנה *Schana*, à mutatione & reuolutione ſeu iteratione dicitur, quod videlicet annus annum perpetua ſerie ſequatur, vt & ἐνιαυτὸς Græcis à verbo Schana, id eſt, mutauit, iterauit, ſecunda vice repetiit. Seculorum ſane reuolutio, iteratio eſt

atque secundaria repetitio annorum qui in seipsos p Solis repetitos labores suaque per vestigia voluuntur.] Noto porro duplicem esse annum: *Naturalem* atque *ciuilem*. Naturalis congruit ad cursum Solis peragrantis 12. Zodiaci signa: Ciuilis alius atque alius apud gẽtes diuersas. Iterum Naturalis vniformis & semper sibi constans: Ciuilis pro instituentium abitrio varius. Apud Ægyptios initio menstruus fuit, sicut Plutarcho in Numa placet, aut(*vt Censorino*) bimestris, postea quadrimestris, *vt est auctor Solinus*, denique solaris dierum 365. quem κυνικὸν siue canicularem vocabāt, quod incoatum fuerit eius initium à mense, quo oritur *canicula* sidus. Apud Arcades fuit annus trimestris iuxta quatuor temporum vices. Apud Cares & Acarnanes semestris, Apud Hebræos mensium 12. ad Lunę cursum, falluntur que profani homines, qui spatia vitæ longioris in sacra historia tradita referunt ad annos Aegyptiacos. In Italia apud Albanos obseruatus legitur *annus decimestris*, apud Lauinos *mensium tredecim*: vt ibi constaret ex diebus trecentis & septuaginta quatuor. De Romanorũ annis non leuis est controuersia. Alij decimestrem fuisse volunt, argumento nominis, quod vltimus mensis dictus fuerit *December*, quasi *decimus imber*, Ianuario & Februario tādem adiectis, quę est Liuij, Varronis, Ouidij, Censorini, & aliorum sententia. Nec abhorret plane à vero, cum & Græci decem mensium annum habuerint, vt Acones Græciæ populi vetusti. Nec alium Homericum annum fuisse, censent veteres Grammatici ad illud Neptuni nymphā a se compressam alloquentis: χαῖρε γύναι φιλότητι, περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ τέξεις ἀγλαὰ τέκνα. His addunt Albanorum exemplum, quorum annus ex tot mēsibus constabat. Alii contra ab initio 12. mensium annum Romanum faciũt, nec mouet eos argumētum à Decembri ductum, aut ab Albanis. Censent enim Albanos, vti oriundos ab Asiaticis, 12. habuisse menses, & negāt duos menses esse adiectos à Numa, sed tantum confusum ordinē ab eo digestum, correctumque, etsi de ordine mēsiũ, qui nunc seruari solet, iterum certamen sit. Sunt, qui Numæ tribuunt, vt Ianuarium ab agmine ad initia reduxerit in honorem prisci Latinorum regis Iani. Sunt qui deferunt Tarquinio Prisco, inter quos Iunius Gracchanus: Alii Decēuiris, *vt Ouid. Fasto. 2.* Nonnulli etiam Cōsulibus primis, inter quos Plutarch. In Ouidii aut Iunii sententiam in re ambigua abire malim. Cæterum quomodocunque sese res illa habuit, siue 12. Romuli annus, siue 10. tantùm menses (cui sententiæ astipulari me nō pœnitet) habuerit, illud equidem constat, Romuleum annum mensésque perturbatos parum Solis aut Lunæ cursui congruentes fuisse. Ideo Numa ad hanc rem animum adiiciens, ad Lunæ 12. menses Græcorum exemplo annum reduxit, constituitque eum(*vt Liuius & Plutarchus sentire videntur*) dierum trecentorũ quinquaginta quinque. Ita subuentum impetitiæ Romuli, sed tantùm in parte. Nā cùm ille ipse annus dissentiret à Sole, futurúmque in progressu esset, vt hyberni menses in æstatem, & æstiui in hyemem inciderent, quæsitũ est huic rei remedium à Numa, & inuētum remedium intercalationibus, atque eius ipsius à Græcis, qui cũ ex Hipparchi traditione didicissent solem ambire suum circulum diebus 365. clarè tamen viderent anno suo vndecim dies deesse, quos appellarunt ὑπερβαίνοντας transcendentes, mensem repererunt ἐμβόλιμον, id est, *insititium*, quē diebus illis multiplicatis ad finē tertii cuiusq; anni adiiciēnt: Itē vt tertius annus mēsiũ esset tredecim, & vltimus mensis ἐμβόλιμος dierũ 33. Annus Gręcis dicitur ἐνιαυτὸς, ἀπὸ τοῦ ἐν ἑαυτῷ ἰέναι dictus, *quod in seipsum meat*, quod illorum etymon stabilit nostrum illud superius. Sequimur autem hodie Cæsaris descriptionem, qui cum CCCLXV.

diebu

diebus descripsit Aegyptios imitatus diuinarum rerum conscios, & valde peritos, éstque institutum & directum anni huius σύςημα ad circuitum Solis, non Lunæ. Si quis scire velit caussas & rationes, quare à Ianuario auspicati fuerint Romani, Plutarchum videat *in quæstio. Rom. quæstio. 19.* Reliqua omnia leget & percipiet affatim apud Scaligerum *libro. de emendatione temporum.*

* *Antecessor*, qui ante alios incedit, qui præcedit, præest, idque variis modis theoricis & practicis, ἡγούμενος, quod alios agat, impellat ad officium præstandum: Hebr. נגיד *Naguidh*, dux princeps, præcipuus, eximius qui coram populo est, & ei indicat quid faciendum sit à verbo נגד *Naguadh* indicauit corã, nunciauit præsens, monstrauit, & digito repræsentauit. vox Græca inde fluit, & gall. *Guide*, ductor, qui per vias ignotas alios ducit.

* *Antesignanus*, qui ante signa militaria incedit. & in acie collocatur. πρόμαχος, qui ante signiferum aut vexilliferum promptus & paratus ad pugnam cõspicitur. Pro ipso vexillo fere à nonnullis sumitur, sed priorem significationem retinemus. Hebr. דגול *Daghul* à דגל *Deghel* vexillo, & *Daghal*, vexillum erexit. Vide *Vexillum*.

Anthracinum lugubris & nigra vestis Varroni. Ἄνθραξ enim nobis est *carbo*. Apuleius 2. Asini: *Umbrosum demonstrat cubiculum, matronam flebilem fusca veste contectam.* Anthracinũ describere voluit.

Antia lex ab Antio Restione lata, vt, qui magistratus esset, magistratumue capturus, ne quo ad cœnam, nisi ad certas personas itaret. Legis latorẽ, quoad vixit, foris non cœnasse, ne testis fieret legis contemtæ, scribit Macrobius.

Anthropomorphitæ simpliciores hæretici, Deum quippe rati membris præditum humanis, quę passim illi tribuuntur in scripturis imbecillitatis nostræ respectu, nomen obtinent ἀπὸ τῆς μορφῆς *forma*, καὶ τοῦ ἀνθρώπου *homine*. Alias illi dicuntur Audiani, *vt patet ex Epiphanio, Augustino, & l. Arriani. C. de heret. & Manichæis.* Quod nomen primum inualuit sub Damaso Episcopo Romano sub annum à Christo passo 338. Lactãtius nominat Anthropianos *lib. 4. cap. 30.* Hæreseos huius caussa potius fuit θράσος καὶ ἀμαθία, confidentia & imperitia, quã κακία, ingenii peruersitas, vt Epiphan. prodit. *Antichthones*, qui oppositam nobis terram insederunt scil. illi, qui inhabitant Americam ab auis nostris patefactam, *vt plurimi volunt*, nomen deducũt ab ἀντὶ *contra* & χθὼν *terra*. Dicuntur & *Antipodes*, quod contraria nobis vestigia figant, distantque à nobis diametro toto, medio terræ centro interposito. Idem illis nobiscũ nihil est, sed cõtraria omnia. Nam cum nobis est æstas, illos premit hyems: cùm nobis dies, illis nox est. Ita vt ridiculus sit in his explodendis Lactant. *lib. 3. de falsa sapientia*, equidẽ nimis longe carpendi studio prouectus.

Antichresis, quæ contrahitur, si quod ita pignori detur, vt vsum fructumque rei pro vsuris creditor habeat, nomẽ obtinuit ab ἀντὶ & χρῆσις & vsu. Exempla huius exstant. *l. si ea lege. C. de vsuris.*

Antichristus, ἀντίχριστος, id est, *Christo contrarius*, vel qui Christo se confert, ab ἀντὶ & Christo composita dictio est. Etenim præpositio ἀντὶ in compositione non solùm contrarietatem, sed etiã exæquationẽ collationémque significat, vt apud Homerum ἀντίθεος, Deo cõtrarius, vel Deo æquiparandus: ἀντιθέη ἄλοχος, vxor diis similis propter virtutẽ vel pulchritudinem: ἀντιάνειρα, *virago*, ἰσάνδρος, quales Amazones erant. Etsi ἀντίθετον contra positum, ἀντίθεσις oppositionem significet tãtùm. Hoc modo dixit Ioannes, multos esse Antichristos, seductores intelligens, qui se Christo opponũt. Item tales censendos, qui Christum negant in carne venisse. Interim non ignorandum, in literis sacris vnum præ aliis Antichristum celebrari perditionis filium, qui supra omne id, quod dicitur Deus,

Deus, se elaturus, inque templo Dei sessurus sit, cui peculiariter id nominis vindicatur. Atque eum Paulus *2.Theſſ.2.* ἀντικείμενον, id est, *contrarium* vocat, eo quod Deo & piis aduersetur, interficiendus tamē a Deo spiritu oris sui. Fit quoque eius mentio in Apocal. vbi S. Ioannes numerum eius esse dicit 666. Nomina verò ex illis resultātia, aut numerum istum prodentia varia excogitauit vetustas. Nam Irenæo & Hippolyto nomen Antichristi est ΤΕΙΤΑΝ, id est, *gigas*, quòd harum literarum summa numerū prædictum reddat: *Tertio* ΛΑΜΠΕΤΙΣ: *Arethæ* ΛΑΤΕΙΝΟΣ: *Primario* ΑΝΤΕΜΟΣ. Memorabile denique est, Sibyllino carmine iam olim prædictum, *periturum Antichristum lino*, quod non pauci eruditi de libris & typographia intelligunt.

Antidotum, idem quod ἀλεξιφάρμακον, proprie medicamentum significans, quod ore sumitur contra venena, ab ἀντὶ καὶ διδόναι, quod contra detur, obtinuit nomen. Græci quoque ἀλεξιτήριον appellarunt. Quamuis autem hoc vocabulum proprie ad ea medicamenta, quæ in potu aduersus serpētum morsus hauriuntur, accommodari debeat iuxta nōnullos, alij tamen vtroque indiscriminatim sunt vsi. Olim enim non tantùm aduersus deleteria, verùm etiam aduersus ferarum ictus vel morsus, eaque vitia, quæ ex prauo victu erant oborta, dari solebant antidota, suntque illis adeo contraria totius substantiæ dissidio, vt immutent & obtundant, vimque omnē noxiam infrænent. Pertinent ad hoc genus, quæcunque pestilentes aliosque epidemicos morbos profligant, qualis *Theriaca* aut *Mithridatium*.

* Hebr. רפואה *Rephu a*, i. Medicina, remedium, רפא *Rapha*. medicatus est sanauit, curauit morbū. Inde φαρμακεύω. medeor.

Antiochia metropolis Syriæ & ex maximis totius mundi vrbibus vna, sita ad fluuium Orontem, Iustiniani tēpore *Theopolis* dicta. Hebræis *Reblatha* vel *Rebla*, vt in Ezechielem menit Hieronymus, iuxta Suidam nomen inuenit ab Antiocho rege, qui eam conditam antea a Seleuco post mortem Alexandri restaurauit. Pomponius Lætus etiam Nisibim dictam tradit in suo Romanatum historiarum compendio. Hanc quondam occupauit Lucullus, obsedit Sapores. Ibidem omni sæuitiæ genere sæuiit Gallus cum satellitibus per lupanaria & tabernas noctu oberrans, & singulos notans, qui de Cæsare malè sentirent, id quod antea in vrbe Roma Gallienum fecisse est proditum memoriæ. Hadrianum hâc vrbem odio habuisse, apud Spartianum legas. Eidem infestus fuit (*ex Ammiano quod liquet*) Iulianus scripto Misopogone inuectiuo libro in contumeliosos & contumaces eius ciuitatis incolas. Hîc primum sedem fixit Apostolus Petrus, & Apostolorum discipuli dicti sunt Christiani. Synodus hic habita damnauit olim Paulum Samosatenum, qui voluit Christū esse ψιλὸν ἄνθρωπον, id est, *merum hominē*. καὶ οὐκ εἶναι θεῷ ἐνυπόστατον *vt loquitur Epiphanius*.

Antipherna, donatio, quam maritus propter dotem vicissim donat vxori, dictio composita ex ἀντὶ & φερνῆς, dote.

Antiphila amasia apud Terent. ἡ ἀντὶ φιλοῦσα *vicissim amans*. Antipho apud eundem ab ἀντὶ καὶ φάος, quasi *lumē adferens* contrarium appellatus, vel ab ἀντὶ καὶ φάναι, *quod contra dicat vel faciat*.

* *Antiquus*, Vetus, priscus, ab Ante & æuo, vt Varroni placet, q. d. qui ante æuum nostrum vixit. Sed origo est Hebræa. עתק *Hathak*, prouectus est, quod de variis motibus, & de annis ac vitæ curriculo intelligitur. Inde atque antiquus, ætate prouectus, quod Danielis 7. cap. v. 9. de Deo, qui antiquus dictū nominatur, occurrit. קדמה *Kadma*, ante, antiquitas à קדם *Kiddem*, anterior fuit. Est aliquando temporis, & aliquando loci, perinde vt sol præoccupat orientales partes tam loco, quam tempore. Inde *Kedem*, Oriēs, principium anterius,

plaga Orientalis, item ante, pridem, antequam. Et *Kadmus*, Antiquus, Orientalis Gr. Antiquus ἀρχαῖος παλαιὸς qui vt ante cæteros, & ab initio, aliis ortum dedit, quod de Deo propriè dicitur creaturarum respectu: fui enim est ἄναρχος principio carens, æternus & ante secula.

Antistes, primus in ordine Ecclesiæ sacerdos, & supra se nullum agnoscẽs, ab *ante* & *stando* nomen accessit. Hinc Ouidius, etsi transferat id nominis ad hominem à sacris alienum tamen sancti epitheton ipsi apponit, *Eleg.* 14. *libro tertio Tristium.*

Antitheton, contra positum, ab ἀντι τιθέναι. Rhetorica figura est, & alias dicitur *Contentio*, vtimurque ea, cum per cõtraria verba aut sentẽtias amplificamus seu declaramus aliquid. Paulus Roman. 8. *Si secundũ carnẽ vixeritis, moriemini: sin spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis.* Itẽ *Littera occidit, spiritus viuificat.* Tale & illud: *Vicit pudorem libido, timorem audacia.* Item: *Nam nostri ingenij, vestri auxilij est.* Contraria enim contrariis debent opponi, atq; in his singula singulis, & bina binis, nonnunquam sententiæ sententiis, quale illud: *Dominetur in concionibus, taceat in iudicijs.* Aquila Romanus vocat oppositum ex contrariis, τὸ ἐναντίον Hesychius. Vsus eius δειακτικὸς: παράλληλα γὰρ μᾶλλον τἀναντία γνωρίζεται, *contraria enim inter se composita magis elucescunt*, inquit Aristoteles.

Antlia, machina haustoria in naui etymon nominis sui dedicat τῷ ἀντλεῖν, quod nobis est *haurire*.

* *Anubis* ab Ægyptiis Mercurius vocatus est, inquit L. Gyraldus libr. 9 histo. deor. vbi multa recẽset ex Plutarcho de Iside & Osiride, quæ ad Ægyptiorum mythologiam pertinent De Anubi hæc Diodorus Siculus Canis tũ venationi, tum ad custodiam prodest. Propterea Deum, qui apud Ægyptios vocatur, capite fingunt Canino. Isidis & Osiridis custodem. Virgil Æneid lib. 8. paucis omnia hoc versu, *Omnigenũque deûm monstra, & latrator Anubis.* Quo loco Seruius; hũc volunt, inquit, esse Mercuriũ: ideo capite canino pingitur; quia nihil est cane sagacius. Sed etymon persequamur. Ab Hebræo נבח *Naba* Latrauit, dictus est Anubis, latrator. & sunt qui lingua Ægyptia Anubin canem dici affirment. Ægyptii igitur sub canis effigie Deum coluerũt. Goropii in Hermathena etymologias dẽ Anubi multis de causis repudiamus, nec ideo describimus, vt quæ parum ad pietatem & rei veritatem faciant,

Anus gen. fœm. nominata videtur eruditis ab α priuatiua, & νοῦς νόος, mẽte, quod velut *amens* sit & *sine sensu* Græcorum sanè prouerbium, γραῶν ὕθλος *vetularum nugæ*. Sed & Tullius peculiariter huic ætati deliramenta adscribit. Idem in Catone adolescentibus petulantiam tribuit, senibus stultitiam. Quod haud absque ratione dixerit Menandri: πολὺ χεῖρόν ἐστιν ἐρεθίσαι γραῦν, ἢ κύνα. Quis etiam nescit deliros & bis pueros senes. Verũ enimuero, quid si à multitudine annorum deducas? Fieri id posse docet Festus Pompeius. Verba eius digna relatu sunt hæc: *Anus dicta ab annorum multitudine: Quoniam antiqui non geminabant consonãtes.* Etsi prius etymon quoq; subiiciat.

* *Anus*, hebr. זקנה *Zekena* à verbo זקן *Zakan*, Senuit: quod cognationem habet cum זנק *zinnek*, prosiliit, prouectus est: nam illi senes sunt, qui in multos dies prosilierũt γραῦς. Vetula, à vetustate; & ab annorum multitudine *Anus* vocata. veteres non anni sed ani pronunciabant & scribebant: vnde *Anulus*, quod in gyrum voluitur, & anus vetula, quæ multos anos seu annos in orbem complicatos, aliosque aliis succedentes viderat. Hebræam originem Græcæ iniuriosæ præferre malumus: nec enim omnes anus aut vetulæ amentes & insensatæ dicendæ sunt.

* *Anus*, ani, ano, gen. masc. & prima producta, pars posterior, podex. ita dictus

ctas ab orbiculari forma, vt anulus. Quidam à voce נחש Nacaſch, ſerpens, quærunt etymon per metatheſin inductum ח in ה mutantes, & hanas formantes. ſed prius etymon admittimus, poſteriore longius petito. niſi quis ſerpens hieroglyphicè annum in ſe per veſtigia ſua voluentem ſignificare dicat.

Apamea vel Apamia, Græce ἀπάμεια, vrbs Tetrapolis Syrię, vel Bithyniæ iuxta Ptolemæum ad Propontidem, condita quondam à Nicanore, nomen trahit ab eius vxore ex ſententia Strabonis, *libro vndecimo*. Appellari etiam hoc nomine vult Sophianus. Myrleam dictam (μυρλείαν) ſcribunt Suidas & Stephanus. Protulit ea nobis Philoſophum Numenium.

Aper, ſus agreſtis, ἀγριώτερος σῦς, in vulgato iſto carmine apud Plutarchum: μήκετι, νυκτὸς ὕπερ ἥκειν ἀγρέτερος σῦς, ab aſperitate ſetarum arceſſit nomen apud Varronem. Alio nomine dicitur Græcis σύαγρος, σῦς ἄγριος, κάπρος. Tantus huic animali impetus, tantus animus pugnacitaſque, vt prouocatus à venatore vltro pugnam ineat, & in oſtentata tela irruat, tantum abeſt vt timidus & perculſus fugiat. Vnde is, qui rixas contentioneſue quæritat ὗν ὁρῶν dicitur Græcis. Robur eius fulmineum miratur & Oppianus Ceterum ferocitatem tantam declinari poſſe docuit Democritus. ſi quis cancri vngulas & pedes alligatos geſtarit, fides rei erit penes auctorem. Hoc certum, fulminis vires, quas eidem tribuit Ouidius. Metamorph. 1. nó profuiſſe in vniuerſali orbis terrarum cataclyſmo. Aper Calydonius nomen habuit a Calydone Ætoliæ vrbe, in cuius deſcriptione, quoniam idem Ouidius Metamorphoſ. 8. egregie expreſſit igneam agreſtis animalis naturam & admodum ferocem, carmina eius ordine ſubiiciam.

Sanguine (inquit) *& igne micant oculi, riget horrida ceruix,*
Et ſeta denſis ſimiles haſtilibus horrent,
Stantq; velut vallum, velut alta haſtilia ſetæ
Feruida cum rauco latos ſtridore per armos
Spuma fluit, dēte æquantur dentibus Indis,
Fulmē ab ore venit, frondes afflatibus ardēt.

Aphec Samariæ ciuitas, prope quam filii ſummi Antiſtitis Heli occubuerunt, deſcendit a verbo אפק *vim intulit*.

Apex ſummitas pilei, iuxta Feſtum & Turnebum, deriuatur ex multorum Grāmaticorū ſententia, ab apere verbo antiquo, quod *comprehendere* ſignificabat. vndę aptus is qui conuenienter alicui iunctus eſt. Hæc Feſtus.*Pilea ſacerdotum Romanorum apices vocabantur. Dionyſ. Halic. lib. 2. de Saliis loquens, καὶ τοὺς καλουμένους ἄπικας ἐπικείμενοι ταῖς κεφαλαῖς, πίλους ὑψηλοὺς εἰς σχῆμα συναγομένους κωνοειδὲς, οὓς Ἕλληνες προσαγορεύουσι κυρβασίας. i. gerunt etiam capitibus quos vocat apices, faſtigiatos in Coni formam pileos: Græci appellant kyrbaſias. Eſt autem à parte totum Apex enim propriè erat inſigne, id eſt, faſtigiū, quale hodie in pileis honorariis doctorum, quos vocant. Nam totus pileus flameum dicebatur: vnde flamines dicti. Quos Græci (inquit idem auctor) στεφανηφόρους, Romani Flamines vocant, ſic dictos à geſtatione pileorum & coronamentorum, quæ etiamnum geſtant, flammea nominantes. Porro deſinebat in conum, vnde *apex* dictus. Summum autem faſtigium vocabant Tutulum. Addebatur virgula ex felici arbore, quæ in flaminibus dicebatur Stroppus, in flaminicis Inarculum. Totus Apex filo Laneo velabatur: dicebatur Apiculum. Ab hoc putat quaſi filamines dictos Varro. Infra mentum pertinebant amēta, quæ pileum retinebant. Dicuntur offendices quod ſe mutuō offenderent & conuenirent. Solius tamen flaminis Dialis pileum dicebatur Albogaletus: fiebat enim ex hoſtia alba, Ioui cæſa, quæ dicebatur Idulis: de qua Ouidius, *Idibus alba Ioui grandior agna cadit.* Hęc magnus Scaliger coniectanea in Varronem.

Aphrica, Græcorum Libye, Chamesia in sacris literis, Arabibus, *Iphrichia*, à verbo *Faraca*, quod eorum lingua est *diuidere*, ex Ioannis Leonis sententia, Æthiopibus *Alcebulan*, Indis *Besecath*, vt tradit Theuetus. videtur primarium hoc nomen ab Afro vno ex posteris Abrahæ è Cethura. Hunc enim in has terras exercitū deduxisse, & hostibus deuictis ibi concedisse auctor est Iosephus. Alii nominatam volunt ab à priuatiua, & φρίκης *horrore*, quòd magnus & perpetuus ibi sit æstus. Huius tertiæ partis orbis terrarum iuxta veterum sententiam, pars interior magna ex parte sterilis est, & ob torridam perustamque zonā prope inhabitabilis. Ioannes Leo diuidit in quatuor partes, *Barbariam*, *Numidiam*, *Libyam*, & *Nigritarum terram*, ad fluuium Nigrum sitam, eamque in quindecim regna distribuit. Ab aliis Geographis præcipuæ eius regiones memorantur, *Mauritania duplex*, *Tingitana & Cæsariensis*, *Numidia*, *Africa propriè dicta*, in qua exstitit olim vrbs nobilissima Carthago æmula Romani imperii, *Cyrenaica*, *Ægyptus*, & *Æthiopia*. Strabo facit eam *lib. 17. Geographici operis* Asia & Europa minorem, imò inferiorem virtute, quod maxima mediterraneæ pars & regio circa Oceanum sit deserta, & magna ex parte incertis vagantium hominum sedibus distincta. De figura eiusdem subiicit hæc: ἔςι δὲ ὀρθογωνίε τριγώνε τὸ σχῆμα, ὡς ἄν τις ἐν ἐπιπέδῳ νοήσαι, *figura eius est, si quis in plano consideret, rectangula triquetra.* Inter symbola apud eruditos scorpius Africam semper significauit, non aliter, atque Hispaniam cuniculus, Italiam equus. Credo, quod ingens atque adeo perniosa in ea regione scorpionum sit multitudo, aduersus quos Strabo ait remedia ab indigenis excogitata, allio, cum dormitum eunt, pedes & lectos illinere.

Aphrodite dicta *Venus*, ἀπὸ τῦ ἀφρῦ, i. *spuma*, ex qua fingitur nata. Arnobium vide aduersus gentes, *lib. 4.* Virgilium *Æneid. 5.* Ouidium *Fastorum 4.* & *Metamorphos. 4.* & alios plures. Didymus nominatam eandem voluit παρὰ τὸ ἁβρὸν τῆς διαίτης à *vitæ mollitie*: ϐ enim litera cognata videtur literæ φ. vt videre est in Symposio Platonis & Luciani iconibus. Cypria hæc Venus alias audit, & Cytheræa, culta olim à Syris & Phœnicibus, ideoque eadem cum Astarte eorum populorū Dea, id quod discere mihi visus sum ex his Herodoti verbis *lib. 1.* Nam vbi nominauit τῆς οὐρανίης ἀφροδίτης ἱρὸν τὸ ἐν Ἀσκάλωνι πόλει τῆς συρίης, addit, ἔςι δὲ τοῦτο ἱρὸν (ὡς ἐγὼ πυνθανόμενος εὑρίσκω) πάντων ἀρχαιότατον ἱρῶν, ὅσα ταύτης τῆς θεοῦ, καὶ γὰρ τὸ ἐν Κύπρῳ ἱρὸν ἐντεῦθεν ἐγένετο, ὡς αὐτοὶ λέγουσι κύπριοι· καὶ τὸ ἐν Κυθήροισι, φοίνικές εἰσιν οἱ ἱδρυσάμενοι ἐκ ταύτης τῆς Συρίης ὄντες. Ex quibus lux dari potest Diodoro non Erycinæ tantum, & Cytheræ, & Paphiæ, sed etiam Syriæ appellationem tribuenti Veneri iuxta illud Orphei:

εἴτε καὶ εὐλιβάνε συρίης ἕδος ἀμφιπολεύεις.

Quo accedit, quod in sacris literis plerique interpretes, interque os Theodoretus & Procopius Gazæus, nomen Astartes altero τῆς Ἀφροδίτης vocabulo explicarunt, quodque Cedrenus in compēdio historiarum & Suidas idem numen vtriusque esse testati sint, hoc quidem apud Græcos, at illud apud Syros.

* Apis, ἆπις, Bouis nomen apud Ægyptios, quem pro Deo colebāt, vnde Israelitarū confictum idolū in deserto. אבס *Abas* Hebr. significat, saginauit animalia pascēdo ad præsepe, obesus & pastus fuit ad presepium. Dicitur tantum de animalibus ad presepia ligatis, vbi saginantur. Apis igitur ab *Abas*, nempe bos saginatus. Valla lib. 4. *Bos propriè dicitur qui castratus est vt aptior aratro fiat, aut vt saginetur.* D. Augustin. lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 5. *Ille bos, quem mirabili vanitate decepta Ægyptus, in honorem eius delitiis affluentibus alebat, quoniam eum sine sarcophago viuum venerabantur, Apis non Serapis vocabatur.*

batur. אבוס *Abus*, præsepe. Inde βοῦς βος altile & Apis, bos ad præsepe, ex eadem radice אבס *Abas*. Vnde *Scriptus*.

* *Apis*, vel (vt quidam volunt) apes, in nominat. singul. nobile & notū insectū, mel & cerā conficiens, quod sine pedib. nasci videatur, vt Virgilius existimare putatur hoc vers. Georgic. 4. *Trunca pedū primo, mox & stridentia pēnis* &c. nēpe animalcula illa ex vitulina pelle nata. Gr. μέλισσα, Hebr. דבורה *Debórah*, ab operū ordine, vel à leui murmure instar soni verborum. radix enim est דבר *Dabar*, loquutus est, mentem suam verbis expressit, quod animo concipiebat, sermone dispofuit. Apes enim in mellificio & mente & sermone quodā vti videntur. *dabar* cognationem habet cum רבד *Rabad*, i. strauit flosculis seu tapetiis ad decorem pertinētibus. Sermo enim sapiētum floridus & figuratus esse solet: Apū opus singulari quadā & eleganti forma cōpositū. Quoniā verò ex boue mortuo nascuntur apes, vt constans fama fert, & apis, bos, Ægyptiis & Hebręis dictus est, à voce אבוס *Abus*, apis, bos, & à boue Apis muscæ genus illud, mel & ceram conficiens, nomen traxisse iuxta nonnullos existimatur.

Apius dictus Æsculapius, qp ægrotantium dolores medicamentis leniret: ἤπιος enim *blandum* significat.

Apocha, quæ est datæ vel solutæ pecuniæ confessio, ἀπὸ τοῦ ἀπέχειν, id est, *recipiendo*, deductum nomen. Eam quippe dat creditor debitori, cum se numeratā à debitore pecuniā recepisse fatetur.

Apodyteriū Epiphanio *libr. 2. panar.* pars balnei, in qua illi qui balneum ingressuri erant, vestes deponebant apud Capsarium, qui (*vt scribit Vlpianus*) certa mercede vestimenta in balneis seruanda suscipiebat, ἀπὸ τοῦ ἀποδύειν exsuendo nomen deriuat. Quo vocabulo video Plinium vsum *in Epistol. & in Panegyr. fo.*

Apolides ab α priuatiua nominati, & πόλεως ciuitate. Exsules enim hi sunt, aut qui incertis vagantur sedibus.

Apollo, qui medicinæ præses atq; inuentor fingitur, item Citharœdus, Sagittarius. Deus vaticinii & inter Musas medius, semper imberbis, vt paulò post dicā. videtur Platoni in Cratylo nomē suū deducere ἀπὸ τοῦ ἀεὶ βάλλοντος ἀκτῖνας, *quod semper emittat radios*, vel ἀπὸ τοῦ ἀπολύειν *soluendo*, cum Medicus sit, iuxta illud Ouidii:

Inuentū medicina meū, opiferque per orbē Dicor, & herbarū subiecta potentia nobis:

Crysippo Philosopho idem nomē deduci videbatur ab α priuatiua, καὶ ἔτι μόνος ἐστὶ, οὐχὶ πολλοί: Cum & Latini Solem (*qui idem cū Apolline Macrobio*) quòd sit solus, vocatum existimauerint. Huc respiciunt & illi, qui dictum Apollinem volut, ὅτι μὴ μετὰ πολλῶν συναριθμούμενος ἐστ. Speusippus eundē quidē cū Sole fecit, sed dictum voluit Ἀπόλλωνα, ὡς ἀπ' ἄλλων καὶ ἄλλων τόπων τὰς ἀνατολὰς ποιούμενον, quod ab aliis atque aliis locis exoriatur. Sūt qui etiā nominatū hoc modo volut. ὡς ἀπολλύντα τὰ ζῶα, *quod exanimet & perimat animalia pestē immittēs intēperie caloris*. Cornificius nomen deducit ἀπὸ τοῦ ἀναπέλειν, quod intra mundi circuitum, quem πόλον vocāt, impetu latus referatur ad ortum: Phurnutus ἀπὸ τοῦ ἀπλοῦν καὶ λύειν, *quod substantiam & tenebras ad simplicitatē dissoluat*. Ad appellationes eius aut epitheta quædā venio. Etenim appellatum Sandaliariū inuenio à sandalio simulacro, quod sandaliis ornatū ab Augusto Cæsare ex strena, quam ipsi equites Kal. Ianuariis in Capitolio præbebant, dedicatum fuit in quodam vico regionis quartę. Dictus est ἀγυιεὺς indito nomine à viis vrbis: Ἀλεξίκακος, quod malorū haberetur depulsor. Vnde Horatianū illud lib. 1. Satyr. 9. *Sic me seruauit Apollo*: Nā q mala depellit, etiā seruat. Idē *Palatinus* dictus pariterq; *Actiacus*, *Nauali*s *& Paretonius*, à templo scilicet, quod Augustus ipsi in mōte Palatino, deuictis nauali prælio ad Actiū Antonio & Cleopatra, ex marmore Lunēsi fecit, addita positarū sibi argētearū

& aurearum ſtatuarum donatione. Valuæ ſtabant ex ebore auratis interim picturis ornatæ. Ab arcu aureo, quem ipſi tribuunt Poetæ, dictus τοξότης, τοξοφόρος, χρυσότοξος Pindaro. Etſi ἀργυρότοξον nominet Homerus in hymnis Soſianus Apollo ſimulachrum fuit Apollinis cedrinum Romam aduectum ex Seleucia, inque æde collocatū, cuius Plinius meminit *lib. 13. cap. 5.* *Cœliſpex* appellatus à ſimulacro ita formato, vt aſpiceret cœlum. *Nomius*, non ex paſtorali officio, quod regis Admeti pauerit pecus, ſicut Homeri commentator ex Apollodoro notat, verùm quia Sol paſcit omnia, quę terra progenerat; quæ Macrobii ſententia eſt, & mihi ſummopere placet. Idem cognominatus λοξίας duplici ratione: Vel παρὰ τὸ λοξὰν ἔχειν τὴν ἰὰν, ὅ ἐστι φωνὴν, quòd obliquam habeat vocē propter tortuoſa reſponſa, dum verbis inuerſis & flexis, id eſt, tropo mutatis per anfractus & ambages obſcure aliquid ſignificaret: Vel παρὰ τὸ λοξῶς ἰέναι τὸν ἥλιον διὰ τοῦ ζωδιακοῦ, quòd Sol oblique per Zodiacum incedat. Aegyptiis autem dictus eſt *Horus*: Vnde & Sol eo nomine eiſdem vocatus, *teſte Macrobio, & Cenſorino libro de die Natali.* Deli olim fuiſſe legitur ara Apollinis γενήτορος, quam velut inuiolatam & nullo animalium ſanguine commaculatam adoraſſe proditur Pythagoras, *apud Diogenē Laertiū.* Meminit eius Valerius Flaccus *Argon. 5* cum ait, *Ventum Phœbi genitoris ad ar.* Et quia in Lesbo extitit ſimulacrum ramos Myricæ tenens, dictus eſt & inde *Myriceus.* Delphinii nomen apud Plutarchum inuenio ad finem libri, πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, deducta appellatione a [illegible] Cretenſiū Delphino, cuius ductu poſteri tenuerunt locū, quē peculiarem ſibi Deus delegit. Quo retinēda videatur eorū opinio, qui fabulantur eū ſub ſpecie Delphini adnaſſe Delphos, vbi præcipuus eius inſtitutus eſt cultus. Meminit etiā *Delphinij* Appollinis Demoſthenes ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους, item ἐν τῷ πρὸς Βοιωτὸν, &c. Adocides ἐν τῷ περὶ μυστηρίων Pauſanias in Atticis, & Pollux *li. 8. c.* περὶ τῶν ἐν ἀθήναις δικαστηρίων. *Magnus* dictus Apollo legitur ſimulacrum habuiſſe Syracuſis, quod Carthaginēſes inde auectum emiſerunt Tyrum, cuius ciuitatis incolæ per ſuperſtitionē aureis cathenis ad baſim ſimulacro adiectis prohibere voluerunt ipſius ab oppido ſuo ſeceſſū, *teſte Diodoro lib. 17.* Etſi Alexāder expugnata poſtea vrbe ſuſtulerit haſce cathenas indita Philalexandri appellatione, *vt idem refert loco predicto.* Quod Carthaginenſes miſerint Tyrum, apparet ex his eius verbis *libro 13.* ἐχόντων δὲ γελώων ἐκτὸς τῆς πόλεως Ἀπόλλωνος ἀνδριάντα χαλκοῦν σφόδρα μέγαν, συλήσαντες αὐτὸν καὶ ἀπέστειλαν εἰς τὴν τύρον. *Thuſcanicus* Apollo extitiſſe legitur in bibliotheca templi Augusti quinquaginta pedum, à pollice incepta dimenſione, dubium æréne an pulchritudine mirabilior. Plinium vide *lib. 13. cap. 7.* *Boedromius* idem dictus & cultus Athenienſibus a voce currentis exercitus ad vrbem, cuius in hymno meminit Callimachus, ibidem καρνεῖον vocans. *Thymbræus* appellatus, *vt Strabo ſcribit lib. 13.* à Thymbra campo, qui Troiæ proximus fuit. Apud Sicyonios dicatum olim legitur templum Apollini *Lyceo* ea de cauſa, quod ferantur lupi aliquando gregibus eorum fuiſſe infeſti, vt nullum poſſent ex re pecuaria percipere fructum. Quare conſulto Deo reſponſum acceperunt corticem detrahendum ex ligno quodam arido, quod humi iacebat, cumque admixtum carnibus feris exponendum: quas cum illi guſtaſſent, internecione perierunt. Dictus & πατρῷος *patrius*, teſte in Atticis Pauſania, & προστατήριος quem velut præſidem in veſtibulo domus Athenienſes colebant. *Tortoris* Apollinis ſimulacrum cultum fuiſſe in vrbe ſcribit Suetonius, dictumque exiſtimat Sabellicus a vico, in quo venalia pependerint tortorum flagella. Idem *Sminthens* dictus [illegible] ſtatuæ

tuæ pedibus ſubiecto, quem ſua lingua Cretenſes nominabant *σμίνθον*, cuius ſimulacrum fuit Chryſiæ nominis veritatem ſeruans, ait Strabo. Meminit eius quoque Homerus *Iliad. 1.* & Ouidius *Faſtorum 6.* Vtque multa contraham in pauca, dictus *Clarius* ab oppido Claro in Colophoniorum finibus, non ab inſula Claro: *Cynthius* à Cyntho monte Deli: *Leucadius* ab æde prope Leucadem in Actio promõtorio: *Tarrhæus* ab vrbe Tarrha in Creta: *Grynæus* a Grynæo Myrineorum oppido: *Daphnæus* à lauro, quam Græci nominant *δάφνην*: *Pegaſæus*, à templo, quod habuit Pegaſis in promontorio Magneſiæ: *Pythius*, à Pythone ſerpente ſagittis Apollinis confecto *Spodius*, à cineribus (*τῶν σποδῶν*) ex quibus (ſacrificiis factis) ara eius Thebis fuit conſtructa ſupra lapidem *Sophroneſtora*. Apud Pauſaniam legis ſtatuam erectam Apollini *μηλίατη*. *ſiue à malo, ſiue à vita paſtorali* nomen arceſſat. Dictus pariter *θυραῖος*, quod ineuntis & exeuntis anni arbiter haberetur, & *χρυσόκομος ab aureo radiorum fulgore*. Cum Sole enim idem habetur, vt ſæpius dixi. Multa alia exſtant eius nomine. At præcipua ex iis adferre volui tantum, ne actum agerem, aut aliorũ meſſem demeterẽ. Ad oracula venio, quæ vt multa habuit, ita ambagibus & ſtrophis obſita ſi diligẽter animu aduertas. Nullũ autem Delphico clarius extitiſſe quoad cultũ religionẽque proditum vno omnium teſtimonio: De cuius origine copioſe agit Herodotus *lib. 1.* Diodorus Siculus *de geſtis Philippi*, Plutarchus *in oratione conſolatoria ad Apollonium*, & Iuſtinus *lib. 24.* Sed ex reſponſis animaduertere eius obſcuritatem, operæpretium erit. Imminente cũ exercitu Xerxe, & territis Græciæ vrbibus reſpõdiſſe legitur Athenienſibus, ſaluos eos fore in muris ligneis. Crœſo impoſuit vel potius illuſit his verbis: *Crœſus Halym penetrans magnam peruertet opum vim*: Pyrrho hoc modo: *Aio te Æacida Romanos vincere poſſe*: Philippo amphibologia quadrigæ, cum ille de oppido ſibi metueret, cui nomen erat *quadrigæ*, oraculo ſpectante capulum gladii, quo eum Pauſanias poſtea transfodit. Is enim quadrigæ cælaturam habebat. Multam huiuſmodi reſponſorum [illegible] ſyluam vide apud Peucerum *de di[illegible]tionum generibus*. Sed age, inſeramus [illegible] his de Phœbo nugis, templi Delphici Apolinis ſitum ex 24. *Iuſtini. Templum*, inquit, *Apollinis Delphis poſitum [illegible] monte Parnaſſo in rupe vndique impendente. Ibi ciuitatem frequentia hominum [illegible] qui ad a[illegible] maiorem maieſtatis vndique [illegible] currentes in eo ſaxo conſedere. [illegible] plum ciuitatemque non muri, ſed præcip[illegible] nec manu facta ſed naturalia præſidia [illegible] dunt, prorſus vt incertum ſit, vtrum [illegible] monium loci, an maieſtas Dei plus hic admirationis habeat. Media ſaxi rupes in formam theatri receſſit. Quam ob rem hominum clamor, & ſi quando accidit turbarum ſonus, perſonantibus & reſonantibus inter ſe rupibus, & multiplex audiri, ampliorque quam editur reſonare ſolet. Quæ res maiorem maieſtatis terrorem ignaris rei & admirationem ſtupentibus plerumque adfert. In hoc rupis anfractu media ferme montis altitudine planies exigua eſt, atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet: Ex quo frigidus ſpiritus quodam velut vento in ſublime expulſus, mentes vatum in vecordiam vertit, impletaſque Deo reſponſa conſulentibus dare cogit.* Ab Apolline dicti ſunt ludi *Apollinares*, inſtituti occaſione inuenti carminis Marci vatis, quod Apollini ludos vouendos cenſebat, quibus Prætor is præeſſet, qui populo plebique ius daret ſummum, cumque Diuum perduelles omnes extincturum: At Decemuiros Græco ritu ſacra hoſtiis facturos. Ad id carmen expiandum, id eſt, procurandum, diem vnum ſumſerunt. Altero die factũ S.C tum, vt Decemuiri libros *de ludis Apollinis* inſpicerent. Inſpectis illis cenſuerunt patres ludos Apollini vouendos ac faciendos. Cũ hi primo celebrarẽtur, excitatã legitur plebem repẽtino hoſtis

adu en

aduentu, eidem occurriſſe & mox in fugam datum terga vertiſſe. Hos ludos populus ſpectare ſolebat laureatus, ſtipe data pro cuiuſque facultatibus. Quoniá verò eidem recitatione fabularum commendabantur, T. Sulpitio Potito & C. Licinio Stolone Coſſ. cùm vis peſtilentiæ intolerãda vrbem vexaret, inter alia cœleſtis iræ placamina, inſtituti ſunt accitis ex Hetruria ludionibus. Eſtque notandum, eos ludos coronatum ſpectaſſe populum, ciues epulatos fuiſſe in propatulo, apertis ianuis, matronas ſupplicaſſe. Brutus, cùm eſſet Prætor, abſens hos ludos fieri curauit, maxima adminiſtrationis parte ad Atticum pertinente. Quapropter per epiſtolam rogauit M. Tullium, vt eos ſpectare vellet. Reperitur etiam apud bonos auctores Accium Poëtam cõdidiſſe fabulam nomine Brutum, ex cuius titulo ſuſpicari licet, celebratam eam his ludis ſcenicis fuiſſe, quos Brutus abſens fecit. Sunt qui peſtis gratia celebratos affirmant, alii verò Victoriæ cauſſa, in quorum ſentẽtiam eundum eſſe facilè indicabit, qui, quæ antea de Martio vate ex Macrobio retulimus, diligentius examinarit. Cumque antea incerto die fierent, tulit legẽ P. Licinius Varus, vt dies ante tertium Nonas Quintiles his ludis foret ſtatus, qui deinde perpetuo ſacer haberi eſt cœptus, qua de re videndus Liuius *libro 27*. Sacri habiti ſunt Appollini cygni, quod cantu vitam finientes (etſi multi id negent) & velut diuinatione præditi alterius vitæ bona præſagiant, præuidentes etiã, quid in morte ſit boni, *vt Cicero ait in Tuſculanis*. Alia ratione per cornũ eandem ſignificari voluerunt nonnulli, nempe quod mediis æſtiui temporis feruoribus ſolis beneficio pullos excludat idcirco peculiare aliquid ſibi intercedere cum Sole exiſtimãtes. Quamquã alii auſpicatiſſimo Oraculorum Deo inauſpicatiſſimum hoc animal datum voluerint vt antipharmacum. quomodo & caper Baccho, & aſinus datus Sileno.

Gallus vero eidem dicatus*, eo quod inſitum illi videatur, *vt Proclus ſcripſit*, numen Apollinis aduocare, & velut aſſurgenti applaudere vocem edens lucis vẽturæ prænuntiam. Etiam Gryphes Apollineo currui ſuccedere finxerunt veteres: Vnde *Gryphaeum* vocatum Phœbum annotarunt non pauci. Quod eidẽ dedicatus ſit lupus ob aciem oculorum eſt factum, qua noctis tenebras euincit etiam nocte intempeſta, & in prædis inuadendis poſt famem nocturnam antelucanum tempus obſeruet. Vnde in Aegypti regione, quæ Thebais dicitur Geographis, ſimulacrum Appollini, forma lupi dicatum, plurimi notarunt. Sed & arietem cum crocodilo, ſcarabæo, accipitre & leone ipſi conſecratũ legimus. Inter inuenta video ipſi ab Agathone Platonico, Diodoro & Ouidio medicinam deferri. Addit Diodorus artem diuinandi, Muſicam & citharam, Heroicũ verſum acceptum ei fert Plinius. Vnde Tibullus: *Nec proſunt elegi, nec carminis auctor Apollo.*

* *Apollonium*, Ἀπολλώνιον dixerunt alii quod Athenienſes Lycæum: id quidem ab Apolline vt Græcorum vanitas argutabatur olim ſed longe alio reſpectu quàm ille putabant. Nã vt Græci Λοξίαν, ita Phœnices Appollinem à caligine & obſcuritate dixerunt reſponſorum eius, quæ *adeo flexiloqua erant & obſcura*, inquit Tullius, lib. 2. de Diuinat. *vt interpres egeat interprete*. Apolloniũ verò gymnaſium non tam ab Apolline (vt putatur) dictum eſt, quàm a rerum obſcurarum, & quæ in vulgo neſciuntur declaratione. Id enim proprium eſt virorum literatorum munus, & Gymnaſiorum ornamentum: ex quo opida quamplurima variis in regionibus conſequuta ſunt Apolloniæ nomen: & in Thebaide Aegypti fuit *Apollopolis*, id eſt, Apollinis ciuitas, & ab ea nomos *Apollopolites* apud Plinium, lib. 5 natur. hiſt. cap 9.

Apophoreta, dona, quæ in magnificis conuiuiis à cœna dari ſolebãt conuiuis

donum

domum ferenda, παρὰ τὸ ἀποφέρειν sunt appellata, quod *auferre* vel *tollere* est nobis. Certe Martialem ipsummet ita accepisse hoc nomen, intelligi posse videtur ex *libro eius 14. Epigram. 1.* cum inquit: *Præmia conuiuæ det sua quisque suo.* Et Ambrosius in exhortatione ad virgines: *Qui ad conuiuium magnum inuitantur, apophoreta secum reportare consueuerunt.* Et in Epistola ad Romanos: *Ad quod omnes inuitati: apophoreta duplicia consequuntur.* Atque ita etiam Turnebus.

Apophthegmata, quæ Erasmus dicta quædam acuta & breuia esse dicit, non cuiuslibet quidem, sed oratorum, legatorum, ducum, Imperatorum, complexus ea vno volumine; vt post eum Conradus Lycosthenes, nomen suum arcessunt παρὰ τὸ ἀποφθέγγεσθαι, quod est sententiose dicere, & paucis multa complecti. Rhetores dicunt apophthegma esse debere, λακωνικὸν, αἰνιγματῶδες, στρογγύλον, συνεστραμμένον, *breue, obscurum, rotundum & acutum*; Sicut Stesichorus ad Locros: *Non oportere*, dixit, *petulanter & iniuste agere, ne cicadæ humi canerent*, id est, *ne deuastatis & complanatis omnibus herbis, arboribusque eradicatis, canere cogerentur humi in posterum.*

Apoplexia, morb⁹ aliis attonitus, motu simul & sensu priuans correptos, qua de caussa *attonitos* eos nominat Celsus *lib. 3. cap. 26.* à symptomate suo nomẽ inuenit. Nã τὸ ἀποπλήττειν *percutere* vel *repercutere* est nobis. Hinc ἀπόπληκτες *stupidus, attonitus: nihil sentiẽs, percussus, die geschlagene.* Quasi enim malleo pcussi, aut ictu fulminis tacti subito cõcidũt. Tũ stupẽt, & quasdam velut ecstaseos notas præ se ferunt. Vnde Gaza modò *totius corporis stuporem*, modò *attonitum stuporem omnium que m[...] orum resolutionem* apoplexiam reddit. Apoplecticos verò interdũ stupidos, interdũ attonitos. Etsi Montanus in Rhasem potius d[...]endos velit tales ναρκωτικοὺς. Vtcunque: Esse morbum eum [...] totius corporis [...] constat ex P[...]o, Aetio, Alexandro & [...] cum [...] principis animæ functionum, vb[...] cerebrum m[...]le affectum læditur præter naturam. Itaque libro definitionũ, qui Galeni operibus adiici solet, definitur hoc modo: ἀποπληξία ἐστὶ κατοχὴ διανοίας μετὰ ἀναισθησίας [...] παρέσεως τοῦ σώματος. Antiquissimus medicinæ dictator scribit de ea hoc modo: λύειν ἀποπληξίην ἰσχυρὴν μὲν ἀδύνατον, ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηίδιον. In valida enim apoplexia resoluto cerebro nullus patet exitus animali spiritui ad neruos, nec tolli potest caussa coniuncta, moriente prius ægro propter sublatam quoque respirationem, quam adhiberi remedia possunt.

Apostolus, παρὰ τὸ ἀποστέλλειν *mittendo*. Misit quippe Dominus duodecim præcipiens & dicens: *Euntes prædicate dicentes: Quia appropinquauit regnũ cœlorum. Infirmos curate, mortuos suscitate, dæmones eiicite. Gratis accepistis gratis date* Matth. 10. Misit eos vt Euangelium omni creaturæ, id est, homini tam pagano aut Ethnico, quam Iudæo annuntiarent. Imò vt pater Christum ablegauit in mundum, ita eos se mittere vel ablegare profitetur. Apud Demosthenem pro Ctesiphõte Apostoli sunt *apparatus classis & expeditiones maritimæ*, apud Iurisconsultos literæ demissoriæ, *l. demissoria. ff. de verb. signific.* apud Platonẽ *Epistol. 7.* demissoria nauigia.

Apotheca, quæ nunc ἐμφατικῶς accipi solet pro medicamentorum repositorio cum tamen de aliis quoq; intelligatur rebus, vt de librorum recõditorio, *l. quæsitum. §. instructo. ff. de fund. instruct.* de cella vinaria *l. videamus. § qui vinũ. ff. locat.* de olei theca, *l. 1. de verb. signific.* de pecuniæ repositorio apud Pollucem *libr. 10. cap. 1.* arcessit nomen παρὰ τὸ ἀποτίθεσθαι reponendo. Legimus & ἀποθήκην τῶν ὅπλων. Frequens idem vocabulum Plinio & Columellæ.

Apotheosi, consecratio vel in Deos relatio, vsurpata quondã in Cæ[...]ib[...]s παρὰ [...] ἀποθέωσιν arcessit nomẽ, id quod in

nu[illegible] [illegible]ceuta. Nam quisquis damnum alteri [illegible] vrendo, frangendo, depascendo, secando, rumpendo, tanti damnatur domino, quanti res ea proximis retro [illegible] diebus triginta fuerit. Directo & vtilis hinc oritur actio in personam, estque iudicii petitorii domino primum, item fructuario & vsuario competens aduersus eos, qui damnum in rebus alienis dederint quocumque modo.

Aquisgranum vrbs nobilissima ab Attila olim miserè vastata, sed inde à Carolo Magno Imperatore restaurata & multum ampliata, qui pariter ibi extremum vitæ diem claudens sepulcro conditus iacet, nomen traxisse creditur à Grano fundatore Neronis nepote, & calidis aquis seu thermis scatentibus intra vrbis mœnia & extra vrbem: vt *Aquisgranum* tantundem sit atque *aqua Grani*.

Ara, * Olim Asa, vt Papisius, Valesii. Asa quæ postea Ansa, vt tago, tango; pago, pango; mesa, mensa; tesus, tensus. Ita dicta quòd esset propriè foculus, qui manu portabatur, vt ignitabulum: ἐσχάρα. Scaliger in Varr. Hebr. מזבח *Mizbeach*, à זבח *Zabach*. Sacrificauit, victimā immolauit.] Nonnulli Aram seu asam Latinis ita dictam volunt, tanquam ansam, quòd apprehendere eam necesse esset sacrificātes arbitratur Varro apud Macrobium 3. *Saturnal. cap. 2.* Notat quoque Turnebus, cum Dii suscepturi bellum in Titanes ad arā iurassent, obtinuisse post[illegible], vt religio iurisiurandi ci[illegible] ta[illegible] & igni, testatione sanciretur. De qua [illegible]ra tale Theonis testimo[illegible] in [illegible]: καὶ τοῖς ἐμοῖσιν [illegible] [illegible] ὡς δ' [illegible] [illegible], καὶ τ[illegible] [illegible] [illegible] τὸ πῦρ. Huc spectat [illegible] 12. cum ait: [illegible] [illegible] *Audiis* [illegible]. Sunt qui etiam ab arcarum [illegible] nomen arcessierint. quod si[illegible] vrbe sint puræ, ita & aras [illegible] esse oporteat. Alii [illegible]oca[illegible] [illegible] imprecatio-nibus, quas ἀρὰς nominant Græci, Isidorus, quod victimæ accensæ ardeant in iis. * Βωμὸς basis, seu (vt Eustathius explicat, à Βαίνω, id est, gradior, incedo, &c deducēs) κτίσματι ἁπλῶς κ) ἀνάστημα [illegible] ἐφ' ὃν ἐστὶ βῆναί τι καὶ τεθῆναι. Item, *Ara* propriè dæmonum vel deorum [illegible] sicut ex Neanthe tradit idem Eustath[illegible] vt ἐσχάρα heorum quæ tamen differentia non ob-seruatur à Sophocle & Euripide. Synecdochicè *Ara* capitur pro ipso templo, vt notat Sophoclis scholiastes, in Oedipo tyranno.] Qua autem forma in dedicādis aris & tēplis sint vsi veteres, constare (opinor) poterit ex illa verborum forma, qua vsum C. Domitium Valentem, præeunte C. Iulio Seuero Pontifice, refert Georgius Fabricius *l. Antiquitatum.* Solebant autem apud veteres aræ verbenis vinciri, id quod non solum ex Terentio intelligi potest, verum etiam ex Flacco, qui *Ode 11. libri 4.* canit:

Ridet argento domus, ara castis
Vincta verbenis auet im[illegible]olato Spargier agno.

Arabia regio inter Iudæam & Ægyptum trahere fertur nomen suum, sed fabulosè, ab Arabo Apollinis & Babyloniæ filio. Triplex illa: *Fœl[illegible]*, quæ aroma[illegible]ta producit: πετρώδης, *Nabathæa*, vel *Petræa* dicta ab oppido *Petra*, celebri vrbe Medina, in qua sepultus Pseudopropheta *Machometh*, vel (vt alii [illegible]) Magmed Heraclii tempore primum innotescens: & Arabia deserta Straboni *Scenitis* dicta ἀπὸ τῶν σκηνῶν, id est, *tentoriis*, in quibus gens ista habitare solebat. Hanc in prouinciam olim à Romanis redactam, legi[illegible] quoque Romanis morem gerere compellit Traianus, *vt te[illegible] Ammia[illegible]* [illegible] 4.

* *A[illegible]*, Gent[illegible] nulli postferen[illegible], inquit Ortelius amplitudine [illegible] a monte Amano [illegible] Co-magenesque des[illegible] ad [illegible] littusque Æ[illegible], [illegible] Plin[illegible] *l. 16. cap. 28.* Idem Arabe[illegible] uium pertin[illegible] ad [illegible] sub [illegible]ctore [illegible] & [illegible]

Characem vsque versus Ortum extendit. Arabes Troglodytis conterminos facit Heliodorus libr. 8. Hi eorum populi à Plinio quoque enumerantur: Aroei, Ascitæ, Autei, Azarci, Cabatani, Eldamarij, Esbonitæ, Cnebadæi Mardani, Masei, Orei, Rhetaui, & Scenitæ. Strabo addit Chaulotæos, Agræos, & Chatramotitas. Scriptura sacra Sabæos, Ismaelitas, Medanitas & alios nominat. Arabes Mauritaniam habitantes, Alarbes vel Alarabes hodie appellantur. Arabia Hebr. ערב *Harab*, à locis campestribus & desertis sic dicta. *Haraba* enim est solitudo, locus vastus vbi omnia promiscue sunt confusa. Id autē de deserta proprie intelligendū videtur. *Kedar* etiam dicta est à קדר *Kedar* filio Ismaelis nati ex Agar Saræ ancilla, à qua Agareni, qui Arabiam occuparunt, & Saracenorum, nomen vsurparunt, qui olim Ismaelitæ dicti sunt.

Araris Galliæ Narbonensis fluuius, Ptolemæo ἄραρ, Ammiano *Sacona*, Polybio, vt vult Paradinus in Lugdunensi historia (σκόρας, auctori de fluminibus βριγκλὸς, si modo fidem ei habemus, videtur eidem ἐν τῷ περὶ ποταμῶν παρὰ τὸ ἡρμόσθαι ab applicando deductus, eo quod per Allobroges in Rhodanum deferatur. Oritur in extremis Burgundiæ & Lotharingiæ finibus non procul à monte Vogeso, comitatum ac ducatum Burgundiæ interfecans. Iam illi nomen Lasone. Delatus autem Lugdunum vsque, vbi Rhodano miscetur nomen suum amittit.

Aratrum ab arando nomen accessit. Olim cum vrbem essent condituri, capacitatem loci aratro designabant. Virgilius. *Interea Aeneas vrbem designat aratro.* Contra si exscindere ciuitatem volebant, & ob enorme ciuium delictum ius ciuitatis adimere, inducebant aratrum: Id quod in Carthagine, & Mediolano factum anno salutis 1163 constat ex l. Morsis. Mod. ... ff. ... quibus modis ... amittitur. Si vsusfructus ciuitati legetur, & aratrum in ea inducatur, ciuitas esse desinit, vt passa est Carthago: Ideoque quasi morte desinit habere vsumfructum.

* *Arator* seu culter aratri qui terram proscindit, & sulcos exarato in agro חרשת *Charescheth* Hebræis dicitur, a חרש *Charasch* arauit, protraxit sulcos. *Charisch*, aratio, prouentio agri. Hinc etymon Latinum verbi aro, & nominum aratio, aratrum facile apparet vt [& Gr. ἐρέσσω fodio: ἐξερύσσω effodio, & per apocopem ἀρόω, aro.

Arbaces præfectus ille Medorum, qui à Sardanapalo defecit, & ad quem Ionam missum nonnulli putant, nomen traxit ab ארה discerpsit. Hinc Hebræis leo ארי Chaldæis אריא.

Arbela ciuitas in tribu Nephthali & Galilæa superiore nomen accepit, censentibus ita nonnullis, ab ארב *insidiatus est*. Fuit & eius nominis ciuitas Assyriæ, quam montem *Beli* vel *Baal* interpretantur, forte a templi religione Baali erecto, Nam הר Hebræis est *mons*.

* *Arbiter*, qui iudicium fert inter litigantes, sententiaque litem dirimit, iudex, βραβευτὴς. רוב *Rub* à *Rib*, vel *Reb*, litigauit, rixatus est. *Rub*. q. d. arub. Inde arbiter. Cognationem habet *Rob*, cum *Rabab*, multiplicatus est: lites enim pariūt multa verba, multas ærumnas, multas impensas. A *Rob*, Rabula deducitur.

Arbitrium ab *arbitrando* dictum, apparet ex Plauti Capt. *Ne arbitri*, inquit, *dicta nostra arbitrari queant.*

* *Arbor*, אב *Eb*. אביב *Abib*. spica cum culmo seu calamo, à radice vsque ad summum. & אב *Eb*, pubes & pubertas; nam singulis annis, veris initio, arbores pubescere, & è radicibus ad fastigium (veluti ingentes & crassissimæ spicæ virorem, florem & tandem fructuū vberes messes polliceri videntur. Magistri Hebræi quicquid in culmum ascendit, arborem seu lignum appellant. Dicitur etiam arbor עץ *Hets*. Lignum habens suos ramos extensas a ... spinæ

ſeannis, cum carnibus Pyrrhichij modulo abſolutis Veturius Mamurius caneretur. Etſi Plutarchus & Varro ſcripſerint, VeterumMemoriam cani ſolitã. Legimusquoque eidem Mamurio diem conſecratum, quo pellem feriebant virgis ad artis ſimilutudinem. Sed plura, ſi placet, vide hac de re apud Ouidium *Faſt.* 4.

* *Androgynus* ἀνδρόγυνος, qui vtrũque, habet ſexum, nempe maris & fœminæ; cuiuſmodi Hermophroditũ fuiſſe Poëtæ fabulantur, Mercurii & veneris filiũ: ἀνὴρ & γυνὴ Cicer. de Diuinat. Quid orbus Androgyni? nõne fabulę quoddã monſtrum fuit? Chald. vt Munſterus refert, idem dixit ארתנופיגים *Anthropigim*, çui eſt ſexus vterque; ab anthropos & gyné. id eſt, homo mulier.

* *Anfractus*, vel etiam Anfractum neutro genere apud Varronem & Nonium Marcellum, obliquus viarum flexus in ſeſe recurrens, Hebr. עקלקלה *hakalkallah*, & num. plurali *hakalkalloth*. & *hakalkallotham*, obliquitates, anfractus, quod etiam ad cordis prauas ſemitas refertur, Pſal. 125. v. vlt. a verbo עקל *hakal*, id eſt, peruertit, obliquauit, intorſit, obtortum reddidit, curuauit. Cognationem habet cum עגל *hagol*, id eſt, rotundus, circularis; & cum קלע *Kalaha*, circulauit, rotulauit. Gręcis περίοδος circuitus, ambitus, circulus: & metaphoricè ad ſermonem, imo & ad hominis ſcripturam, in quibus anfractus varii virgularum, commatum parentheſεων, hyperbatων, interrogationum, priuſquam ad finalem periodum perueneris tanquã viæ variæ viarumque diuerticula occurrunt. *frago* antiquum, (inquit literatorũ princeps, conject. in Varronem) vt tago, pago; eſt lentare, flectere, παρὰ τὸ φράγαν, vnde φράγνυμι. Quòd ſignificaret lentare, vt Lentare remum, Virgilio; & lentare arcum Statio ab eo φράγαν, & φράττειν dici cœptum, pro ambire. Inde anfractus & Anfractum. Et Latinum, priſcum *fraxare*, obire, cicuire vigilias, à frago: vt à Veho, vexo; Tago, taxo, fraxatores ergo, cuſtodes circumjentes vigilias. Nam ſunt duo genera eorum, ἱδρυμένοι, καὶ περίπολοι. Ab eadem origine *frequens*, qui ſæpius fraxaret vigilias.

Annus ab *innouando* iuxta Honorium nomen inuenit, quod reditu ſuo cuncta nouet, vel ſeipſum innouet rediens in orbem. Varro annum dictum quaſi *circulum* putat. Quia vt parui circuli annuli, ſic magni dicebantur *anni*. Affinis his ſimul literis & origine eſt anus, eã partẽ ſignificans, qua ſedemus, & quam honeſte ſilemus. Atteius Capito deduxit à temporis circuitu, eo quòd *am* veteribus ſignificauerit circum, vt apud Catonem *am* terminum, idem quod circum terminum. Sunt qui etiam ab annulo deducunt, quòd in ſe redeat annuli in modum. Vnde Virgilij iſtud: *Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus.* Feſtus ἀπὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ Græcorum, vel ἔννου deriuat. Sic enim meliores Feſti codices habent. Addit autem: *Et quod nos triennium, illi vocãt* τρίεννον. Quin ἐνιαυτὸς ἀπὸ τοῦ ἐν ἑαυτῷ ἰέναι, quod in ſeipſum eat, dictus eſt Græcis, conueniente eorum etymo ſenſui etymi noſtri partim ex Varrone, partim ex Atteio & Catone prolati.

* Nonnulli putant (inquit nobil. Scaliger in Varronem) annum à Græco ἔννος deduci. Quos ſanè arguit primùm ſcriptura, quòd veteribus vno *n* ſcribebatur: Deinde ſignificatio, quòd propriè circulum ſignificat. vnde diminutiuũ anulus, & anus podex, eodemmodo quo Græcis quoque δακτύλιος vtrunque ſignificat, & podicem & anulum Et mirum in Syriaca quoque lingua, quod anulum ſignificat, idipſum & pro ipſa quoque parte pudenda ſumi. Hebr. Annus שנה *Schana*, à mutatione & reuolutione ſeu iteratione dicitur, quod videlicet annus annum perpetua ſerie ſequatur, vt & ἐνιαυτὸς Græcis à verbo Schana, id eſt, mutauit, iterauit, ſecunda vice repetiit. Seculorum ſanę reuolutio, iteratio eſt

atque

atque secundaria repetitio annorum qui in seipsos p Solis repetitos labores suaque per vestigia voluuntur.] Noto porro duplicem esse annum: *Naturalem* atque *ciuilem*. Naturalis congruit ad cursum Solis peragrantis 12. Zodiaci signa: Ciuilis alius atque alius apud gétes diuersas. Iterum Naturalis vniformis & semper sibi constans: Ciuilis pro instituentium abitrio varius. Apud Ægyptios initio menstruus fuit, sicut Plutarcho in Numa placet, aut(*vt Censorino*) bimestris, postea quadrimestris, *vt est auctor Solinus*, denique solaris dierum 365. quem κυνικὸν siue canicularem vocabát, quod incoatum fuerit eius initium à mense, quo oritur *canicula* sidus. Apud Arcades fuit annus trimestris iuxta quatuor temporum vices. Apud Cares & Acarnanes semestris, Apud Hebræos mensium 12. ad Lunę cursum, falluntur que profani homines, qui spatia vitæ longioris in sacra historia tradita referunt ad annos Aegyptiacos. In Italia apud Albanos obseruatus legitur *annus decimestris*, apud Lauinos *mensium tredecim*: vt ibi constaret ex diebus trecentis & septuaginta quatuor. De Romanorũ annis non leuis est controuersia. Alij decimestrem fuisse volunt, argumento nominis, quod vltimus mensis dictus fuerit *December*, quasi *decimus imber*, Ianuario & Februario tádem adiectis, quę est Liuij, Varronis, Ouidij, Censorini, & aliorum sententia. Nec abhorret plane à vero, cum & Græci decem mensium annum habuerint, vt Aeones Græciæ populi vetusti. Nec alium Homericum annum fuisse, censent veteres Grammatici ad illud Neptuni nymphã a se compressam alloquentis: χαῖρε γύναι φιλότητι, περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ τέξεις ἀγλαὰ τέκνα. His addunt Albanorum exemplum, quorum annus ex tot mẽsibus constabat. Alii contra ab initio 12. mensium annum Romanum faciũt, nec mouet eos argumẽtum à Decembri ductum, aut ab Albanis. Censent enim Albanos, vti oriundos ab Asiaticis, 12. habuisse menses, & negãt duos menses esse adiectos à Numa, sed tantum confusum ordiné ab eo digestum, correctumque, etsi de ordine mẽsiũ, qui nunc seruari solet, iterum certamen fit. Sunt, qui Numæ tribuunt, vt Ianuarium ab agmine ad initia reduxerit, in honorem prisci Latinorum regis Iani. Sunt qui deferunt Tarquinio Prisco, inter quos Iunius Gracchanus: Alii Decẽuiris, *vt Ouid. Fasto. 2.* Nonnulli etiam Cõsulibus primis, inter quos Plutarch. In Ouidii aut Iunii sententiam in re ambigua abire malim. Cæterum quomodocunque sese res illa habuit, siue 12. Romuli annus, siue 10. tantùm menses (cui sententiæ astipulari me nõ pœnitet) habuerit, illud equidem constat, Romuleum annum mensésque perturbatos parum Solis aut Lunæ cursui congruentes fuisse. Ideo Numa ad hanc rem animum adiiciens, ad Lunæ 12. menses Græcorum exemplo annum reduxit, constituitque eum(*vt Liuius & Plutarchus sentire videntur*) dierum trecentorũ quinquaginta quinque. Ita subuentum imperitiæ Romuli, sed tantùm in parte. Nã cùm ille ipse annus dissentiret à Sole, futurúmque in progressu esset, vt hyberni menses in æstatem, & æstiui in hyemem inciderent, quæsitũ est huic rei remedium à Numa, & inuẽtum remedium intercalationibus, atque eius ipsius à Græcis, qui cũ ex Hipparchi traditione didicissent solem ambire suum circulum diebus 365. clarè tamen viderent anno suo vndecim dies deesse, quos appellarunt ὑπερβαίνοντας transcendentes, mensem repererunt ἐμβόλιμον, id est, *insititium*, quẽ diebus illis multiplicatis ad finẽ tertii cuiusq; anni adiiciãnt: Itẽ vt tertius annus mẽsiũ esset tredecim & vltimus mensis ἐμβόλιμος dierũ 33 Annus Gręcis dicitur ἐνιαυτὸς, ἀπὸ τοῦ ἐν ἑαυτῷ ἰέναι dictus, *quod in seipso meat*, quod illorum etymon stabilit nostrum illud superius. Sequimur autem hodie Cæsaris descriptionem, qui eum CCCLXV. diebu

diebus descripsit Aegyptios imitatus diuinarum rerum conscios, & valde peritos, éstque institutum & directum anni huius σύσημα ad circuitum Solis, non Lunæ. Si quis scire velit caussas & rationes, quare à Ianuario auspicati fuerint Romani, Plutarchum videat *in quæstio. Rom. quæstio. 19.* Reliqua omnia leget & percipiet affatim apud Scaligerum *libro. de emendatione temporum.*

* *Antecessor*, qui ante alios incedit, qui præcedit, præest, idque variis modis theoricis & practicis, ἡγέμων, quod alios agat, impellat ad officium præstandum: Hebr. נגיד *Naguidh*, dux princeps, præcipuus, eximius qui coram populo est, & ei indicat quid faciendum sit à verbo נגד *Naguadh* indicauit corá, nunciauit præsens, monstrauit, & digito repræsentauit. vox Græca inde fluit, & gall. *Guide*, ductor, qui per vias ignotas alios ducit.

* *Antesignanus*, qui ante signa militaria incedit. & in acie collocatur. πρόμαχος, qui ante signiferum aut vexilliferum promptus & paratus ad pugnam cóspicitur. Pro ipso vexillo fere a nonnullis sumitur, sed priorem significationem retinemus. Hebr. דגול *Daghul* à דגל *Deghel* vexillo, & *Daghal*, vexillum erexit. Vide *Vexillum*.

Anthracinum lugubris & nigra vestis Varroni. Ἄνθραξ enim nobis est *carbo*. Apuleius 2. Asini: *Umbrosum demonstrat cubiculum, matronam flebilem fusca veste contectam*. Anthracinū describere voluit.

Antia lex ab Antio Restione lata, vt, qui magistratus esset, magistratumue capturus, ne quo ad cœnam, nisi ad certas personas itaret. Legis latoré, quoad vixit, foris non cœnasse, ne testis fieret legis contemtæ, scribit Macrobius.

Anthropomorphitæ simpliciores hæretici, Deum quippe rati membris præditum humanis, quę passim illi tribuuntur in scripturis imbecillitatis nostræ respectu, nomen obtinent ἀπὸ τῆς μορφῆς *forma*, καὶ τοῦ ἀνθρώπου *homine*. Alias illi dicuntur Andiani, *vt patet ex Epiphanio, Augustino, & l. Arrians. C. de hæret. & Manichæis.* Quod nomen primum inualuit sub Damaso Episcopo Romano sub annum à Christo passo 338. Lactātius nominat Anthropianos *lib. 4. cap. 30.* Hæreseos huius caussa potius fuit θράσος καὶ ἀμαθία, confidentia & imperitia, quā κακία, ingenii peruersitas, vt Epiphan. prodit. *Antichthones*, qui oppositam nobis terram insederunt scil. illi, qui inhabitant Americam ab auis nostris patefactam, *vt plurimi volunt*, nomen deducūt ab ἀντὶ *contra* & χθὼν *terra*. Dicuntur & *Antipodes*, quod contraria nobis vestigia figant, distantque à nobis diametro toto, medio terræ centro interposito. Idem illis nobiscū nihil est, sed cōtraria omnia. Nam cum nobis est æstas, illos premit hyems: cùm nobis dies, illis nox est. Ita vt ridiculus sit in his explodendis Lactant. *lib. 3. de falsa sapientia*, equidē nimis longe carpendi studio prouectus.

Antichresis, quæ contrahitur, si quod ita pignori detur, vt vsum fructumque rei pro vsuris creditor habeat, nomé obtinuit ab ἀντὶ & χρήσεως & vsu. Exempla huius existant. *l. si ea lege. C. de vsuris.*

Antichristus, ἀντίχριστος, id est, *Christo contrarius*, vel qui Christo se confert, ab ἀντὶ & Christo composita dictio est. Etenim præpositio ἀντὶ in compositione non solùm contrarietatem, sed etiá exęquationē collationémque significat, vt apud Homerum ἀντίθεος, Deo cōtrarius, vel Deo æquiparandus: ἀντίθεν ἄλοχος, vxor diis similis propter virtuté vel pulchritudinem: ἀντιάνειρα, *virago*, ἰσάνδρες, quales Amazones erant. Etsi ἀντίθετον contra positum, ἀντίθεσις oppositionem significet tātùm. Hoc modo dixit Ioannes, multos esse Antichristos, seductores intelligens, qui se Christo opponūt. Item tales censendos, qui Christum negant in carne venisse. Interim non ignorandum, in literis sacris vnum præ aliis Antichristum celebrari perditionis filium, qui supra omne id, quod dicitur Deus,

Deus, se elaturus, inque templo Dei sessurus sit, cui peculiariter id nominis vindicatur. Atque eum Paulus *2. Thess. 2.* *ἀντικείμενον*, id est, *contrarium* vocat, eo quod Deo & piis aduersetur, interficiēdus tamē a Deo spiritu oris sui. Fit quoque eius mentio in Apocal. vbi S. Ioannes numerum eius esse dicit 666. Nomina verò ex illis resultātia, aut numerum istum prodentia varia excogitauit vetustas. Nam Irenæo & Hippolyto nomen Antichristi est ΤΕΙΤΑΝ, id est, *gigas*, quòd harum literarum summa numerū prædictum reddat: *Tertio* ΛΑΜΠΕΤΙΣ: *Aretha* ΛΑΤΕΙΝΟΣ: *Primario* ΑΝΤΕΜΟΣ. Memorabile denique est, Sibyllino carmine iam olim prædictum, *periturum Antichristum lino*, quod non pauci eruditi de libris & typographia intelligunt.

Antidotum, idem quod *ἀλεξιφάρμακον*, proprie medicamentum significans, quod ore sumitur contra venena, ab *ἀντὶ καὶ δίδοται*, quod contra detur, obtinuit nomen. Græci quoque *ἀλεξιτήριον* appellarunt. Quamuis autem hoc vocabulum proprie ad ea medicamenta, quæ in potu aduersus serpētum morsus hauriuntur, accommodari debeat iuxta nōnullos, alij tamen vtroque indiscriminatim sunt vsi. Olim enim non tantùm aduersus deleteria, verùm etiam aduersus ferarum ictus vel morsus, eaque vitia, quæ ex prauo victu erant oborta, dari solebant antidota, suntque illis adeo contraria totius substantiæ dissidio, vt immutent & obtundant, vimque omnē noxiam infrenent. Pertinent ad hoc genus, quæcunque pestilentes aliosque epidemicos morbos profligant, qualis *Theriaca* aut *Mithridatium*.

* Hebr. רפואה *Rephua*, i. Medicina, remedium, רפא *Rapha*. medicatus est sanauit, curauit morbū. Inde *φαρμακεύω*. medeor.

Antiochia metropolis Syriæ & ex maximis totius mundi vrbibus vna, sita ad fluuium Orontem, Iustiniani tēpore *Theopolis* dicta, Hebræis *Reblatha* vel *Rebla*, vt in Ezechielem ment. Hieronymus, iuxta Suidam nomen inuenit ab Antiocho rege, qui eam conditam antea a Seleuco post mortem Alexandri restaurauit. Pomponius Lætus etiam Nisibim dictam tradit in suo Romanarum historiarum compendio. Hanc quondam occupauit Lucullus, obsedit Sapores. Ibidem omni sæuitiæ genere sæuiit Gallus cum satellitibus per lupanaria & tabernas noctu oberrans, & singulos notans, qui de Cæsare malè sentirent, id quod antea in vrbe Roma Gallienum fecisse est proditum memoriæ. Hadrianum hāc vrbem odio habuisse, apud Spartianum legas. Eidem infestus fuit (*ex Ammiano quod liquet*) Iulianus scripto Misopogone inuectiuo libro in contumeliosos & contumaces eius ciuitatis incolas. Hīc primum sedem fixit Apostolus Petrus, & Apostolorum discipuli dicti sunt Christiani. Synodus hīc habita damnauit olim Paulum Samosatenum, qui voluit Christū esse *ψιλὸν ἄνθρωπον*, id est, *merum hominē. καὶ οὐκ εἶναι θεὸν ἐνυπόστατον vt loquitur Epiphanius.*

Antipherna, donatio, quam maritus propter dotem vicissim donat vxori, dictio composita ex *ἀντὶ* & *φερνῆς*, dote.

Antiphila amasia apud Terent. *ἡ ἀντὶ φιλοῦσα vicissim amans.* Antipho apud eundem ab *ἀντὶ καὶ φάος*, quasi *lumē adferens* contrarium appellatus, vel ab *ἀντὶ καὶ φάναι*, *quod contra dicat vel faciat.*

* *Antiquus*, Vetus, priscus, ab Ante & æuo, vt Varroni placet, q. d. qui ante æuum nostrum vixit. Sed origo est Hebræa. עתק *Hathak*, prouectus est, quod de variis moribus, & de annis ac vitæ curriculo intelligitur. Inde atque antiquus, ætate prouectus, quod Danielis 7. cap. v. 9. de Deo, qui antiquus dictū nominatur, occurrit. קדמה *Kadma*, ante, antiquitas à קדם *Kiddem*, anterior fuit. Est aliquando temporis, & aliquando loci, perinde vt sol præoccupat orientales partes tam loco, quam tempore. Inde *Kedem*, Oriēs, principium anterius,

plaga O.ientalis,item ante, pridem,ante,antequam. Et *Kadmus*, Antiquus, Orientalis Gr. Antiquus ἀρχαῖος παλαιὸς qui vt ante cæteros, & ab initio, aliis ortum dedit, quod de Deo propriè dicitur creaturarum respectu: fui enim est ἄναρχος principio carens, æternus & ante secula.

Antistes, primus in ordine Ecclesiæ sacerdos, & supra se nullum agnoscés, ab *ante* & *stando* nomen arcessit. Hinc Ouidius, etsi transferat id nominis ad hominem à sacris alienum tamen sancti epitheton ipsi apponit, *Elegia 14. libro tertio Tristium.*

Antitheton, contra positum, ab ἀντιτίθεναι. Rhetorica figura est, & alias dicitur *Contentio*, vtimurque ea, cum per cótraria verba aut sentétias amplificamus seu declaramus aliquid. Paulus Roman. 8. *Si secundũ carnẽ vixeritis, moriemini: sin spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis.* Itẽ *Littera occidit, spiritus viuificat.* Tale & illud: *Vicit pudorem libido, timorem audacia.* Item: *Nam nostri ingenij, vestri auxilij est.* Contraria enim contrariis debent opponi, atq; in his singula singulis, & bina binis, nonnunquam sententiæ sententiis, quale illud: *Dominetur in concionibus, taceat in iudiciis.* Aquila Romanus vocat oppositum ex contrariis, τὸ ἐναντίον Hesychius. Vsus eius δεικτικός: παράλληλα γὰρ μᾶλλον τἀναντία γνωρίζεται, *contraria enim inter se composita magis elucescunt*, inquit Aristoteles.

Antlia, machina haustoria in naui etymon nominis sui dedicat τῷ ἀντλεῖν, quod nobis est *haurire*.

* *Anubis* ab Ægyptiis Mercurius vocatus est, inquit L. Gyraldus libr. 9 histo. deor. vbi multa recéset ex Plutarcho de Iside & Osiride, quæ ad Ægyptiorum mythologiam pertinent De Anubi hæc Diodorus Siculus Canis tũ venationi, tum ad custodiam prodest. Propterea Deum, qui apud Ægyptios vocatur, capite fingunt Canino. Isidis & Osiridis custodem. Virg. l Æneid lib. 8. paucis omnia hoc versu, *Omnigenũque deũm monstra, & latratòr Anubis.* Quo loco Seruius; hũc volunt, inquit, esse Mercuriũ: ideo capite canino pingitur; quia nihil est cane sagacius. Sed etymon persequamur. Ab Hebræo נבח נבח *Naba* Latrauit, dictus est Anubis, latrator. & sunt qui lingua Ægyptia Anubin canem dici affirment. Ægyptii igitur sub canis effigie Deum coluerũt. Goropii in Hermathena etymologias de Anubi multis de causis repudiamus, nec ideo describimus, vt quæ parum ad pietatem & rei veritatem faciant.

Anus gen. fœm. nominata videtur eruditis ab α priuatiua, & νοῦς νόος, *mete*, quod velut *amens* sit & *sine sensu* Græcorum sanè prouerbium, γραῶν ὕθλος *vetularum nugæ*. Sed & Tullius peculiariter huic ætati deliramenta adscribit. Idem in Catone adolescentibus petulantiam tribuit, senibus stultitiam. Quod haud absque ratione dixerit Menandri: πολὺ χαλεπόν ἐστιν ἐσπεῖσαι γραῦν, ἢ κύνα. Quis etiam nescit deliros & bis pueros senes. Verũ enimuero, quid si à multitudine annorum deducas? Fieri id posse docet Festus Pompeius. Verba eius digna relatu sunt hæc: *Anus dicta ab annorum multitudine: Quoniam antiqui non geminabant consonãtes.* Etsi prius etymon quoq; subneciat.

* *Anus*, hebr. זקנה *Zekena* à verbo זקן *Zakan*, Senuit: quod cognationem habet cum זנק *zanek* prosiliit, prouectus est: nam illi senes sunt, qui in multos dies prosilierũt γραῦς. Vetula, à vetustate; & ab annorum multitudine *Anus* vocata. veteres non anni sed ani pronunciabant & scribebant: vnde *Anulus*, quod in gyrum voluitur, & anus vetula, quæ multos anos seu annos in orbem complicaros, aliosque aliis succedentes viderat. Hebræam originem Græcæ iniuriosæ præferre malumus: nec enim omnes anus aut vetulæ amentes & insensatæ dicendæ sunt.

* *Anus*, ani, ano, gen. masc. & prima producta, pars posterior, podex. ita dictus

ctus ab orbiculari forma, vt anulus. Quidam à voce נחש Nacasch, serpens, quærunt etymon per metathesin inductum ח in ה mutantes, & hanas formantes. sed prius etymon admittimus, posteriore longius petito. nisi quis serpens hieroglyphicè annum in se per vestigia sua voluentem significare dicat.

Apamea vel Apamia, Græce ἀπάμεια, vrbs Tetrapolis Syriæ, vel Bithyniæ iuxta Ptolemæum ad Propontidem, condita quondam à Nicanore, nomen trahit ab eius vxore ex sententia Strabonis, *libro vndecimo*. Appellari etiam hoc nomine vult Sophianus. Myrleam dictam (μυρλεῖαν) scribunt Suidas & Stephanus. Protulit ea nobis Philosophum Numenium.

Aper, sus agrestis, ἀγριώτερος σῦς, in vulgato isto carmine apud Plutarchum: μήκετι, νυκτὸς ὕπαρ ἥκεν ἀγρότερος σῦς, ab asperitate setarum arcessit nomen apud Varronem. Alio nomine dicitur Græcis σύαγρος, σῦς ἄγριος, κάπρος. Tantus huic animali impetus, tantus animus pugnacitasque, vt prouocatus à venatore vltro pugnam ineat, & in ostentata tela irruat, tantum abest vt timidus & perculsus fugiat. Vnde is, qui rixas contentionesue quæritat, ὗν ἐρίνεῳ dicitur Græcis. Robur eius fulmineum miratur & Oppianus Ceterum ferocitatem tantam declinari posse docuit Democritus. si quis cancri vngulas & pedes alligatos gestarit, fides rei erit penes auctorem. Hoc certum, fulminis vires, quas eidem tribuit Ouidius. Metamorph. 1 nó profuisse in vniuersali orbis terrarum cataclysmo. Aper Calydonius nomen habuit à Calydone Ætoliæ vrbe, in cuius descriptione, quoniam idem Ouidius Metamorphos. 8. egregie expressit igneam agrestis animalis naturá & admodum ferocem, carmina eius ordine subiiciam.

Sanguine inquit) *& igne micant oculi, riget horrida ceruix,*
Et seta densis similes hastilibus horrent,
Stantq; velut vallum, velut alta hastilia setæ
Feruida cum rauco latos stridore per armos
Spuma fluit, dentes æquantur dentibus Indis,
Fulmẽ ab ore venit, frondes afflatibus ardẽt.

At hec Samariæ ciuitas, prope quam filii summi Antistitis Heli occubuerunt, descendit à verbo אפק *vim intulit.*

Apex summitas pilei, iuxta Festum & Turnebum, deriuatur ex multorum Grãmaticorũ sententia, ab apere verbo antiquo, quod *comprehendere* significabat. vnde aptus is qui conuenienter alicui iunctus est. Hæc Festus.*Pilea sacerdotum Romanorum apices vocabantur. Dionys. Halic. lib. 2. de Saliis loquens, καὶ τὰς κεφαλαῖς πίλους ὑψηλοὺς εἰς σχῆμα συναγομένους κωνοειδεῖς, οὓς Ἕλληνες προσαγορεύουσι κυρβασίας. i. gestant etiam capitibus quos vocat apices, fastigiatos in Coni formam pileos: Græci appellant kyrbasias. Est autem à parte totum Apex enim propriè erat insigne, id est, fastigiũ, quale hodie in pileis honorariis doctorum, quos vocant. Nam totus pileus flameum dicebatur: vnde flamines dicti. Quos Græci (inquit idem auctor) στεφανηφόρους, Romani Flamines vocant, sic dictos à gestatione pileorum & coronamentorum, quæ etiamnum gestant, flammea nominantes. Porro desinebat in conum, vnde *apex* dictus. Summum autem fastigium vocabant Tutulum. Addebatur virgula ex felici arbore, quæ in flaminibus dicebatur Stroppus, in flaminicis Inarculum. Totus Apex filo Laneo velabatur: dicebatur Apiculum. Ab hoc putat quasi filamines dictos Varro. Infra mentum pertinebant amẽta, quæ pileum retinebant. Dicuntur offendices quod se mutuò offenderent & conuenirent. Solius tamen flaminis Dialis pileum dicebatur Albogalerus: fiebat enim ex hostia alba, Ioui cæsa, quæ dicebatur dialis: de qua Ouidius, Idibus alba Ioui grandior agna cadit. Hęc magnus Scaliger coniectan.in Varronem.

Aphrica, Græcorum Libye, Chamesia in sacris literis, Arabibus, *Iphrichia*, à v... o *faraca*, quod eorum lingua est *di-s...dere*, ex Ioannis Leonis sententia; Æthiopibus *Alcebutan*, Indis *Besecaib*, vt tradit Theuet...s. videtur primarium hoc nomen ab Afro vno ex posteris Abrahæ e Cethura. Hunc enim in has terras exercitũ deduxisse & hostibus deuictis ibi concedisse auctor est Iosephus. Alii nominatam volunt ab à priuatiua, & φρίκης *horrore*, quòd magnus & perpetuus ibi sit æstus. Huius tertiæ partis orbis terrarum iuxta veterum sententiam, pars interior magna ex parte sterilis est, & ob torridam perustamque zonã prope inhabitabilis. Ioannes Leo diuidit in quatuor partes, *Barbariam*, *Numidiam*, *Libyam*. & *Nigritarum terram*, ad fluuium Nigrum sitam, eamque in quindecim regna distribuit. Ab aliis Geographis præcipuæ eius regiones memorantur, *Mauritania duplex*, *Tingitana & Cæsariensis*, *Numidia*, *Africa proprie dicta*, in qua exstitit olim vrbs nobilissima Carthago æmula Romani imperij. *Cyrenaica*, *Ægyptus*, & *Æthiopia*. Strabo facit eam *lib.17. Geographici operis* Asia & Europa minorem, imò inferiorem virtute, quod maxima mediterraneæ pars & regio circa Oceanum sit deserta, & magna ex parte incertis vagantium hominum sedibus distincta. De figura eiusdem subiicit hæc: ἔςι δὲ ὀρθογωνίȣ τριγώνȣ τὸ σχῆμα, ὡς ἄν τις ἐν ἐπιπέδῳ νοήσαι, *figura eius est, si quis in plano consideret, rectangula triquetra*. Inter symbola apud eruditos scorpius Africam semper significauit, non aliter, atque Hispaniam cuniculus, Italiam equus. Credo, quod ingens atque adeo perniciosa in ea regione scorpionum sit multitudo, aduersus quos Strabo ait remedia ab indigenis excogitata, allio, cum dormitum eunt, pedes & lectos illinere.

Aphrodite dicta *Venus*, ἀπὸ τȣ̃ ἀφρȣ̃, i. *sp...*, e... qua fingitur n...ta. Arnobiu vide aduersus gent... *lib.4.* Virgiliu *Æneid.* 5. Ouidium *Fastorum 4.* & *Metamorphos.* 4. & alios plures. Didymus nominatam eandem voluit παρὰ τὸ ἁβρὸν τῆς διαίτης à *vitæ mollitie*: φ enim litera cognata videtur literæ φ. vt videre est in Sympofio Platonis & Luciani iconibus. Cypria hæc Venus alias audit, & Cytheræa, culta olim à Syris & Phœnicibus, ideoque eadem cum Astarte eorum populorũ Dea, id quod discere mihi visus sum ex his Herodoti verbis *lib. 1.* Nam vbi nominauit τῆς ȣ̓ρανίης ἀφροδίτης ἱρὸν τὸ ἐν Ἀσκάλωνι πόλει τῆς συρίης, addit, ἔςι δὲ τȣ̃το ἱρὸν (ὡς ἐγὼ πυνθανόμενος εὑρίσκω) πάντων ἀρχαιότατον ἱρῶν, ὅσα ταύτης τῆς θεȣ̃, καὶ γὰρ τὸ ἐν Κύπρῳ ἱρὸν ἐνθεῦτεν ἐγένετο, ὡς αὐτοὶ λέγȣσι κύπριοι καὶ τὸ ἐν Κυθήροισι, φοίνικές εἰσιν οἱ ἱδρυσάμενοι ἐκ ταύτης τῆς Συρίης ὄντες. Ex quibus lux dari poterit Diodoro non Erycinæ tantum, & Cytheræ, & Paphiæ, sed etiam Syriç appellationem tribuenti Veneri iuxta illud Orphei:

ἅτε καὶ εὐλιβάνȣ συρίης ἕδος ἀμφιπολεύεις.

Quo accedit, quod in sacris literis plerique interpretes, interque hos Theodoretus & Procopius Gazæus, nomen Astartes altero τῆς Ἀφροδίτης vocabulo explicarunt, quodq; Cedrenus in compẽdio historiarum & Suidas idem numen vtriusque esse testati sint, hoc quidem apud Græcos, at illud apud Syros.

* Apis, ἆπις, Bouis nomen apud Ægyptios, quem pro Deo colebãt, vnde Israelitarũ confictum idolũ in deserto. אבס *Abas* Hebr. significat, saginauit animalia pascẽdo ad præsepe, obesu... & pastus fuit ad pr...sepium. Dicitur tantum de animalibus ad præsepia ligati, vbi sagin...tur. Apis igitur ab *Abas*, nempe bos saginatus. Valla lib. 4. *Bos proprie dicitur qui castratus est vt aptior arat... fiat, aut vt sagine-tur*. D. Augustin. lib. 8. de Ciuit. Dei, c. p. 5. *...c bos, quem m...rabili varietate de...pta Ægyptus, in honorem eius delitiis a...ibus alebat, quoniam eum sine sarcop...o viuum venerabantur, Apis non Serapis voca-*

b. tur.

batur. אבום *Abus*, præsepe. Inde βῦς βοσ altile & Apis, bos ad præsepe, ex eadem radice אבס *Abas*. Vnde *Serapis*.

* *Apis*, vel (vt quidam volunt) apes, in nom inat. singul. nobile & notú insectū, mel & ceră conficiens, quod sine pedib. nasci videatur, vt Virgilius existimare putatur hoc vers. Georgic. 4. *Trunca pedū primo, mox & stridentia pēnis*. &c. nēpe animalcula illa ex vitulina pelle nata. Gr. μέλισσα, Hebr. דבורה *Deborah*, ab operū ordine, vel à leui murmure instar soni verborum. radix enim est דבר *Dabar*, loquutus est, mentem suam verbis expressit, quod animo concipiebat. sermone disposuit. Apes enim in mellificio & mente & sermone quodā vti videntur. *dabar* cognationem habet cum רבד *Rabad*, i. strauit flosculis seu tapetiis ad decorem pertinētibus Sermo enim sapiētum floridus & figuratus esse solet: Apū opus singulari quadā & eleganti forma cōpositū. Quoniā verò ex boue mortuo nascuntur apes, vt constans fama fert, & apis, bos, Ægyptiis & Hebręis dictus est, à voce אבום *Abus*, apis, bos, & à boue Apis muscæ genus illud, mel & ceram conficiens, nomen traxisse iuxta nonnullos existimatur.

Apius dictus Æsculapius, q̄ ægrotantium dolores medicamentis leniret: ἠπιος enim *blandum* significat.

Apocha, quæ est datæ vel solutæ pecuniæ confessio, ἀπὸ τȣ̃ ἀπέχειν, id est, *recipiendo*, deductum nomen. Eam quippe dat creditor debitori, cum se numeratā à debitore pecuniā recepisse fatetur.

Apodyteriū Epiphanio *lib. 2. panar.* pars balnei, in qua illi qui balneum ingressuri erant vestes deponebant apud Capsarium, q[illegible] *(vt scribit Vlpianus)* certa mercede ve[illegible]imenta in balneis seruanda suscipiebat ἀπὸ τȣ̃ ἀποδύειν exuendo nomen deriuat. Quo vocabulo video Plinii vsum [illegible] *in Epistol. & in Paneg[illegible]r. suo.*

Ap[illegible] ab α priuatiua nominati, & πόλεως ci[illegible]e. Exsules enim hi sunt, aut qui incertis vagantur sedibus.

Apollo, qui medicinæ prçses atq; inuētor fingitur, item Citharœdus, Sagittarius. Deus vaticinii & inter Musas medius, semper imberbis, vt paulò post dicā. videtur Platoni in Cratylo nomē suū deducere ἀπὸ τȣ̃ ἀεὶ βάλλοντος ἀκτῖνας, *quod semper emittat radios*, vel ἀπὸ τȣ̃ ἀπολύειν *soluendo*, cum Medicus sit, iuxta illud Ouidii:

Inuentū medicina meū, opiferque per orbē. Dicor, & herbarū subiecta potentia nobis:

Crysippo Philosopho idem nomē deduci videbatur ab α priuatiua, καὶ ἔτι μόνος ἐστὶ, οὐχὶ πολλοί: Cum & Latini Solem *(qui idem cū Apolline Macrobio)* quòd sit solus, vocatum existimauerint. Huc respiciunt & illi, qui dictum Apollinem volūt, ὅτι μὴ μετὰ πολλῶν συναριθμούμενός ἐστι Speusippus eundē quidē cū Sole fecit, sed dictum voluit Απόλλωνα, ὡς ἀπ' ἄλλων καὶ ἄλλων τόπων τὰς ἀνατολὰς ποιούμενον, quod ab aliis atque aliis locis exoriatur. Sūt qui etiā nominatū hoc modo volūt. ὡς ἀπολλύντα τὰ ζῶα, *quod exanimet & perimat animalia pestē immittēs intēperie caloris.* Cornificius nomen deducit ἀπὸ τȣ̃ ἀναπολεῖν, quod intra mundi circuitum, quem πόλον vocāt, impetu latus referatur ad ortum: Phurnutus ἀπὸ τȣ̃ ἀπλȣ̃ν καὶ λύειν, *quod substantiam & tenebras ad simplicitatē dissoluat.* Ad appellationes eius aut epitheta quædā venio. Etenim appellatum Sandaliariū inuenio à sandalio [illegible]ulacro, quod sandaliis ornatū ab Augusto Cæsare ex strena, quam ipsi equites Kal. Ianuariis in Capitolio præbebant, dedicatum fuit in quodam vico regionis quartę. Dictus est ἀγυιεὺς indito nomine a viis vrbis: Αλεξίκακος, quod malorū haberetur depulsor. Vnde Horatianū illud lib. 1. Satyr. 9. *Sic me seruauit Apollo*: Nā q̄ mala depellit, etiā seruat. Idē *Palatinus* dictus pariterq; *Actiacus, Naualis & Paretonus*, à templo scilicet, quod Augustus ipsi in mōte Palatino, deuictis nauali prælio ad Actiū Antonio & Cleopatra, ex marmore Lunēsi fecit, addita positarū sibi argētearū

& aurearum statuarum donatione. Valuæ stabant ex ebore auratis interim picturis ornatæ. Ab arcu aureo, quem ipsi tribuunt Poëtæ, dictus τοξότης, τοξοφόρος, χρυσότοξος Pindaro. Etsi ἀργυρότοξον nominet Homerus in hymnis Sosianus Apollo simulachrum fuit Apollinis cedrinum Romam aduectum ex Seleucia, inque æde collocatũ, cuius Plinius meminit *lib. 13. cap. 5. Cælispex* appellatus a simulacro ita formato, vt aspiceret cœlum. *Nomius*, non ex pastorali officio, quod regis Admeti pauerit pecus, sicut Homeri commentator ex Apollodoro notat, verùm quia Sol pascit omnia, quę terra progenerat; quæ Macrobii sententia est, & mihi summopere placet. Idem cognominatus λοξίας duplici ratione: Vel παρὰ τὸ λοξὰν ἔχειν τὴν ἰάν, ὅ ἐστι φωνὴν, quòd obliquam habeat vocẽ propter tortuosa responsa, dum verbis inuersis & flexis, id est, tropo mutatis per anfractus & ambages obscure aliquid significaret: Vel παρὰ τὸ λοξῶς ἰέναι τὸν ἥλιον διὰ τοῦ ζωδιακοῦ, quòd Sol obliquè per Zodiacum incedat. Aegyptiis autem dictus est *Horus*: Vnde & Sol eo nomine eisdem vocatus, *teste Macrobio, & Censorino libr. de die Natali*. Deli olim fuisse legitur ara Apollinis γενέτορος, quam velut inuiolatam & nullo animalium sanguine commaculatam adorasse proditur Pythagoras, *apud Diogenẽ Laertiũ*. Meminit eius Valerius Flaccus *Argon. 5* cum ait. *Ventum Phœbi genitoris ad aras*. Et quia in Lesbo exstitit simulacrum ramos Myricæ tenens, dictus est & inde *Myricæus*. Delphinii nomen apud Plutarchum inuenio ad finem libri, πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, deducta appellatione a duce Cretensiũ Delphino, cuius ductu posteri tenuerunt locũ, quẽ peculiarem sibi Deus delegit. Quo re[illegible]a videatur eorũ opinio, qui fabulantur eũ sub specie Delphini adnasse Delphos, vbi præcipuus eius institutus est cultus. Meminit eius *Delphinij* Appollinis Demosthenes ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους, item ἐν τῷ πρὸς Βοιωτὸν. &c. Adocides ἐν τῷ περὶ μυστηρίων Pausanias in Atticis, & Pollux *lib. 8. c.* περὶ τῶν ἐν Ἀθήναις δικαστηρίων. *Magnus* dictus Apollo legitur simulacrum habuisse Syracusis, quod Carthaginẽses inde auectum miserunt Tyrum, cuius ciuitatis incolæ per superstitionẽ aureis cathenis ad basim simulacro adiectis prohibere voluerunt ipsius ab oppido suo secessũ, *teste Diodoro lib. 17.* Etsi Alexãder expugnata postea vrbe sustulerit hasce cathenas indita Philalexandri appellatione, *vt idem refert loco prædicto*. Quod Carthaginenses miserint Tyrum, apparet ex his eius verbis *libro 13.* ἐχέιτων δὲ γελώων ἐκτὸς τῆς πόλεως Ἀπόλλωνος ἀνδριάντα χαλκοῦν σφόδρα μέγαν, συλήσαντες αὐτὸν καὶ ἀπέστειλαν εἰς τὴν τύρον. *Thuscanicus* Apollo extitisse legitur in bibliotheca templi Augusti quinquaginta pedum à pollice incepta dimensione, dubium æréne an pulchritudine mirabilior. Plinium vide *lib. 13. cap. 7* *Boedromius* idem dictus & cultus Atheniensibus a voce currentis exercitus ad vrbem, cuius in hymno meminit Callimachus, ibidem καρνεῖον vocans. *Thymbræus* appellatus, *vt Strabo scribit libr. 13.* à Thymbra campo, qui Troiæ proximus fuit. Apud Sicyonios dicatum olim legitur templum Apollini *Lyceo* ea de caussa, quod ferantur lupi aliquando gregibus eorum fuisse infesti, vt nullum possent ex re pecuaria percipere fructum. Quare consulto Deo responsum acceperunt corticem detrahendum ex ligno quodam arido, quod humi iacebat, eumque admixtum carnibus feris exponendum: quas cum illi gustassent, int[illegible] p[illegible]t. Dictus & πατρῷος *patrius*, teste in Atticis Pausania, & προστατήριος quem velut præsidem in vestibulo domus Athenienses colebant. *Tortoris* Apollinis simulacrum cultum fuisse in vrbe scribit Suetonius, dictumque existimat Sabellicus a vico, in quo venalia pependerint tortorum flagella. Idem *Sminthens* dict[illegible] aure sta-

tuæ

tuæ pedibus subiecto, quem sua lingua Cretenses nominabant σμίνθον, cuius simulacrum fuit Chrysæ nominis veritatem seruans, ait Strabo. Meminit eius quoque Homerus *Iliad. 1.* & Ouidius *Fastorum 6.* Vtque multa contraham in pauca, dictus *Clarius* ab oppido Claro in Colophoniorum finibus, non ab insula Claro: *Cynthius* à Cyntho monte Deli: *Leucadius* ab æde prope Leucadem in Actio promõtorio: *Tarrhæus* ab vrbe Tarrha in Creta: *Grynæus* a Grynæo Myrineorum oppido: *Daphnæus* à lauro, quam Græci nominant δάφνην: *Pegasæus*, à templo, quod habuit Pegasis in promontorio Magnesiæ: *Pythius*, à Pythone serpente sagittis Apollinis confecto *Spodius*, à cineribus (τῶν σποδῶν) ex quibus (sacrificiis factis) ara eius Thebis fuit constructa supra lapidem *Sophronesstora*. Apud Pausaniam legis statuam erectam Apollini μηλιάτῃ. *siue a malo, siue à vita pastorali* nomen accessat. Dictus pariter θυραῖος, quod ineuntis & exeuntis anni arbiter haberetur, & χρυσόκομες *ab aureo radiorum fulgore*. Cum Sole enim idem habetur, vt sæpius dixi. Multa alia exstant eius nomine. At præcipua ex iis adferre volui tantum, ne actum agerem, aut aliorũ messem demeterẽ. Ad oracula venio, quæ vt multa habuit, ita ambagibus & strophis obtexta si diligẽter animu aduertas. Nullũ autem Delphico clarius exstitisse quoad cultũ religionẽque proditum vno omnium testimonio: De cuius origine copiosè agit Herodotus *lib. 1.* Diodorus Siculus *de gestis Philippi*, Plutarchus *in oratione consolatoria ad Apollonium*, & Iustinus *lib. 24.* Sed ex responsis animaduertere eius obscuritatem, operæpretium erit. Imminente cũ exercitu Xerxe, & territis Græciæ vrbibus respõdisse legitur Atheniensibus, saluos eos fore in muris ligneis. Crœso imposuit vel potius illusit his verbis: *Crœsus Halym penetrans magnam peruertet opum vim*: Pyrrho hoc modo: *Aio te Æacida Romanos vincere posse*: Philippo amphibologia quadrigæ, cum ille de oppido sibi metueret, cui nomen erat *quadrigæ*, oraculo spectante capulum gladii, quo eum Pausanias postea transfodit. Is enim quadrigæ cælaturam habebat. Multam huiusmodi responsorum [illegible] syluam vide apud Peucerum *de diuinationum generibus*. Sed age, inseramus etiam his de Phœbo nugis, templi Delphici Apolinis situm ex 24. *Iustini. Templum*, inquit, *Apollinis Delphis positum est in monte Parnasso in rupe vndique impendente. Ibi ciuitatem frequentia hominum fecit, qui ad admirationem maiestatis vndique concurrentes in eo saxo consedere. Atque ita templum ciuitatemque non muri, sed praecipitia, nec manu facta sed naturalia præsidia defendunt, prorsus vt incertum sit, vtrum munimentum loci, an maiestas Dei plus hic admirationis habeat. Media saxi rupes in formam theatri recessit. Quam ob rem hominum clamor, & si quando accidit turbarum sonus personantibus & resonantibus inter se rupibus, & multiplex audiri, amplior que quam editur resonare solet. Quæ res maiorem maiestatis terrorem ignaris rei & admirationem stupentibus plerumque adfert. In hoc rupis anfractu media ferme montis altitudine planies exigua est, atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet: Ex quo frigidus spiritus quodam velut vento in sublime expulsus, mentes vatum in vecordiam vertit, impletasque Deo responsa consulentibus dare cogit.* Ab Apolline dicti sunt ludi *Apollinares*, instituti occasione inuenti carminis Marci vatis, quod Apollini ludos vouendos censebat, quibus Prætor is præesset, qui populo plebique ius daret summum, eumque Diuum perduelles omnes extincturum: At Decemuiros Græco ritu sacra hostiis facturos. Ad id carmen expiandum, id est, procurandũ, diem vnum sumserunt. Altero die factũ S.C tum, vt Decemuiri libros [illegible] *Apollinis* inspicerent. Inspectis illis censuerunt patres ludos Apollini vouendos ac faciendos. Cũ hi primo celebrarẽtur, excitatã legitur plebem repẽtino hostis

uen

aduentu, eidem occurrisse & mox in fugam datum terga vertisse. Hos ludos populus spectare solebat laureatus, stipe data pro cuiusque facultatibus. Quoniā verò eidem recitatione fabularum commendabantur, T. Sulpitio Potito & C. Licinio Stolone Coss. cum vis pestilentiæ intolerāda vrbem vexaret, inter alia cœlestis iræ placamina,instituti sunt accitis ex Hetruria ludionibus. Estque notandum, eos ludos coronatum spectasse populum, ciues epulatos fuisse in propatulo, apertis ianuis, matronas supplicasse. Brutus, cùm esset Prætor, absens hos ludos fieri curauit, maxima administrationis parte ad Atticum pertinente. Quapropter per epistolam rogauit M. Tullium, vt eos spectare vellet. Reperitur etiam apud bonos auctores Accium Poëtam cōdidisse fabulam nomine Brutum, ex cuius titulo suspicari licet, celebratam eam his ludis scenicis fuisse,quos Brutus absens fecit.Sunt qui pestis gratia celebratos affirmant, alii verò Victoriæ caussa, in quorum sententiam eundum esse facilè iudicabit, qui, quæ antea de Martio vate ex Macrobio attulimus,diligentius examinarit.Cumque antea incerto die fierent, tulit legē P. Licinius Varus, vt dies ante tertium Nonas Quintiles his ludis foret status, qui deinde perpetuo sacer haberi est cœptus, qua de re videndus Liuius *libro 27.* Sacri habiti sunt Appollini cygni, quod cantu vitam finientes (etsi multi id negent) & velut diuinatione præditi alterius vitæ bona præsagiant, præuidentes etiā quid in morte sit boni *vt Cicero ait in Tusculanis.* Alia ratione per cornū eandem significari voluerunt nonnulli, nempe quod mediis æstiui temporis feruoribus solis beneficio pullos excludat idcirco peculiare aliquid sibi intercedere cum Sole existimātes. Quamquā alii auspicatissimo Oraculorum Deo inauspicatissimum hoc animal datum voluerint vt antipharmacum,quomodo & caper Baccho, & asinus datus Sileno. Gallus vero eidem dicatus, eo quod insitum illi videatur, *vt Proclus scripsit,* numen Apollinis aduocare, & velut assurgenti applaudere vocem edens lucis vēturæ prænuntiam. Etiam Gryphes Apollineo currui succedere finxerunt veteres: Vnde *Gryphenenm* vocatum Phœbum annotarunt non pauci. Quod eidē dedicatus sit lupus ob aciem oculorum est factum, qua noctis tenebras euincit etiam nocte intempesta, & in prædis inuadendis post famem nocturnam antelucanum tempus obseruet. Vnde in Aegypti regione, quæ Thebais dicitur Geographis,simulacrum Appollini,forma lupi dicatum, plurimi notarunt. Sed & arietem cum crocodilo,scarabæo,accipitre & leone ipsi consecratū legimus. Inter inuenta video ipsi ab Agathone Platonico, Diodoro & Ouidio medicinam deferri. Addit Diodorus artem diuinandi,Musicam & citharam, Heroicū versum acceptum ei fert Plinius. Vnde Tibullus: *Nec prosunt elegi, nec carminis auctor Apollo.*

* *Apollonium,* Ἀπολλώνιον dixerunt alii quod Athenienses Lycæum: id quidem ab Apolline (vt Græcorum vanitas argutabatur olim) sed longe alio respectu quàm ille putabant. Nā vt Græci Λοξίαν, ita Phœnices Appollinem à caligine & obscuritate dixerunt responsorum eius, quæ *adeo flexiloqua erat & obscura,* inquit Tullius, lib. 2. de Diuinat. *vt interpres egeat interprete.* Apolloniū verò gymnasium non tam ab Apolline (vt putatur) dictum est, quam à rerum obscurarum, & quæ in vulgo nesciuntur declaratione. Id enim proprium est virorum literatorum munus, & Gymnasiorum ornamentum: ex quo oppida quamplurima variis in regionibus consequuta sunt Apolloniæ nomen: & in Thebaide Aegypti fuit *Apollopolis,* id est, Apollinis ciuitas, & ab ea nomos *Apollopolites* apud Plinium,lib.5 natur.hist.cap 9.

Apophoreta, dona, quæ in magnificis conuiuiis à cœna dari solebāt conuiuis donum

domum ferenda, *παρὰ τὸ ἀποφέρειν* ſunt appellata, quod *auferre* vel *tollere* eſt nobis. Certe Martialem ipſummet ita accepiſſe hoc nomen, intelligi poſſe videtur ex *libro eius 14. Epigram. 1.* cum inquit: *Præmia conuiuæ det ſua quiſque ſuo.* Et Ambroſius in exhortatione ad virgines: *Qui ad conuiuium magnum inuitantur, apophoreta ſecum reportare conſueuerunt.* Et in Epiſtola ad Romanos: *Ad quod omnes inuitati: apophoreta duplicia conſequuntur.* Atque ita etiam Turnebus.

Apophthegmata, quæ Eraſmus dicta quædam acuta & breuia eſſe dicit, non cuiuſlibet quidem, ſed oratorum, legatorum, ducum, Imperatorum, complexus ea vno volumine; vt poſt eum Conradus Lycoſthenes. nomen ſuum acceſſunt *παρὰ τὸ ἀποφθέγγεσθαι*, quod eſt ſententioſe dicere, & paucis multa complecti. Rhetores dicunt apophthegma eſſe debere, *λακωνικὸν, αἰνιγματῶδες, στρόγγυλον, συνεσταλμένον, breue, obſcurum, rotundum & acutum*; Sicut Steſichorus ad Locros: *Non oportere*, dixit, *petulanter & iniuſte agere, ne cicadæ humi canerent*, id eſt, *ne deuaſtatis & complanatis omnibus herbis, arboribuſque eradicatis, canere cogerentur humi in poſterum.*

Apoplexia, morb⁹ aliis attonitus, motu ſimul & ſenſu priuans correptos, qua de cauſſa *attonitos* eos nominat Celſus *lib. 3. cap 26.* à ſymptomate ſuo nomē inuenit. Nā *τὸ ἀποπλήττειν percutere* vel *repercutere* eſt nobis. Hinc *ἀπόπληκτος ſtupidus, attonitus: nihil ſentiēs, percuſſus, die geſchlagene.* Quaſi enim malleo pcuſſi, aut ictu fulminis tacti ſubito cōcidūt. Tū ſtupēr, & quaſdam velut ecſtaſeos notas præ ſe ferunt. Vnde Gaza modò *totius corporis ſtuporem.* modò *attonitum ſtuporem omniumque m[illegible]orum reſolutionem* apoplexiam reddit. Apoplecticos verò interdū ſtupidos, interdū attonitos. Etſi Montanus in Rhaſem potius d[illegible]endos velit tales *καρωτικούς*. Vt utmque: Eſſe morbum eum [illegible] no[illegible]ſque totius corporis p[illegible]m, conſtat ex Paulo, Aetio, Alexandro & aliis, [illegible]quæ cum noxa principis animæ [illegible]nctionem, vbi iam cerebrum male affectum læditur præter naturam. Itaque libro definitionū, qui Galeni operibus adiici ſolet, de[illegible]itur hoc modo: *ἀποπληξία ἐστὶ καταστ[illegible] διανοίας μετὰ ἀναισθησίας [illegible] παρέσεως τοῦ σώματος.* Antiquiſſim[illegible] medicinæ dictator ſcribit de ea hoc modo: *λύειν ἀποπληξίην ἰσχυρὴν μὲν ἀδύνατον. ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηΐδιον.* In valida enim apoplexi reſoluto cerebro nullus patet exitus animali ſpiritui ad neruos, nec tolli poteſt cauſſa coniuncta, moriente prius ægro propter ſublatam quoque reſpirationem, quam adhiberi remedia poſſunt.

Apoſtolus, παρὰ τὸ ἀποστέλλειν mittendo. Miſit quippe Dominus duodecim præcipiens & dicens: *Euntes prædicate dicentes: Quia appropinquauit regnū cœlorum. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, dæmones eiicite. Gratis accepiſtis gratis date* Matth. 10. Miſit eos vt Euangelium omni creaturæ, id eſt, homini tam pagano aut Ethnico, quam Iudæo annuntiarent. Imo vt pater Chriſtum ablegauit in mundum, ita eos ſe mittere vel ablegare profitetur. Apud Demoſthenem pro Cteſiphōte Apoſtoli ſunt *apparatus claſſis & expeditiones maritimæ*, apud Iuriſconſultos literæ demiſſoriæ, *l. demiſſoriæ. ff. de verb. ſignific.* apud Platonē *Epiſtol. 7.* demiſſoria nauigia.

Apotheca, quæ nunc *ἐμφατικῶς* accipi ſolet pro medicamentorum repoſitorio cum tamen de aliis quoq; intelligatur rebus, vt de librorum recōditorio, *l. quæſitum. 3. inſtructo. ff. de fund. inſtruct.* de cella vinaria *l. videam. 15. § qui vinū. ff. locat.* de olei theca, *l. 1. de verb. ſignific.* de pecuniæ repoſitorio apud Pollucem *libr. 10. cap. 1.* acceſſit nomen *παρὰ τὸ ἀποτίθεσθαι* reponendo. Legimus & *ἀποθήκην τῶν ὅπλων*. Frequens idem vocabulum Plinio & Columellæ.

Apotheoſi, conſecratio vel in Deos relatio, vſurpa[illegible] quondā in Cæſarib[illegible] *παρὰ [illegible] ἀποθεοῦν* acceſſit nom[illegible], [illegible] quod in

Characem vsque versus Ortum extendit. Arabes Troglodytis conterminos facit Heliodorus libr. 8. Hi eorum populi à Plinio quoque enumerantur: Aroei, Ascitæ, Autei, Azarei, Cabarani, Eldamarij, Esbonitæ, Cnebadæi Mardani, Malei, Orei, Rhetaui, & Scenitæ. Strabo addit Chaulotæos, Agræos, & Chatramotitas. Scriptura sacra Sabæos, Ismaelitas, Medanitas & alios nominat. Arabes Mauritaniam habitantes, Alarbes vel Alarabes hodie appellantur. Arabia Hebr. ערב *Harab*, à locis campestribus & desertis sic dicta. *Haraba* enim est solitudo, locus vastus vbi omnia promiscuè sunt confusa. Id autē de deserta proprie intelligendū videtur. *Kedar* etiam dicta est à קדר *Kedar* filio Ismaelis nati ex Agar Saræ ancilla, à qua Agareni, qui Arabiam occuparunt, & Saracenorum, nomen vsurparunt, qui olim Ismaelitæ dicti sunt.

Araris Galliæ Narbonensis fluuius, Ptolemæo ἄραρ, Ammiano *Sacona*, Polybio (vt vult Paradinus in Lugdunensi historia (σκόρας, auctori de fluminibus βριγκλὸς, si modo fidem ei habemus, videtur eidem ἐν τῷ περὶ ποταμῶν παρὰ τὸ ἡρμόσθαι ab applicando deductus, eo quod per Allobroges in Rhodanum deferatur. Oritur in extremis Burgundiæ & Lotharingiæ finibus non procul à monte Velgeso, comitatum ac ducatum Burgundiæ intersecans. Iam illi nomen Lasone. Delatus autem Lugdunum vsque, vbi Rhodano miscetur nomen suum amittit.

Aratrum ab arando nomen arcessit. Olim cum vrbem essent conditurі, capacitatem loci aratro designabant. Virgilius. *Interea Aeneas vrbem designat aratro.* Contra si excindere ciuitatem volebant, & ob enorme ciuium delictum ius ciuitatis adimere, inducebant aratrum. Id quod in Carthagine, & Mediolano factum anno salutis 1163 constat ex historiis. Modestinus *ff. [illegible] omnibus mod[illegible]*. Si vsusfructus ciuitati legetur, & aratrum [illegible] ea inducatur, ciuitas esse desinit, vt passa est Carthago: Ideoque quasi morte [illegible] [illegible]re vsumfructum.

* *Arator* seu cultor aratri qui terram proscindit, & sulcos exarato in agro חרשתי *Caresch[illegible]eth* Hebræis dicitur, a חרש *Carasch*, arauit, prot[illegible]traxit sulcos. *Carisch*, aratio, proc[illegible]io [illegible]. Hinc etymon Latinum verbi aro, & nominum aratio, aratrum facilè apparet vt & Gr. ἀρόω fodio: ἐξαρόω effodio, & per apocopem ἀρόω, aro.

Arbaces præfectus ille Medorum, qui à Sardanapalo defecit, & ad quem Ionam missum nonnulli putant, nomen traxit ab ארה d[illegible]scerp[illegible]sit. Hinc Hebræis leo ארי Chaldæis אריא.

Arbela ciuitas in tribu Nephthali & Galilæa superiore nomen accepit, censentibus ita nonnullis, ab ארב *insidiatus est.* Fuit & eius nominis ciuitas Assyriæ, quam montem *Beli* vel *Baal* interpretantur, forte à templi religione Baali erecto, Nam הר Hebræis est *mons.*

* *Arbiter*, qui iudicium fert inter litigantes, sententiàque litem dirimit, iudex, βραβευτὴς. רוב *Rub*, à *Rib*, vel *Reb*, litigauit, rixatus est. *Rub*. q. d. arub. Inde arbiter. Cognationem habet *Rob*, cum *Rabab*, multiplicatus est: lites enim pariūt multa verba, multas ærumnas, multas impensas. A *Rob*, Rabula deducitur.

Arbitrium ab *arbitrando* dictum, apparet ex Plauti Capt. *Ne arbitri*, inquit, *dicta nostra arbitrari queant.*

* *Arbor*, אב *Eb*. אביב *Abib*. spica cum culmo seu calamo, à radice vsque ad summum. & אב *Eb*, pubes & pubertas; nam singulis annis, veris initio, arbores pubescere, & è radicibus ad fastigium (veluti ingentes & crassissimæ spicæ) virorem, florem & tandem fructuū vberes messes polliceri videntur. Magistri Hebræi quicquid in culmum ascendit, arborem seu lignum appellant. Dicitur etiam arbor עץ *Hets*, Lignum habens suos ramos extensas [illegible] formam spinæ

ignem *Apua.*

Apulia Italiæ regio, quæ nunc audit terra Batiana, rerum omnium cùm ad necessitatem, tum ad delitias mirabili abundantia scatens, amisso veteri Ausoniæ nomine ab Ausone rege indito, qui ex Armenia veniens sedes suas in hunc locum transtulerat, positum hoc initio nomen tulit (*vt quibusdam videtur*) ab α priuatiua, voce & pluuia quasi dixeris *Apluuiam*, quod ibi rarissimè pluat. Quod tamē etymō displicet inter alios Leandro, propter summam tritici, hordei, lini, olei, amygdalarum, & vini vbertatem, vt perpetuo eam æstu torreri non sit credibile. Quanquam negādum non sit, plurima in ea loca aquis destitui, & propterea siticulosam ab Horatio vocari. Placuit ergo aliis deduci nomen ab Apulo rege, qui fertur dudum ante bellum Troianum huc commigrasse. Vtcumque: Nomen id multis olim regionibus fuisse commune, notauit Strabo *libro. 6.* Sed à profundo circa Garganum sinu peculiariter incolæ nominantur Appuli, eodem, quo Peucetij & Daunii, sermone vtentes. Floruit tractus ille antiquitus rebus secundis: Sed Annibal eum & subsecuta tempora euastarunt. Ibi etiam accidit clades Cannensis, ingenti hominum strage nobilis.

Apyrenum, dulce mali granati vel punici genus veteribus Medicis, cui nulla inest lignosorum nucleorum durities, *vt ait Plinius lib.13.cap.19.* vel minor certè, quàm aliis, nomen suum deducit ab α priuatiua, & πυρῆνος, quæ vox *officulum* vel *nucleum* oliuæ proprie significat. Nō itaque intelligendum per *apyrenum* enucleatum aut exacinatum pomum, sed nuclei lignosi expers. Nam & Galenus inquit *lib.8.cap. 4.* κατὰ τόπους: ῥόας ἀπυρήνους κόκκοι, id est, πυρῆνες καὶ γίγαρτα. Seneca etiam tradit *apyrina* dici, non quibus nulla durities sit, sed quibus minima. De eisdem Epigrammatarius lib. de arb.cap.23.

Non tibi de lybicis tuberes & apyrina ramis,
De Nomentanis sed damus arboribus.

Aqua Gr. ὕδωρ, ab ὕω pluo deriuatū dicunt Grāmatici. quod étymon sequēdo, idem propriè foret quod ὑετός, humor cælo delapsus dum pluit, pluuia: generaliter tamen pro quauis aqua accipitur, siue cælitus delapsa sit, siue fluminum, lacuum, stagnorum, marium vel fontibus & scaturiginibus erupent. De aquarum differentiis & variis nominibus prolixe Grammatici in lexicis. Porrò aqua dicta quibusdam quasi *a qua omnia*, vt Thales Milesius septem sapientum vnus sensisse legitur rerum omnium materiam in humore cōstituens, ex quo omnia formauerit Deus. Etymi istius auctor fere primus Lactantius. Alia autem aqua fontana, quæ optima censetur, alia pluuialis cœlo decidua, & ea deterior putealis aut fluuialis, perque plumbeos tubulos delapsa dysenteriam frequenter gignens. His adde palustrem aquam, niuosam & eliquatam ex glacie, minime probatam Medicis, tum stillatitiam aliam atque aliam quidem. In genere probatur ea, quæ est *imbuta nullo sapore, leuis, meabilis, pellucida colore, & facile calescens.* Est quoque ex elementis vnum frigidissimum simul & humidissimum iuxta Galenum. Etsi Peripatetici aerem humidissimum ponant. Soluitur controuersia hoc modo: *Quippe vt medicamentum humidissimam esse aquam: vt elementum aerem.*

* *Aqua* Hebr. מַיִם, *Maijm*, Aquæ: est enim nomen dualis numeri, quia duplices sunt aquæ, superiores & inferiores, quas expansio seu firmamentum diuidit. Cognationem hæc vox habet cum ים *Iam*, i. mare: quia collectionē aquarū vocauit Deus mare. Hinc Græcis ἰμάω, ἰμάω, haurio aquā: item Lat. meo, as, are, vnde meatus aquarum. Hebr. locus aquarum multorum, & ipsa aqua multa, aquarum multitudo, profunditas, ... los, abyssus, vorago תהום *Tehom* ... tur ab המה, vt nonnulli volunt. ...

multuatus est, sonuit tumultuose, intonuit, fremuit, tumultuosus enim admodum est sonus & fremitus vndarum scopulis & littoribus allisarum. Hinc ὁιμάω, ὁιμέω, impetū facio, ὅιμα & ὅιμημα, impetus. A qua torrentis אפיק *Apik*, à verbo אפק *Apak*, i. vim intulit, impetum fecit, violenter egit. Cognationem habet cum אבק *Abak*, luctatus est: nam aqua torrentis videtur luctari aduersus quæcunque fiunt obuia. *Apik* igitur, quando de aquis, torrentibus, seu alueis dicitur, significat fluctum impetuosum, qui tempore pluuiali aquas habet densas & violenter decurrentes. fluit autem ab hac voce Gr. πυκάζω, stipo, munio. denso, inuoluo. 7.

* *Aquæ ductus*, ὑδραγωγία, ab aqua ducēda Lat. & gr. dictus vt Hebr. יבל Iabal, vel יובל Iubal, à verbo יבל Iabal. duxit, deduxit, adduxit. Item תעלה *Thehalah*, i. ascensio, quæ quum aquis tribuitur (vt 1 Reg. 18. 32. & 2. Reg. 18. 17. Ezech. 31. 4.) significat aquæductū per quem aqua ascendit & perambulat; à verbo עלה *Halah*, ascendit, conscendit in altū, sursum euectus est. Hin ἑλκω, verto, traho, ἐλαω, impello, ἀλέω, ἀλεύομαι, ἀλεείνω, ἀλύζω, ἀλυσκάζω, fugio. Est igitur aquæductus aquarū deductio, hoc est, quum alicūde aqua deriuatur, vt per cuniculos, impositis canalibus, aliò inducatur, siue ad bibēdum, siue ad irrigandum. Erat apud veteres ducendæ aquæ duplex ratio. Nā aut per subteraneos cuniculos ducebatur aut opere arcuato.

* *Aqua-intercus* Vide *hydrops*, seu *hydropisis*.

* *Aqualicus*, aluus quo sordes defluunt. Aqualiculus diminitiuū Vas in quo porci sorbent, Gr. γάστρον. Metaphoricè pro albo seu ventre sumitur. Pers. Sat, i. *nugari, quum tibi, calue, Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet*. In quem locum crudit. Casaubonus, vt ex aquali, inquit, funditur aqua, sic ab illa parte vrina. sed Latini ea voce vsi variè, apud medicos interdum etiam pro ventriculo: quomodo Marcellus Empyricus accipit non semel. Seneca ad Lucil. *cum peruenit cibus in ventrem, aqualiculi feruore concoquitur, tunc demum corpori accedit.* Heic stomachi ventriculus dicitur. Senecæ aqualiculus. Th. verò Gaza imam inferioris ventris partem, quam Aristoteles sub ἦτρῳ locat, & ἐπίσειον vocat, aqualicum dixit, &c.

Aquagium, quæ agium Festo. * Idem quod aquæ ductus ὑδροχόη ἀγωγός. Pōp. L. hoc iure. de aqu. quotid. *Dum ne fundum Domino, aut aquagium riualibus deterius faciat.*

Aquarius signum cœleste ab nostris Astrologis hac (♒) nota expressum ab aquis nomen inuenit, quas constat eius exortu largiꝰ fundi. Itaq; ὑδροχόον vocāt Greci, *fusionē aquæ* reddideris, in qua volutari pisces putat Manilius & Iouianus:

Hīc tener humētes resupinat Aquariꝰ vrnas,
Ac (mirum dictu) riuos e sydere ducit.

Et inde:

Cuius ad exortum resupinat Aquarius vrnas
Stella micās, vnde irriguus deuoluitur amnis.

Aquilia lex de damno sine culpa iniuria dato, rogata legitur à plebe per Aquilium Tribunum plebis, apud Vlpianum *l. 1. ff. ad leg. Aquil.* cum eam plebiscitum esse scribit. Deducitur autem in capita duo, quorum nobis est vsus. Primo capite damnū hoc venit, quod quis ob seruum, aut pecudem per iniuriam occisum patitur. Nam quanti ea res acto retrorsum anno plurimi fuerit, tantum domino dare condemnatur hac lege, *vt etiam scriptum l. 2. l. ait lex. ff. eodem*. Quamquam damnum hoc æstimari atque sarciri oporteat, non ex nostri animi affectione, sed pro cōmuni atque adeo iusta istius loci æstimatione, in quo reus conuenitur *l. si seruum. ff. eodem*. Et pecudem intelligimus hic tantum eam, quæ gregatim pasci cōsueuit, quales equi, muli, asini, oues, boues & capræ, quibus Labeo annumerat sues. Altero legis capite veniunt damna reliqua rebus animatis aut inanimatis sine iure illata, occisione

Deorum numerum ... significat: Quibus illa ceremo... fierit, docet Herodianus ....

Apparitores, quod apparerant & praesto sint magistratibus, sunt appellati. Tales erant *scribae, accensi, Interpretes, praecones, viatores, serui publici, Lictores*, sicut intelligi videtur ex Senatoris cuiusdam oratione apud Tacitum *13. Annalium.* Idem apparet ex Cluentiana oratione Ciceronis, qui alias epistola quadam ad Fratrem eadem munera libertis delara fuisse scribit, vt & stante Republica factum pro ... ab Hirtio *i. de bello Alexandrino.* Plerique vero ex illis superioribus dicti sunt Calatores, qui (*vt patet ex veteribus Glossis*) non modo κλήτορες, ἱεροῦ καλάται, ἱερῶν περίπολοι, sed etiam δοῦλοι δημόσιοι, id est, *serui publici sunt dicti*, ex libertinorum genere omnes. Equidem libro de illustribus Grammaticis meminit Suetonius Cornelii cuiusdam Epicadi illustris admodum Grammatici, qui simul calator fuerit & Libertinus. Quapropter tales apparituram facere dicebantur.

Appetitus vide *Concupiscentia.*

* *Appellatio*, ad superiorem iudicẽ prouocatio. Hebr. פלילה *P...*, & פלילים *Pelilim*, Iudices ad quos prouocatur est, & qui de lite ius dicunt, a verbo פלל *Pillel*, appellauit, ad iudicẽ prouocauit. Huic affine est נפל Napal cecidit, nam qui ad iudicem prouocat ille ceu procidens implorat eius patrocinium. H... Lat. appello, compello, interpello. Qui appellat, inquit Vlpianus, maiorem iudicem debet appellare. Appellare aliquem de nomine, ὀνομάζειν, קרא *Kara*, Gall. *crier, appeller quelqu' vn par son nom.*

... via, quae à porta Capena Capuam vsque tendebat, *teste Iulio Frontino ...*. vel (vt alii) Brundusium vsque, ab Appio Claudio Caeco nomen accepit, qui primus omnium, *vt scribit Liuius libro 9. Decadis. 1.* libertinorum ... inquinauit Senatum, & arcuatam ... aquam in vrbem perduxit, deque Pyrrho in vrbem non recipiendo sententiam tulit, *teste Pomponio l. 2. ff. de ...*. Nam is, vt idem affirmat, hanc ... strauit. Fuit haec via Potinis paludibus proxima. Quapropter cum ea saepe multis locis ... reretur, consulem Pansam consuluisse legimus de ea instauranda. Tendebat quoque in Apuliã, quemadmodum Cassia in Thusciam, Flaminia in Galliam. De maritimis vrbibus praecipue eam attigisse Tarracinam, Formias, Minturnam, Sinuessam, Tarentum atque Brundusium, *auctor est Strabo* lib. 5.

Appuleia lex, quam tulit L. Apuleius Saturninus Tribunus plebis, C. Mario, V. & M. Aquillio Coss. Hac lege postulatus est C. Norbanus, quem M. Antonius Censorius defendit, *vt in 2. de Oratore scribit Cicero*: Ex quo apparet, hac lege vim in vrbe ac seditionẽ esse vindicatã.

Apricus locus, soli expositus. Sed vnde nomen: Ab α priuatiua, καὶ τῆς φρικὸς, *horrore.* Ita Festus, & ex Festo Isidorus. *Apricari*, est esse in aprico iuxta Marcellum. Varro Mysteriis: *Licet videre multos quotidie hieme in sole apricari.*

Aprilis mensis anni secundus ex ordinatione Romuli vnde nomen habeat, non satis conuenit inter auctores. Dictum enim Aprilem nonnulli volunt, quasi *Aphrilem*, à spuma, quę Graecis est ἀφρὸς ex qua orta creditur Venus. Rationem appellationis huius inditae à Romulo, ... adferunt huiusmodi: Vt primũ quidem mensem patri Marti, alterum matri Æneae Veneri dedicare vol...., quo principia anni potissimum ... rent illi, à quibus esset Romana nominis origo. Vnde in sacris Martem patrem, Venerem genitricem vocabant. Alii primos hos menses ita ordinatos a Romulo volunt, vt, cùm praecedens esset dicatus Marti, Deo hominum interfectori, proximè sequens illi consecraretur, quae vim eius contrario beneficio leniret. Diuersam ab his sententiam tuetur Cincius ... Ma-

crobii 1. *cap. 12.* nempe *non adsumeße hunc mensem a Venere, cum nullus dies festus per hunc mensem* [illegible] *Veneri, nec* [illegible] *laus in Saliorum carminibus celebretur. Cui rei adsentire videtur Varro* [illegible] *sub regibus quidem apud Romanos vel Latinum, vel Græcum* [illegible] *, atque* [illegible] *potuiße nomen* [illegible] *ab eo deduci. Sed cum fere ante* [illegible] *tenebrosum, vel potius nubibus* [illegible] *exclusum, mare nauigantibus clausum, terra imbribus, aqua & pruina tecta, eaque omnia aperiantur hoc mense,* [illegible] *se* [illegible] *in germen arboribus, aperiendo potius dictum Aprilem,* [illegible] *ἀνθεστηρίων idem dictus Atheniensibus, quod tum prodeunt flores e terra. Quamquam Varro non negat* [illegible] *potest,* [illegible] *tum* [illegible] *cerent ma*[illegible]. H[illegible] fere Macrobius contra Plutarchum in Numa, imo contra Fuluium Flaccum & Iunium Gracchum, quorum mentionem fecit Varro *4. de li*[illegible] *Latina*, quique [illegible] a spuma tractum id nomen volunt. Et [illegible] respicere eo videntur illa Ouidii Fastorum 4.

Sed Veneris mensem Graio sermone notatum
Auguror, a spumis est Dea dicta maris.
Nec tibi sit mirum, Graeco rem nomine dici:
Itala nam tellus Graecia maior erat.

S[illegible] quod [illegible] tempore [illegible] Calendis [illegible] est Veneri, non nec [illegible] Verrio, cum mulieres [illegible] ferris [illegible]abantur, idem Poeta [illegible] in Fastis his verbis:

Rite Deam colitis Latiae matresque, nurusque,
Et vos, [illegible]
A[illegible] *collo,*
[illegible] *est.*
[illegible]
[illegible] *est.*
[illegible]
[illegible] *Satyri,* [illegible] *Deam.*
[illegible]
[illegible]

* Hebrais [illegible], Pubes dicitur,

Maturus, tempestiuus, tendens ad maturitatem: item substantiue Pubes, Pubertas. & vsurpatur tantùm de terræ nascentibus, quæ verno tempore progerminãt vnde Georg. 2. Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu. Deinde κατ᾽ ἐξοχὴν pro spicavirente & maturescente. Quoniam vero Aprilis est mẽsis pubertatis, in quo terra aperitur, & terræ nascentia in Orientis tractu pubescunt, אביב *Abib* dictus est, primus mensis apud Hebræos, alio nomine ניסן *Nisan*, qui partim Martio, partim Aprili nostro respondet. *Aprilis* igitur, quasi aperilis, quod terra aperiat, mẽsis spicæ, pubertatis: alio nomine Hebræis זיו *Ziu* dicitur, à splendore seu nitore. nam זיו *ziu* Chaldæis idem significat quod Hebræis נגה *Nogah*, i. splendor, quia in secundo mense nempe Aprili, splendescunt & emicant omnis generis semina, atque in arboribus folia nascuntur. Plutarchus latinissans ἀπρίλλιον vocat. Græcis Θαργηλιών. Hebræi nonnulli Aprilem *Iiar* dicunt, & *Nisan* Martium. Vide *Mensis* & *Pubertas*.

Aptera ciuitas Cretæ (aliis ἀπτερία, sed male) & forsan *Apteron* Plinii, sic dicta, quod Sirenes ibi contendentes cum Musis suasu Iunonis, & tandem victæ alarum iacturam fecerunt, quas illis Musæ emulserunt. πτερὸν enim est ala.

Apua Pisciculi genus [illegible] nuti & ex limo concreti, vt vult Aristophanis interpres in Equitibus, [illegible], piscium esca, vel ex spuma nati secundum Athenæum *lib. 7.* non semine, [illegible]men prodit Aristoteles *6. Hist.* [illegible] cessere videtur nomẽ ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ *spuma*. Vnde & ἀφρύη dicta, estque genus eius ἀφρῖτις, cuius & Oppianus meminit ad finem *libri primi*. Vocatur etiam [illegible]λις. At alia Plinii sententia [illegible] quoad etymon, cum inquit [illegible], *aphyen Græci vocant:* [illegible] *pisciculus e pluuia nascitur.* [illegible] παρὰ τὸ [illegible], ἀφύη. Quoniam verò [illegible] gatur, [illegible] περὶ τῶν [illegible]

recenſere non poſſent, incredibilem vetuſtatẽ prętenderũt. Quin Xenophō tradit ſolos eos *indigenas Peloponneſi* fuiſſe.

* *Arcanum*, ſecretum, occultum, ab arca, in qua quæ clauſa ſunt ſecreta manent, vel ab arce, quæ vrbis pars eſt tutiſſima. לאט *Laat*, & לוט *Lot*, latuit, Latitauit, illecebrauit, inuoluit occultando, Hinc *Lat*, arcanum, quod latet & occultatum manet niſi detegatur. λήθω, λανθάνω, lateo; item λάθρα, clam, & λάθος. λήθη, λαθύτης obliuio, latito: quod res oblitę, lateant & occultæ ſunt; donec per reminiſcentiam reuelentur. Eſt autem memoria velut arca, vel arx, in qua tuto conſeruantur & latent innumera quæ quum opus eſt proferuntur in aliorum commodum, vt eruditorũ virorũ colloquia & ſcripta teſtantur.

Archangelus, angelorum princeps.

* Is eſt Ieſus Chriſtus Dominus noſter, magnus ille Michaël (vox ſignificat eũ qui tanquam Deus fortis eſt & æqualis Deo, Hebræa appellatione) cuius mentio in ſcriptura S. tũ apud Danielẽ, tum in S. Iudæ epiſtola, & in Apocalypſi. Idem Dominus & ſeruator noſter ab Apoſtolo D. Petro vocatur ἀρχιποίμενος, Paſtorum princeps ſeu Archipaſtor, & vere Archiepiſcopus, epiſcoporum ſeu vigilũ in Eccleſia Dei princeps Syrius interpres vertit רב רעותא *Rab Rehautha*, q. d. Magiſter, doctor, magiſtrorum, docentium. Nec enim principatus ille multus, magnus, eximius, vtiliſſimus, in vlla re præterquam in doctrina & diſciplina, per quam filii Dei ad ſalutem æternam adducantur, conſiſtit.]

Archimimus mimorum primus & princeps, *Archiatros* medicorum princeps. *Architriclinus* qui apparando conuiuio præeſt, *Architectus* ædificiorum ſtructuras erigens, & machinas inter alios præcipuè ſtruens: Quibus nominib. omnibus origine Græcæ ἀρχων, id eſt, *Princeps* compoſitionis auſpicium dedit. Extrema ſyntheſeos pars per ſe nota eſt vnicuique

Archontici hæretici, ἀπὸ τῶν ἀρχόντων vel ἀρχῶν, id eſt, *Poteſtatibus* nomen trahunt, quas illi velut Deos quoſdam ſecundarios habebant angelorum etiam ipſorum patres. Ab his mundum conditum aiebant Reſurrectionem carnis negabant. Tetra hæc peſtis ſpargere cœpit virus ſuum ſub Conſtantio Conſtantini Magni filio.

Arcticus circulus ἀπὸ τοῦ ἄρκτου, id eſt, *vrſa*, à cuius priori pede deſcribitur, nomen inuenit. Deſcriptus eſt ille à Gemino præſtantiſſimo ſcriptore, *vt & Scaliger notat in Maniliũ*, his verbis: ἀκρτικὸς μὲν οὖν ἐστὶ κύκλος ὁ μέγιστος τῶν ἀεὶ θεωρουμένων, κύκλων ὁ ἐφαπτόμενος τοῦ ὁρίζοντος καθ' ἓν σημεῖον, καὶ ὅλος ὑπὲρ γῆν ὑπολαμβανόμενος, ἐν ᾧ τὰ κείμενα τῶν ἄστρων οὔτε δύσιν, οὔ τε ἀνατολὴν ποιεῖται, ἀλλὰ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς περὶ τὸν πόλον στρεφόμενα θεωρεῖται.

Arcturus, ſtella ſupra media Arctophylacis ctura, vt ſcribit Proclus in libello *de ſphæra*, quaſi ἄρκτου οὐρὰ, id eſt, *Vrſæ* (nempe maioris) *cauda* nomen accepit. Hebræi כימה *Kima* nominant Sidus illud cæleſte, cuius ortus & occaſus ciet frigus & procellas, atque in angulo aquilonari exiſtit. Eius mentio fit Iobi 9.9 & 38.31. Amos. 5. 8. Quidam Orionem, alii (quos ſequimur) Arcturũ vertunt. Hinc χεῖμα, χειμών, hyems, tempeſtas: χειμάζω, hyemo, χειμάζομαι, tempeſtatem fero. Virgilius. Æneid. 3.

Sidera cuncta notat tacito labentia cælo:
Arcturum pluuiaſque Hyadas, geminoſque Triones,
Armatumque auro circumſpicit Oriona.

Seruius in Virgilium collocat arcturum pone caudam in ſigno Bootæ, qui pleriſque idem cum Arctophylace cenſetur, vt Arato, qui canit hoc modo:

ἀρκτοφύλαξ, τόν ῥ' ἄνδρες ἐπικλείουσι βοώτην
οὕνεχ' ἁμαξαίης ἐπαφώμενος εἴδεται ἄρκτου.
καὶ μάλα πᾶς ἀρίδηλος· ὑπὸ ζώνῃ δέ οἱ αὐτὸς
ἐξ ἄλλων ἀρκτοῦρος ἑλίσσεται ἀμφαδὸν ἀστήρ.

Quæ Cicero reddidit in hunc modum:

Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes,
Quod quasi temone adiunctam prae se quatit vrsam.

Huic autem subter praecordia fixa videtur
Stella micans radiis, Arcturus, nomine claro

Aliquando etiam accipitur pro ipso Boote. vnde Suidas ἀρκτοῦρος λέγεται καὶ αὐτὸς ὅλος ὁ βοώτης.

* *Arcus* instrumentum notum, quo sagittæ emittuntur; ab arcendo dictus, quod eminus arceat hostem, non cominus propulset, sicut ensis aut hasta. Hebr. קשת *Kescheth*. cognationem habet cum קשה *Kascheh*, durus fuit: est enim instrumentum rigidum, neque facilè tenditur. Alludit ad קש *Kasch*, illaqueauit: nã hominibus & feris insidiamur cum arcubus vt eos interimamus sagittis emissis. Hinc τοξεύω, sagitto, iaculis peto; τόξον arcus, & alia deriuata. קשת *Kaschath*, τοξότης, Sagittarius dictus Ismael. Genes. 21. 20. Arquites antiquitus dicti arcu præliantes, quos nunc sagittarios vocant Galli *Archers*. τόξον etiam deriuant à טחה *Taca*, i. emisit sagittam, remotissimè, quod sine arcu fieri nequit.

* *Ardelio*, homo inquietus, & huc atque illuc semper volitans, saliens, atque omnibus negotiis sese immiscens; πολυπράγμων Hebr. דלק *Dolek* à verbo dalak, insectatus est aliquem festinanter, magnis passibus, ardente animo. A dolek ardelio, in quem lepidè epigrammatarius, *vis dicam quid sis? magnus es ardelio.*

Ardea auis quæ culpat aquas, cum nesciat ipsa natare ab *arduo* dicta, quod volet in altum. Quare & Seruius quasi *arduam* dictam *ardeam* scribit in istum Virgilii locum: *Notasque paludes Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.* Est & eius nominis Latii ciuitas ita nominata à regionis ardore, quo respexit Martialis, vel potius ab augurio auis Ardeæ, quæ Græcis ἐρωδιὸς est, παρὰ τὸ ἐν τοῖς ἕλεσι διατρίβειν, sic affirmante Gaza. Huc sane respexit Maro Æneid. 7. cum canit

Quam dicitur vrbem
Acrisioneis Danae fundasse colonis
Præcipiti delata noto: Locus Ardea quondã
Dictus auis, & nunc magnum manet Ardea nomen.

* *Ardor*, ab ardeo Hebr. חרר *Carar*, & *Arar*, si leniter pron. vstus est. Inde *Arcur*, ardor, adustio. Ab *Arar*, vror, & ardor, dicitur etiã Ardor, seu incendium, combustio, inflammatio, בערה *behera*, à בער *babar*. arsit, accensus est, deflagrauit. Et metaphorice significat in ira & furore agere. Vnde homo furiosus iracundus, & omnia bruto impetu perpetrans בער vocatur. Hinc πυρόω, ardeo, comburo; & πῦρ ignis, Lat. ferbeo, furo. Ira furor breui est. Si fortiter pronuncias ח Carcur est morbus ardens febris, cui cognatum est, vel à quo fluit vetus nomen *Querquera*, i. febris magna & grauis, vt Festus ait, & Plautus confirmat in Friuolaria, Lucillius item & alii. Hinc etiam *areo*, *aridum*, oriuntur, si mollior sit pronuntiatio.

Area, quòd frumenta in ea *terantur* & *arescant*, dicta Varroni. Festus ita ab *arescendo* deriuat, vt ad locum ipsum referat, quæ generare potest nihil. A similitudine huius appellantur & areæ loca in vrbe pura, & vacua, non ædificiis, constructa.

* *Area*, Hebr. גרן *Goren*, à גור *Gur*, aut *Gor* quod inter alia significat congregare, quod in area colligentur & comportentur fruges. Cognationem habet cum אגר *agar*, i. congregauit, collegit. Hinc מגורה *Megura*, horreum, locus seu receptaculum frugum. Cui conuenit χώριον, villa. Græcis *area*, ἅλως, l. in r mutata Area etiam, seu ἅλως, *halos*, est corona, seu circulus siderum, vt loquitur Seneca, in quæst. Nat. id est circulus apparens circa Lunam & Solem.

Areopagus, Græce ἄρειος πάγος, *Martius vicus* vel Colliculus, nomen *teste Pausania in Atticis*, adeptus suum, quod Mars illic primus, Halirrhotio interfecto, iudicio se sistere fuerit coactus. Hic senatus

Areopa

Areopagitarum, quem velut alteram ancoram populari imperio adhætere voluerat Solon, iudicium exercebat de cæde, vulnere de industria facto, de incendio, veneno, si quis eo dato necem attulisset, & patricidio, iis tamen exceptis, qui adulterum deprehensum cum vxore interfecissent. * præcipue verò de impietate, sicut apparet ex eo quod de Theodoro illo Atheo narrat Laertius. Huc iniustè pertractus est D. Paulus, vt de noua doctrina rationem redderet, Act. 17. 19. Laertius refert Socratem ab Areopagitis damnatum, quòd non eosdem atque ciuitas deos putaret, & noua numina inueheret. Fuit hæc curia iudicum Atheniensium sita non procul Acropoli, nempe circiter προπύλαια quæ vocant, vt testatur Pausanias: ideòque Areopagus vocata est, quasi Martium collem dicas; vel quod Marti consecratus esset collis iste, vel quod primus Mars (vt fabulantur) cædis causam in eo iudicio dixisset.] Antequam actio intenderetur, cogebantur actor & reus grauissimo se iureiurando obstringere, & bis inde caussam orare. Iudices autem sedebant in duobus argenteis scabellis, quorum vnum, *teste Pausania*, Contumeliæ, alterum Impudentiæ dicebant, atque ita noctu & sub dio summo cum silentio audiebant caussas, adempta conciliandorum affectuum facultate, ne iudicum animus à norma recti deflecteret, vt est apud Hermogenem. Inter iudices, qui numero erant nouem, erat & regi locus, qui corona, *vt ait Pollux*, deposita iudicabat. Athenæus prodit ex Hyperidis sententia *libro 13.* si quem in caupona cœnasse comperissent, prohibuisse eum ascendere in Areopagum. Eosdem puerum dãnasse, qui oculos coturnicibus eruerat, scribit *Quinctilianus*. Diligenter etiam inquirebant, quid ageret Atheniensium vnusquisque, vel quo quæstu se sustentaret, *auctore Valerio*. In numerum eorũ cooptabatur nemo, nisi & stemmate nobilis, & per specta virtute dignus censeretur Græciæ totius iudex, sicut in Areopagitico Isocrates prodit. Vtrũ Solon Senatum hunc instituerit, dubitant eruditi. Etsi enim Plutarchus affirmet, ex Isocrate tamen colligi non potest. Neque Laertius vllam institutionis mẽtionem facit in eius vita. Sunt qui ante Solonem fuisse produnt, sicut intelligi potest ex illis, quæ de *Marte* (*fabulosè tamen*) prodita leguntur memoriæ.

* *Argentum*, Hebr. כסף *Cesepb* (pr. Késeph) metallum est post aurum in magno pretio, idque cùm infectum, tum factum. Infectum, quod rude impolitum & nondum elaboratum est, inque massa adhuc constitutum quo sensu dicitur, Iob. 28. 1. *Est argento eductio.* factũ quod elaboratũ est, εἰργασμένον, siue in laminas deductũ sit, siue in vasa aliámve suppellectilẽ fabricatum: tanquã si argẽteũ dicas, aut ex argẽto factũ, argentóve tectum aut opertum: quo sensu dicuntur instrumenta argenti, Genes. 24. 53 & cãdelabra argenti, 1. Chron. 28. 15. aliaque huius generis infinita, Latinis vsitata, & quidem absolutè argenti voce posita. Secundo, significat *Cesepb* pecuniam siue monetam, eamque inprimis argenteam, per metonymiam materiæ: quo tropo aurum, pro moneta aurea, lapis pro pondere, ferrum pro compede ferreo, lignum pro numella, linum pro ellychnio in scripturis S. ponuntur. De hoc sensu argenti luculentissimè testantur loca Deuteron. 2. 28. & 1 Reg. 21. 6. & Psal. 15. 5. Matth. 25. 18. 12. Act. 3. 6. &c. Innumeras autem loquendi formulas de argento apud Mosem & prophetas occurrentes adscribere, non est huius instituti. Græcis ἄργυρος ου, ὁ: argentũ, ipsa materia: ἀργύριον verò pro numis pecuniave sumptũ est. Hinc Pollux expressè testatur, Græcis ἀργύριον etiam dici τὸ νόμισμα: & Varinus scribit, ἀργύριον πᾶν νόμισμα εἴτ' ἐν χαλκῷ, εἴτ' ἐν ἀργύρῳ, εἴτ' ἐν χρυσῷ. argẽtum esse quemlibet numum siue in ære, siue in argento, siue in auro.

varia Græcæ vocis ἀργυρὸς coniugata relinquimus quæ ex lexicis facilè colligentur. Latini argenti vocẽ cõsensu sumunt; *Emunxi* inquit ille *argento senes*: & apud Ciceronem in Topicis, *Pecunia nomen argenti retinet*. Hinc *argentum signare, cudere, conficere, consumere, in stipendiũ imponere, fœnori locare* protritæ apud eos phrases. *Argentariam facere*, i. vsuram pecuniis exercere; *argentariam dissoluere*, i. foro cedere; & argentum præsentarium pro pecunia numerata dixerunt. Tertiò, *Ceseph* non tantùm pecuniam significat, sed diuitias, opes, facultates & quicquid in patrimonio consistit, res stabiles siue soli, & mobiles vt Iuriscõsulti loquũtur Quo sensu pecuniæ vocem etiam Latini Synecdochicè vsurpãt. Porrò Hebræi sic sumunt, partim absolutè, partim addito nomine auri. Absolutè, Genes. *31.15*. *Etiã ne comedendo comederit argentum nostrum?* Addito nomine auri, vt Deuteron. *8.11.12.* &c. Caue tibi ne obliuiscaris Iehouæ, &c. quum argentũ & aurũ auctũ fuerit tibi. Sic Psal. 105.37. Eccl. 2. 8. Esai. 2.7. Hos. 2. 8. & alibi. Hoc tropo Abraham כבד בכסף *Cabed baccesepth*, grauis in arg[illegible]o hoc est, diues, locuples, amplis fortunis præditus dicitur, Genes. 13.3. Et, vt Græci loquuntur, fuit χρημάτων ἀνὴρ, πολύχρυσος, πολύχαλκος, ἀργυρίτα, pecuniarum vir (*homme de moyẽ*) multi auri & æris, argento abundans. Ad etymõ quod attinet, Hebræis *Ceseph*, metonymiã effecti, à כסף *Casaph*, dicitur, quod desiderare, cõcupiscere ex tota anima, valde expetere significat: vnde natum Syrorũ *Cesupha*, i. desiderium, amor, deliciæ. Est enim argentum (vt & aurum) siue factũ, siue infectum, siue etiam signatum, ita comparatũ, vt eius desiderio nemo non summè teneatur. Hinc eius causâ omnia faciunt homines, inquit Cicero. Verùm & subiecti metonymiã, *Ceseph* i. pecunia, ab amando vel desiderando dicitur: propterea quòd iis quos amamus, pecuniã cõtribuere vulgo solemus aut debemus, iuxta antiquorũ, etiam Gẽtilium morẽ: apud quos olim receptũ, vt quũ aduersã fortunam passus esset aliquis, amicorũ atq; sodalium facultatib. subleuaretur. accipiebat is autem pecuniæ summam aliquam eâ lege, vt si Deus aliquando meliora daret, quantũ illi erogatũ esset, tãtũdẽ ipse restitueret. Et hâc illi pecuniam vocabant ἔρανον, i. amatoriam, ab ἐρᾶν, amare: vt factũ ipsum ἐρανίζειν, respectu plurimùm accipientis, vel ἔρανον συλλέγειν dãtis respectu, & ἔρανον εἰσφέρειν. Syris deinde & Chaldæis, *Cesaph*, metonymiã adiuncti dicitur à *Cesaph*, quod significat pallescere ratione habita coloris. Argentum enim est albũ, qui color palloris est particeps. Huc Salomõ respiciẽs Eccles. *12.6.* vocauit medullam in spina dorsi *Chebel baccesepth*, funem argenteum, i. album. Est enim medulla illa alba, vt argẽtũ. funẽ verò, quia à cerebro per spinã dorsi, vt funis descendit. Græci huc respiciẽtes ἀργύριον dixerũt quasi ἀργὸν quod idem esse ac λευκὸν, i. album Eustathius testatur. Hinc χῆνα ἀργὴν exposuit λευκὴν, i. albũ anserem: & ἀργὸν ταῦρον, albicantem taurum: quumque hic color propri⁹ sit argẽti, vt auri proprius est flauus, ideo κατ' ἐξοχὴν color candidus, solo splẽdore ab albo differẽs. qualis in niue, argento polito, & margaritis visitur, dicitur argẽteus; quẽ Theocritus Græcè reddidit ἐκλευκον λευκοφαὲς, αἶγον, κνακὸν: Hesiodus, ἀργύρεον, ἀργύφεον: & Nonnus, ἀργὸν, ἀγλαὶν (ἀπὸ τῆς ἀγλης) ἀργυροειδές, ἀργυροφεγγὲς, &c. Latini, Græcos imitati, ab eodem colore albo, qui ipsis ἀργὸς dicitur, argentum vocarunt. Vnde Isidorus: *Argentum*, inquit, *non longè à Græca appellatione distat. Hoc autem illi ἄργυρον vocant: quum mirum in modum illud dum candidum est, impressum corpori lineas nigras reddit.* Hæc de argento.

* *Argo*, gen. fœm. ἀργώ, prima nauis fuisse creditur à Græcis instituta (Phœnices enim longè ante, vt & naues Salomonis nauigarunt) quâ Iason cũ Græciæ nobi

nobilibus in Colchida, auri reperiendi gratia, nauigauit. Hanc volunt ab Argo architecto ita denominatum: alii à velocitate. ἀργὸς enim, velox. Alii ab Argiuis qui in ea vecti sunt, vt Cicero refert, lib. 1. Tuscul. quæst. De Argo & heroibus Argonautis vide Apollonium & Valerium Flaccum.

Argonautæ, seu nautæ nauis Argus, qui ad vellus aureum rapiendum nauigarunt Colchos per Phasidem duce Iasone, quique in vrbe Cyzico templum exstruxerunt Rheæ, Ioui Vrio, vt Etesias placaret, sacrificarunt, *vt refert Apollonius lib. 2.* Sed de illis aliàs plura.

Argos, Peloponnesi oppidum Ptolemæo, quibusdam videtur dictũ ab Argo Phoronei nepote. Quare quidam etiam φορονικὸν vocãt, *vt Refert Pausanias*, necnon Stephanus, apud quem dicitur simul ἴασον & δίψιον. Strabo habet παλυδίψιον καὶ φορωνικόν. Eustathius tradit à Sophocle nominatũ δωρικὸν καὶ ἱππόβοτον. Ex quibus appellationẽ vltimam apud Homerum quoque inuenias Iliad. γ, vt & apud Theocritum εἰδυλλ. λα. Ita & Euripides in Iphigenia ἄργος ἵππειον vocat. *Aptum equis* dicit Horatius, Homericum illud epitheton exprimere volens, *lib. 1. Ode 7.* Plinius in hoc tractu duo oppida cõmemorat, quorum vnum Hippium, alterum Dipsium vocat. Nec omittendum interim aliquos ad Argum Iouis & Niobes filium (sed fabulosè) originem referre nõnullos ad Argiuos, qui huc nauibus aduecti ferebantur. At incerta hæc omnia, suisque difficultatibus & tenebris inuoluta. Apud Poetas legas passim Iunonem hanc vrbem, vt & Mycenas Spartamque magna prosecutam fuisse beneuolentia. Eadem de patria Homeri ausa contendere iuxta vetus illud:

ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν ὁμήρου;
σμύρνα, ῥόδος, κολοφὼν, σαλαμὶν, ἴος,
ἀθῆνος, ἄργος.

Argumentum oratio rei dubiæ fidem faciens, dictum Isidoro, quasi *argute inuentum*. [Est enim argutæ mentis proprium vt sua dicta vera esse persuadeat, idque firmis rationibus.] Alii ab arguendo deriuant, vnde & nomen argumentationi, quam Cicero tamen ita ab argumento distinguit, vt argumentum sit ratio dubiæ rei fidem faciens, argumentatio argumenti explicatio: petũtur argumenta ex locis Dialecticis, qui sunt velut signa & indices manusque mercuriales ipsa argumenta monstrantes.

Aristæ partes spicæ acutissimæ & summæ, nomen habere videntur Grammaticis, quod primum arescant.

* *Aristus*, Gr. ἔριξ pars illa in spicis, quæ est instar setarum vel pilorum horrentiũ, vnde etiam Lat. horreo, fortasse à שער *Saar* ducit originem, significat enim horruit, & שעיר *Sahir* hirsutus fuit. *Virgil. Aeneid. 8. Romuleoque recens horrebat regia culmo.* Aristæ etiam vento agitata & sibilantes שבלים *Schibballim* dicuntur, à sibilo decursum aquarũ imitante. Arista, ἀθέρα, ἀστερίνη. ἀνθέριξ. Hanc ab ariditate Grammatici Latini dictam putant, quòd sit omnino arida. Nos horrida, propter horrorem pilorum. Pers. Satyr. 3. *Alges, quum excussit membris timor albus aristas*, id est pilos.

Arma ab hostibus arcendis dicta existimat Varro, Festus ab *armis*, id est, *humeris*, à quibus illa dependent. Tolerari potest vtrumque: Etsi posterius etymon literarum affinitate præualeat.

* *Arma* propriè sunt Scuta, inquit Scaliger not. in Varronem, vt, *Tarpeia necata armis Sabinorum*, i. Scutis, & *ancilia arma*, sunt scuta, Arma itaque ab armo, quia in eo gestarentur. Armus commissura brachiorum ab humeris. Itaque ab ἀρμὸς dicta. Generali nomine Hebræis arma, seu quæuis instrumenta bellica כלים *Chelim* appellantur. *Cheli* propriè est vas, i. instrumentum omnis rei. Generale nomen rebus plurimis tributum sæpe instrumentis musicis, pacificis, bellicis. Hinc χελύς, Chelys, testudo. Item κελέας Securis: & κολία, instru-

mentum ad fodiendum terram. Hinc Latinum *Cala*, id est, fustis & Calones, serui qui militum instrumenta bellica lignea ferebant, vel ipsis ligna & alia necessaria ministrabant.] Quid eorum appellatione contineatur expressit Iustinianus Nouella περὶ τῶν ὅπλων 87. quæ nolumus loco suo mouere. Quoad etymon Varronis rectè cum Caio Iurisconsulto fustes simul ac lapides aliaque huiusmodi ad hostes arcendos comparata dixerimus arma. Et iam vsus recepit omnium generum instrumenta eo nomine complecti. Quamobrem rusticorum arma *dicuntur rastra, ligones, crates, aratrum, & similia. Ait quippe Virgilius: *Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma.* Apud eundem legimus & *arma Cerealia.* Cicero in Oratore: *Sed videant, quid velint, ad ludendumne, an ad pugnandum sint arma sumpturi.* Arma Scholasticorum quis etiam nescit? *Coquinaria arma* dixit Plautus. Quin fraudes insidiæque dicuntur arma Virgilio, cum ait: *Et quærere conscius, arma.* Apud Poetam Apollonium etiam ὅπλον pro nautico fune accipi inuenias. Et Homerus Odyss. ζ. ὅπλῳ ἐϋστρέφει στερεῶς κατέδησαν. Apud Romanos Velites & Pilani gestare iussi gladium, pila, parmamq;. Qui hos ętate excedebant, appellabātur hastati, qui armaturam ferebant. Splendentibus armis militem incedere volebat Auidius Cassius, qui quoque Syriacis legionibus luxuria diffluentibus singulorum arma septimo quoque die inspexit. Arma item pleraq; Romanorū ex ære fuisse haud ignorandum. Quippe prius æris quam ferri vsus innotuit. Ideoque χάλκεα, id est, *ænea arma*, pro ferreis accipi apud Poetas inuenias. Apud Græcos iure militari cautum constat, si quis scutum in acie misisset, vt capite lueret. Si gladium, vt leuiori afficeretur pœna, quod plus sit, se incolumem ab hoste tueri, quam hostem perdere, etiam cum sua pernitie.
* *Armi* nomine, in quo arma gestarētur, non tantum humeros, sed quæ ab humeris pendent brachia & manus, nec non quæ manibus arma tractantur, puta gladium, pugionem, sicam, &c. intelligimus, quod Festus expressit, his verbis, *Arma propriè ab armis dicuntur, id est, humeris dependentia, vt scutum, gladius, pugio, sica, & ea quibus prope præliatur, sicut tela quibus procul.* Verbum חרם *Charam*, i. interfecit excidit, sustulit de vita, vnde χάρμη Græcis, i. pugna prælium, arma Latinis cudisse videtur. Arma, inquit Isidorus, vel ab armis dicuntur, i. humeris, vel ἀπὸ τοῦ ἄρεος, id est, à Marte. Generaliter omnium rerum instrumenta sunt: vnde & vbi reponuntur armaria dicta sunt.

Armenia, quę duplex est, *Maior & minor*, nomen accepisse creditur ab Aram filio Sem, significat autē Aram hominē elatum corde & dignitate. Alii à montibus trahunt, qui eam circumquaque cingunt. Etenim הר *Har*, Hebræis est *mons*. Ita *Bergensis ditio* in Germania à situ montoso nomen arcessit. Sacrę literæ vsurpant nomen *Ararat*, quod exstat *Genes. 8. Reg. 19. Esaia 37. Iere 51.* Neque abludit Armeniæ nomen. Arias Montanus existimat Armeniam maiorem, quam *Turcomania* est Mercatori, ab Hebræis dici *Aram*, Minorem *Vs* & *Ararat*. Hanc quondam ademta Mithridati post cæsas copias apud Gabyram ciuitatem ad se transtulerunt Romani. Victus ibidem, à Pompeio nocturno prælio, direptis castris, & quadraginta millibus cæsis *vt monet Eutropius Romanæ historiæ lib. 6.*

Armentum Varroni ab arando dictum, quod eam maxime ob caussam compararent boues, vt aliquos inde ad arandum deligerent: Vt armentum sit appellatum quasi *aramentum*. At Festus id pecoris genus appellat, quod ad armorum genus idoneum est. Varroni astipulor, *cum quo facit & Alciatus, imo Modestinus, qui scribit *l. seruis ad fin. ff. de legat, 3.* armento legato boues contineri, non etiam ouium aut caprarum greges.
* Grammatici dicunt etiam alia animalia,

lia, inter maiora, armenta nominari posse, quamuis ad arandum aut ad bellum inutilia. Nam cerui inter armenta ponuntur à Virgilio, lib. 1. Æneid. vbi de ceruis loquens; *hos tota (inquit) armenta sequuntur.* Et Georgic. libr. 4. monstra maris vocat immania Neptuni *armenta.* Dixerunt etiam antiqui Armentæ, arum, plurali numero: vt Pacuuius apud Nonium, *Tu curui frontes pascere armenta soles.* בקר *Bakar*, armentum: bos, pecus, nomen collectiuum, armenta & pecora complectens. *Boker*, armentarius, pecorarius, qui armenta & stercora quærit atque curat: à verbo *Bikker*, quæsiuit requisiuit diligenter, summa cura perlustrauit aliquid summo mane. Hinc ἀκριβόω, diligenter cognosco, cum deriuatis. Vt armentarium & pastoris diligentiam notent Hebræi. Mane & diluculum, atque emicationem dici *Boker* appellant. Et inde fortasse βόσκω, pasco.

Armilla ab armis vocata Etenim antiqui brachia cum humeris armos dicebant, *vt in Romulo scribit Plinius Secundus.* Donati leguntur armillis ab imperatoribus viri in militia versati & militaribus muneribus functi, sicut & milites gregarij quandoque ob strenuè nauatam bello operam aut editum facinus præclarum aliquod.

* *Armilla*, fortasse ab ὅρμος monile, & ὁρμίσκος paruum monile, & ἐργάνη, rete, monile confectum opere retiatio, multiplicibus fibulis qualis in torquibus, cathenis, armillis, monilibus, & aliis, quę vocant, ornamẽtis externis videtur. cõuenit voci Hebrææ צמיד *Tsamid*, quã interpretantur armillam, à verbo צמד *Tsamad*, Coniugatus & ita combinatus est vt alter alteri adhęreat, vt in armillarum anulis apparet, tum dicitur etiã armilla nempe colli, vel brachiorum, vel tibiarum ornamentum אצעדה *Etsahada*, à verbo צעד *Tsahad*, processit cum pompa & ornatu.

Arnon torrens Moabitarum in tribu Ruben, qui in mare mortuum tandem effunditur, deriuatur à רנן *Ranan*, quod *exclamare & exsultare* præ lætitia significat.

Arphad, ciuitas in Damascenorum terra apud Ieremiam, descẽdere videtur ab אר luce, & פרה *redemit.*

Arrhis vel arrhabo partem significãs pretii in ipsa venditione pacti, quæ certos nos facit de eo, quod est residuum, persoluendo, descendere videtur Isidoro a re, pro qua datur: Aliis à Græco ἀῤῥαγές, quo quid *firmum ac fractum que* significatur.

* *Arrhabo*, Hebr. ערבה *Harubbah* & ערבון *herabon*, à verbo ערב *Harab*, id est, fidem interposui, interposito arrhabone fidejussi, vadimonium promisi. Syri ארבון *Harrhabon*. Inde Paulus 2. Cor. 1. 22. ויהב רהבונא, *vejaheb rahbuna, & dedit arrhabonem*, &c. Arrha vel arrhabo id est, quod datur in emptione & venditione, in testimonium vel signum contractus mutui. Sunt & arrhæ sponsalitiæ, quas vtrinque sponsus & sponsa dant in signũ fidei datæ & implendi matrimonii. Arrhabo, teste Varrone, pecunia est sic data, vt reliquum reddatur. Nonnunquam idem quod pignus. Ambrosius, *Annulo suo subarrhauit me Dominus meus.* Gall. & Itali vocem Hebræam, Syrã, vt & Græcã ἀῤῥαβὼν, nec non Latinorum arrham, amplexi sunt. Ab eodẽ verbo ערב *harab*, id est, commiscuit, fit מערב *Maharab*, commistio, mistura, quæ si dicitur de plagis mundi significat occasum Solis spectantem ad vesperam, vbi dies cum nocte commiscetur: si de mercatoribus & negotiatoribus, cõmercium siue negotiationem denotat, quę in commiscẽdis seu cõmiscendis mercibus cõrester, vbi fides variè interponitur, arrha multiplex datur, &c.

* *Arrogans*, superbus, elatus instar mõtis tumescentis. Hebr. יהיר *Iahir* cognationem habet cum הרר *harar*, siue הר *har*, mons. Semper enim altior sibi ... Hinc ἀνωρίω & ἀνωρίζω attollor sublimis ... ἄνωρος sublimis, μετέωρος altus. Qui tiui

sibi multum arrogat & tribuit, atque super alios effertur animo. γαυρός γαυρὴς arrogans, insolens superbus.

Ars, an ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, i. *virtute* nomē arcessit: Ita visum Grammaticis quibusdam. Quare & veteres artem pro virtute accepisse, notatum à Diomede. Quin teste *August. lib. 4. de ciuitate Dei*, ars ipsa bene recteq; viuendi virtus à veteribus est definita. Non desunt quoque qui idē nomen ab arādo deducunt satis ineptè. Artis definitio exstat apud Lucianum, & Prolegomenis Hermogenis talis: τέχνη ἐςὶ σύςημα ἐγκαταλήψεων συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηςον τῶν ἐν τῷ βίῳ, i. interprete Quinctiliano lib. 2. c. 18. *ars est, quæ constat ex præceptionibus consentiētibus & coexercitatis ad finē vtilem vitæ.* Etsi apud Hermogenem legas, ἐκ καταλήψεων, *Artium* genera ponuntur quatuor. Vnum θεωρητικὸν quod in contemplatione & rerum cognitione consistit, qualis *arithmetica, astronomia Physiologia.* Alterum πρακτικὸν, quod vbi cessauit ab actione, nullum potest ostendere opus, qualis *ars saltatoria.* Tertium ποιητικὸν factiuum in operis consummatione finē accipiens, qualis *ars pictoria, fabrilis & statuaria.* Quartum κτητικὸν acquisitorium, cum studio & labore aliquid acquiritur, qualis *ars Piscatoria & Venatoria* Ad primū genus refertur cum Dialectica, tum Rhetorica, ad tertium Medicina. * Est etiā ars, quæ constat ex præceptorum collectione, ab Arcto, quòd arctis præceptis, id est, angustis & breuibus, concludatur, vt ars Donati, Aristotelis, &c. Ars item in rebus externis, politicis, domesticis, siue in virtute, siue in vitio posita; qua quis non facilè falli, sed magis alios quo vult, deducere potest: τέχνη techna, fraus. Virgil. de Sinone, lib. 2. Aeneid. *Dolis instructus & arte Pelasga.* Ars habet composita, inter quæ iners, solers, artifex. Hebr. opus ingeniosum, sapienter dispositum & ad finem perductum חשב *Cheschob* nominant, à verbo *Chaschab*, id est, Cogitauit sapienter, ex cogitauit ingeniosè Cognationem habet cum *Chaschaph*. inuestigauit, vt solent periti artifices. Hinc per radicis inuersionem ψηφίζω & ψηφίζομαι computo, cum deliberatione decerno; σοφία sapientia, σοφίζω & σοφίζομαι sapienter loquor, σοφός sapiens. Addo Hebræos hominem rerum peritum, artificem, astutum vocare ערום *Harum*, vnde Ars, & gnarus. Item חרש *Charasch*, est artifex. Vnde ars facilè deriuatur. Eligat lector.

Arsacidæ dicti Parthorum reges, ab Arsace Scytha, qui latrociniis memorabilis, cùm oppressisset Mādragoram Seleuci præfectum, quo tempore L. Manlius atque Attilius Regulus consules erant, Hyrcaniam occupasset, Seleucum profligasset, Parthorum opes potentiāque inprimis confirmauit. Eo n. mortuo affectarunt hoc nomen, qui subsecuti sunt reges. Ita Atheniensium reges *Cecropidæ* sunt dicti à Cecrope, Imperatores Romani Cæsares à Cęsare Iulio, Aegyptorum reges Pharaones, à quodam Pharaone.

Arsinoe ciuitas Cyrenaica seu Pentapoleos, quam Ptolemæus condidit nomine Philadelphus, inque gratiam vxoris fratris sui Arsinoes sic appellauit, Teucheira aliàs dicta. Straboni ciuitas est Aegypti ad Nilum, quæ olim Crocodilorum dicta ciuitas est nisi forte hāc aliam quis dixerit. Stephanus nominat *Taucheiram*, & alio loco ταχύραν. Mercatori dicitur *Toacara*, Oliuerio *Trochara*. * Ad sinum Arabicum sita est, & Cleopatris dicta: hodie Sues, Gilio, quam Bagnlstephon Moses appellat, & alia est ab Aegyptia. Tres fuerunt eiusdem nominis ciuitates maritimæ in Cypro. Alia item Pentapoleos in Africa oppidum: & in Aetolia, aliisque prouinciis: ita vt quatuordecim huius nominis vrbes ex Geographorum & historicorum monumentis constat.

Artabazes Armeniæ rex & Ponti, filius Mithridatis, iuxta quorundam coniecturam conuenit cum vsitata Turcis appellatione

latione *Bassa*. Sicut & Turcorum nomina, qui in ea sunt dignitate, cum eadem formare & componere videmus Paulū Iouium. Vt Artabazes sit idem, quod *Magnus Bassa*.

* *Artaunum*, ἄρταυνον, Germaniæ vrbs apud Ptolemæum. *Aurach* haud procul à Tubinga arcem putat Io. Heroldus. Petr. Appianus *vvirkburg* interpretatur. Hāc Marcopolim & Peapolim antiquitus dictam, scribunt Irenicus & Althamerus ex abb. Spanheymense Anentino olim Pœonia. Vulgus Latinorum eam Herbipolim nūcupat, vocabulo Latino-Græco *Vvirt-burg* interpretantes. Est celeberrima ducatus Francouiæ ciuitas.

Artaxeres, chaldaicè ארתחשׁשתא *magnum & strenuum bellatorem* significans, nominis originem habet à חמם *efferbuit, incaluit*, & חשׁח *interemit, vastauit*.

Artemon quasi erectus temo, trochlea est, *vt docet libr. 10. Vitruuius*, qua trahuntur in nauibus funes, & armamenta explicantur. Bayfius tamen maius velum, Alciatus ascititiū velum interpretatur. Græcis dicitur ἀρτέμων Plutarcho ἀκάτιον. Erasmus Actorum 27. interpretatur *antennam*.

Arteria, Philareto *de pulsibus libro* & pluribus aliis nuncupatur ἀπὸ τοῦ τηρεῖν τὸν ἀέρα, quod aërem spiritumque vitalem seruet. Aliis placet deriuari παρὰ τὸ αἴρεσθαι, quod est, *attolere*. Aristoteles vult inditum nomen διὰ τὸ ἠρτῆσθαι τῆς καρδίας, *quod dilatetur cum corde*: Alii παρὰ τὸ ἀρτᾶν, quod *venas secum suspendat*. *Spiritus semitam* appellat Plinius, *spiritus conceptaculum* Agellius, ἕδον τοῦ πνεύματος Pollux, loquentes omnes de aspera arteria. Etsi alioqui aliæ arteriæ quoque ex corde ortæ & propagatæ spiritum atque adeo calorem vitalē sanguini impartiant, & vicissim ex venis sanguinem hauriant, tanquam nutrimentum, vehiculum & recreationem spirituum. Certum enim est, eas συναναστομοῦσθαι ταῖς φλεψὶ καθ' ὅλον τὸ σῶμα, vt Galenus loquitur. Motum earum, quem Græci σφυγμὸν, Latini *pulsum* appellant maximè explorant Medici in ea parte quæ diuaricata iuxta flexum cubiti & maximè superficiaria excurrit ad os radii propre καρπὸν, in quem locum mittuntur digiti, vt de virtute cordis & spiritus vitalis constare queat.

* *Arteriam* Hebræi בית-בלע *beth-belah*, Domum absorptionis, quòd aerem spiritumque vitalem veluti absorptum in se contineat. Arteria aspera, τραχεῖα ἀρτηρία, est fistula exterior colli, ab ore protensa ad pulmonem, per quam spiritus attrahitur & emittitur. De pluribus aliis hoc nomen dicitur; est nēpe arteria magna, coronalis, venosa: sunt & arteriæ apoplecticæ, siue carotides, siue lethargicæ, de quibus prolixè medici: inter quos consule Gorræj definitiones.

* *Arthritis*, ἀρθρῖτις morbus articularis, ita dictus, quòd τὰ ἄρθρα, hoc est articulos & iuncturas infestet. Arthriticus articularius, Plauto; qui hoc morbo laborat. Cicero ad Pœtum, *Non arbitror cocum etiam te arthriticum habere*. Ἄρθρον, articulus, artus, compages, nodus: ossis caput, seu processus aut finis, rotundus, qui in alterius ossis cauitatem inseritur. Hebræi vocant hunc morbū חלי-רגלים *Choli-Raglaym*, id est, dolor pedum, synecdochicè. nam χειράγρα est arthritidis species, vt & in aliis articulis corporis humani nonnunquam creatur.

Artotyta vel *Artotyrita*, eidem Epiphanio cum Pepuzianis, nomen traxerūt ἀπὸ τοῦ ἄρτου *pane*, & τυροῦ *caseo*, quos offerre solebant Dominicam cœnam corrumpentes. Errori suo prætexebant primorum hominum morem offerentiū terrę & ouiū fructus, *vt refert Augustinus*.

Aruales fratres dicti sunt sacerdotes, quos Romulus instituit primus, seque inter illos duodecim numero appellauit, fratrem, ab aruo scilicet, id est, *agro arato*, sed nondum sato. Quamquam nutricem Romuli Accam Laurentiā semel in anno sacrificantem pro agris, duodecim eius filiis sacrificium præcedētibus,

hunc ritum iampridem incoaſſe affirment aliqui, & Romulum, vno ex filiis defuncto vita, in mortui locum ſucceſſiſſe atque ita continuatum hunc ritum, cum collegio Arualium fratrum. De terminis motis hos cognouiſſe docet erudite Cuiacius *11. obſerua cap. 5.* ex gloſſis veteribus, in quibus ſcriptum extabat hoc modo: *Aruales ſodale, οἱ περὶ ὅρων διαγινώσκοντες δικαςαί.* Contra Turnebus Aduerſar. *libro 21 cap 1.* non de terminis hos iudicaſſe ſcribit, ſed alios iudices, mutuato nomine a fratrum Arualium vocabulo. In[illegible]e eorum erat, infula alba cum ſpice[illegible] corona. Nam & Accam in iſto ſacrificio talem coronam dediſſe Romulo teſtantur aliqui. Vide plura apud Agellium, *lib.6.c.7.*

Arundo, Canna, calamus: item calamus aromaticus quẽ mercatores vendebant, & olim magnam acquiſitionem & negotiationem cum eo exercebant. Nomen item menſuræ ad form[illegible]m canonæ ſeu calami, & os longum à flexura cubiti ad humerũ, קנה *kana*, & *kane* Chal. חרדי *hardi*, arundo, Gr. καλαμος, Calamus.

Aruſpex aliquibus ab *ara*, id eſt, à ſacrificiis, vel potius victimis inſpiciendis in ara nominatus vide *Haruſpex.*

* *Aruum*, ab aro vt paruum à paruu, larua à lara. Dicitur ager aratus, & ad ſementem paratus Gr. αρȣρον, ab ἀρόω, aro: ἀρόωσις, aratio: ἀρȣρωτῆρες, agricola: & apud Homerũ, Iliad. 2. ζείδωρος ἄρουρα, alma tellus. Hebr. שדה *Sadeh*, a verbo שדד *Siddel*, occauit terram ad complanandum eam, contudit glebas in agro, ſar[illegible]it, fregit glebas. Dicitur etiam שדי *Sadai* campus, ager, aruum, & affi[illegible] eſt vo[illegible] illi qua Deus omnipotens שדי *Sciaddai*, cui ſoli eſt omnis ſufficiẽtia, & qui omnibus largitur ſufficientiã. Agricultura enim veteribus tantopere [illegible] data abunde ſuis alumnis neceſſaria ſufficiebat. Vnde illud dictum, [illegible] *forma [illegible], [illegible] Ar[illegible]as.*

* *Arx*, ab arceo, quia arcet [illegible] prohibet hoſtes, ne progrediantur vel ingrediantur. ἀκρόπολις, ἄκρα, à Chaldæo nomine הכרא *haca a*, munitio, locus editus, præſidium, 2. Sam. 5. 7. Feſtus in voce *Ocris*, ὄκρις, idem atque ἄκρις, Seu ἄκρα veterum dicta profert, quæ Ocrem & arcem eiuſdem ſignificationis eſſe demonſtrant. ἄκρος, ſummus, excelſus. Arces enim veterum in locis editis conſtructæ, ſicuti multa rudera etiamnum variis locis reliqua demonſtrant. Solinus ab Arcadibus arce dictam putat quod ii munitiſſimos quoſque colles ſub Euandro tenuerint. Quod etymon coactum videtur.

* *As*, aſſis, vel etiam *aſſarius*, & ἀσσάριον, numi minuti ſpecies; aſſis quidem capiens denarii tantùm dextantem, i. partem decimam, adeo vt decem aſſes facerent denarium: Aſſarius aſſis ſemiſſem, *Teſſi* apud Perſium dicitur, qui tres aſſes vix valet, homo nullius pretii, quem Latini triobolarem appellant. Syrorum אס *Aſſar* genus fuit monetæ, admodum minutæ, ponderis quatuor granorum hordei. Huius numi meminit Chriſtus, Matth. 10. 29. *Nonne duo paſſerculi aſſario veneunt?* de Aſſis & aliis particulis, conſulat lector rei numariæ ſcriptores. As ab ære deducitur Varroni. Eiuſdem appellatione complectuntur Iuriſconſulti hæreditatem Sed etymologiam ſcrutamur.

Aſb[illegible]os, idem cum lapide amiãtho, ſic dictus quòd ignis non inquinet ipſius ſplendorem, etiamſi in eum conniciatur ſordidus, ſed potius extrahatur nitidus, pariter nomẽ [illegible]m accepit, quòd accenſus non extinguatur, factis ex eo in lucernis thry[illegible]idibus, donec aliquid olei ſuperfuerit. Linum eſſe aliqui putant. Plinius appellat viuum, *lib.19. cap.1.* Zoroaſtres Boſtrychiten, quod ſimilis eſſet asbeſtos pexis mulierum crinibus. A[illegible] lius Polia & Corſoides eſt dictus. Pauſanias *Caryſtium* dixit, quod *ad Caryſtum* effodiatur. Et quia ſimilitudinem habet cum alumine ſciſſo, dicitur etiam alu[illegible]

2 quia

à quadrigario: *Ardentes*, inquit Plinius, *in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas sordib. exustis splendescentes igni magis, quã possent aquis.* & me puero a fide dignis cõmemoratu sæpius, visas consimiles mappas. igni videlicet splendescentes, apud comitem Megensem Frisiæ præfectum, qui in Comitis Arébergẽsis successerat locum. Athenis quoq; aureæ Mineruæ lucernę, quã Callima[illegible] hus fecerat, inerat thryallis ex lino [illegible] stio, *vt Pausanias scriptũ rel[illegible]*, id quod & hodie in multis regionib. est vsitatum, ait Agricola. Tradit[illegible] pariter Brachmannos Indorum Philosophos ex eo vestes sibi cõfecisse. Quin funebres regum tunicæ inde fieri solitæ, vt corporum cin[illegible] a lignorum cinere secl[illegible] sus cõdi posset sepulc[illegible]o. Quãquam autẽ Plinius scribat linũ hoc (sic enim vocat) raru esse inuentu, cũque inuentũ fuerit, excellentium margaritarũ pretia æquare, tamẽ hodie satis vili pretio vendi cũ in Norici metallis magna eius exstet copia testatur idem Georgius Agricola. Certè nihil aliud est, quã plumosum illud alumen, quod exstat in officinis medic[illegible]rum, quippe scissilis & friabilis lapis. Qui cum etiam manibus neatur atque tex[illegible]tur, lini quoque nomen promeruit.

Asfalon vrbs Palestinæ Ptolemæo, cõponitur ab אש *igni*, & קלון *ignominia*. * Duodecies occurrit nomen eius in historia sacra & propheticis libris, nempe *Asch[illegible]kelon*, Philisthæorum Ciuitas & Sattapia magni nominis, Gr. *ἀσκάλων*, cuius [illegible]rabo & Mela meminerũt Philistina Isidoro, & Geracis Cedreno. A שקל *Schekel*, i Siclo, alii eã deriuant: quòd esset emporiũ celebre, vbi multa pecuniæ permutatio & appensio.

Ascanes siue Tuscones, *die d[illegible]tsche* nomine fi[illegible]ul & genere; vt quibusdã placere video, descendũt ab Ascenetz filio Gomer nepote Iapheth. Olim isti incoluerũt Ar[illegible], [illegible] Germaniam, *vt volunt eidem* [illegible] T[illegible]us haud le[illegible]ib[illegible] [illegible]iecturis cuincere conetur *αὐτόχθονας* siue indigenas esse Germanos. Suffridum vide *li. 1. c. 5. de Frisiorũ origine.* Significat autẽ Ascanaz sacerdotẽ ignis, deriuata appellatione ab אש *Esch, igni*, & כנה *cana, basi* vel כהן *Cohen, sacerdote.* Quod dixi ab Ascenetz descendere Germanos, affirmari quoque video ab Eusebio *in Chronicis*, & Hieronymo *in Hebraicis quæstionibus.* Nec refert appellari eos à nobis *die Teutschen.* Etenim Ascenaz, *vt plurimi eruditi censent*, cum Tuiscone est idem, à quo etiam pagus vel cœnobium Tuitiũ e regione Coloniæ inque Vbiorum finibus nomen etiamnum seruat.

Asciburgum Taciti, quod aliqui cum Althamero Cymbricam interpretantur in Cliuensi ducatu, alii cum Rhenano Doesburgũ in Geldria, conflata vox est ex πύργος *turri*, & *Asci* proprio, vt reor nomine.

Ascites Hydropis genus ἀπὸ τοῦ ἀσκοῦ, id est, *vtre* appellationem trahit, quod, cũ in eo intumuerit abdomẽ, siquidẽ cõcutiatur, sonitum reddat, qualem vter nõ omnino aqua repletus edere solet, si modo in hãc, modo in illã partẽ deuergas. Plus enim in eo se humoris promit, quam spiritus, ideoque opponitur ei *Tympanites.*

Asdod vrbs Palęstinę, Hebræis alio nomine *Azotus* vt testatur Hieronymus, nominis originẽ trahit ab אש *Esch*, igni, & דוד *Doab* dilecto. Vrbem hanc vnde triginta annos oppugnatã & obsessam à Psammeticho, qui in Ægypto quatuor & quinquaginta annos regnauit, tandemque expugnatam, apud Herodotum inuenias [illegible]. 2

Ascia Fabrorum dolabra, qua illi ad aspera ligna polienda vtuntur, ab ascindendo v[illegible] d[illegible]tur dicta.

* *a[illegible]n* G[illegible] *[illegible]orsen*, armaturæ, genus pro specie. Dolabra enim pro qu[illegible]armorum genere sumitur. Hebræ[illegible] ei respõdet alia armorum species nempe [illegible] & [illegible] cõuenit Chald. [illegible] *[illegible]na*, vide Acinacis, gla[illegible] Pe[illegible] Gal[illegible]. Sũt aliæ voces H[illegible]

dolabrã, Securim denotãt, quas omittimus; quòd ab etymo abſcedant longius.

Aſia pars orbis terrarũ maxima, ſi Herodoto in Melpomene ſua fidem habemus, tàq; fertilis & opima, vt & agrorũ vbertate præſtet, & fructuũ varietate, tũ paſcuorum magnitudine & rerũ earum multitudine quę exportantur (vnde *Aſiaticus luxus* pernities Romæ) iuxta Lydos fabuloſè à Promethei vxore eſt appellata, iuxta alios non minus fabuloſè ab Aſia Martis nepote. Maxime illa Alexãdri expeditionib. innotuit. Diuiditur à Strabone *lib. 2.* in Aſiam extra Taurũ & intra Taurũ præcipuis eius populis cómemoratis. Quæ intra Taurum eſt eam *Aſiam minorem* vocant, Turcæ Conſtantinopolitani *Natoliam*, complectiturq; *Bithyniam Calatiam, Cappadociam, Lyciã, Ciliciam, & Pamphiliam.* Herodotus nominat terrã intra Halyn. Plinius auctor eſt olim *Chroniã* dictã, dein *Theſſalim*, poſtea *Maliandem.* Põre quandoq; iunctam Aſiam Europæ à Xerxe rege Perſarũ, cũ non notũ ex hiſtoriis: Sed de ea expeditione videndus Herodotus, & alii ſcriptores Græci.

* *Aſia* in quinque partes, ſecundum eius imperia, hodie diuiditur. *1. Prima* pars, Europæ contigua, magno duci Moſcouiæ paret, mari glaciali, Obij fluuio, Kytaia lacu, & linea inde ducta ad Caſpiũ mare Iſthmoque qui inter hoc mare & Põtũ Euxinum eſt, terminata. 2. *Secunda*, magno Chamo Tartarorũ Imperatori obedit; cuius fines à meridie ſunt mare Caſpium, Iaxartes fluuius, Imaus mons: ab Ortu & Septentrione Oceanus: ab Occidẽte, ducis Moſcouię regnum. *3. Tertiam* partẽ Turcæ Occupãt; cõtinetq; quicquid terrarũ eſt intra põtũ Euxinũ, mare Aegeũ mediterraneũq; Aegyptum, ſinum Arabicu, Perſicũque, Tigrim fluuiũ, mare Caſpiũ, & Iſthmũ, qui inter hoc & mare Euxinũ Geographi depingunt. 4. *Quarta* regnũ Perſiæ, quod hodie a Sophis gubernatur, comprehendit, habetq; Turcas ab Occidẽte, Tartariã à Septentrione: & in Oriẽtem fermè ad fluuiũ Indũ extenditur: a Meridie verò mari Indico, olim rubro, alluitur. Quinta pars regiones cæteras obtinet, quas nũc Indias, vti & olim nũcupãt, quæ non ab vno ſolo, vt aliæ, ſed plurib. Regulis (nã quęlibet illius regio propriũ fere habet principẽ, quotũ nõnulli etiã magno Chamo vectigales ſunt) moderatur. Sed neq; hoc prætereũdũ, quod loca maritima permulta Luſitanus (hodie Hiſpanus) poſſidet, aut ſibi tributaria fecit. Quę Aſię adſcribũtur inſulę numero ferè innumero, has habent præcipuas; nempe Cyprum & Rhodũ in mediterraneo mari: Taprobanam & Zeilam in Indico Oceano; vbi quoque a Luſitanis detectę ſunt duæ Iauę, Borneo, Celebes, Palohan, Mindanao, vbi & Gilolo cum Molucis aromatiferis hodie clareſcunt. Tum Iapania, & nuperrime inuenta noua Gunea: ſed hæc vltima, an inſula ſit, an terræ Antarcticæ connexa, nondum conſtat. Ex *Ortelii* magno Theatro.

Aſinarij appellati ſunt olim Iudæi ab Ethnicis Molone & Appione Alexãdrino, quod aureum aſini caput in tẽpli ſacrario aſſeruarent ac adorarent, eo quod Moſe duce aſinorũ beneficio inueniſſẽt aquas. Proditum id à Cornelio Tacito *Annal. lib. 21.* cuius verba Tertullianus refert *in Apologetico ſuo.* Falſum autẽ omnino id eſſe docet Ioſephus ſcriptor hiſtoriæ & templi Iudæorum ſacerdos. Sed ó inſaniam! Non tantum Tacitus in hanc gentẽ delirat, ſed & omnes veteres magno conſenſu, Strabo, Plutarchus, Iuſtinus & apud Suidã Damocritus. Auſi & Romani crimen idem impingere Chriſtianis, dum Chriſti odio hoc eos nomine appellarent. Neq; id ſatis. Chriſtum ipſum dedecorarunt picturis impuriſſimis. Quid non audet Spiritus erroris, profanos diſcipulos nactus.

Aſparagus dictus quibuſdam videtur, quod *ex aſperitate* [illegible] *& ſcapo ſit aſpero, non leui.* Ceterum cum & Græci ἀσπάραγον agnoſcat, ab illis dixerim accepiſſe

cepisse Latinos, etsi cōtra me stēt Isidorus, Festus, & omnium doctissimus Varro. Amici equidem omnes, at magis amica veritas.

Aspis serpens, ἀσπὶς, cuius ictus tam est lethalis vt nullo fere remedio possit curari, nisi confestim partes illæ, quæ ictum eius sunt passæ, præcidantur, vel nisi propriam vrinam hauserit percussus, alioqui torpore & somno periturus, *vt scripsit Varro*, dicta Isidoro, quòd venena morsu immittat & aspergat. Etsi credibilius, vocem eā Romanos à Græcis accepisse * *Hebr.* פתן. *Pethen.* Cognationem habet cum פתה *Pathah persuasit*, per antiphrasim, quòd videlicet minimè sit persuasibilis, sed aurem diligenter obturet, & surda fiat aduersus incatamēta *Psal.58.5.* Hinc πύθων serpēs, itē φθόνος inuidia & φθονέω inuideo. qd enim magis Lethiferum inuidiæ veneno? Antiqui tria aspidis genera fecerunt. Quædam enim χερσαῖαι *terrestres*, quædā χελιδόνιαι *hirundinaceæ*, & aliæ πτυάδες, id est, *spuentes*, quæ vt maximæ sunt omniū, ita hoc præ ceteris habent peculiare, vt non tantum morsus, sed etiā saliua sit venenosa. Ab huiuscemodi serpente lethalē sibi morsum inferri passa Cleopatra Ægypti regina, satius existimās sic mori, quàm captiuam circūferri in triūpho, *vt refert Ælianus.* Incurabilem eius morsum asserit quoque Moses in Canticis, etsi tam exiguus sit. vt prope sensum oculorum effugiat propter subtilitatem veneni. Quid, quod & Ælianus aspidis ictui vel nullum vel rarum admodum remedium inueniri tradat, & læsos vix quatuor horas superesse. Eustathius prodit eā lethiferū somnū morsu inducere, Plinius percussos corpore & somno necari Qua de causa somniculosam eā appellauit Sisenna Et Nicander:

σαρκὶ μὲν οὔ τι δῆγμα φαάνεται, οὔτε δυσαλγὲς.
Ἰδος ἐπιφλέγεται. καμάτου δ' ἄτερ ὄλλυται ἀνήρ.
ἐπνηλὸν δ', ἐπ. νῶκαρ [illegible] βιότοιο τελευτήν.

Nec tamē vlla vides impressi vulnera morsus,
Nec dignus fatu tumor ictū corpus adurit.
Sed qui læsus homo est, citra omnem fata laborem.
Claudit, & ignauo moriens torpore fatiscit.

Asplenū ἄσπληνον, vel (vt alij) *asplenium*, herba, q̄ alias *scolopēdriū* vocāt Pharmacopolę, *Ceterach*, foliis triētalibus, iisque multis prædita scolopendrię animalis ęmulis, & ab vna radice prodeuntibus subterque flauescentibus ac hirsutis: nomen assumsit hoc suum ab α priuatiua & *splene*, quod bene faciat spleneticis aut lienosis, imo lienem absumat Dioscoridem vide *lib.3.c.151.* & Plinium.

Assecla, qui spe emolumenti diuites sequitur, à sequendo nomen deducit.

Asseres dictos volūt, quod parieti assideant. Vide *Tabula.*

Assiduus XII. Tab. legib. dictus, qui pluribus, assibus atque fortunis locuples erat, *teste Alex. ab Alex. li.6.c.10.* Assiduus autem, qui est idem cum continuo, ab assidēdo nomē deriuat. * Assiduus, qui adest. Cicero de petitione Cōsulatus: *Iā assiduitatis* (inquit) *nullum est præceptum: verbū quę ipsam docet, quæ res sit. Prodest quidē vehementer nūquā deesse, &c.* Plautus iocādo extulit verum etymon, in Truculento: *Postidea ego tota tecum, mea voluptas vsque ero assiduo.*

Assyrii, qui primā Monarchiā imperii amplitudine ac diuturnitate reliquis spectabiliorem adusque Sardanapalū obtinuerunt, quoad originem, referuntur ad Assur filiū Sem, ab eodē ducto nominis auspicio. Nec discrepat nominis enūtiatio, quē Eustathius ἄσσουρες fecit. Eādē originem habet Assyria, *Plinio teste*, Adiabene dicta, cuius illi sunt incolæ. Quod Dion scribat a barbaris *Atturiam* nuncupatā, imputandū est dialecto. Etymologicon de Assyria hoc modo: ἀσσυρία. ἡ βαβυλωνία. τὸ μὲν πρῶτον ἐκαλεῖτο εὐφράτις ὕστερον δὲ χαλδαία. τὸ τελευταία δὲ ἀπὸ ἀσσύρου τοῦ σεύου ἀσσυρία ὡς ξενοκράτης ἐν πρώτον χρονικῶν. De assyriis ip-

ipſiſmet inde ſubtexit: *εὑρηται παρὰ τὸν ἀσσαρακον τὸν ἔθνους ἐπικρατήσαντα. ἐκβολῆ τοῦ κ. ἄσσαρες, καὶ τροπῆ, ἄσυρος καὶ παραγωγη, ἀσσύριος.*

Aſtarte, quę vel ex Herodiani teſtimonio Venerem ſignificat (etenim *ἀσαρτη*, non *ἀστροαρχη* legēdum apud eū ex emēdatione Clariſsimi viri *Petri Fabri*) non *ἐκ τοῦ ἄστρου* id eſt, aſtro denominationem habet, vt voluit non ſolum Suidas, ſed etiā Herodianus ipſe cum ſcribit: *ἀσαρτη ἡ παρ' ἑλλησιν ἀφροδίτη λεγέται ἐκ τοῦ ἀστρου ἐπωνυμίαν πεποιήκασιν, αὐτὴν γὰρ φᾶναι τὸν ἑωσφορον μυθολογοῦσι*, ſed eſt potius vox Syriaca, aut a Syriaco vel Hebræo idiomate detorta greges, diuitias, coronā, lucos, & alia quæpiam ſignificās. Sūt qui hoc numē peculiariter Sidoniis tribuant, vt Morbitis, Chamum, & Ammonitis Molochū. meminit autē eius Cicero 3 *de Natur. Deo*. Varro 4 *de ling. lat.* Stephanus Byzantius libro *περὶ πόλεων*, Tertullianus aduerſus Gnoſticos libro, & plures alii. Ab eadē nomē trahit Aſtaroth vrbs regia & Metropolis regni Baſan, cuius incola legitur fuiſſe Iob. Quid, quod Veneris vrbē intelligunt ac reddunt eruditi? Si Hebræorum tamen fontes inſpiciam, compoſitum videbitur nomen ex עש *Aſch* ſtellarum congregatione vel conſtellatione, & תור *tor*, quæ vox & luſtrare, & certā diſpoſitionem ſignificat. *Aſch* quibuſdam eſt Arcturus & *Tor*, ordo gyrās: Hinc *ἀστὴρ*, aſtrum Stella *ἀσαρτη* Syrorū Venus. Sed Metaphorice hoc dictum alii putant, quòd oues, multo numero congregatæ, inſtar aſtrorum vel ſyderū ordine mouentur. * *Aſtarte*. lubens adſcribo quæ eruditiſſimus Caſaubonus libro 8. Animaduer. in Athenæum, cap. 8 ſcribit, Explicat (inquit) dipnoſophiſta vnde ſit hoc receptu in Syroru[m] [illegible] vt piſciū eſum abominentur. Gatin [illegible] fuiſſe reginā Syriæ, quæ hoc primum [illegible], & edicto cauerit. Nam [illegible] vulgo dicebatur *Atergatis*, ex ſententia Antipatri [illegible] nomen [illegible] nominā dā, quoniā verè edictum à Gatide fuiſſet aliquando promulgatum, *Ne quis ἄτερ Γατιδος*, i. præter Gatidem piſces vellet eſſe vulgus, veritatis ignaru, ipsā quidem Atergatim nominare a piſcibus verò abſtinere Hęc Athenęus ex *Antipatro* Stoico, cuius ſectæ homines nuſquam ineptiores, quam in ſcrutandis antiquorum vocabulorū cauſis. Tā enim verum etymū iſtud eſt, quā vera illorum ſententia, qui Hieroſolyma dicta ſic eſſe tradiderunt, *ἀπὸ τοῦ τὰ ἱερὰ συλᾶν*. Incredibilis ſanè Græcorum hominū in hoc genere ſtupor incredibilis confidentia. Certū eſt nomen Atergatis, (vel vt alii ſcribunt, Atargatis, corruptum eſſe ex Aſtarta. Nam Atargatis eadē quæ Dercero, Strabone teſte. *lib.* 18, Derceto autem & Aſtarte eiuſdem Deæ nomina ſunt. Atharā prius vocatam ſcribit geographus, ſed fortaſſe ibi legēdum *Α᾿σταρα* non *Α᾿θαρα* Syrorum pura puta vox eſt עשתרה, *Α᾿σταρα*. quanquā in ſacris literis ſeu per ſcriptu עשתרות, *Aſtaroth*, numero multitudinis: quē & LXX interdū ſeruarūt, vt Iudi. 2. 13. Hæc ille, *Aſtaroth*, vel *Haſchtharoth*, idola fuiſſe ouiū forma, à Sidoniis culta, tradunt docti interpretes, vt & e Peſchtatas. Videi. *Sam.* 3. & 1. *Regū* 11. 5. 33. & 2. Reg. 23. 14. Locum 1. Reg. 11. 5. & 33. nonnulli vertūt Haſchtorehā, Deā Sidoniorū, quā molliore ſono Aſtarten dicunt Alii Haſchtoreth. deū Sidoniorū, id eſt idolū. Enallage eſt numeri, & Deus ſeu idola Sidonis accepta intelliguntur hoc nomine, Pagnino *Aſchtara* eſt grex, & *Aſchtaroth* greges ouium: vide Deuter. 7. 13. & 28. 4. 15. 51, Mercerus, credunt nonnulli (inquit) Aſtartem Venerem [illegible] mię ſimulachrū fuiſſe, quæ ob prolis fœcunditatem coleretur, & haberetur nutrix omnium viuentiū Kimchi ſimulachrum ouis figura factum fuiſſe arbitratur, vt nomen [illegible]. Addo literatorum principis in notis ad Beroſum ſententiā. In [illegible] literis [illegible] ait) Baal & Aſtarte coniunguntur & Aſtarte עשתרת *Aſhtoreth*, [illegible] Sed [illegible]

Aschtereth dicta videtur, vñ Astarta nó Astorta dicta vt cadé videatur fuisse Astarte cũ Cęlesti quæ בעלת שמים *Bahaleth Schamaym*, κυρία οὐρανοῦ, *Domina cœli*, Βααλτις & διώνη Philoni Byblĕsi Græcis Οὐρανία. Cęlestis, & Karthaginĕsiũ πολιοῦχος dicta est)& proinde cu Iunone vt & Augustinus quoq; putauit. Alii Lunam, alii venerẽ dicũt:& Philo Byblĕsis asserit Phœnices Astartẽ Venerẽ dicere. Herodotus etiã τὴν οὐρανίην ab Arabibus *Alilat*(quæ luna corniculata est) dictam scribit. Sed & illã cœlestẽ Herodot⁹ & alii Venerẽ esse dicunt. Astarte igitur hœnicum eadem & Iuno, & Venus, & luna fuerit De Astarte multa I.Faber Doctiss. L c. & Polihistor, Semestrium lib 3.cap. 1.2.3. quæ stud.oso lectori abunde satis facere possunt.

Astrea siue iustitia, quam de superis vltimam has terras reliquisse canit Ouidius, dicta quibusdam videtur, quod Astræi gigantis ex Aurora sit filia. quod fabulosum esse nemo ignorat.

Astus, i. *astutia*, Grece πανουργία originẽ trahit à Græco ἄστυ, oppido videlicer, in quo qui assiduò versantur, versutiores euadunt, atq; adeo astuti, quod nomen itidem originẽ suam ex opinione multorum fert acceptam eidẽ voci, qua olim per ἐξοχὴν significabant Athenas. Nam & ciues eius ἀστοὺς & ἀστικοὺς dictos ex Stephano didicimus.

* *Astutia*, Hebr. ערמה *harma*, à verbo ערם *haram*, concinne dispofuit, coaceruauit decenter, apte coagmentauit, vt solent astuti & prudẽtes homines consilia sua componere. vel quoniam astutia est robur ingenii: cogitationem habet Latina vox cum Hebræa תושיה *hušiia*, id est, robur. Quantum enim valeant & quàm robusta sint prudentia consilia, nouit omnis ætas.

Astyanax Hectoris filius, non παρὰ τὸ ἀνάσσω, quod est *regnare*, sed παρὰ τὸ ἀνακῶς ἔχειν τοῦ ἄστεος τὸν Ἕκτορα sed quod sedulo vrbem Hector seruaret, & defenderet, nomen habet, teste ipso Homero, Iliad. 2. cum ait: τὸν ῥ' Ἕκτωρ καλέεσκε Σκαμάνδριον αὐτὰρ οἱ ἄλλοι Ἀστυάνακτ' οἶος γὰρ ἐρύετο Ἴλιον Ἕκτωρ.

Asylum ἱερὸν τὸ τίμιον καὶ τηροῦν τοὺς οἰκέτας, inquit Suidas: *sacellum* videlicet, aut locus sacer, seruos aut alios eo fuga delapsos seruãs: cõposita dictio est ab α priuatiua, & συλάω *spolio, violo, diripio*. Nullus enim illinc abripi poterat, sed erat immunis & liber, loci beneficio. Primum asylum erexisse dicitur Cadmus, cum Thebas conderet: etiamsi alii institutum hoc ferant ab Herculis primum nepotibus. De aliis eius generis templis aut ædificiis locisque nihil hic adda amplius. Id dico: Cum propter impunitatem huiusmodi locorum beneficio indultam enormia committerentur scelera, tãdem Tiberium Cæsarem, ne ea forẽt in posterũ impunita, abrogasse, & antiquasse ueteratas asylorum immunitates.

* Asyla vocantur ab Hebræis ערי מקלט *ha.ě-m k a*, vrbes receptus. קלט *Kalat* enim, excipere atque retinere quippiã significat Comunctionem eam, qua surculus in arboris truncu insitus coalescit cum trunco à quo est receptus, vocant קליטר. Et in sacris literis קלוט *Kalut* (vnde fortasse alus Gal vitiũ est corporis, cum membrum, quod naturá separatum esse debebat, alteri est membro agnatum: veluti si duo digiti in vnum sunt concreti; aut quæ bifida esse debebat vngula, est enata solida.

Atauus nominatus Festo, quod aui sit tata, i. *pater* Quæ vox à pueris primum balbutiẽtibus proferri solet. Hinc Cato: *Cum cibum ac potionẽ pappa ac bu vocet, & matrem mammam & patrem tata*. Martialis quoque lepidus Poëta, atq; vtinam non tam obscœnus, quam doctus, vetulã quandã irridet, quæ iam ætate confecta puerilibus verbis vti solebat *matrem* appellans *Mammam*, & *patrem tatam*.

Ate Iouis filia iuxta Homerum nomẽ deducit à verbo ἄτω, vel ἄω, id est βλάπτω *lædo*, sicut & Poëtæ versus indicat, sic se habens πρέσβα Διὸς θυγάτηρ ἄτη ἣ πάντας

πάντας ἄᾶται, Ate prisca Iouis Proles, quæ læserit omnes Mortales. Huic Noxæ repellendæ & placandæ oppositæ sunt Litæ Iouis filiæ, tantò tadiores, quantò grauior est Ate.

* *Ate*, prout ab Homero & Hesiodo describitur, reducit ob oculos Euę trāsgressionē, ex reliquiis veritatis, de qua poëtæ illi quidpiam inaudiuerauit. lib. 19. Iliados. Homerus autē Iouem (Adamum) omnium mortalium sapientissimum, tamen à Iunone (Eua) vxore sua olim deceptum fuisse. Hesiodus lib. 1. Oper. & Di. aliam ex veteri & traditione conceptam fabulam proponit, dicens, à Pandora muliere (quæ omnium fœminarū & formosissima & prima condita à Diis fuerat) mala omnia in orbem sparsa fuisse. Eandem in Theogonia καλὸν κακὸν appellat, teste Cyrillo, lib. 3 contra Iulianum. Hebr. חטאה *Cattaa*, peccatrix; *Catta*, peccator, à חטא *Cata*, peccauit, vnde ἄτη nocumentum, culpa, noxa, qualis humano generi Eua fuit.

* *Ater*, obscurus, niger, ab atterendo dictū: quod quę atterūtur obscura fiant, nigredinem & liuorem cōttahant. μέλας Ater humor, atra bilis, ex frigido & sicco humore vel succo composita, melancholia, vel melancholicus humor dicitur. Quoniam verò hic color & humor subtristis est, inde fit vt quicquid infelix, funestus & nefastus existimatur ater dictus sit. Inde atri dies, &c. Hebr. קדר *Kadar*, id est, Ater fuit: cognationē habet cum קטר *Kitter*, suffumigauit, vt olim in funeribus consuetudo fuit: fumus autem & suffitus atram formam habet & aliis rebus indicit. Hinc per metathesin, subiuncta litera ν fit ἄνθραξ carbo, ἀνθρηνίας ater. Hinc etiam tetricus. *Koder*, atratus: *Kadriech*, Atritas, nigredo: & קדרון *Kidron* torrens, vulga Cedron, ab atritate seu nigredine aquarum.

* *Atergatis.* vide *Astarte*, & *Decreto.*

Athamas non admirandus, nomenque filii Aeoli eiusdemque Thebarum regis, nomen deducit ἀπὸ τοῦ θαυμάζεσθαι, id est, *admiro* quam actionem adimit il α priuatiua.

Athenæ, vrbs nobilissima Græciæ, & alter eius oculus, ingeniorum & eruditionis fons, vbi nunc tantum dirutorum mœnium rudera & piscatorum casulæ cimicum improbitati admodum obnoxiæ, vt ex fide dignis habeo, quam ab Attio quadrurbem vocatam scribit Festus, etymi occasionem traxerunt, à Minerua, quæ est Græcis ἀθήνη. Sunt illæ Pomponio Melæ *lib. 2.* clariores quam, vt debeāt indicari. Euripidi apud Athenæum dicuntur ἑλλάδος ἑλλὰς, id est, *Græcia Græcia*, seu *Græcia compendiū*, Thucydidi πόλις πρώτη ἐν τοῖς ἕλλησι καὶ παίδευσις ἑλλάδος. Diodorus nominat κοινὸν πάντων ἀνθρώπων παιδευτήριον. Strabo σοφῶν οἰκητήριον, Aristides σοφίας πρυτανεῖον, Demosthenes ὀφθαλμὸν ἑλλάδος. Quod autem aliqui ciuitatis nomen ab Adonai Hebraica voce deducunt, eo quod Cecrops conditor vrbis (nam hinc *Cecropidæ* dicti) Aegyptius fuerit, & proinde consuetudinem habuerit cum Hebræis, plane reiiciendum existimo. Equidem à Minerua, quæ vrbis Dea tutelaris fuit, deriuant omnes, vt & *Seruius Georgic. 1.*

* *Athenæum*, Ἀθήναιον, olim dicebatur locus gymnasiūque publicum, vbi rhetores & poëtæ exercebantur palam. Sic Lāpridius in Alexādro Seuero, *ad Athenæum*, inquit, *audiendorum & Græcorum & Latinorum Rhetorum vel Poetarum causa, frequenter processit.* Hoc autem ab ara Ἀθήνας, id est, Palladis plerique omnes putant appellatum: qualis fuit Lugduni olim ad Rhodanum, vt Iuuenalis satyra 1. testatur his verbis;

Palleat, vt nudis pressit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram,

Erat enim gymnasium eo in loco celebre, vt innuit Strabo, ob confluentem Rhodani & Araris: cuius rei hodie superest documentū, puta cœnobii quod in eo tractu situm est vernacula appellatio. Verùm, neque Athenarum, neque

Ἀθῆναι, id est, deæ ipsius Palladis partus est Athenæum, si ad summum & vetum illius ortum respexeris: sed Phœnicia est appellatio, perinde significans ac si Doctorum vel doctrinæ locum, doctrinave celebrem appellaueris. Phœnices enim & Syri doctrinam à tradendo nominant quasi παράδοσιν: disciplinam verò a percipiendo, quasi παραληψιμένην: quia doctrina à magistris & præceptoribus traditur; & disciplina ab audientibus percipitur. Doctum verò hominē appellāt *Thanai* vel *Thana*. ex eo Ἀθήνα dicta Minerua & doctrina Dea: Ἀθῆναι, vrbs *Athenæ*, quas doctas Ouidius vocat; *vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atq; in omnes terras distributæ putantur*, vt ait Tullius, Orat. pro Flacco: *Athenæum*, doctrinæ doctorúmque hominum doctrinam suam fideliter tradentium locus, & literarum sedes: *Antæi* denique, κατὰ μετάθεσιν. & *Athenopolites* Aegypti nomos, & compositum *Tanagra*, de quo plura vide in *Academia*.

Athletæ, qui olim circumduci à præcone solebāt, vt publice inquireretur in eos, & nudi decertabāt, vnde illa ἀποδύναι καὶ ἀπογυμνάσασθαι apud Thucydidem, sicuti Pollux Onomastico notat *lib. 3. cap. 30.* quasi ἄθλιοι, id est, *miseri* sūt dicti. Galeno ad Thrasybulum. Nullum quippe hominum genus hoc genere calamitosius. Nolo quidquā tanti viri auctoritati decisum. Alioqui non male ab ἄθλων, quod fit per syncopen ab ἀέθλων, id est, *certaminibus* deflecti queant.

Atilia lex de dediticiis, quam tulit L. Atilius Tribunus plebis de dediticiis, vtpote Campanis, Attelanis, Calatinis, & Sabatinis Fuit & alia Atilia Marcia, quā tulere L. Atilius & C. Marcius Trib Pleb C. Iunio Bubulco Bruto II. Q. Æmilio Barbula II. Cos. anno C D X L I I. vt tribuni militum seni à populo crearentur in quatuor legiones.

Atinia lex de vsucapionib. lata à quodam Atinio, ne videlicet vsucapi posset res furtiua, sed eius perpetua foret auctoritas nisi venisset in eius potestatem, cui fuerat surrepta. Meminit eius Agellius *lib. 17. c. 9.* Paulus *l. 4. de vsurpat.*

Atlas, Phurnuto nominatus videtur ὡς ἀταλαιπώρως ἀποδιδοσιτὸς ἐμπιρ.τ.χομένοις ἐν αὐτῷ λόγοις. Vide cetera apud eūdē. Ab hoc Atlante Promethei fratre mons Atlas dictus, quem Herodotus cœli columnam dici scribit ab indigenis. Situs hic in interiore Libya, nam alter eiusdē nominis proximus est Herculis columnis, nunquam diuulsis ab eius cacumine nubibus nec æstate, nec hyeme, ob altitudinem. Ideoque fabulantur Poëtę suis eum humeris olympum ferre: Item in eum Atlantem Mauritaniæ regem conuersum, atque mutatum, cui Virgilius eam etiam attribuit formam, vt caput pinniferum cinctū atris nubibus vento & imbri pulsari canat, humeros niuibus tegi, mēto flumina præcipitari, barbam glacie rigere.* τάλας, laboriosus ταλάω, suffero, sustineo. per metathesin & inuersionem Atlas de quouis homine supra modum laborioso dici potest. Vt literariorū laborum, bellicorum negotiorum, politicarum rerum Atlas. נטל *Natal* Hebr. tulit sustulit. Inde τάλας, Ἄτλας.] Ab eodem Atlante proculdubio nomen habet insula Atlantis, cuius Plato meminit in Timæo & Critia, quā Mercator, & alii non pauci Americam esse contendunt. Atlanticas insulas duas angusto admodum freto disiunctas describit Plutarchus *in vita Sertorij*, Beatas illas ac fortunatas, & decem stadiorum millibus ab Africa remotas scribit. Plinius quoque duas numerat in Atlantico mari. Ptolemæus sex Sunt qui *Spagnolā* & *Cubam* esse volunt. Diodorus Siculus commemorat *libro* 4. amplissimam quādam insulam occidui oceani prope Africam nomine Tritoniam. in qua habitauerint Atlantini Meminit & eius Proclus in Timæum, Marcellum quedā Æthiopicarum rerum scriptorem citans ad eam historiam confirmandam.

hil timeat, τρέσαι enim est Græcis *timere*.

Atta vetus vox Sabina Græcanicæ originis, vt Sabinorum pleraque παρὰ τὸ ἄττειν deducitur, quod *subsilire* significat, & *nusquam firmè pedem figere*. Vnde apud Iulianum ὥσπερ οἱ ταχύτατοι τῶν ὀρνίθων ἢ ἂν θέλωσιν ἄττοντες. Ex quo intelligimus, quinam proprie sint Attæ, nempe οἱ ἄττοντες, qui inter ambulandum stare nesciunt, sed semper quasi subsiliunt. Vnde Festus: *Atta* appellantur, qui propter vitium crurum aut pedum plantis non insistunt, sicut hunc locum addendo particulam *non* Casaubonus emaculauit. Cognomen Attæ fuisse legimus T. Quintio togatarum fabularum scriptori, qui mortuus est Romæ centesima septuagesima Olympiade, *vt Hieronymus in Chronico Eusebii obseruat*, sepultus via Prænestina ad lapidem secundum.

Attellanæ fabulæ, ab Oscorum ciuitate Attella appellationem sunt mutuatæ. Nam ibi primùm sunt cœptę, argumẽtis dictisque iocularibus similes satyricis fabulis Græcis. Inducebãtur in illis personæ obscœnæ, sicut Satyri in fabulis, quas ab iis satyras dicebant. Plura de iis Diomedes & Donatus *in Terentium*.

Attica Græcię regio, quæ & Ἀτθὶς est dicta iuxta Eustathium, item ποσειδωνία, μοψοπία, Hellas quoque Solino, & κεκροπία Appollodoro, nomen trahit ἀπὸ τῆς ἀκτῆς, id est, *littore*, quod maxima pars eius oblonga satis & Sunium vsq; montibus porrecta obuertatur mari. Nõ ergo mirum & ἀκτὴν dictam, sicut & ab Eustathio, & à Strabone notatum vides.

* *Atys*, Rheæ amasius, in pinũ mutatus, vt Græci nugantur. Vide *Sagaris*.

Auarus, æris auidus, *Gellio teste lib. 10. cap. 5.* * φιλάργυρος, amans argenti, φιλοχρήματος, amans opum, nempe caducarum. Auaritia, φιλαργυρία, æris auiditas, pecuniæ seu argenti amor. Hebr. בצע *batsah*, corrasit, abrasit, auarus fuit. Cognationem habet cum *Patsah*, vulnerauit: & cum *hatsah* afflixit. nec enim corraduntur opes quin pauperes multi affligantur & conterantur. *Betsah* turpe lucrum, quum per fas & nefas corraduntur diuitiæ. Quod etiam auarus semper omnia appetat, quæ possidet relinquat, & spe res alias iam deuoret, nec vnquam satietur, כילי *Kilai* dictus est, à כלה *Killa*, consummauit ex toto, consumpsit. Nunquam enim satur est, nec modum cupiditati ponere potest.

Anceps, qui vel quæ aues capit, ὀρνιθοθήρας; יקוש *Iakosch* vel *Iakusch*, à verbo *Iakosch*, tetendit laqueos, insidiatus est. Hinc ἰξεύω, aucupor, ἰξὸς viscum quo aniculæ implicatæ capiuntur.

Auctor verbale nomen ab augeo iuxta Sosipatrum, quo modo scribendum potius, quam t. inserta cum aspiratione, existimant nonnulli. Sed cum Græcorum αὐθέντης idem sit illis, cum Latinorum auctore, putant alii posteriore potius modo scribendum. Quando vox illa primum Latinorum auctori significatione responderit. Antea enim αὐτόχειρα notabat, qui propria manu aliquid patrat, *vt etiam Alciatus animaduertit*.

Audax sapere videtur nonnullis quid originis Græcanicæ, Græci enim αὐθάδην vocant *audacem & temerarium*, αὐθαδίαν *audaciam temeritatemque*. Festus ab auide, id est, cupide agendo deflectit.

* *Aue*, Hauo vox salutantis apud Plautũ in Pœnulo, vnde Latini fecerunt suum *Haue*, & sine aspiratione *Aue*. Pœni illud Hauo ab Hebræis maioribus suis mutuati sunt. חוה *Chaua*, & molliore aspiratione *Haua*, i. viue, χαῖρε, ὑγίαινε. Hebræi & Syri salutationem illam alia voce, nempe שלום *Schalom*, i. pax, efferebant. Sed cum personæ ratio habebatur, adiiciebatur *Doni*, quod & ipsum detruncatum ex Adonai. *Haudoni*, חוהדני, χαῖρε κύριε, quod Gallicè diceremus, *Dieu vous g rd, Sire*. Ita enim Pœn⁹ apud ingeniosum Comicum, P. *Hauo*. M. *Salutat*.--- Item: Ag. *Saluta hunc rursum Pœ-*

nice verbis meis. M 1. *Haudoni.* - In tertio Anthologiæ, epigrammate Meleagrum Tyrium:

Ον θρέψας, ἥρδρωσε Τύρ☉, Γαδάρων θ' ἱερὴ χθών,
Κῶς δ' ἐρατὴ μερόπων πρέσβυν ἐγηροτρόφει.
Ἀλλ' εἰ μὲν Σύρος ἐσσί, ΣΑΛΑΜ. εἰ δ' οὖν σύγε Φοίνιξ,
ΑΥΔΟΝΙΣ. εἰ δ' Ἕλλην, ΧΑΙΡΕ· τὸ δ' αὐτὸ φράσον.

In vulgatis codicibus trajectio literarũ facta est, & ναίδιος pro αὐδονίς. Αὐδονίς autem pro αὐδονί scripsit poëta: non quod ita dicerent Pœni, sed quia magis alludit ad desinentiam Græcam. Αὐδονὶ igitur Pœnis idem est, quod Σαλὰμ Syris, χαῖρε Græcis. Hæc Nobiliss. Scaliger, Notis in fragmenta Berosi.

Auentinus mons, seu collis vrbis Romę, quem Fabius Pictor Rumurium quoq; dictum affirmat, à *vehendo* est appellatus Varroni, aut ab auibus, quæ se eo à Tyberi ferebant, aut ab Auentino Albanorum rege, Pompeio, Dionysio, Liuio & Ouidio testibus, qui ibidem sepultus fertur: aut ab hominum aduentu, qui ad commune Latinorum templum ibi ædificatum commeare solebant: aut denique ab aduehendo. Siquidem olim mós iste paludibus disclusus à reliquis fuit. Cinctum eum muro ab Anco Martio & additum vrbi, omnes prope Historici memoriæ prodiderunt. Nec omittendũ, dictum quoque fuisse Murcium hunc montem: quæ lectio placet apud Pompeium in ea dictione, vbi alii legunt *Murcum.* Nam subdic sub eo mõte fuisse *Murciæ* Deæ sacellum, a quo indubium proculdubio huic monti nomen.

Auernus Campaniæ lacus Plinio in sinu Baiano, Straboni ἄορν☉, quem Cæsar repurgauit, dictus quasi ἄορν☉. Nec similis conjectura. Nam aqua si eius adeo grauem exhalauit odorem, vt aues superuolantes necaret. Vnde & apud Poetas pro inferno accipi videas. Etymõ nominis approbat etiam Virgilius Aeneid. 6 his verbis:

Inde vbi venere ad fauces graue olentis Auerni
Tollunt se celeres.

Et infra:

Quam super haud vlla poterant impunè volantes
Tendere iter pennis, talis sese halitus atris
Faucibus effundẽs supera ad conuexa ferebat:
Vnde locum Graij dixerunt nomine Auernum.

Scribit & Strabo percrebuisse apud accolas famam, aues superuolãtes spiritus exhalantis grauitate exanimatas in eum decidere, tanquam abriperentur ad Plutonem, cui propterea sacrum habitum est stagnum, facit & Silius huius paludis mentionem *lib.8.* qua iter esse canit ad vndas Acherõtis. Et Lucretius *libro sexto,* pariter comprobãs Etymon nostrum:

Principio, inquit, *quod auerna vocant,*
non nomen id ab re
Impositũ est, quia sunt auib. cõtraria cunctis.

Solus his cõtrarius Aristoteles, q libro θαυμας ἀκουσμ. inter alia scribit: ὅτι δὲ οὐδὲν διΐπταται ὄρνεον ἐν αὐτῷ ψεῦδ☉· οἱ γὰρ παραμείναντες λέγουσι κύκνων πλῆθ☉ ἐν αὐτῷ γίνεσθ. Sed maiori parti adhæremus.

Augur ab auiũ garritu, ex quo augurium. Constitui solebant augures à sacerdotibus viri illustres, quales Marcellus & Cicero fuerunt, qui diuinabãt seu certi aliquid ex auibus prædicebant. Cũ autem, Aristotele auctore, diuinatio sit duplex, *Naturalis* vna, *Artificialis* altera, & naturalis, sit ista, quã auis volatu suo, voce, gustatione ex insperato prædicit, cuius etiam Virgilius meminit, cu ait: *Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix,* sciendum Artificialem esse interpretationem Augurris, qua diuinationem naturalem rapit in suam significationem. Festus vult, augurem dictum ab auib. & gerendo, quia per eum auium gestus edicitur. Magis placet, quod sequitur, dictum eum ab auiu garritu Fit enim augurium proprie auium garritu & voce, sicut auspiciũ auium volatu. Gerere autem & ab eo verbo descẽdẽs gestus, externum habitum, qẽ corpore quis repræsen

præsentat, designare videtur. Hinc ora-rorum gestus, item mimorum, quos illi exprimunt in proscenio.

* *Augur*, generali voce nec non speciali designatur ab Hebræis. Quem vis diui-natorem & futurorum præscium, ex volatu & garritu auium, ex inspectione partiũ corporis humani, ex creaturis variis coniicientem, sanctis denique prophetis oppositum: nec ex prudēti rerum naturalium vel politicarum considera-tione iudicantem: doctorum quorundā indicio ידעני *Iidhoni*, diuinum (Gall. diuin) diuinatorem nominant προγνώστην, hariolum, sciolum, futurorum præsagũ: à verbo ידע *Iadhah*, nouit, cognouit, comprehendit vi mentis, atque intellectus, quæ postea proferret. Hinc εἴδω, ἀδίω, ἰδίσκω, ἴδμαι, scio, noui, conspicio. Item δαέω, δαίω, scio, cognosco, δαίμων, quasi δαήμων, sapiens; ὁ δα, noui, & Larinum video Specialis designatio diuinorum, seu diuinatorum vel diuinantium multiplex est, pro vt videre licet in commentario doctiss. Peuceti de diuinationibus. נחש *Nakasch*, augur, & Auguriũ, *Nekaschim* augures à verbo *Nikesch*, auguratus est augurium fecit. affine est verbi לחש *Lakasch*, mussitauit, susurrauit. Augures enim incantatores, & eiusmodi impostores detestandi, siue per aues, serpentes, & alia instrumenta Spiritui erroris efficaciæ inseruiant, susurris & obscurorũ verborũ mussitationibus sibi suisq; discipulis illudũt. Hinc per aphæresin primæ radicalis deriuatur, ὀιωνίζομαι, ὀιωνίζευαι augurot, ὀιωνιςὴς augur, ὀιώνισμα ὀιωνισμὸς & ὀιωνὸς. auguriũ, ὁ ὀιωνιςικὴ vaticinatio, ὀιωνιςικὸν, augurale.

Augustales nuncupatos fuisse scribit Vegetius *libro 2. rei militaris*, qui primos ordines in bello ducebant, quod ad id munus eos promouisset Augustus * Hebræi agmen militum אגף *agaph* nominant, Inde Gr. ἄγημα, & Lat. *Agmen*, agminum ductores: *Agas* seu capitaneus Ianissororum, apud Turcas Anda a suudos, Summus agminum ductor, Imperator, Augustus, Chald. אגוסטלא *Augustala*, *Augustor* item, & *Augustus*. Erat & Augustalis Aegypti præfectus cui imperium instar Procõsulis erat cõcessum. *l. vnica. ff. de Off. Præf. Augusi*. Quando & à quo sit constitutus, apud Tacitum inuenias *libro 7.* qua de caussa, apud eundem, *Annalium 2.* Augustalis etiam erat Sextumuir iudex municipalis à Decurionibus factus, *l. si quos C. de Decurionibus lib. 10.*

Augustus, antea nominatus Octauius & Thurinus ab augendo imperio nomen arcessit. Paulo aliter Suetonius, cuius subiicio verba. *Postea*, inquit, *C. Cæsaris & deinde Augusti cognomen assumpsit. Alterum testamento maioris auunculi, alterum Munatii Planci sentētia, cũ quibusdā censentibus Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem vrbis, prævaluisset, vt Augustus potius vocaretur, non tantum nouo, sed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, augusta dicantur ab auctu, vel ab auium gestu gustuue, sicut & Ennius docet scribens: Augusto augurio postquam incl. ta condita Roma est.* Aurelius Victor ob victoriam nomen hoc illi datum scribit, quòd cum etymo priore facit. Sed Suetonio fauet rursus Dio auctor bonus *Rom. Hist. lib. 53.* cum scribit reliquis nominibus repudiatis tandem appellatum illu hoc nomine à Senatu, quasi amplior ipse foret hominis natura: πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα καὶ τὰ ἱερότατα, ἀύγουςα προσαγορεύεται. Ita augustum marmor. angustiæ fores, & angusta dicitur papyrus. Porrò ab Augusto appellatus est mensis antea Sextilis dictus, *vt & Octauianus n. pua Frisborum*. Idem nominatus Γορπιαῖον, apud Macedones λῶος, Hebræis, אלול *Elul** ab אליל *Elil*, i. nihil aut nihil, quoniã in hoc mense, qui sextus est Hebræis, in quo segetes demetebant, in terra Canaan & in campis atque agris nihil supererat. Respõdebat autẽ partim Iulio, partim Augusto nostro.] Augustania etiã dies reditus Augusti Romam Suetonium legat, si quis de eo plura req. r.

* *Augustus*, nomen adiectiuum, dicitur Sanctus, & dignus quem religiosa quadam veneratione obseruationéque colamus, Ouid.1. Fast. *Sancta vocant augusta patres, Augusta vocãtur Templa sacerdotum, rite dicata manu* Augusta, i. augurio consecrata, inquit Seruius in Virgilium, Hebræis, Augustus vir הנכבד *Hannicbadh*, à verbo כבד *Cabedh*, i. grauis fuit, honoratus, gloriosus, magnę ęstimationis, appellatur. Gr. σεβάσμιος, σεμνὸς, ἱερός. A Cabedh, per syncopen κυδάω, κυδαίνω, κυδιάω, glorior, veneror: κῦδος gloria. Quoniã verò viri graues, honorabiles, gloriã cincti, non leui sed graui & lento passu, incedũt; hinc fit vt Hebræi grauitatem in motu & pondere nomine ab eadem radice deducto nuncupare soliti sint כבוד *Cabodh* gloria, honor: כבד *Cobedh*, grauitas põderis:& כבדות *Cibduth*, grauitas motus, seu tarditas.

Auidus a non vidẽdo propter nimiam cupiditatem appellatus est Festo, sicut amens, qui non est compos mentis.

* *Auis*, dicta nõnullis ab auiis, hoc est, locis remotis & secretioribus, quibus aues maxime delectantur. ὄρνεον, παρὰ τὸ ὄρους ν. dicitur etiam ὄρνις, ales, παρὰ τὸ ὄρνυμαι: & πετηνὸς, volucris, à πέτομαι, volo, as, vel a πετάω extẽdo, eleuo. Hebr. עוף *Oph*, auis, q. d. afis, est nomen collectionem significans. Omne id quod volat, à verbo עף *Aph*, volauit. Nominatur etiam עיט *hayt*, q. d. auit, vnde auis, à verbo *ait*, vnde ἀετός, aquila (species pro genere) à volatu festinante & indefesso. Itẽ εἰθύω, impetu feror, θέω, θύω, curro, festino, quod auibus maxime conuenit.

* *Aura*, lenior ventorum flatus, ἄυρα, fortasse à חריש *Cheris* vel *heris* (molliore sono) siluit. Quoniã verò, quoties Deo visum est, lenior & silens aura in eurum vehementem & minime silẽtem momẽto cõuertitur. Ideo ex *eodem* verbo heris deriuatur חרשיה *harischit*, i vehemẽs, vt vẽtus Eurus, qui flatu suo aures fere surdas reddit. Si quis autem fortius pronũciet, vt scribitur *Carischit*, inde fluũr, Caurus, Corus, Circius, venti vehementes.

Aulæum alio nomine tapes & περιπέτασμα, quo parietes & aulę solẽt obduci ac tegi, appellatũ putat Seruius, quod in aula Attali regis primũ fuerit inuentum. Varro auctor est, *aulæa suspendi consueuisse ad puluerẽ excipiendũ, cũ cameræ vsus ignoraretur*. In apparatu scenæ sterni ea solita in terra tradit in Terẽtiũ Donatus: Fuisse autẽ pictum ornatum, & ex Attali regia Romã aduectum, pro quibus, *inquit*, posterior ætas siparia accepit.

* *Aulæum*, tentorium, אהל *Obel*, ab אהל *Ahal*, fixit tentoriũ, erexit aulæum. Hinc ἀυλίζω habito in tentoriis & sub aulæis, ἀυλαῖον aulæum, velum picturis variegatum; ἄυλιον domicilium; ἄυλις tentoriũ, & castra: quoniam in castris multa sunt tentoria & aulęa ducum, atque militum.

Auris. Grammatici notantes παρήχησιν quãdam ab hauriendis sonis appellatam asserunt, præeunte Marone hoc hemistichio: *Vocemque his auribus hausi*. Sic οὖς Grammaticis Græcis παρὰ τὸ ἀΐω deduci solet. * Heb. אזן *Ozen*, à verbo *Izzen*, audiuit. Inde נזם *Nezẽ*, inauris, & per apocopen οὖς auris, ἀκούω, audio, auribus percipio.] Est autẽ auris pars capitis qua audimus sine spiratione: ἄπνευν adiecit Aristoteles, quo perstringeret Alcmæonem, qui capras auribus respirare aiebat. Componitur ex cartilagine & carne admodum modica.

Aurichalcum, ab ære & auro cuius colorem imitatur, nomẽ adeptum, alio nomine orichalcũ ἀπὸ τοῦ ὄρεος, id est, mõte (ex montosis enim locis eruitur) appellari solet.

* *Aurichalcum* ductum (inquit Isidorus lib. 16. c. 19.) quòd & splendorem auri & duritiã æris possideat. Cõpositum nomẽ ex Lat. & Gr. Lingua Aes enim χαλκὸς Gr. vocatur. fit autẽ ex ære & igne multo, ac medicaminibus perducitur ad aureum colorem vide *Orichalcum*.

Aurora dicta nõnullis quasi *aurea hora*, aliis ab *aura*. Neutrum commodè reiicias. Notandum quoque cum aurea dicant, &

cant, & Homero *ῥοδοδάκτυλος*, id est, *roseos habens digitos*, videri posse nomen latinum vtriusq; vocis, auri quippe & rosæ primarias accepisse syllabas, vt ex his velut cõpositum nomen aliqui putent.

Aurum nominatũ ab auertendo, quòd eius cupiditas animum peruertat, sunt qui existimant. Festus deducit ab *ὡρεῖν*, quod nobis est custodire. Hippocrates nomen inditum credit à nomine inuentoris: alij à coloris auroræ similitudine. Quid, si ita sit appellatum, quasi *ὡραῖον* pulcrũ? Quid si ab externo *Vr*, quo ignem intelligi constat, cuius flammam imitatur nitore, aut à Sole, quem Orum appellant Ægyptij, quem itidem refert colore? Equidem Chymici Solis eum nomine appellant. Nihil tamen hîc temere affirmo. Plinius scribit triplici modo inueniri, vtpote fluminum ramentis, quo nullum est absolutius, quippe cursu & attritu politum. Item puteorum scrobibus, & montium ruina. Quod puteis effoditur, canalitium vocant, idque tunditur, lauatur, vritur, molitur in farinam, quæ deinde igni excocta in massas redigitur. Aurum, quod statim suum est, nec ignem expertum, *ἄπυρον* vocant Græci: Contra quod vsque eo cogitur, dum argentum omne separatum fuerit, *ἄπεφθον*, cum quo idem aliqui volunt, quod dicitur *obrizum*. Sed cui ex candido colore inest argentum, *λευκὸν* Græci, *argentosum* Latini vocant. Coronarium aurum definit Agellius lib. 5. ca. 6. quod aureæ coronæ Imperatori ob honorem triumphi solitæ mitti, addi consueuit. Baptista Egnatius in Capitolinum illud, quod oppida nouis Imperatoribus sub coronarum specie offerebãt. Aurum lustrale dictum, quod quarto quoque anno pendebatur, vt ait Zonaras. Aurum glebale, quod nomine possessionum, cuius mentio fit *l. 2. C. de prætor. & honor. præt. libro 12.* Auro autem puro color est fuluus & nitor præcellens, maximè polito, idemque igni liquescit & fundi potest. Verùm tantum abest vt consumatur, vt vnum ex omnibus metallis nihil de sua magnitudine deperdat, sed quo sępius & diutius etiam in magno catino arserit, eo melius præstantiusque fiat. Adde, nullis acribus, quod genus sunt sal, nitrum, acetum, succus immaturis vuis expressus, aqua ex atramento sutorio, consumi aut imminui nulla rubigine aut ærugine infestari. Malleo percussum adeo dilatatur, vt ex singulis eius denariis quinquagenę plureue efficiantur bracteæ, quibus aur. fæces vtuntur: triplo plures quibus pharmacopolæ & pictores. Tenuatur insuper in fila modo cum lana bombycina, modo & sine lana. Cum argento viuo & plumbo de pondere contendit, sed superat vtrumque. Insigne metallum, & tamen à veteribus Germanis contemptum. Quid, quod auri argentique metalla sint prohibita à Paulo Æmylio Macedonibus, ferri verò & æris permissa. Plura vide apud eos, qui de metallis & fossilibus scripta iamdudum diuulgarunt.

* '*Aurum*, Hebræis זהב *Zahab.* primùm à colore sic dicitur, nempe flauo seu fuluo, qui auro peculiaris est. Nam mutata צ vocis צהב *tsahab, flauum* seu *fuluum* notantis colorem, in ז (quæ elementa, quia eodem organo, dentibus videlicet linguâ pulsatis, efferentur, inter se alternant) fit זהב *Zahab*, aurum, tanquam flauum, seu fuluum, scilicet metallum.' Inde poëta quidam aureos numos indicans dicit, *An de moneta Cæsaris decem flauos?* Et Virgilius, *fuluum mandauit sub dentibus aurum*: Verbum צהב *Tsahab* significat flauus seu fuluus fuit, & instar aurei coloris, fulsit vt aurũ. Vnde Leuitic. 13. 30. 32. 36. & Esdr. 8. 27 Deinde, Syro Chaldæis *Tsahab* duo significat: id est exhilarescere seu lætari. 2. Irritare seu instigare. facit enim sæpius aurum, vt sui possessores hilaritate atque lætitia perfundantur: contra auro carẽs, seu *ἀχρήματος*, perpetuâ plerũque tristitiâ contorquetur. Ab irritando quoque seu instigando aurum prudenter dici videtur: quia in specie ad voluptates impellit &

riter *Zahab* monetam auream, ſiue auro cuſam indicas, dictum occurrit in Ben-Syræ ſententia, *compara tibi*, inquit, זהבים *Zehabim*, aureos (numos ex auro conflatos, percuſſos, ſignatos) *&* *quasi bet opes*, &c. Grammaticorum regula eſt, Nomina metallorum & reliqua ὁμογενῆ plurali carere: vnde quum aurum & partes auri, adeóque tota maſſa ſignificantur, nonniſi ſingularis numerus locum habet. Rectè igitur, vſurpata pluliter voce auri, aureos numos vertemus. Græci quoque & Latini aurum à certis locis denominatum accommodarunt figurata locutione ad aurum probatiſſimum & omnibus numeris abſolutum. Hinc enim κολοφώνιον aurum Græcis, Lydum ac Dalmaticum Latinis eſt dictum. *Colophonium* quidem ideo quòd, vt Zenodorus auctor eſt, apud Colophonios, Ioniæ incolas, aurum, optimum reperiatur. Etſi κολοφώνιον etiam dictum videri poteſt ἀπὸ τοῦ κολοφῶνος, quo quid finitum ſignificatur, teſte Feſto, ac ſi dicas aurū ſuis numeris finitum, extremamque perfectionem adeptum: qua ex voce nata phraſis eſt, apud Platonem inprimis, κολοφῶνα ἐπιτιθέναι, i. vltimam manum, & veluti faſtigium ſeu apicem imponere. Lydum verò vocarunt, à Lydia, Aſiæ minoris regione, nomine Cræſi regis & Pactoli fluminis auriferi nota, cuius incolæ primi aurum argentúmque ſignaſſe Herodoto dicuntur. *Dalmaticum*, à Dalmatiæ regione nuncuparunt, quoniam & ipſa, in eaque præſertim ciuitas Gadera, auro omnique rerum pretioſarum affluentia abundabat: in quâ aurum inuentum eſt ſub principatu Neronis tantâ copia vt quinquagenas quotidie libras effunderet, vnde verſus ille Martiani; *Dalmaticum ſuperes aurum Scythicóſque lapillos*. Et Statii, *Robora Dalmatico lucent ſatiata metallo*. De Auro Obryzo, Ophirio & Vphazio, vnde ſuis locis *Ophi* & *Vphaz*. Alia auri cognomina ſuperſunt excutienda. 1. חרוץ *Charuts* & ſi propriè aurum ſignificat malleo contuſum, vel conciſum, à verbo חרץ *Charats* (vnde fortaſſe *Carat*, & *ora 22. Carats*, Gallis, id eſt eximium) concidit, præſcidit, contudit: accommodari tamen poteſt ad omne aurum, quod humo effoditur aut eruitur, ab eodem verbo, quod etiam excidit, excauauit, exſculpſit, ſignificat, ac ſi aurum ex imis terræ vel montium viſceribus indicas exciſum & prolatum. Docto Vvaſer, lib. 1. de antiquis Numis Hebr cap. 7. aurum ideo etiam *Charutz* vocari probabiliter videtur, quia ſummo nationum conſenſu præfinita ac deciſa cæterarum rerum eſt menſura. כתם *Cethem* dicitur aurum inſigne, optimum, præſtantiſſimum, à verbo *Catham*, emicuit, fulſit, reſplenduit inſtar micarum auri. Et nonnullis *Cethē* (pron. Kéthem) Auri maſſa eſt promicans, & quæ fulgida eſt, qualis Arabica, &c. Tale aurū, formâ aliâ, מ *men* nimirū in præfixo מכתם *Mictam* dicitur regio Pſalti, qui Pſalmos aliquot ſuos, nempe 16. 56. 57. 59. & 60. eo inſcripſit, ob inſignem videlicet argumenti dignitatem, ac ſi dicas Pſalmos aureos, hoc eſt maximè inſignes & illuſtres, qui ſunt (vt loquitur Aben-Ezra) pretioſi inſtar auri præſtantiſſimi; vel tanquam clymodium habens auri micas inſertas & fulgentes, aut ſicut κειμήλιον ex ſolido & ſplendido auro factum, inſtar pretioſiſſimi cuiuſdam Aureoli. בצר *Betzer*, ſiue *Betzar*, pro auro lectiſſimo occurrit tribus locis apud Iobum, nempe cap. 22. v. 24. & 25. Item cap 36. v. 19. Apud eundem cap. 28. v. 15. legitur, *Non poſſet dari* סגור *Seghor pro eâ* ſapientia videlicet, quam velut rem pretioſiſſimam comparat cum auro aſſeruato in ciſta, ſeu gazis concluſo. סגר *Saghar* enim ſignificat clauſit, cōcluſit, incluſit. Inde *Seghor*, clauſura vniuerſa eſt, & ad aurū metonymicè refertur qđ in ciſta claudatur & recondatur. Hoc ſenſu Latinos laurum à Græco ὠρεῖν cuſtodire, vel aſſeruare dixiſſe Feſtus vult: & θησαυρὸν certum eſt dici παρὰ τὸ τι-

θέσεως εἰς ἄυριον, ab asseuratione in crastinum: siue, vt Isidorus vult, παρὰ τὸ θεῖς, quod Græci repositum dicunt, & à Latinis aurum, quod iunctum ex Græco Latinoque sermone sonat repositum aurum, hoc est optimum & præstantissimum: si quidem pretiosa singulari cura custodim'. Quid si dicas: inquit Vvaser us) Seghor oriri a Saghar, quatenus verbum illud etiam tradere in manum significat, per peculiarem sensum concludendi: quo sensu vsurpatum legimus. 1. Sam. 26.8. Psal. 78.50. & alibi. Sane nulla res in toto hominum consortio crebrius & frequentius, citiusque, de vna manu in aliam traditur, quàm aurum monetale: vt fit quando vel nummum cudimus, signamus, commouemus, commutamus, exercemus, occupamus, collybo curamus, ætuscamus, ære mutamus, versurâ soluimus, nomina dissoluimus facimus, exigimus, rationes putamus, hastæ subiicimus, ab hasta emimus, alia que ad rem aurariam siue monetariam pertinentia perficimus.

* *Aurum* ita dici putat Isidorus, quod obradiet splendore siue luciditate, ignis nimirum in colorem Plinius lib. 33. cap. 3. addit tale aurũ obrizum vocari. Pindarus & Lucianus αἰθόμενον πῦρ, ardentem atque ideo valde lucentem ignem appellant. Hebræi verò, Chaldei atque Syri נהור Naor, a voce אור Or, lucem seu splendorẽ signante quod Poetæ Latini interpretantur aurum fulgens siue fulgurans, nitidum siue nitens, rutilum siue rutilans, illustre siue clarum, micans siue radiãs, aliisque nominibus, ad Solem etiam accommodatis Aurum Græcis χρυσὸς, variis cognominibus & epithetis insignitur aliquoties χρυσεὺς dicitur pro χρυσοῖς πατὴρ *Aureus pater*, vt Latine quoque Aureus reperitur pro Aureus numus. Et oui vitellus, Seu τὸ λεκιθῶδες dicitur τὸ χρυσοῦν, quoniam nimirum flaui seu fului atque aurei est coloris. Nonnulli χρυσὸς à χρ[illegible]ζω, orno deriuant: alii à χρ[illegible]ζω, coloro, colorem adscisco. Aurum Galli *Or*, Itali & Hispani *Oro*, ab eadem voce Hebræa אור *Or*, propter eius splendorem, ornatum, lucidum colorem, vocarunt. Sed & Latinè Aurũ idem Isidorus à splendore siue luciditate dictum vult. *Aurum*, inquit, *ab aura dictum, id est, à splendore, quod repercusso ære plus fulgeat.* vnde poeta, *Discolor inde auri per ramos aura refulsit*, hoc est splendor auri. Naturale enim est, vt metallorum splendor plus fulgeat, luce alia repercussus. Hinc & Aurarii dicti, quorum fulgor splendidos reddit. In eandem fere sententiam Festus scribit. Quosdam aurum à similitudine auroræ coloris nomen traxisse existimare.

Ausonia, quæ propriè Aruncorum est terra inter Campanos & Volscos, iuxta mare, *vt in Lycophronem scribit Isacius, imo Ioannes Tzetzes*, non ab Ausone Regis Itali filio, sed ab Vlyssis & Circes, vel (*vt alij*) Calypsus filio nomen accessit. Eam enim Italiæ partem is insedit, vrbemque Aruncam condidit, sicut & Festus testatur. Tandem vero id nominis à parte ad totam Italiam penetrauit, vt cuique est notum. Et ab Ausonia mare dictum *Ausonium*.

Auspicium dictum Grammatici volũt, quasi *auispicium* ab auibus spectandis, quarum quædam erant Oscines, quædã præpetes. Latius tamen aliquando extendit se vocabulum istud: Quando non ex auibus tantum, sed etiam ex pedestribus obseruata constet à Romanis auspicia. Scribit quippe Festus *lib. 14.* Pedestria auspicia nominabantur, quæ dabãtur à vulpe, lupo, serpente, equo, ceterisque a[illegible]ibus quadrupedibus. Si forte hostiæ profugissent ab ara, aut perculsæ mugitum dedissent, aut in aliam partem corporis, quàm oporteret, cecidissent, piacularia reddebant auspicia, quæ tristia sacrificantibus portendebãt. Perennia nominabant, *auctore Festo*, cũ amnẽ aut aquã, quæ ex sacro oriebatur auspicato transirent. Ita Magistratus in campum

sum euntes, vt agerent aliquid, Petroniam profluentem in Tyberim transibant auspicato. Sumebãt quoque auspicia ex acuminibus spiculorum, pilorum, ensium, de prælii euentu bono, si splenderent, si non essent retusa, si non sordida, nec quendam horrorem præ se ferrent. Arnobius 2. aduersus gent. *Martium discrimen obeuntes spem prælij sumitis, & ex acuminibus auspicatis.* Lætum similiter successum augurabantur portendi, si signa vellenti signifero non reniterentur, sed facilè sequerentur: vt aduersam fortunam, si vix magno conatu conuellerentur. Caduca vero auspicia nominata animaduerto, si quid in templo excidisset, vt si virgæ excidissent manu. Liquida à Plauto in Pseudolo & Epidico quæ certa ostenduntur cœlo sereno: Regia, quæ Regibus auspicia faciũt, quales inter reliquas alites numerantur columbæ. Vnde Æneæ apud Maronem legas geminas columbas à matre in auspicium missas. Quin Cæsari originẽ inde trahenti prospero fuisse ostento proditũ memoriæ. Græcis dicitur auspicium οἰωνοσκοπία, quàm Homeri interpres Iliad. 2. esse tradit τῆς μαντικῆς εἶδος. Auspicii inuentor fertur Tiresias Thebanus, vt augurii Caras, Aruspicii Delphus, ignispicii Amphiaraus, interpretationis somniorum & ostẽtorum Amphictyon, Astronomiæ Atlas Vide Peucerum, Commentar. de variis diuinationum generibus.

Auster, ab hauriendis aquis dicitur Latinis, vt Græcis νότος, παρὰ τὸ νοτίζειν, *humectando*, vel τῆς νοτίδος humiditate. Quo sapienter moneat Imperator medicus in Aphorismis: *Austri auditum hebetant, necnon capitis grauitatem, segnitiem seu lentitudinem, & corporis laxitatem adferunt.* Opplet enim cerebrum vaporibus madefacto neruorũ principio, membranis verò neruisque resolutione laxatis humidus natura ventus.

Authentica, id est, Nouellæ Constitutiones Iustiniani nomẽ istud ex quorundam opinione obtinuerunt tãquam scripta originalia quędam habentia certam ac iustam auctoritatem. Est quippe auctoritas Græcis αὐθεντία, vt αὐθεντεῖν suam auctoritatẽ accommodare significat. Alciatus scribit, Accursium primum trãslationem Nouellarum non quidem auctore Iuliano patritio & Exconsule vsurpatam (legitimum proculdubio Iustiniani partum, attamen reiectam vt spurium à Doctoribus, sed barbaram illam & Bulgari tempore factam, quam maluit interpretari, authenticam appellasse, quòd ex ipso originali Græco, *vt vocant*, ad literam esset traducta. Quod autem authenticum sit ipsum originale, docet *l. sancimus. C. de diuers. rescript.* Originale, *inquam*, ex quo præcipuè auctoritas ipsius auctoris relucet, αὐθεντικῶς cum auctoritate. Cicero ad Atticum: *Atque eam loqui quiddam αὐθεντικῶς narrabat, auctore certo.* Eodem spectant rationes authenticæ, *l. Pomponius. ff. fam. ercisc.* & tabulæ authenticæ, *l. cetera. in fin. ff. eod.*

Autumnus Festo ab *augendo* dictus, quod tum maximè augeantur hominũ opes coactis agrorum fructibus. * Prius Auctumnus, inquit Scaliger, ab Augeo, vt farctor, fartor: Sarctor, Sartor: vnde sarcina. Auctor, autor, vnde autumo: auxilium ab Augeo. Porrò Hebræi Autumnum cum hyeme, quasi eius initium coniungunt. & חרף *Coreph* à *Caraph*, id est, rigidè tractauit, appellant. Hinc Græcis ὀπώρη autumnus seu fructuum ætas; ὀπωρινὸς autumnalis, ὀπωρίζω fructus colligo. Autumnus vel Auctumnus, quòd tunc maximè augeantur hominum opes, coactis agrorum fructibus. Varroni dictus à sole *libro quinto, de ling. Latin.* Sed locus suspectus, & mutilus, quem vellem emaculatum & restitutum à Critico quodam. Inæquales nominat Ouidius autumnos *in Metamorph. lib. 15.* intellige repentina caloris, frigoris, humoris, & siccitatis mutatione. Quo mirum non sit, gra-

ſſimos tum ex cacochymia oriri morbos, vel ipſo Hippocrate teſte in *Aphoriſmis.*

* *Auus*, ἄββος, à nomine ב · *Ab* Pater, ita Hebr. dictus à voluntate & affectu paterno in ſuos liberos. Auus, patris mei pater, à verbo אבה *Aba*, voluit, acquieuit, propenſionem habuit erga quempiam: & a verbo אוה *Aua*, auide concupiuit, valde appetiuit. Tenerrimi enim & propenſiſſimi ſunt auorum affectus erga paruos nepotes ſeu filiorum ſuorum liberos. Ab auo *auunculus*, i. matris meæ frater.

* *Auxilium*, repentinum & inſperatum ſubſidium, adjumentum. Ita dictum (inquit Varro) ab auctu, quum, accellerant qui adiumento eſſent, βοήθεια, à βοηθέω, q. d. ἐπὶ βοὴν θέω, ad clamorem accurro. עזר *hezer*, à verbo *hazar*, juuit, auxiliatus eſt: cognationem habet cum hazar, firmus fuit, & זרע zeroha brachium. In brachiis enim firmitas & fortitudo auxilii. à verbo *hazar* deſcendit gall. *hazard* & *hazarder*, i. cum periculo experiri, & auxilium ferre, præſertim quum de bello & pugna committenda agitur.

* *Axilla*, dicitur locus ille concauus ſubter brachium, quem poëtæ alam vocant: quia in eo pili quaſi pennę naſcuntur. Ab ala axilla, vt à mala maxilla, à palo paxillus. Axilla autem eſt ab Hebræo nomine אציל *Aiſil* à verbo אצל *Aiſal*, celauit ſub axillis, aſſeruauit ſub axillis Quod etiam ita penes, apud, & prope nos eſt, ita vt veluti ſub axillis reconditum videatur, אצל *Eiſel* propoſitione, quæ ſignif. apud penes, iuxta, deſignatur. Inde Latinis Axilla, celo, tanquam ſub axilla teneo abſconditum. Gall. *Aiſſelle* Gr. μασχάλη, ad Hebræam vocem accedit.

* *Axinomantia*, ἀξινομαντία, diuinationis ſpecies per ſecures & dolabras, quas Græci ἀξίνας appellant. Plinius de gagate lapide loquens lib 36. cap. 19. *Hoc* (inquit) *dicuntur Magi* [illegible] *in ea, quam vocant axinomantiam.* Præſtigiæ Spiritus mendacis, cuius mancipia miſeris hominibus fures & occultos ſcelerum authores noſſe cupientibus illudunt.

Axis ἄξων, mundi diameter, circa quem voluitur. Item teres ille ſtipes, circa quem vertitur rota, nominis auſpicium deducit παρὰ τὸ ἄγειν, quod *ducere* & *agitare* ſignificat. Aſtrologi tamen nonnulli diſtinguunt axem à diametro, quòd hic plura, quàm axis, complectatur. Omnis ſiquidem axis diameter, at non contra omnis diameter axis. Etenim in ſphæra cœleſti ſolæ eæ diametri nominari poſſunt axes, circa quas fit aliquis motus, quæ quidem ſunt paucæ. Præcipuus autem axis eſt ille, qui protenditur à ſeptentrione verſus auſtrum per mediam terram. Innumeræ interim diametri aſſignari poſſunt, omnes nimirum lineæ tranſeuntes per centrum ſphæræ. Imò & planæ figuræ diametros habent, vt circulus, &c. non autem axem, qui tantùm in ſolidis corporibus ex eorum iudicio reperitur.

* *Axis*, pars ſeptentrionalis, quem polum arcticum quidam appellāt. Cicero, lib. 1. Tuſcul. ita deſcribit borealem & Auſtralem axem ſeu verticem: tum globum terræ eminentem è mari; fixum in medio mūdi vniuerſi loco, duabus oris diſtātibus habitabilem & cultum. Quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem, vnde Horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues: Altera auſtralis ignota nobis (hodie cognita) quam vocant Græci ἀνταξείαν, Hæc ille. Polum antarcticum deſignat. Supra duplicem Axem mundi Sphæram volui doctrinæ gratia Coſmographi docuerunt. in eumque finem ad poli ſeu verticis vtriuſque ad Boream & Auſtrum axes imaginati ſunt, vt fundamētum ſternerent aſtronomicis & Geographicis deſcriptionibus. Quemadmodū enim in axe duplici conſiſtens globus firmo ordine & ad eundem punctum

ſuis

suis momentis recurrente voluitur: ita necesse fuit in cęli cursu nomina fingere quibus mens studiosa detineretur, vt res ipsas ordine perciperet. *Axis*, Hebr. בריח *Beriach*, vectis, obex, pessulú ianuæ fugiens ab vna extremitate ad aliam, repagulú: à verbo ברח *Barach* fugit festinanter & procul, instar venti. Equidem nihil velocius sphęra celi, quouis ocyor Euro. רוח ruach ventus. *βέρη* fugitiuus, *βραχυς* subitus, & Lat. breuis, festinus, qui subito labitur.

Axungia, adeps suillus inueteratus aut cum sale, aut sincerus. descendit procul dubio ab eo, quod *ἀξόγγιον* est Græcis. Alii ab *axe* & *vngendo* non ineptè deflectunt. Apud veteres mos fuit, vt mariti nouæ nuptæ domum intrantes axungia postes inungerent, quòd arbitrarentur ista solemnitate omnia mala ab eius domo arceri.

Azania regio Æthiopiæ Ptolemæo & Arriano ab *Ἀζανι* fluuio, quem commemorat Ptolemęus, nomé inuenit. Fuit & appellata eo nomine Arcadiæ pars, vbi aquarum penuria laborabat, *ἀπὸ τῆς ἄζης ariditate*, vel (quod præualet) *παρὰ τὸ ἀζάζειν exarescendo*, vel *ἀζαίνειν exsiccando*. Etsi Pausanias dictam malit (fabulosè tamen) ab *Azane*, quem ex Erato genuit *Arcas*.

Azeka vrbis tribus Iudæ significans maceriam, deducitur ab עזק *sepiuit*.

B.

Secunda Hebræorum, Græcorum, latinorum litera: Beth Hebræis, בית. Grę. *βῆτα* beta, aliis vita aut veta, de quare certant Grammatici, & adhuc judice lis est, argumentis vtrinque prolatis. Nec nostrum est ferre sententiam. Beth in hoc etymologico, pro non loco v. retinemus. Quod ad græcam pronuntiatioré characteres apponemus, de quibus sentiat & pronuntiet lector pro suo arbitrio. Latini b. ab v perspicue discingant & secernunt.

Baal, originaliter Hebra is *Dominum* aut *Maritum* significans, nomen fuit Sidoniorum Idoli, quemadmodum legis *1. Reg. 16.* sub nomine cuius Phœnices cú Sidoniis Solem colebant, sicut grauissimi auctores prodiderunt. Siquidem historiæ Phœnicú scriptor antiquissimus Sanchoniatho, apud Eusebium *de præpar. Euangel. libro primo*, ipsos solem pro Deo habuisse docet, eumque vocasse *Beelsamen* id est (Phœnicum lingua) Dominum cœli, quem Græci iuxta atque Latini esse voluerunt *Iouem*. Itaque & Pœni oriúdi à Phœnicibus *Samen* dicebant cœlos, *Dominum Baal*, & *Iouem*, *Baal-samen*, id est, *Dominum cœli*, teste Augustino, non solùm Afro, sed etiam linguæ Pœnorum admodum perito. Atque hæc nomina acceperunt cùm Afri tum Sidonij ab Hebræis, qui dominum cęli nominat בעל-שמים. *Baalschamajim*. Assyriis idem Deus dictus est *Bel ζμύρνμος* cuidam Assyriorum regi, qui primus omnium statua ipsi erecta diuinum honoré accepisse legitur, vt & multi apud alias nationes reges, *testibus Arnobio, Lactantio & Augustino*, iacto ita detestabili fundamento idololatriæ. Etenim tales fuisse leguntur,

Romulus & Liber pater, & cum Castore Pollux.

Post ingẽtia facta Deorũ in tẽpla recepti.

Idoli ergo nomen, cuius in sacra Eliæ historia multa mẽtio, cuique filios suos offerebant Iudæi, genu flectebant & adolebant, vt apparet *ex 7. Ieremiæ*, peccãtes sanè grauius vitulorum cultoribus, ab Hebræo בעל deductum. Quam verò frequens spectatus cultus eius fuerit, vel inde conijcere licet, quòd pro quouis idolo accipiatur *Iud. 2. Oseæ 2. & 2. Paralip. 23.* Itaque iungi solet nomen illud cũ aliis vocibus, vt *Baal-Berith*, dominus fœderis, *Baalzebub* vel *Beelzebub* (in idẽ enim recidit Hieronymo) dominus muscæ, *Baalpeor* idolũ ignominiæ, vel quod colebatur in monte Peor, *Beel-phegor* Moabytarum idolum *Numer. 25.* idem cum *Baal-peor. Baal-gad.* Dominus turmę, *Baal-hermon*, dominus anathematis:

Baal-mehon, dominus habitaculi: *Baal-Peratsim*, dominus diuisionum: *Baal-thamar*, Dominus palmæ, *Baalim*, plurali numero, domini, patroni, mariti, possessores. Est & *Baal-Hazer* ciuitas, in qua Absalon apparato lautissimo conuiuio omnium consoribus, ob sororem stupratam, fratrem suum trucidari curauit. Dominumque atrij significat.

* *Baal*, vt Hebræis Baal בעל, ita Tyriis Baal, vnde Carthaginenses coloni Tyriorũ nomina sua ita frequenter terminant, חני־בעל *Hanni-baal*, *Hasdru-baal* (per contractionem Hannibal, &c. Babyloniorũ *Bel*, Latinis Belus, fuit Beel & Baal Carthaginiensium. Et tamen vtrunque confundunt Græci & Latini. Qui Virgilio Belus, id est Baal, aut Syriace *Beel*. Claudianus, 1. panegyr. in Stiliconem de rege Persarum loquens,

——— *ritúque iuuencos*
Chaldæo strauere Magi. Rex ipse micantem
Inclinat dextrâ pateram, secretáque Beli,
Et vaga testatur voluentem sidera Mithram.

Baal igitur & Belus, tam Tyriis, quàm Pœnis & Babyloniis, nomen Dei: quod tamen apud istos populos. (Hebræorũ idioma sequutos) etiam ab hominibus vsurpabatur. Hebræis בעל verbũ, vnde *Baal* nomen (i. maritus, Dominus, herus vir, possessor, & omnis qui habet dominiũ in rem propriam & sibi subiectam) significat adamauit: peramauit, flagrauit, amore erga personam vel rem aliquam vt illa potiatur. Si de coniugibus dicitur, significat maritare, seu cócumbere legitimè, item dominari in vxorem tanquã maritus. Idolorũ cultores quàm ardẽter בעלים *Baalim*, seu deos suos venerentur & colant, nemini ignotum. Quum vero prisci illi Baalitæ quemuis Deum vel patronum, quem sibi delegerant Baalis nomine generatim nominarẽt, vt deinde alium ab alio certis attributis distinguerent variis epithetis vsi sunt. Inde *Baal-phen*, dolõ a. Aegyptiorum, *Baal-peor* Moabitidum, *Baal-Berith* Sichemitarum, *Baal-zebub* Acaronitarum, &c.

Sed Hebræi χλευαστικῶς *Baal-Zebub*, Dominum muscæ vocabant, vt illis mos est Gentium deos nunquam suo nomine appellare. Qui ergo *Baal-Simen*, vel *Baal Schamasim*, Deus cæli, Phœnicibus: Græcis Ζεὺς, Latinis Iupiter. Hebræis *Baal-zebub*, id est, Patronus ridiculus, abominabilis, res nihili, dictus est. Sic Bethel domus dei fuit tandem Hebræis Bethevven domus vanitatis. is *Beel-zebub* perstringitur. 1. Regu. 1. 2. & à Christo seruatore apud Euangelistas: ab Ethnicis Iupiter Olympius, Ζεὺς ὀλυμπιος dictus, & in insula Tyri cultus, vbi & ἀκρο ἀστρόπητης. Vt autẽ Iupiter בעל־שמים *Baal Schamaim*, κύριος ὀυρανοῦ, *Dominus celi*, *Sic* Iuno בעלת שמים *Baalath Schamaim*, κύρια ὀυρανοῦ, *Domina Cæli*, dicta est. Vnde Philo Bybliensis Βααλτιδα vocat. Hæc nos docuit eruditissimus Scaliger, in notis ad fragmenta Berosi, & lib. 6. de emendatione temporum.

Baba notæ stultitiæ homo temporẽ Senecæ, trahere videtur notationem ab infantum voce *Ba*; quam idẽtidem proferunt absque iudicio & ratione. Vnde Græcorum βαβαξ, ὁ φλύαρος: Item βάζειν *loqui*, & βαβάζειν *vagire vel loqui* inarticulatè. * Prima vox infantium, *Pa*, vel *Pa*, quam duplicant pronunciantes *baba*, *papa*: ideo Baba, est infans, ad loquendum ineptus. Hebr אב *Ab*, pater, Abba Syris.

Babel vel *Babylon* ciuitas duplex, vna Ægypti Arabicè *Mazar* aut *Micir*, Chaldaicè Alchabyr Heb. *Misraim*, iam *Cairo* vel *Alcairo*: altera Ptolemæo Assyriæ siue Babyloniæ vrbs primaria nota ex sacris literis, ædificata à Semiramide secundum Diodorum, cùm potius amplificauerit absolueritque fundatam prius à Nemroth, nomẽ aliquibus ferre videtur posteriorem intelligo) à Belo, facta reduplicatione, sicut etiam asserit Etymologicon magnum. Originationem hanc reiiciunt alij. vt falsam, quòd nomen obtinuerit a cõfusione linguarum. בבל *Babel*, nomen sumpsit à confusione linguarum, & idem est ac confusio, Ge-

nes.

nes.11.9.ideo cognatione respicit ad verbum בלל *Balal* confudit, commiscuit. Prisci illi Babelis Architecti, confusione linguarum deiecti sunt. *Babel*, gall. *babil*, loquacitas, & qui nescit quid dicat, vel de quibus rebus loquatur, *babillard*, garrulus, loquax, appellatur] Sua igitur cognatione alludit Babel ad verbum *Balal*, & cófusionem illam linguarum σύγχυσιν reddiderunt septuaginta, *vt & Cedrenus historiarum lib. 1.* Sita hæc fuit ad fluuium Euphraten, distans ab Hierosolyma centum & septuaginta miliaria versus orientem, totius sanè Chaldææ caput, quam regionem sancti Patriarchæ שנער, id est, *domus excussionem* vocarunt, quod Nimrodus hoc in loco vicinos populos omnes superauerit atque subegerit magna felicitate. Fuisse hanc Susam veterum existimat Sabellicus, *vt & Ioannes Bodinus in historico suo Compendio*, sed errore admodum graui, cum Susa, Susianæ metropolis, sit Memnonia Herodoto & Æliano dicta, longe dissita à fluuio Euphrate. Strabo complexam eam scribit in ambitu 385. stadia, id est, Germanica miliaria 12. Vt haud immerito Aristoteles prouinciam appellet. Pausanias in Arcadicis dicit, fuisse πόλεων, ἃς τότε ἥλιος ἴδε, μεγίστην: Iam verò nihil de ea superesse; οὕτω, ait, τὰ ἀνθρώπινα πρόσκαιρα, καὶ οὐδαμῶς ἐστὶν ἰσχυρά. Iuxta rudera tamen eius conditam aliam Babylonē à Saracenis traditur in historiis Turcarum. Expugnatam & captam veterem Babylonem testantur historiæ à Cyro primo Persarum Monarcha, cùm pristinum Euphratis alueum, deriuato in alias partes flumine, reddidisset transibilem vado, penitus verò euersam à Xerxe quarto Persarū Rege, Instaurare eam conatus fuit Alexander, sed incassum, immatura morte præuentus.

* Est & Babylon mystica quam describit magnus Theologus Apocalyps. 14, 16.17.& 18. capitibus.

* *Bacca*, baccę, non à Baccho deducitur, sed primigenia vox est, & significat minutiores arborum fructus, vt lauri & oliuæ. Vide Plin. lib.15. cap.24. magna & baccis differentia, inquit, &c Virgil. 2 Georgic. *Et strati* baccis syluestribus agri. *Oliuæ bacca*, Horat. 2. Serm. Sat. 4. *Lauri Baccæ*, Virgil. 1. Georg. *Baccæ* etiā à similitudine dicuntur gemmæ & lapilli. Horat. 2. serm. Satyr. 3. & Epod. 8 Baccæ arborum differūt ab acinis, quòd acini densius nascantur, vt in vuis: baccæ, dispensius & rarius. τὰ ἀκρόδρυα & τὰ γίμφυλα. Bacca gemma, μαργαρίτης.

Baccalaureus, quem magistri nomine contineri vult Alciatus *l. qui præcipua. de verb. signific.* & quidem ex Pauli sententia (*Lytam* nominat Imperator) sumsisse videtur nomen *a laurea bacca*. Itaque dictus *Baccalaureus* quasi *Baccalaureatus*. Neque enim ignorum lauri arboris mysterium, quod Apollini & Musis sit sacra. Quapropter Aphthonius habuit eam pro symbolo vaticinij, & μαντικὸν φυτὸν appellauit Dionysius. Eadem coronabantur Apollinis simulacra, proditumque memoriæ à Serapione Ascalonita, apposita lauro noctu ad capita, vera somnia videri. Est & symbolum facultatis Poëticæ tum Victoriæ. Constat enim in Pythiis certaminibus peculiariter victores coronatos fuisse lauro, cui Delphicæ nomen erat. Ab illo deinde more ad laureatos Poetas, quales auorum memoria Sabinus & Franciscus Petrarcha, imo iūris mystagogos, res ipsa translata. Et quanquam vsus baccarū lauri, velut ridiculus in desuetudinem abijt, remansit nihilosecius nomen, vt rectè notat Boetius Lordazulsanus, Frisius, in erudita sua oratione, quam habuit Duaci de titulis & insignibus Academicorum honorum.

Bacchus βάκχος ἀπὸ τοῦ βακχεύειν Eustathio, quod est *incondito vlulatu bacchantium instar personare*. Etymologicon magnum hęc habet: βάκχος, μαινόμενος, παρὰ τὸ βάζω βάξω, βάχος καὶ πλεονασμῷ τοῦ κ βάκχος, ὡς ἰαχὴ, ἴαχος καὶ ἴακχος. οἱ γὰρ μεθύοντες πλείονι τῇ φωνῇ καὶ ἐνθουσιῶντες λέγουν

χρῶνται. Paulò ante idem: βακχεύω, σημαίνει τὸ μεθύσκομαι· καὶ βακχευτὴς, ὁ μεθυσθεὶς παρὰ τὸ βάκχος ὃ σημαίνει τὸν οἶνον. Idem *Liber Pater* dictus, vel quod poti mortales vino, cuius ille fertur inuētor, liberius loquantur, vel quod liberet animum à curis, tristitiamque pellat, iuxta Ouidij istud:

Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,
Tunc dolor & curæ, rugaque frontis abit.

Alij tamen appellatum hoc nomine volunt, quod libarionem præbuerit, vel quod pro Bæotiæ libertate pugnauerit, aut à liberando, quòd eius sacra (*vt Seruius scribit*) ad animæ purgationem pertinerent. Aliqui etiam dictum purant *Liberum*, quod sit liber & vagus. Etenim, secundum Aristotelem, cum Apolline hic vnus & idem, astipulante Macrobio. Vnde verò Dionysius dicatur, suo explibabitur loco. בקר *Bakar*, bos, generale nomen animalia maiora complectens. Festus. Bucerum pecus, de bubus dicimus. Nonius, Bucerias, boum greges. Bacchis, bos, taurus, ab Ægyptiis cultus. Macrobio teste. à בקר vacca Lat. Bacchus, ab Ethnicis Taurus cognominatus, & illi cornua tributa cognomen etiam factum ταυροκέρως, Tauricornis. ταυρόμορφος etiam dictus, κεραῖος cornutus, βουγενὴς boue genitus, βουκέρως & δικέρως, bacerus & bicornis. בקר *Bekar*, Chald. liberare. Hinc Bacchus, cognomine liber, & passim liber Pater] Iam tantùm cognomina seu epitheta eius quædam celebriora subtexam, quæ pleraque vini in conuiuiis effecta, prout homines inter pocula prudenter vel imprudenter se gerunt, sapientes Ethnici descripserunt, miro Spiritus erroris artificio, ne ab idolis homines ad verum deum conuerterentur. Hæc autem cognomina, eo modo considerata sub vna velut tabula hic conspicere & legere nō erit inutile. *Bassareus* est dictus, Orpheo Βασσαρεύς. Sed vnde? Polluci & Hesychio ἀπὸ τοῦ βάζειν, i. *dicendo*, vel *clamando*: Ennius quoque tāquā εὖ υἱέ bene fili, quod fabulentur ea verba dixisse Iouem, cùm in leonē mutatus interfecisset Gigantē. Idem audit ναρθηκοφόρος, quòd ferulam gerat, eo quod persuasisse dicatur mortalibus, vt ferulis vterentur pro ligneis baculis, quibus versi in furorem præ nimio vini potu se inuicem impetebant ac trucidabant. Alij existimant, dicatam ipsi ferulam ea de caussa, quod asini ea vescantur auidius, leui sanè commento. Magis arridet, quod à Plutarcho traditum libro *de instituendis mulieribus*. Docet enim hác simul cum obliuione Baccho dedicatam, quòd virga admonitionem significet, qua pueros castigare soliti sunt veteres, innuere volentes, quæ per ebrietatem sunt admissa, puerili tātùm indigere castigatione. Obliuionem addebant, indicantes non oportere meminisse, quæ inter pocula essent dicta factáue, iuxta vetus illud; μισῶ μνήμονα συμπόταν, *odi memorē compotorem*. Porrò dictus Orpheo Βρόμιος, *bromius*, ἀπὸ τοῦ βρόμου *sonitu*: Brisæus παρὰ τὸ βρίθειν *grauando*, vel παρὰ τὸ βρίζειν, quod præ potu & vino dormire significat, *sicut Gyraldus notat*. Nominatus & Phlyus, ἀπὸ τοῦ φλύειν τὸν οἶνον, quòd vinum lætificet, *vt docent interpretes Apollonij*. Vtque Ouidius canit:

Vina parant animos, faciūtque caloribus aptos,
Cura fugit multo, diluiturque mero.

Idem Eiraphiotes παρὰ τὸ ἐῤῥάφθαι, quod Iouis femori fuerit insutus, vel ἀπὸ τοῦ ἐρίφου *hœdo*, vel ἐρίδος *contentione*: Itē apud Orpheum ταυρόμορφος *tauriformis*. ταυροκέφαλος *tauriceps*, βουκέρως *bucerus*, & δικέρως *bicornis*, Nicandro κεραῖος *cornutus*, aliis, κερατοφόρος *cornua gerens*, imo ταῦρος *taurus*, vel quia primus omnium boues iugō iunxisse feratur; quæ ratio est Diodori, vel quòd aliqui crediderint eum esse filium Ammonis, cui affingitur caput arietinum. Phurnutus refert cornua ad audaciam, quòd vinum teddat homines audaces. Certe in prælia quandoque

dorque inermem trudit: Pauper deiectus alioqui animo, tum se erigit & cornua sumit. Quique placidus est alias, tum beluinus, furiosus & truculentus euadit. In eam rem ait quoque Isacius: κερατοφόρος δὲ αὐτὸς ἐστιν, ἐπειδὴ ὁ οἶνος πινόμενος πολὺς τοὺς ἄνδρας ἐκμαίνει. Et paulo post: ζωγραφεῖται καὶ φαντάζεται κερασφόρος, ἐπεὶ τοῖς φιλοίνοις ἡ ἀλογία προσκεῖται δίκην ζώων τετραπόδων. Athenæus lib. 2. refert inter pocula κέρας, additque veteres vinum ex cornib. bibisse & lympha diluisse, atq; hinc factum, vt cornua tribuerentur Dionysio. Plutarchus in Problematib. hoc modo: *Quid est, quod Eleorum mulieres Bacchum celebrante precantur, vt bouino pede ad se veniat. His fere dictis enim est hymnus:* ἐλθεῖν ἥρω Διόνυσε Ἀλείων ἐς ναὸν ἁγνὸν σὺν Χαρίτεσσιν ἐς ναὸν τῷ βοέῳ ποδὶ θύων. *Bis inde inferunt:* ἄξιε ταῦρε. *An quia* βουγενῆ *appellant & Taurum hunc Deum nonnulli; An magnum pedem bouinum intelligunt, quemadmodum Poeta* βοῶπιν *magnos habentem oculos &* βουγάιον *magna iactantem? An magis, quia pes bouis est innoxius? Cornigerum autem Deum rogant, vt lenis latusque veniat? An quod aratrica sementis principem & inuentorem hunc Deum putant:* Hæc ille. Sed & σαβάζιον appellat Orpheus, Sabadium Macrobius cuius & Aristophanes mentionem facit cum in Auibus, tum in Vespis, vbi Commentator notat inditū id nominis Baccho à Thracibus, eiusq; sacerdotes dictos σαβοὺς, & appellationem eam auctore Heracleote, habere à sacris. Barbaros enim σαβάζειν dicere τὸ εὐάζειν, καὶ τὸν εὐασμὸν σαβασμὸν significat aute verbū εὐάζειν nō modo θρηνεῖν, sed etiā καλῶς ὑμνεῖν, *vt tradit Phauorinus.* Dictus præterea Bacchus Lysius, *vt est apud Pausaniam in Bœoticis,* παρὰ τὸ λύειν soluendo, vel quod soluerit vinctos à Thracibus Thebanos vel quod soluat animum à curis: Lenæus quoque ἀπὸ τοῦ ληνοῦ torculari ex Diodori mente, non quod leniat mentem *vt putauit Donatus.* Et ἱεραπιώτης ἀπὸ τοῦ [illegible]

ἰαμβίζειν *maledicendo*: Et Dithyrambus, vel quod in specu διθύρῳ esset nutritus vel ἀπὸ τοῦ δὶς εἰς θύραν ἀναβαίνειν, quod bis ianuam ingrediatur, aut deniq; quod vinum reddat τὸ στόμα δίθυρον, *vt etiam Gyraldus ex Phurnuto notat.* Cultus denique Bacchus Sycites à Lacedæmoniis, quòd crederent ab eo inuentam ficum. Itaque apud Naxios eius simulacra modò fieri solita ex vite, modo ex ficu. Inde quoq;, opinor est, quod Dionysiis præter amphoram vini & vitem, quę præferebatur, hircūq; qui trahebatur, cophinum etiam gestare mos erat carycis repletum, *vt est auctor Plutarchus in Moralibus.* Solebant quoque appingere Bacchu Delphinum, quòd non solùm ad fabulam spectat, vtpote Dionysium ad mare fugisse, sed etiam ad historiam, quod vinum aquæ marinæ permixtum facilius cōseruetur, sicut ex patruo agricola se didicisse scribit Columella. *Delphini græca nomēclatura ad delphacē, porcū eadem lingua sic dictum, accedit. Etenim delphinus ad porcum terrestrē maximè accedit: & maris sus Germanis & Francis dicitur Quoniam Bacchus, i. ebrietas, homines in porcos transformat, nautas Tyrrhenos in delphines mutasse fingitur, & hic piscis meritò ei est appictus.]Qui ipsi sacrificabant, ramos abiegnos gestabāt, quod hæc quoq; arbor præter hederam & quercum ipsi esset sacrata. Sacerdotes tamen plerūq; fuerunt fœminæ iam dictæ Mænades ab insania, iam Thyades ab impetu & furore iam Mimallones, quod imitarentur Bacchum. Comitari illum finguntur Bacchæ, Satyri, Sileni, cum Cymbalis & strepitu, quocumq; incedat, circa eum tigres pantheræ & Lynces, à quibus trahitur eiusdem currus, *sicut Ouidius 3. & 4 Metamorphoseon tradit.* Denique (vt finem faciam) creditus idē iuuenis imberbis, [illegible], idem lasciuus. Quare θηλύμορφος dictus est [illegible] *libri* nomine [illegible] Euripides in Bacchis.

* *Pars* antiquissima [illegible] no-

men sumpsit Et Græci qui ab Hebræis quicquam recepisse videri nolebant, literas quasdam nominum propriorum mutarunt, vt de veterum inuentis, tanquam suæ genti propriis audacius gloriarentur Noachus patriarcha est is, qui primus vitem plantauit, vinique vsum hominibus monstrauit, Genes 9. 20. Inde *Boachus* primum quasi *Noachus*: & per aphæresin vnius literæ postea *Bachus* ab [illegible] dictus est, primus vitis ac vini habitus inter mortales repertor & sator. Vide & *L*[illegible] *con*[illegible] *vnæ* cognominatus est, vt scribit Ouid. lib 4. Metamorph. Nec vero dubium multis est, quin Bachi nomen non à sono bacchantium, vt nonnulli putant, sed à veteri Noachi appellatione sit deductum tandem *Bacchus* ab etymi nescius pronuntiatum sit. Itaque cum Cantharo Bacchus pingebatur, vt [illegible] Arnobius, lib. 6. contra Gentes: & vetustissimus Deorum celebatur, etiam ante liberum & Vranium natus, quemadmodum libr. 2. capit. 2. Lactantius commemorat Denique huius veritatis ignoratione multæ de hoc antiquissimo Baccho fabulæ confictæ sunt, vt tradit ac conqueritur Diod. Sicul. lib. 4. cap. 5. Nec verò Bacchus iste, inter mai[illegible] deos, cælo vel Ioue genitos, relatus, est ille Dionysius Thebanus, à Græcis tantopere cel[illegible]atus: sed vetus ille Nysius, ex Nysa Indiæ monte, [illegible] etiam meminit Arnobius lib 5. Verum Græci vetustissimum [illegible] Boa[illegible] [illegible] Noachum [illegible] poliarunt, qua nomum [illegible] cchu [illegible] er exornarent atque co[illegible] rent [illegible] vem Noachu Boa[illegible] [illegible] fol[illegible], sed & *O*[illegible] Gre[illegible], ἀπὸ τοῦ [illegible] tus est. M[illegible] modo p[illegible] tantum Nu[illegible] [illegible] celebrare v[illegible]. Itaque varius cum [illegible] mult nominibus Sed [illegible] postea [illegible], qu[illegible] Græcia in [illegible] t, & r[illegible] nomen [illegible]

tribuerunt: vt Cenor[illegible]us ille nouus, Atcas alio nomine dictus, qui laudem illam in Italia [illegible] vsurpauit, vt postea vanissimus Græculus, qui suo sensu cunctos mortales [illegible]sus est, vitis, vinique reperrorem sese iactitans & posteritati vend[illegible]. Vide *Laur.*

Bacchara oppidum inter Moguntiam & Confluentiam dictum nonnulli volunt, quasi *Bacchi ara*, ob vini nobilitatem & copiam.

Bactra seu Bactriana Asiæ regio vltra Assyriam, παμφορ[illegible] Straboni πάλ ἀνέλα ὂ, cuius regionis gentem Iosephus deducit à Gether filio Sem, nepote Noah, nomen deflexit a flumine Bactro vel eiusdem nominis vrbe. Simillia exempla etiam de Siciliæ vrbibus [illegible]nias. Si enim Stephanu[illegible] Ἀκραγαντες φησὶ ὄβρις, ἐτι πλῆςη τῶν Σικελ[illegible] πόλεων ἐκ τῶν ποταμ[illegible] [illegible] Vrbs vero Bactrum antea Ar[illegible]pe dicta, patria fuit T[illegible]s [illegible], qui B[illegible] tum victum captumque pro suo [illegible] deled[illegible]amento. [illegible] quod aliqui volint, flumen [illegible] occasionem [illegible] etiam nomen [illegible] Ab O[illegible] prod[illegible] m[illegible] sepulchres [illegible] alitos a Ba[illegible], [illegible] ctos parentes ob[illegible] dilac[illegible], Re[illegible] eorum fu[illegible] Zo[illegible], sapiens vir, au[illegible] magus [illegible], qui pugn[illegible] statariâ tenebris hostibus [illegible] legatu[illegible] Vi[illegible] quoq. inter tot hominum millia [illegible] [illegible], mox [illegible] esset [illegible]us.

* *B*[illegible], à B[illegible] I[illegible]ru & a baculo bacillus per [illegible] κ[illegible]τρον, βακτήρι[illegible], [illegible] q o [illegible] β[illegible]κλ[illegible] var[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] lite[illegible] *Ab*[illegible], [illegible] c[illegible] [illegible] בלך [illegible] בכל [illegible]

[illegible] Inde Chald [illegible], ba[illegible], hinc σκηπων Sc[illegible], [illegible], & Lat. [illegible]tipes. [illegible] Sceptro. מַעְי [illegible], [illegible]o, a verbo [illegible] [illegible]ter. Baculus.

[illegible] in Tribu Beniamin [illegible] nempe בחירים significans, nomen [illegible].

Bai[illegible] [illegible]nus C[illegible]is circa mare Campanu, [illegible] [illegible]q; a [illegible] [illegible] [illegible]s [illegible] proditur. Vnde ibi [illegible], [illegible]tiones, cantus & [illegible]mas, [illegible] *ro pro M. C[illegible].* Strabo etiam lib. [illegible] ἐν ᾗ αἱ Βαῖαι καὶ τὰ θερμὰ ὕδατα τὰ καὶ πρὸς τρυφὴν καὶ πρὸς θεραπείαν [illegible] *lu[illegible]re* [illegible], *cum ad luxum,* [illegible] *idonea.* Et Flaccus [illegible] *orbe locus Pa*[illegible]. Nomen autem inditum [illegible] V[illegible] indicat non solum S[illegible]ius Italicus, sed etiam Strabo [illegible] verbis: τὰς δὲ [illegible] ἐπωνύμους ἄναι λέγουσι Βαίου τοῦ [illegible] τῶς ἑταίρων τινός.

* *B[illegible]*, antiqu[illegible] Operarius, Festo teste. Olim etiam tabellarius, vt notat Am. Marcell. in lib. 15. 18. & 27. speciatim dicitur, qui mercedis gratia onera ferre consue[illegible]. Hebr. נשיל *N[illegible]l*, portator, lator, a verbo נשל *N[illegible]*, t[illegible], portauit. Hinc per [illegible]n ταλάω ταλλω, τλαω, suffero; ανατλαω tolero, & τλῆμι tolero, τλητὸς tolerabilis, τλῆσις patientia, ὀτλέω, ὀτλεύω [illegible], perfero, ὄτλος labor, ἀθλέω, ἀθλεύω miser sum, tolero, aduersa fero, & [illegible], tol[illegible]. Accedit [illegible]ulus ad aliud nomen Hebr. [illegible] סבל *Sabel*, portan[illegible], a verbo [illegible], portauit, [illegible] graue ge[illegible], onus grand[illegible] imp[illegible]. Cognationem habet cum ברכ [illegible]de ba[illegible]. A *Sa*[illegible] [illegible]a [illegible] ponder[illegible]. G[illegible] [illegible], φόρτα[illegible], φορτοφ[illegible]. [illegible] onera[illegible] [illegible] onus [illegible] [illegible] b[illegible] [illegible] [illegible], onera fere[illegible].

* *Balatrones*, inquit Festus, quod [illegible] calceamentorum corijs eradiitur. nimirum παρὰ τὸ βάλλειν. Inde despicati & nugatorii homines dicti Balatrones. Italis hodie Balatro B[illegible]tron[illegible], Gallis *le*[illegible]*e*. Tamen nihil dubium, inquit Scaliger in Varronem, quin fuerit conuitiũ in eos quos abomi[illegible]bant[illegible]: & baratrones prius dictos, tanquam dignos qui in baratrum co[illegible]cerentur, ex Atheniensium consuetudine. Lucretius: *An[illegible] ab hinc l[illegible] m[illegible], ba[illegible]o: comp[illegible]se [illegible].* lib. 3. Balatro homo nihili, nullius pretii, qui omnia confundit, nec vilia a pretiosis discernere potest, [illegible] *bel.* Hebr. à verbo [illegible] *b[illegible]l*, & [illegible] *b[illegible]l*, confudit vnde Babel. Idem dici potest [illegible] *Nabal*, vilis, stultus, φαῦλος Nebulo. Balatrones dictos putat Porphyrion a balatu, i. vaniloquentia.

* *Bal*[illegible], ψελλός, blæsus, qui linguæ vitio verba nequit exprimere, vel qui se blæsum fingēs alijs illudit [illegible] .cognationem habet cum [illegible] *b[illegible]g*, subsannauit, vt solent scurræ per irrisionem aliorũ, præsertim balborum, loquelam minus aptam imitari.

B[illegible] insulæ Hispaniæ intra columnas Herculis sitæ, vt Gades extra columnas, Βαλεαρίδες Ptolemæo, Straboni Βαλεάρ[illegible]δες, χοιράδες Apollonio, παρὰ τὸ βάλλειν, i. *iac[illegible]o* vel *torquendo* nomen deducunt. Fundam [illegible] in[illegible] [illegible] feruntur, eaque de caussa di[illegible]isse Virgilium Georg. *Si [illegible] torquentem B[illegible] v[illegible]* Strabo tamen videtur inuentionem [illegible] potius referre ad Phœnices, quando ait funditores optimos [illegible], [illegible] autem exercuisse magno[illegible] [illegible] tempore Phœnices eas insulas [illegible] addit, circa caput tres [illegible] gessisse ex [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], longas ad longius diri[illegible], [illegible] ad feriēda propinqua, & [illegible] mediocres [illegible]. Ab [illegible] insulis deuictis Metellus [illegible] est dict[illegible] [illegible] [illegible] tabulata ext[illegible] pell[illegible] [illegible]

rum excipiendos.

Balena, belua marina, quam Græci φαλαίναν vocant, *auctore Festo*, φ in β mutata, sicut burrum dicunt Latini loco πύῤῥϑ & *buxum*, vbi Græci πύξον. Vide *Cete*.

Balneum idem cum βαλανέω Græcorum quod παρά τι βάλλειν τὰς ἀνίας, *à mittendo seu abigendo dolores*, dictum Grāmatici volunt.* quod & D. Augustinus confirmat, confess. lib. 9. c. 12. *Visum mihi est* inquit, *vt irem lauatum, quod audieram inde balneis nomen inditum, quia Græci βαλανεῖον dixerint, quòd anxietatem pellat ex animo.*] Vnde λουτρὰ ἄκη πόνων παντοῖα sunt Athenæo. * Hebræum verbum טבל *Tabal*, significat tinxit, immersit ex parte aliqua. Inde βάπτω immergo, λάπτω parū tingo. A *Tabal*, priore syllaba dēpta balneū, in quo tingimur & ex parte aliqua mergimur, nonnulli deductum putant. Suidas βαλανεῖον dictum putat παρὰ το βαλάνους, quòd antiqui ad illud succendendum glandium cortices subiicerent: etymon longius petitum, doctiorum iudicio frigidis, & calidis, vel calefactis aquis lauabantur calida βαλάνεια dicta, quòd lassitudinem pellerent, vt vult Plautus in mercatore: *Nunquam edepol omnes balneæ mihi hanc lassitudinem eximent.* Et primum quidem sanitatis gratia comparata balnea non negandum, tam apud Græcos, quàm Romanos, nempe vt sæpius abluere possent sudorem & corporis sordes, cum linteorum vsus rarior esset apud illos, iam post ambulationes, iam post exercitationes & alias necessarias operas. Siquidem Commodum Imperatorem octies lauisse legimus in die, septies vero Gordianū Iuniorē & Rhemnium Grammaticum. More etiam cō sueto lauabant ante cœnā cū Romani, tum aliæ gentes. Apud Plutarchū enim legimus, cum Thales Epicurum vnus conuiuium accessisset, recusasse cum lauare, quòd se iam vnctum diceret Bersabeæ, [illegible] ratio itidem sub vespertinum tempus est instituta. Sed quantopere exoleuerit tandem balneorum sobrius & rectus vsus, in meram luxuriā & mollitiem mutatus, locuples esse poterit testis Clemens Alexādrinus, qui 3. *Pædag. cap. 5.* libidinosum abusum hoc modo perstringit: Primò, quòd ædificia nimis & sumtuosa & artificiosè fuerint compacta, κ περιφόρητα, quæ circumferri possint, & syndone tecta. *Deinde*, quòd sellis argenteis, vasis escariis & potoriis ex auro & argēto conflatis vterentur. *Tertio*, quòd tam mulieres, quàm viri, inter lauandum cœnarent, & se inuicem vino obruerent, exposita & congesta omni sua supellectile ad ostentationem, mulieres verò exsuto cum vestibus omni pudore se nudas extraneis spectatoribus seu corporū cauponibus præberēt, cum ex aspectu nascatur amor. *Denique* reprehensionem suam aurea hac sententia concludit: εἴκοι μὲν οὖν τὰς γονεῖς καὶ τὰς οἰκέτας αἰδεῖσθαι χρή: ἐν δὲ ταῖς ὁδοῖς τὰς ἀπαντῶντας: ἐν δὲ τοῖς λουτροῖς τας γυναῖκας: ἐν δὲ ταῖς ἐρημίαις ἑαυτοὺς πανταχοῦ δὲ τὸν λόγον, ὅς ἐστι πανταχοῦ, καὶ γυνετο ἄνευ αὐτοῦ οὐδὲ εν. Idem porro auctor *eodem libro lib. 9.* demonstrat immodicū balneorū vsum animi corporisque vires obtundere & eneruare. Hinc à veterib. balnea ἀνθρωποναφεῖα, id est, *fullonias hominum officinas* appellatas, quòd citius, quàm par erit, detererēt corpora, & pannosa efficerent. Tandem verò concludit. [illegible] μὲν ἄριστον λουτρὸν τῆς ψυχῆς ἀποσμήχειν ῥύπον, καὶ ἐπὶ πνευματ κὸν. Studiū Romanorū erga balnea vel inde etiā animaduertimus, quòd P. Victor vltra octoginta numeret, Agrippa centu & septuaginta gratuita populo [illegible] buerit, quæ postea in infinitum sunt aucta, *teste Tu[illegible] lib. 6. c. 15* quod Ædiles [illegible] corrupta & collapsa restituere, idque imprimis etiā populares Imperatores Gordianus & Seuerus [illegible] curæ. Etsi posterior ex his mixta balneæ prohibuisse legitur, quæ [illegible] Commodus [illegible], [illegible] sicerit. Seneca

neca scribit *aquam argenteis epistomiis fundi solitam, inque balneis Libertinorum gemmas calcari* [illegible]. Sergium Oratam voluptarium hominem etiam Pensiles instituisse balneas, sicut proditum à Valerio *lib.9.cap.1.* & à Macrobio 3. *Saturnal.cap.*[illegible] [illegible] etiam arguit studium erga luxum istum atque molliciem. Quo accedit, quòd additæ fuerint balneæ Athletarum gymnasiis. Et ne quis existimet tantùm Imperatorum temporibus fuisse in vsu, equidem lauādum totius corporis lauādi mentionem apud Homerum fieri crebro. Partes autem balnearum [illegible] enim fœminino genere publicas appellat, vt b[illegible] priuata iuxta Grammaticos) post [illegible] quæ recensentur ab auctoribus. Primum nominabant Græci ἀποδυτήριον, *Spoliatorium* Latini in quo vestes deponebantur: Aliqui Tepidarium, quod ibi aer teperet. Hanc sequebatur cella, pars [illegible] no prima, testudinis instar constructa, aerem continebat plane calefactum ab igni sine fumo accenso, quam idcirco ξηρὸν θόλον, id est, [illegible] *tudinem* vocabant. Romanis erat *Caldarium*, Senecæ *Sudatorium*, Ciceroni *Vaporarium*, nonnullis *Laconicum*, à Laconibus, Græcis ὑπόκαυστον καὶ πυριατήριον. Cellam istam sequebatur cella Caldaria, quam *lauacrum* appellare licet, & [illegible], ἀπὸ τοῦ [illegible]. Continebat in se [illegible] lauandi gratia comparatum. Vnde & *labrum*, quasi *lauabrum* [illegible] solebat. Pars quarta [illegible] frigido, quòd ibi frigida perluerent. Vnde [illegible] Vitruuius, Paulus ex Ægina medicus [illegible] λουτρόν. Pars denique quinta, [illegible] locus erat, in quo detergebatur sudor, & [illegible] detergente vnguentur, Qua de ca[illegible] Græcis ἀλειπτήριον & [illegible] seu *vas* [illegible], quo vtebantur ad [illegible] nominat olearium ampullam [illegible] plerumque e bubulo cornu. Nobiliores enim habebant è cornu Rhinocerotis. Vnde Iuuenalis, *Magno cum Rhinocerote lauari Qui solet.* Instrumentum, quod comparatum erat ad abradendas corporis sordes seu stigmēta post frictiones, erat, *strigilis*, à stringendo nomen ferens; Græcis στλεγγίς. Erat & ἐνδρομὶς vestis quædam balnearia, hirsuta & villi longioris. Qui opus peragebant *balneatores* dicebantur, & Aliptæ siue vnctores Sed de his plura qui velit, legat Fumanelli librum *de balneis aquæ potabilis*, & Franciscum Marium de partibus ædium *lib.1, cap.*[illegible]*0.* & D.Stukium li.2.antiquit. Conuiualium, cap.25. Vbi de balneis atque vnctionibus veterum ante epulas vsitatis [illegible], & de Balnearum veterum vsu, forma partibus accurate disserit. Mihi iam ad alia festinandum.

Balsamum, βάλσαμον, Iudææ frutex, duorum cubitorum altitudine & semper virens, folio rutæ, & viti similis tantumque in Iudæa & Ægypto nascens, vitro, lapideue aut osseo cultello sub ortum can[illegible] incisus fragrantissimi odoris succum emittit Præstantissimum eius oleum intra triduum vulnera sine dolore sanat. Hebræi vocant [illegible] *dominum olei*, quibus ex verbis compositum videtur balsami nomen Iustinus & Strabo *16.Geographiæ* viridarium eius tantummodo Iudææ tribuunt, vt & Plinius *lib.12.ca.25.* at hic propagatam hanc stirpem addit non secus, atque in collibus vites, vbi potiti essent Romani Iudæa. Balsami fructum seu semen *Carpobalsamum* vocant, in cuius defectu supponendum Leucon radicem censet Fuchsius *libro de compositione medicamentorum*, reprehensus tamen in eo, & merito quidem, ab Andræa Matthiolo in Dioscoridem.

* *Balsami* succum, quem Opobalsamum latini & à Græci acceptum dicunt, Hebræi, [illegible] *Nataph*, i. guttam balsami [illegible] incisso, nominant: Græci interpretes στακτήν. Alii [illegible], humorem quemuis ex arboribus fluen-

tem, atque in [illegible] significat & in genere ad [illegible] refertur. Vide *Resina*.

* *Baltheus*, cingulum sacerdotale, feminum, in [illegible] Scriptura textu: Tuscum est vocabulum. [illegible] funiculum, & in neutro genere [illegible] ad alligandum apta, vt [illegible] à marsupio zonas coriaceas *courroye* Gall. dicimus, quarum vsus multiplex. Varro balthevm dicit esse cingulum e corio bullatum. Baltheus quo Sacerdotes Iudæi in ministerio suo cingebantur, ne diffluerent vestes, duplex fuit pretiosus, & vilis אבנט *Abnet*, à quo nonnulli balteum [illegible] hunc: alij ab [illegible], cingulum; vnde σειρίς; & σειρίζω, fimo seu fulcio cingēdo lumbos. ζωστὴρ vnde Zona, generalis denominatio, vt & cingulum.

Bambalio. In nominis huius origine sua debetur [illegible] Adriano Turnebo, qui *Aduersar. 17. cap. 14.* scribit hoc modo: *Pater vxoris Antonij p[illegible] linguæ [illegible] coruis, [illegible] M. Tullio Philipp. 3. [illegible], Bambali[illegible]* [illegible]. Proinde quæritur, quis sit Bambalio, a Criticis. Ego nomen per [illegible] minutum [illegible] ad risum [illegible] arbitror, vt, quemadmodum dicitur a Scepartulio Sceparnio, sic à βομβαλὸν Βουβαλίων. Est autem βομβαλεῖν *tremere* & [illegible] *tibus re[illegible]* *parare*, & *labris balbutire* quod & alg[illegible]-bus vsuuenit & stupentibus quoque, & balburientibus, & [illegible]antibus, & in loquendo [illegible] & hæsitantibus, maxime tamen [illegible] labrorum b[illegible] elidentibus [illegible] quod & βομβαλίζειν, & [illegible] dicitur. Quæ omnia per Onomatopœiam facta sunt [illegible] apud Aristophanem [illegible], & inde fa[illegible] [illegible] apud [illegible] Ciceronem [illegible].

Bap[illegible] [illegible] Græc. & [illegible] [illegible], à verbo βαπτω [illegible] βαπτ[illegible] dedu[illegible] potest. Vnde & [illegible] [illegible] baptis[illegible] a verbo [illegible] [illegible] vel [illegible]. Per metalepsin βαπτίζειν est *abluere* vel *lauare*. Quapropter dicit Marcus *cap. 7.* Iudæos habuisse varios baptismos, id est, lotiones poculorum & vrceorum. Communis hæc Christianorum tessera & vere sacramentum in cōtinet hoc pactum, quod initur primum ab omni Christiano cum Deo, facta vtrinque obligatione, & æque immutabili ratione subsecuta. Requiruntur hic secundum Augustinum, Homilia 80. duo, verbum scilicet, & elementum, vt fiat sacramentum. Effectus eius, peccatorum remissio. Nam quid aliud vult Petrus *Actorum 2.* cum iubet, vnumquemque baptizari ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ χριστοῦ εἰς ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν. [illegible] baptismi exosum fuisse veteribus, [illegible] concessum probari potest [illegible] Iustino & Cypriano qui [illegible] ab hæreticis baptizatos [illegible] esse dicebat, [illegible] *ap*[illegible] [illegible] Quin [illegible] [illegible] a nulos [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] Nobis [illegible] in hoc scribendi [illegible] non licet.

Bar[illegible], siue, vt [illegible] putant, *Spor*, locus A[illegible] instar putei [illegible] quem [illegible] καιάδας [illegible] in κιάδαν Lacedæmonii, [illegible] ex Græco βαθὺς, [illegible]. Alij autem [illegible] loca [illegible] vocabulo [illegible] existimant, in quæ [illegible] flumina, παρὰ [illegible] [illegible] *do* dederunt [illegible] [illegible] *E*[illegible]

* *Bula*, Heb. [illegible] [illegible] Z[illegible] [illegible] *Ab*[illegible]

[illegible] parietas densitas [illegible] rium [illegible] barba [illegible] edu[illegible] sit, existimant pro more [illegible] facile [illegible] vel admittentium. [illegible] a Græco πάππος parp[illegible] bar[illegible] barba [illegible] o in[illegible] superior μάσαξ vel μύσταξ [illegible] dicitur. πάππος lanugo & flos [illegible] centi[illegible] barba adnascens [illegible]. Per commutationem literarum π in β ex παππα fit βαββαι & per anastrophen [illegible] Hebr. [illegible] Abal, vnde barba [illegible] propter [illegible] G[illegible] πώγων & γένειον, vnde γένος, barbam, mento, [illegible] Græcis dicitur ἀ[illegible]ιον, ἀπὸ [illegible] γένος. Clemens Alexandrinus lib. [illegible] Dem[illegible] Max. [illegible] vt con[illegible] hominibus [illegible] Lactantius lib. de Opif. Dei [illegible] ad corporis [illegible] dam, [illegible] seruit [illegible] Martialis [illegible] heres [illegible] tenero [illegible] corporis [illegible] xill[illegible] natura [illegible] Vi[illegible] ba[illegible] Stratus [illegible] fe appellatum.

B[illegible] qui [illegible] loquitur, vt sermo [illegible] Latini sermonis [illegible]. Vt si [illegible] pro [illegible] est dictus, [illegible] linguam Græcam, [illegible] Arabis [illegible] [illegible]

Vnde κατ' ὀνοματοποιΐαν barbari, qui quamuis linguam perperam sonant. Lucianus de mercede conductis: καὶ πονηρῶς τὴν φωνὴν φωνὴν βαρβαρίζων. Apud eundem βάρβαρος ἐπιγελᾷ [illegible] barbarica. Quin barbar Arabica lingua est murmurare, seu vti vocis inculto sono, ideoque ab Arabibus Africani [illegible] sunt dicti: Sunt etiam, qui nominis originem manasse putant a בר, Babar, quæ vox Hebræis significat verbum, vltima syllaba duplicata, quæ peperit barba, sed Arabum maxime, cum eorum lingua Hebraicæ sit affinis. In Imperatorum Constitutionibus Barbari sunt dicti qui non parebant Imperio Romano, quod ipsum & Alciatus docet ad l. [illegible] de [illegible] fac. [illegible] Cod. Veteribus barbari erant & [illegible] qui non erant Græci: Et barbaru, τὸ [illegible] ἑλλ[illegible] Vnde Sophocles, τὴν βάρβαρον γὰρ γλῶσσαν οὐχ [illegible], linguam enim barbaram est, non Græcam, haud [illegible]. Testis huiusce rei & Festus, qui scribit Plautum ideo Næuium Poetam Latinum barbarem dixisse, teste vtinq, scriptum barbare vertisse, cum fabulam ex Græco transtulisset in suam. Et Apostolus Romanor. 1. ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς καὶ ἀνοήτοις, ὀφειλέτης εἰμί. Iterum apud Plautum Potitium sacerdotem Romanum barbarum appellari invenitas In I ro[illegible]o Asinariæ Barbare pro [illegible] potum. In Captiuis quoque Bar[illegible] leges. Eadem ratione Latini [illegible] non vtentes lingua Romana barbaros dicerent omnes, sicut & Celtas, Afros, Gallos, Hispanos in epist. [illegible] In[illegible] dixisse barbaros [illegible] H[illegible] 3 [illegible] s. [illegible] ligat[illegible] Strabo lib. 14. his verbis. Ego arbitror ab initio [illegible] barbaros appellari, qui difficulter, aspere [illegible] barbare [illegible] Sunt [illegible] rebus [illegible] [illegible] τραχυφωνίας [illegible]

κρότος, i. murmur, clangor, strepitus, vox, crepitus: quorum plurima iam propriè proferuntur. Omnes itaque qui crasse loquûtur, Barbari dicti sunt, quales nationes omnes extant, præter Græcos. Quare illos proprie Barbaros appellauit; ac initio quidem per conuitiû, quasi duriloquos & crassilingues: postea verò eo nomine abusi sumus, tanquam communi ac gentili, distinguentes eos à Græcis. Nondum enim commercium & multa consuetudo erat cum Barbaris quod ex crassitudine linguæ, & quadam vocalium instrumentorum ineptitudine, non ex linguarum vernaculis prouenienbat. Hæc ille. Barbarus Hebr. לעז *Lohez*, vnde λαός, populus, vulgus, & λεώς. Item λᾶας. Lapis: vulgus enim, barbarum, stupidum, [illegible] in sermone, [illegible] in iudicio vt plurimum apparet, belluaque multorum capitum merito appellatur.

Bardus, Nonio, ingenio tardus. Ait enim: *Græci tardos dicebant βραδεῖς*. Homerus Il'ad. 23. βάρδιςοι μὲν ἔσαν καλλίτριχες ἵπποι. Plautus Persa: *Nimis tandem me quidem pro barda & pro rustica reor [illegible] esse abitre.* Nec multum dissentit Festus, cùm stultum interpretatur, eundemque à t[illegible] ditate ingenii dictum. βραδὺς enim Græcis est *tardus*. Eadem vocis significatio exstat apud Ciceronem libro de fato: *Zopyrus*, inquit, *[illegible] gnômon, qui [illegible] tebatur hominum mores naturamque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernosc[illegible] [illegible] Socratem dixit & bardum, quod iu[illegible] la concaua non haberet.* Zaf[illegible] autem strenuum virum & bellicosum opponit bardo, hoc est, tardo præduro ingenio, *[illegible] de fœd. [illegible]*.

* B[illegible], Hebr. בער *Bahar*, i. brutus, iudicio prudentiaque, pecoris [illegible], destitutus, furiosus, donec domet[illegible] & ad bonam mentem renouetur. A verbo B[illegible] [illegible] [illegible], vt bruta [illegible] impetu ferri [illegible] [illegible] [illegible], inquit Sapiens, Prouerb. 12. 1. בער brutus est. Græcis βάρδιςος q.d. βράδιςος, piger, minime tardus; pro βραδύτατος, tardissimus Lat ad euphoniam *bardus*. non bradus. βραδὺς autem à βαρὺς, grauis, molestus, deriuatur.

* Bardi, Βάρδοι, ἀοιδοὶ παρὰ γαλάταις, inquit Hesych. Et Festus, Bardus Gallicè cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit, à gente Bardorum. Ammianus Marcellinus hist. lib. 15. de veteribus Gallis id est Celto-Galatis disserens, ex Timagene inter multa hæc tradit: A Phocæa Asiaticus populus, Harpali inclementiam vitans, Cyri regis præfecti, Italiam nauigio petiit. Cuius pars in Lucania Veliam, alia condidit in Viennensi Massiliam Dein sequutis ætatibus oppida aucta virium copia, instituta [illegible] [illegible]: sed declinanda varietas sæpe [illegible] tetati comuncta. Per hæc loci hom[illegible] [illegible] paulatim excultis viguere studia Laudabilium doctrinarum, inchoata per Bardos, Eubages & Druydas. Bardi fortia virorum [illegible] facta, heroicis composita versibus, cum dulcibus lyræ cantitarunt. Hęc ille. Lucanus longe antea [illegible] [illegible].

Vos quoque, qui [illegible] [illegible], [illegible] que peremptas,
Laudibus in longum vates dimittitis æuũ,
Plurima securi fudistis carmina, Bardi.

Strabo libr 4. Apud Gallos ex[illegible] in honore sunt Bardi, Vates, Druydæ. Bardi quidem laudationibus rebusque poeticis studẽt, Vates autem (Eubages Marcellino) sacrificiorum-na[illegible] [illegible] causarum curæ de[illegible]ti. Druydæ præter [illegible] [illegible] studia, moralem disciplinam exercent. Diodor. Sicul. lib. 6 cap. 9. Sunt & apud Gallos melodiarum poetæ, quos appellant Bardos. Hi cum organis veluti cum lyra cantant, hos laudantes, alios vituperantes. Nonnulli Bardos, à Bardo Dr[illegible] [illegible] Celtogalat[illegible] regis fil[illegible], originem ducere [illegible] [illegible] poetæ, [illegible] [illegible] &

dentes,& alta pace fruentes,fortium virorum gesta celebrarent,& ad virtutem, fortitudinem præsertim bellicam, superstites accenderent. Quam consuetud nem sequentibus seculis posteri diligenter coluere, quemadmodum Gallo-Celtica historia demonstrant.

Baro.Dictum id nomen cum ex Alberici mente, tum Alciati libro *de singul. certā cap.32.ἀπὸ τῦ βαρὺν*, quod est *grauare*. Vnde cum pro graui generoso & insignis auctoritatis homine accipi παρὶγη.ς.Baldus *cap.innotuit.de electi*. eum intelligit, qui merum mixtumq; imperium principis concessione in aliquo castro oppidóue obtinuit.

* Baro possim apud scriptores barbaricos & feudistas pro Satrapa (vt Persæ vocant & Optimate sumitur.2. pro mare seu viro, vt & hodie in Picardia. *baron*.3 pro Vassallo.4 pro Capitaneo, & Marchione. Veteres Latini Baronem pro bardo & stolido accipiebant,vt Cicero nonnunquam & Persius Satyr. 5. Priorem sententiam sequentes Baro etymon primigenium mutuatur ab Hebræis, qui illustrem virum בר *bar*, appellant Inde putus, qui inter alios excellit. Virtuti enim honor olim deferebatur,non nomini auito.

Barzillai filius luxuriantis à בר *Bar filio* & זלל *zalal,in luxu vixit*.

Basilea ad fluuiū Birsum & Rhenum, videtur Beato Rhenano nomē arcessere à traiectu, q Gallis sua lingua est *Pas*, vt Basilea quasi *Passilea* sit dicta.Aliquibus nominatur *Rauracorum Augusta*, vt *Augspurg Vindelicorum Augusta*. Diuiditur in partes duas, quarum vna olim ciuitas Episcopalis obuertitur Galliæ: Altera, quæ minor Basilæa, Germaniæ. Iunguntur sibi inuicem tamen intermedio ponte.Ciuitas equidem insignis, atque adeo celebris cum ob eruditorum monumenta & artem typographicam tum ob sepulrum ibidem Erasmū Belgii lumen, efformata etiam in ænea sepulcri lamina eiuseffigie,sparso instar Sirenum capillitio.Basileā luculenter descripsit Christianus Vrstisius,vir doctus.

Basilica domus ampla & spatiosa & caussarum cognitioni destinata ἀπὸ τῦ βασιλέως id est,*rege* dicitur Festo.Significat alioqui idem nomen & iudicem.

Basiliscus serpentis nomen Græcam originem agnoscens *regulum* denotat Latinis.Is adeo venenatus fertur, vt vel solo visu enecet, quadrupedes feras, & aues,sibilo abigat quoslibet alios serpētes, aerem vero vicinum ita inficiat, vt arbores & herbæ inde emoriantur. Eūdem vita cassum auiculæ aut aliæ bestię attingere non audent,vbi fœdum cadaueris odorē semel perceperint.Scribunt nonnulli,si basiliscus equū attigerit,nō equum tantummodo mori, sed & eum, qui insidet.Aduersus tantam pestem dimicare dicitur mustela, imo sæpe (quæ est singularis naturæ prouidentia) conficere.Atque hæc ex triuio & scriptoribus nonnullis, cum multa, quæ de eo sparguntur,sint admodū eruditis suspecta.Nam quod gigni eum dicunt ex ouo galli, ex diametro pugnare fatetur Albertus Magnus cum naturalibus rationibus.Galenus *10.de medicam.simpl.*nunquam se eum vidisse scribit, totáq; eius historiam in dubium vocat. Ambigere etiam non immeritò quis possit de tam pestifera oculorum vi, quamquam pro ea stet magna scriptorum caterua: Item fueritne Basilisci corium, quod appensum fuisse legitur in tēplo Dianæ. Fueritne ad ædem Luciæ sub fornice stabulatus Basiliscus, Leone Pontifice:etsi id scriptum sciam à magno viro.

Bassareus dictus est Bacchus, παρὰ τὸ βάζειν vociferando vel clamando,quod facere id soleāt ebrii. Alii deducere malunt à genere vestis vel pellis Lynci detractæ quam *bassaram* vocari tradit Eusebius. Atque hinc *Bassarides* dictæ sunt *Bacchæ*.Papinius:*Et tu bassaridum rotator...*

Batauia inferioris Germaniæ regio ad ostia Rheni, quo nomine olim denotabatur ea Hollādiæ pars,quæ hodie inter

veterem Rhenum & Vahalim fluuios à Lobico ad Oceanum vſque duob. quaſi brachiis conſtringitur, nobiſque indigetatur *die Betube ἀπὸ τῆς βαθύτητος, profunditate* ſeu *cauitate*, vt & Hollandiæ Germanicum nomen indicat, originem ſuam arceſſit. Hinc auctor Panegyrici Maximiano dicati: *Penè, vt cum verbi periculo loquar, terra non eſt. Ita penitus aquis imbuta permaduit, vt non ſolùm, qua manifeſtè paluſtris eſt, cedat ad nixum, & hauriat preſſa veſtigium, ſed etiam, vbi paulò videtur firmior, pedum pulſu tentata quatiatur, & ſentire ſe procul motu pondus teſtetur.* Aliter Iunius in ſua Batauia: Cuius verba etſi non apponam, videtur tamen ea ipſius ſententia, vt potius dicta Batauia ſit à Batauo quodã orto regio Gallorũ ſanguine, qui condidiſſe creditur Batembur-gum, voce iſta *Batonis* peculium ſonante & præferente, quaſi dixetis *Batem haue oſte goed*. Ego me maxime procliuem diffiteri non poſſum in iſtud etymon, quod proxime ad rei naturam proprietatemq; accedit. Incolæ huius regionis ſunt Batavi, qui quàm vehemens, quàm pernitioſum geſſerint olim bellum cum Romanis, ex Annalibus Taciti diſcendum, qui eos etiam prodit didiciſſe ab hoſtibus vti teſtudine in oppugnatione, ſicut Turcæ bombardarum vſum acceperunt à nobis, cum magno Reipub. dãno, & rerum noſtrarum iactura.

*Batualia, locus in quo ſingulari cõgreſſu ſe exercebant duo illi qui Batuatores dicebantur. Batuere enim ferulis volitari, aut verberare, ſignificat: vt apud Suetonium in veſpaſiano legimus, inquit Scaliger coniect. in Varronem. Quæ inter ludendum & duos fiebant, tandem ad multos & ſeriò, nempe ad cædes per tractum eſt. vt voces illæ quas Galli retinent, *battre, bataille, batailler*, fidem faciunt. Batuere, percutere, verberare, pugnare. Plaut. Caſſina, Sculponeis quibus *batuatur tibi os*. Sueton in Caligula, *Mirmilonem è ludo ſecum batuentem, & ponte proſiciatum confodit ferrea ſica*. חבט Chabat, vel, molliore ſono, abat, Hebr. eſt excutere, decutere fructus ex arbore, vel grana ex ſpicis & folliculis, baſtre, abattre. Inde batuere & batualia.

Bauaria Germaniæ prouincia ab Auatibus Hunnorum reliquiis, qui Noricis expulſis hic conſederunt, adiecta litera B, eſt appellata. Eadem & *Baioaria* à Boiis Ciſalpinæ Galliæ populis dicta, qui ſedes ſuas in eadem regione habuiſſe leguntur. Veteres *Noricum* dicebant, à quo Noricus enſis Horatio. Ab oriente contermina illi Hungaria, ab Occidente *Sueuia*, à Meridie *Italia*, à Septentrione *Franconia* & *Boemia*. Plures & cultiores vrbes nulla habet Germaniæ prouincia, diuiditurq; in Epiſcopatus quatuor, *Salſburgenſem, Patauienſem, Phryſingenſem & Ratiſponenſem*.

Bdellium ſpecie gũmi deriuatur בדלח cuius fit mẽtio *Geneſ. 2.* in deſcriptione Paradiſi. Alii lacrymam eſſe volunt, gũmi modo concretam. Optimum cenſetur, quod cortice, ligno & ſordibus caret, clarum, tranſlucens, amaro guſtu, intus pingue, & molleſcens tactu ſubactum. Tale Arabicum gummi ex Acacia Ægypti ſpina manans, Galeno *Thebaicum*, gummi cedri, cetaſi, Iuniperi & elenii.

* *Beatus* Hebræis *Aſchré* plurali numero dicitur. Cuius rei rationem hanc adferunt quòd nemo ab vno aut altero bono beatus vocari & eſſe poſſit: Sed ſi quis pluribus affluat bonis, tum felicis & beati nomine meritò appellari queat. Ad ſententiam & rem ipſam quod attinet, conſentiunt omnes, tam profani quam ſacri ſcriptores, ita ſe rem habere. Rationem etiam nominis *Aſchré* quam adferunt, non repudiamus. Græci beatum vocant μακάριον, nomen deductum à priuatiua, ſeu negatiua particula, & ἀπὸ τοῦ κηρ, quo nomine mors ſignificatur, teſte Phauorino. Mortis autem nomine, incommoda, miſeriæ, & mala omnia deſignantur. Ex iis duabus harum vocum ſignificationib.

& ety

& etymologiis, duas præcipuas beatitudinis partes colligimus: quarum vna est, ab omnibus liber sis malis: altera vt omnibus affluas bonis, atque ita affluas, vt nihil præterea appetas. Sic Cicero in Tusculanis: *Neque vlla alia* (inquit) *huic verbo, quum beatum dicimus, subiecta notio est: nisi secretis malis omnibus cumulata bonorum omnium complexio.* Sic Boëthius, 4. lib. de consolat. Philosophicæ; *Beatitudo* (ait) *status est omnium bonorum aggregatione perfectus.* Sic Moses, Deuteron. 33. 29. quum nomine Dei pollicitus esset Israëlitis, præsens in omnibus, & aduersus omnia incommoda, Dei auxilium summamque securitatem, & deinde bonorum omnium copiam, concludit, *Aschréche* Israel, *Beatitates tibi, Israel.* Beatus item Græcis εὐδαίμων, & εὐτυχὴς dicitur. prius nomen nonnulli ad animi bona, rerum multarum peritiam præsertim; posterius ad externa seu fortunæ bona referunt. Sed beatus is propriè dici non potest, qui Dei fauore destitutus vmbram tantùm bonorum persequitur, nec vnquam adipiscitur.

Beelzebub. Vide *Baal.*

Belgium, cuius incolæ Belgæ, quorum plerosq; à Germanis ortos & Rhenum antiquitus transgressos, Gallis expulsis, ibi consedisse propter loci fertilitatem commemorat Cæsar *Commentariorum* 1. Horum appellatio refertur à quibusdam ad innatam genti in dimicando ferociam. Nam *balgen* (inquit Iunius) est *manus conserere.* Alii vsurpatum nomen hoc à Cæsare de populis Galliæ, qui iam inferiores Germaniæ prouincias incolunt, & translatum à *vvelsche* posita litera g pro *sch* & *v* consonante hoc loco permutata cum *b*, vt apud Græcos identidem fieri videre est apud Plutarchum Dionem. & alios.

Belial Nonnulli volentes hoc nomen *hominem inutilem* significare, deriuant à בלי *absque* & יעל *profuit.* Alii contendentes eodem Dæmonem intelligi, deriuant à בלי *absque*, & על *altissimo.* Aquila vertit *Apostatam.* Sanè Paulus appellat satanam Belial 2. *Corinth.* 6. *Quæ communio*, inquit, *Christo cum Belial?* Chaldæus interpretatur malignitatem. Hieronymus retinet nomen Hebræum, vt cuique pro arbitrio interpretari liceret. Quamquam aliàs filios Belial idem filios intelligat Diaboli, homines quippe malignos. Quapropter παρανόμους reddiderunt septuaginta. Sed & idem Hieronymus alibi deducit à בלי & עול, quod sit *absque iugo.* Sed primum etymon approbat Kimhi Iudæus. Quod licet maxime probem, vt & eodem auctore illud בלי מועיל, quod nulli sit commodus, tamen cur reiici & reprobari debeant notationes sequentes, non video.

Bellaria olim, *teste Pompeio*, solebãt dici res aptæ bello, seu bellica instrumẽta Huius auctoritate moti alii dicta volunt *bellaria* omne genus mensæ secundæ, quod vt illa belli, ita hæc mensarum sint instrumẽta: siue (*vt alii volunt*) à bonitate, quod secundæ mensæ bellè & splendide essent instructæ. Franciscus Patritius existimat bellaria dicta, quòd *bellatoribus sint opportuna*, notatione quidẽ ingeniose sed non satis aptè excogitata. Aliis per Antiphrasin videntur dicta, vt minime bella & bona, quod corpori simul & animo noceant, quod haudquaquam censoriè damnandum. *Vide*, inquit Flaccus, *vt pallidus omnis*

Cœna de surgat dubia, quin corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoq; prægrauat ipsum.

Veteres Latini appelabant *mensas secundas*, Græci δευτέρας τραπέζας: Item τραπέζας: ἐπιδορπίας, ἐπιδορπίσματα, ἐπιδορπισμοὺς, μεταδόρπια, *vt apparet ex* 14. *Athenæi*, vbi Archippi & Herodori id testimoniis probatũ legas. Aristoteles. *libro de Ebrietate* olim τραγήματα appellata tradit. Nempe τὸ τραγεῖν φάγειν Suidæ. Et, vt Eustathius notat Odyss. z. ἐν τῷ

τραγητ καὶ τραγῆμ, τραγαλια, τράγημα, τραγημάτιον. Dicitur & ἐπιφορήματα. Illationes dixerint Latini ab inferendo, quasi *fercula secunda* Athenæus testatur a Platone dici ἐπιδορπίσματα, οἷον τὰ ἐπιδόρπια ταῖς τραπέζαις βρώματα. Sed & τρώγματα appellatur. Vnde τρώματα τὰ ἀττικά, *Bellaria Attica*. Sunt autē illa Suidę πλακούντια, Eupoli ἄρτυματα. Attamen notandum, intellexisse veteres nomine *secundæ mensæ* quosuis cibos, suaues præsertim ac delicatos, qui expletis iam cibo & potu conuiuis ad excitandum rursus famem sitimq; apponi solebāt. Nam hic finis erat mensæ secundæ. Non minus itaque eleganter, quam vere appellanit Plato παραμύθια τῆς ἡδονῆς *solatia voluptatis*. Romanorum autem mēsas secundas (duas enim veteres habebant, *teste Seruio Æneid. 1.* vnam carnis, alteram pomorum) non cócinnata fuisse ex saccharo, nec vario sapore condita, at potius ex arborum fructibus constitisse, testis est Plinius *lib. 12. cap. 2* Sic Pollux bellaria esse scribit *myrtidas, caricas, & mespilos*. Menedemo bellaria fuisse pyra & mala punica, tum matura, tum præcocia, sæpe caricas, prodit *Diogenes Laertius* Plutarchus scribit in Artaxerxe reges Persarum de more regio initiandos pro bellariis terebinthum gustasse. Alii poma intulerunt cum melle: Nonnulli vuuas, ficus, pyra: Plato ficus, fabas, myrthi baccas, & glandes de fago: Aliqui etiam papaueris semen cum melle & lactuca ad somnum conciliandum. Ex quibus apparet, quam longe nostra ætas discesserit ab illa veterum consuetudine, quantum incrementum sumserint lautitiæ multorum morborum caussa. Vide D. Stukium, Antiq. Conuiual lib. 3. cap 2.

Bellerophon, quem vxor Præti criminata legitur, quòd sese interpellasset de stupro, ab ipsamet oblato, quasi βουλὴν φέρων, id est, *consilium ferens* nomen accepit. Quod enim consilium sanius esse potuit, quam tibi ab illis in speciem blandientibus voluptatibus temperare; Quin & Homerus ἀγαθὰ φρονέοντα δαίφρονα Βελλεροφόντην, id est, *bona cogitantem sapientem* Bellerophontē canit, id quod etymon nostrum etiam confirmat.

Bellona Martis soror nomen inuenit à bello, antea iuxta Varronem Duellona appellata. Illam Marti in bella eunti currum & equos parare fabulatur Statius. Hyginus refert ab ea inuentam acum, quæ Græcis dicitur βελόνη: Imo ab hac eius deductum nomen. Quidam etiam Martis vxorem faciunt. In æde ipsius, quæ olim 1 x. Vrbis regione extitit versus portam Carmentalem, dari solebat senatus illis exterorum Legatis, quos admittere in vrbem nolebant: Item, Ducibus redeuntibus à bello columella ante ædem erigebatur, quæ bellica vocabatur, inque eam hastam iaciebant, cum bellum indiceretur. Sacerdotes ipsius ab Arrone Bellonarii dicti feriebant se ipsos cultris, vt proprio sanguine numen placarent. Vaticinabantur autem furentes. Fingebatur etiam hæc Dea pugnas ciere flagello. Inde Virgilius, Æneid. lib. 8. *Et scissa gaudens vadit Discordia palla, Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.* Et Lucanus 7. *Sanguinem veluti quatiens Bellona flagellum.* Græcis dicitur ἐνυώ.

Bellum per antiphrasin quibusdam *quasi minime bellum* nuncupatum. Hæc communis Grammaticorum opinio. Alii ex duello contrahunt nomen, sicut ex *Dis bis*, & ex *Duini bini* factum: volunt. * Initio Duellum, quod fuit à duobus. Nam licet multi sint milites, duæ tamen partes sunt, & inter duos tantum primum bellum fuit ac quemadmodum dis bis, duonum donum, buonum bonum, sic duellum bellum.] Atque hæc Varronis sententia etiam approbata ab Alberico Iurisconsulto. Festus à *beluis* vult dici, quod beluarū perpetua dissentio fit. Cassiodorus *ibr. cap. 30.* à Belo, quod is primus ferreum gladium produxerit, vt & pugna ipsi nomina-

nata

nata videtur à pugnis, quibus se primù lacessebant. Inter omnes sententiam Festi summopere probo. Nam & Cicero inquit Offic. 1. *Temere in acie versari, & manu cum hoste confligere, immane quiddam & belluarum simile est.* * imò bellux à bello, cum bestiæ prius dicerentur]

Benacus Lombardiæ Transpadanæ lacus prope oppidum Pischeriam oriens, quæ condita est primum à Scaligeris Veronæ principibus, nomen adeptus videtur ab oppido Benaco, quod in hoc tractu collocat Leander, & exstitit olim vbi nunc Tusculanus est vicus. Quo falli videatur Antonius Sabellicus, cum *Decad 3. lib. 3.* scribit, dictum *Benacum* quasi *penes Nacum* Tridentini agri oppidum. Ptolemæus vocat βέναχον.

* *Benedicere*, est bene ominari, fausta precari, & animi fauorem studiumque iuuandi declarare. Græci εὐλογεῖν, i. εὐφημεῖν, quod interpretantur τὰ καλὰ καὶ πρέποντα λέγειν. Hinc εὐλογία & εὐφημία benedictio, καλὴ λέξις. Cum tribuitur Deo significat bona præsentia nouis ornare & confirmare: cùm verò homini, tum significat animi gratitudinem declarare, laudando, aut promptitudinem iuuando, congratulando, bene precando. Hebr. ברכה *Beracha*, à verbo ברך *Barac*, Precatus est, benedixit, beatum prædicauit; item flexit genu. Vocât enim genu ברך *Berec*, quod flectitur ad aliquem in benedictionibus, item in salutando & valedicêdo. Græcis βρχέω, flecto: & Latinis precor. Atque per metathesin posito μ pro ב μακαρίζω, beatifico. Cæterù *Barac* est verbum mediû, id est sumitur in vtrâque partem, & maledicere significat, vel est peculiaris Hebraismus, & εὐφημισμός, quando rem infaustam modesta voce vel ἀντιφραστικῶς exprimimus. Sicut enim Hebræi meretricem appellant sanctam, item Maledicere benedicere dicunt, ne vocis absurditas auribus sit offendiculo. Vt de Naboth dicitur quod benedixerit Deo & regi, 1. Reg. 21. 13. id est ea pronunciauerit quæ silentio obruenda sint. Idem occurrit verbum, Iob. 2. 10. Nam vtroque loco verbum *Barac* legitur De Iosepho Moses narrat, Gen. 41. 43. quod clamauerunt ante ipsum, *Abrec* אברך. *flecte genu*, quod imperandi modo dicitur, Gall. dicimus, *Qu'on s'agenouille.* Alii aliter interpretãtur. Sed nos ad verbum *Barac* respeximus, quod benedicere nô modò verbis, sed hoc corporis gestu & habitu significat.

Beneuentum Italiæ ciuitas in Samnitibus nominata olim *Maleuentum* à primis colonis Græcis propter iniuriosum horribilemque ventum, quê frequenter patitur, *vt & Procopius tradit.* Ex Dalmatia spirare dicitur, & tanto quandoque fremitu in hunc locum è directo oppositum irruere, vt in medio furore oppidani prodire vix audeant. Sed ab illis dissêdût, qui tributum hoc nomen volunt ob editam ingentem stragem à Sulpitio Petilioque Coss. cuius Liuius meminit *lib.* 9. Nec tamê Liuius quidquam de nominis mutatione instar Plinij: Verum ominis boni gratia vocari cœptum Beneuentum, cùm eo deduceretur colonia, scribit *lib.* 14. Tulit hæc ciuitas nobilia sane ingenia, & in primis Orbiliû Grammaticum ex Horatio notum, qui eum plagosum nominat. Tulit quoque Roffredum & Odofredum Iurisconsultos, quorum hic diu Bononiæ ius ciuile professus fuit. Ibidem Ianuarius Episcopus affectus martyrio cum duobus Diaconis.

* *Beneuentum* veteres dixerunt μαλόεντα, maluentum, vt σιπόεντα Sipuntum ὀπόεντα Opuntû. Sic ergo Maloêta, Maluntû, & Maluentu, vt Aufuncû, Aufuncû. Prius siquidem dixerunt Sipuentum, Opuentum, Maluêtum. Sic ὑδρόεντα, Hydruntum: quanquam & ipsum dixerunt ὑδροῦντα ab ὑδροῦς, vt est apud Stephanum: Sed sic semper ex ὑδρόεις contractum. Quod proprium est Dorû idiomatis, à quibus Tarentini & magna pars Græciæ. Hæc Scaliger in Festu.

Beniamin filius dextræ, compositum nomen ex בן *filio* & ימין *dexter fuit*. Ita enim nominatus a patre, cùm mater in partu *Ben-oni*, id est, *filium doloris* vocasset.

Berenice Ægypti vrbs sita ad sinũ Arabicum Ptolemæo, quæ tribus syllabis *Bernice* dicitur ab Arriano ĩ Periplo maris rubri, creditur condita à Ptolemæo Lago, qui & ab vxore sua indidit nomẽ. Zieglerus nominat *Chasaur*, Niger *Alchaser* In idem recidit. Quippe *al* articulus est Arabicus, additus a *Nigro*, sicut alias factum videmus in *Almanach*, *Almagesto*, & *Alcairo pro Cairo*, & simillibus.

Bes, bis triens, Festo. * Inepta etymologia inquit, & morosa. Prius Des dicebatur, vt duonus bonus: duellus bellus. Auctor Varro. At ita in partes suas secatur vel tribuitur, vt ab vncia ad octo fiat partium incrementum. ab octo ad duodecim fiat deminutio. Cùm ergo ad octo peruentum est, tunc de asse deminuendum in ratione partium ineunda Non enim, vt ante, quadrans, triens, semis dicitur, quæ variarum adiectione incrementum capiunt: sed deest vncia, deest sextãs. deest quadrans: id est deũx, dextans, dodrans. Ergo ab octo de asse deminuitur, vnde Des, dessis, Dictus primum à veteribus, & hęc est vera etymi ratio.

* *Beth*, בית Heb. Domus. Inde composita multa, quorum nomina in veteri testamento, quæ enumerare haud necesse est. Sed illud obseruãdum, quod quæuis loca, personas, creaturas alias, res quasuis continentia nomine בית Domus, ædis, domicilij, receptaculi, designari. Inde schola, carcer, stabulum, tẽplum, balneum, ager, pharetra, chirotheca, sepulchrum, domus doctrinæ, vinctorum & custodiæ, iumentorum, ararum, lotionis sementis, sagittæ, manus, seculi & mortuorum appellatur. Multa alia eiusmodi occurrunt in Hebræo & Chaldæo contextu nomina, quæ describere non fuit opus. Beth-el, domus Dei, Beth-auen domus vanitatis, &c.

Bethlehem ביתלחם *domus panis*. Eadem ciuitas Euphrata dicta, *vt in preparat. sua Euangelica censet Eusebius*, vbi ad Domini Christi præsepe, quem ibi natum constat ex 2. *Matthæi*, aliquot libros scripsit Hieronymus. Stephano est Βηθλέεμ. At quoniam Matthæus mentionem facit Bethlehem Iudæ, quæ sita erat in Tribu Iuda Hierosolymis duobus ferè miliaribus distans, apparet appellationes eas adiectas ad differentiam alterius ciuitatis nominis eiusdem, quę collocatur *in Tribu Zabulon*, id est, *in Galilea*.

Bethsan ciuitas in tribu Manassis, vbi Saul violentas manus sibi ipsi intulit, appellationem trahit à בית *domo*, & ישן *dormiuit*, domus quietis.

Bethschemesch vrbs Leuitarum in Tribu Iuda à Beth sæpius repetita voce & שמש sole est appellata domus solis.

Bethulia vrbs, in qua Iudith Holophernem vino madidum & profundo immersum somno obtruncauit, recte deduci poterit à בתול *virgine nubili*, & יה *Deo*. Virginis domus.

Bethsur, arx munita quinque tantũmodo stadiis Hierosolyma distans petræ domum significat, quasi dixeris ביתצור. vnde notatio deduci potest.

Betica vel (vt alij) *Bethica* vlterior Hispaniæ pars, qua se flectit in fretum, prouincia fertilis, nunc Granadæ regnum, nomen trahit à Bethi fluuio nauigabili, qui eam perlabitur. In hac sitę *Corduba* & *Hispalis* colonię quondam Romanę.

Betula, arbor virgarum fasches supeditãs quibus puerorum prauitas coercetur à לבט *Labat*, vapulauit, virgis cæsus est, nomen obtinere videtur, hinc per aliam metathesin πλήττω percutio.

Bezoar lapis, cui aduersus venena & pestem maxima vis inest, atque adeo quidem, vt, quidquid toxica elidere creditur, per ἀντιφαρμακίαν *bezoardicum* dicatur, vt & *pulueres bezoardici*, ex Arabum

lingua originem accessit. Hi quippe antidota pugnātia cum veneno *Bezahart*, quasi vitam cōseruantia, vocant. Cardanus corruptè legit *Bezar*, asserens Pazar gemmam esse mollem & coloris cine rei, magnitudine auellanę, in Pely oriētalis Indię regione repertam. Indi *Bazar* promercalem dixerunt lapidem: Item *Bazar* denotat forum, in quo exercentur mercimonia. Vt inde potius eymon deducere potuisset, vir alioqui acutus & catus.

Bibliotheca β βλίων θήκη librorū theca.

* *Bidental*. Moris erat apud veteres Ethnicos vt icti fulmine, quo loco fuerant extincti, ibi relinquerentur, neque instar aliorum cremarentur. Locus ipse, Bidental dictus, sacer habebatur, ac certis cerimoniis, prout libris fulguralibus Tagetis & aliorum Etruscorum continebatur. sacra eo loci fiebant: neque id semel solùm, sed in posterum etiam religiose locus colebatur, aris etiam ibi positis & reliquo sacrificiorum apparatu. Ex hoc rite fulguritum describit Persius Sat. 1. *An quia non fibris ouium, Ergennáque iubente, Triste iaces lucis, euitandúmque bidental, &c.* Appellat *bidental* ipsum fulguritum, poetica licentia: nam vulgo ita vocabant locum, cui religio propter talem casum accesserat, qui in medio extincti cadauer habebat: quod in eo bidentibus sacrificarēt, inquit Festus. Ergo vt Lucilius *carcerem* appellauit hominem dignum carcere, vel qui sæpius carcerem inhabitauerat: sic Persius *bidental* hominem, cui mortuo bidental est factum (vel qui sceleratissimus fulgor in caput suum attrahit, & breui fulguritus futurus est, loco consecrato, & circumsepto, atque altari adiecto. Hęc D. Casaubonus in Persium.

Bidentes primum dictas comperit A. Gellius in commentariis ad Pontificiū ius pertinētibus, quasi *biennes*, inserta litera & lōgo vsu voce corrupta. Attamē Hyginus Iulius bidentes hostias appellari scripsit, quæ per ætatem duos dentes habent eminulos vel altiores. Vide Gellium *lib.16.cap.6.* priori sententiæ astipulatus fuit *P. Nigidius libro*, quem de extis composuit. Ait enim, appellari bidentes non oues solas, sed omnes hostias bimas. Neque tamē dixit, cur ita appellarentur. Hinc Bidental templum istud, in quo bidentibus hostiis sacrificabatur. * *Bidentes* (inquit Scaliger in Varronem) erant hostiæ, quæ & cornigeræ essent, & duos dentes eminulos haberent: in qua sentētia est Festus, etiam si aliter disputetur apud Gellium. Hesychius, *κεραΐδες, τῶν προβάτων τὰ θήλεα τὰ ἐνδῶν ὀδόντας ἔχοντα*. Aliter, vt puto, si carerent illis, *ἀτελῆς* erant, vt ad sacrificia ineptæ. Nam si bidens dicta est quasi biens, cur bidentis, non bidennis, aut biennis dicitur? Atqui magis aperit etymon, quod & ambidentes apud veteres vocarentur.

Biga, currus, qui à binis equis iunctis trahitur, vt triga & quadriga, qui à tribus aut quatuor. Bigas primum iunxisse creduntur à Romanis & Græcis Phryges, quadrigas Erichthonius *teste Plinio lib.7.cap.56.* Tertulliano libro de spectaculis *cap.1.* & Virgilio *Georgic.3.*

Bildad Iobi amicus, nominatus videtur à בלה *Balah inueterauit*, & דוד *Dodh, amico.*

Bileam Propheta, qui stellam dixit orituram ex Iacob, & virgam prodituram ex Israele *Numer.24.* vetustatem populi aut eiusdem confusionem significans, deducitur à בלה *inueterauit*, & עם *populo.*

Biremes naues fuisse legimus, quæ geminum habebant remorum ordinem, *vt recte monet Isidorus*, non quæ binis agitabantur remis, *vt refert Baysius libro de re nauali.* Ab Erythræis feruntur primum inuentæ, sicut triremes ab Amocle Corinthio, *Thucydide teste*, quadriremes à Carthaginensibus, *Aristotele auctore.*

Birota vehiculi genus nomen suum duabus rotis acceptum fert. Eius mentio fit in Codice Theodosiano de cursu publico in hæc verba: *Statuimus Rhedæ nulli*

mille pondo tantummodo superponi, birotæ ducenta, veredo triginta. Notandum idem vehiculum ab vetustissimis Æolibus dictum πετόριτον ab inferioris ætatis Græcis δίκυκλον. At rheda τετράκυκλον fuit. Vnde error doctissimi Iunii, qui apud Eunapium vertit quadrigas.

Birrhia proprium nomen in Andria Terentij. Adrianus Iunius in Commentario de Coma legendum putat *Pyrrhia*. Quod si recte existimat, à flauo colore, quem Comici tribuunt seruis, quique πυῤῥὸς est Græcis, & conficta fuerit appellatio, scribendumque erit potius *Pyrrhia*, *P* consonante in *B* mutata.

Bisextus vel *bissextus*. Quandoquidem iuxta Iulii Cæsaris emendationem, reuocato exactius anno ad Solis cursum quem confici videbat diebus 365. & horis circiter sex, singulis annis quadrans diei superest, id est, horæ 6. & proinde quatuor annis quatuor quadrantes, qui coiuncti diem efficiunt vnum, iussit cum quarto quoque anno 23. Februarij inter Terminalia & Regifugium intercalari, ante eum videlicet diem, qui est sextus Cal. Martias: Vt bis eo anno dicatur, *sexto Cal. Mart.* Atque hinc nomẽ Bisexto. Inde est, quod Celsus Iurisconf. docet *l. cum bisextum ff. de verb. signif.* nihil referre, vtrum priore an posteriore die sit natus, cum biduum illud pro vno tãtum die habeatur. Græci ἐμβόλιμον vocant. Postea cum annus à Iulio sic ordinatus iterum conturbatus atque confusus esset incuria ac negligentia, redegit eum rursus ad pristinam rationem Octauius, inque eius ordinatione Sextilem mensem suo cognomine nuncupauit, sicut disertis verbis scribit Suetonius. Meminit eius rei quoque Iosephus Scaliger *de emendat. temporum lib.* 5. Si hunc annum inuestigare quis velit, diuidat numerum annorum Christi numero quaternario, & quando nihil residuum fuerit facta diuisione, ne fractio quidem, annus is erit bisextilis.

* Primum bisextum celebratum est anno secundo à cæde Cæsaris desinente, qui erat quartus Iulianus incipiens, post tres quadrantes confectos. Itaque pro 18. horis, 24. intercalatæ. Hoc vitium serò deprehensum, anno Iuliano 38. C. Martio Cẽsorino, C. Asinio Gallo Coss. correxit Cæsar Augustus hoc modo. In 37. annis Iulianis duodecies intercalatum est, cùm tamen ei interuallo nouenæ intercalationes duntaxat congruerent. Tres igitur illæ intercalationes, quæ supra nouem celebratæ erant, duodecim annis sine bisexto transire iussis, emendatæ sunt. Postea reditum est ad iustum intercalandi modum. Nam annus primus post illos duodecim, qui fluxerunt sine bisexto, is fuit primus cui imputatus est quadrans. Ideo quartus ab illo exactus accepit bisextum, anno Iuliano 53. cycli Solis 17. qui erat (vt vulgus putat) octauus à nato Christo filio Dei. Idque bisextum primùm omnium ritè celebratum fuit: cùm à primis Kalendis Iulianis, ad illam vsque diem, rationes bisexti coturbatæ fuissent. Hæc nobiliss. Scaliger. lib. 4 magni Operis, paulò post initium.

* *Blæsus* à βλαισὸς, qui linguam haber impeditam, aut male pronunciat. Vide *Balbus*.

Blasphemia, quæ proprie intelligitur conuitium & contumelia in Deum eiusve religionem, de qua lex exstat *Leuit 24.* cum insigni exemplo & pœna; impropric vero in hominem, nomen habere videtur παρὰ τὸ βλάπτειν τὴν φήμην, quod lędat famam. Christus Dominus distinguẽs inter blasphemias *Marci* 3. omnes dicit expiabiles & remissibiles esse præter eam, quæ committitur in Spiritum Sanctum nempe agnitæ veritati reclamare, & agnitos errores tueri, cũ Spiritus sancti proprium sit doctrinam propagare, in omnem veritatem ducere, afflatu suo tenebras noctemque dispellere. Mos erat Iudæis cũ blasphemiam aliquam audirẽt, scindere vestes, ait Rabanus, sicut Paulus & Barnabas, cum cul-

cum cultu eos diuino prosequerentur, vestes suas scidisse legimus.

* *Blasphemia* nonnullis etiam ita dicitur, quòd sit φήμη βλάπτουσα τὴν δόξαν ἑτέρου, i. sermo lædens alterius existimationem, vnde blasphemia illis idem est quod κακολογία, αἰσχρολογία, quale vitium solet vt plurimum esse in popularibus, teste Pindaro. Alii deducunt à dictione βλὰξ quæ piscem significat adeo inutilem, vt ne quidem à canibus aliisue animantibus attingatur. Hinc pro stupido, stolido & inutili sumitur. At in blasphemia non solùm inest stoliditas & inutilitas, sed voluntas etiam nocendi, quantum in blasphemis est, qui maledicis vocibus, ceu telis acutis, aliorum famã trãsfigere conentur. Virtus opposita nominatur ὠφημία studiũ bene loquẽdi de aliis, & εὐφημεῖν bene ominari, bene precari, qđ dilectionis est propriũ. Peccatum Blasphemiæ est primùm in defectu, quando quis dona Dei deprimit vel nulla æstimat in aliis, nec tanti facit quãta sunt. Deinde in excessu, dum vitia vltra modum extollit, aut virtutes ac bona quæ insunt in vitia conuertit. Accedit sermonis abusus, dum in execrationes beneficia summa vertũtur ab iis qui pessimè de Deo diuinisq; mysteriis sentiunt & loquuntur, quod Atheis, prophanis ingratis, blasphemis hominibus solenne est. Quã multi viuunt, qui Christi vulnera, corpus, sanguines, mortẽ in iurandi formulas impiè conuertũt, nomen & dignitatem domini Seruatorisque nostri horrẽdis suis vocibus prescindentes. Hinc apud Græcos ἀρὰ dicitur & κατάρα dicitur, i. execratio. Et Hebręis נאצה *Neatsah*, à verbo נאץ *Naats*, i. irritauit aliquem conuiciis, execratus est, respuit & spreuit cũ detestatione incessit maledictis, blasphemauit, subsannauit. Et גדף *Ghidduph*, à verbo *Ghiddeph*, vituperauit, conuitiatus est, inuectus est in aliquem verbis atrocibus. Omnes autẽ illæ significationes blasphemiæ conueniunt. Græcis κτυπέω, vitupero, & ὑβρίζω, irrito, cum *Naats* & *Ghiddeph* Hebręis conueniũt. Aliæ sunt cognatæ voces Hebræis, nempe אלה *Ala*, à verbo Ala, i. dejerauit, obstrinxit se iuramento ad aliquid, cum imprecatione mali seu perditionis. Et חרפה *Cherpha*, à verbo חרף *Charaph*, Exprobrauit, conuitiatus est, rigidis verbis excepit, vituperauit. Per metathesin חפר *Chaphar*, perforauit & pudefactus est: nã opprobriis & blasphemis ac maledicis vocib. perfoditur cor, vt pudefiat. Accedit item ad verbũ חרם *Charam* desolauit; quid enim aliud sunt blasphemiæ quam desolationes? siue blasphemantem, siue blasphemantis auditores, siue hominem vel Deum blasphemiis concissum considerare velis.

Blaterare Festo *stultè & percupidè loqui*, Nonio *per mendacia confingere*. Festo placet astipulari, cum Græcis βλὰξ *stultum* aut *fatuum* significet, vnde vox ista nata videtur.

* *Blaterones*; hoc genus homines (inquit Gellius, lib. 1. cap. 15.) in verba prouectos, loquutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt. Hebræi blaterare exprimunt verbo inusitato צפצף *Sahalp* (à quo Sophista, merus blatero) &. in 2. coniugatione *Siph seph*, i. Garriuit more auium, mussitauit stridula voce. Quid enim Sophistarum in Ecclesia, in Curia, in aula vaniloquium aliud quam garritus, stridor & clamor importunus vel absurdissima omnium mussitatio?

Boas, qui in vxorem duxit Ruth, quãtũ coniicio, nomen inuenit à בוא *venit*, & אז *tũc*. Alii exponunt, In fortitudine.

Bæotia regio in finibus Græciæ, olim Aonia dicta, item Ogygia, Messapia, Cadmia, *vt ex Thucydide prodit Stephanus*, nec non Hyantis, *teste Strabone*, & ἄρνη Diodoro. cuius incolæ apud Solinum dicuntur Leleges, ἀπὸ τοῦ βοὸς, id est, boue trahere creditur appellationem, quòd Cadmus huius ductu ad eum locum peruenerit, vbi postea condidit Bæotias Thebas. Vrbs huius regionis

fuit Alcra, Hesiodi patria, sita ad Heliconis radices. Scribit eam esse χεῖμα κακὴ, θέρει ἀργαλέη. Ibidem ponitur Orchomenus, πολύμηλος Homero, Pindaro καλλιπαρθένος καὶ λιπαρὰ πόλις, Tyrelia quondam oraculo celebris: Item Thebæ ἑπτάπυλαι Bacchi, Herculis, & Pindari, Linique Poetarum patria, & Cheronea Plutarchi. Incolæ Bœoti literarum contemptores ac stupidi fuerūt (hinc Bœotum aere nati, & sus Bœotica) sed ἀνδρεῖοι Eustathio, ŷ pugnaces Straboni ...

Bohemia cuius incolę Ptolemęo *Βαῖμοι* Straboni *Βῶλοι*, nominis originé defert Boiis, qui ab Alpib. descenderant in planiciem, cum antea tenuissent loca vicina Mediolano vsque ad Rhetos. Strabo equidem ex Gallia eos in Italiam migrasse scribit *lib. 4.* Eosdem verò eiectos suis domiciliis à Romanis apud Tauriscos cósedisse, & cum Dacis bellum gessisse tradit *lib. 5.* Malè tamen totam eorū genté euersam ac funditus excisam scribit. Quid enim aliud Bohemia, quā Boiohemia *der Boiarn heymt?* Sane ea de causa nominat Paterculus eandem regionem *Boiohemum*, Tacitus paulò contractius *Boiemum*, satis indicantes ab incolis tractam nominis originem. De Tauriscis tamen quod scribit minime erroneum existimandum, cum quondam *Taurisci* nunc *Norici* appellati Rhetis & Vindelicis contermini sint, nec absurdum sit etiam, eos ad finitima loca progressos.

Boia Festo, Collare vinculorum genus, siue ligneæ sint illæ, siue sint ferreæ. Hinc proculdubio Germanicum *Boeyē*.

Bombarda factitium nomen ab ardendo, & bombo seu sonitu, quem edit, cum disploditur. Quis fuerit eius inuentor, nondum constat. Certum id, inuento eo post hominum memoriam exstitisse nil terribilius aut etiā perniciosius. Polydorus existimat *lib. 3. c. 18.* dæmonem quendam móstrasse mortalibus; vt non modo armis inter sese, verum etiam fulmine dimicarent.

Bona. Appellatio bonorum, inquit Vlpianus, *aut est naturalis, aut ciuilis*, Naturaliter bona ex eo dicūtur, quod beant, hoc est, beatos faciunt. Inde *beati* appellati sunt *diuites*. Plautus in Penulo: *Bonum ego quàm beatam esse primo dici mauolo.* Et Seneca Controuers 3. *Insolens malum beata vxor.* Idem Epist. 3. *Nunquam vidi hominem beatum indecentius.*

* *Bonus Bonum*, ab Hebræis voce *Tob* significatur, quæ nó modo bonum, sed etiam pulchrum, iucundum, Gratum, Amabile, Suaue & deliciosum indicat, vna vocula complectente omnia quæ de bono dici possunt. Græci hanc vocé, nomine ἀγαθὸν, posteriore Syllaba ad Hebræam alludente, deinde καλὸς & χρηστὸς. Variæ autem *Tob* acceptiones, sūt Boni proprietates. *Tob* enim, seu ἀγαθὸν, & Bonum, non solùm in se est perfectū: sed etiam aliis vtile, suaue, decorum iucundum. Vide Genes. 2. 9. Psal. 34. 9. 1. Sam. 9. 2. Ester, 1. 10. variæ enim significationes istæ vocis *Tob* occurrunt his locis. Si corporale bonum est, has etiam proprietates habet corporales: Si spirituale, Spirituales. Talis autem est Deus, nempe *Tob*, τὸ ἀγαθὸν, καλὸν, χρηστὸν. Proinde animo vera veri Dei cognitione prædito. Est Deus summa lætitia, suauitas, iucunditas, vtilitas, felicitas. Grecę voces idem docent atque Tob Hebr. Si verum est quod Græci tradunt, ἀγαθὸν esse ἀπὸ τοῦ ἄγαςθαι, quod significat admirabile, & summa dignum admiratione; consentaneum est nomen ipsi rei. Quo. quid enim præstantius, excellentius, dignius, vtiliúsq; est, eò magis illud admiramur, simul & appetimus. Hæc autem indicantur nomine ἀγαθοῦ, quòd omnis generis bonū amplectatur, & in se & in aliis. At quando est cum articulo. τὸ, plerunque; & quum de Deo prędicatur, semper bonum significat omnibus numeris absolutum. Hoc autem est, non solùm in quò nihil perfectionis desiderari potest, sed etiam quod alios omni bon

bonitatis genere cumulat. Καλὸν Significat id quod pulchrum & honestum est. Philosophi, qui Bonum id esse definierunt quod sui desiderium in aliis & appetitum excitet excitaréue potest, Pulchrum idem re ipsa & subiecto quod Bonum, esse docent. A forma enim est, quòd aliquid creatum sit bonum & pulchrum. Propterea, Solitum est in Scholis dici, quòd Bonum & Pulchrum conuertuntur: sed differre tamen ratione demonstrant quoniam Pulchrum ad facultatem animæ cognoscentem & intelligentem spectat: Bonum autem ad appetentem atque volentem. Pulchra enim dicuntur, quæ visa placent, & intellecta probantur: Bona verò, quæ appetuntur & desiderantur. Consentanea sunt hæc cum sacris literis. De arbore vetita legimus in Genesi visam fuisse Euæ & bonam ad vescendum, & pulchram oculis, aspectuque delectabilem. Ita eadem res, diuersa ratione, & bona & pulchra esse potest: eóque & placere, & appeti. Sed placere sine cognitione non potest: appeti autem omnino, etiam incognita, potest. Nam & grauia locum deorsum, tãquam sibi bonum ac cõmodum; leuia verò locum sursum appetere dicuntur: eóque ad illum, nisi quid obstet, naturaliter ferũtur. vnde etiam alia colligitur differẽtia inter pulchrum et bonum: quód bonum, rationem habet finis (ad finem enim quæque res suâ fertur naturâ, tanquam ad suum proprium bonum:) sed pulchrum habet formæ rationem. vnde & pulchra formosa vocãtur, Proinde cæcus, quàm aliqua res sit formosa vel deformis, percipere nequit: quæ verò bona, atque suauis, vel vtilis, facilimè: eóque bonitatem appetere, sed de pulchritudine iudicare non potest. χρηστὸν significat ad quod est placidum, benignũ, humanũ. Et ita Latini bonum virum vocant, qui humanus est, facilis, comis affabilis, tractabilis, apertus, liberalis Hoc sensu, Deum quoque bonum esse dicimus: quod qui amplius intelligere desiderat, perlegat quæ de Bonitate Dei describuntur, Exod. 33. & 34. Capit. vnde colligere facile est Deum non modo in seipso, verum etiam nobis perfectè bonum esse. Addo, Hebræis *Tob*, bonum, significare quicquid prosperum est, felix, commodum. Lux dicitur *Tob*, Genes. 1. 4 vtilis grata, jucunda, præstantissima. Deus Tob nominatur Psal. 34. 9. quam vocem apostolus nomine χρηστῦ expressit, 1. Petr. 2. 3. Moses infantulus, Exod. 2. 2. Tob. 1. decorus, pulcher appellatur, & cap. 11. epist. ad Hebreos, v. 23. ἀστεῖος, elegans, venustus. Eccles. autem 8. capit. 13. v. Bonum (*Tob*) non erit impio, id est, non prosperè aget, felicitas illi non erit. *Tob*, quies, prosperitas, Psalm. 25. 13. Anima eius in bono morabitur. fructum vberem terræ significat Ies. 1. 19. facultates diuitis Genes. 24. 10. Abundantiam rerum omnium, Deuter. 6. 11. Prosperum statum, Prouerb. 11. 10 fertilitatem, Exod. 3. 8 Deuter. 8. 7. Reliqua studiosis expendenda relinquere par est; nam ad fontes digitum intendimus. Cum voce illa conuenit verbum *Iatab*, quod in coniugatione Kal significat, Bonum vel Bene esse, Placere, iucundum esse, Pulchrescere dirigere componere, disponere, decorare, Aptare, Exhilarare, quæ omnia commodè ad superius dicta referuntur. Qui Plutarcho ἀγαθὸς πρὸς τὸν πόλεμον, & Xenophonti τὰ πολεμικὰ ἀγαθὸς, Liuio *bonus bello* dicitur.

Boo verbum bobus & vaccis propriũ vnde, nisi à Græco βοᾷν?

Boreas ventus Septentrionalis, ἀπὸ τῆς βοῆς *clamore* dictus, καὶ τοῦ ῥεῖν fluendo. Hæc & Nonii ex Homero sententia. Verum Eustathius aliam nominis rationem adferẽs dictum eum vult, quod τὴν βορὰν, id est, *alimoniam* præbeat: frugibus ad maturitatem suo flatu perductis. Sed prius etymon amplecti malo. Neque enim calore suo generationem

& frugum augmenta promouet instar Zephyri, sed frigore potius nocet, tum volatu impetuoso, quo instar aquilæ bacchatur nonnunquam, alterum inde nomen Aquilonis obtinens. Imo nullus impetuosior ventus, quem *furere* propterea dicit Ouidius Elegia de Nuce.

Bos, à Græco βοῦς, qui & ἀπὸ τοῦ βόσκειν dicitur, id est, *pascendo*. Bos Luca nominatus elephas Pyrrhi regis bello, Anno ab V.C. 972. eo, quod plurimum tum temporis visus esset in Lucania. Latini alio nomine *Trionem* vocant, quasi *terionem* quod terram terat. Neuius: *Trionem hic moderatur rusticus*. Dignum notatu, quod passim proditum ab auctoribus, ex mortui bouis putrescentibus reliquiis nasci apes. Quod quia etiam Ælianus tradit vltimo cap. libro 2. περὶ ἰδιότητος τῶν ζώων, verba eius in medium dabo. καὶ ἀποθανὼν δὲ βοῦς, inquit, γεννναῖον τι χρῆμα καὶ ἀξιέπαινον. μέλιτται γοῦν ἐκ τῶν ἐκείνου λειψάνων ἐκφύονται ζῶον φιλεργότατον καὶ καρπῶν τὸν ἄριστον καὶ γλύκυστον ἐν ἀνθρώποις παρασκευάζει τὸ μέλι.

* Bos, propriè dicitur, inquit, Varro, qui castratus est, vt aptior aratro fiat, aut vt saginetur. βόσκω pasco, βόσκομαι pascor, βοῦς *Bos*, abile, ab Hebræo אבוס *Abus*, i. Saginauit animalia pascendo ad præsepe, obesus & pastus fuit ad præsepium. Dicitur tantùm de animalibus ad præsepia ligatis, quæ subsistendo & pedibus conculcando stramenta, pascùntur. Cognationem habet cum בוס *bos*, calcauit pedibus. אבוס *Ebus*, bubile, præsepe, vbi bòues saginantur Patalis Bos Plauto, qui diuersa cornua habet & patentia.

Bosphorus vel potius *Bosporus*, cum Græcè dicatur βόσπορος, ἀπὸ τοῦ βοὸς καὶ πόρου nomen accessit, quod vel bos traiicere possit natando. Testis interpres Apollonii, cuius verba subiicio. βόσπορος ὀνομάζεται διὰ τὸ δοκεῖν τὴν Ἰὼ βοῦν οὖσαν διανηξασθαι τὸ ἀπὸ Βυζαντίου καὶ ἀπὸ χαλκηδόνος διάστημα. Admiscet tamen nonnihil ex fabulis, Bosporus ab auctoribus celebratur duplex: Vnus Thracius iuxta Byzantium, alter Cymmerius à populis Cymmeriis dictus, qui in introitu Mœotidos paludis fixas habuerunt sedes frigidissimam incolentes regionem. Vnde quicumque terras frigoribus obnoxias habitant, appellari solent Cymmerii, quales etiam fuerunt isti Italiæ populi, qui regionem inter Baias Cumasque insederunt, in qua erat conuallis circundata satis eminenti iugo, solem nec vespertinum nec matutinum videns. Sciendum etiam, apud bonos auctores alia Thracii Bospori exstare nomina. Stephanus enim scribit dici portum Byzantii, item φωσφόριον. Bosporum Hellespótium nominat Tzetzes, Strabo Byzantiacum os, Arrianus fretum Mysium, Herodotus Bosporum Chalcedoniæ, Pindarus ostium Euxini, Apollodorus πόρον, id est, *meatum* vel *Thracium traiectum*. Hac copias suas transportauit Darius bellum gesturus cum Alexandro.

* *Botrus*, βότρυς, ab Hebræis variè designatur. ענב *hanab*, vua cognationem habet cum ענף hanaph, ramus, racemus. Ná vitis primùm producit ramos, deinde vuas. פרט. *Peret*, est granum sparsim relictum in vindemiatione, à verbo *Parat*, exhilarauit, lætificauit. Botrus enim & vinum inde expressum hominis cor lætificat. Hinc per metathesin φαιδρύνω exhilaro, φαιδρός hilaris: & per radicis inuersionem τέρπω delecto. Dicitur etiam botrus אשכל. *Escol* à verbo שכל *Schachal*, i. orbus fuit: nam botrus auulsus à vite, sequitur veluti quædam orbitas.

Brabantia dicta Iunio quasi *breed-land* quòd sit velut tænia vel fascia lata, vt ita significetur regionis latitudo. Etiámsi non malè etiam traxeris à *Bratusbantio* Bellouacorum oppido, vocabuli mole contracta & considente per Grammaticam συνίζησιν.

* *Brabantiæ* ducatus Mosa, Scaldi, Sabi, Teneta, fluminibus ferè circumscribitur. Hollandia & Geldria eam à Septentrione respiciunt; Leodiensis diœcesis ab Oriente; Namurcensis comitatus & Hannonia à Meridie. Flandria illi est ab Occidente, Scaldique fluuio ab ea ex parte dirimitur. Regio, nobilis, amœna, fructuum omnis generis feracissima, in primis Meridiem versus. Continet marchionatus duos, nempe S. Imperij (cuius Antuerpia metropolis est) & Berghensem: ducatum Arschotanum, Comitatum Hoocstratanum, Megensem, & Cantecroiú: viginti sex ciuitates vallis, fossisque & muris circundatas: circiter viginti oppida libera: pagos septingentos. Huius regionis incolę olim fuerunt Ambiuariti & Aduatici. De quibus multa I. Goropius in antiquitatibus Antuerpianis.

Braccæ Isidoro sunt dictæ, quod sint breues, & corporis verenda iis velentur, quasi dixeris βραχῆς ἐσθῆτας. Imò braccæ sunt βράκη vel βρακια, hoc est, ῥακη vel ῥάκια, inquit Casaubonus, qui minimè assentitur Diodoro Siculo existimanti βράκας vocem esse Gallicam, vt nec Hesychio, qui scribit: βράκκαι. αἴγειοι διφθέραι παρὰ κελτοῖς. Ait enim Diodorum *libro 7.* Galatas anaxyridas vocare braccas. Hieronymus rursus ad Fabiolam de veste sacerdot. & Ambrosius *Offic.1.* appellant braccas feminalia, quibus velantur pudenda. Græci περισκελῆ vocant. Quamquam Flaccus periscelida acceperit pro ornatu femineo, & Porphyrio apud eundem esse velit ornamentum pedum circa crura, ex vi nominis sumta interpretatione. Ab his autem braccis nominata ea pars Galliæ *Braccata*, quæ alias Narbonensis prouincia audit, apud Ptolemæum κελτογαλατία ναρβωνησία, Occitaniam, Prouinciam, & Delphinatum complectens. A braccis etiam *Braccarii* dicti braccarum artifices Lampridio *in vita Seueri*. Nec tamen soli Galli vsi sunt braccis: Imò & Medi & Asiæ populi Legitur enim in obscœno carmine: *Medis laxior, Indicisque braccis.* Ouidius Tristium 5. de Getis.

Pellibus & laxis arcēt mala frigora braccis,
Oraque sunt longis horrida tecta comis.
Item:
Hos quoque qui Graia geniti creduntur in vrbe,
Pro patrio cultu Persica bracca tegit.

Brassica à præsecādo, nominata Festo.

* Ortulanum olus, πρασικὴ, vt βασιλικὴ, Ὀμφαλικός, Basilica, Vmbilicus.

Brachium idem cum eo, quod est Græcis βραχίων, quæ dictio secundum Festum deducitur à βραχὺ, quod est *breue*. Perottus trahit ἀπὸ τῆς βραχείας. Malè. βραχιόνητος enim dicere debuisset.

* Hebr. זרע *Zarah*, i. Seminauit proiecit dispergendo semen. Inde *Zeroha*, brachium, quo semen spargitur. Et sæpe nomen illud vsurpatur pro robore brachij, hinc στερέω, firmo, &c. brachium enim est membrum firmissimum. Alij etymon longius petunt. חבק *Kabak*, i. amplexus sum: priore Syllaba detracta superest *bak*, vnde βαχίων, & tandem βραχίων, brachium, quoniam brachiis amplectimur.

Breuiarium, opus concisum, quo nomine sacerdotes Pontificij appellant encheiridion, quod ipsis semper ad manum est, & in quo canonicas horas habent excusas, à breuibus nomen obtinuit. Quod sint *breues* aut *breuia*, indicat Zonaras Carthaginensi concilio his verbis: βρέβιοι ἡ ἐπιτομὴ λέγεται καὶ σύντομος γραφή. Sic in Galba dixit Suetonius breuiarias rationes.

Briareus gigas, παρὰ τὸ αἴρειν, id est, *tollendo* vel *auferēdo* adeptus est nomen, quasi sit βορα, id est, *vorago omnium mundi partium*, ait Phurnutus. Amantinam securim tribuit ei Ouidius Fastorum 3. Fingitur & ἑκατόγχειρ *centimanus*. Vnde id nomen ob varium instrumentorum vsum tributum Archimedi à Marcello in Syracusarum obsidione, legimus

apud Plutarchum in eius vita. Hesiodus μεγάθυμον vocat in Theogonia. Cognomenti loco nomen idem adiectum Herculi, obseruarunt Pindari interpretes. Ideoque certum, columnas ipsius, Briareos, dictas. Hæc ex fabulis, quæ pariter non omittenda, quandocumque res ipsa exegerit.

Brimo dicta est Hecate, παρὰ τὸ βριμᾶν, quod est *irasci, fremere, minari:* Vel ἀπὸ τοῦ βρόμου, i. crepitu aut ignis strepitu. Est enim βρι particula intensiua. Namque inde βριήπυος & ὄβριμος ἄρης, *Iste perstrepens & potens Mars.* Apud Propertium meo quidem iudicio (repugnāt enim Mineruæ mores, pro quo antea legebatur Sais) optimè Turnebus corruptum versum restituit hoc modo:

Mercurio sanctis fertur Bœbeidos vndis.
Virgineum Brimo comprossisse latus.

Antea enim legebatur: *Mercurioque Sais.*

Brisæus, dictus Dionysius, vel à Brisa promōtorio Lesbi vel παρὰ τὸ βρίθω *grauo*, vel παρὰ τὸ βρίζω *præ cibo & potu dormio*, aut à ῥέω *madefacio, irrigo*, aut deniq; à byrsa, i. *corio* vel *pelle*, vt monet Gyraldus, cuius hic verba ponere pudet.

Britannia, Septentrionalis, insula, βρεταννία Tzetzi in Hesiodum, triangulari forma, & proinde Siciliæ similis, totoque à nobis orbe diuisa, atque adeo omnium insularum totius Europæ maxima: Solino alter orbis, hodie Anglicum simul & Scoticum regnum cum Hibernia suo complexu claudens, olim & *Albion* dicta, ab albis rupibus, quæ eo nauigantibus in conspectum veniunt omnium primæ, etsi hæc nominis origo Buchanano minime probetur, ob rarum tum temporis feræ nationis cum Latinis commercium. Is defert etymi originem secundum nonnullos regi Britoni. Malim cum Buchanano illis ascribere, qui Britones sunt dicti. Tres enim gentes totam hanc insulam tenuerunt antiquitus, *Britones* inquam, *Picti* & *Scoti*. Neque ignotum, à parte quadam præcipua nominari frequenter totum. Atque hinc forte Galli omnes Britannicas fœminas appellant *bretas*, *i* vocali in *e* mutata, & loqui Britannicè est eidem *breter*, vt idem prodit. Quin Aquitaniæ promontorium est nomine *Capbretton*. Addo quod Beda suis monumentis prodiderit, australem insulæ partem occupatam fuisse à Brittonibus, septentrionalem à Pictis inhabitatam. Et licet plerique veteres scriptores incolas Britannos vocent, tamen & *Brittones* dictos constat ex Martiale. Dionysius Afer vocat βρετανὸς, eliminata altera τ, Poetica scilicet licētia. Totum insulæ tractū diuidit Xiphilinus ex Dione in superiorē & inferiorē Apud Sextū Rufum legitur *Britānia prima Britannia secunda. Flauia, & Maxima Cæsariēsis. Valētiā* addit Marcellinus Alii diuidunt in *Scotiā*, quæ inclaruit nomine Caledoniæ syluæ, & *Britanniam*, quæ & Angliæ nomen agnoscit, quod olim Angli populi eum occupauerint Britonibus expulsis, aut certe Saxones reginę Anglę auspiciis ac ductu, aut denique quod nostri orbis sit *angulus*. Incolæ vt plurimum sunt statura procera, & adeo venusta facie, vt Gregorius Pontifex, cùm forte Anglorum pueros videret Romæ, bene eos *Anglos* vocari dixerit, eo quod vultu *angelorum instar* niterent, & proinde administrandum illis esse iter salutis æternæ. Strabo scribit *initio libri* 4. procera esse eorum corpora: cuius rei argumentum id profert, quòd se adolescente Romæ viderit Britannos, qui etiam altissimos homines superabāt pedis semisse. Addit simpliciores fuisse Gallis & magis Barbaros. At quę iam in illis barbaries? Potius alios homines eorū comparatione barbaros dicas. Adeo exculti mores, adeo humani, adeo imbuti humanioribus disciplinis, omni feritate detersa.

Britannica herba, Germanis inferioribus seu Belgis communi quorundam opinione *Lepelbladen* (etsi non pauci ré in controuersiam vocēt) inprimis conducens ad profligandam scelotyrben & stoma

stomacacen, trahere videtur originem nominis ab insula Britanniæ, ex qua in Hollandiam, Zelandiam, Frisiam, & circumiacentia loca delata herbam prouentum facit. Ita visum multis legentibus Plinii vestigia. Lapsus tamen hic Iunio videtur imperitia linguæ, qui propterea originem vocabuli dedicat cespitibus; quos patrio vocabulo *Brittas* vocant, & quibus etiam aggerum moles vallant aduersus impetu maris. Hæc ille in Batauia vir equidem doctus, & naris, quod aiunt, emunctæ. Verum enimuero Plinium hic sequi malo, quam Iunium, cum haud insolens sit herbis à solo natali nomina & cognomina imponi. Tale Rha ponticum, Absinthium Ponticum, Conyza Medica, Celtica Nardus, Petroselinum Macedonicum, & Thamarindus Indicarum palmularum fructus, ne quid amplius addam in re certa & omnibus nota. Accedit, quod nos Frisii, quorum lingua haud ita multum discrepat ab ea, quæ Batauis vernacula est, non cespites, at cespitum frusta vocemus *Brieten* aggeresq; non iis, sed prælongis & crassioribus frustis ligonum opera detritis, & terrę ablatis (*Soden* nostrates vocant) muniamus, vt vir magnus in aliquid noui comminiscendo leuiter hic cespitasse videatur mihi. Morbi isti, quorum modo facta est mentio, (στομακάκην dico & σκελοτύρβην ex Plinio) vnius Scorbuti nomine censentur ab eruditis. Pro partium autem varietate, in quibus signa se produnt plus minusve, iam hoc, iam illud sortitur nomen. Et quoniam populariter grassari solet, dabo in medium διαγνωστικὰ vel ἀποδεικτικὰ signa iamdudum approbata, quibus agnosci possit & simul ab aliis morbis dignosci. Nam in τῇ στομακάκῃ gingiuarum caro mollior, roscidis vaporibus exæstuantibus ab impuris visceribus vi caloris perfusa, in humorem laxum fluidumque exurgit. Hippocrates ἕλκεα vocat, Galenus ἕλκεα πλαδαρὰ *gingiuas madore laxas*. Venæ linguæ substratæ turgent. Nonnunquam exost & exulcerat gingiuas acrimonia humoris, quæ quidem Græcis sunt ἕλκεα διαβεβρωμένα. Tum dehiscunt cruento ichore vbertim effluente. Hanc putredinem sequitur luxata dentium compages; qui simul nigrescunt, quandam velut syderationis ideam ementientes. Adest & animæ fœtor perpetuus seu δυσωδία ex eadem humorum putredine, & dolor affectarum partium, quoad à squalido illo succo obsessæ & inebriatæ distenduntur. In Scelotyrbe autem labant genua ex infirmitate, vt recti obambulare non possint crura obrigescunt, dum se succus ille grauis insinuat in artuum compagines. Rigorem hunc sequitur dolor initio grauis & obscurus, vtpote in suræ tibiarumque musculos penetrans, qui quouis exercitio multum solet exasperari. Sæpe resoluuntur crura. In femoribus & tibiis emergunt maculæ summam defœdantes cutem, initio floridæ & rubræ, qualia à nuperis pulicum morsibus in cute στίγματα sunt, verum tractu temporis decoloratæ & plumbeæ euadunt. Nonnullis crura molli tumore grandescunt, deuergente humore impetu suo ad corporis infernas partes: At aliis gracilescunt, ita vt vix ossibus hæreant, superueniente præsertim ἀτροφίᾳ. Atque hæc de morbi istius signis, quæ placuit adiicere, si forte eo quoque modo aliquid fructus ex hisce nostris manare queat.

Brixaba mons adiacens fluuio Tanai, qui postea κριοῦ μέτωπον, id est, *frons arietis* est dictus, *teste Plutarcho libro de fluminibus*. Alludit autem ad Phryxi fabulam & vocem. Itaque ἀπροσδιόνυσον haud erit, si adiiciantur, quæ ab eodem Plutarcho attexuntur. *Tanai*, inquit, *adiacet mons, quem indigenæ vernacula lingua Βριξάβα, id est, arietis frontem appellant*. Sumtam fabulam dicit à Phryxo, qui cum se recepisset in montis iugum, corpusque dedisset somno, proinde armati quidam conscendissent ad eum, excitatus fuit ab aurei velleris ariete & Colchos delatus.

Brico insomniorum Dea existimata

παρὰ τὸ

παρὰ τὸ βρίζειν, quod est *dormire*, deducit nomen.

Bructeri Vvestphaliæ populi; Βρουκτεροι Ptolemæo, obtinuisse nomen videntur Iunio à perpetuis paludibus, quas, inquit, *broucken* vocamus: Vt sint *bructers*, id est, acolæ paludum. Dissident tamen auctores, quibusdam eos collocantibus ad vrbem Monasterium, vt & Vvillichio placet: aliis ad montem, quē à Bructeris vocatum volunt *Broccesberg*, vt Peucero & Melāthoni videtur. Christophorus Pyramius designat eisdem regionem, quæ nobis dicitur *Tlant o-veryssel*. Strabo certè non longe remouet ab hisce locis *lib. 7. Geographia*, cùm scribit à Druso victos in Amasia fluuio prælio nauali.

* *Bruchus*, genus vermis, herbas & arborum frondes erodens, παρὰ τὸ βρύκειν τὸ ἐσθίειν. ילק *Ielek*, cognationem habet cum verbo לקק *lakak* lambit. Hinc ὀλέκω perdo, ὀλέκομαι pereo, λυκέω destruo, corrumpo; λιχμάω Lambo. βροῦχος bruchus.

Bruma. Optimi Grammatici dictam censent brumam, quasi βραχὺ ἦμαρ *diem breuem*. Id enim anni est tempus, quod dies breuiores habet. * Bruma à Brumo, Baccho. Βρόμιος Brumus, quòd in id tempus inciderent, in quo festa erant Bacchi. Ouid. de alteris liberalibus; *Acceptus Geniis illa december habet*. Scaliger coniect. in Varr. Hebr. סתו *Sethau*, vltima pars hyemis, bruma. Hinc Græci mutato ו in β literam eiusdem instrumenti dicunt ςίβη, i. frigus, pruna.

Brundusium Calabriæ vrbs ad mare Adriaticum, Brundusium Plinio, modo macula non subest, Ptolemæo Βρεντέσιον, aliis Brenda, vt monet Festus, contracto nomine, nomen inuenit à forma ceruini capitis, quod sua lingua Messapij Brundusium appellare solebant. Verba Strabonis sunt: τῇ δὲ μεσαπίᾳ γλώττῃ βρεντέσιον (sic Stephanus habet) ἡ κεφαλὴ τοῦ ἐλάφου καλεῖται. Commodus hinc traiectus & nauigatio in Epirum, Ceraunia, Dyrrachium, imò in Græciam omnem ac Asiam, propter commodum, discessum accessumque multis portubus vno ore clausis, qui sinum (*vt Strabo scribit*) intus excipiunt. In hac vrbe obsessus fuit à Cæsare Pompeius: vnde cum esset dilapsus, translatum est bellum in Thessaliam. Florus scribit, tantum olim opibus potentiaque valuisse, vt Salentinorum haberetur caput. Liuius nominatim inter duodeuiginti colonias recenset, quæ bello Punico altero rem populi Rom. milite pecuniaque iuuerunt. Ciuis hinc fuit Pacuuius Tragicus Poeta Ennii ex sorore nepos, qui tandem Tarēti decessit.

Bruta tellus ob grauitatem dicta Horatio. Nam *brutum*, ait Festus, antiqui dicebant *grauem*. Ex Etruscorum librorum doctrina, inquit Scaliger. in quibus etiā eodē modo bruta fulmina dicebātur.

Brutus, inquit Æmilius Probus, stultitiā finxit: Vnde is *Brutus dictus*, id est *stupidus, tardus, aut stultus*. Ouidius Fastor. 2.

Brutus erat stulti sapiens imitator, vt esset
Tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis.

Etenim cum iuuenes regii proficiscerētur Delphos, additus hic eis omnes delectamenti gratia sambuceum baculum repletum auro dono dedit Apollini: A quo responsum fuit, eum summam Romæ potestatem obtenturum, qui primus omnium oscularetur matrem. At hic casum simulans terram est osculatus. Factum ergo, vt, cum ob stuprum Lucretiæ illatum in exilium egisset Tarquinios, primus Consul creatus fuerit Romæ. Fuit & alius Brutus Cæsaris percussor, idem Catonis ex Seruilia sorore nepos, cui de belli euentu noctu sollicito terribile illud phantasma, quod se malum eius genium profitebatur, apparuit.

* *Bubo*, *Βύας*, auis nocturna, Hebr. כוס *Cos*. huiꝰ vocē ploratui seu vlulatui similē esse nemo nescit. Ideo Nycticorax dicitur, *Kuts* Germanis, q̄ vox ad Hebraicam alludit. Arabes (referente Gesnero) *Kus*, Persæ

cum ingressus esset salratorium ludum *Kus*, Persæ *hakus*, Chaldei *Kiphupha* nominant. Hæ voces autem Stridorem bubonis exponunt, vt & Græca Latinaq; per onomatopœiã. A bouis mugitu bubonem appellati scribit Priscianus. Cõmunis est generis: Ouid. lib. 8 Metamorph. *Ignauus bubo, dirum mortalibus omen*. Virgil. lib. 4. Æneid. *Soláque culminibus feralis carmine bubo.*

* Bubo, βϐϐῶν, tumor præter naturam, in quacunque corporis parte proueniens, sed maximè circa inguina. Βϐϐῶν pubes, ab Hebr. אבב *Abab*, pullulauit. Vnde בוב *Bub*, pupus & pubet fuit. Quoniam ergo tumores illi pullulant, & veluti puerascunt in corporibus, ad pubem primum, deinde ad cæteras partes referuntur, atq; à voce Hebr. originem ducunt.

Bubona boum Dea, *vt Augustinus tradit*.

Buccina à bucca qua inflatur, appellata nonnullis: Aliis à boum voce, quorum mugitui quid simile reddit. Festus: *Buccina, quam nos appellamus, Græci βυκάνην a similitudine soni dicunt.* Erat autem buccina *cornu recuruum*, vt apparet ex eo Ouidii: *Caua buccina sumitur illi Tortilis in latum.* Hinc buccinator, qualis Triton ille Neptuni apud Poetas, qui vt Virgilius canit *longas emugit voces*, & hoc signo fluctus & flumina, quãdocunque velit, reuocat. Si etiam Propertio fides, *Buccina cogebat priscos ad verba Quirites*, æuo scilicet Romuleo. Inde Dionysius lib. 2. τὸς δημοτικὸς ὑπηρέτας τινὲς κέρασι βοείοις ἐμβυκάνοντες ἐπὶ τὰς ἐκκλησίας σύνῆγον.

Bucephalus equus Alexandri, & capite & nomine Bucephalus fuit. Bouinum enim nomen istud exprimit caput, seu naturale caput intelligas, seu formam capitis bouini corpori impressam, sicut de Thessalis equis legimus appellatis hoc nomine ex tali nota illis inusta.

Buda sita ad Danubium ciuitas, nomen sumsisse creditur à Buda Attilæ regis Hunnorum fratre, vel à Budinis Scythię Europææ populis, quos Græci, sed non recte Gelonos vocant, ait Herodotus. Sed & hæc quondam fuit regis Hungariæ, & inferioris Pannoniæ metropolis, tandem vero Christianis erepta à Solymanno Anno Salutis 1526.

Bulimia composita dictio à particula βϐ, quæ est αὐξητικὴ, & λιμὸς fame. Hanc etiã animaduertas in βϐπαῖα, βϐγαῖος apud Varronem *lib. 2. cap.* 5. qui & βϐπαῖδα dixit *magnum puerum* βϐῶπιδα *magnos habentem oculos.* Meminit olim eius famis Erasistratus libro διαιρέσεων 1. Caussam eius cum Medici, tũ Aristoteles in Problematibus adfert frigidum acidũq; humorem, quẽ osculum ventriculi intus à splene absorpsit, quiq; astrictione alimõ ta in ventriculi fundũ protrudit, & famẽ contumacem indesinenter accersit. Dissolui eam meri potione docet Hippocrates *lib. 7. Aphor. 21.* Verba eius sunt: λιμὸν θώρηξις λύει. Est autẽ θώρηξις Eustathio *Iliad.* ζ. οἰνοποσία ἢ ἀκρατοποσία, *vini potio.* Nec mirum, cum caussa eius sit frigida intẽperies stomachi, vel acidus succus sanguinem venarũ vẽtriculi sua frigiditate cogens. Galenus tradit 8. *de medicam.* κα̃τὰ τόπϐς profligari caninam hanc famem olfactu aceti, pulegii aut terræ irrigatæ aceto aut si quis panem deuoret madidum mero. Solum panis odorẽ aduersus eam valere, scribit Plutarchus *in Symposiacis*, adiecto insuper Bruti exemplo, qui Dyrrhachio Appolloniam profectus & hoc morbo tentatus, eo modo refocillatus fuit.

Bulla quæ cordis figura apud Romanos olim de ingenui pueri collo solebat suspendi, dicta videtur Festo ἀπὸ τῆς βϐλῆς, *quod ætas illa alterius consilio sit regenda.* Tullius Verrina 3. *Bulla in toga prætexta erat ornamentum pueritiæ indicium atq; insigne fortunæ.* Similiter testatur Plutarchus in Romulo, τὸς παῖδας αὐτῶν φέρειν τὴν καλϐμένην βϐλλαν Hinc Iuuenalis Satyra 14. *Ludit & heres Bullatus, paruoque eadem mouet arma fritillo* Æmilianus apud Macrobium *Saturnal. 3. c. 14.*

cum ingreſſus eſſet ſaltatorium ludum plus in eo vidit pueris virginibuſque quingentis, & in his vnum puerum bullatum petitoris filium non minorem annis duodecim, cum crotalis ſaltantem. Hinc apud Perſium nugæ bullatæ pro puerilibus nugis. Nec alio ſpectat Virgilius Æneid. 6. ſcribens de puerili agmine hoc modo: *-It pectore firmo*

Flexilis obtorti per collum circulus auri.

* Hebr. נבל *Nebel*, i. vter, Lagena, hydria. Bulla & ampulla propter tumorem & cauitatem, inde deriuantur. Nam bulla eſt veluti laguncula.

Ceterum ingenuorum bullam auream fuiſſe ſciendum: Libertinorũ verò ſcorteam, *vt ſcriptũ reliquit Aſconius*. Tarquinii Priſci filium 14 annos tantummodo natum, hoſte in acie cæſo, bullâ primũ omnium donatum accepimus ex Liuio. Vt haud mirum ſit ab iis olim geſtatam, qui victis hoſtibus triumphum agebãt. Sciendum ad hæc, pueritia exacta bullã ſolemni feſto Laribus ſuſpendi ſolitam, ſicut puellarum puppæ Veneri Arginæ, cum iam eſſent viro maturæ. De bullis teſtatur equidem Perſius his verbis:

Cũ primũ pauido cuſtos mihi purpura ceſſit,
Bullaq; ſuccinctis Laribus donata pepẽdit.

* *Bulla*, in aquis, ampulla, q.d. ampla bulla tumor excreſcẽs in aquis & momẽto euaneſcens, πομφόλυξ, ebullitio. Hebr. נבע *baba*. elicuit, fecit ebullire. Cognationem habet cũ *Nabah* ſcaturiuit: nam aqua ſcaturiens elicit & ebullire facit aquas: accipitur quoque de extractione puris & ſaniei, quæ inſtar bullarum eſt. Hinc πύϑ, pus deriuata. Quoniam vero ſanies illa quæ ex corporibus imparis ſuppuratur, indeſinẽter fluit, ebullitiones, eiuſmodi nomen plurale tantũ habẽt apud Hebræos, & quidem geminatum, vt hominem verè eſſe meram bullam doceant, quam niſi Dei clementia cohibeat & transformet, nihil aliud apparet quam אבעבעת *Ababbbuboth*, i. Ebullitiones, ſuppurationes vehemẽtes quę generant pus & ſaniẽ indeſinẽtem.

Bumaſtus vuæ maioris genus apud Plinium *lib. 4. cap. 3.* & apud Virgilium *in Bucolicis*, Græce βούμαστος, originem nominis refert ἐπὶ τὸν βόα bouem, καὶ μαστὸν mammam, quod mammarum bouis ſimilitudinem repræſentet.

Bupreſtis animal ſimile Cantharidi *κατὰ τὴν ἰδέαν καὶ τὴν δύναμιν, vt ait Galenus*, in Italia tamen rarum, vt docet Plinius, quodq; inter herbas maximè fallit bouem, deuoratumq; tacto felle ita inflammat, vt præ tumore rumpi videatur, ab hoc effectu nomen accepit. Nam πρῆσαι τὰς βοῦς eſt *vrere & inflammare boues*. Meminit huius Nicander *de venenis 2.* vbi aduerſus hoc malum commẽdat pyra ſylueſtria myrtiq; baccas, quod non ſolùm refrigereat, ſed etiam aſtrictione ſua ventriculum roborent.

Burgundiones vel *Burgundi*, quos aliqui exiſtimãt eſſe βουγοῦντους Ptolemæi, multis ex teſtimonio Oroſii videntur appellari à Burgis, qui lingua Latina limitum caſtella deſignant, eamq; appellationem primum in Auguſti principatu conſecuti. Etymi noſtri approbatorem habemus quoq; Paulum Diaconum *lib. 2.* Chald. ברגד *Burgad*, Burgus, Gal. *bourgade* A frequentia oppidorum burgundos dictos nonnulli volũt. Facit horum mentionem Zozimus in Imperatore Probo, quem tradit cum numeroſa Burgundionum & Vandalorum multitudine prælio decertaſſe. Germaniæ eos accolas non ſemper fuiſſe, ſed extremas Septentrionis oras, ipſamq; Scythiam incoluiſſe, atque ita Gothis ſeſe permiſcuiſſe, aut eos habuiſſe ſaltem vicinos, non pauci docent. Hos inter Sidonius Apollinaris ad Maiorianum, qui eos inter extremos Septentrionis populos recenſet. Sed & Gothicam ſobolem eſſe prædicat Agathius *lib. 1.* Idem alibi à Scythis & Hũnis deducit, ſi ſunt modo, quos ille Burguziones vocat. At eos anno poſt Chriſtum natum 280. à Gothis penitus victos, ſuiſq; ſedibus eiectos, tradit in Panegyrico ad Maximianum

mianum Augustum Mamettinus. Itaq; migrarunt in Germaniam,& aliquandiu vagi tandem has sedes vi occuparunt.

* *Burgundia* duplex est:altera inferior, quę & Regia,vocatur:hęc Ducatus nomine gaudet;olim Æduorum regio. Altera superior, quæ & Imperatoria appellatur, & Comitatus nomine cēsetur. Hanc quondam tenuerunt Sequani. Comitatus confinia sunt à Septentrione Lotharingia Germaniáque superior, ab Occidente inferior Burgundia. Heluetii claudunt illi Latus Orientale:& ad meridiem Allobroges & Segusianos adspicit. Ducatus Limites sunt Campania & Vellaunodunenses à Septentrione, ab Occidente Niuernenses & Borbonēses, à Meridie Lugdunenses. Rhodanus fluuius ducatum versus Orientem à Sabaudia & Burgundiæ Comitatu separat.

Burgus,quod nomen aliquando significat castra(*Herodianus* στρατόπεδα καὶ τὰ φρούρια *appellat*) Item τὰ ἐπικείμενα στρατόπεδα ταῖς ὄχθαις τῶν ποταμῶν, propter literarum vicinitatē ἀπὸ τοῦ πύργου(solet enim esse literarum β & π mutua quędā enallage)dictus videtur, notante id primum clarissimo viro Hadriano Iunio *Animaduers.5.cap.6.* Iuuant eum Glossæ veteres,cum literę tamen vnius iactura. Etenim pro,*bugus*,scribendū *Burgus.* Sic enim turris nomen vsurpatum ab Ammiano *libr. 28.* Vegetius eodem nomine appellat castellum paruū *lib. 4.* id quod conuenit cum τῷ βουρίῳ Herodiani. Et quia vt plurimum erectos legimus burgos in regionum limitibus aduersus hostiū impressiones, qui illis impositi fuerunt Præsidiarii,iam quidē,Limitanei iā Castellani sunt dicti. Inde nostratibus nomen *eens Castelleins* vtpote qui in castello suam obtinet auctoritatem. Tandem verò in ciuitates mutati burgi, vt indicant nomina *Vuirtsburg Marieburg Friburg Ausburg* etsi quædam castella nomen istud etiamnum reseruent,

Buris curuatura aratri deducitur Seruio Georgic. 1. ἀπὸ τῆς τοῦ βοὸς οὐρᾶς, quòd caudæ bouis in modum sit facta.

Busiris Ægypti rex nomine crudelitatis infamis apud Poëtas ἀπὸ τοῦ βοὸς καὶ σύρειν nomen habere creditur. Nam vt furibundū taurum pede arreptū retinuisse legitur Milo, ita Busiris solus duos fertur traxisse boues robore propemodum incredibili. Hospites ille mactare solebat, eadem tandem pœna affectus ab Hercule in Ægypto. Etsi Strabo neget Busyrim vnquam regem aut tyrannum ibi fuisse.

Bustum ab vrendo deducit nomen. Est namq; bustum locus, in quo corpus est vstum atq; sepultum. Quod & Festum non auetsari video. Sūta vox autem ex legibus 12. Tab. quarū verba sunt hæc: *Bustum ne vsucapito.* Quæ sanè Decemuiri acceperūt ex legib. Solonis,qui dudū antea sanxerat, τύμβον μὴ χρήσει λαμβάνειν. Verrius etiam bustum vocauit locum, vbi tantùm cadauera cremantur. Vnde Claudianus peritè quidem in Ætnæ flammis celebrat etiam Enceladi gigantis Bustum. *Bustuariæ mulieres* dicuntur veneficæ, quòd sequi soleant busta, vt Poetæ multis locis declarant. Quod *Bustuarias mœchas* dixerit Epigrammatographus *lib. 3.* intelligendum de diobolatibus scortillis, quæ inter Busta pene in propatulo prostabant.

* *Buttubata.* vt nugarum facilis & obuia materia, ita nomina multa à veteribus excogitata (inquit eruditiss. Scaliger not. in Festū) vt Buttubata, à puerorū vocib. quas primas in infantia discūt; *bu,tu,ba, ta.Bu* est bibere.vnde buæ potus, & vinibuæ Lucillio ebriosæ. *Tu* est appellatio cibi. *Ba* pro *ma*,aut māmā matre. Ta pro tatta seu patre. Hæc ille, & plura in eam rem. Pueli nostri etiānū ita ludunt: cibumq; ac potionem Pappas ac buas, matrem mamma, patrem tata & dada appellant. Sed manum de tabula, ne bi pueli senes audiamus.

Butyrum vnde descēdat,indicat resōlutio cōpositę dictionis in simplices ἀπὸ τὸν τοῦ βοὸς τυρὸν, bouis *aut vo*

Plinius quoque teſtatur ex bubulo lacte plurimu fieri butyri & inde eſſe nomé.

Hebr. חמה *Kema*. Cognationem habet cũ verbo חמם *Kama* calidus fuit, quod verũ: Siue butyri confectionem ex lacte coagulato & per frequentem agitationẽ calefacto, ſiue eius effectũ aſpicias.

* *Byrſa*, Pœni nono, poſtquam à Pygmalione Phœnicum rege pulſi fuiſſent, anno locum in continente occuparũt, quẽ Βόσρα vocarunt, id eſt, arcem. Nam בצרה *Botſra* eſt ὀχύρωμα, caſtrum, à verbo בצר *Batſar*, muniuit idem quod vltimis temporib. imperii Romani Burg⁹. Sed Hellenismus non patitur Βόσρα dici. Quare Βύρσα dictus eſt locus appellatione in Græcam euphoniã deflexa, & cauſa appellationis ad fabulam corii bubuli relata. Sic etiam idem Pœni, cum in inſula Gadiũ aduerſus Hiſpanorum & Numidarũ inſultus ſeſe muniuiſſent, ab eo locum *Gadir* vocarunt, id eſt, φραγμὸν, vt Græci tradunt, vel ſepẽ, vt Solinus. Hoc enim plane גדר *Gader* (à verbo *Gadar*, Sepiuit, circũſepiuit) ſignificat. Βόσρα igitur, deinde Βύρσα. dicta eſt arx Karthaginis. Arx quoq; Moabitarũ Βοσρα vocabatur, Ierem. 48. 24. Βόσαρα etiam Ptolemæo in Arabia felice eſt בצרה *Botſra*. Itaq; tam Βόσαρα quam Βοσρα idem eſt. Nam Hebræi pronuntiant *Botſra*, Syri & Arabes *Buſra*. Sic etiam Idumæorum Byſræ mentio Iſai. 34. 6. & Amos 1. 12. Hoc poſterior Latinitas Burgum vocauit. Hæc eruditiſſimus Scaliger Not. in fragmenta Beroſi.

* Byſſus, genus candidiſſimi lini, ex quo fiebant veſtes ſubtiliſſimę. Heb בוץ *bus*. Idem quod בד *bad* linũ candidiſſimum. Hinc Græci & Latini βύσσος, βύσσινος, biſſus, byſſinus; ab Hebræa voce.

Byzantium Carthaginenſium olim colonia, nunc Turcici tyranni ſedes, nominata videtur Peucero quaſi *Betx-zona*, domus cauponæ. Lygos appellari ſolebat à veteribus, vt colligere licet ex Plinii *lib. 4. cap. 12.* Tandem à Cõſtantino Cæſare, qui eam reſtaurauit & mœnib. cinxit, Conſtantinopoleos nomen obtinuit. Recentiorib. ſcriptoribus Græcæ dicitur νέα ῥώμη. Sed enim nominis originationẽ aliã inuenio apud Nicephorũ *Eccleſ. hiſtoriæ lib. 7. c. 47.* quã, licet ſuo relinquã auctori, apponam tamẽ. *Byzas* inquit, *genere Græcus temporibus Manaſſæ Iudæorũ regis vrbem paruam ſub ſuo nomine conſtruxit, quam homines barbari incolentes, propterea quod ſuis vterẽtur legibus, & eſſent agreſtiores, Romanorum imperio ſubiicere ſe noluerunt.* Eundem imperaſſe in hac vrbe ſcribit Diodorus, cùm Argonautæ redirent Colchis. Imo à Byzante exſtructam innuit non obſcure Claudianus. Etſi à Pauſania conditam velint Iuſtinus & Iſidorus, negante Æmilio Probo, qui ſaltem ab eo expugnatam ſcribit, vt & alii pleriq; tradiderunt. Complectitur hæc fatalis imperiorum ſedes in ambitu tria miliaria Germanica cum dimidio. Epiſcopum habuit Ioannem Chryſoſtomum. Vixerunt ibidem *Gemiſtius Pletho, Themiſtius, & Maximus Planudes.*

C

* C Latini Alphabeti tertia litera, affinis tertiæ Hebręi & Græci elementarii literæ ג & γ atq; κ, vt vox גמל *Gamal*, κάμηλος, camelus oſtendit: multaque inter legendum eiuſmodi occurrunt, quæ ſtudioſi obſeruare facilè poſſint. Nec enim ea deſcribere fert animus aut requirit operis inſtitutum.

Cabala vel *kabala* vniuerſam illam ſecretiorem diuinæ legis expoſitionem ſignificans, teſte Pico Mirandulæ comite, non animis inſitam natura, aut à parentibus propagatam vſuve animaduerſam, aut ex libris humanis depromptam, ſed ex ore Dei à Moſe acceptam promulgatamque & Prophetarum animis à Deo infuſam, cõtinua deniq; ſucceſſione à patrib. viua voce ſuſceptã, deriuatur à voce Chaldaica קבל *Kibbel*, i. excepit manu, *accepit*, vel *ſuſcepit*. * Cabala, i. ſcientia de diuino auditu vel per manus patrum filiis tradita. In veteri Gloſ

ri Glossario *Cabille, διδασκαλία, παιδεύσεις*. In capitulis Patrũ legitur מֹשֶׁה קִבֵּל *Mose Kibel*, i. Moyses audiuit, hoc est accepit legem in monte Sinai vnde Kabala dicitur ab auditu acceptio.] Itaque boni auctores interpretantur receptionem, & quandam similitudinem habere dicunt eius expositionis, quam dicimus Anagogicã, ceteris ideo sublimiorem, quòd nos sursum ducat à terrenis ad cœlestia, à sensibilibus ad intelligibilia, à temporalibus ad æterna, à corporalibus ad spiritualia, & ab humanis ad diuina. Fuit ergo Cabala doctrina, quę percipiebatur auditu solo, qualia & Aristotelis erant *ἀκροάματα* idque ab iis, qui annum ætatis 40. excessissent Fuisse autem talem Kabalam, etiam apparet ex Esdræ *lib. 4. cap. 4.* Capnio symbolicam Philosophiã appellauit & ex ea Pythagorica manasse symbola affirmat, nec tantum in ea literas & nomina rerum esse signa, verum etiam res rerum. Veteres parum de ea prodiderunt, excepto Simeone filio Hagai. Scriptum quippe הגיגה libro solemnitatis, cap. דורשין אין non prædicantur nemini quidquam licere mandare literis de Cabala. Ex Christianis tamen Ioannes Picus Capnio, Iustinianus Nebiensis Episcopus, & Ægidius Vitarbiensis plurima de ea tradiderunt, quæ suis lubenter auctoribus relinquam.

Caballus à caballo dictus Isidoro, quod gradiens impressa vngula concauet terram. Horatius *Optat ephippia bos, piger optat arare caballus.* Sub Imperatoribus Quitinalem montem dictum caballum annotant Onuphrius & Georgius in sua Roma.

* *Caballus*, *καβάλλης* Gr. non quiuis equus dicitur, inquit eruditiss. Casaubonus in prolog. Persij, sed iumentum dossuarium *ταλαίεργερ*.

Horatius----*olitoris aget mercede caballũ*, aut pistrinense.

Ausonius,

Cui subiugabo de molarum ambagibus
Qui machinali saxa voluunt pondere
Tripedes caballos, terga ruptos verbere.

Ideo literatores Græci *καβάλλης* dici putarunt ab iniiciendis oneribus, quod voce *καββάλλειν* Doribus vsitata pro *καταβάλλειν* putabant significari. ab istis terga ruptis transtulerunt ad cuiuscumque equi *εὐτελισμὸν* ac vilitatem declarandam. Lucilius, *Succussator tardus caballus*; cui opponitur apud eundem, *equus gradarius, optimus vector.* Seneca, epist. LXXVII. *O quantum erat seculi decus, imperatorem, triumphalem, censorium, (quod super omnia est) Catonem, vno caballo esse contentum.* Videtur deriuatus Caballus à verbo Hebræo חבש *Cabas*, ligauit, superimposuit, & propriè dicitur de ephippiis equo aut mulo imponendis quod Latinis est sternere. A Cabas igitur Caballus. & Gall. *Cheual*. Horat. Optat ephippia bos, piger optat arare caballus. A *Cabas καπαλίζω* sub iugũ ago iumenta. Suidas Etymon longius petitum profert, & caballum dici vult *ἀπὸ κάπης ἅλις ἐσθίων*, quòd abundè in præsepi edat. *καχκάβη* caput equi, vel potius Kar kabi lingua Pœnica, Hebrææ cognata, A *καβν καβάλλης*. & cabus. Isidorus, *Crabrones (q. d. cabones) vocari à Cabo, id est, caballo, quod ex eo creentur.* Iterum à Cabas seu (molliori sono) habas, *ἵππος* equus dictus est: hobin Gall. Astucco, equus gradarius.

* *Cabiri* dij Samothracũ, ex Phœnicum institutione, quorum lingua *Cabir* idem est atque potens. Fortasse ab Hebr. אביר *Abbir*, fortis, robustus: vel à כביר *Cabbir*, copiosus. De his prolixe Gyraldus Syntagm. 1. Duos constituit Iouem & Mercurium. Calcuguauinus in Equitat. Dialogo, quatuor, Cererem, Persephonem, Ditem, Casmilum seu Mercurium. Strabo tres, lib. 10. & tres Cabiras. Horum sacra valde recondita, potentia formidabilis Ethnicorum, vulgo quæ scrutari non fert animus. Sunt enim reliquiæ lutulentæ à puro fonte veritatis tota via recedentes po-

ſterorum Noa hi incuria.

* *Cacabus*, κάκκαβος, vaſis aut lebetis ſpecies, à קב *Kab*, Seu קבב *Kabbab* cauauit, excauauit. Eſt enim cacab⁹ cõcauus. קב *Kab* etiã Cabus, eſt menſura frumentaria continens ſextam partem ſati. Cacabi meminere Pollux & Atheneus, ollam atque patinã æſtimantes. Vox à Sono & ſtrepitu aquæ bullientis conficta, vt nonnulli arbitrantur.

Cachinnus, riſus ſolutus & effuſus profluxit à Græcis. qui eadem ſignificatione καγχασμὸν dicunt, quippe ἔκχυτον καὶ ἄσχετον γέλωτα *effuſum & inenarrabilem riſum*. καγχάζω, effuſe rideo, cachinnor. Chal. גחך *Geeae*, in cachinnos erupit. Hebr. צחק *tſacak*, in riſum effuſus eſt. Idem etiam verbum שחק *Sacak* Inde *Cachinnus*.

Cacula Feſto militis ſeruus, ex Plauto. Is eidem dicitur ἀπὸ τοῦ καλοῦ ligno, (inde *Calones*) quod tales armari ſint ſoliti fuſtibus, & ligneis clauis ad dominorũ rutelã. *Cacula.i.* ὗλες ςρατιώτου. Gloſſ.

Cacus, cuius Ouidius meminit in Faſtis ἀπὸ τοῦ κακοῦ appellationem videtur ſortitus, vt ſoror *Caca*, quæ tamen bones furto ablatos Herculi indicauit. Poeta ipſemet indicare id tacitè videtur, cum ait:

Cacus Auentinæ timor atq; infamia ſyluæ.
Non leue finitimis hoſpitibuſque malum.

Cadauer appellatum, non quaſi caro vermibus ſit data, ſicut quibuſdam placet, ſed à cadendo potius, quia iam ſtare nõ poteſt, ait Iſidorus. Alludere videtur Lucanus ad finem libri 6. his verbis:

Carminib⁹ magicis opus eſt herbiſque cadauer
Vt cadat.

* πίπτειν Cadere, vnde τὸ πτῶμα, cadauer, quod animã corpus ſpoliatum in terram ex qua ſumptum fuit cadat, & reuertatur. Hebrei à verbo Nabal, quod ſignificat cadere, decidere, *Nebiah*, i. cadauer deducũt, quod cum *Nabal* nomine conuenit. *Nabal* autem eſt homo, vilis, abiectus, ſtultus, nihili: vt certe mera vanitas, miſeria & res nihili videtur corpus exangue & ad putredinem ſubito vergens, à *Nabal*, Lat. labo, labes. Anni mortuorum labuntur, nec redeũt. Olim cadauera perfundi ſolebant vnguento, id quod proditum à Virgilio, Valerio, Ennio, Iuuenale, Papinio, & aliis. Sed & Propertius: *Cur nardo flamma non oluere mea?* Atque hinc eſt, quod Plinius ſcribit, luxuriam adhibuiſſe defunctis vrendis vnguenta & odoramenta, quæ Diis colendis genuerat natura. Ante vnctionem tamen, quam pollinctores facere ſolebãt, corpora lauari à proximis amicis mos erat. Virgilius Æneid. 6.

Per calidos latices & ahena vndantia flammis
Expediunt, corpuſque lauant frigentis, & vngunt.

Et Ennius:

Tarquinij corpus bona fœmina lauit & vnxit.

Interim per interualla conclamabantur. Vltima poſt ſeptem dies facta conclamatione comburebantur. Vnde Terentius:

Deſine, iam conclamatum eſt.

* Cadméa ſiue Cadmia, Καδμεία, olim vrbs Thebarum dicta, Strabone teſte, & arx quoque Thebarum fuit appellata, vt autor eſt Plutarch. in vita Pelopidæ. Gymnaſium verò cùm apud Thebanos, tum apud Bœotos reliquos Καδμεία, Cadméa, fuit appellatum à Cadmo, ſiue Cadméis autoribus. Vide *Academia*.

* *Cadus*, כד *Cad*. κάδδος, κάδος, vrceus, vas teſtaceum, ad varios vſus, κώθων poculum barbaricum, capax decem cotylarum: & κώθων poculum militare.

Cæcilia lex cognomento Didia lata à Q. Cæcilio Metello & T. Didio Coſſ. ne multis de rebus coniunctim vna rogatione ad populum ferretur: Item vt in promulgandis legibus trinũdinum ſeruaretur. Meminit eius Cicero *Philip. 5. pro Domo ſua, & ad Atticum Epiſt. 1.* Paulus Manutius exiſtimat Cæciliam Didiam non vnam eſſe legem, ſed duas diuerſa ſententia latas. Eſtitit & lex

Cecil

Cæcilia Gabinia ab Aul. Gabinio Tribuno plebis, L. Metello, & Q. Marcio Rege Coss. ne ius diceretur de iis pecuniis, quæ versura factæ essent sumtæ: *Ne provinciales homines à Romanis exhaurirentur. Ne gravior usura, quã centesima, exigeretur.* Fuit & lex Cæcilia de iure Italiæ, & tributis tollẽdis lata à Q. Cæcilio Metello nepote, L. Afranio & Q. Cæcilio Metello Celere Coss. item Cæcilia de fullonibus, quam tulit Cæcilius Metellus: Caius autem Flaminius & Lucius Æmilius Censores ferendam ad populum dedere, cum illis non liceret. Lege quoque Cæcilia testituit pristinam auctoritatem censoribus, abrogata lege Clodia, Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio Consul cum Cn. Pompeio Magno. Meminit eius Dio *lib.4.*

* *Cædes*, כיד *Cid.* Affinitate alludit ad כתת *Cathath*, cudit, condidit. Hinc *κόπω κόπτω*, noceo, destruo. Et lat. tædo.

Cædua sylua à cædendo quin nomen habeat, quis dubitet? Caius de verborum significat. *Sylua cædua est, vt quidam putant, quæ in hoc habetur, vt cæderetur.* Seruius eam intelligit, quæ succisa ex stirpibus aut radicibus suis renascitur.

Cælebs, vir sine vxore, aut vxor sine viro, quod cœlo vitam dignam agat, dictus est Festo, cui cõuenit etymõ Isidori & Hieronymi. Leges XII. Tab. habebant inter alias & illam: *Cælibes esse prohibento.* Postea Papia & Poppea legibus inductæ sunt pœnæ, quæ tamen infirmãtur *l.1. & l.2. C. de infirm. pœn. cælibat.*

* *Cœlestis*, Iuno dicta est Pœnis. Qui Baal Hebræis, *ζεὺς ὀλύμπιος*, id est בעל שמים *Baal Schamaiim*, Deus cæli, vel Baal-Semem a Tyriis nominabatur. Et Iuno, tanquam Iouis coniux, *Baalath-Schamaijm*, *κυρία οὐρανοῦ* appellata fuit. Græcis, *οὐρανία*, Cœlestis. Fuit *πολιοῦχος* Karthaginis,

Quã Iuno fertur terris magis omnibus vnã
Posthabita coluisse Samo----Pingebatur autem illa Cœlestis apud Karthaginenses leoni insidens, dextra fulmen, sinistra sceptrum gestans. Tertullianus in Apologetico, *ad bestias* (inquit) *impellimur, certe quas Libero, & Cybele, & Cœlesti applicatis.* Christiani enim leonib' obiiciebãtur In sacris literis *Baal* & *Astarté* coniunguntur & Astarté עשתרת *Aschthoreth* dicitur. Sed indigenis *Asthoreth* dicta videtur: vnde Astarta non Astorta dicta. vt eadem videatur fuisse Astarte cum Cœlesti, & proinde cum Iunone, vt & Augustinus quoque putauit. Alij Lunam, alij Venerem dicunt. Militiam enim cœli veteres Orientales, à veri Dei cognitione seculorũ progressu recedentes, coluerunt Philo Bybliensis testatur Phœnices Astarté pro Venere tenuisse. Herodotus autem *τὴν οὐρανίην*, ab Arabibus *Alilat*, i. Lunam Corniculatam & nascentem. dictam. Sed & ipsemet Herodotus & alij *οὐρανίην* Venerem esse dicunt, quæ Arabibus antiquitus *Chobar* dicebatur. Astarté igitur Phœnicum, eadem & Iuno (Cœlestis Pœnorum) & Venus, & Luna fuerit. Varro Astartem & Taauten Phœnicios comparat cum Serapi & Iside Ægyptiis. Sed Philo Bybliensis Taauten Phœnicum dicit primum omnium Deorum fuisse, quem Ægyptii vocauerint *Thoht*, Greci *Ἑρμῆν*: quod profectò est Hebræorum תהו *Thohu*, sicut *Βαῦ* ex בהו *Bohu* fecerunt, qua voce noctem à Phœnicibus ait designari. Ita Phœnices Deos suos ex vetustis Hebræorum libris mutuati, falsò interpretati sunt. Hæc nobilissimus Scaliger, in eruditissimis notis ad Berosi Chaldæi fragmenta.

Cælia lex, quam tulit Cœlius Tribunus plebis Q. Cœlio Metello Balearico & T. Quinctio Flaminio Coss. vt etiam in perduellionis iudicio, quod Cassia lege Tabellaria exceptum erat, populus non voce, sed tabella sententiam ferret, *Cicero 3. de legibus.*

Cælius mons, vel Cœlius, vnus ex septem montibus Romæ inclusis, quem Tiberius Imperator Augustum vocari voluit, *vt in eius vita scribit Suetonius*, quẽ etiam:

etiam Querquetulanum dictum testatur Tacitus, a Cælio Vibenno Tusco nobili duce, qui cum manu sua auxilio dicitur venisse Romulo, suam habet appellationem. Ita Varro, cui nec Dionysius abrogat fidem nec Tacitus scriptor diligens & bonus.

Cælum, instrumentum ad cælandum vel sculpẽdu. cælte: מִקְלַעַת *Miklahath*, à verbo קלע *Kalah* cælauit, sculpsit. Cælatura γλυφή. Cælum γλυφίον, Scalpellum.

Cærimoniæ appellatæ videntur à Cæritibus Hetruriæ populis, quòd hi capta & occupata à Gallis Senonibus Roma, sacra Romanorum à Vestalibus inuecta benignè receperint, atque adeo reseruarint, donec Camillus recuperasset patriam, *teste Liuio libro ab V. C. 5.* Memores ergo Quirites beneficii tanti, omnia postea ad cultum religionis pertinentia vocarunt cæremonias. Etsi alii à carendo deducant (*Non potest enim religio exerceri illis destituta & carens*) & alii, quod Festus monet, à caritate.

Cerus, veteri lingua Sanctus, à quo cerimonia, vt à Sanctus Sanctimonia. & mysticum erat nomen Iani *Cerus manus* in carmine Saliari quamuis & creator bonus exponatur à quibusdam veteribus. Nonnulli à Cerere cerimonias: propterea Glossarium, *cerimonia*, δημήτρια. Hæc Scaliger in Festum.

Cæsar. De huius nominis origine sunt opiniones eruditorum variæ. Nonnulli enim à cæso elephanto deducunt, quem Pœni, quorum lingua ex Syriaca fluxit, nominant *cæsam*, hoc est כשירא Nonnulli à *cæsarie*, cum qua primus in Iulio rum familia in lucem prodiit Iulius Cæsar. Verisimilior eorum sententia, qui id nominis primum illi inditum existimant, qui matris vtero erat excisus. Etiamsi Festus Pompeius tales potius *Cæsones* appellandos existimet. Multi hanc in sententiã eunt, Suidas inprimis, qui inquit in Iulio: καῖσαρ, οὕτως ὀνομάζονται οἱ ῥωμαίων βασιλεῖς ἀπὸ ἰουλίου τοῦ μὴ γεννηθέντος. Vt quidem ab hoc Iulio ita nato reliquis Cæsaribus tributum innuat hoc nomen. Etsi nihil ea de re in vita eius sit proditum à Suetonio. Spartianus quoq; varia quidẽ adfert de nominis etymo in Ælio Vero, cùm Cæsarem dictum scribit, vel quòd elephantum, qui Maurorum lingua dicitur Cæsar, interfecerit, vel à cæsariæ, aut oculis cæsiis, vel quòd vtero fuerit excisus, at nihil applicat ad Iulium nostrũ. Quod autem Plinius scribat *lib. 7. c. 9.* Primum Cæsarem à cæso matris vtero dictum, & ea de caussa cæsones appellatos, de hoc nostro etiam, nisi violenter, torqueas, intelligi non potest. Quanquam alias Solinum cum suis non probem, cùm eodem loco perperam distincto verba illa, *Primusque Cæsar a cæso matris vtero dictus*, trahant ad Scipionem cognomento Africanum. Atque hæc omnia contra Suidam, eosque qui legunt vestigia Suidæ numero permulti. Quorum sententiam cùm etiam reiicere ac damnare non ausim, quid aliud agam, quam τὸ ἐπέχειν? Hoc certum, Cæsarum appellationem non familiæ sed dignitatis fuisse. Quantum ad monarchiam Cæsaream, sciendum multos initium eius constituere IV. Nonas Semptembris, in quem diem incidit memorabilis Augusti victoria de M. Antonio & Cleopatra regina Ægypti, *teste Dione libro 51. Xiphilino in Epitome, Suetonio, Eutropio, & aliis*. Nam & multi primum Cæsarem (si nomine isto Imperatoriam maiestatem accipias) Augustum fuisse volunt, non Iulium. Ideo Seuerus apud Lampridium:

Video P. C. quid vos moueat ad hoc nobis addendum. Augustus primus, primusq́ huius auctor imperij.

Cæsarea Palestinæ ad mediterraneum mare, olim turris Strabonis dicta, *vt tradit Ptolemeus*. Stephano καισαρεία, Apollonia & Colonia prima Flauia Plinio; nobilis Basilio Episcopo, Cornelii Centurionis baptismo, & vbi Herodes percussus

percuſſus ab Angelo phthiriaſi obiit, à Cæſare nomen obtinuit, in cuius honorem magnificentius albo marmore fuit cõſtructa. Cæſarea Philippi, ad radices montis Libani ædificata. Alia Cappadociæ, & Mauritaniæ, de quibus Ortelius in Theſauro Geographico. Cæſareas etiam vrbes à regibus paſſim per orbem terrarum in honorem Auguſti conditas apud Suetonium legas, tum apud Pomponium Lætum in Diocletiano.

Caieta ciuitas Campaniæ, antea *αἰήτη* dicta, teſte Diodoro, nomen ſuum Virgilio deducit ab Æneæ nutrice, cùm ait:

Tu quoque littoribus noſtris, Aeneia nutrix,
Aeternam moriens famam, Caieta, dediſti.
Et nunc ſeruat honos ſedẽ tuus, oſſáque nomẽ
Heſperia in magna (ſi qua ea eſt gloria) ſignat.

Strabo Caietam vult dici non ab Æneę nutrice, ſed potius à curuitate, quod curua omnia Caieta vocent Lacones. Ridiculum, quod Caietam quaſi coactricem ætatis dictam Fulgentius affirmet Nam apud antiquos, inquit, *caiatio* dicebatur *puerilis cædes*. Sunt etiam qui caſu concrematam hoc loco claſſem Troianorũ ſcripſerunt, atque inde Caietam *ἀπὸ τοῦ καίειν* dictam, quod accendere & adurere ſignificat. Landinus ſcribit in prædictos Virgilii verſus, tradere quoſdam, olim vbi nunc Caieta, modicum fuiſſe caſtellum Epicæ, ſic ab Epica vrbe Harleæ vocatum, Caietæque mentionem etiam Homerũ facere. Ceterùm præterea concludit nihil. Quid multis? Virgilio aſtipulatur pars melior auctorum, vti quoq; Silius & alii. Portum habuit hæc vrbs ſemper celeberrimum, quem ampliſſimè refectum atq; ædificatũ ab Antonino Pio ſcribit Iulius Capitolinus.

Cain vnicus orbis terrarum hæres, fratris Abeli tamẽ *parricida*, appellationẽ trahit à קנה poſſedit: Hinc קנין poſſeſſio. Cain ergo poſſeſſor. Ab hoc dicti Hæretici *Cainiani*, quippe Cainum fratricidam adorantes, *vt meminit Iſidorus Origin.8.* Teſtatur & Septimius Florens *de Hæret.proſcript.libro.* magni eos feciſſe Cain quaſi conceptum ex potenti virtute, quæ in ipſo ſit operata. De Caino plura alibi. Vide *Dii Gentium.*

Calabria pars Italiæ, olim Meſſapia dicta, *vt eſt apud Solinum*, & Iapygia, *ſicut teſtatur Strabo libro 6.* recentioribus temporib. Apulia, & ab Hydrunte vrbe terra Hydrũtina, maxime alias Salentinorum nomine nota ex *Sempronio, Plinio, Mela & Ptolemæo*, primum hoc nomen arceſſere creditur à *καλῶς βρίθειν*. vel *καλῶς ῥεῖν*, quaſi rerum omnium vbertate affluentem dicas. Optimarum enim rerũ ibi vberrimus prouentus. Frons eius extima ſpectat ad ortum: Excurrit in Ionium: Hinc in oram Macedonicam, vt Dyrrachium & Apolloniam expeditus eſt traiectus. Calabri hoſpitis Xenia abierunt in prouerbialem figuram, de ruſticanis & leuibus, quæque onerent accipientem magis, quàm leuent.

Calamitas dicta grando, *interprete Donato*, quod calamos comminuat. Vide Budæum *ad l.ex conducto* § *1 ff.locati.* *קמל *Kamal*, calamitoſus fuit, ſucciſus eſt in calamo ſeu culmo. *χάλαζα*. Quoniam verò in calamitate ſuſpiria ex intimis viſceribus ſeriò ducuntur, Hebr. dicta eſt הוה *haija*, ab הוי *hoi*, heu, interjectione dolentis.

Calamus, arundo à Græco *κάλαμος*, qui *παρὰ τὸ καλῶς ἀμᾶσθαι*, *quod bene metatur & congregetur*, nomen inuenit. Hebr. קנה *kaneh*, Canna, calamus.

Calanus Gymnoſophiſtarum vnus appellatus hoc nomine, quod ſecum congreſſos Indica voce, Cale, id eſt, ſalue cõpellaret, cũ reuera nomẽ haberet Sphinæ, teſte Plutarcho in Alexandro. Tandẽ hic ex peruetuſta Sophiſtarum conſuetudine ſeipſum ſacrificauit in conſpectu Macedonum effuſis primum precibus & crinium primitiis in ignem coniectis, vt & alius Indus Sophiſta aſſecla Cæſaris, tot interiectis annis, feciſſe legitur apud eundem Plutarchum.

Calare verbũ, quod veteribus erat vo-

care aut conuocare, trahitur παρὰ τὸ καλεῖν Græcorum, קרא *Kara*, Hebr. vocauit, clamauit. occurrit alicui clamore nominus expressi. Hinc κράζω clamo: & paulatim r mutata in l. Hinc *Calata comitia* quæ, *teste Fenestella lib. 2. cap. 7.* calari solebant per lictorem. Rudis enim vetustas calare dixit Latina forma, pro vocare. Postea, cū verbū id exoleuisset, retentum est tamen Calatorum comitiorum nomen in his tantum quæ pro collegio Pontificum habebantur, vel testamentorū condendorū caussa fiebant, idque religionis cuiusdam & antiquitatis ratione. Agellium vide *libas cap. 17.* Porro ab eodem Græco verbo καλεῖ appellatus *Calator*, vt monet Festus, quod semper vocari posset ob seruitutis necessitatem.

* *Calatores*, Sacerdotum præcones, Calator minister sacrorum, καλήτωρ, κλήτωρ.

Calathus, aliò nomine qualus & quasillus, quippe sportula, in qua reponebātur τὰ κᾶλα ligna. Nā descendit à Græco κάλαθος, cuius etymon apud Eustathium tale, κάλαθος, παρὰ τὸ ἐκ καλων, ὃ ἐστι ξύλων κυκλοειδῶς θεέντων, γίγνεσθαι λέγεται. Idē vult καλαθίσκος ἰδία λέγεσθαι τὰ εἰς τὴν τῶν δημητριακῶν καρπῶν συγκομιδὴν ἐπιτήδεια σκεύη. Tandem translatū hoc nomen ad tritici, vuarum & lactis vasa.* Calathus, quasillus, Hebr. סל *Sal*, vnde *Cal*, & *Qual*, tandem *Calathus*, & Quasillus, à סלסלות *Salsiloth*, in plurali.] Sed & de liliis Virgilius Ecloga 3.

Tibi lilia plenis

Ecce ferunt nymphæ calathis.

Apud eundem Ecloga 5. accipitur pro calice vinario. Ait enim:

Vina nouum fundā calathis Aruisia nectar.

Ita apud Martialem Epigrammat. *libro nono*, ex mente interpretis sui:

Expendit veteres calathos, & si qua fuerunt.

Pocula Mentorea nobilitata manu.

Et apud eūdem in Disticho Calathi:

Nos Satyrus, nos Bacchus amat. De calathi forma vide Marcellum 4. Dioscoridis.

Calceus indumentū pedis nomen accessit à calce. * נעל *Nahal*, calceus, calceamētum, quòd supernè corrigia tanquam pessulo obfirmatur à verbo *Nahal*, i. obserauit ostium pessulo. ὑπόδημα, καλτίκιον. Notandum hic alia fuisse apud veteres calceamenta virorum, alia mulierum, alia histrionum Tragicorum, alia Comicorum, alia principum & Magistratuum, & alia plebeiorum. Σικυώνια, inquit Hesychius, γυναικεῖα ὑποδήματα, notūq; de illis Socratis morituri iudicium. Cothurni autem Tragicorum erāt, socci Comicorum, Lunati Patriciorū Romæ, quos eosdē esse cū mulleolis monuit Iacobus Ræuardus Varior. *lib. 1. cap. 8.* Fuerunt & mullei olim calcei gestati a regibus Albanis, demū ad Patricios vsumq; mulierum trāslati. Sic crepidis primùm vsi sunt senatores, mox equites, demum & milites. Lunatos calceos scribit Isidorus à Romulo inuentos assuta Luna, quæ tamen in eis non sideris formam, sed notā cētenarii numeri significabat, quod initio Patricii essent tantummodo centum. *Mullos* seu mulleolos, de quibus modo dicebam à *mullando*, id est, suendo appellatos vult Festus; Adrianus Turnebus à rubro mulli colore, quòd fuerint puniceī. Fuerunt & Romanis in vsu calcei albi imo coccinei, id quod tamen de virorum calceis intelligendum esse probat Iustus Lipsius Electorum *libro cap. 13.* Nam fœminas luteis & galbis vsas ab eodem probatur adducto sententiæ firmamento ex Aureliano Vopisci. Iacobus Ræuardus ostendit loco supra citato nonnullos calceos pretiosis etiā gēmis exornasse & distinxisse. Perones nō intelligit cum Pieruio rusticos, sed cum Tertulliano calceos puros, quib per niues, imbres, & glaciem vtebantur, vt his verbis Iuuenalis indicat.

Nil vetitum fecisse volet, quē non pudet alto
Per glaciem perone tegi.

Quodque Vlpianus ait; præfectum vigilum

gilum calceatum ambulare vel oberrare debere, trahendum putat ad perones, nō ad mulleolos. Soleas autē dixerūt veteres, quę plātas tantū infimè tegebāt, superiori parte habenis vinctas. Vt quidē calceus pedem magis stringeret, quam solea Vnde id Pauli Æmilii *Nonne hic calceus pulcer? At nescis, qua ex parte pedem meum torqueat.* Si plures calceorum species Græcis vsitatas quis velit, Pollucis Onomasticon videat *lib. 7. c. 22.*

Calculus à calcando quidni sit dictus? Quid? An non calcatur pedibus? An verò applaudendum Turnebo, qui *17. Aduers. c. 17.* scribit hoc modo: *Apud Priscianum lib. 6. legimus in Lucilio calces pro calculis, vnde & calculi nomen per diminutionem deductū.* Calces enim vocat calculorum ludum, nisi hallucinor, cum ita scribit: *Naumachiam licet hæc, inquam, alueolumque putare, &c*

Calces delectos te, hilo non rectius viuas.

* Calculus, מעד *Mehab*, à verbo *Mahad*, vacillauit, nutauit, lapsus est. vacillant enim, qui minutos lapillos seu calculos in calceis sentiunt, aut qui iter faciunt per lapidosa & arenosa loca.

Calculis et olim subducebant ratione: Vnde & pro ipsis rationib. accipi solent. Hinc *Calculatores* dictos arbitror qui cōficiendis ratione ab adhibentur, non geometras, *vt Accursius & Alciatus existimarunt.* Græcis dicitur ψῆφος, atque hinc διαψηφιστὴς calculatores.

Caleb cordatum hominem imo toto corde Deo adhęrentem significans deriuatur à כל omnis & לב vel לבב corde.

Calendæ. Solebant Romani appellare hoc nomine primum cuiusque mensis diem. Singulos quippe mēses distribuit Romulus in Kalendas, Nonas, & Idus. Sunt autem qui dictas Kalendas volūt, quasi colendas. Etenim primo die mēsis feriabantur in honorem Iunonis. Ouid. *Vindicat Ausonias Iunonis cura Kalendas.* Sed errant illi, cùm reuera (*vt & Macrobius refert*) ἀπὸ τοῦ καλεῖν, id est, vocando appellationem habeant, quod Pontifex temporibus priscis, antequam Fasti à Cn. Flauio scriba publicarentur inuitis patribus, nouæ lunæ aspectum primum notaret, visamque nuntiaret sacrificulo regi. Tum Pontifex minor vocato in Capitolium plebe id audiendum, quot dies à Calendis ad Nonas, quarum tutela Deo carebat, superessent, pronuntiabat. Oportebat enim die Nonarum populares omnes, quotquot essent ruri, in vrbem confluere, vt à rege sacrorum caussas acciperent, atque adeo scirent, quid esset faciendū eo mense, sicut Macrobius scribit. Cum his facit Varro *de lingua Lat. lib 5.* Græci caruerunt Calendis. Nam Attici diuiserunt menses in δεκάδας. Prima δεκὰς dicebatur πρώτη, secunda μεσοῦσα, tertia εἰκάς. Idque factum, quia omnes illorum menses erant τριακοντήμεροι. Sic & Persæ in πεμπάδας distribuerunt, Hebræi veteres in πεμπάδας, δεκάδας, & εἰκάδας. Grecis etiam ἱσταμένου μηνὸς, id est, mēs instās aut iniēs dicebatur ad decimum diem, veteribus vsque ad vigesimum: φθίνων vero mensis inclinatus & deficiens à vigesima die adusque trigesimam. Vnde cum Homerus dicit Odyss. ξ τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς, τοῦ δ' ἱσταμένοιο, id est, περὶ τριακάδα καὶ νουμηνίαν, inquit Didymus. Nullæ ergo Græcorū Calendæ. Vnde Augustus, *teste Suetonio*, ad Cal. Græcas soluturos dicebat, quos nuquā soluturos indicare volebat. Calendaria sacra, vt ait Seruius, si qua ratione dilata fuissent, reperi poterant, cùm anniuersaria differri atque iterari non possent. Dicta autem Calendaria, quod fieri solerent singulis calendis in honorem Iunonis. Cur ita? Veteres (*vt scribit Plutarchus in Quæstionibus*) annum Iouis, menses Iunonis esse existimarunt. Itaque omnium Calendæ ipsi sunt consecratæ quæ & inde Calendaris est dicta.

Calendarium, vt vocant, à Calendis nomen accepit, in quo præter corporum cœlestium loca dies singuli, item noui lunia & plenilunia, cum aliis quibusdā

configurationibus consignantur. *Ephemerides* eadem significatione vsurpātur. Alias significat quoq; librum fœneratitiarum rationū. Mensiu enim Calendis exigebātur pecunię,quę fœnori dabātur

Calieneum operimentum capitis,quo vocabulo vsus est Septimius Florens libro de pallio,& Arnobius *libro 6.* à Græco καλυπ̄ρον tralii videtur.

Caligula Imperator nomen accepit à caliga, calciamenti militaris genere. In castris enim est natus. Vnde Ausonius: *Caius cognomen caligæ cui castra dederunt.* Hinc caligati milites eidem Poëtæ. Trāquillus in Augusto: *Coronas vallares ac murales, quæ honore pracellerent, sæpe etiam Caligatis tribuit.* Erant autem eorum caligæ clauulis confixæ. Vnde *clauularius cursus* est militaris.

Calix nonnullis dictus videtur, quòd calidum ex eo bibant. Falsum. Nam descēdit à Græco κύλιξ,quæ vox & eā appellationem habet quasi κύκλ ξ, quod circuli in modū calix sit rotūdatus. Hāc vocem Festo restituendam existimo, cū κύλιξ vrnam significet,aut bouem, qui alterū cornu habet contortum. Aliquib. tamen dici videtur κύλιξ quasi χύλιξ, παρὰ τὸ χύειν fundendo,vt & Etymolog. magnum docet. Apud bonos auctores sæpe accipi videas pro poculo, imo pro vase maiori. Cicero Tuscul. 3. *Quid hic calix mulsi? Impinguandus est, vt plorare se desinat.* Varro quoq; nominat apothecas triclinares,melicas,calenas obbas,& calices Cumanos,&(*quod minus placere dixi*)à caldo siue calido deriuat. Poëta Ouidius posuit Fastorum 5. pro vasis. in quibus legumina & olera decoquūtur, ideoq; statuit ad ignem. Verba eius sūt: *Stant calices. Minor inde fabas, olus alter habebat:*

Et spumat testa pressus vterque sua.

Hebr. כוס *Chos*, Calix habens operculum: phiala seu patera rotunda, in modum rosæ germinantis seu lilii repandi.

Callidus. Callidos appellat Cicero *libro de Natura Deorum*, quorum tanquam manus sic animus vsu concalluit. Hinc calliditas quædam prudentiæ pars, quæ ita versatur in paruis,vt prudētia in magnis, *auctore Aristotele.* πανῦργος, ערום *harum* à verbo *haram*,callidè & concinnè composuit,aptè coagmentauit,vt solent homines callidi & prudentes magno iudicio & astu quodam sua componere consilia. Hinc ἁρμόζω, ἁρμόττω, coapto, compono congruenter, ἁρμονία,&c.

Calliope nouem Musarum vna,Heroicorum Poetarum præses à vocis bonitate nomen accepit. Etenim ὀψ vox est, καλὸς pulcer & bonus. Mater hæc fertur fuisse Orphei iuxta Antipatri illud: αἱ δὲ πολλὰ κατωδύραντο θύγατρες μνημοσύνας, μάτηρ δ' ἔξοχα καλλιόπη. Sic Lini mater fertur *Vrania.*

Callirhoe fons Athenis,qui & ἐννεάκρουνος est dictus à nouem salientibus siphonibus,id est,fistulis fundentibus aquam, παρὰ τὸ καλῶς ῥεῖν, quod pulchre & bene fluat,nomen accepit.

Calo. Calones militum serui,inquit Festus, qui ligneas gerebant clauas, quas Græci κᾶλα vocant. Is quoque, qui vtitur huiusmodi telo, dicitur *clauator.* Eiuscemodi seruos idem Festus & *caculas* appellari,paulò ante notauimus ex Plauto,cui vetus Glossariū astipulatur, cùm ait:*Cacula,δοῦλος στρατιώτου.* Sed & calam dixere Latini. Ait nāque Lucilius:*Scinde puer calam,vt caleas*, id est,frange fustem, & fac focum. Vt nec opus est Græcum hoc etymon quærere. Sed maximè ineptiunt, qui *calones* à Calendis deriuant, incerta aut nulla potius fide quod eo die cibaria acciperēt. Erant & alii militum ministri nominati lixæ,quorū proprietas erat, *vt Nonius Marcellus notat*, vt aquam, quam veteres lixam dicebāt, subministrarent,sicut calones ligna,propterea ire soliti lignatum.

Calumnia mutata videtur quibusdam nomen,quasi καλὸν μῦθον, *alterius imminuens bonum.* Etenim falsa intēdit crimina ca

na calumniator. Quod ipsum tamen quia verbum *calnor* significabat veteribus, vt & frustrari, haud desunt, qui inde ius vocabuli deducant, quos inter Oldendorpius *Action. 10.* Vsi sunt ea voce quoque Decemuiri *in legibus 12. Tab.* hoc modo: *Si caluitur, pedemue struit, manum endo iacito.* Explicat hanc legem Caius *l. si caluitur. ff. de verb. signif. cat. Manum endo iacito*, tantundem ac *iniicito, inque ius rapito.* De hoc veterum more in prehendendo inque ius rapiendo & antestando, non obscura apud auctores testimonia. Horatius Satyra nona *lib. 1.*

Casu venit obuiam illi
Aduersarius, & quo tu turpissime? Magna
Exclamat voce: Et licet antestari. Ego vero
Oppono auriculã: Rapit in ius, clamor vtrinque.

Hic notandum, si antestatus non esset actor, manumque nihilominus iniecisset reo, iniuriarum potuisse postulari: Item ad antestationem minime admissum fuisse seruum. Quo spectant illa Plauti in Curcul. *Hoccine pacto indemnatum atque intestatum abripi?* Item: *Sernon' antestari? Ph. Vide, C. Hem. vt scias me liberum esse.* Recte etiam monet Barnabas Brissonius, quæ de antestatione sunt dicta, ab Atheniensibus esse translata, qui pariter suas προσκλήσεις in vsu habebant. Est enim προσκαλεῖσθαι per citatorem in ius vocari, quem κλητῆρα dixerunt. Siue enim publico siue priuato experiatur aliquis iudicio, oportebat aduersarium ita ad magistratum vocari, deinde conceptis quibusdam verbis actionem intentare, eamque intentionem tabellæ magistratus inscriptam scribæ aut paredro dare. * *Calumnia* Hebr. כלמה *Celimma*, a verbo כלם *Calam*, contumeliosis verbis exagitatus est. διαβολή. fortasse à דבה *Dibba*, id est, fumus, infamia, (ac si dicas infumia) fama quæ instar fumi latè dispergitur. Quid est calumia? fumus in alicuius famam sparsus. עשק *hoschek*, à verbo *haschak*, decepit, sycophaniã egit ad euertẽdũ aliquẽ. συκοφαντία, συκοφάντης.

* *Calx*, calcaneus, extrema pedis pars, seu pes imus, à calcando; planta pedis, & tali pars ima terram calcans; πτέρνα, σφυρόν. עקב *hakeb*: inde κύβος cubus, talus, taxillus, pars pedis, os prope calcaneum. Sumitur itẽ vox Hebræa pro fine & extremitate, quemadmodum & calx Latinis. *Calx*, fem. gen. est lapis vstus, deinde cõminutus, & ita calcatus vt in puluerem redactus & cum arena & aqua mixtũ, cæmentũ materiariis optimum præbeat. גיר *Ghir*, q. d. קיר *Kir* paries, nam calce diluta parietes oblinuntur. Hinc χρίω oblino: Grie, quibusdam Galliæ locis, i. calx seu gypsus. ἄσβεστος, calx viua, quod sit velut inextinguibilis, & ignem in se latentem contineat.

Calyptra dictio Græca significans muliebre capitis tegmen, κάλυμμα τῆς κεφαλῆς Polluci, παρὰ τὸ καλύπτειν *operiendo* appellationem trahit.

* *Camelus*, κάμηλος, גמל *ghamal*, Arab. *Gemal*, Chald. *Gamela*. Varro lib. 4. *Camelus suo nomine Syriaco in Latinum venit.* Persis *Gangamela*, domus Cameli ex Strabone lib. 17. Descriptionem Cameli accuratam habet C. Gesnerus hist. Animalium lib. 1. de Quadrupedibus viuiparis, vbi Camelopardali, Camelo & Dromade.

Camilla, à Casmilla deducta, litera detracta. Innuit id Maro, cum ait: *Matrisque vocauit Nomine Casmillæ, detracta parte Camillam.* Sic iam dicitur *Camœna* pro eo, quod erat veteribus *Casmœna*, teste Varrone. Nominis originem ad canendi verbum, vel ad carmina, referendam censet Festus Pompeius, cum Musam significat. Camillus quoque in genere masculino sacrificiorum minister, vel puer in nuptiis vas cumerum ferens, vt scriptis mandatum à Varrone *libro de lingua Latina 6.* Cõtinuisse illud nubentis vtensilia, & à cumerarum similitudine, quæ sunt palmeæ vel spartæ ad vsum popularem, appellatum fuisse constat.

Caminus, Græce κάμινος, nominatus videtur Isidoro ἀπὸ τοῦ καύματος ardore,

vel potius à verbo καίειν, quo alludere videntur verba de tribus pueris in fornacem coniectis in Danielis Historia: ὑπηρέται, inquit, τοῦ βασιλέως καίοντες τὴν κάμινον ναφθη, καὶ πίσση, καὶ στυπείω, καὶ κλήματι δε. ministri regis accedentes fornacem naphtha, & pice, & stupa, & sarmento. Hinc Heliocaminus locus, ad quem sol hybernus accedens ipsum calefacit, quæ dictio exstat. *Lib. arborem. ff de seruit. vrba prad.*

Caminus, rogus focus, in quo ignis fouetur calefaciendi gratia, Hebr אח *Ach.* Hinc ἄυω & ἕυω, incendo, illumino: ἄυως aurora, dies, pro ἕως ἠώς: χάυνος furnus. Aliæ voces Græcæ ab eadem Hebræa fluere videntur.

Camœnæ dictæ sunt Musæ, quasi Canenæ, à canendo. His consecratum lucum, in quo cum Nympha Egeria collocutus fuisse dicitur Numa, committere nequiui, quin ex Plutarcho adiicerē.

Campana. Creduntur campanæ circa annum 400. primùm repertæ à Nolano Episcopo, à Campania habere nomen, cuius oppidum est Nola, in qua Augustum vitam legimus cum morte commutasse. Fuit autem Paulinus vir vitæ sanctimonia spectabilis: Cui cum campanarum defertur inuentio, ad Ecclesiæ vsum trahenda est tantū, quando (si longius receptas) etiam gentiles consueuerunt æra campanasque pulsare, si quis è vita decessisset, vt annotatum inuenio à Theocriti scholiaste peruetusto. Campanam legem nominat Cicero *2. ad Atticum*, legem Iuliam, quam Iulius Cæsar & M. Calpurnius Bibulus tulerunt anno ab V. C. 691 vt ager Stellas maioribus consecratus, item Campanus ad Reipub. subsidia vectigalis relictus plebi diuideretur. Dio eā optimā fuisse dicit.

Campania, fertilissima Italiæ regio, iuxta nonnullos deducit vocabuli sui auspicium à campis, vel potius campestribus locis: Alij ab opulentissima vrbe Capua, cuius incolæ Campani sunt dicti, Liuio summopere celebres. Blondus appellationem trahit à campis Leborinis, quos Plinius Capuę vicinos memorat. Tanta ibi fertilitate est ager, vt Dionysius se arua trifera, id est, afferentia ęstiuam sementem post hybernam, & autumnalem post ęstiuam, vidisse confirmet. Testatur & Strabo libro 5. Campaniam omnes totius Italię partes rerum ad vsus humanos affluentia, tum amœnitate longissimè superare. Vasa quoque eiusdem regionis solebant olim esse fictilia ob argillę copiam, qua redundat ob soli bonitatem. Indicare id quidem videtur Flaccus *Satyra n. lib. 2.* his verbis: *Qui Veientanum festis potare diebus Campana solitus trulla*. Idem eiusmodi vasa Campanā supellectilem vocat *Satyra 6. libr.*. Sunt, qui iam Terram laboris nominant. Nec mirum, cum omnia ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα ex terra prodire iamdudum desierint. Alij ita intelligunt, quod cùm primis ager regionis huius ob fructuosas arationes ad culturę labores sit idonea. Quo merito Plinius felicem appellare potuerit *lib. 3. Natur. Histor. c. 5.*

* *Campus*, ita dictus, inquit Varro, quòd fructus ex agro plano capiebant, alij a capiendo, quòd animalium seu rerum aliarum multitudinem facile capiat. Vel potius, vt Scaliger in Varronem obseruauit, ab eo quod Siculi circum aut hippodromum καμπὸν vocabant à flexu equorum & quadrigarum quę ibi certabant. Inde omnia plana καμποι dicti: poetę vocant Æquora terrę Vnde καμπτὴρ metæ. Pacunius Tantalo, citante Nonio: *Extremum intra campterem, ipsum iam prę redditur Parthenopæum.* Hęc ille. Campus, planities, חיל *Cil*, vnde vallis, seu locus planus montanis & arduis, pręruptis oppositus. ככר *Kicar*, a forma dicitur campus, quod sit vt plurimum orbicularis. Inde χώρα regio. שדה *Sadheh*, ager campus, cognationem habet cum שדד *Sidded*, occauit contudit glebas in agro. Nam ager & quiuis cultus locus indiget occatione & contusione glebarum.

glebarum. πεδίον, campus, qui pedibus frequenter teritur, a פדן *Paddan*, vt nonnulli sentiunt, quæ vox idem illis significat ac ager, campus, regio. שרון *Saron*, nomen loci fertilissimi in genere planiciem, & campum vndiquaque apertum significat, a שור *Sor*, contemplatus est.

Cancellarius, à cancellando nomen obtinuit, id est, ab actis cancellatim lineis dispungendo, quod eius sit principis scripta cancellare, si fuerint iniqua contra, si bene scripta signaculo obsignare. Alijs placet à cācellis natum hoc nomen, quòd scriptores Cancellarium significent, cùm aliquem à cancellis esse aut agere cancellos dicunt. Cassiodorus 2. *Institut. diuin. & human. script.* de Marcellino loquens: *Is*, inquit, *adhuc Patricij Iustiniani fertur egisse cancellos.* Eiuscemodi virum vult Budæus ingenio esse versatili, omnium rerum cognitione virtutumque genere instructum, omniaque in numerato habere.

Cancelli per diminutionem dicti, qui ab antiquis dicebantur cancri, auctore Festo. Sunt autem ligna modicis internallis in transuersum connexa, quibus fenestræ consueuerunt muniri.

Candelabrum factū nomen a candela & labro, vel potius λάβειν accipiēdo. Varro & Festus simpliciter a candela deriuant. * נר *Ner*, Candela ardens & lucens, a נור *Nur*, præbuit lucem. Conuenit cum verbo אור *Or*, Lucem dedit luxit, quod de aurora & luce matutina dici dicitur. Inde מנורה *Menora*, Candelabrum, in quo lucens candela ponitur. *Candela* autem quòd candida omnia propter lucem ostendat, & ab atris discernat.

Candidati dicti sunt Romæ qui Magistratum aliquem se petere apud populum profitebantur, a candida toga, qua induti in comitium venire, & considere in colle solebant, vt conspici possent ab vniuersis, *quemadmodum tradit Macrobius lib. 1. Saturnal. capit. 16.* Eosdem quoque oportebat profiteri nomina sua ante Comitiorum diem, apud eum videlicet Magistratum, qui habiturus erat comitia. Tum si digni haberentur, qui bus aliqua Reipub. pars gubernanda cōmitti posset, recipiebantur. Sin minus, patiebantur repulsam, neque tum populus eos creare poterat. Professio autem, quæ integro ante Comitia anno inchoari solebat, posita erat in amicorum & populi voluntate concilianda. Eum in finem adiungebant sibi Nomēclatores, à quibus ciuium discebant nomina, vt suo quemque nomine salutarent, Cicero (*vt alias quoque dictum*) nominat hos Monitores quòd admonerēt petitorem: Festus fartores, quod ciuium nomina in aures Candidati clam velut infercirent. Ambibant, hoc est, circuibant non solum Romæ in foro tributim, curiatim, hoc est, per singulas tribus & curias, verum etiam in conciliabulis, Italiæ, vbi negotiandi caussa versabantur ciues. Præhendebant eorum manus rogantes, sui vt meminisse vellent. Quinimo corpore nudato vulnera & cicatrices ostendebāt, vt se Magistratu eorumque suffragiis maximè dignos declararent: Neque id satis. Postremis tandem temporibus obtinuit mos, vt præsenti pecunia emerent suffragia, cōparatis ad tale negotium interpretibus, per quos inducebatur pactio, teste Asconio, item Sequestribus, apud quos deponebatur pecunia, & Diuisoribus, qui singulis nummos distribuebāt. De quibus corruptis moribus videndus etiam Plutarchus *Problemate 49.* Quantum ad candidam togam, à qua natum Candidatorum nomen, sciendum ex Isidoro candidam dici, cui albedinis caussa addiderant cretam. Vnde cretatam ambitionem optimè vocat Persius *Satyra quinta.* Plus enim est aliquid esse candidum, quàm album. Albus color natiuus proprie lanæ est: Candidus propriè splēdens ille, & arte formatus. Ideo Polybius λαμπρὰν dicere maluit Candidatorum togam quamplurimis locis, quam

λευκὴν

λευκὴν. Vt coacti fuerint Tribuni plebis, ambitionis tollendæ gratia, promulgare legem, ne cui album in vestimentum addere petitionis caussa liceret. Pro candida huiusmodi veste vsurpatam καθαρὸν, id est, putam, à Plutarcho obseruauit Bayfius *de re vestiaria libro.* Ab his candidatis seu candidatorum more, dicuntur iam medicinæ aut iuris candidati. Candidatus principis Vlpiano *l. vnica.ff.de offic.quæstor.* qui principalibus libris in Senatu legendis vacabat. Etsi Fenestella eadem in re Epistolis legendis eum vacasse scribat *lib.2.cap.3.*

Caninum prandium A Gellio *lib. 13. ca.29.* abstemiū, quod vino carcāt canes.

* *Canis, κύων, κυνὸς,* Hebr. כלב *Celeb.* cognationem habet cum כבל *Cebel*, copula, locum. Assuescit enim loris. & affinitate alludit ad כלם *Calam*, calumnia affecit. Canis enim maledicus homo figuratè dicitur. Hinc κολοβάω, & Lat. Culpo. Item cauillor & cauillatio. Canes à veteribus custodes vocati; contrà custodiæ præfecti canes dicti sunt. Plautus in milite canes vincula esse dicit.

Capella, quàm oratorium nonnulli vocant βαρβαρικῶς, dicta Papiæ, quod capiat τὸν λαὸν, id est, populum. Acquiesco ingenio viri.

Capillus, quasi capitis pilus.

Capis, Ciceroni in Paradoxis *Capedo & Capeduncula*, fictile genus poculi seu vrnæ, à capiendo nomen arcessit, vel quia capax esset & ampla, vel quia erat ansata, vt quidem prehendi posset. Vsus eius erat in sacrificiis.

* *Capitalis* lucus, vel potius locus, apud Festum, qui legem habet, vt capital sit, qui quid in eo violarit. Ouidius capitale templum Mineruæ captæ intelligit cum scribit *fast.* III.

Aut quod habet legem, capitis, quæ pendere pœnas.

Ex illo iubeat furta recepta loco.

Capital, crimen, capitis periculo dignum, Plaut. Nunquam ædepol fugiet, tametsi capital fecerit. Capitalis homo, perniciosus. Capitalis oratio, ira, morbus. Capital Festo, linteum quoddam, quo in sacrificiis vtebantur. Facinus item, quod capitis pœna luitur. Cicero 2. lib. de legibus. Qui non paruerit, capital esto.

Capitecensi ciues Romani, qui ob rei familiaris tenuitatem non ære censebantur, verum capitibus. Neque enim vltra mille quingenta æris in censum referebant domi, idcirco proli suscitādę destinati, & Sacramento militiæ soluti.

Capitium capitis tegmen Nonio Etsi Varroni 4. *de lingua Latina* dictum videatur quod capiat pectus, vt & Turnebo placet. Quin locus Varronis quem Nonius adducit, docet fuisse non capitis, sed pectoris tegumentum. Neque id, inquit, ad orbita matrumfamilias instituti, quod eæ pectore & lacertis erant apertis, nec capiria habebant.

Capitolinus Iupiter, qui & Opt. Max. audit, quod velit & possit omnibus prodesse, à Capitolino monte appellationem deducit. Habuit enim in eo templum, quod vouerat Tarquinius Priscus bello Sabino, iactis iam fundamentis, mox sociorum studiis à Seruio Tullio, & denique; capta Suessa à Tarquinio Superbo hostium spoliis exstructum, & inde de nouo dedicatum, regibus iam pulsis, ab Horatio Puluillo. Cumque idem L. Scipione & C. Norbano Coss. Conflagrasset, 65. annis supra centum elapsis, curam eius victor Sylla suscepit. A Ioue Capitolino dicti sunt ludi Capitolini, quòd instituti essent in eius honorem seruato ab hostibus Gallis Capitolio. Fiebant autem à Vicanis, id est, vicorum magistris prætextatis, inque iis Sardi venales proclamabantur, & senex aliquis, *teste Plutarcho Quæst. Rom.quæst,53.* ludibrii gratia producebatur puerili bulla collo appensa.

Capitolinus mons, antea Saturnius dictus & Tarpeius, κρόνιος Halicarnasseo, ταρπαῖος Stephano, vbi tamen substituendum ταρπαῖος, primùm hoc non era

obtinuit

obtinuit à capitolio, quod in eo fuit exſtructum.

Capitolium Ciceroni Deorum domicilium, cuius iacta ſunt fundamenta à Tarquinio Priſco, confecto bello Sabino, & cuius dedicatio eſt facta, Plutarcho teſte in Publicola, εἰδοῖς Σεπτεμβρίαις, ὃ συντυγχάνει περὶ τὴν πανσέληνον μάλιστα τοῦ μεταγειτνιῶνος, ab inuento ibi humano capite nomen inuenit, teſtibus Dionyſio, Varrone, Pomponio Læto, Plinio, & aliis innumeris. Vt vanum & pro nihilo habeam, quod à Toli capite ibidem inuento aliqui trahere conētur appellationem ex *Arnobii 6.* Eſtque ſciendum præterea, tempore decemuiralium legum nomen huic loco fuiſſe arcis Tarpeiæ, quòd illic ſitum eſſet ſaxum Tarpeium, à quo deiici ſolebat, qui falſum teſtimonium dixiſſet, & arces multas ab hac vna eximia arce Capitolii nomine extra Romam donatas. Nam Capuæ Capitolium fuiſſe conſtat, & aliud Beneuenti.

* Capitolium, ita vocabant quam Græci ἄκραν, quòd eſſet κορυφὴ τῆς πόλεως. At fabula capitis inuenti ad gentis nobilitatem. Capitolium ergo Latina vox, vt Pergamum in Phrygia. Hæc Scaliger in Varr.

Cappadocia Aſiæ minoris regio, quam Strabo in duas Satrapias à Perſis diuiſam tradit, eam quippe, quæ Magna dicitur & Cappadocia ad Taurum, & alteram, quæ pontica dicitur & Pontus, quam Arias Mōtanus ex Onkelo eſſe docet Hebræorum Caphthorim; Henricus Stephanus in Itinerario ſuo Sareā Stephani, quæ, inquam, apud Strabonē & Dionyſium nominatur λευκοσυρία, equorum altrix Plinio (vnde & Dionyſius Afer incolas δαήμονας ἱπποσυνάων vocat) nominis originem ab amne Cappadoce trahit. Habitaſſe in ea regione dicuntur olim Amazones, quarū celeberrima fuit regina Penthesilea. Inter vrbes maxime præclara Mazaca, quam Claudius Imperator Cæſaream appellauit, ſicut Euſebius tradit: Item Tyana, à qua nomen Apollonio Tyanæo, de quo exſtant Philoſtrati libri Incolæ regionis nominantur Cappadoces, quos dignitatem ſacerdotalem habuiſſe proximā dignitati regali teſtatur Strabo Imo ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦ αὐτοῦ γένους ἦσαν οἱ ἱερεῖς τοῖς βασιλεῦσι, quæ ſunt eiuſdem auctoris verba. De omnibus in vniuerſum, vt etiam de Cilicibus & Cretenſibus, hactenus ſparſum conſtāti fama, mēdaces eos eſſe & fraudulentos. Vt tandem inoluerit prouerbium: τρία κάππα κάκιστα. De eorundem ingenio & natura id quoq; mirū, quod cùm liberi eſſent libertatem à Romanis ſint depracati, aſſerentes ſe malle viuere ſub regibus, quàm eam diutius ferre. Atq; hæc de Capadocia & incolis eius.

Capra, à carpendo, quod omne virgultum carpat. Feſtus vel à crurum crepitu, vnde & antiquis crepæ dictæ ſunt capræ: vel quòd capra captet aſpera. Hebr. עז *hez*, à verbo עזז *hazaz*, roborauit, obfirmauit. Sunt enim cornua caprarum, veluti robur & arma earundem. Vox Græca αἴξ ab Hebræa ducit originem. Hinc ἰσχύω valeo, Sum robuſtus. *Caprea*, δορκὰς à δέρκειν videre. צביה *Tſebiia*, à צבה *Tſaba*, ſtetit erectus. vt ſolent eiuſmodi animalia ſurſum erecta paſcere.

Caprotinæ nonæ à caprifico deductæ. Auctor Varro, qui libro de lingua Latina 5. ſcribit hoc modo: *Nonæ Caprotinæ, quod eo die in Latio Iunoni Caprotinæ mulieres ſacrificant, & ſub caprifico faciunt, & è caprifico adhibent virgā.* Varroni addo Macrobiū qui 1. *Saturnal. cap. 11.* ſcribit; Nonas Iulias Caprotinas Nonas dictas, quòd illo die Caprotinæ Iunoni liberæ pariter ancillæq; ſacrificarent ſub arbore caprifico in memoriam benignę virtutis, quæ ancillarum animis pro conſeruatione publicæ dignitatis apparuit. Hæ enim (*vt in pauca contraham*) ſoporatis vino viris in hoſtium caſtris ex arbore caprifico adhærente caſtris ſignum Romanis dederunt: qui cum re-

pentina incursione victoriam obtinuissent, memor Senatus beneficii non solum manumisit ancillas, dote etiam ex publico constituta, verum etiam diem ipsum Caprotinas Nonas à caprifico nũcupauit sacrificio statuto, quod celebrandum erat annua solemnitate. Plutarchus appellat in Romulo etiam Capratinas. Scribit enim eũ diẽ, quo Romulus excessit viuis, plebis fugã vocari, quod populus tũ repentina regis morte fuerit cõsternatus: Vocari autem Nonas Caprotinas siue Capratinas, eoq; die exeuntes Romanos sacrificasse apud Paludem capræ, vel potius Capreæ. Nam & apud Ouidium Fastorum 2. Capream legis. Versus eius sunt:

Est locus, antiqui Capreæ dixere paludem:
Forte tuis illic Romule iura dabas.
Sol fugit, & remouent subeuntia nubila cœlum,
Et grauis effusis decidit imber aquis.
Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus æther:
Fit fuga: Rex patriis astra petebat equis.

Capua nobilissima Campaniæ vrbs, Ptolemæo *καπύη*, olim Vulturnus, vt scribit Liuius, & Osca, *vt tradit Sempronius*, ex quorundam sententia nomen habet à Capy, sanguinis Troiani homine *ἀπὸ τοῦ κάπυος τοῦ τρωϊκοῦ*. inquit Stephanus. Aliis nomen obtinuit ab vrbis campo. At Liuio 4. ab V. C. placet appellatam ab agro campestri. Seruius, cum explicat illum Virgilii versum: *Et Capys, hinc nomen Campanæ ducitur vrbi*, priori etymo astipulatur. Similiter Lucanus lib. 2. cum ait:

Trepido discedens agmine Magnus
Mœnia Dardanij tenuit Campana coloni.

Quam nominis originem tanta auctoritate fultam non est quod quisquam reiiciat. Etsi nonnulli dictam putauerint a capacitate & abundãtia, quasi omnem vitę fructum capiat, sicut Diodorus sentire videtur. Hæc illa ciuitas, quam principem omnium vrbiũ Italiæ secundum Romam nominat Liuius, & vbi miles Annibalis otio & luxu corruptus primum marcere incepit, & Pœnus (*vt verba Plutarchi adiiciam*) primam ruentis fortunæ caussam contraxit. Sæpe deliberasse Senatum de transferendis eo sedibus, ex Liuio didicimus. Non omittendum etiam, quod prodit Tranquillus, paulo ante, quam Cæsar Dictator interfectus fuit in curia, tabulam æneam inuentam in vetusto monumento circa Capuam, in qua ciuitate Capys fertur sepultus, ita conscriptam literis verbisq; Græcis, vt indicarent, quando Capyos ossa essent detecta; tum demum nasciturum quendam ex stirpe Iuli, obtruncandum consanguineorum manu. Quæ quidem historia si vera, vtique Liuium, Strabonem & alios damnat, qui ab agro campestri nominatam tradiderunt.

Caput qui dictum volunt *ἀπὸ τῆς κεφαλῆς* vel *κάρας* à ראש *Rosch* Hebr. eiusdem significationis vocabulo, non adeo rem ipsam assecuti videntur, atque illi, qui duce Varrone etymi rationem inde arcessunt, quod inde initium capiant sensus & nerui. Est equidem virtutis animalis domicilium, rationis sedes, propter oculos, in sublimi positum, deniq; hominis potissima pars, quæ propterea synecdochicws accipi quandoq; solet pro homine toto. *l. 2. ff. de publ. iudic.* vt & in eo, quod dici solet, noxa caput sequitur. Plato in Timæo diuinissimum appellat. Quare & prę aliis corporis partibus veneramur illud in Microcosmo. Tradunt quoque Platonici ad mundani orbis similitudinem esse compactum, in eoque duos animæ circuitus esse locatos. Et vt Deus in omnia, ita caput in reliqua mẽbra obtinet principatũ. Cumq; veteres singulis corporis partibus singulos præficerent Deos, & proinde genua Misericordiæ, dextram Fidei, frontem Genio, aures Memoriæ, supercilia Iunoni, oculos Cupidini, renes & inguina Veneri, pectus Neptuno, talos & plantas Thetidi, pedes Mercurio, dorsum

sum Plutoni consecrarent, solum caput Ioui Opt. Max. sacrarunt, qui, sicut caput neruorum, sensuumque principium est, ita credebatur auctor esse vitæ & omnium rerum motus. Apud bonos scriptores accipitur etiam caput pro principio aut eo, quod est præcipuum in re aliqua. Sic Psalmo 74. *Contriuisti capita draconum subter aquas* Cui addendum illud Genes. 3. *quod semen mulieris sit contriturum caput serpentis.* Cum etiam 1. Geneseos legitur בראשית *Bereschith* quod in principio significare nemo ignorat, vertit id Aquila *ἐν κεφαλίδι*, quasi parum intersit, dixeris in capite, an in principio. A capite etiam capital facinus dici voluerunt veteres, quod capitis pœna luitur. Plautus in Menæch. *Iam etsi capital fuerit, facile asseruabit.* Capitalis caussa Apuleio, qua agitur de hominis capite & salute: Capitalis homo Ciceroni in Antonium pro exitiali & pestifero, *Capitale* pariter iudicium Iurisconsultis, in quo agitur de capite, id est, de hominis vita. Hebræa vox *Rosch*, & caput corporis, & caput exercitus, seu capitaneum, & quodcunque summum in quacunque re conspicitur significat. Hinc *ἄριστος* optimus, qui caput est rei, turris fastigium, montis vertex, & *Rosch* appellatur. Caput, Summa pars corporis, & in eo vertex *Rosch*.

* Carbasus, כרפס *Carpas*, genus lini, vel serici miræ tenuitatis, ex quo conficiebantur vela & vestes seu pallia varii coloris. Hinc *κάρβασος* Gr. carbasinæ vestes dicuntur, quæ auro & purpura intertextæ sunt.

Carcer quasi arcer ab arcendo Varroni dictus. Probat hoc etymon Vlpianus *l. aut damnum §. solent, ff. de pœnis*: *carcer*, inquit, *ad cōtinendos homines haberi debet.* Romæ carceris curam commissa erat Triumuiris, vt eorum interuentu sumerentur supplicium, sicut apud Pōponium legere licet. *ff. de origin. iur.* & apud Ciceronem de legibus & in Catilinam. Duas carceris partes præcipuas fuisse non ignorandum, quippe *Tullianum* & *Robur.* Nam primum carcerem ædificauit rex Ancus: Tullianum additū a Seruio Tullio. At Robur is erat locus, ex quo Noxiorum præcipitatio fiebat, teste Valerio, vt strangulatio in Tulliano, *teste Cicerone in Vatinium*, ceterū per carnificem, idque iussu Triumuiri capitalis. Summatim; Ad coercendam hominum audaciam comparatus est carcer. Hinc illa Ciceronis 7. *in Verrē. Quæret, quamobrem fasces prætoribus præferantur? Cur secures datæ? Cur carcer ad incautiorum supplicia more maiorum in improbos constitutus.* Denique dignum notatu carceres primum ex topho lignoque constitisse, quos Claudius Imperator marmoreis permutauit. Varia carcerum apud diuersas gentes nomina suppeditabit Alex. ab Alex. *Genial. dierum lib. 3. cap. 3.* ad quem vnumquemque remitto.

Carcer, *φυλακή*, custodia: *δεσμωτήριον* vinctorum locus. Hebr. בית-סהר *beth-Sohar*, domus rotunda, i. turris, כלב *Celeb*, claustrum, à כלא *Cala*, clausit. Hinc cella, cellula *Carcer*, à coërcendo: circus, & circi carceres, intra quos cursores coercentur. Chal כרך *Cerac* seu *Kerec*, i. Carcer: & periphrasticè, בית-אסירין *beth-asirin*, domus vinctorum.

Carthedon, Africæ quondam caput & vrbs æmula Romæ, olim *οἰνοῦσσα*, quod Stephanus tradit, item *κακκαβὴ* & *καδμεῖα* iuxta Eustathium, *Ἀφρική* Suidæ, Appiano Byrsa, quam & Tharsin in Biblis dici existimat Hermolaus ex Eustathio & Suida, Charrada alibi Solino, nomen id primum fert acceptum Carchedoni conditori, *vt meminit Appianus.* Celeberrimum & notissimum eius nomen Carthago, quod ipsam arcessere volunt nonnulli à cartha, id est, tergore taurino, quod ipsum & *βύρσα* significat Græcis. Etsi non totam Carthaginem, sed tantùm arcem eo nomine exprimi significet Appianus. Atqui partem pro toto sæpe accipi quis ne-

ſcit? Rectè ergo Maro, cenſente ita & Nannio, primariam hanc Aphricæ vrbem hoc nomine appellauit Æneid. 1 cum ait:

Dux fœmina facti,
Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernes
Mœnia, ſurgentemque nouæ Carthaginis arcem:
Mercatique ſolum facti de nomine Byrſam,
Taurino quantum poſſent circumdare tergo.

Vide *Byrſa*, & *Karthago*.

Carchemis: vrbs Syriæ adiacẽs Euphrati cuius, mentio fit, Ieremiæ 46. tulit nomen à בר *ariete*, vel *agno*, & מיש *abſtulit, amouit*: In tertia coniugatione חמיש *ſubtraxit*: Vel potius à בר *ariete*, & בּמוּשׁ *idolo Chamos*.

Cardialgia, dolor & morſus oris ventriculi, ab actimonia humoris appellationem deducit, ἀπὸ τοῦ ἄλγεος dolore τῆς καρδίας id eſt, corde quod nomẽ ori ventriculi tributum à veteribus propter affinitatem & mutuum cũ hoc Parẽchymate conſenſu demonſtat. *Galenus 2. de placitis Hippocratis & Platonis*, Huc pertinent & illa eius verba: καρδιαλγέει ἔςὶ τὸ ςόμα τῆς κοιλίας ὀδύνεσθαι.

Cardinales, à cardinibus deriuat Pierius. Nam *veluti*, inquit, *cardines in oſtiis admittendi & excludendi arbitri videntur, ita illi admittendorum exigendorumque operum, quæ ad Chriſtianam pietatem & cõceſſum ſummo Pontifici auctoritatem, poteſtatemque tuendam faciãt, auctores honorificentiſſimi habentur*. Alii ita à cardine dictos volũt, vt, veluti cardine regitur oſtium, ita eccleſia regatur bono eorum conſilio. Quibus aſtipulatur *cap. ſacroſancta ad fin. 21. Diſtinct.* Atque hos olim appellatos Conſiliarios à Romanis, docet *c. Eccleſ. 12. q. 2.* alii, à Cardinibus, ſeu vrbis Romæ regionibus & parœciis primum dictos aſſerunt.

* *Carere* lanam, vetus verbum (inquit Scaliger) pro ξαίνειν. vnde & carduus & carminare. Quare perperam in Menæchmis Plauti lectum carpere; eùm & Nonius quoque carere retineat. Carere verò ſine dubio, παρὰ τὸ κάρφειν, ἐκάρειν: non vt Varro.

Cares incolæ Cariæ, quæ Aſiæ minoris eſt regio, & primum λέλεγες ſunt dicti, *teſte Herodoto*, quoſque Mauſolos vocat Sthephanus, dicuntur obtinuiſſe hoc nomen à Cara primo augoriorum inuentore.

Carmenta Arcadum regis filia, futuri præſcia, nurus Pallantis, qui auus fuit Euandri, literarum quoque Græcarum peritiſſima, à carmine nomen deductum habet. Plutarchus ἐν ῥωμαϊκ. dictam putat, quòd *careat mente* præ afflatu. Sic enim ſcribit: ἐςὶ δὲ τοῦ ὀνόματος ἔτυμον, ἐςερημένη νοῦ διὰ τὰς θεοφράσεις ὅθεν οὐ τὰ κάρμεντα τῇ καρμέντῃ τοὔνομα πάρεσχεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκλήθη διὰ τὸ τοὺς χρησμοὺς ἐν ἔπεσιν ἐνθουσιῶσαν ᾄδειν. Alii matrem Euandri fuiſſe dicunt. Erectam huic aram legimus ad portam Carmentalem, inque honorem eius celebrata Carmentalia vndecimo Ianuarii. Etymon noſtrum approbatum leges à Dionyſio Antiquit. Roman. *libro 1.* qui ſimul affirmat eam Themidem appellatam à Græcis, & dæmonis ſpiritu correptam futura populo præcinere ſolitam. Eadem cecinerat eſſe in fatis, vt natus Ioue & Alcmena Hercules immortalis ex mortali propter virtutem fieret. Quapropter cum filius eius Euander aduenisſe Herculem didiciſſet, primus omnium diuinis eum dignatus eſt honoribus, extructa extemporali ara præ nimio ſtudio, & indomito iuuenco ei mactato. Habuit & templum Romæ *regione 19.* quod à matronis dedicatum ſcribit Plutarchus.

Carmen, quaſi *canimen*, à canendo, vt quidem Grammaticis viſum. Nec tantum verſum pedibus alligatum ſignificat, verum & formulam conceptis quibuſdam verbis in aliquam ſolemnitatem compoſitam, & incerta numerorũ lege cadentem: Sicut Feciales vt & alii, nempe Iuriſcõſulti, Salii, Patres Patrati, &c. ſuũ quoddã carmẽ ad repetendas

das res bellumque inducendum habebant, item in capiẽdis vrbibus Romani. Quo ſenſu Liuius inquit *libro 1. Lex horrendi carminis erat.* Item Decad. 4. libr. 9. *Concione aduocata, cum ſolemne carmen precationis, quod præfari, priuſquam populum alloquantur, magiſtratus ſolent, peregiſſet Conſul, ita cœpit.* Accipi etiam ſolet pro incantamento, & verbis maleficis, quæ veneficiis addi ſolent, vt cum Virgilius canit:

Hippomanes, quod ſæpe malæ legere nouercæ,
Miſcuerũtque herbas, & nõ innoxia verba.

Hebr. מזמור *Mizmor*, pſalmus, Sermo ligatus, & oratio quæ verba non habet ſuperflua à verbo זמר *Zamar*, amputauit, inutilia reſecuit. Vel à *Zimmer*, cecinit: nam eiuſmodi carmina canebantur.

Carna Dea humanis vitalibus perfecta, cui ſacrum menſe Iunio fiebat pulte fabacea & larido, quòd his eſculentis roborentur vires, à carne nomen inuenit. Hinc & Calẽdæ Iuniæ Fabarię ſunt appellatæ. Vide Macrobium 1. *Saturnal. cap. 12.* & Ouidium *Faſtor. 6.*

Carnea Apollinis Feſta, quorum Callimachus meminit, poſt Callimachum Theocritus. à Carnæo ſunt dicta, quem Cereris filium fuiſſe fabulatus eſt Alcman. Imo Apollo Carnæus audit, à Carno Iouis & Europes filio, quod Praxilla Poetria ſcripſit, & recitat Heſychius. Vt ab ipſo potius Apolline celebritas hæc nomen inuenerit, quæ nouem dierum ſpatio militaris cuiuſdam conuictus ſpecie ſub tentoriis peragebatur.

Caro, quia propriè mortuorum eſt, à carẽdo videtur habere nomen, eo quod careat anima. Vnde Carnifex, qui carnem facit. Quanquam ſint, qui à *cadendo* dictam velint. κρέας, vnde creo, & caro. & (vt quidam volunt) per metatheſin literarum σάρξ, quæ ab Hebrǽo בשר *baſar* deriuari videtur. De carnifice, qui apud Romanos vnus erat, digna Ciceronis verba, quæ ex Rabiriana huc trãſferantur. *Sed*, inquit, *moreretur prius acerbiſſima morte millies Gracchus, quàm in eius concione carnifex conſiſteret, quem non modò foro, ſed etiam cœlo hoc ac ſpiritu cenſoriæ leges, ac vrbis domicilio carere voluerunt. Hic autem in crucem agebat, lictor ſecuri percutiebat.* Feſtus ait: *Carnificis loco habebatur is, qui ſe vulneraſſet vt moreretur.*

Carpentum vehiculi genus prope ſimile petorito dictum quaſi *carmentum*, literæ vnius mutatione, à Carmenta Euandri matre.

Carpo verbum à Græco nomine, καρπὸς, ſignificante *fructum* deriuari videtur. Capra, *carpa*, vocabulum Etruſcum. carpit enim ſummitates arbuſtorum.

Carræ nobiles morte Craſſi, & Caracalli Imperatoris nece in Meſopotamia, à Carre fluuio nomen obtinuiſſe creduntur.

* *Carthago* Latinis, Χαρχηδὸν Græcis, Karthada Pœnis; ab Eliſſa natione Phęniſſa quum rex Hiarbas rerum in Libya potiretur extructa eſt, & *Karthada*, ideſt, Phœnicum linguá, noua ciuitas, mox ſermone verſo *Karthago* dicta. Stephanus tradit καινὴν πόλιν dictam, nempe Karthada Pœnicè. Item Καδμεῖαν Euſtathius ſcribit vocatam fuiſſe. Quod omnino contrarium eſt priori appellationi. Nam id ſignificat παλαιάν. Ergo ita intelligendum, quam primum eam occupauit Eliſſa, quę Latinis & Gręcis Dido, eam παλαίπολιν, veterem vrbem, imitatione τῆ παλαιτύρου, veteris Tyri, dictam: quàm verò poſteri amplificarint, eam vocatam νεάπολιν. Aliud nomen, nempe Chaedreanech, ei tributum in Plauti Pęnulo; quem eruditiſſimè explicat nobiliſſimus Scaliger, not. in fragmenta Beroſi. Hinc excepta ſunt quæ hîc de Charthagine ſcribimus. Vide *Carchedon*, Hebræis קרת *Kereth*, Ciuitas, dicitur, à tignorum conſtructione, à verbo קרת *Karah*, contignauit, fecit vt trabes ſibi inuicem occurrant & coaptentur. Item קריה *Kiria*, & *Kiriathaiim*, *Ierem. 48. 1. 22.* Inde Phœnicibus & Phœnicum coloniis, aliiſque Orientalibus *Kartha*, & *Karthada*, ciuitas, quam La-

tini molliore sono *Kerta* & *Certa*, vt Tigrano certa, Tigranis ciuitas &c. Demonstrant, temporis progressu pronunciarunt & scripserunt.

* *Carus*, preciosus, יקר *Iakar*, & *Iakkir*, a verbo ... . Carus & magni precij habitus est. Cognationem habet cum כרא *Kara* vocauit: nam viri celebres vbique predicantur, & euocantur. Hinc χάρις gratia, res pretiosa & grata: χαρίζομαι gratum facio. Caritas, χάρις, charitas, charus Latinis.

Caseus a coacto lacte dictus Varroni. * Olim Casus apud Oscos erat παλαιός. Vnde Cascus & Casnar. Caseus ergo lac vetustum, coactum, ac concretum. Inde caseus, caries. Nisi sit à καρύειν. καρυώδη vocat Theophrastus quę sunt vermiculata.] Is cum est recens & mollis, omnium consensu indurato & veteri præferri solet. Etenim magis alit & ocyus subit. Est quoque rarus & laxus denso & compacto vtilior. Culpatur, qui immodicè lentescit, quique aridìtate friabilis est. Experimento præterea cognitum, quanto vetustior est, tanto eum acriorem esse, & concoqui difficilius: Item prouocare sitim, grauitatem animæ adijcere, si copiosè sumatur. Bubulus difficilimè transit concoctus, inde ouillus, facilimè verò caprinus. Bubulo manu presso maximè delectatum Augustum scribit Suetonius.

Cassia lex, quam tulit C. Cassius Prætor, Dictatore Iulio Cæsare, vt in numerum Patriciorum, qui Senatui deessent, alij sublegerentur. Fuit & Cassia agraria lex, quam tulit Spur. Cass. Viscellinus III. Consul cum Proculo Virginio Tricosto Rutilo, anno 267. vti ex agro Hernicis adempto, quibus cum fœdus erat ictum, dimidium Latinis, dimidium plebi diuideretur, cuius Liuius *libro secundo*, & Valerius *libro quinto, capite octauo*, meminerunt. Alia lex Cassia, quam tulit Q. Cassius Prætor, Q. Ælio Pæto & M. Iunio Penno Coss. anno 596. vt Paulo Aemilio & Octauio redeuntibus ex bello Macedonico cum victoria, quo die in vrbem triumphantes inueherentur, imperium esset, *teste Liuio lib. 45.*

Castalius fons, qui & Lebethrius audit, in Parnassi radicibus situs & Musis sacer, nomen tulisse fertur de virgine Castalia illic præcipitata metu Apollinis persequentis. Dicitur & fons Caballinus. & Græcis ἱπποκρήνη.

Castor, alio nomine fiber, animal admodum frequens Ponto à castrando dictus Isidoro. Testes enim, quos vocant castorea, *teste Plinio*, vrgente necessitate præmordet, ob hos se peti gnarus. Idem Apuleius & Cicero prodiderunt. Alijs dictus est κάστωρ quasi γάστωρ, quòd ventricosum sit animal. Quod tamen etymon vellicant alij, existimantes cum Seruio nomen Latinum non recipere deriuationem Græcam. Equidem Græci τὸν κάστορα agnoscunt, Galenus, Dioscorides, & alij. Quo minus hanc excusationem admittam: Etsi interim obstrepant multi, stantes pro etymo isto priori cum Isidoro. Etenim non pauci existunt, qui planè fabulosum arbitrantur, cum testes mordicus appetere eos sibi præcidere. Inuenitur quoque in Hispania, *teste Strabone*, sed non ea bonitate, qua is, qui Pontum inhabitat: neque enim Hispaniense castoreum Pontico æquiualet, quod maximè est φαρμακῶδες.

Castra. De hoc nomine Isidorus: *Castra sunt, vbi miles steterit*. At dicta castra quasi casta, quod ibi castraretur libido. Rectè itaque Epaminondas apud Æmylium Probum: *principes Græciæ esse militis castris vrbis vivendum, non Palæstra*. Et apud Tacitum *Ælius Seianus statiua voluit castrorum locum procul ab vrbis illecebris*. Sed nec veteres milites ad matrimonium admittebant: Quanquam Seuerus inde domi vxores habere permiserit; imò Alexander Magnus, degenerans in eo à patre Philippo, etiam in castris ipsis vxores tulerit. Improbanda res. cum constet, quantopere blanditiæ voluptatum eneruauerint ferocissimum

alioqui

alioqui exercitum Pœni. Fuerunt autem Romanis duplicia castra, Æstiua & Hyberna. Illa rursus duplicia, ait Lipsius, à mansionis & moræ differentia. Si enim vna alteráque, aut paucæ omnino noctes in iis agendæ sine alia additione *castra* dicebant, aut *mansiones*: Si diutius subsistendū, *Statiua*. Diuidi solent & castra a forma, sicut notatum a Vegetio *lib. 1.* ita vt alia sint quadrata, alia trigona, alia semirotunda. Circulari figura opus est, si exiguas copias videri velis: quadrata, si magnas: triangulari si maiores. Munire castra & sub vallo totum exercitum cōtinere primus omnium docuit Romanos Pyrrhus Epirotarum rex cum eius castris essent potiti. Ceterum in iis ponēdis atque metandis inprimis explorabant salubritatē loci. Proinde cauebant ne humilibus locis ponerēt aut paludosis. Cauebant itidem, ne mons vicinus aut imminens altior esset, qui occupari posset ab aduersariis. Sæpe etiam castra mutabant, eoque remedio pariter vtebantur aduersus otium castrense. Quando iam castra erant metati, primo loco figebant signa, quæ hastis inferiori parte acutis infigebantur. Huc refero ista Vegetii lib. 3 cap. 8. *Prima signa suis locis intra castra ponuntur, quia nihil est venerabilius eorum maiestate militibus.* Longitudinem castrorum metitur Lipsius a porta Prætoria ad Decumanam: Latitudinem à principali dextra ad sinistram. Vias in illis agnoscit Polybius, haud plures quinque. Tandem verò castra de nauibus quandoque dici, sicut ex 3. *Æneid*, notabam, vbi Poeta ait, *nos castra mouemus*, ita velim Philologus hic ad calcem adiectum ne sinistrorsum accipiat.

Casus a cadendo *Festo Pompeio*. In iure est aliquando inopinatus rei euentus, aliquando facti species proposita, de qua disputatur. Casum fortuitum definire videtur Vlpianus, qui præuideri potest nullo humano consilio, *l. 2. § sieo tempore. ff. de admi. re. ad ciuit. pertin.* cuique humana infirmitate resisti nōn potest.

Catamitus, puer; Græcā originē dictus Latinis, qui mercenarius est, ἀπὸ τοῦ μισθοῦ mercede. Talis Ganymedes à Ioue raptus ad stuprum fuit quondam volunt. Quamquam non pauci aliter fabulam intelligant, cùm raptum eum fingunt, vt esset Ioui à poculis, præeunte Homero, quos inter Plato 1. de legibus damnans fabulam, tam nefariè de puero pulchro à Venere contra Iouem confictam.

Cataphractus miles, siue is pedes siue eques sit, vndique scilicet munitus, ἀπὸ τοῦ καταφράττειν, id est, *muniendo* nomen accepit. Vnde & nomen ipsi cataphractæ, quæ vox loricam vel thoracem denotat Latinis, recteq; pedites cataphracti pro loricatis accipiuntur apud Liuium *libro 37.* Equitibus cataphractis plus periculi fuisse à peditibus, quàm ab equitibus, colligere licet ex *Ammiani 16.* Nonius ex Sisenna & Sallustio nominat cataphractos vndique septos armis equites. Lege cataphractos. Apud medicos est & cataphracta genus deligaturæ, quæ iis adhibetur, quibus deligare iuxta ingulum conuenit latum obscapularum, pectus, dorsum, aut latera, cui nomen inditum à similitudine thoracis Romani, quem cataphractam vocant, *vt scribit Galenus libro de Fasciis.*

Catapotia Latinis *pilulæ*, quasi *paruæ pilæ*, à καταπίνειν, quod *ebibere* aut *deglutire* significat nomen sumserunt.

Catapulta machina bellica, sed duplex: Vna, quæ iaculabatur lapides & saxa: Altera, quæ tela & grandiores sagittas, iuxta Appiani illud in Iberico, καταπέλται μὲν ἐπέκειντο τοῖς πύργοις ὀξυβελοῖς τε καὶ λιθοβόλοι. accersisse videtur nomen ἀπὸ τῆς πέλτης quæ Hesychio auctore notat δόρυ καὶ ἀκόντιον, hastam & iaculum. Polybius numerat etiam inter λιθοβολικὰ ὄργανα. Turnebus vult interim tormentum, interim telum ea machina emissum designare. Apud Suidam supplicii genus est. Vtcunque. Vbi Archidamus catapultarium telum vidisset

receus

recens allatum è Sicilia, dixisse legitur apud Plutarchum ὤλεῖο ἀρετά.

Cataphryges Hæretici, qui dicebant spiritus sancti donum in se non in Apostolis exstitisse, sunt nomen adepti, quod in Phrygia innotuerint primum. Auctores Montanus, Prisca & Maximilla.

Catarrhus, κατάῤῥοος vel καταῤῥοῦς, si Latinè reddas, defluxus, ἀπὸ τοῦ κάτω ῥεῖν, *quod deorsum fluat*. Est quippe destillatio excrementorum capitis in corporis partes subiectas. Cùm in nares defluit, dicitur κόρυζα: cum in fauces, βρόγχος: cum in gurgulionem, σταφυλὴ & κίων. Si descendat in pectus & pulmonem, nascitur peripneumonia aut asthma: si in fauces [illegible] asperam arteriam, raucedo: Si in v[illegible]ulum, appetitum subuertit: Si in intestina, alui profluuium citat. Proprie tamen catarrhus dicitur cùm in os, fauces, aut palatum delabitur. Volunt autem Medici huiusce mali seminaria perpetua esse duo, calidum hepar, & frigidum ventriculum. Accedit externus & frigidus aer, aut exprimēdo, aut intro calorē cogendo: calidus verò & austrinus caput replendo, & humores liquando. Sæpe in caussa intemperies cerebri calida, quæ humores in cerebro dissoluit & extenuat, pluresq; vapores à partibus subiectis attrahit, quā concoquere, aut per halitum expellere possit. Multò frequentius parit hoc malum magna cerebri imbecillitas, frigidaq; adeo & humida intemperies, cùm alimentū ad cerebrum missum nō digeritur probè. Vnde exsistit magnus excrementorum prouentus. Auget denique malum crapula, & à potētibus vinis orta nimia repletio

Catasta locus, in quo venalitii serui asseruabātur, appellatus καταςάναι *constituend*. Illic quoniam magnus erat seruorum strepitus, ait Martialis: *Heu quam lingua silet, non illam mille catasta vincebāt.* Item alibi *auaram* vocat, Persius *rigidam*, Tibullus *barbaram*, id est crudelem.

* *Catasta* describitur ab eruditiss. Casaubono, his verbis in Satyr 6. Persij; *Catasta* vox Romana, sed Græcæ, vel potius Siculæ originis, vt aliæ non paucæ, quæ ab istis ad Romanos corruptæ & semibarbaræ transierunt, reliquis Græcis omnino incognitæ. Siculorum linguam Græcam multis modis vitiatam fuisse etiam illi norunt, qui solum Plautum attigère à verbo καθιςάθαι, aut voce κατάςασις facta est vox *Catasta*. ita dixerunt pegma ligneum, in quo suos venales collocabant cùm eos vendebāt, aut ad venditionem parabant. publicè mancipia fuisse in catasta vendi solita indicat locus Plinij de Chrysogono Syllæ liberto, *Talem in catasta videre Chrysogonum Syllæ*. Sed erant etiam in ædibus Catastæ, quas arcanas vocat Martialis epigrammate in Mamurram: à quo discimus ligneam fuisse catastam à tabulatis constructam. qui seruos emebant solebant nudare illos, & diligenter essent ne omnia membra integra & valida perspicere: neque hoc solùm, sed etiam saltare & aliis modis suæ agilitatis specimen dare. quare Martiali *eques de catasta* dicitur qui ibi fuerat vēditus: vt mirari nemo debeat, quod machinam ad torquēdum paratam, quę vulgo equuleus dicebatur. catastam etiam appellarint In martyrologiis sæpe legas in catastam martyres fuisse impositas. Prudentius de Romano martyre; *Emitto vocem de catasta celsius*, & sæpius alibi. nec solùm pro equuleo vsurpat; sed pro quouis pegmate ligneo, cui imponi solent qui variis suppliciis afficiuntur. ita accipe catastas igneas in Peristephanon hymno primo, & similes locos in historiis martyrum. Hæc ille. קוט *Kot*, afflictus est, molestia est affectus & offensus. Idem quod קטט *Katat*; quod affinitatem habet cum קוץ *Kots* compunctus est. Inde κοτέω tædio afficior, affligor. In catasta sanè tædium & grauis afflictio.

Catechismus, vnde *catechizare* verbum, quo est vsus Tertullianus libro de corona militis, significans nobis doctrinæ Propheticæ & Apostolicæ elementare compen-

compendium, quod rudioribus traditur viua voce, & ab eisdem exigitur, descēdit a verbo κατηχίζειν, sicut catechesis à κατηχεῖν, quod nihil est aliud, quā viua aliquid voce significare & instituere, quod est ἀπὸ στόματος διδάσκειν, id quod nonnunquā fit simplici narratione, crebro tamen inculcata, vt *Act.* 21. aliquādo pleniori institutione. Mos enim fuit in Ecclesia primitiua, vt baptismatis cādidati viua voce fidei nostræ mysteriis imbuerentur, quod Paulus & Lucas κατηχεῖν vocant. Qui ergo docebātur, Catechumeni dicebantur. *Auditores* nominat Tertullianus. Sed & νεόφυτοι dicti *grandiores catechumeni* nondum vel recēs baptizati, qualis Ambrosius fuit, postulāte necessitate in Episcopū electus aduersus Arrianos, qui Ecclesiā inuaserāt. At qui principia illa docebāt, Catechistæ sunt appellati, deducto vocabulo à κατὰ & ἠχεῖν, quod *sonare* imo *personare* significat, quòd in ea institutione sonora voce, summa item fide & diligentia, sit opus. Cicero Græca ista vocabula eleganter officiorum initio *circumsonandi* verbo expressit.

Catena dicta, quòd se capiendo teneat. Capit enim annulus annulum. Magis id placet, quam si cum aspiratione scribas cathenam, quasi deriuetur à voculis Græcis καθ᾽ ἕν, vt quidam existimarunt.

Catharticum medicamentum, καθαρτικὸν Grecè, id est, purgatorium παρὰ τὸ καθαρίζειν, id est, *purgando* deductum. Intelligunt autem catharticū duobus modis: Vno omnium communi, quod quouis modo excrementa expurgat: Altero, quo κατ᾽ ἐξοχὴν illud significat, quod purgat per vomitū aut alui deiectionē. Pro facultatibus autē diuersis aliud dicitur φλεγμαγωγὸν, aliud χολαγωγὸν, aliud μελαναγωγὸν. Purgatio ipsa, quæ est humorum sua qualitate molestorum euacuatio, vt definit Galenus *Commēt. in Apho.* 3 *lib.* 1. dicitur medicis κάθαρσις. Etsi Hippocrates quandoque hac voce vacuationem istam accipiat, quæ fit pleuriticis per sputa sicut docet idem Galenus Commentar. in Aphoris. l. b. . In purgando vero obseruandus hic Aphorismus Hippocratis: εἰ ἐν τὰ σώματα ἐθέλῃς εὐροεῖν, φαρμακεύοντα δεῖ ποιέειν, id est, oportet eos purgare, qui corpore [illegible] ano.

Catholica dicitur Ecclesia, id est, vniuersalis ἀπὸ τοῦ καθόλου, *quod ... vniuerse significat*, vel ἀπὸ τοῦ καθ᾽ ὅλον, *quod est secundum totum*, sicut censet Eucherius Lugdunensis Episcopus, *formular. spiritual. lib. . cap. extremo.*

Catinus vel Catinum, vas escarium à capiendo Varroni dictum. Rectius id genere neutro dici quam masculino vult Isidorus. Ego vtroque modo à probatis auctoribus vsurpatum inuenio.

Catius Deus, qui homines faceret acutos & catos. *August. lib.* 4. *de ciuit. Dei. cap.* 21.

Cato, auctore Plutarcho in Catone Maiore, vir multarum rerum peritus appellari consueuit quasi *catus*, id est, acutus & sapiens. Quapropter catus Ælius Sextus est Ennio, imo homo cordatus. Recte ergo Porphyrio Catonem doctum & vsu politum hominem interpretatur. Rectè Cicero 1 in Verrem clarissimum & prudentissimum appellat. Cùm autem multis hoc nomen inditum constet, duos tamen fuisse maxime celebres, Censorium vnum à censura, Vticensem alterum, ab Vtica Africæ vrbe maritima dictum sciendum est, qui ne incideret in Cæsaris manus Pompeianis deuictis, quorū partes fuerat secutus, ferro seipsū traiecit. In Rhetorum scholis factum hoc eius miris sæpe præconiis est commendatum, tanquam hominis constantissimi, sapientissimi, fortissimi. At improbant Lactantius & Augustinus, cùm redempti simus sanguine agni immaculati, & nemini proinde liceat in se quidquam, quasi sui sit iuris. Norūt ipsi quoque gentiles, in primis Pythagoras, discedendum esse nemini ex hac vita sine Imperatoris, hoc est, Dei omnipotentis iussu. *Ingrati* est, inquit Egesippus lib. 3.

citius discedere, quam velit, & diutius viuere, quam ipsi voluerit, qui donauerit. Proinde monet diuinus Socrates in Phædone, exspectandam esse necessitaté, qualis incumbebat ipsi bibituro cicutam. Equidem mera mollities & impatientia animi est αὐτοφονία, neque nobile ipsius lethum, *vt canit Flaccus ode vndecima, libro 1.* verum infame, turpe, dedecorosum. Tantùm abest, vt eiusmodi hominem inuictum, ἀπαθῆ, & ab omni parte beatum pronunciare debeamus.

Catti, Germaniæ populi Cheruscis & Hermunduris finitimi, Georgio Fabricio & aliis Hessi, ex censura quorũdam assumserunt hoc nomen propter ferociã à felibus seu cattis, id quod attestatur & Iunius, qui addit Batauorum lingua viros virtute, id est, fortitudine præstantes, etiamnum vocari cattos. Alii (quod vix etiam arripuerim) dixisse putant Romanos Cattos pro Hessis, vt Attici θάλαττα pro θάλασσα: Nisi Chattos primũ dixisse probes, & tãdem, quo facilius pronuntiarét, aspirationem esse omissam. Principes horũ celebrantur à Tacito *2. & 11. Annalium* Arpus, Adgandestrius, & Catumerus. Prodit idem *libro 12.* crebra ab illis latrocinia fuisse agitata in Germania superiore. Tandẽ perdomitos eos cum Dacis post varia prælia à Cæsare Domitiano ex Suetonio didicimus, cui Martialis subscribit his verbis: *Ex Cattis gloria tota tua est.*

Catularia Porta Romæ dicta, quòd non longe ab ea ad placandum caniculæ sidus, inimicum frugibus rufæ canes immolarentur, quo ita fruges flauescentes ad maturitatem perducerentur. *Festus*,

Catuli propriè sunt canum per diminutionem distincti, vt ait Isidorus Atqui iam aliorũ quoq; animalium catuli dicuntur vsurpatione auctorum lõga. Festus scribit, catulum esse & vinculi genus, cui interdũm est nomen canis.

Catus idem quod callidus, παρὰ τὸ καίειν *comburendo*, vel etiam à canendo.

Caucasus mons Scythiæ, Græcis ἄξενος, ἀπάνθρωπος, ἀέαλες ἐρημία. inhospitalis, nullis inhabitata hominib. inaccessa solitudo, videtur Isidoro adeptus nomẽ à cãdore, quod orientali lingua *casfin* candoré ac niuẽ significet. Vnde Scythæ vicini nominãt eundẽ montẽ κρόκασιν. Quæ omnia conueniunt scholiis Eustathii in Periegesin Dionysii, vbi scribit miseris ipsius incolis semper frigidam esse niuem, & frigus perniciose spirare.

Caudex appellatus est Appius Claudius, *teste Seneca libro de vitæ breuitate*, quòd omnium primus auctor fuerit Romanis, vt conscenderent nauem. Pluriũ enim tabularum contextu erat veterib. caudex. Agellium vide *lib. 10. cap. 25.* Hinc *caudicariæ naues* ex tabulis crassioribus factæ *apud Festum Pompeium.*

Cauea à cauo dicta Varroni, vt & conuallis.

Cauiares hostiæ dictæ, quod cauiæ, id est, pars hostiæ cauda tenus duceretur, vel potius (vt alii) diceretur, eaq; poneretur in sacrificio pro collegio Pontificum quinto quoq; anno. *Festus.*

* *Caula*, in qua concluduntur pecudes, מכלא. *Miclа*, à verbo כלא *cala*, clausit, cohibuit. Hinc κλάω, κλήζω claudo, concludo κλεὶς, κλῄς, clauis; κωλύω impedio, κυλίω deuoluo.

Caupona, à rerũ, quæ ibi venduntur, copia. Isidorus à capiendo deducere mauult, quemadmodum etiam caupones, cum quibus eadem illi origo,

* *Caupo*, à caupona, & caupedia, siue cupedia dicta sunt omnia esculenta venalia, à cauponando, inquit Scaliger. Nã cauponari olim non de vna re, vt nunc, sed ad multa alia extendebatur, vt καπηλεύειν Græcũ. Itaque Ennius dixit *Cauponare bellũ*, quod desumpsit ex Æschylo, ὁ καπηλεύων μάχην. Quare Cupo caupo, cupa, caupa, apud Ciceronem in Pisoné, *Panis & vinum à propola, & de cupa.* Significatur eum nunquam de penu & promptuario viuere, sed de Caupona; quod Horatius vocat *de numerato viuere.*

Cupam

Cupam vocauit quam Virgilius Copá, & Copa Syrisca caput Graia redimita mitella. Vt à πίθηκος πίθων, à κάνθηλος κάνθων, Sic à κάπηλος κάπων. Vnde Latinè Caupo qui & Copo.

Caussa. Non possum præterire hoc loco, nimis præposteros esse nonnullos in etymis perquirendis, dum ineptam amplectuntur rationem in eo eruendo. Nã caussa nomẽ accepisse videtur illis, quasi καῦσις, quòd res velut ardore quodam accendat, & ad agẽdum inflãmet Fallũtur equidem: sicut & illi, qui à casu deducunt, etiamsi dicere videãtur aliquid. Nec magis probandi qui referunt ad chaos. Melior eorũ sentẽtia, qui à *cauẽdo* trahũt, quòd ea sit, quæ cauet, vt aliquid agatur, aut non agatur. Quæ enim pura putaq; nomina Latina etymon agnoscunt è Latio petitum, illa transmarina originatio nequaquam affingenda.

Cautes, aspera saxa in mari à *cauando*, quasi cauatæ, Isidoro sunt dictæ,

Cautio, quæ Græcis est ἀσφάλεια, vnde potius, quàm à cauendo deduci queat? Vulgo securitas dicitur, quo sẽsu accipit Põponius *l. plus cautionis ff. de regul. iur. antiq. Alias instrumenta, tabulas*, syngraphas & chirographa eo nomine contineri, ostẽdit *l. lecta ff. si cert. petat. l. pen. ff. ad leg. falcid.* Interpres nouellarũ Iustiniani τὴν ἀσφάλειαν vertit cautelã, quo pacto etiã accipi cautionis vocabulum à Cicerone *21. de Oratore* refert Nonius Marcellus.

Cayster Asiæ fluuius, in quo cygnorum permagna fuit frequentia, ἀπὸ τοῦ καίειν fertur habere nomen, quòd sit propinquus τῇ κατακεκαυμένῃ, quæ Asiæ pars est pretorrida. Nullas illa fert arbores præter vitem, quæ ibi vinũ dat præstantissimum, quod Plinius catacecaumenitẽ ex hac origine dixit. Eustathius ἐτυμολογεῖ Il. β. hoc modo: κάϋστρος, ὁ ποταμὸς, ὡς διὰ κατακεκαυμένης ῥέων.

Cecrops, Atheniensiũ rex cui Agranus successit, Athenarũ, *(vt quidam volũt)* cõditor, origine dicitur Ægyptius Vt quidẽ Strabo neget vllam eius nominis rationẽ haberi in lingua Græca: Placet tamen aliquibus eorum coniectura, qui deductum volunt à Cherubim, eo quod instituisse feratur alatæ imaginis cultũ: Qua in noctuam inde mutata dedit occasionem calumniãdi Atheniẽses, quod tria pessima colerent monstra, quippe *populum, noctuam, draconem.* Equidem infessam primum Græciam à barbaris, apud Strabonem *libro 7. lega.* Nam ex Ægypto dicit, profectos Danaos, ex Phrygia Pelopem, Thraces in agrum Atticũ cum Eumolpo venisse, Æones & Hyãtes in Bœotiã, Therea in Aulidẽ Phocidis, Leleges & Pelasgos in Isthmũ. Ab hoc ergo Cecrope Atheniẽses dicti *cecropidæ.*

Cedar, nigredo, a קדר *ater fuit.* Fuit hoc nomen filii Ismaelis. *Genes. 25.*

Cedrus, κέδρος. Ex huius arboris ligno arca fœderis est fabricata, forte, quia neq; putrescit, nec cariem patitur. Hinc credo digna loqui dicuntur, qui ea scribunt, quæ nulla temporis iniuria abolebit. In sacris literis excelsioris potentiæ viros significat μεταφορικῶς, vel ὁμοιωτικῶς, *vt Psalmo 29. Ezech. 31.*

Celeres equites, quos numero trecentos creauit Romulus, appellati fuerunt, quòd celeriter eos accurrere voluit, si quãdo Respub. opera eorum indigeret. Vel à Celere primo eorum præfecto, qui secundum locũ à regibus obtinebat, *teste Pomponio l. 2. ff. de Orig. iur.* Hoc in numero fuit Iunius Brutus, qui auctor exstitit reges eiiciendi. Idẽ dicit Magistros equitum Dictatorib ita fuisse iunctos, sicut Regib. tribuni Celerũ. Quoniam verò trecenti erant, sciendum denos ex singulis curiis delectos. Sequebantur Regem, quocunque incedebat. Primi pugnam inibãt cum hoste vt protectores & antesignani. Postremi etiam ex pugna redibant.

Cella à celando, quòd in ea celari & cõdi quid soleat. Vt idẽ fuerit auctorib. quod ἀποθήκη repositorium. Hinc cella oleria, vinaria, apud iuris & rei rusticę scriptores. Hodie accipatur quoque pro

solitario loco & ab hominum conuictu separato, in quem se abdunt ad contemplandum. Vide *cap priu legium, de verbor. signi icat.*

Celox, paruum nauigium celeritati nomen adscribit.

Celsum, quod dicitur ἀπὸ τῶν κελήτων, qui sublimes feruntur equo, vt quibusdam videtur & inter eos præuio duce *Festo Pompeio*. At Isidorus à *cælo* dictum affirmat, quod sit sublimis & altus quasi cœlestis. Vincit Festus, si nomen nomini compares: Isidorus, si sensum spectes.

Celtæ iuxta nonnullos, fabulose tamẽ, appellationem trahũt à Celto Herculis filio. Auctor Parthenius, qui scripsit τὰ ἐρωτικὰ Alii, cũ robusta & valida natio fuerit, deducunt à Germanica voce *geltẽ* quòd potentia & viribus valuerint. Veteres enim eo nomine non solùm Gallos intelligebant, auctore Appiano Alexandrino, sed & Germanos, vt ex Herodoto aliisque eius, aut sequentis ætatis scriptorib. constat. Maximè tamen eos Germanos fuisse crediderim. Nã quod Aristoteles *Politicorum* 7. hunc morẽ tribuit Celtis, quòd recens natorũ puerorũ corpora explorarent ad fluuiu intingendo aquis, idipsum Germanorũ moribus tribui apud Cæsarẽ, & Melã legas. Eodẽ refero Græci Poëtæ testimoniũ de Celtis probãtibus prolẽ spuriã vel legitimã Rheni lauacro Sunt enim Celtæ Germani qui Celtica dicta Gallia expulsis Gallis, aut saltem iis permixti trans Rhenũ flumen consederunt. Quo factum affirmante Dione libro 39 vt Celtæ vno nomine sint appellati, ἑκάτεροι οἱ ἐπ' ἀμφότερα τοῦ ποταμοῦ οἰκοῦντες, qui ex vtraque parte Rheni habitabant. Priora etyma nostra si cui displiceant, cõmodè ille eosdẽ Celtas deflectere poterit ἀπὸ τῶν κελήτων quodam equorum ad Pindarum genere, qui ab vno agitantur sessore. Germani, non multum abludente voce, nominant *ein Zelter*. Nos *cente ler.*

Cenotaphium, monumentum memoriæ caussa factum, in quod nec corpus nec reliquiæ sunt illatæ. Honorarius tumulus Suetonio, quale Virgilius Hectoris manibus ab Andromache erectum canit *Æneid.* 3. Hecubæ Ausonius in Epitaphiis, ἀπὸ τοῦ κενοῦ τάφου *vacuo sepulcro* nomen inuenit. Meminit eius & Iurisconsultus *l. 6. §. 4 ff. de rer. diuis.*

Censor Censores, qui ex magistratib. maioribus erant, & à Consulibus Centuriatis comitiis creabantur, vtiliter sanè, quippe ad retinendum bonos mores & disciplinam in quouis statu, nomen tulerunt, quòd censione, id est, arbitrio eorum censeretur populus, *iuxta Varronẽ 4. de lingua Latina*, vel quòd censui præessent secundum Liuium *lib. 4.* Quanta illorum in omnes ordines censoria fuerit potestas, vel ex sequentibus liquere poterit. Cùm enim singulorũ hominũ mores vitamque obseruarẽt, notare poterant quemcunque ciuem ignominia, siquidem arborem aut vineam non curasset, agrumue passus esset sordescere. Licebat illis equiti annulum & equum adimere, si gracilẽtum & strigosum parumque nitidum eum haberet. Senatorem quandoq; loco mouebant, sicut de Manlio scriptum, quod præsentibus liberis osculatus esset vxorem. Præfiniebant quoq; fullonibus modum in vestibus pingendis. A Scipione & Popilio Censoribus sublatas fuisse statuas omnes circa forum, quæ non erant positæ sententia Senatus apud Plinium legas *libr. 34. cap. 6.* Idem scribit *lib 33. cap. 4* cõstitutum lege Censoria de numero metallicorum hominũ, ne nimis multi aurifodinis adhiberentur. Notãdum quoque duos tantummodo viros auctoritate & virtute insignes deligi solitos ad istud munus, & vt plurimum Consulares, nec post Martium Censorium vlli licuisse bis fungi hoc magistratu. Infaustum habebatur Censorem mori, quod mortui Cẽsoris calamitatem à Gallis illatã præcessisset Quid quod vno mortuo, mox & Collegã magistratu abire oporteret,

teret, nullusque in demortui locum sufficeretur, *teste Livio lib.4.5.6.9.* Et primum quidem hic magistratus patriciorum tantummodo fuit, tandem quoque plebi communicatus. Anno ab V.C.311. sunt constituti Censores primi, renouato Censorum delectu quinto quoque anno, *vt ex Liuii 4. & 9. constat.* Quamquam posterioribus tēporibus integro quinquennio functi fuerint hoc magistratu. intermissa cēsura post annū 667. restituta tandem legitur anno 685. Sublatam quoque Cēsuram à Clodio Tribuno plebis inter ceteros eius perniciosos conatus legimus, ne videlicet aliquem Senatu mouerent, nec aliquem ignominia afficerent, nisi qui apud Tribunos accusatus & illorum quoq; sententia esset damnatus: At eam Q. Metellus Scipio Pompeii in consulatu collega integram Reipub. restituit. Sed pręcipuè census agendi gratia constitutos primùm censores. refert Pomponius *l.2. de Orig. iur.* sicut & Fenestella *cap.17.* probat. De hoc itaque nonnihil præsenti loco dicendum restat. Est autem census institutus primùm a Seruio Tullio, anno regni duodecimo, fortè ad Solonis exemplum, in enumeratione populi & facultatum cùm distributione tum æstimatione consistens. Auxit rex idem numerum classium, in quas populus Romanus erat distinctus, siue quod maior esset multitudo populi, siue discriminis subtilioris caussa, vt opes cuiusque magis distinctæ apparerēt. Sex itaque classes fecit, *vt numerat Dionys. 4.* Quamquā Tubero, *Gellio teste libro 10. cap. 28.* tantum quinque recenseat, nulla classis vltimæ ratione habita, quam Liuius tantùm cēturiam appellare videtur. His autem classibus comprehensos tantummodo eos, qui arma ferre possent, rectè Fabius Pictor apud Liuium notauit, apparetq; ex ipsa classium descriptione. Nam primæ classi erat eorum, quibus in censu erant centum millia æris aut supra, id est, nostratis pecuniæ circiter coronati mille. Arma gerebant ex ære, galeam, clypeum, ocreas, loricas. tela, hastam & gladium. Secunda classis erat eorum, quibus in censu erant septuaginta quinque millia æris aut supra vsque ad centum, *id est,* nostra pecunia coronati septingenti quinquaginta quinque, atque hi arma gerebant, galeam, scutum, ocreas, tela, hastam & gladium. Tertia classis eorum erat, qui in censu habebant quinquaginta millia æris, nostra pecunia coronatos quingentos, eaque etiam in 20. centurias distributa, eodem discrimine, quo priores, id est, seniorum decem & totidem iuniorum. Arma his erant. *galea, scutum, tela, hasta & gladius.* Quinta classis eorum, quibus in censu viginti quinque millia æris, id est, pecuniæ nostræ coronati circiter ducenti & quinquaginta, distributa pariter in viginti centurias. His arma erant, scutum, tela gladius, verutum. Quinta eorum erat quibus in ære erant vndecim millia æris, id est, pecuniæ nostræ coronati centum & decem. Pro armis habebant tela, fundas, & lapides, *vt ait Liuius*, inque centurias triginta fuit diuisa. Huic classi accenset Liuius tres cēturias Cornicinum, Tubicinum & Accensorum. Dionysius contra in quartam reiicit, facitque duas centurias, & rectè quidem, sicut opinor, id quod in Liuio corrigēdum. Sexta, non classis reuera, sed centuria fuit. In ea censione omnes, quibus infra vndecim millia ęris in bonis, tum aliquo tamen discrimine, vt quibus mille quingentum aut supra census esset, id est, nostræ pecuniæ Coronati quindecim, dicerentur Proletarii: Quibus infra, capite censi. Atque hi à tributis & militia diu immunes. Vide A. Gellium *lib.16.cap.17.*

Census. Vide *Censor.*

Centaurium herba, nominis originem habere creditur à Centauro Chirone, qui herbariæ Medicinæ haud imperitus fuit. Is cum Herculem suscepisset hospitio, & eius sagittas manibus

tractaret, decidit carum vna in pedem, cui vulnus inflixit, ex quo factum χειρώνειον ἕλκος Chironium vlcus, nẽpe malignum, inueteratum, oras duras, callosas & tumentes habens, ex quo sanies non multa, sed tenuis exit, cum modico dolore, nullo autem malo odore aut inflammatione, cui interdum tenuis inducitur cicatrix, sed rumpitur iterum, atq; ita ęgre sanescit, etiamsi non serpat longè vllumque periculum fert. Idem τηλέφιον dici solet. Ad hanc rem alludit Poeta canens hoc modo:

Dũque senex tractat squallẽtia tela venenis,
Excidit, & laeuo fixa sagitta pede est.
Ingemuit Chirõ, traxitque e corpore ferrum,
Et gemit Alcides, Haemoniusque puer.
Ipse tamen lectas Pegaseis collibus herbas
Temperat, & vana vulnera mulcet ope.

Vbi tamen in eo differt à reliquis, quòd Chironem nil opis à medicamẽtis accepisse scribat. Duplex Centauriũ ponit Dioscorides, mai⁹, quod Rhaponticum vult esse Ruellius, & minus, vtriusque *lib.3*, abunde relatis.

Centaurus. Centauros omnes finxerũt veteres biformes, priori parte humana, posteriori equina, quòd, cùm primi in sua regione rationem domandi equos & procedendi cum eis ad bellum inuenissent. eiusmodi formam aspicientibus eminus viderentur repraesentare. Nomẽ datũ ἀπὸ τοῦ κεντᾶν vel κεντεῖν τοὺς ταύρους, quòd *tauros pungere & stimulare* significat. Vnus eorum (*vt reliquos faciam missos*) Monychus est dictus, indito nomine ab vngui, qui Graecis est ὄνυξ, & μόνος solus. Homerus saepissimè epitheton hoc tribuit equis, quod solidis sint vnguibus non, inquam, fissis. Quo vel inde biformis illa natura ipsis tributa magis probari queat. Palephatus *taurorum* abactores fuisse existimat, quos propterea stimulis pungebant, qui locus refertur & à Paulo Orosio *libr.1.cap.13.* sed paulò breuius & obscurius, quam res ipsa exigit. Fabulantur Poetae, sicut & Diodorus refert, *lib.5.* centauros omnes in Pelio Thessaliae monte à Nymphis enutritos: Item natos ex illis Hippocenturos Quod adeo fabulosum credidit Iustinianus, vt inutilis sit stipulatio, si quis Hippocentaurum sibi stipuletur dari.

Centesima vsura apud Romanos habita, cùm pars sortis centesima singulis mensibus penderetur, id est, de centum aureis vnus, atque ita quotannis duodecim. Fit eius mentio *l. 4. §.fin.ff. de nautic. foen.*

Centumuiri iudices quidam fuerunt, non magistratus, etiam *Ouidio teste 3. de Ponto.* Audiendus de illis Festus, quo simul vocis origo constet. *Centumuiralium*, inquit, *iudicia à centumuiris sunt dicta. Nam cùm essent Romae XXX. & V. Tribus, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui Centumuiri sunt appellati. Et licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen, quo facilius nominarentur, Centumuiri sunt dicti.* Haec Festus. Sic interpretes septuaginta sunt nominati, qui sacra Biblia ex lingua sacra in Graecam transtulerunt, etsi numero fuerint 72. Meminit illorum *l.17.ff.de inoff.testam.* & *Iustinianus. l.fin. C. de liber.praeter.* De quibus autem controuersiis exercuerint iudicia, docet Cicero *1.de Oratore*, nempe de vsucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus, alluuionibus, circũluuionibus, nexis, mancipiis, parietibus, luminibus, stillicidiis, testamentis ruptis aut ratis. At enim posterioribus temporibus multum creuit eorum iurisdictio, sicut in Fabio videre licet *lib. 4. cap.1. & lib.5.cap.2.* Auctum eorum numerum ad centum & octoginta, manente tamen semper Centumuirorum nomine, testatur Plinius Iunior *6.Epistolarum. epist 33. ad Romanum.* Diuidebantur quoque *in 4.Consilia.* Signum centumuiralis iudicii erat hasta in foro constituta, cuius Suetonius meminit in Augusto, *cap. 36.* vt Cicero *1.de Oratore* cum dicit, Centũuiros iudicasse posita in foro hasta. Vnde & hastae praefuisse dicuntur. Sed & Martialis de

tiadis de ea *lib.7. Hunc mirantur adhuc centum grauis hasta virorum.* Moris huius etiamnum reliquiæ quædam in iudiciis apparent, cum index solemni baculo manibus prætento iudicij auctoritatem asserere solet. Est enim hasta fortitudinis nota: Ius autem inuiolabile & incorruptibile. Verùm alij Romanos hastam iudiciis præfixisse putant idcirco, quòd familiaris ipsius hastæ vsus fuerit domi & foris. Cum ergo legis apud Pomponium altera lege *de Orig. iuris*, cum esset necessarius magistratus, qui hastę pręesset, Decemuiros Alitibus iudicandis esse cōstitutos, haud immerito suspectus videri queat locus: Mihi sane placuerit pro Decemuiris Centumuiros legi, id quod Budæo etiā probari video *in annotationibus suis*, quamtumuis contra nitatur Zasius Decemuiros retinens, ductus Fenestellæ auctoritate.

Centurio, Gręce ἑκατόνταρχος, *à centum militum numero* nomen accepit. Nam & singuli Celerum præfecti, qui in tres centurias erant diuisi, dicebantur *Centuriones.* Tales in qualibet apud Romanos legione sexaginta fuisse (ex peditum enim millibus sex ea constabat) testantur Dionysius *libro 9.* Tacitus *Annalium 1.* Cinsius apud Gellium *libro 16. cap. 4.* & Isidorus. Omnes verò signum in galeis gestabant: Cristas fuisse crediderim de veterum more, aut literas quasdam seu titulos in iis effictos, vt dignosci possent. Insigne eorundem fuit vitis. Quo spectant illa Lucani libro 6.

Scæua viro nomē, castrorū in plebe merebat,
Ante feras Rhodani gētes, ibi sanguine multo
Promotus, Latiam longo gerit ordine vitem.

Scire etiam placet, qualem esse voluerint centurionem? Vegetium audi, qui *lib. 2. cap. 14.* scribit hoc modo: *Præterea sicut centurio est eligendus, qui sit magnis viribus & procera statura: qui hastas vel missilia peritè iaculetur & fortiter, qui dimicare gladio & scutum rotare doctissime nouerit, qui omnem artem didicerit armaturæ, vigilans, sobrius, agilis, magis ad facienda, quæ ei imperantur, quàm ad loquendum paratus, &c. similiter eligendus est decurio, qui turmæ equitum præponitur, imprimis habili corpore, & loricatus, & armis circundatus omnibus cum summa admiratione equum ascendere possit.* Pro armis autem habebant cataphractas, scuta & galeas ferreas. Munus eorum erat vigilias obire, *vt ex 2. Historiarum Taciti apparet*: Item munera militibus distribuere, negligentius operantes punire, *sicut Vegetius docet libro primo cap. 25. & libr. 3. cap. 8.* Eodem auctore vetus fuit consuetudo, vt primi pili centurio πρώτου πίλου ἄρχων *ex primo legionis principe* promoueretur, qui non solùm aquilæ præerat, verùm etiam quatuor centurias in prima acie ducebat.

Cepa, quod nihil aliud, quam caput sit, dicta est *Isidoro.* Dignum notatu, quod *lib. 19. cap. 6.* de ea scribit Plinius. *Allium*, inquit, *cepasque inter Deos iureiurando habet Aegyptus.*

Cephas, id est, Petrus, videtur Anacleto dictus *can. sacrosancta distinct. 22.* ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, id est, *capite.* Sed constat Syriacum esse vocabulum significans saxum aut petram. Fauet eidem Isidorus eiusdem linguæ imperitia lapsus, sicut videre est apud Eliam Thisbitem in dictione כפא.

Cerastes, κεράστης, *serpens.* Psyllis olim familiaris, totumque se sabulo tegens, & nihil pręter cornua ostendens, vt auiculas venetur ac alliciat, *vt legere licet apud Aelianum & Plutarchum in vita Catonis.* nomen inuenit ἀπὸ τῶν κεράτων, id est, *cornibus*, quæ aliquando pręfert tantummodo duo, nonnunquam quatuor aut octo. Facilè se ad S literę figuram incuruat. Plura de eo vide apud Nicandrum *de Venenis libro*, Statiū *Thebaid. 1. Dioscor. lib. 7. cap. 17.* Aetium denique *lib. 4. cap. 26.*

Ceratum vel *Ceroum*, κηρωτὴ Græce, nomen deductum à cera κηροῦ. Constat enim ex oleis, gummis, succis, aliisque liquoribus cera vnitis, & substantia medium inter emplastrum & vnguentum.

Quamquam

Quanquã ius nõ eadẽ p rpetuò forma.

Cerberus infernalis canis,quem Hesiodus πεντηκοντακάρηνον vocat, Euripides τρικάρανον θῆρα: *tripitem ferum*, appellatus hoc nomine, quasi κρέας βορῶν vel κρεόβορος *carnem vorans*. Centum huic etiam capita tribuit Isacius, item Horatius *Carminum 2.* Apollodorus autem *libro 2.* Tibullus *libro 3* & Sophocles *in Trach.* tria capita tria. At centum pro multis forte accipere possunt illis. Hesiodus enim καρχαρόν appellat, Horatius *immanem*, Virgilius *et centum ianitorem*, rursus Hesiodus ὠμηστήν, id est, *crudivorum* ... χαλκεόφωνον ferrea voce ... κρατερόν ... *fortem*. Virgilius expressisse videtur τὸ χαλκεόφωνον, cum ait:

Auerno latrans exsurgens terruit umbras.

Cerdo, qui ob quæstum artes tractat illiberales, ἀπὸ τοῦ κέρδους, id est, *lucro*, nomen est consecutus. Vnde & *Lucriones* dixerunt tales.

Cerdoniani hæretici à Cerdone quodam nominati creduntur, qui principia duo sibi inuicem cõtraria asseruit, Deũque legis ac Prophetarum non esse patrem Christi, eundemque Deum non esse bonum, sed iustum: Patrem verò Christi bonum, Christumque non ex fœmina natum, nec habuisse carnem, imo nec vere mortuum, vel quidquam passum, at simulatam ab eo passionem.

Cereales Aediles. Vide *Aediles*.

Ceres Saturni & Opis filia iuxta Poetas, Plutonis soror, vt & Iouis Iunonisque, & quam ex Iouis complexu genuisse ferunt Proserpinam raptam demum à prædicto Plutone, quam fabulam pereleganti carmine Claudianus descripsit, Ciceroni *2. de natura Deorum*, tum Varroni à gerendo est appellata, tanquam *Geres*, prima litera mutata, sicut & apud Græcos est factum, quibus ea, Δημήτηρ, quasi γῆμήτηρ dicta. Seruius tamen Georgic. 1. à *cereo* deflectit, pro quo nũc dicimus *creo*. Quoniam autem illa omnium prima instituisse creditur terram ferro proscindere, sicut Virgilius *Georgic. 1.* & Ouidius *5. Metamorph.* canunt, accipi quandoque sciendum est apud Græcos τὴν δημητέρα pro pane, vt cum Oppianus ait τυρὸν ὁμοῦ δημήτερι μιγνύμενον, *caseum simul panis commixtum*. Appellarunt & eam Legiferam, quòd leges dederit humano generi. Ait quippe Ouidius: *Prima dedit leges, Cereris sunt omnia munus.* Idem affirmat Cicero *7. in Verrem actione*, de Cerere & Proserpina loquens: *A quibus*, inquit, *initia vitæ atque victus, legum, morum mansuetudinis humanitatis exempla hominibus & ciuitatibus data ac dispertita esse dicuntur*. Diodorus libro 5 Οὐκ ἄξιον δὲ παραλιπεῖν τῆς θεοῦ ταύτης τὴν ὑπερβολὴν τῆς εἰς τοὺς ἀνθρώπους εὐεργεσίας, χωρὶς τῆς εὑρέσεως τοῦ σίτου, τήν τε κατεργασίαν αὐτοῦ τοὺς ἀνθρώπους ἐδίδαξε, καὶ νόμους εἰσηγήσατο καθ' οὓς δικαιοπραγεῖν εἰθίσθησαν, δι' ἣν αἰτίαν φασὶν αὐτὴν θεσμοφόρον ἐπονομασθῆναι. Thesmophoriorum nomen (sic vocant Cerealia sacra à Triptolemo primum instituta Athenis) quid etiam aliud significat, quam legum auctorem Cererem? In his sacris τῆς θεσμοφόρου καὶ θεσμοθέτου Cereris, mulieres Ægyptiorũ more à cibis abstinebant, & humi cubabãt. Sed & à Venere se cõtinebant, ideoque substratis viticis foliis incumbebant, Aeliano teste. Ouidi⁹ Metamorphos. 10.

Festa piæ Cereris celebrabant annua matres
Illa, quibus niuea velatæ corpora veste
Primitias frugum dant spicea serta suarum,
Perque nouẽ noctes Venerẽ tactusque viriles
In vetitis numerant.

Idem alias: *Secubat in vacuo fœmina virque thoro.* In eisdem vero sacris mactare consueuerunt bidentes monente ita Virgilio: Item *sues*, quod hoc animal frugibus, quarum Dea est Ceres, imprimis noceat. Rem enim gratam sese facturos putabant, si infensum eius inuentis animal immolarẽt frugibus eius capiti inspersis, vt appareret, qua de causa hæc victima cæderetur. Inde illud Ou. fast. 1.

Prima Ceres auida gauisa est sãguine porcæ,

Vlta

Vlta suas merita cæde nocentis opes.
Cereri Euchleæ aries etiam mactari solebat. Passim autem templorum valuis coronas spiceas appendebant. Quin rustici spiceis eam coronis exornabant. Vnde Tibullus Eleg. 1. *Flaua Ceres tibi sit nostro de more corona*
Spicea, quæ templi pendeat ante fores.
Ideo, ni fallor, εὐστέφανον eam nominat Hesiodus, sicut χαλκοστέφανον Epigrãma Græcum. Sacra eius etiam Rusticorum sacra à Seruio dici, & anniuersaria fuisse non ignorandum. En tibi Vergilii versus, qui id liquido ostendunt Georgic. 1.
In primus, inquit, venerare Deos, atque annua magna
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis,
Extremæ sub casu hyemis, iam vere sereno.
Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina:
Tũc somni dulces, densaq; in mõtibus vmbræ,
Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret:
Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho:
Terque nouas circum felix eat hostia fruges,
Et Cererẽ clamore vocent in tecta: neq; ante
Falcem maturis quisquam supponat aristis,
Quàm Cereri torta redimitus tẽpora quercu
Det motus incompositos, & carmina dicat.
Eadẽ sacra θαλύσια & συγκομιστήρια dicta sunt Græcis. Sacerdotes porro albas vestes Cerealibus sumsisse, eo, quod Deæ lętæ sacra facerent inuenta Proserpina, vel certè ob colorem, quem in aristis cernimus tempore messis, docet Ouidius Fastorum 4. cùm ait:
Alba decet Cererem vestis, Cerealibus albas
Sumite, nunc pulli velleris vsus abest.
Magna quoq; olim opinio fuit, eos qui mysteria Cereris palã fecissent, aut, cum essent scelerati, interfuissent, perditũ iri, ideoq; Neronẽ non ausum fuisse talib. mysteriis initiari. Restant ludi cereales ab eadem Cerere dicti, in quibus repræsentari solebat à matronis luctus Cereris ob raptam Proserpinam, eiusq; peregrinatio discursantis & face accẽsa quęrentis filiam. [illegible] rati cẽsebatur futuri Diis si à [illegible] nere pollutis celebrarentur [illegible] solebant octo dierum spatio in circo, proximo post Circenses die, sicut Ouidius testatur Fastorum 4. his verbis:
Circus erit põpa celeber numeroq; Deorum,
Primaque ventosis palma petetur equis.
Hinc Cereris ludi, non est opus indice caussa
Sponte Deæ munus promeritumque patet.
Atque hæc caussa fuit, vt Angelus Politianus *in Miscellaneis* Cereales eosdem cum Circensibus putaret. Exhibebantur in illis equestria certamina: Nuces, piper, & alia spargebantur in vulgus, ad captandum fauorem. Curabant eos, vt plurimum Ædiles plebis, qui si gladiatorios exhibuissent equestriũ ludorum loco, omen erat, euersum iri popularem Reipublicæ statũ. Scribit interim Liuius *lib. 30.* Dictatorem & equitũ Magistrum ludos Cereales ex Senatusconsulto fecisse. Simulacra Deæ papauer manu gestare solebãt. Quàpropter Callimachus *in Hymnis Cereris*, de sacerdotibus eius: γέντο δὲ χερὶ στέμματα καὶ μακωνα; rectèq; noster Poëta *cereale* dixit papauer, effingebantur quoque simulacra eius mammosa & plena. Vnde *gemina* & *Mammosa Ceres* Lucretio.
Cereuisia, variis dicta nominib. aliorum iudicio, vtpote ζῦθος Galeno, ζέθος Theophrasto, *zythus* Plinio, οἶνος κρίθινος Aristoteli, id est, *Hordeaceũ vinũ*, Hellanico βρῦτος, cùm Thracibus hũc potum tribueret, vt Hecatæus Pœonibus, Marcellino *Sabaia*, nomen suum à Cerere deducit, id est, fruge, quòd potio sit ex semine frumenti vario modo confecta, cuius vsus maior primis temporib. fuit apud mortales, quàm vini. Orosius scribit vsos ea potione fuisse Numantinos. Meminit & eius Florus *lib. 2.* vt & Plinius, qui eius inuentionem asscribit Libero patri. Herodotus & Strabo tradunt, fuisse olim communẽ Ægyptiorũ potum, quorũ regio viriũ est expers. Improbat eius vsum *lib. 2.* Dioscorides, appellans ζῦθον, sicut & Columella in hortulo suo. Meminit porro eius Plutarchus ebur zytho emolliri significans.

Aristoteles in Problematibus nominat *κῖνον*, de quo vide & Athenæum *libro 10.* Hæc ex eorũ sententia, qui cũ cereuisia confundũt zythum, cùm alii discrepare velint. Iunius enim *Batauiæ suæ cap. 15.* differre ait à zytho cereuisiã, quod zythus ex hordeo putrescente & acescente confectus fuerit, cereuisia ex hordeo tosto resiccato atq; adeo ab omni putrilagine cõseruato. Vt n. zythus fieret, oportebat in aqua hordeum madescere, inde putrescere, donec resolueretur in similẽ vino liquorẽ. Tẽrabat itaq; renes & neruos, officiebat membranis illis, quæ vestiũt cerebrũ, & erat acri gustu. At cereuisiã coquere vbi est animus, subigitur aliquandiu & diligentissime miscetur aquæ ferueti, hordei farina, in hũc vsũ & finem cõparata. Inde colatur, & cũ floribus lupi salictarii ad tertias (plus minus) recoquitur, ac mox, vbi refrixit, addita cereuisiæ fæce quę fermenti est loco, in vasa ad potus vsum reconditur. Si quis etiam scire auet, quo pacto hordeum ad cereuisiæ vsum præparetur, nõ detrectabo etiam adiicere. Nam primum irrigari oportet aqua, ita vt planè madescat, inde spargi in atrium quoddã frigidum, quod rarò aut nunquam attingit Sol, donec germinare incipiat. Tum demum in tabulatum quoddam pertusum deponitur, in quo subiecto igni sensim torretur & resiccatur. Nostrates indigetant mout Latini *malthum ἀπὸ τοῦ μαλθακοῦ*, inquit Iunius, quòd mollis eius & ori gratus sit sapor, quæ & Aetii est *βύνη*. Nãinquit. *βύνην εἶναι κριθὴν βεβρεγμένην καὶ βλαστήσασαν, καὶ πεφρυγμένην μετὰ τῶν γλωττιδίων*. Bynen esse hordeum madefactum, quod iam germen emisit, inde tostum cum linguis ex eo natis. Vide Aetium *lib. 10. cap. 29.*

Cerno. Cum verbum hoc pro *decernere & dimicare* accipitur, arcessi videtur à verbo *κρίνειν*, quod *iudicare, diem dicere & constituere* significat. Dicitur & *κρίνω πολεμίους* pro *hostibus habeo.* Vsus in ea significatione hoc ipso verbo Virgilius, cum dicit *inter se coisse viros, & cernere ferro.* Et Accius vetus Poëta: *Primo res Procerum reuocarent nomina, nisi esset quis, qui armis vellet secum cernere.* Ennius Medea exsule: *Nam ter sub armis malim vitã cernere.* Pro *iudicare* accepit Pacuuius Armorum iudicio apud Nonium. Ait enim, *Et æquum est, & rectum, quod postulas: Iurati cernant.* Varro tractum putat verbi etymon à creando, eo quod, cum quid crearum est, tum demum videatur.

* *Cernuus,* à cerno cõspicio *ὁ κατώβλεψ*, infra respiciens. Festus & Isidorus volũt Cernuum esse genus calceamenti: decepti, vt puto (inquit Scaliger) illo Lucilii versu, *Cernuus extemplo plantas conuestit honestas.* Is enim est gestus calceantium se. Addam & ex Seruio, *Cernuus*, equus inquit, *qui cadit in faciem, quasi in eam partem qua cernimus. Vnde & pueri, quos in ludis videmus ea parte qua cernunt stantes, cernui vocantur: vt etiam Varro in libris Theatralib. docet.*

Ceruical denominatiuum à colli parte posteriore, nempe *ceruice*, quæ Græcis est *ἰυχὴν*.

Ceruix cerebri via, quod cerebrum per eam ad spinæ medullam dirigatur. Græcis dicitur *αὐχὴν*, quem auctor est Galenus *in prognost.* Hippocratem *τὸν τράχηλον* indifferenter appellare, quod nomen à Medicis etiam transfertur ad ossa, in quibus *αὐχένες* vocantur tenues ossium *ἀποφύσεις*.

Ceruus, ἀπὸ τῶν κεράτων, id est, *cornibus*, nominatus videtur eruditiorũ quibusdam, quos inter Festus Grammaticus bonus, tũ Isidorus *Origin. 11. cap. 1. κεραός*, cornutus. איל *Aial*, Hebr. fortis, validus & velox, à radice & fortis & fortitudo. Hinc ἔλαφος item ὑλέω, ὑλῶ, valeo viribus, præualeo. Viuax animal natura, vt quod trecentos annos superare credatur. Ferunt enim Agathoclea Syracusium tyrannum ceruum venando interfecisse, circa cuius collum torquis erat aheneus superinducta iam pelle tectus cum inscriptione: ΔΙΟΜΗΔΗΣ ΑΡΤΕ

ΑΡΤΕΜΙΔΙ. Tantæ viuacitatis cauſſam reiicit Ariſtotel. *8. de part. animal.* in fellis vacuitatem. Ait enim: ἀντιθέτως τοῦ πλάω ἐκεῖνον ζῷον χρόνον, τὸ μὴ ἔχον χολὴν, ὡς ἄχολα ζῶα πάντα. Eſt quoque formidoloſum & fugax animal, & proinde frigidum natura. Hinc Lucretius:

Et fuga ceruis
A patribus datur, & patrius pauor incitat artus.

Ceſſio à cedendo. Dicuntur autem *in iure cedere*, qui rei ſuæ dominium transferunt in alium. Hinc *cedere actiones* dicimus, quod illis licitum, qui contrahendo obligare ſe poſſunt: vt contra, qui ſe obligare non poſſunt etiam, cedere non poſsũt quales furioſi, ſurdi, muti, & pupilli, ſi tutoris auctoritas non accedat.

Ceſtus Veneris, cingulum varium pulcerrimumque ἀπὸ τοῦ κεντεῖν, quod eſt pungere, quibuſdam nomen accepit. Sed quo minus cum illis faciam, eſt in cauſſa non ſolùm literarum ν & ς natura diuerſa verùm etiam quòd probabilius videam dictum κεστοὶ, ὡς κεκοσμένον, ornatum. Efficax enim eſſe fertur ad Amorum & Gratiarum illecebras, vt pote quo Venus Martem ſibi conciliauit. Diuerſus ab hoc pugilum ceſtus, quo Eryx. *Æ neid.* 5. pugil idem, etiamſi prope effœtus, prouocat alios. Turnebus dici vult tanquam κεστὸν ἱμάντα, *ſubtile lorum.* Quantum enim ex Homero colligi poteſt *Iliad.* 4. Apollonii *Argonaut.* 2. Pollucis *lib.* 3. *cap.* 30. fuit ceſtus lorum crudum, glandibus plumbeis inſutis rigens, quo dimicabant. Quapropter certare eo certaminis genere etiam à Polluce dicitur σφαιρομαχεῖν. Inſignis pugil fertur fuiſſe Pollux & gemini fratres Broteaſque & ceſtibus ambo inuicti, vt canit Ouidius *Metamorph.* 5.

Chærea adoleſcens Terentianus, παρὰ τὸ χαίρειν, [illegible] *icere.*

Chalcanthum vel *Chalcanthus* atramentum ſutorium, ſeplaſiariis vitriolũ, quod vitri aut cryſtalli modo tranſlucidum ſit, cũ duplex ſit, foſſile ſiue natiuum, & factitium, appellationem habet, quod ſit τοῦ χαλκοῦ ἄνθος, flos ſcilicet æris. Admodum corrupte Iſidorus: *Chalcanthum dictum, quod Chalcidis eſt tymum, i. flos: Vnde & apud Latinos æris flos appellatur.* Lege χαλκοῦ eſt ἄνθος. Quis dubitet, cum ipſemet dicat explicans, quæ præceſſerant, apud Latinos *æris florem* nominari? Sed nec θύμον eſt Græcis *flos*, ſed grata apibus herba, aut etiam cepa agreſtis, quæ tamen θύμος audit.

Chalcis Eubœæ inſulæ vrbs præcipua, ſita ad Euripum, olim Στυμφηλος, Ἀλικάρνα, ὑπὸ καλχίς, quæ nobis protulit inſignẽ Philoſophum Iamblichũ Porphyrii Apoſtatæ diſcipulum, à Chalcide Aſopi filia (ſi Stephano credimus) deducit nomen.

Chaldæa Aſiæ maioris regio, contermina Arabiæ, Stephano χαλδαϊκή, cuius incolæ olim κηφῆνες dicti, item Ἀρφαξαδαῖς, *teſte Ioſepho* ab Arphaxat filio Sem aliquibus nominata videtur à rege ſuo Chaldæo, qui decimus quartus à Nino fuit. Itaque tandem & incolæ dicti Chaldæi qui circa Babyloniam iuxta Euphratem habitarunt, vt prodidit Dicæarchus. Hi ſupra modum addicti fuerunt aſtrologicis commentis, quæ confutat Peucerus, cum aſtrologicam diuinationem pertractat. Sunt & Chaldæi apud Strabonem Aſiæ minoris populi, quos vltra Trapezuntem ponit. Hi olim appellati fuerunt Chalybes ex piſcatu viuentes, maxime Pelamydum & Delphinorum.

Chalybes Aſiæ populi, quos proximos ponit Amazonibus Dionyſius, non longe remouet Marcellinus, interpoſitis videlicet Dabis, non equidẽ rectè dicti ſunt Chaldi à Scholiaſte Dionyſii, quod cum Chaldæis eſſent eidẽ, cùm ſint appellandi χαλδαῖοι. Iam vero à Chalybe Martis filio dictos fuiſſe Chalibes nonnulli volũt. Fabuloſum iſtud. Mihi ſummopere placet Melanchthonis cõiectura, qui *Chalybes* etiam *Alybes* vult dictos,

quasi *Iulybas* à *Iobel*, quæ vox deriuari potest à יבל, vnde in hiphil הוביל protulit, *adduxit*, nempe ex terræ visceribus atque cauernis. Alios enim horum vltra Pharnaciam sitos piscatione vixisse testatur Strabo, alios, qui continentem incolunt, metallorum effossione. Vnde ab Æschylo σιδηρετέκτονες vocantur. Dionysius & Apollonius σιδηροφόρον nominant eorum terram. Hinc & Chalybica securis apud Lycophronem pro ea, quæ est ex optimo ferro conflata, vt *Noricus ensis* apud Horatium, pro eo qui etiam sit factus ex optimo ferro, quale tum temporis in Norico reperiebatur. Venerunt hi postea in Hispaniam *teste Iustino libro postremo*, & à Thubale Iapeti filio oriundi dicuntur, confirmante id etiam Iosepho. Quin ab Ezechiele Tubal ad septem triones reiicitur.

Cham. Huius appellatio non videtur Peucero alia esse ab Hammon. Reiicit autem commentitiam etymologiam Græcorum, qui ab arenis deducunt: Cùm reuera ab חמה *defluxerit*, quæ vox & שמש, id est, *solem calorem-que* significat.

* *Cham*, Noachi filius, propter impietatem ethnicis notior, quàm pius Sem. Et quem Moses Chamum vocat, eundẽ seculares scriptores antiquissimi Camessem nominant: huncque Zoroastẽ quoque fuisse volunt, hominẽ veneficum, Magiæ infamis magistrũ, qui propter scelera à patre eiectus (vt olim Cainus ab Adamo) nomẽ Chamesenne, id est Chã impudicus & detestandus, sortitus est. Postea Cameses dictus. Vox *Esenus*, seu *Ezenus*, ab Hebræo *zanah* deriuata, fornicari animo & corpore significat. Multi post hunc fuerunt alii Cameses, inter quos fuit ille qui Aboriginibus in Italia præfuit. Et multis verisimile fit, Italos primos potius à Chamo vel eius posteris propagatos esse, qui ex Africa in Græciam & Siciliã trajecerint, quàm ex Iapeti posteris illis, qui in Asia vel Septẽtrionali Europę parte diu subsistiterũt. Ergo illi Chami siue Camesis filii Noe, velut primi autoris suæ gentis, & diutissimè & lubentissimè memoriam cõseruarũt, eamq; posteris postea tradiderũt. Ab eadem Cami, seu Chami voce, vidẽtur quoque, & in Oriẽte quidẽ (vbi Chã cum Patre Noacho diu habitauit) hæc nomina velut illius vestigia formata relictaq; fuisse, Cãbaia, de qua Strabo lib. 12. & Cãbala, vbi sunt auri fodinæ, quæ nũc Cãbalu, vnde Magnus Cã Tartariæ dictus qui illis locis imperat. Hinc Camæ & Camacę populi Scythię extremę & Orientalis, Plin. lib. 5. cap 17. Camina insula, lib. 4. cap. 13. & multa alia ad Orientem loca, quæ vestigia Cami demõstrãt. Iupiter Hammõ, mutata ח in ה Cami nomen testatur. fuit enim post diluuiũ nouus. Iupiter Cam fictus ab Ethnicis. Mon syllaba, temporis successu à Græcis ambitiosis addita, vt ab arena (ἄμμος Gr.) nomen Ammonis, tãquam Grecæ originis, deducerent. In arenosã verò Cyrenaicæ regionis parte situ est Iouis istius Hãmonis tẽplũ. Herodotus lib. 2. mauult Amnonẽ vocari, i. arietinũ ἀπὸ τοῦ ἀμνοῦ. quod idolum facie arietina pingeretur. At Chammõ, vel Chãmoũ, à Chamo ducitur. Est enim lingua & gens Ægyptia affinis Hebreæ. Aegyptii autem Chammoum pronuntiant, Hebræi Chammon, Græci Ἄμμων, ignorantes vocis verum etymon.

Chaonia pars Epiri mediterranea Ambraciotas attingnes, *vt de sacris Iunonis 3. scripsit Hellanicus*, à Chaone generis Troiani homine & Heleni fratre, à quo etiã inter venandum per imprudentiam occisus fuit, nomen arcessit. Is ad exstincti solatium omnes regni populos ab eius nomine Chaones dixit, regione Chaoniã, cùm antea diceretur Molossia. Virgilius: *Chaoniamq; omnem Troiano à Chaone dixit.* Exstitit hîc quondam Iouis Dodonæi templũ. Ibidem repertæ amplissimæ quercus, Vnde *Chaonis arbor* est dicta Ouidio. Circa templum Iouis monti Tomaro subiectũ olim columbæ humana vo-

na voce dederunt reſponſa: Vnde & *Chaonis ales* eidem columba, *de arte amandi lib.2.*dicitur.

Chaos quaſi χύσιν,id eſt, *fuſionem*, vel ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι,id eſt, *fundendo* dictum exiſtimant non proletarii ſcriptores: quòd Heſiodum eo nomine τὸ ὕδωρ, id eſt, *aquam* intellexiſſe velint. χυτὸν γὰρ καὶ ῥυτὸν τὸ ὕδωρ, inquit Philo Iudæus *lib.de mundo.* Eadem Plutarchi ſententia lib. πότερον ὕδωρ &c. Ait enim: τοῖς πλείςοις ὠνομακέναι δοκεῖ τὸ ὕδωρ τοῦτον τὸν τρόπον παρὰ τὴν χύσιν. Vtque chaos Heſiodus, ita Thales aquam rerum principium eſſe & originem affirmauit. Communis enim veterum ſapientum opinio erat, non eſſe mundum æternum, quod Ariſtoteles demonſtrare conatur, verùm conditum à Deo. In hoc conſentiunt omnium locorum & ætatum ſcriptores. Aſſeruerunt enim creationem Triſmegiſtus Mercurius, Plato,Pythagoræi: Item Chaldæi,Græci,Phœnices, Hebræi. Quorum ſententias poſſem equidem referre quamplurimas, ſi ferret locus præſens. Heſiodi carmē, quod hauſit ex Orpheo,eſt tale:

πάντων μὲν πρώτιςα χάος γενέτ', αὐτὰρ ἔπειτα
γαῖ' εὐρύςερνος πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
ἠδ' ἔρος, ὃς πανταισι μεταπρέπει ἀθανάτοισι.

Hunc imitatus Ouidius canit:

Ante mare & terras, & quod tegit omnia, cœlum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quē dixere chaos, rudis indigeſtaque moles,
Nec quidquam niſi pondus iners, congeſtaque eodem
Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerū.

Ad aliorum ſententias venio. Scribit doctiſſimus Grammaticus Feſtus Pompeius hoc modo: *Chaos appellat Heſiodus confuſam quandam ab initio vnitatem hiantem patentemque in profundum: Ex eo & χαίνειν Græci, & nos hiare dicimus. Vnde Ianus detracta aſpiratione nominatur ideo, quod fuerit omnium primus, & à quo rerum omnium factum putabant initium.* Hęc ille, quaſi ab illa voce ſit natum τὸ χαίνειν: Cum alij vice verſa ἀπὸ τοῦ χαίνειν deducant χάος, id quod ad eos proxime accedit, qui haud ſatis penſiculantes infinitam Dei potentiam primam quandam materiam comminiſcuntur,ex qua mundum creauerit Deus: Sicut & illi faciunt, qui aquam rerum eſſe dicunt principium. Quam illi opinionem forſan hauſerunt ex ſacra mundi hiſtoria, in qua mox apud Moſen aquarum mentio fit, vbi ait: *Et ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Proinde Cornutus,explicans veterum Philoſophiam ſiue Theologiam, inquit: ἐςὶ δὲ χάος τὸ πρὸ τῆς διακοσμήσεως γενόμενον ὑγρὸν, ἀπὸ τῆς χύσεως οὕτως ὠνομασμένον, ἢ τὸ πῦρ, ὃ ἐςὶ οἱονεὶ χάος, καὶ αὐτὸ δὲ κέχυται διὰ τὴν λεπτομερείαν. Quò hic turpiter impegerit diuinus Ariſtoteles iuxta Philonem lib. de mundo. Sunt eius verba: χάος, δὲ ὁ μὲν Αριςοτέλης οἴεται τόπον, ὅτι τὸ δεξόμενον ἀνάγκη προϋποκεῖσθαι σώματι. Non deſunt etiam, qui idem eſſe volunt cum תהו *Tohu*, & בהו, *Bohu* quę in textu Hebraico ſunt epitheta terræ quæ inanis & vacua dicitur. Quod ſi admittas,nihil aliud eſt chaos, quàm ſempiterna ante mundi creationem priuatio, & denſiſſimæ rerum non exſiſtentium tenebræ, iterumq; reprehēdedus eſt Ariſtoteles, qui χάος ἀπὸ τῆς χώρας, id eſt, loco dici putauit, quaſi veteres voluerint id rerū omnium fuiſſe receptaculum. Quod verò ab illis Hebraicis nominibus *tohu* & *bohu* nonnulli deriuant chaos, id facilè fieri potuiſſe putant, propter affinitatem literæ ה cum litera ח, & ita facilis lapſus fuerit à Tohu ad Cohu. Imo Aquila interpretatur κένωμα καὶ οὐδὲν, id eſt,vanitatem & nihil: Symmachus ἀργὸν καὶ ἀδιάκριτον, *otioſum indigeſtū*, Theodotion κενὸν & οὐδὲν *inane & nihil*, Chaldaica editio צדיא ורקניא tſadia verecania,id eſt, *deformata & inànis.*

Charinus videtur nonnullis nomen trahere ab ea voce,quæ Grę̨cis eſt χάρις,

id est, *gratia*. Ex eodem fonte deriuant charitatem.

Charites Latinè Gratiæ ἀπὸ τῆς χαρᾶς, i. *letitia*, sunt dictæ. Natas has esse fabulantur quidam ex Ioue & Venere, alii ex Venere & Libero patre, contra alii ex Ioue & Eurynome, ex quorum numero est Orpheus. Nomina earum *Thalia*, *Aglaia & Euphrosyne*. Aglaia, cuius loco alii *Pasitheam* statuunt, est nobis splendor: Thalia amœna pullulatio & viriditas, quæ semper conspici debet in beneficio: Euphrosyne est delectatio, quæ comitari & animaduerti in eo debet, in quem beneficium collatum fuerit.

Charon inferorum portitor, cuius Poetæ & Lucianus in Mortuorum Dialogis sæpissime meminerunt, κατ' εὐφημισμὸν dictus ὅτι χαρτὸν οὐδὲν ποιεῖ, *quod nihil dignum letitia faciat*.

Chartaphylacium Latino græca dictio, ἀπὸ τοῦ φυλάττειν, id est, *seruando* chartam arcessit nomen. Est enim scrinium, in quo reponi solet: Et differt à papyro, quod hæc nasci consueuerit in Nilo, atque adeo materia sit, ex qua præparetur charta, quæ tum demum hoc, inquam, chartæ nomen adipiscitur, cùm expolita fuerit. Apud priscos mortales nullus chartarum erat vsus: sed primo scriptitabant palmarum foliis, vt est proditum à Plinio, inde quarundam arborum libris, mox tabulis ceratis, & plumbeis voluminibus, quibus monumenta publica consignari solebant.

Charybdis, locus in mari Siculo nauigantibus periculosus, vel potius mare vorticibus plenum, à Scylla, quæ nihil est aliud, quàm saxum monstro marino simile eminus aspicientibus, vbi etiam ob impingentes magno impetu regurgitantesque & reflexos aquarum fluctus sonus percipitur velut latrantium canum, & sagittæ iactu à Charybdi tantummodo distat, nomen habet ex Isidori sententia, quod occultis gurgitibus absorbeat naues. Valdis enim vorticibus attrahit, circumuoluit, &, *vt ita dicam*, deuorat naues, quarum fragmenta ad Taurominitanum littus eiiciuntur. Virgilius.

Dextrum Scylla latus, leuum implacata Charybdis
Obsidet, atq; imo barathri ceu gurgite vastos
Sorbet in abruptũ fluctus, rursusque sub auras
Erigit alternos, & sidera verberat vnda.
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exsertantem, & naues in saxa trahẽtem,
Prima hominis facies, &c.

Meminit eius & Homerus, meminit Ouidius, & alii plures voraginem eius describentes. Qua ratione. 3. *de Oratore* Cicero: *Charybdin bonorum, voraginem potius dixerim. Facilius enim ad ea, quæ visa, quàm ad ea, quæ audita, mentis oculi feruntur.* Idem de Aruspicum responsis: *Quam denique tam immanem Charybdin Poetæ fingendo exprimere potuerunt, quæ tãtos haurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorũ Brogitaramque prædas absorbuit.*

Chelidonia salubris oculis herba, vt docuerunt χελιδόνες, i. *hirundines*, à quibus nomen inuenit. Dicuntur enim pullis hac ipsa restituere visum, *auctore Plinio*. Vnde & Gaza *Hirundinariam* appellat. Alii tamen nominis occasionem nõ petunt à visu restituto hirundinum pullis, sed inde potius, quod eo auium genere adueniente nascatur, & discedente exstinguatur. Innuere videtur id Theophrastus *l. b. 7 cap. 14.* de historia plantarum, cum inquit: τὸ χελιδόνιον ἅμα ταῖς χελιδόσιν ἀνθεῖ, id est, *Chelidonia simul cum hirundinis aduentu floret.*

Chemia Græcis χημεία, Arabibus *Alchemia*, addito articulo suo *al* (vt in *Almanach*, Kalendario, & *Alembico*, quia Greco ἄμβιξ, apud Dioscoridem descendit, uno in Almagesto Ptolemæi, quæ nihil est aliud, quam ἡ μεγίστη πραγματεία) nomen suum quibusdam arcessere videtur ἀπὸ τοῦ ἁλὸς καὶ χέειν, quod est *fundere* salem, vt Libanius monet *l. b. 1. Epist. Comm. Epist. 6* & Henricus Kunrad Lipsensis *Confess. suæ cap. 7.* Sunt alii,

qui [illegible]

qui non *χημέιαν* vocant cum Suida, sed *χυμέιαν chymiam, ἀπὸ τοῦ χυμοῦ*, id est, *humore vel sapore.* Recentiores *artem spagiricam* vocant *ἀπὸ τοῦ σπᾶν καὶ ἀγείρειν*, *ab trahendo & colligendo*, vt annotat Quercetanus. Per eam quippe dicitur, atque inde cogitur comprimiturque subtilis & spiritualis quædam natura in qua vis & effectus medicamenti præcipuè consistit. Qui artem eam vetustissimam esse affirmant, referunt eam ad *Tubalcaim* filium *Lamech.* Fabulosè quoque Ægyptio Hermeti tribuunt artem transmutándi metalla in aurum & argentum. Atqui nos eiusmodi opiniones lubenter suis admiratoribus relinquimus. * מיק & מקק *Mik.* & *Makak*, Hebr. dissoluit, liquefecit. Inde per metathesin *χύμι* fundo: *χυμὸς* succus, humor. Præposito articulo Arabibus vsitato אל al, *ἀλχυμία*, liquefactio, fusio metallorum, succorum à siccis separatio. Quod si interpretationem communem verbi מקק *Makak* sequamur, i. Marcuit, emarcuit, resolutus est in marcorem, tabefactus est, alchymiæ, qualis à plerisque fingitur, finem habemus. Nam eiusmodi ciniflones omnia in nihilum multiplicāt, & tandem ipsimet tabefiunt, atque ad miseriam summam rediguntur.

Cherronesus terra insulæ in modum mari cincta, vno tantum eoque angusto spatio continenti adiuncta *ἀπὸ τῆς χέρσου terra καὶ νήσου insula* nomen obtinuit. *Peninsulam* dicunt Latini. Brachium, quo continenti adhæret, dicitur *Isthmus.* Nam Isthmus, *vt Apollonij interpres & Phauorinus habent*, est angustissima terra inter maria duo, quemadmodū Porthmos angustissimum est Pelagus inter continentes duos. Celebrātur Cherronesi quinque: Vna *Thracia*, altera, quæ Saxoniæ adhæret & *Cymbrica* audit: Tertia in India supra Gangen: Quarta, inter Pontum Euxinum & Mœotidem Paludem, quæ *Taurica* dicitur à Tauris Europæ in Scythia populis: Quinta, quæ omnium celeberrima, *Achaiam* tangens, nomine *Peloponnesus.*

Chersydros serpens nomen tulit, quòd sit animal amphibion qualis *Fiber*, *Rana*, *Crocodilus*, nempe in aqua & terra viuens. *χέρσος* enim *terra* est, *ὕδωρ aqua.* Latini *Natricem* quasi *natatricem* appellarunt. Vescitur ranis potissimùm & est cinereo colore, atque notis longam maculosus grandibus aluum, *vt legitur apud Virgilium.* Venenum eius tam est perniciosum, vt & mortuus interimat eum, qui exsecrabile eius cadauer attigerit, *vt refert Aelianus lib. 7. Animalium, ex veteri scriptore Apollodoro.*

Cherubim, quos Kimhi *3. Reg. 7.* dicit fuisse imagines habentes figuram hominis, ceterùm alatas, Hieronymo sunt dicti ab כ similitudinis litera, quæ in principio cum scheua significat quasi, & רבים *magistris.*

Cherusci apud Tacitum, quos Vibius Sequester *Ceruecios* nominat, dicti sunt Iunio quasi *Reerys* Germanicis vocibus, quæ significant *eliminare & propulsare.* Hi enim hostem Romanum duce Arminio sedibus suis auertere gloriosum iudicarunt. Quidam eos esse existimant, qui sedes suas habēt in Comitatu *Masfeld.* Claudianus quoque in panegyrico Albis accolas facit, cum ait: *Et ingentes Albim liquere Cherusci.*

Chesbon regis Amorthæorum metropolis, quę cessit in sortem tribus Ruben & Leuitarum, qui eam instaurarunt, nomen habet à חשב *excogitauit*: Hinc חשב *artificium.*

Chiliastæ hæretici, *millenarij* alio nomine ab eiuscemodi numero, quem regno Christi assignarent.

Chilo dictus *ἀπὸ τῶν χειλέων*, vt *Labeones & Labieni* apud Romanos à *labris.* Lucretius nominat *labrosos.* Appellatus est hoc nomine & vnus ex septem sapientibus Græciæ, cuius hæc dicta, *Nosce teipsum, Ne quid nimis, Comes æris alieni atque litis est miseria*, cùm Delphici Apollinis templo aureis literis essent inscripta, creditum fuit descendisse e cœlo. Quan

lo. Quantum ad etymon, approbauit id Festus Pompeius, cui Cilo sine aspiratione is est, cui frons est eminentior, ac dextra sinistraque velut recisa videtur.

**Chylus*, χυλὸς succus generaliter (inquit Gorræus) idem significat quod χυμὸς, tum apud Platonem & Hippocratem, tum apud veteres omnes Comicos. Est humor quidam incrassatus tam in animantibus quàm in plantis. Sed tamen in animantibus specialiter magis eum succum designat, quem ventriculus è cibis per concoctionem elicit, & qui sanguinis materia est. Hic enim à medicis propriè χυλὸς appellatur, quãuis generaliore quodam significato non is modò, verùm etiam & pituita, & sanguis, & reliqua omnia humorum genera sub eo nomine comprehendi posse videantur. אכל *Acal*, i. comedit, manducauit: כול *Col.* sustentauit: כלה *Cala*, absumptus est. Nam edere est cibum absumere, quo vita & natura sustentatur. Hinc χιλὸς pabulum, alimonia; χιλέω, pasco, sagino.

Chimæra monstrum Poeticum, cuius caput & pectus referebant leonem, venter capram, cauda draconem, iuxta illud Lucretii lib. 5. *Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra*, χίμαιρα Græcis capra. Explicantem eam fabulam vide Eustathium *Iliad. 2.*

Chios insula Aegei maris inter Samum & Lesbum, Ephoro Aethalia, Macris, & Pityusa Plinio, κιδάλη Suidæ & Stephano, etiamsi Liuio *lib. 37.* diuersæ sint insulæ Macris, Chios, Aethalia, deducit nomen à niue, vel (quod alii volunt, & mihi minus placet à nympha Chione.

Chiragra idem in manibus, quod podagra in pedibus, componitur ἐκ τῆς χειρὸς manu, & ἀγρίας feritate siue atrocitate doloris, sanguineo aliquo aut biliosо, aut denique pituitoso fluxu occupante articulos.

Chirurgus manuarius Medicus, ἀπὸ τοῦ χειρὸς καὶ ἔργου, id est, *à manu & opere* dicitur. Hinc χειρουργικὴ pars ista Medicinæ, quæ manuum opera perficitur, & omniũ est antiquissima. Tales quippe fuerunt Podalirius atque Machaon, qui militarunt ad Troiam, Asclepio nati, *vt cecinit Homerus*. Cœcutit hîc Isidorus, cum dictam vult chirurgiam à manu, quæ Græcis χεὶρ est, & *dieta*, quam Latini *regulam* appellant.

Chloris, florum Dea vel Nympha, alio nomine *Flora*, vnde *Floralia sacra*, quam ferunt meretricia arte magnas quæsisse opes, hæredemque scripsisse pop. Romanum, vt ex annuo fœnore bonorum suus dies natalis celebraretur, sicut mutato nomine ob turpitudinem, à floribus est dicta Flora, ita hoc nostrum ad idem plane respiciens ἀπὸ τοῦ χλωροῦ, id est, *viriditate* obtinuit. Meminit eius Lactantius *lib. 1. de falsa relig. cap. 20.* Eius ludos vocat Ouidius iocosos *Fastorum. 5.* vtpote in quibus mulieres consueuerunt nudari, quæ ibi ad satietatem vsque spectabantur à populo catervatim tum confluente. Scribit Valerius Maximus non ausum fuisse populum, cum Cato ingressus esset theatrum, postulare, vt eiusmodi scorta nuda exhiberentur: Sed eum digressum, ne præsentia sua spectaculi consuetudinẽ impediret.

Cholera morbus, in quo ventriculus superno infernoque ore ad excernendũ vrens diuexatur, nomen sumsit à bile, quæ per eam affectionem copiosè effunditur. Vel sic dicta est, *(vt alii censent)* quòd materia, quæ per ventrem effertur ex intestinis excerni videtur, quę à Græcis χολάδες nominantur. Atque hinc χολεραικοὶ vel χολεριῶντες dicuntur, qui *Cholera* laborant.

Chorus Græce χορὸς, *multitudo canentium & saltãtium* cum tibicine, à χορεύω, quod est *tripudio*, deriuat nomen. Primum fiebat illud circa aras Deorum, *vt ex 6. Virg lib. constat*, vbi & Seruius definit chorum multitudinem in sacra collectam. Tandem pars comœdiæ minus primaria inter [illegible],

non præfinito numero eorum, qui concentum formabant. Conſtabat autem tam viris, quam mulieribus, *vt apparet ex Troade Senecæ tragœdia*: Ex viris quidem, ſi fœmina eſſet laudanda: ex fœminis, ſi extollendus vir eſſet. Non placet hîc Iſidorus, qui ſcribit: *Chorus eſt multitudo in ſacris collectus, & dictus chorus, quòd initio in modum coronæ circa aras ſtarent & pſallerent.* Græca enim origine eſt dictio, nec aliò transferenda, ſi fontem ſpectes. Teſtatur id etiam aſpiratio vocis, quæ non percipitur in coronæ vocabulo. A χορεύειν ergo deducitur, aut, ſi ita mauis, ἀπὸ τῆς χαρᾶς, id eſt, *gaudio*, quod à Platone, grauiſſimo ſane auctore affirmari video in etymo choreæ. A choro porro dicitur *Choraules* nempe tibicen, qui fiſtula canit in choro, & à verbo αὐλέω *tibia cano*.

Chriſtianus à Chriſto nomen accepit, ait Bernardus *in ſuis ſententiis*. In actis Apoſtolorum legimus primùm eos, qui Chriſtum & eius doctrinam profitebantur, fuiſſe dictos fideles, at Antiochiæ nominatos Chriſtianos. Hinc latè ſparſum hoc nomen per totum orbem terrarum, cùm ita appellet eos Tacitus, Suetonius quoque in Nerone, & C. Plinius *in Epiſtola ad Traianum Imperatorem*. Etymon porro noſtrũ confirmatur *al. 1. C. de ſumma Trinit.* Sed manum de tabula.

Chremes ſenex apud Terentium ἀπὸ τοῦ χρέμπτεσθαι, quod enixè *exſpuere* ſignificat, ſiue *screare*, vt ſolent ſenes nõnulli. *Chriſtiani a Chriſto dicimur, quemadmodum ab Iſraele Iſraelitæ. Sed Gentiles, inprimis verò Græci, nominum affinitate ducti Chriſtianos ἀπὸ τῆς χρηςότητος dixiſſe videntur. Sonat autem χρηςὸς beneficum, humanũ, benignum, liberalem. Hoc argumento vtitur Iuſtinus Martyr vt gentilium veſaniam refellat, non vt Chriſtianos a Chriſto auellat; in 2 Apo ad Anton. Imp. χρηςότατοι ὑπάρχομεν. Et mox χριςιανοὶ εἶναι κατηγορούμεθα, τὸ δὲ χρηςὸν μισεῖσθαι οὐ δί-καιον; i. *Cum Optimi ſimus, Chriſtiani eſſe accuſamur* (ac ſi omnium peſſimi, [illegible] *ſumus*: *at quod optimum eſt, odiſſe iniquum eſt.* Vicinæ ſunt autẽ voces apud Græcos χρηςὸς & χριςὸς, quarum prior benignum, poſterior vnctum ſignificat. A priore Latini Chreſtũ pronuntiant, quod cognomen fuiſſe Phocionis reperio, ob ſingularem beneficentiam. Et quãquam virtus illa χρηςότης Chriſtianis aptiſſimè competat, non tamen inde nomen ſortiti ſunt. χρηςοτάτους fuiſſe Chriſtianos liquet ex Iuſtino paſſim, & *Euſebio cap. 8. lib. 9.* vbi etiam Ethnicorum iudicio optimi habiti ſunt. Verum non rectè hinc dici locuples teſtis eſt Tertull. in Apolog. cap. 3. *Sed & cùm perperam Chreſtianus pronuntiatur à vobis (nam nec nominis eſt penes vos certa notitia) de ſuauitate, vel benignitate compoſitum eſt.* Et Lactantius lib. 4. Inſtit. cap 7. indicat Chreſtum pro Chriſtum male per errorem ab illis dici. Veriſſima eſt ſententia à Chriſto rege & pontifice dici Chriſtianos. Chriſtus porro παρὰ τὸ χρίεσθαι, vngi, dicitur: hinc χριςὸς vnctus. Nomen hoc Meſſiæ eſt, non quidem proprium: ſed nuncupatio poteſtatis & regni, vt ait Lactantius. Reſpondet autem voci Hebreæ *Maſchiach*, i. vnctus, à verbo משח *Maſſach* i. vnxit oleo, perunxit, inũxit. Et ĩ voce paſſiua *Nimeſſach*, vnct[us] eſt. Inde *Miſchach* & *Maſchach*, vnctio.

Chriſtus. Suidas: χρηςὸς *bonus ex caritate, ſed non neceſſitate*: χριςὸς *Dei vnctus*, Hebraicè *Meſſias*, vnicus ſcilicet Dei filius, Saluator mundi, quem prædixerunt Prophetæ, prædicarunt Apoſtoli, teſtati ſunt Martyres. Arceſſit ergo nomen ἀπὸ τοῦ χρίειν, quod eſt *vngere*. Vnctus enim eſt oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis. Iuſtinus martyr ſcribit hoc modo: χριςιανοὶ εἶναι κατηγορούμεθα, τὸ δὲ χρηςὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον, quaſi ἀπὸ χρηςότητος deriuatum ſit nomen. Haud rectè, niſi exprimere voluerit nomen noſtrum allusione quadam. Nam, vt Auguſtinus inquit *de doct. Chriſt. libro*, Chriſtiani no-

men ille frustra sortitur, qui Christum minimè imitatur. Et Ambrosius: *Mendacium est Christianum se dicere, & opera Christi non facere.*

Chrysis meretrix Terentiana ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ, *auro.*

Chrysolitus, gemma, composito nomine ex auro τοῦ χρυσοῦ scilicet, & λίθου *Lapide.*

Chrysopolis sic dicta Bithyniæ ciuitas Suidæ, Stephano, Ptolemæo & Xenophonti. Damalis Arriano: at quam Stephanus tamen prope Chalcedonem ponit, nomen inuenit, quòd Persæ illic aurum colligerent ex aliis ciuitatibus.

Chrysostomus, Byzantinus olim Episcopus, quasi χρύσεον στόμα os aureum, ob eloquentiam est dictus. Idem audir χρυσολόγος, χρυσόγλωσσος iuxta Suidam. Scribunt etiam fuisse eum non modo ἐλευθερόστομον, sed etiam πολυάργυρον καὶ φιλόπονον. Aristophanis comœdias dormiturus sub puluino abdebat, non secus ac Magnus Alexander Homerum, & Scipio Xenophontem.

Christophorus ὁ τὸν χριστὸν φέρων, *Christum ferens.* Fuit id nomen Christophoro Longolio Ciceroniano, viro equipem eloquentissimo.

Cibilla mensa rotunda à cibo dici videtur Varroni 4. *de lingua Latina*: Eamque escariam fuisse existimat. Quo fit vt apud Festum *Cibillina* potius, quam *Cilliba* vel *Cillibina*, legendũ existimem.

* *Cibus*, Omne id quo vescimur, variis nominibus ab Hebræis effertur. 1. אכל *Ochal*, siue אוכל *Ochil*, siue אכלה *Achlah*, & מאכל *Maachal*, & מאכלת *Maachelet*, a verbo אכל *Achal*, id est, edit, comedit, manducauit, deuorauit. Proprie tribuitur ori, metaphorice igni & gladio. 2. A verbo סעד *Sahad*, id est, fulciuit, deriuatur nominellis סעדה *Sahadah*, cibus sustentans & vitæ fulcrum, pabulum, *esca.* Inde illa Lat. *Temvit* [illegible] *res*, &c., *Cibo corpora* [illegible] Et [illegible] Hebræorum [illegible] *baculum panis*. 3. ברה *Barah*, i. delegit cibos lautiores, vt ex farre electos & paratos; comedit cibos delicatos. Hinc Græcis βρώω, βρώσκω, βιβρώθω, βοράζω, voro: φρῶ, & φρώμαι, deuoro: nam cibi delicatiores auidè vorantur. Ab hoc verbo ברה *Barah*, deriuantur בר *Bar*, i. far, frumentum lautius ex quo cibus paratur hominibus: ברה *Barah* cibus sapidus & lautior, farreum, βορά, βρῶσις: ברות *Baroth*, Cibus lautior: בריה *biria*, pulmentum ex farre purissimo & lectissimo. 4. מטעמים *Matahammim* dicuntur Genes. 27. 4. pulmenta sapida, cibi delicati. Et מטעמות *Matahammoth*, dapes sapidæ, Prou. 23. 3. 6 à verbo טעם, *taham*, i. gustauit paululum seu modicum, degustauit, sensit gustum. Cognationem habet cum מעט *Mehat*, i. modicum: nam primoribus labris aliquid parum attingendo sentimus saporem. Hinc τεμάω desidero, gustare cupio. Nomen טעם *taham*, gustus, sapor: Et metaphoricè, sensus, sententia, probatio, experimentum: vt Psal 34. *Gustate & videte quam suauis est dominus.* 5. Commeatus, viaticum quod viatori datur, demensum cibi consueti dicitur ארחה *Aruchat*, ab ארח *Arah*, iter longum fecit. In eo enim cibo & commeatu opus est. 6. טרף *Tereph* à verbo Taraph, quod de feris dictum significat carpere: de hominibus autem, piis præsertim, idem est ac carpere: & Tereph esca est quæ carpitur, vt hoc sensu Psalmo 111. v. 5. sumitur. 7. לחם *Lachem*, Cibus, esca, panis, qui quid dentibus inciditur a verbo לחם *Laham* [illegible] cædit dentibus vel ore gladii, proteri[illegible] comedit, ex[illegible] do Bellum vocatur *Lachem*, quod [illegible] fiat hominum [illegible] alios vt cibum deuorent. Et cibus [illegible] [illegible] tus, [illegible] [illegible] trimentum [illegible] [illegible] [illegible] Sunt alia nomina [illegible] Hebræis [illegible]

nariū, vel venationi paratū, vel ad ignē coctum referantur, linguæ sacræ prçstātiam & varietatem meram demonstrāt, nec prolixius tamen explicantur, ne in immensum labor hic crescat. Nam supersunt etiam è Græcis & Latinis multa subiicienda. Quæ sequūtur. Græcę cibi appellationes ex homero plæreq; ferè omnes collectæ sunt, quas cū Hebræis lector conferre potest: Nempe Ἔδεσμα, Ἔδαρ, quasi ἔδαρ ab ἔδω: βρῶμα, βρῶσις, quasi ῥῶσις τῷ ζῶντι, id est robur viuentis. Hinc forsan βροτὸς homo dictus, ω in ο verso, quia cibis homo indiget & fulcitur. τροφὴ quoque alimērum quoduis significat ἀπὸ τοῦ τρέφειν, alere, nutrire: vel, vt Plutarchus existimat, παρὰ τὸ τηρεῖν τὴν φύσιν, quod naturam sustētet. Ὀχὴ idem quòd τροφὴ: vnde Ζεὺς αἰγίοχος, qui à capra cibatus & nutritus est. Cibi etiam φαγήματα & προσφαγία dicuntur, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, edere: vnde fagum dictam volunt Latinis, quòd illius arboris fructus, primus fuerit variis terrarū locis victus vel cibus. Ὄψον, vt vult Eustathius in 10. lib. Iliados, est πᾶν τὸ συνάμα σιτίοις ἐσθιόμενον, omne id quod cū pane editur. ἀπὸ τοῦ ὀψὲ serò, idque vel quòd serò siue circa vesperā non mane, veteres [illegible] aliquid cibi adderēt; vel quod delicatis & opiparis cibis serò voluptatis causa homines vti cœperūt, cum [illegible] simplicioribus vsi fuissent. ἐψώνια vocarunt cibaria militum, quas antiqui dixere τροφὰς, Latini stipendia, cum non modo pecunia numerarentur, sed etiam cibi pro dignitatum & munerum ratione militibus viris ad cōmo[illegible] commeatum [illegible] atq; vt hac ratione militib. [illegible] bulg[illegible] haberet, nec [illegible] προσαρτα q[illegible] [illegible] al [illegible] [illegible] Μάζαξ, [illegible] [illegible] Ἠ[illegible] apud Homerum [illegible] h[illegible] cibum: [illegible]

quando τὰ ἐφόδια ὅ ἐςι βρώματα εἰς ἐδὸν ἐπιτήδεια παρὰ τὸ ἰέναι, i viaticum, id est cibos ad iter necessarios, ab eundo. vel propterea (vt Eustath. Annotat in 10. Iliad) quod vitæ atque motus, siue progressus cibi sunt causæ totum enim corpus permeant: vnde etiam epulæ dictæ sunt εἶοι. Quæuis cibaria σῖτα, σιτία σῖτα, ἐπισίτια, ἐςιαστ σμοὶ dicuntur: nonnunquam tamen σῖτος & σιτίον pro solo pane accipitur. vt cibus apud Latinos. Δαὶς, δαίσιον, δαίσιμον, ἐπίδαιτρον, esca, cibus, edulium esui aptum. ἐπιτραπέζωματα, cibi qui mensæ imponuntur, quæ Festo impomenta, q. d. mensis imposita. Lantinis *Cibus* variis appellationibus designatur. Eæ sunt in genere, victus, alimentum, Esca, Penus. Cibus Isidoro dictus quia capiatur ore. Cibatus, idem fere quod cibus Ciborum innumerę fere sunt differentiæ, quas ad sequentes classes reuocare licet. 1. Sumuntur aut ex plantis siue terrā nascentibus, aut ex animalibus & animalium partibus, vel tandem ex iis quæ ab animalibus prodeunt, nec illorum sunt partes, vt sunt oua, lac, mel, sanguis. 2. Inter cibos sunt alimenta, & condimenta, seu gulæ irritamenta, ἀρτύματα, ἡδύσματα, ζωμεύματα. Optimum cibi condimentum fames, potionis sitis condimenta varia & multiplicia, valetudinis maxima nocumenta. Principem locum inter condimenta tenent, sal, acetum, mel, saccharum. 3 cibi diuiduntur etiam in naturales & artificiales, de quibus multa leguntur apud Athenæum lib. 3. cap. 7. & 18. & lib. 14 c. 9. Pollucē lib. 6. cap. 11. & lib. 2. cap 12. Plinium lib. 18. cap. 7. [illegible] de panis faciendi ratione generibus, & [illegible] differit. 4. Multiplices sunt [illegible] fac[illegible] tes. 5. [illegible] illorum [illegible] em fex [illegible] consuetudinem, re[illegible] [illegible] [illegible] lo[illegible] ex-

plicatæ occurrunt.

Cimmerii & *Cimbri* Germaniæ populi, consentientibus propemodum omnibus, à Gomero Iapeti filio, qui item filius Noach siue Saturni fuit, sunt prognati. Vt facilè sit videre, quo referenda sit nominis origo. Quas chimeras & portentorum figmenta excogitauerit nasuta Criticorum quorundam turba in hoc nomine non intellecto, explicat Iunius perquam eleganter (vt solet) *in sua Batauia pag. 353.* Dignus qui videatur à bono Philologo.

Cilicia Asiæ minoris regio, Iosepho *Tarsus*, Hebræis *Chalah*, *teste Aria Montano*, hodie *Turcomania* & *Finichia*, vt refert Matius Niger, Isidoro videtur dicta à Cilice quodam, quem ortum Phœnice, Ioue ipso antiquiorem fuisse tradût.

Cilicia Si credimus Ariæ Montano, hanc Asiæ minoris regionem vocari *Chalah*, non absonum erit hinc deriuatum Ciliciæ nomẽ, cùm certũ sit multas regionum & populorum voces ex hac omnium prima lingua esse deductas. Iosephus & Stephanus nominãt *Tarsum*.

Cillo, quo nomine Petrus Crinitus vult denotari cinœdum, cum apud Ciceronem Salustius in Cillonum gregem transscribitur, eodem censore à verbo *cillo*, quod tantundem erat veteribus atque ceuere, hoc est, omni posthabito pudore turpiter sese mouere & agitare: Quodipsum Seruius etiam cum Hyginus.

Cincinnatus. Etymon illud à prolixis & intortis capillis natum videtur, quos cincinnos dicunt Latini, non ab olei specie, quod κίκι vocant. Tributum nomen istud L. Quintio Dictatori, qui Spurium Melium regnum affectantem a Seruilio Hala equitũ, ante seditionem ortam, Magistro occidi iussit, vt refert *Liuius lib. 4. ab* V.C. Florus *libr.* [illegible] *cap. 26.* Sabell. [illegible] *5. Ennead.* [illegible].

C[illegible] di[illegible] [illegible]t Iuno, quod initio [illegible] fieret c[illegible]g[illegible]l solutio quo noua [illegible] erat [illegible].

Cinnabaris maximè Dioscorides à *dracone* & *barro*, id est, elephanto traxit nomen, *vt scribit Isidorus*, ex vulgi opinione, quod cũ Plinio saniem draconis illisi Elephantorum morientiũ pondere, permixto vtriusque animalis sanguine, appellat. Hanc veterem ergo appellationẽ, *sanguinem* dico *draconis*, à vulgi opinione natam multi ex Græcis retinuerunt, ex eodem simul fonte originem Cinnabaris arcessentes, sed extra veritatem. Ita ex errore seritur error, & alter alterum trahit ad lapsum.

Circa dicta est herba à Circe, quod ea fuerit vsa ad veneficia sua. Alio nomine dicitur *Mandragora*, quam semihominem vocat Columella in horto, quod radix in duas fibras velut in crura diuidatur. Vulgo persuasum est ab agyrtis, herbam hãc humanam effigiem repræsentare, nec effodi posse, nisi magno cum vitæ periculo, vt latius declarat *Matthiolus in Dioscoridem*. Vetus hæc fabula & superstitio, cùm & Pythagoras ἀνθρωπόμορφον appellarit. Ab eadem porro Circe dictus est *mons Circæus*, *Circæum oppidum*, *Circæum promontorium*, quod Circes domus est Melæ.

Circenses ludi, qui & Gymnici sunt dicti, à gymnicis exercitationibus, quæ in iis exhibebantur, vidétur Seruio 3. *Georgic. & 8. Æneid.* tum aliis Grammaticis appellati, quasi circum enses, qui positi erant ab vna parte, ab altera constitutis metis circa flumen, vt esset ab vtroq; latere præsens ignauiæ periculum. Aliis a circumeundo placet deduci. Priori sententiæ video etiam Alex. ab Alex. adipulari *lib. 5 Genial. dier. cap. 8* Cassio[illegible] [illegible] 3. *Variarum ad Fa*[illegible]*m*, & alios nõnullos. Sed cur non potius a circo m[illegible] gno in quo agit[illegible] [illegible]lebant, in Cere[illegible] Deæ honorem? Cel[illegible] [illegible] equorum cursu, vt [illegible] d[illegible]at T[illegible] [illegible] In pompa veh[illegible] De[illegible]rum [illegible]nes circum [illegible] [illegible] M[illegible]bius: *Ve*[illegible] [illegible]*ulacrum D*[illegible] *H*[illegible] *ferc*[illegible]*lo*, [illegible]

[illegible]

rum Circensium simulacra Deorum. Ouidius Fastorum 4.

Circus erat pōpa celeber, numeroque Deorū,
Primaque ventosis palma petetur equis.

Conspiciebantur & illic aurigarum factiones quatuor, quæ nomina acceperunt à quatuor diuersis panni coloribus, viridi inquam, cœruleo, coccino & alio, quibus erant ornati. Verba Sidonii Apollinaris de illis sunt hæc:

Micant colores:
Albus & Venetus, virens rubensque,
Vestra insignia: Continent ministri
Ora & lora manu, iubasque totas
Cogunt flexibilibus latere nodis.

Vtque aurigantium factio erat diuersa, ita diuersus erat fauor spectantium pro coloris varietate: vsque adeo vt & principes nonnullos hoc insaniæ flabello exagitatos legamus. Nam Prasinæ factioni addictus fuit Caligula, vt & Nero, & postea Verus, Venetæ Vitellius. Capitolinus in vita Veri: *Circensium tantum curam habuit, vt frequenter prouincialibus caussa eorum literas & miserit, & acceperit. Denique etiam præsens & cum Marco sedens multa à Venetianis passus est iniurias, quod turpissime contra eos fauerit. Nam & volucri equo Prasino simulacrum fecerat, quod secum portabat.* Hactenus Capitolinus. Iustiniani vero temporibus tantam exortam Byzantij seditionem ex Prasinæ & Venetæ factionum contentione, vt quadraginta fere hominū millia sint trucidata, testatur Zonaras, post Zonaram, aut potius ex Zonara Cuspinianus.

Circinus dictus, quod *vergendo* efficiat circulum. *Isidorus.*

Circitor à circum eundo. Lustrat enim ille & circumit vigilias. Vtitur hoc vocabulo Vegetius *lib. .. de re militari.* Vbi tamen nonnulli legunt *circumitores.* Moneo, veteri æuo apud Romanos circūiuisse vigilias ... Tribunos. Ait enim Liuius: *A cu... bus ... circ... ... tes vigilias Tril...os ia...* Idem de Imperatore Tito affirmat Iosephus, de M...o Sallustius, cui etiam Legatos iungit, de Centurionib⁹ Tacitus *histor. lib. 2.* Ceterū Vegetij æuo Circitorum proprium hoc min⁹ fuit. Solitos illos aquilæ adiacere, notat Lipsius ad Polybiū, 5. *de milit. Rom.*

Circuncisio, fuit Sacramentum veteris populi, à Deo institutū, in masculis solùm, præputium carnis amputans, ad significandam regenerationem hominis & confirmandas Dei promissiones ad certum tempus duraturum. Græcis περιτομὴ à verbo περιτέμνω, circumcido, circumseco: cuius simplex est τέμνω, seco. Metaphoricè autem in epistola ad Romanos, cap. 2. περιτομὴ καρδίας circuncisio cordis Et Iudæi rebelles Euangelio Incircuncisi corde nominantur, Act. 7. Hebræis מילה *Milah* dicitur, à verbo מלל *Malal* Abscidit, rescuit: vel (vt alij sentiunt) à verbo מול *Mol* circuncidit, conscidit, præscidit, & dicitur tantùm de membris corporis. In i. coniugatione, *Mal* מל circuncidit, conscidit carnem præputij. Vide Genes. 17. 21. Exod 12 Deuter. 30. Iosu. 5. 7. &c.

Circulus à circuitu est dictus. Sūt autē Circuli sphæræ numero decem: *Aequinoctialis* ἰσημερινὸς, *Colurus Aequinoctiorum, Colurus Solstitiorum, Zodiacus, Meridianus, Horizon, Tropicus Cancri, Tropicus Capricorni, circulus arcticus, circulus antarcticus.* Priores sex appellantur maiores, quatuor posteriores minores. *Æquinoctialis* inde deducit nomen, quod cùm Sol eum orbem attigerit, æquinoctium efficiat. Est quippe ἴσον æqualis, ἡμέρα dies, vnde dictio conflata. *Coluri* duo, qui circa mundi polos se mutuo ad angulos rectos eosdemque sphærales dispescunt, ita vt vnus eorum per principia arietis & libræ feratur, alter per Cancri & Capricorni principia, ab eo nomen habent, quod Græci κόλουρον, id est, *mutilum* aut *truncatum* appellant. Zodiacus, qui dicitur διοικοῦσα ἢ κυλινδροῦσα, ἀπὸ τῶν ζωδίων, id est animalibus appellationem trahit. Animalia hic dico signa illa duodecim, quæ cuique sunt nota vel ex iis, quæ singulis annis

vulgantur, ephemeridibus. *Meridionalis* *μεσημβρινὸς* paribus spatiis ab occasu & ortu distans, & reliquis circulis in sphęra materiali supereminens, ἀπὸ τῆς μεσημβρίας, id est, meridie dictus: Horizon circulus maximus pro locorum diuersitate varius, & totam sphæram dirimens in duo hæmisphęria, ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν, quod terminare est nobis, vel finire, eo quod terminet visum: Tropicus vterque ἀπὸ τοῦ τρέπειν, id est, vertendo, quòd Sol inde ad nos vertatur. Arcticus, qui est per polum arcticum descriptus: Antarcticus, qui per alterum Zodiaci polum excurrit: Vt facile & obuium vtriusque nominis sit etymon.

Circus. Quod Circes veneficæ hoc nomen aliqui acceptum ferant, *vt libro singulari de spectaculis Tertullianus notauit*, est extremæ cuiusdam inscitiæ signum. Habet nomen ab equorum cursu, quòd circum metas currerent, cùm ibi celebrarentur ludi, cui sententiæ se etiam Isidorus submittit cùm alibi, tum *lib.18. cap.28.* vbi & ornamenta circi recenset, oua quippe Castoris honori ascripta, quòd ex ouo natus credatur, Metam, & Obeliscum scilicet lapidem aspertimū, qui in cuiusdam metæ figuram sensim consurgens & gracilescens, inque angustum verticem productus, & læuigatus artificis manu, formarū innumeras notas repræsentabat veterum sapientiæ, quæ cōsistebat in hieroglyphicis notis certissimos testes. Adnumerat idē & carcerem. Atqui carceres primum ex topho lignóque fuerunt, quos cum marmoreis Claudius commutauit. Præter hæc ornamenta conspiciebantur illic gypseæ Deorum imagines, tum hostibus detracta spolia. Iam & illud notandum, [illegible] quoque in circo [illegible] mo sorti[illegible] iuxta metas, qui sortes d[illegible] *[illegible]*. Vt vero [illegible] cōtemnebant [illegible] cō[illegible] hominum, [illegible] versari erubescerent, [illegible] erant humili loco, di[illegible] cogebant. Quo

spectat illud Horatij de seipso.

Fallacem circum vespertinumque pererro,
Sæpe forum, astsisto diuinis.

Apud bonos auctores fit mentio circi Flaminii, qui ab hoc circo maximo diuersus erat P. Victor recenset octo vel decem. Sed de his omnibus non est dicendi locus.

Ciris nomen puellæ quā Neptunus in auem eiusdem nominis & cristatam mutauit (*alaudam vocant alii*) a crispatis capitis capillis, qui cirri dicuntur, nomen inuenit. Ita nec fabulas aliquando omittimus, vt, qui his occupantur, ex hisce nostris nonnihil habeant, quod in rem suam vertant.

Cirrus quasi in circum tortus, *vt placet Grammaticis*, non ἀπὸ τοῦ κείρεσθαι, quod est tonderi, vt manifesto errore Isidorus interpretatur. Quamquam & perperam in expressis exemplaribus legatur κίρειν, cui substituendum κείρειν. Vide *cap.1.lib.vndecimi.*

Cissybium poculum Hederaceum, quo vinum exploratur, an sit permixtum aquæ, ἀπὸ τοῦ κισσοῦ, i. Hedera, nomen inuenit.

Cisterna, dicta Festo, quòd sit cis, id est, infra terram.

Cithara, ἀπὸ τοῦ κινεῖν mouendo, quòd audientes ad amorem commoueat. Cicero de natura Deorum dictam [illegible] scribit à forma, credo ab ea pec[illegible], quæ est *cauinata*, & ab Hippocrate propterea *cithara* vocata. Artem canendi citharа tribuit Tzetzes Chironi [illegible] eum Lycophronis locum enarra[illegible] πατρὶ πλήστερ ἐζυγημένον βλ[illegible] Alij eius inuentionem deferunt Apollini Nonnulli *Iubal*, longe [illegible] No[illegible] culum & diluuium: Gene.4.21.

C[illegible] appell[illegible] a [illegible] cet à כתם *[illegible]*, [illegible]

C[illegible] [illegible] volum[illegible] [illegible]

tibus, quæ calamos comminuunt: *Lucanus lib.10. Et cladem fouere Noti.*

Clam Præpositionem deducunt multi à veteri verbo *calim*, quam olim vsurpabant loco *clam*, vt *nis* pro *nobis*, *sam* pro *suam*, *im* pro *enim*. At Festus deducit à clauibus, quod his claudimus, quæ celare volumus, quod ego non improbo.

Clangor, proculdubio à Græco κλάγγειν. vel nomine κλαγγή. *Theocr. in Ptolom.* Philadelph. encomio: ὡς ἄρα νᾶσος ἔειπεν, ἃ δ' ὑψόθι κλάγξεν φωνᾷ. Neque enim tantummodo gruibus, verum & suibus hominibusque, imò sagittis, tribuitur apud Homerum.

Clarigatio est clara rei repetitio, qua vtebantur Romani, priusquam bellum hosti denuntiarent. Vel clara legatio, vt quidam volunt.

Clarus dictus Apollo, à Claro vrbe Asiæ, *vt ait Pomponius Mela*, vbi *Clarii*, inquit, *Apollinis fanum, quod Manto Tiresiæ filia fugiens victores Thebanorum Epigenos statuit.* Non procul ab vrbe ponit montem eiusdem nominis Isacius Lycophronis interpres, vt vel ab hoc monte trahi possit originatio. Certe vtramque à viris doctis probari video.

Claros, ciuitas Colophoni propinqua, quæ (*vt scripsit Nearchus*) forte contigit Apolli[illegible] ἀπὸ τοῦ κλήρου, i. *forte* deductum [illegible]nomen. Alij a *lachrymis* Mantus filiæ Tiresiæ, quam pœnitebat relictæ patriæ, d[illegible]alunt. Nam κλαίειν est *flere*. At κλάκλος nunquam fuit aut erit Græcis lachryma, quod Raphael Regi nullo auctore affirmat 1. *Metamorph.*

Cla[illegible] intelligit Isidorus cornu sic dictum, à *calando*, id est, à conuocando, [illegible] Inter [illegible] significat in [illegible] rebus signum, quod datur ad pugnam. Hinc *c[illegible]canere*, est m[illegible] es excitare a[illegible]pugna [illegible], hortari & an[illegible] ad [illegible]. Alij dictam volunt vocem a Cla[illegible], quod [illegible] classes olim [illegible] vocarentur. A[illegible] Liuius [illegible]. C[illegible]

concionem vocat. Et Dionysius lib 2. τοὺς δημοτικοὺς ὑπηρέται τινὲς κέρασι βοείοις ἐμβυκανοῦντες ἐπὶ τὰς ἐκκλησίας συνῆγον; *plebem ministri quidam cornibus bouillis, id est, buccinis, insonantes ad concionem cogebant.* Propertius: *Buccina cogebat priscos ad verba Quirites.* Et ipse quoque Vegetius classici nomen buccinæ adaptat. *Classicum*, inquit, *vocatur, quod buccinatores per cornu dicunt.* Quamquam Suetonius in Iulio classicum soli tubæ adscribat his verbis: *Rapta ab vno tuba, ingenti spiritu classicum exorsus est.* Sed *in his talibus*, inquit doctissimus Lipsius, *quam* τὸ πολεμικὸν *sine* τὸ παρακλητικὸν σημαίνειν, *quod in pugna fiebat omni instrumento & cornuum, & tubarum.*

Classis, quæ veteribus erat populi, nauium & militum multitudo, ἀπὸ τῶν καλῶν, id est, *lignis*, est dicta Grammaticis, à quibus & calones deriuat Festus. Classis procincta erat, in qua exercitus ritu Gabino cinctus confestim initurus erat prælium. Plinius: *Vinum curas vigoremque animi impedit ad procinctum.* Est enim procinctus ipsa expeditio & bellicus apparatus, cum se exercitus cingens, imò stans in procinctu, ad belli aleam, vtcumque tandem ceciderit, seipsum parat. Totus populus Romanus in sex classes distributus legitur *apud Dionysium & Liuium.* De ista distributione vide quæ sint à nobis allata *in dictione Census.*

Clathrus nominis auspicium dedicat Græco κλῆθρον.

Claudia familia Romana ab Appio Claudio Sabino accepit nomen, qui regibus exactis Romam venit cum quinque millibus clientum, parte vrbis illi ad habitandum concessa, *vt est notatum in Onomastico.* Ex hac familia oriundus est Appius Claudius cognomento *cæcus*, qui viam muniuit, quæ *Appia* dicta est, *Liuius lib. 9. Cicer. in Catone*: quique sententiam de pace non ineunda cum Pyrrho in senatu dixit, *teste C[illegible] T[illegible]cul. 5. Plutarcho in P[illegible]*

Orig. lib. Non me latet tres Claudiæ gẽtis familias agnosci à bonis auctoribus, primam eorum, qui *Regillenses* sunt dicti ab oppido Sabinorum Regillo, Appij istius Clausi (nam postea dictus est *Claudius* iuxta Liuium) & Claudiorum patria; alteram eorum, qui nominantur Pulcri à P. Claudio Pulcro Cœci filio; tertiam Neronum, at omnes originem à primo illo trahere, nemo, opinor, inficias ibit. Quid, quod Nero nomen fuerit Sabinum significans strenuum & fortem hominem? *vt scribit in Tiberio Suetonius.* Ab eodem Claudia tribus est nominata, *vt scribit Seruius.* Vnde illud Virgil. 7. Æneid. *Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum.*

Agmen agens Clausus, magnique ipse agminis instar,

Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens.

Claudiana tonitrua sunt dicta, quod Claudius Pulcer instituerit, vt ludis post scenam proiectus lapidum (*nam sic legendum reor in Festo*) sic fieret, vt veri tonitrus similitudinem imitaretur. Nã antea leues admodum & parui sonitus fiebant, cum claui & lapides in labrum æneum cõiicerentur. Fuerunt & Romæ quãdoq; præfecturæ Claudij & Claudii forum, quorũ locorum meminit Plinius *lib 3 cap. 5.* Volaterranus *Geograph. 5. cap. de rebus Pisanorum.* Vt finem faciam, referebat denique genus suum ad Claudium Claudia Quinta, quæ nauem cum sacris Matris Deum hærentem ad Tyberis vadum extraxit, precata palam, vt sequeretur, si pudicitia sibi constaret. Testis Liuius *lib. 9. Decadis 3.*

Claudus, quasi pedibus clausus.

Clauis, quòd claudat & aperiat dicta est Isidoro *vltimo Orig. lib. cap. 13.* Festus Pompeius & claudere & clauium ex Græcis fontibus descendere existimat: Quod quo pacto nobis probabit, nondum video.

Clausius vel *Clusius* dictus est Ianus quòd valuæ eius clauderentur tempore pacis; & *Patulcius*, quòd paterent tempore belli. Vide *Ouidium Fastor. 1.*

Clausula quam Græci *Colophonem* vel κολοφῶνα vocant, à breui conclusione est appellata. Hæc Festus.

Clauus à claudendo. Figitur enim, vt aliquid claudat siue contineat. Erat & apud Romanos clauus Annalis qui singulis annis in ædium sacrarum parietibus solebat figi, vt inde numerus annorum colligeretur. Pangebatur primùm ab eo, qui summus erat Prætor. Tandem ad Consules & Dictatores solemnis iste ritus translatus fuit: Qui cum intermissus fuisset sæuiente peste, repetitus fuit ex seniorum memoria, dicentium eam, clauo quondam à Dictatore fixo, sedatam. Ideo C. Genutio & L. Æmilio Mamerco coss. cum graui morbo ciuitas affecta esset, Senatus L. Manlium Dictatorem dici iussit, claui figendi caussa. Fuit & illud factum à Cn. Quintio Dictatore, cũ quereretur Romę de veneficiis, & aliquot matronæ eo nomine dãnatæ essent. Erant autem, qui figebantur claui, ex ære conflati ita, vt simul designarent numerum annorum. Trabales clauos propriè appellant, quibus committimus trabes. Et quoniam illi sunt validi & prægrandes, idcirco prouerbialiter & metaphoricè denotari his solet, quidquid est ingens, solidum & firmum. Clauus etiam vestimẽti est genus veluti quibusdam aureis clauis distinctum, quod & à palmarum similitudine dicebatur palmatum, & à verrucis clauo similibus vestis verrucata. Quod si latior ipsa vestis erat, *Laticlauia* πολυσημος dicebatur, eaque Senatores soli & patricii induebantur. Horatius 1. *Sermon. Et latum demisit pectore clauum* Ouidius ponit pro *senatoria dignitate.*

Cleanthes Philosophus dictus quasi φρεαντλης, quod noctu aquam hauriret è puteis. Hoc enim quæstu sarciebat inopiam, vt haberet vnde ad interdiu studiis vacaret. Laertius.

Clemens Donato *Adelph. Act.* [illegible] di- [illegible]

ctus à cultu mentis, ne illa vitiis contaminetur.

Clepsydra videtur inde Copernico dicta, quod singulari moderatione opus fuerit in addenda & subtrahenda aqua, pro diebus accrescentibus & decrescentib Hoc scilicet κλέπτειν τὸ ὕδωρ, *aquam furtim subtrahere.*

Clericus ἀπὸ τοῦ κλήρου, id est, *forte*, quòd sors & hæreditas sit Domini, sicut populus Dei apud Hebræos נחלה. Idem affirmat Hieron.*lib. de vita Cleric. ad Nepotianum.* Veteres patres postea hoc nomen transtulerunt ad Ecclesiasticorum ministrorum collegium Talis *Ostiarius, Psalmista, Lector, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diacon⁹, Presbyter, Episcopus.*

Clerus Græcè κλῆρος significat sortem, *vt iam modo dicebam.* Petrus vtitur pro gregis Dominici portione, quę obuenit vnicuique pastori, prout quemque Spiritus sanctus præfecit, Postea tamen intellecta hæc vox est de cœtu sacerdotum atque pastorum, quod ipsi sint Dei sors quædam peculiaris.

Cliens. Origo nominis istius fluxit ex verbo *colo.* Nam inquit Isidorus: Clientes prius colentes dicebantur, à colendis patronis, qui quasi patres erant & defendebant eos aduersus omnem iniuriã. Clientelas autem & patrocinia primus instituit Romulus, cum vellet arctissimo sibi inuicem vinculo plebeios atq; patritios esse deuinctos. Totam rẽ istam diligenter expedit & tractat Dionysius *Romam. Antiq. lib.* 2. vbi ait, *Romulum eam ad veterum Thessalorum imo Atheniensium morem instituisse, non tamen veteres in appellando secutum, verum negotium illud exornasse appellatione quadam honesta. Illi quippe superbe vtebantur Clientibus, opera illis parum decora iniungentes, nonnunquam male mulctantes & verberantes, si quando iussa non præstitissent. Athenienses vocabant* θῆτας *ob min[...]ia, quasi* μισθωτοὺς, *id est, mercenarios. Thessali vero* πενέστας, *exprobantes eis hoc nomine humilem, atrictam, abiectamque fortunam. Tales Lacedamoniis erant* εἵλωτες. *At Romulus pauperum tutelam nominauit patronatũ. Quoad officia, oportebat patronos Clientibus respondere de iure, cuius illi rudes & imperiti erant, & absentium non minus curam gerere, quàm præsentium, pro afflictis iniuria lites suscipere, impetum accusatoris sustinere, vtque compendio dicam, quietem ipsis a priuatis & publicis negotiis comparare. Vicissim Clientum erat, Patronos iuuare, si parum his esset, pecunia, in elocando filias, in redimendo captiuos cum ipsos, tum filios ipsorum: priuatarum quoque litium perditarum æstimationes & mulctas pro ipsis soluere, non vt fœnus inde perciperent, sed vt referrent gratiam. Vtrisque commune erat, ne fas esset alteris accusare alteros, aut aduersum dicere testimonium, aut ferre suffragium, aut inter inimicos censeri. Quòd si quis deprehensus esset aliquid horum facere, tenebatur lege de proditoribus, quam Romulus sanxit: conuictumque criminis cuius licebat vt Diti sacrum interficere. Mos enim erat Romanis, quos vellent impunè occidi eorum corpora deuouere cuipiam Deo, præcipuè Diis Inferis, quod fecit Romulus. Manserunt itaque per multas ætates mutua Patronorum & Clientum officia, haud secus quàm cognatæ necessitudinis posteris per manus tradita. Et erat maxima nobilium laus habere clientes quamplurimos, iam hereditariarum clientelarum, quam partarum virtute propria: Ingensque certamen erat vtrisque, ne vincerentur mutua beneuolentia, dum Clientes nullum patronis ministerium negarent, vicissim patroni nullo pretio possent corrumpi, vt Clientibus negotium ab aliis facessi sinerent. Tanta erat illis in omni vita temperantia, felicitatemque virtute metiebantur, non fortuna* Hæc Dionysius Iam & clientes comitabantur Patronos in plateis honoris gratia, quocunq; irent. Quapropter lassos Clientes Iuuenalis dicit Satyra 1. *De clientibus* multa quoq; fit mentio *in libris Codicis & Digestorum.* Græci ἐπιτρέπους appell[a]nt, ἀπὸ τοῦ ἐπιτρέπειν. Plutarchus tamen in Romulo retinet nomina Latina, κλιέντας. πατρώ-

me. Nunc verò *Clientem* nominant vaſallum. Pergit Dionyſius: *Nec tamen in ipſa vrbe plebs tuta erat patriciorum patrocinio, ſed & Coloniarum & ſociarum ac amicarum ciuitatum, & bello ſubactarum quæque ſuos habebat patronos quoſcunque vellet, è ciuibus Romanis.* Proinde Cicero ad finem *Actione.* v. *in Verrem*: *Clariſſimi viri noſtræ ciuitatis, temporibus optimis hoc ſibi ampliſſimum pulcerrimumque ducebant, ab hoſtibus clientibuſque ſuis, ab exteris nationibus quæ in amicitia Pop. Rom. ditioneque eſſent, iniurias propulſare eorumque fortunas defendere.* Atque hæc vt dicerem de Clientibus & eorum patronis, poſt nominis originem, operę pretium duxi.

Clima, ſegmentum mundi vel ſpatium contentum duobus parallelis, in quo dimidiæ horæ percipitur varietas in horologio, dicitur παρὰ τὸ κλίνειν, quod quæuis plaga intercepta duobus parallelis certo ſpatio declinet ab Æquatore. Cliuos vocat Pontanus climata *lib.* II *de rebus cœleſtibus.* præter ſeptem illa aciddiſſima autem climata, in quæ terra vniuerſa cogeretur, adduntur à Plinio exquiſitiſſima ſubtilitate alia quinque, vt ita fiant numero XII.

Climax ſchema rhetoricum, quod Hermogenes vocat κλιμακωτὸν σχῆμα, quod eſt inſtar ἀναβαθμοῦ Platoni, & fit cũ per gradus itur ab aliis ad alia, ita vt ſemper proximum verbum repetatur, ἀπὸ τῆς κλίμακος, id eſt, *ſcala*, nomẽ traxit. Vnde & gradatio dicitur Latinis. Exemplũ exhibet eius D. Paulus his verbis: *Afflictio operatur patientiam, patientia probationem, probatio ſpem, Spes autem non confundit.* Ex eodẽ fonte nati ſunt anni, quos *Climactericos* vocãt, id eſt, *ſcalares*, ſeptennario numero aut nouenario numero multiplicatos: Qualem eſſe periculoſum illum annum 63. quo ſe vertẽre Auguſtum in gratitudinis ſignum obtuliſſe Diis ſacrificium legimus, teſtatur Iulius Maternus: Quod numerus vterq; ſit decretorius, & ad vitam ſuccidẽdam quam plurimum valens. M. quoq; Varro pericula vitæ fortunarumq; grauiſſim fieri affirmat ſeptenariis, quos κλιμακτῆρας nominant Chaldæi. & quanquam talis ſit quinquageſimus quartus, & alii minores Climacterici, tamen præcipue talem habitũ 63. apud veteres inuenio, qui & annum illum *Climactericum tempus* appellant per ἐξοχὴν, vt Plinius *Epiſtola* 44.

Clinia adoleſcens apud Terentium, παρὰ τὸ κλεινόν, quod eſt *inclytum & celebre.*

Clio, nouẽ Muſarũ vna, παρὰ τὸ κλέιειν, id eſt, *celebrando* deducta. Ad quod etymon alludit Virgilius canẽs hoc modo. *Cuo geſta canens tranſactis tempora reddit.*

Clitellæ, quibus ſarcinæ alligatæ portantur *ſecundum Feſtum*, deflectũtur παρὰ τὸ κλίτος, decliue & vergẽs deorſum. Latera enim clitellarum imitantur quodammodo montium cliuos, ſicut & dorſa iumentorum.

Clitipho adoleſcens; quaſi τὸ κλειτὸν φῶς, *inclyta lux.*

Cliuus, à clino, quod eſt *inclino.* Cliuus Capitolinus dictus eſt Romæ locus & via, qua in capitolium aſcendebatur. Natæ ſunt de eo opiniones variæ, fortè idcirco, quòd varios aditus habuerit. Celebrata sũt olim in eo feſta Floralia. Clius Suburranus ibidẽ erat, quo à frequentiſſimo vico *Suburra*, & à foro Romano recta per forum Neruæ acceſſus erat. Publicus cliuus eſt appellatus vel potius publicius, per quem à Capitolio deſcendebatur ad piſcarium forum, & quod à bobus dictum *boarium*. Meminit eius Varro *de ling. Lat. lib.* 4I. Cliuus *publicius*, inquit, *ab Ædilib⁹ plebeis publiciis, qui eum publice ædificarunt.* Sic enim legendum arbitror, vel ſi ita mauis, *plebeis*, non *publicis.* Emendationem firmat Ouidius Faſtorum 5. his verbis:

Plebis ad Ædiles perducta licentia talis
Publicios.

Idem

Parte locãt cliuũ, qui tunc erat ardua rupes:
Vtile nunc iter eſt publiciumque vocant.

Publicius ergo eſt dictus à Publiciis Ædilibus

dilibus plebis, vt *Publius* vel *Publilius* vicus à Publio, *Cosconius* à Cosconio apud Varronem. Vbi & quidam male habent Costonius. Sit appendicis hic loco, ciuitati Cliuio, quæ Cliuiæ Ducatus est caput, nomen inditum videri à colle, qui Belgis est *Cleef* & in quo eadem est sita: Robertus Cænais autem Cliuenses, qui alioqui vna cum ipsa regione reuera ab hac vrbe nomen accersunt, quasi *Clauenses* dictos existimat, quòd clauas gestarent iussu Rodolphi.

Cloaca. Nominis huius origo manare videtur Festo *lib.3.* a conluendo, quod in hanc confluat colluuies, *Vlpiano teste l.1. §.1.ff. de cloacis.* Primus cloacam fodere cœpit Tarquinius Priscus, qui móribus subfossis, receptaculum omnium vrbis sordium cloacam fecit, inq; tres ductus diuisit. Deinde plures cauatæ sunt fossæ, maximè post vrbem a Gallis captã, cum quiq; domicilium ædificaret aut repararet. Earum cura penes Censores esse solebat. Cloacina Venus est dicta, quòd Romæ in cloaca magna effigies eius fuerit inuenta, *vt docet Ioannes Viues,*

Clusiuus Ianus, quòd tempore pacis portæ templi occluderentur.

Clusura, quę sunt Suidæ τὰ ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων, quo nomine vsus Nigidius apud Gellium a *cludẽdo*, id est, *claudendo* appellationem habent. Vtitur & hoc vocabulo Cassiodorus 2. *Variarum ad Faustum.*

Clypea vrbs Africæ, Plinio *Clupea*, olim Aspis, à clypei figura nomen inditum agnoscit.

Clyster, qui ægrotis per inferiora inijcitur ad repurgandum, emolliendum, restringendum, & sedandum dolorem, propriè ἀπὸ τοῦ κλύζειν dicitur, quod est *abluere, lauare.* In eum enim finem primum est comparatus.

Cochleare vnde sit dictũ, & quis eius sit vsus, ostenditur hoc disticho à Martiale: *Sum cocleis habilis, & nec minus vtilis ovis: Numquid scis potius cur cocleare vocer?* Discimus etiá cochlearibus fuisse vsus, qui olim ouis aut cochleis vtebantur.

Cocles, an quasi *Ocles*, id est, vnoculus, *vt dixit Plautus in Curculione*: Equidẽ dictos Coclites, qui nascerentur altero lumine orbi, est apud Plinium *lib.11.* & refert ex Plinio Carolus Sigonius *de Nomin. Rom. libro.* Quin Horatium Coclitẽ amisso altero oculo in prælio monophthalmum fuisse scribit Dionysius Halicarnassæus *lib.5.*

Coctum, a cogendo dictum secundum Festum, quia coquendo coarctatur, vt ad vtilitatem vescendi perducatur.

Cocytus īfernalis fluuius, nomẽ accessit παρὰ τὸ κωκύειν lamẽtádo, vel *vt Seruius notat Aeneid.6.* παρὰ τὸ κωκυῶς lugendo.

Cæcum intestinum appellatum, in homine, quod ora habet duo exiguo admodum interuallo à se inuicem distincta; in tantum, vt vix discerni queat, sintne duo, an vnum, atque adeo in eo cœcutiat homo.

Cælebs vel cælebs *vt aliis placet*, ab admiratione castitatis dictus est Fabio *libro 1. capit. 6.* Festo *libro 3.* Isidoro, & aliis, quasi *cælestis*, eo quòd vitã agat cœlestẽ. Alia ergo Romanorum sententia & Lycurgi, cum illi cœlibes mulctauerint, hic legẽ tulerit, vt arcerentur æstate a ludis & spectaculis, hyeme verò nudi forum circumirẽt: alia, quorundã Doctorũ Ecclesiæ, qui pro bono meritorio cœlibatum habuerunt. Atqui Augustinus Psalmo 29. *Quid prodest integra caro, mente corrupta? Melius est humile coniugium, quam superba virginitas.* Nota quoq; Paphnutii historia. Et Paulus inquit: τίμιος γάμος ἐν πᾶσι: *Scortatores autem punies Dominus.* Quæ non eum in finem huc adfero, vt continentiæ donum virginitatemq; elenem, cum Christus expresse dicat nõ omnes capere verbu hoc; verùm, vt paucis ostendã, hallucinari quandoque, qui, cum vni pugnantiu plurima deferunt, detrahunt mox alteri, quasi coniugium non sit bonũ, quia cœlibatus res est bona, *secundum Paulum.* Differunt enim cõiugiũ & virginitas, non ratione boni &

ad ipsam et fercula, notandum consuevisse veteres principio cœnę ostrea præbere, vt præ ceteris in Symposiacis testatur Plutarchus: Item oua, *vt liquet ex lib. 2. Horatij Sat. 3.* Apud eosdem lactuca cœnam claudebat iuxta illud Martialis:
Claudere quæ mensas lactuca solebat auorum,
Dic mihi, cur nostras inchoat illa dapes?

Exstat & apud Macrobium 3. *Saturnal. cap. 13.* descriptio cœnæ Pontificis Metelli, vnde non solùm ordinem ciborum in singulis cœnæ partibus, sed etiam luxum veterum animaduertas. Inde licebit plura haurire in rem præsentem, sicut etiam ex Mercurialis variis lectionibus, *ex Cœlij Rhodigini antiquis lectionibus*, Plutarcho, Plinio, & aliis.

* *Cœna Domini.* Vide *Eucharistia.*

Cœnaculum locus, in quo cœnabant veteres. tandem vbi cœnare cœperunt in superiori domus parte, pars domus superior vniuersa appellata cœnaculi nomine, *auctore M. Varrone*, cui astipulatur Festus, cœnacula dici scribens, ad quæ scalis ascenditur. Vnde Syris est עליתא. Nec mirum diu retentum vocabulum priscum in tali significatione, cum etiamnum veteri vocabulo pistrinum eum dicamus locum, in quo grana teruntur versatilibus molis, cum ante molarum vsum pinserentur in pilis, vnde & illi nomen. Sic loricam dicimus quæ iam ferro conficitur, cum antea constaret loris. Possent similia referri sexcenta, in quibus etsi res ipsa & prima nominis origo exoleuerit, nomen nihilominus ipsum conseruatur in vsu.

Cœnobium quasi κοινὸς βίος, *communis vita.* In ipsis equidem Christianæ religionis cunabulis (ne dicam Pythagoræis) id etiam vsitatum fuisse haud ignorandum habuisse homines pios studiorum & pietatis officinas, quas tum *cœnobia* appellabãt à victu inter eos communi: cùm nemo eorum sibi quidquam assereret aut vindicaret in ea vitæ fortunarumque communione. Huiuscemodi loca vocat Eusebius *phrontisteria* à commentationis studio, Philo Iudæus Asceteria, quòd ibi diuinis contemplationibus se exercerent, alij ἁγνευτήρια, quod religionis meditatio mentes expurget.

* Κοινόβιον, locum. vbi communis quędam vita agitur ad sacratiorum studiorum commoditatem, & ad bonos mores. pia vetustas appellauit, ex quo in prisca Ecclesia licuit asceteria pietatis colere. & iuuentutem in rebus sacris informare. Hinc Cœnobiarchæ, & Abbates. Hodie seruatur nomen.

Cœnum. Nominis huius etymon propositum à doctis quibusdam haudquaquam reiicendum. Sunt enim qui ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, id est, *communi trahunt*, siue quod omnes eo communiter inquinentur, siue quod κοινὸν *immundum* quid etiam significet. Scribit enim Marcus *cap. 7.* Scribarum quosdam reprehendisse discipulos Christi, cùm vidissent eos panes commedere κοιναῖς χερσὶν *communibus manibus.* id est. *pollutis.* Hinc κοινοῦν communicare *Matth. 15. Act. 10.* tantundem, atque polluere & inquinare.

Cœtus, nempe conuentus aut congregatio, à coeundo adeptus nomen.

Cognati quasi ex vno nati, quòd nascẽdi initium habuerint idem, *vt scripsit Labeo.* Intelliguntur hoc nomine ἐν πλάτει omnes cõiuncti natura ex iustis nuptiis, *l. 4. §. 2. l. 10. ff de grad.* specialiter soli per fœminas coiuncti: *ead. l. 10. de gradi.* sicut ex Pauli verbis facile collegeris.

Cohors. Verba Isidori subiiciam *Cohors vocata, vel quod coarctet omnia, quæ sunt interius, id est, concludat, vel quod coerceat obiectu suo extraneos, & adire prohibeat.* Varro: *Cohors, quod vt in villa ex pluribus tectis coniungitur, ac quiddam fit vnum, sic hæc ex manipulis copulatur cohors, quæ in villa dicta & appellata hoc nomine, quod circa eum locum pecus coerceatur.* Hinc *gallinæ cohortales* apud Columellam, quæ continentur intra villaticam cohortem, quales potissimum gallinæ. Hæc illorum sententia. Alia Lipsij quoad originem, cuius en verba ex 2. *de militia Romana*

mana caput. 4. Dictum de manipulis, e quibus conficitur deinde cohors. Ea vox origine Græcanica est,& χόρτος illis περιφερισμὸς καὶ περιχύρωμα,sive(ut *Hesychius*) περιβόλος τῆς αὐλῆς,Vno verbo, quod clausum & septum in anteriore domo vel villa,χόρτον illi dixerunt, Latini *cohortē* vel *Cho tem.* Nam & sic scribebant, & ita docent marmora vetusta. Etsi rursus alii deriuent, militariter accipiendo nomen, παρὰ τὸν χόρτον fœno, *quod fortasse iacerent sæpius in herba sub dio cohortes militares.* Sic Martialis *rauca cohortis anes* dixit. Vtque nonnihil addam de re militari,sciendum quālibet cohortem decem cohortibus constitisse *auctore Vegetio.* Est & cohors peditum, vt turma equitum. Cicero pro Marcello: *Huius gloriæ Cæsar, quam es paulo ante adeptus, socium habes neminem. Nihil tibi cohors, nihil turma decerpit.* Quanquā nō diffitear habuisse & singulas cohortes in legione equites suos at impares numero peditibus. *Militaria cohors* quæ in legione erat prima, imò legionis caput, à millenario numero nomen inuenit, quod pedites haberet mille centum & quinque, equites autem centum triginta duos,*Cohors prætoria* dici solebat. quæ Prætori aut Consuli semper ad latus erat præsto,dum versaretur in prouincia, erat que nihil aliud, quàm comitatus & satellitium eius.Erāt & aliæ duæ cohortes Prætoriæ:Vna *Euocatorum*,altera *Voluntariorum*, qui comitabantur Proconsules in expeditione, vt visu rerum peritiores domum redirent. Apud Liuium nulla cohortium mentio: *Ut multi existimant a Mario primum hæ institutas adeoque dictas a cohortando.* Quod ea lege nō improbo,si ad bellum hoc nomen retuleris, in quo cohortes se inuicem præliando cohortabantur. Quoad primam enim originem, præualebit Varronis & Isidori sententia.

Colaphus. κόλαφος,ἀπὸ τοῦ κολᾶ τῆς ἀφῆς. Vsus ea voce Paulus *1.Corinth.4.& 2.Corinth.11. Petrus Epist.1.cap.2.*

Colchi Asiæ populi à Colcho Phasidis filio dicti Straboni. *Alij*, qui volunt Iudæorum esse propaginem, deriuant à כלח *senuit.*

Colyphium luctatorum & Athletarum panis, quem in prandio tantum edebat quòd in cœna carnem comederent, *vt refert Galenus Comment.1.* ad Hippocratem περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων. *Alij horisin.18.* ἀπὸ τοῦ κώλου, membro inquam, & ἶφι robore,auspicium nominis trahit. Meminit eius & Iuuenalis *Satyra 2.* Sed malè ibi colliphium, cùm Græcè dicatur κωλύφιον. *Par mendum*,in Plauti Persa,cum ait: *Colliphia mihi ne incoqu.a deus.* Alii dictum malunt à pane subcinericio,eodemque rotundo, qui Græcis est κόλλιξ. Vnde κολλικοφάγοι Aristophani,qui comedunt talē panem in Acharn.

Collactea vel Collactanea, eodem lacte nutrita.Exstat id nomen apud Iuuenalem *Satyra 6.*

Collatina porta vrbis, qua tendebatur Collatiam.

Collatinus appellatus Tarquinius Lucretiæ maritus, qui post reges exactos factus est Consul cum Iunio Bruto,forsan à ciuitate Collatia, quam Tarquinius cognomento Superbus ex collata pecunia in prima regione Italiæ constituit.Hic cùm in suspicionem venisset apud populum,cui nomen Tarquinii per se erat exosum, abdicauit se magistratu & vrbe excessit.*Plutarchus in Publicola.*

**Collecta.* Quum variis precibus veteres Ecclesię serui in sacris cœtibus vterentur, posteri in quasdam formulas communes illas collegerunt, quibus Ecclesię cōtinerentur in exercitiis veræ pietatis.Hinc huic instituto inhæsit collectæ nomen, & consultum hac via fuit multorum ignauiæ,qui deinde preces ex liturgiis & agendis, non ex pectorum riuulis hauserunt. Alia temporum progressu accesserunt,quę in præsentia tractare non fert huius operis ratio. Tertulliani seculum *Collectas* vocauit ipsas Congregationes Ecclesiasticas: nec improprie

lo. Quantum ad etymon, approbauit id Festus Pompeius, cui Cilo sine aspiratione is est, cui frons est eminentior, ac dextra sinistraque velut recisa videtur.

*Chylus, χυλὸς succus generaliter (inquit Gorræus) idem significat quod χυμὸς, tum apud Platonem & Hippocratem, tum apud veteres omnes Comicos. Est humor quidam incrassatus tam in animantibus quàm in plantis. Sed tamen in animantibus specialiter magis eum succum designat, quem ventriculus è cibis per concoctionem elicit, & qui sanguinis materia est. Hic enim à medicis propriè χυλὸς appellatur, quãuis generaliore quodam significato non is modò, verùm etiam & pituita, & sanguis, & reliqua omnia humorum genera sub eo nomine comprehendi posse videantur. אכל *Acal*, i. comedit, manducauit: כול *Col*. sustentauit: כלה *Cala*, absumptus est. Nam edere est cibum absumere, quo vita & natura sustentatur. Hinc χιλὸς pabulum, alimonia; χιλόω, pasco, sagino.

Chimæra monstrum Poeticum, cuius caput & pectus referebant leonem, venter capram, cauda draconem, iuxta illud Lucretii lib. 5. *Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra*, χίμαιρα Grçcis capra. Explicantem eam fabulam vide Eustathium *Iliad. 2.*

Chios insula Aegei maris inter Samum & Lesbum, Ephoro Aethalia, Macris, & Pityusa Plinio, αἰθάλη Suidæ & Stephano, etiamsi Liuio *lib. 37.* diuersæ sint insulæ Macris, Chios, Aethalia, deducit nomen à niue, vel (quod alii volunt, & mihi minus placet à nympha Chione.

Chiragra idem in manibus, quod podagra in pedibus, componitur ἐκ τῆς χειρὸς manu, & ἀγρίας feritate siue atrocitate doloris, sanguineo aliquo aut biliosо, aut denique pituitoso fluxu occupante articulos.

Chirurgus manuarius Medicus, ἀπὸ τοῦ χειρὸς καὶ ἔργου, id est, *a manu & opere* dicitur. Hinc χειρουργικὴ pars ista Medicinæ, quæ manuum opera perficitur, & omniũ est antiquissima. Tales quippe fuerunt Podalirius atque Machaon, qui militarunt ad Troiam, Asclepio nati, *vt cecinit Homerus*. Cœcutit hîc Isidorus, cum dictam vult chirurgiam à manu, quæ Græcis χεὶρ est, & *diæta*, quam Latini *regulam* appellant.

Chloris, florum Dea vel Nympha, alio nomine *Flora*, vnde *Floralia sacra*, quam ferunt meretricia arte magnas quæsisse opes, hæredemque scripsisse pop. Romanum, vt ex annuo fœnore bonorum suus dies natalis celebraretur, sicut mutato nomine ob turpitudinem, à floribus est dicta Flora, ita hoc nostrum ad idem plane respiciens ἀπὸ τοῦ χλωροῦ, id est, *viriditate* obtinuit. Meminit eius Lactantius *lib. 1. de falsa relig. cap. 20.* Eius ludos vocat Ouidius iocosos *Fastorum. 5.* vtpote in quibus mulieres consueuerunt nudari, quæ ibi ad satietatem vsque spectabantur à populo cateruatim rum confluente. Scribit Valerius Maximus non ausum fuisse populum, cum Cato ingressus esset theatrum, postulare, vt eiusmodi scorta nuda exhiberentur: Sed eum digressum, ne præsentia sua spectaculi consuetudinẽ impediret.

Cholera morbus, in quo ventriculus superno infernoque ore ad excernendũ vtens diuexatur, nomen sumsit à bile, quæ per eam affectionem copiosè effunditur. Vel sic dicta est, *(vt alii censent)* quòd materia, quæ per ventrem effertur ex intestinis excerni videtur, quę à Grçcis χολάδες nominantur Atque hinc χολερικοὶ vel χολεριῶντες dicuntur, qui *Cholera* laborant.

Chorus Græce χορὸς, *multitudo canentium & saltãtium* cum tibicine, à χορεύω, quod est *tripudio*, deriuat nomen. Primum fiebat illud circa aras Deorum, *vt ex 6. Virgilii constat*, vbi & Seruius definit chorum multitudinem in sacra collectam. Tandem pars comœdiæ minus primaria inter [illegible]

non præfinito numero eorum, qui concentum formabant. Constabat autem tam viris, quam mulieribus, *vt apparet ex Troade Senecæ tragœdia*: Ex viris quidem, si fœmina esset laudanda: ex fœminis, si extollendus vir esset. Non placet hîc Isidorus, qui scribit: *Chorus est multitudo in sacris collectus, & dictus chorus, quòd initio in modum coronæ circa aras starent & psallerent.* Græca enim origine est dictio, nec aliò transferenda, si fontem spectes. Testatur id etiam aspiratio vocis, quæ non percipitur in coronæ vocabulo. A χορεύειν ergo deducitur, aut, si ita mauis, ἀπὸ τῆς χαρᾶς, id est, *gaudio*, quod à Platone, grauissimo sane auctore affirmari video in etymo choreæ. A choro porro dicitur *Choraules* nempe tibicen, qui fistula canit in choro, & à verbo αὐλέω *tibia cano.*

Christianus à Christo nomen accepit, ait Bernardus *in suis sententiis.* In actis Apostolorum legimus primùm eos, qui Christum & eius doctrinam profitebantur, fuisse dictos fideles, at Antiochiæ nominatos Christianos. Hinc latè sparsum hoc nomen per totum orbem terrarum, cùm ita appellet eos Tacitus, Suetonius quoque in Nerone, & C. Plinius *in Epistola ad Traianum Imperatorem.* Etymon porro nostrũ confirmatur *al. 1. C. de summa Trinit.* Sed manum de tabula.

Chremes senex apud Terentium ἀπὸ τοῦ χρέμπτεσθαι, quod enixè exspuere significat, siue *screare*, vt solent senes nõnulli. *Christiani à Christo dicimur, quemadmodum ab Israele Israelitæ, Sed Gentiles, inprimis verò Græci, nominum affinitate ducti Christianos ἀπὸ τῆς χρηστότητος dixisse videntur. Sonat autem χρηστὸς beneficum, humanũ, benignum, liberalem Hoc argumento vtitur Iustinus Martyr vt gentilium vocabulum refellat, non vt Christianos à Christo auellat; in 2 Apo ad Anton. Imp χρηστὸ τατο. ὑπάρχομεν. Et mox χριστιανοὶ εἶναι κατηγορούμεθα, τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δί- καιον; i. *Cum Optimi* [illegible] (ac si omnium pessimi [illegible]: *at quod optimum est, odisse iniqui* [illegible] Vicinæ sunt autẽ voces apud Græcos χρηστὸς & χριστὸς, quarum prior benignum, posterior vnctum significat. A priore Latini Chrestũ pronuntiant, quod cognomen fuisse Phocionis reperio, ob singularem beneficentiam. Et quãquam virtus illa χρηστότης Christianis aptissimè competat, non tamen inde nomen sortiti sunt. χρηστοτατους fuisse Christianos liquet ex Iustino passim, & *Eusebio cap. 8. lib. 9.* vbi etiam Ethnicorum iudicio optimi habiti sunt. Verum non rectè hinc dici locuples testis est Tertull. in Apolog. cap. 3. *Sed & cùm perperam Chrestianus pronuntiatur à vobis (nam nec nominis est penes vos certa notitia) de suauitate, vel benignitate compositum est.* Et Lactantius lib. 4. Instit. cap 7. indicat Chrestum pro Christum malè per errorem ab illis dici. Verissima est sententia à Christo rege & pontifice dici Christianos. Christus porro παρὰ τὸ χρίεσθαι, vngi, dicitur: hinc χριστὸς vnctus. Nomen hoc Messiæ est, non quidem proprium: sed nuncupatio potestatis & regni, vt ait Lactantius. Respondet autem voci Hebreæ *Masschach*, i. vnctus, à verbo משח *Massach* i. vnxit oleo, perunxit, inũxit. Et ĩ voce passiua *Nimesſach*, vnct⁹ est Inde *Mischach* & *Masschach*, vnctio.

Christus. Suidas: χρηστὸς *bonus ex carnate, sed non necessitate:* χριστὸς *elec vnctus*, Hebraicè *Messias*, vnicus scilicet Dei filius, Saluator mundi, quem prædixerunt Prophetæ, prædicarunt Apostoli, testati sunt Martyres Accessit ergo nomen ἀπὸ τοῦ χρίειν, quod est *vngere*. Vnctus enim est oleo lætitiæ præ consortibus suis Iustinus martyr scribit hoc modo: χριστιανοὶ ἄγαν κατηγορούμεθα, τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον, quasi ἀπὸ χρηστότητος deriuatum sit nomen. Haud rectè, nisi exprimere voluerit munus nostrum allusione quadam. Nam, vt Augustinus inquit *de doct. Christ. lib. 2*, Christianum no-

A

men ille frustra sortitur, qui Christum minimè imitatur. Et Ambrosius: *Mendacium est Christianum se dicere, & opera Christi non facere.*

Chrysis meretrix Terentiana ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ, *auro.*

Chrysolitus, gemma, composito nomine ex auro τοῦ χρυσοῦ scilicet, & λίθου *lapide.*

Chrysopolis sic dicta Bithyniæ ciuitas Suidæ, Stephano, Ptolemæo & Xenophonti. Damalis Arriano: at quam Stephanus tamen prope Chalcedonem ponit, nomen inuenit, quòd Persæ illic aurum colligerent ex aliis ciuitatibus.

Chrysostomus, Byzantinus olim Episcopus, quasi χρύσεον στόμα *os aureum*, ob eloquentiam est dictus. Idem audit χρυσολόγος, χρυσόγλωσσος iuxta Suidam. Scribunt etiam fuisse eum non modo ἐλευθερόστομον, sed etiam πολυάγρυπνον καὶ φιλόπονον. Aristophanis comœdias dormiturus sub puluino abdebat, non secus ac Magnus Alexander Homerum, & Scipio Xenophontem.

Christophorus ὁ τὸν χριστὸν φέρων, *Christum ferens.* Fuit id nomen Christophoro Longolio Ciceroniano, viro equipem eloquentissimo.

Cibilla mensa rotunda à cibo dici videtur Varroni 4. *de lingua Latina*: Eamque escariam fuisse existimat. Quo fit vt apud Festum *Cibillina* potius, quam *Cillibæ* vel *Cillibæ*, legendũ existimem.

* *Cibus*, Omne id quo vescimur, variis nominibus ab Hebræis effertur 1. אכל *Ochel*, siue אוכל *Ochel*, siue אכלה *Achlah*, & מאכל *Maachal*, & מאכלת *Maachelet*, a verbo אכל *Achal*, id est, edit, comedit, manducauit, deuorauit. Proprie tribuitur ori, metaphorice igni & gladio. 2. A verbo סעד *Sahad*, id est, fulciuit deriuatur nonnullis סעדה *Sahadah*, cibus sustentans & vitæ fulcrum pastus, [illegible] Inde illa Lat. *Tam* [illegible] *Cibo corpo a*[illegible]. E[illegible] Hebræorum [illegible]orisino, *far*[illegible] *baculum panis*. 3. ברה *Barah*, i. delegit cibos lautiores, vt ex farre electos & paratos; comedit cibos delicatos. Hinc Græcis βρώω, βρώσκω, βιβρώθω, βοράζω, voro: φρῶ, & φρώμαι, deuoro: nam cibi delicatiores auidè vorantur. Ab hoc verbo ברה *Barah*, deriuantur בר *Bar*, i. far, frumentum lautius ex quo cibus paratur hominibus: ברה *Barah* cibus sapidus & lautior, farreum, βορὰ, βρῶσις: ברות *Baroth*, Cibus lautior: בריה *biria*, pulmentum ex farre purissimo & lectissimo. 4. מטעמים *Matahammim* dicuntur Genes. 27. 4. pulmenta sapida, cibi delicati. Et מטעמות *Matahammoth*, dapes sapidæ, Prou. 23. 3. 6 a verbo טעם, *taham*, i. gustauit paululum seu modicum, degustauit, sensit gustum. Cognationem habet cum מעט *Mehat*, i. modicum: nam primoribus labris aliquid parum attingendo sentimus saporem. Hinc τομαω desidero, gustare cupio. Nomen טעם *taham*, gustus, sapor: Et metaphorice, sensus, sententia, probatio, experimentum: vt Psal. 34. *Gustate & videte quam suauis est dominus.* 5. Commeatus, viaticum quod viatori datur, demensum cibi consueti dicitur ארחה *Arucha*, ab ארח *Arah*, iter longum fecit. In eo enim cibo & commeatu opus est 6. טרף *Tereph* à verbo Taraph, quod de feris dictum significat carpere: de hominibus autem, piis præsertim, idem est ac carpere: & Tereph esca est quæ carpitur, vt hoc sensu Psalmo 111. v. 5. sumitur 7. לחם *Lechem*, Cibus, esca, panis, quicquid dentibus inciditur à verbo לחם *Lacham* i. incidit dentibus vel ore gladii, prosecuit, comedit, exedit mandendo & concidẽdo Bellum vocatur *L*[illegible]*m*, quod in eo fiat hominum concisio, dissectio [illegible] liiq; alios vt cibum deuorent. Et cibus masticatus, [illegible] dus in nutrimentum in ventriculo *Lechum* appellatur Sunt ali[illegible] nomina [illegible]æ o[illegible], Hebræis v[illegible], *P*[illegible] *T*[illegible] [illegible] o[illegible]

[illegible]

nariū, vel venationi paratū, vel ad igné coctum referantur, linguæ facræ prçstātiam & varietatem meram demonſtrāt, nec prolixius tamen explicantur, ne in immenſum labor hic creſcat. Nam ſuperſunt etiam è Græcis & Latinis multa ſubiicienda. Quæ ſequūtur. Græcę cibi appellationes ex homero plæreq; ferè omnes collectæ ſunt, quas cū Hebræis lector conferre poteſt: Nempe Ἔδεσμα, Εἶδαρ, quaſi ἔδαρ ab ἐδω: βρῶμα. βρῶσις, quaſi ῥῶσις τῷ ζῶντι, id eſt robur viuentis. Hinc forſan βροτὸς homo dictus, ω in ο verſo, quia cibis homo indiget & fulcitur. τροφὴ quoque alimētum quoduis ſignificat ἀπὸ τοῦ τρέφειν, alere, nutrire: vel; vt Plutarchus exiſtimat παρὰ τὸ τηρεῖν τὴν φύσιν, quod naturam ſuſtētet. Ὀχὴ idem quòd τροφὴ: vnde Ζεὺς αἰγίοχος, qui à capra cibatus & nutritus eſt. Cibi etiam φαγήματα & προσφαγία dicuntur, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, edere: vnde fagum dictam voluntLatinis, quòd illius arboris fructus, primus fuerit variis terrarū locis victus vel cibus. Ὄψον, vt vult Euſtathius in 10. lib. Iliados, eſt πᾶν τὸ συνάγμα σιτίοις ἐσθιόμενον, omne id quod cū pane editur. ἀπὸ τοῦ ὀψὲ ſerò, idque vel quòd ſerò ſiue circa veſperā non mane, veteres ſicco pani aliquid cibi adderēt; vel quod delicatis & opiparis cibis ſerò voluptatis cauſa homines vti cæperūt cum antea ſimplicioribus vſi fuiſſent. ὀψώνια vocarūt cibaria militu, quas antiqui dixere τροφὰς, Latini ſtipendia, cum non modo pec[illegible] num [illegible]rarentur, ſed etiam cibi pro dignitatum & munerum r[illegible]on[illegible] [illegible]s viri ad cō[illegible]o dum commentum d[illegible] [illegible]tarq; vt hac ra[illegible] c milit[illegible] c[illegible]r tur, vt ſemper [illegible] haberent, nec [illegible] pr[illegible] πρὸσφαγια q[illegible] qu[illegible] [illegible], [illegible] t[illegible] [illegible]p[illegible] & [illegible]s. Μ[illegible], id[illegible] d[illegible] [illegible] μ[illegible] τροφὴ, [illegible] H[illegible]ια apud Hom[illegible]rum [illegible] n[illegible] [illegible]at q[illegible]uis cibum: ali-

quando τὰ ἐφόδια ὅ ἐστι βρώματα εἰς ἔδουν ἐπιτηδείας παρὰ τὸ ἰέναι, i. viaticum, id eſt cibos ad iter neceſſarios, ab eundo. vel propterea (vt Euſtath. Annotat in 10. Iliad.) quod vitæ atque motus, ſiue progreſſus cibi ſunt cauſæ totum enim corpus permeant: vnde etiam epulæ dictæ ſunt εἶοι. Quæuis cibaria σῖτα, σιτία σῖτα, ἐπισίτια, ἐσιοι. τ σμοι dicuntur: nonnunquam tamen σῖτος & σιτίον pro ſolo pane accipitur. vt cibus apud Latinos. Δαὶς, δαίσιον, δαίσιμον, ἐπίδαιτρον, eſca, cibus, edulium eſui aptum. ἐπιτραπεζώματα, cibi qui menſæ imponuntur, quæ Feſto impomenta, q. d. menſis impoſita. Lantinis *Cibus* variis appellationibus deſignatur. Eæ ſunt in genere, victus, alimentum, Eſca, Penus. Cibus Iſidoro dictus quia capiatur ore. Cibatus, idem fere quod cibus. Ciborum innumerę ſere ſunt differentiæ, quas ad ſequentes claſſes reuocare licet. 1. Sumuntur aut ex plantis ſiue terrā naſcentibus, aut ex animalibus & animalium partibus, vel tandem ex iis quæ ab animalibus prodeunt, nec illorum ſunt partes; vt ſunt oua, lac, mel, ſanguis. 2. Inter cibos ſunt alimenta, & condimenta, ſeu gulæ irritamenta, ἀρτύματα, ἡδύσματα, ζωμεύματα. Optimum cibi condimentum fames, potionis ſitis condimenta varia & multiplicia, valetudinis maxima nocumenta. Principem locum inter condimenta tenent ſal, acetum, mel, ſaccharum. 3. cibi diuiduntur etiam in naturales & artificiales, de quibus multa leguntur apud Athenæum lib. 3. cap. 7. & 18. & lib. 14 c. 19. Pollucē lib. 6. cap. [illegible]1. & lib. 2. cap 12. Plinium lib. 18. cap. 7. [illegible] 11 vbi de panis faciendi ratione, generibus, & pluribus diſſerit. 4. Multiplices ſunt ciborum ſucci, vires, facultates. 5. H[illegible], ſecundum illorum [illegible]iam, con[illegible]tu[illegible]m ætatem ſexu[illegible], vitæ genus conſuetudinem, religi[illegible], [illegible] [illegible] fe[illegible] [illegible] c[illegible] Horum [illegible] ſpecies no[illegible] ſunt loci ex-

plicatæ occurrunt.

Cimmerii & *Cimbri* Germaniæ populi, consentientibus propemodum omnibus, à Gomero Iapeti filio, qui item filius Noach siue Saturni fuit, sunt prognati. Vt facilè sit videre, quo referenda sit nominis origo. Quas chimeras & portentorum figmenta excogitauerit nasuta Criticorum quorundam turba in hoc nomine non intellecto, explicat Iunius perquam eleganter (vt solet) *in sua Batauia pag.353.* Dignus qui videatur à bono Philologo.

Cilicia Asiæ minoris regio, Iosepho *Tarsus*, Hebræis *Chalah*, *teste Aria Montano*, hodie *Tarcomania* & *Finichia*, vt refert Marius Niger, Isidoro videtur dicta à Cilice quodam, quem ortum Phœnice, Ioue ipso antiquiorem fuisse tradũt.

Cilicia Si credimus Ariæ Montano, hanc Asiæ minoris regionem vocari *Chalah*, non absonum erit hinc deriuatum Ciliciæ nomẽ, cùm certũ sit multas regionum & populorum voces ex hac omnium prima lingua esse deductas. Iosephus & Stephanus nominãt *Tarsum*.

Cillo, quo nomine Petrus Crinitus vult denotari cinœdum, cum apud Ciceronem Salustius in Cillonum gregem transscribitur, eodem censore à verbo *cillo*, quod tantundem erat veteribus atque ceuere, hoc est, omni posthabito pudore turpiter sese mouere & agitare: Quodipsum Seruius etiam cum Hyginus.

Cincinnatus. Etymon illud à prolixis & intortis capillis natum videtur, quos cincinnos dicunt Latini, non ab olei specie, quod *κίκι* vocant. Tributum nomen istud L. Quintio Dictatori, qui Spurium Melium regnum affectantem à Seruilio Hala equitũ, ante seditionem ortam, Magistro occidi iussit, *vt refert Liuius lib.4.* ab V.C. Florus *lib.1. cap. 26.* Sabell. *lib.5. Ennead.3.*

Cinctura dicta est [illegible] o, quod initio coniugii [illegible] cinguli solutio quo noua n[illegible]at cin[illegible]

Cinnabaris maximè Dioscorides à *dracone* & *barro*, id est, elephanto traxit nomen, *vt scribit Isidorus*, ex vulgi opinione, quod cũ Plinio saniem draconis illisi Elephantorum morientiũ pondere, permixto vtriusque animalis sanguine, appellat. Hanc veterem ergo appellatione, *sanguinem* dico *draconis*, à vulgi opinione natam multi ex Græcis retinuerunt, ex eodem simul fonte originem Cinnabaris arcessentes, sed extra veritatem. Ita ex errore seritur error, & alter alterum trahit ad lapsum.

Circea dicta est herba à Circe, quod ea fuerit vsa ad veneficia sua. Alio nomine dicitur *Mandragora*, quam semihominem vocat Columella in horto, quod radix in duas fibras velut in crura diuidatur. Vulgo persuasum est ab agyrtis, herbam hãc humanam effigiem repræsentare, nec effodi posse, nisi magno cum vitæ periculo, vt latius declarat *Matthiolus in Dioscoridem.* Vetus hæc fabula & superstitio, cùm & Pythagoras *ἀνθρωπόμορφον* appellarit. Ab eadem porro Circe dictus est *mons Circaeus*, *Circaeum oppidum*, *Circaeum promontorium*, quod Circes domus est Melæ.

Circenses ludi, qui & Gymnici sunt dicti, à gymnicis exercitationibus, quæ in iis exhibebantur, vidẽtur Seruio *3. Georgic. & 8. Æneid.* tum aliis Grammaticis appellati, quasi circum enses, qui positi erant ab vna parte, ab altera constitutis metis circa flumen, vt esset ab vtroq; latere præsens ignauiæ periculum. Aliis à circumeundo placet deduci. Priori sententiæ video [illegible] Alex. ab Alex. astipulari *lib.5. Genial. dier. cap. 8.* Cassiodorum *3. Variarum ad Faustum*, & alios nõnullos. Sed [illegible] non [illegible] a circo magno, in quo agitari solebant, in Cereris Deæ honorem. Celebrabantur autem equorum cursu, vt indicat Tacitus *lib.6* In pompa vehebantur Deorum imagines circum [illegible], *vt e Varrone*. Macrobius: *Ve[illegible] rum D[illegible] [illegible] fer[illegible], velut [illegible]*

rum Circensium simulacra Deorum. Ouidius Fastorum 4.

Circus erat põpa celeber, numeroque Deorũ,
Primaque ventosis palma petetur equis.

Conspiciebantur & illic aurigarum factiones quatuor, quæ nomina acceperunt a quatuor diuersis panni coloribus, viridi inquam, cœruleo, coccino & alio, quibus erant ornati. Verba Sidonii Apollinaris de illis sunt hæc:

Micant colores:
Albus & Venetus, virens rubensque,
Vestra insignia: Continent ministri
Ora & lora manu, iubasque totas
Cogunt flexilibus latere nodis.

Vtque aurigantium factio erat diuersa, ita diuersus erat fauor spectantium pro coloris varietate: vsque adeo vt & principes nonnullos hoc insaniæ flabello exagitatos legamus. Nam Prasinæ factioni addictus fuit Caligula, vt & Nero, & postea Verus, Venetæ Vitellius. Capitolinus in vita Veri: *Circensium tantum curam habuit, vt frequenter prouincialibus caussa eorum literas & miserit, & acceperit. Denique etiam præsens & cum Marco sedens multas à Venetianis passus est iniurias, quod turpissime contra eos faueret. Nam & volucri equo Prasino simulacrum fecerat, quod secum portabat.* Hactenus Capitolinus. Iustiniani vero temporibus tantam exortam Byzantij seditionem ex Prasinæ & Venetæ factionum contentione, vt quadraginta fere hominũ millia sint trucidata, testatur Zonaras, post Zonaram, aut potius ex Zonara Cuspinianus.

Circinus dictus, quod *vergendo* efficiat circulum. *Isidorus.*

Circiter à circumeundo. Lustrat enim ille & circumit vigilias. Vtitur hoc vocabulo Vegetius l. *de re militari.* Vbi tamen nonnulli legunt *circitores.* Moneo, veteri æuo apud Romanos circuiuisse vigilias ipsos tribunos. Ait enim Liuius: *A custodibus probatum circumeuntes vigilias Tribunos ...* Idem de Imperatore Tito affirmat Iosephus, de M... Sallustius, cui etiam Legatos iungit, de Centurionib9 Tacitus *histor. l. 2.* Ceterũ Vegetij æuo Circitorum proprium hoc mun9 fuit. Solitos illos aquilæ adiacere, notat Lipsius ad Polybiũ, *5. de mil. Rom.*

Circuncisio, fuit Sacramentum veteris populi, à Deo institutũ, in masculis solùm, præputium carnis amputans, ad significandam regenerationem hominis & confirmandas Dei promissiones ad certum tempus duraturum. Grçcis *περιτομὴ* à verbo *περιτέμνω*, circumcido, circumseco: cuius simplex est *τέμνω*, seco. Metaphoricè autem in epistola ad Romanos, cap. 2. *περιτομὴ καρδίας* circuncisio cordis Et Iudæi rebelles Euangelio Incircuncisi corde nominantur, Act. 7. Hebræis מילה *Miláh* dicitur, à verbo מלל *Malal* Abscidit, rescuit: vel (vt alij sentiunt) à verbo מול *Mol* circuncidit, conscidit, præscidit, & dicitur tantùm de membris corporis. In i coniugatione, *Mal* מל circuncidit, conscidit carnem præputij. Vide Genes. 17. 21. Exod 12 Deuter. 30. Iosu. 5. 7. &c.

Circulus à circuitu est dictus. Sũt antẽ Circuli sphæræ numero decem: *Aequinoctialis ἰσημερινὸς, Colurus Aequinoctiorum, Colurus Solstitiorum, Zodiacus, Meridianus, Horizon, Tropicus Cancri, Tropicus Capricorni, circulus arcticus, circulus antarcticus.* Priores sex appellantur maiores, quatuor posteriores minores. *Æquinoctialis* inde deducit nomen, quòd cùm Sol eum orbem attigerit, æquinoctium efficiat. Est quippe *ἴση* æqualis, *ἡμέρα* dies, vnde dictio conflata. *Coluri* duo, qui circa mundi polos se mutuo ad angulos rectos eosdemque sphærales dispescunt, ita vt vnus eorum per principia arietis & libræ feratur, alter per Cancri & Capricorni principia, ab eo nomen habent, quod Græci *κόλουρον*, id est, *mutilum* aut *truncatum* appellant. Zodiacus, qui dicitur *δωδεκάδης ἢ κυλινδρώδης, ἀπὸ τῶν ζωδίων*, id est animalibus appellationem trahit. Animalia hic dico signa illa duodecim, quæ cuique sunt nota vel ex iis, quæ singulis annis

vulgantur, ephemeridibus. *Meridionalis* μεσημβρινος partibus spatiis ab occasu & ortu distans, & reliquis circulis in sphæra materiali supereminens, ἀπὸ τῆς μεσημβρίας, id est, meridie dictus: Horizon circulus maximus pro locorum diuersitate varius, & totam sphæram dirimens in duo hæmisphæria, ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν, quod terminare est nobis, vel finire, eo quod terminet visum: Tropicus vterque ἀπὸ τοῦ τρέπειν, id est, vertendo, quòd Sol inde ad nos vertatur. Arcticus, qui est per polum arcticum descriptus: Antarcticus, qui per alterum Zodiaci polum excurrit: Vt facile & obuium vtriusque nominis sit etymon.

Circus. Quod Circes veneficæ hoc nomen aliqui acceptum ferant, *vt libro singulari de spectaculis Tertullianus notauit,* est extremæ cuiusdam inscitiæ signum. Habet nomen ab equorum cursu, quòd circum metas currerent, cùm ibi celebrarentur ludi, cui sententiæ se etiam Isidorus submittit cùm alibi, tum *lib. 18. cap. 28.* vbi & ornamenta circi recenset, oua quippe Castoris honori adscripta, quòd ex ouo natus credatur, Metam, & Obeliscum scilicet lapidem asperrimũ, qui in cuiusdam metæ figuram sensim consurgens & gracilescens, inque angustum verticem productus, & læuigatus artificis manu, formarũ innumeras notas repræsentabat veterum sapientiæ, quæ cõsistebat in hieroglyphicis notis certissimos testes Adnumerat idẽ & carcerem. Atqui carceres primum ex tofo lignóque fuerunt, quos cum marmoreis Claudius commutauit. Præter hæc ornamenta conspiciebantur illic gypseæ Deorum imagines, tum hostibus detracta spolia. Iam & illud notandum, consedisse quoque in circo maximo [illegible], [illegible] metas, qui [illegible] [illegible]. Vt ver[illegible] c[illegible] [illegible] gr[illegible] [illegible] homines, [illegible] vellari erubesce[illegible] [illegible] lo[illegible] di[illegible] [illegible] [illegible]ebant. Quo

spectat illud Horatij de seipso:

Fallacem circum vespertinumque pererro,
Sæpe forum, adsisto diuinis.

Apud bonos auctores fit mentio circi Flaminii, qui ab hoc circo maximo diuersus erat P. Victor recenset octo vel decem. Sed de his omnibus non est dicendi locus.

Ciris nomen puellæ, quã Neptunus in auem eiusdem nominis & cristatam mutauit (*alaudam vocant alii*) a crispatis capitis capillis, qui cirri dicuntur, nomen inuenit. Ita nec fabulas aliquando omittimus, vt, qui his occupantur, ex hisce nostris nonnihil habeant, quod in rem suam vertant.

Cirrus quasi in circum tortus, *vt placet Grammaticis*, non ἀπὸ τοῦ κείρεσθαι, quod est tonderi, vt manifesto errore Isidorus interpretatur. Quamquam & perperam in expressis exemplaribus legatur κείρειν, cui substituendum κέρας. Vide *cap. 1. lib. vndecimi.*

Cissybium poculum Hederaceum, quo vinum exploratur, an sit permixtum aquæ, ἀπὸ τοῦ κισσοῦ, i. Hedera, nomen inuenit.

Cisterna, dicta Festo, quòd sit cis, id est, infra terram.

Cithara, ἀπὸ τοῦ κινεῖν mouendo, quòd audientes ad amorem commoueat. Cicero de natura Deorum dict[illegible]m c. in scribit à forma, credo ab ea pectoris, quæ est *c[illegible]*, & ab Hippocrate propterea *cithara* vocata. Artem canendi cithara tribuit Tzetzes Chironi, cum eum Lycophronis locum enarrat. τ[illegible] πατρὶ πλέξον ἐζυγημένον βρότων Alij eius inuentionem deferunt Apollini. Nonnulli *Iubal*, [illegible]nge ante No[illegible] seculum & diluuium: *Gen.* [illegible] 21 [illegible]

C[illegible] appell[illegible] est [illegible] à *Kal.* [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] cet a כתם [illegible] [illegible]

C[illegible] Gram[illegible] veteres [illegible] volunt d[illegible] a [illegible] [illegible] κλ[illegible] q[illegible], [illegible] [illegible] [illegible] a[illegible]tibus

tibus, quæ calamos comminuunt: *Lucanus lib. 10. Et cladem fouere Noti.*

Clam Præpositionem deducunt multi à veteri verbo *calim*, quam olim vsurpabant loco *clam*, vt *nis* pro *nobis*, *sam* pro *suam*, *im* pro *enim*. At Festus deducit à clauibus, quod his claudimus, quæ celare volumus; quod ego non improbo.

Clangor, proculdubio à Græco κλάγγειν. vel nomine κλαγγὴ. *Theocr. in Ptolom.* Philedelph. encomio: ὡς ἄρα νᾶσος εἶπεν, ὁ δ᾽ ὑψόθι κλάγξεν φωνᾷ. Neque e[illegible] tantummodo gruibus, verum & suibus hominibusque, imò sagittis, tribuitur apud Homerum.

Clarigatio est clara rei repetitio, qua vtebantur Romani, priusquam bellum hosti denuntiarent. Vel clara legatio, vt quidam volunt.

Clarius dictus Apollo, à Claro vrbe Asiæ, *vt ait Pomponius Mela*, vbi *Clarii*, inquit, *Apollinis fanum, quod Manto Tiresiæ filia fugiens victores Thebanorum Epigenos statuit.* Non procul ab vrbe ponit montem eiusdem nominis Isacius Lycophronis interpres, vt vel ab hoc monte trahi possit originatio. Certe vtramque à viris doctis probari video.

Claros, ciuitas Colophoni propinqua, quæ (*vt scripsit Nearchus*) sorte contigit Apollini; ἀπὸ τοῦ κλήρου, i. *sorte* deductum h[illegible]bet n[illegible]men. Alij a *lachrymis* Mantus filiæ T[illegible], quam pœnitebat relictæ patr[illegible] dic[illegible]m malunt. Nam κλαίειν est f[illegible]. At κλάκλος nunquam fuit aut erit Gr[illegible]is lach[illegible]ma, quod Raphael Regi[illegible] ill[illegible] auctore affirmat. 1. *Metamorph.*

Cla[illegible]m i[illegible]telligit Isidorus cornu sic [illegible], a *[illegible]lando* [illegible] est, à conuocando, [illegible]. Inte[illegible]a autem significat in [illegible] s[illegible]ebus signum, qu[illegible] datur ad p[illegible]. Hinc *c[illegible]m [illegible]nere*, est mi[illegible] [illegible] [illegible]octa [illegible] excitare a[illegible] pugnam. [illegible]r, hortari & an[illegible] ad rem al[illegible]. A[illegible] [illegible]ctam volunt vocem a Cl[illegible], quo[illegible] [illegible] classes olim [illegible] [illegible] vo[illegible]entur. At enim Liuius [illegible]. *C[illegible]*

concionem vocat. Et Dionysius lib. 2. τοὺς δημοτικοὺς ὑπηρέτη τινὲς κέρασι βοέοις ἐμβυκάνοντες ἐπὶ τὰς ἐκκλησίας συνῆγεν; *plebem ministri quidam cornibus bouillis, id est, buccinis, insonantes ad concionem cogebant.* Propertius: *Buccina cogebat priscos ad verba Quirites.* Et ipse quoque Vegetius classici nomen buccinæ adaptat. *Classicum*, inquit, *vocatur, quod buccinatores per cornu dicunt.* Quamquam Suetonius in Iulio classicum soli tubæ adscribat his verbis: *Rapta ab vno tuba, ingenti spiritu classicum exorsus est.* Sed *in his talibus*, inquit doctissimus Lipsius, *quam* τὸ πολεμικὸν *siue* τὸ παρακλητικὸν σημαίνειν, *quod in pugna fiebat omni instrumento & cornuum, & tubarum.*

Classis, quæ veteribus erat populi, nauium & militum multitudo, ἀπὸ τῶν καλῶν, id est, *lignis*, est dicta Grammaticis, à quibus & calones deriuat Festus. Classis procincta erat, in qua exercitus ritu Gabino cinctus confestim initurus erat prælium. Plinius: *Vinum curas vigoremque animi impedit ad procinctum.* Est enim procinctus ipsa expeditio & bellicus apparatus, cum se exercitus cingens, imò stans in procinctu, ad belli aleam, vtcumque tandem cecciderit, seipsum parat. Totus populus Romanus in sex classes distributus legitur *apud Dionysium & Liuium*. De ista distributione vide quæ sint à nobis allata *in dictione Census.*

Clathrus nominis auspicium dedicat Græco κλεῖθρον.

Claudia familia Romana ab Appio Claudio Sabino accepit nomen, qui regibus exactis Romam venit cum quinque millibus clientum, parte vrbis illi ad habitandum concessa, *vt est notatum in Onomastico.* Ex hac familia oriundus est Appius Claudius cognomento *cæcus*, qui viam muniuit, quæ *Appia* dicta est, *Liuius lib. 9. Cicero in Catone*; quique sententiam de pace non ineunda cum Pyrrho in senatu dixit, *teste C[illegible]cul. 5. Plutar. bo in P[illegible], P[illegible]*

Orig. lib. Non me latet tres Claudiæ gẽtis familias agnosci à bonis auctoribus, primam eorum, qui *Regillenses* sunt dicti ab oppido Sabinorum Regillo, Appij istius Clausi (nam postea dictus est *Claudius* iuxta Liuium) & Claudiorum patria; alteram eorum, qui nominantur Pulcri à P. Claudio Pulcro Coeci filio; tertiam Neronum, at omnes originem à primo illo trahere, nemo, opinor, inficias ibit. Quid, quod Nero nomen fuerit Sabinum significans strenuum & fortem hominem? *vt scribit in Tiberio Suetonius.* Ab eodem Claudia tribus est nominata, *vt scribit Seruius.* Vnde illud Virgil. 7. Æneid. *Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum.*

Agmen agens Clausus, magnique ipse agminis instar,

Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens.

Claudiana tonitrua sunt dicta, quod Claudius Pulcer instituerit, vt ludis post scenam proiectus lapidum (*nam sic legendum reor in Festo*) sic fieret, vt veri tonitrus similitudinem imitaretur. Nã antea leues admodum & parui sonitus fiebant, cum claui & lapides in labrum æneum cõiicerentur. Fuerunt & Romæ quãdoq; præfecturæ Claudij & Claudii forum, quorũ locorum meminit Plinius *lib 3 cap. 5.* Volaterranus *Geograph. 5. cap. de rebus Pisanorum.* Vt finem faciam, referebat denique genus suum ad Claudium Claudia Quinta, quæ nauem cum sacris Matris Deum hærentem ad Tyberis vadum extraxit, precata palam, vt sequeretur, si pudicitia sibi constaret. Testis Liuius *lib. 9. Decadis 3.*

Claudus, quasi pedibus clausus.

Clauis, quòd claudat & aperiat dicta est Isidoro *vltimo Orig. lib. cap. 13.* Festus Pompeius & claudere & clauium ex Græcis fontibus descendere existimat: Quod quo pacto nobis probabit, nondum video.

Clausius vel *Clusius* dictus est Ianus quòd valuæ eius clauderentur tempore pacis; & *Patulcius*, quòd paterent tempore belli. Vide *Ouidium Fastor. 1.*

Clausula quam Græci *Colophonem* vel κολοφῶνα vocant, à breui conclusione est appellata. Hæc Festus.

Clauus à claudendo. Figitur enim, vt aliquid claudat siue contineat. Erat & apud Romanos clauus Annalis, qui singulis annis in ædium sacrarum parietibus solebat figi, vt inde numerus annorum colligeretur. Pangebatur primùm ab eo, qui summus erat Prætor Tandem ad Consules & Dictatores solemnis iste ritus translatus fuit: Qui cum intermissus fuisset sæuiente peste, repetitus fuit ex seniorum memoria, dicentium eam, clauo quondam à Dictatore fixo, sedatam. Ideo C. Genutio & L. Æmilio Mamerco coss. cum graui morbo ciuitas affecta esset, Senatus L. Manlium Dictatorem dici iussit, claui figendi caussa. Fuit & illud factum à Cn. Quintio Dictatore, cũ quereretur Romę de veneficiis, & aliquot matronæ eo nomine dãnatæ essent. Erant autem, qui figebantur claui, ex ære conflatiiia, vt simul designarent numerum annorum. Trabales clauos propriè appellant, quibus committimus trabes. Et quoniam illi sunt validi & prægrandes, idcirco prouerbialiter & metaphoricè denotari his solet, quidquid est ingens, solidum & firmum. Clauus etiam vestimẽti est genus veluti quibusdam aureis cl[illegible]is distinctum, quod & à palmarum similitudine dicebatur palmatum, & à verrucis clauo similibus vestis verrucata. Quod si latior ipsa vestis erat, *Latus clauus* πλατύσημος dicebatur, eaque Senatores soli & patricii induebantur: Horatius 1. *Sermon. Et latum demisit pectore clauum.* Ouidius ponit pro *senatoria dignitate.*

Cleanthes Philosophus dictus quasi φρεάντλης, quod noctu aquam hauriret è puteis. Hoc enim quæstu sarciebat inopiam, vt haberet vnde attentius interdum studiis vacaret. Laertius.

Clemens Donato *Adelph. Act. Sc.* dictus a

ctos à cultu mentis, ne illa vitiis contaminetur.

Clepsydra videtur inde Copernico dicta, quod singulari moderatione opus fuerit in addenda & subtrahenda aqua, pro diebus accrescentibus & decrescentib Hoc scilicet *κλέπτειν τὸ ὕδωρ, aquam furtim subtrahere.*

Clericus ἀπὸ τοῦ κλήρου, id est, *sorte*, quòd sors & hæreditas sit Domini, sicut populus Dei apud Hebræos נחלה. Idem affirmat Hieron. *lib. de vita Cleric. ad Nepotianum.* Veteres patres postea hoc nomen transtulerunt ad Ecclesiasticorum ministrorum collegium Talis *Ostiarius, Psalmista, Lector, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diacon⁹, Presbyter, Episcopus.*

Clerus Græcè κλῆρος significat sortem, *vt iam modo dicebam.* Petrus vtitur pro gregis Dominici portione, quę obuenit vnicuique pastori, prout quemque Spiritus sanctus præfecit. Postea tamen intellecta hæc vox est de cœtu sacerdotum atque pastorum, quod ipsi sint Dei sors quædam peculiaris.

Cliens. Origo nominis istius fluxit ex verbo *colo.* Nam inquit Isidorus: Clientes prius colentes dicebantur, à colendis patronis, qui quasi patres erant & defendebant eos aduersus omnem iniuriā. Clientelas autem & patrocinia primus instituit Romulus, cùm vellet arctissimo sibi inuicem vinculo plebeios atq; patritios esse deuinctos Totam rē istam diligenter expedit & tractat Dionysius *Romam. Antiq. lib.* 2. vbi ait, *Romulum eam ad veterum Thessalorum imo Atheniensium morem instituisse, non tamen veteres in appellando secutum, verum negotium illud exornasse appellatione quadam honesta. Illi quippe superbe vtebantur Clientibus, opera illis parum decora iniungentes, nonnunquam malè mulctantes & verberantes, si quando iussa non præstitissent. Athenienses vocabant* θῆτας *ob min*[illegible]*ia, quasi μισθωτοὺς, id est, mercenarios; Thessali vero* πενέστας*, exprobantes eis hoc nomine humilem, astrictam, abiectamque fortunam. Tales Lacedæmoniis erant εἵλωτες. At Romulus pauperum tutelam nominauit patronatū. Quoad officia, oportebat patronos Clientibus respondere de iure, cuius illi rudes & imperiti erant, & absentium non minus curam gerere, quam præsentium, pro afflictis iniuria lites suscipere, impetum accusatoris sustinere, vtque compendio dicam, quietem ipsis a priuatis & publicis negotiis comparare. Vicissim Clientum erat, Patronos iuuare, si parum his esset, pecunia, in elocando filias, in redimendo captiuos cum ipsos, tum filios ipsorum: priuatarum quoque litium perditarum æstimationes & mulctas pro ipsis soluere, non vt fœnus inde perciperent, sed vt referrent gratiam. Vtrisque commune erat, ne fas esset alteris accusare alteros, aut aduersum dicere testimonium, aut ferre suffragium, aut inter inimicos censeri. Quòd si quis deprehensus esset aliquid horum facere, tenebatur lege de proditoribus, quam Romulus sanxit: conuictumque criminis cuiuis licebat vt Diti sacrum interficere. Mos enim erat Romanis, quos vellent impunè occidi eorum corpora deuouere cuipiam Deo, præcipue Diis Inferis, quod fecit Romulus. Manserunt itaque per multas ætates mutua Patronorum & Clientum officia, haud secus quam cognatæ necessitudinis posteris per manus tradita. Et erat maxima nobilium laus habere clientes quamplurimos, tam hereditariarum clientelarum, quam partarum virtute propria: Ingensque certamen erat vtrisque, ne vincerentur mutua beneuolentia, dum Clientes nullum patronis ministerium negarent, vicissim patroni nullo pretio possent corrumpi, vt Clientibus negotium ab aliis facessi sinerent. Tanta erat illis in omni vita temperantia, felicitatemque virtute metiebantur, non fortuna.* Hæc Dionysius Iam & clientes comitabantur Patronos in plateis honoris gratia, quocunq; irent. Quapropter lassos Clientes Iuuenalis dicit Satyra 1. *De clientibus* multa quoq; fit mentio *in libris Codicis & Digestorum.* Græci ἐπιτρέπους appellant, ἀπὸ τοῦ ἐπιτρέπειν. Plutarchus tamen in Romulo retinet nomina Latina, κλιέντας. πατρώ-

me. Nunc vero *Clientem* nominant vasallum. Pergit Dionysius: *Nec tamen in ipsa vrbe plebs tuta erat patriciorum patrocinio, sed & Coloniarum & sociarum ac amicarum ciuitatum, & bello subactarum quæque suos habebat patronos quoscunque vellet, è ciuibus Romanis.* Proinde Cicero ad finem *Action.* 4. *in Verrem*: *Clarissimi viri nostræ ciuitatis, temporibus optimis hoc sibi amplissimum pulcerrimumque ducebant, ab hospitibus clientibusque suis, ab exteris nationibus quæ in amicitia Pop. Rom. ditioneque essent, iniurias propulsare eorumque fortunas defendere.* Atque hæc vt dicerem de Clientibus & eorum patronis, post nominis originem, operæ pretium duxi.

Clima, segmentum mundi vel spatium contentum duobus parallelis, in quo dimidiæ horæ percipitur varietas in horologio, dicitur παρὰ τὸ κλίνειν, quod quæuis plaga intercepta duobus parallelis certo spatio declinet ab Æquatore. Cliuos vocat Pontanus climata *lib.* 11 *de rebus cœlestibus.* præter septem illa aridissima autem climata, in quæ terra vniuersa cogeretur, adduntur à Plinio exquisitissima subtilitate alia quinque, vt ita fiant numero XII.

Climax schema rhetoricum, quod Hermogenes vocat κλιμακωτὸν σχῆμα, quod est instar ἀναβαθμοῦ Platoni, & fit cũ per gradus itur ab aliis ad alia, ita vt semper proximum verbum repetatur, ἀπὸ τῆς κλίμακος, id est, *scala*, nomẽ traxit. Vnde & gradatio dicitur Latinis. Exemplũ exhibet eius D. Paulus his verbis: *Afflictio operatur patientiam, patientia probationem, probatio spem, Spes autem non confundit.* Ex eodẽ fonte nati sunt anni, quos *Climactericos* vocãt, id est, *scalares*, septennario numero aut nouenario numero multiplicatos: Qualem esse periculosum illum annum 63. quo se vertẽte Augustum in gratitudinis signum obtulisse Diis sacrificium legimus, testatur Iulius Maternus: Quod numerus vterq; sit decretorius, & ad vitam succidẽdam quam plurimum valens. M. quoq; Varro pericula vitæ fortunarumq; grauissima fieri affirmat septenariis, quos κλιμακτῆρας nominant Chaldæi. & quanquam talis sit quinquagesimus quartus, & alii minores Climacterici, tamen præcipuè talem habitũ 63. apud veteres inuenio, qui & annum illum *Climactericum tempus* appellant per ἐξοχὴν, vt Plinius *Epistola* 44.

Clinia adolescens apud Terentium, παρὰ τὸ κλεινὸν, quod est *inclytum & celebre.*

Clio, nouẽ Musarũ vna. παρὰ τὸ κλείειν, id est, *celebrando* deducta. Ad quod etymon alludit Virgilius canẽs hoc modo.
Clio gesta canens transactis tempora reddit.

Clitellæ, quibus sarcinæ alligatæ portantur *secundum Festum*, deflectũtur παρὰ τὸ κλιτὸν, decliue & vergẽs deorsum. Latera enim clitellarum imitantur quodammodo montium cliuos, sicut & dorsa iumentorum.

Clitipho adolescens, quasi τὸ κλειτὸν φῶς, *inclyta lux.*

Cliuus, a clino, quod est *inclino.* Cliuus Capitolinus dictus est Romæ locus & via, qua in capitolium ascendebatur. Natæ sunt de eo opiniones variæ, fortè idcirco, quòd varios aditus habuerit. Celebrata sũt olim in eo festa Floralia. Clius Suburranus ibidẽ erat, quo à frequentissimo vico *Suburra*, & à foro Romano recta per forum Neruæ accessus erat. Publicus cliuus est appellatus vel potius publicius, per quem à Capitolio descendebatur ad piscarium forum, & quod à bobus dictum *boarium.* Meminit eius Varro *de ling. Lat. lib.* 4. Cliuus *publicius*, inquit, *ab Ædilib⁹ plebeis publiciis, qui eum publice ædificarunt.* Sic enim legendum arbitror, vel (si ita mauis) *plebis*, non *publicis.* Emendationem firmat Ouidius Fastorum 5. his verbis:

Plebis ad Ædiles perducta licentia talis
Publicios.

Idem

Parte locãt cliuũ, qui tunc erat ardua rupes:
Vtile nunc iter est publiciumque vocant.

Publicius ergo est dictus à Publiciis Ædilibus

dilibus plebis, vt *Publius* vel *Publilius* vicus à Publio, *Cosconius* à Cosconio apud Varronem. Vbi & quidam male habent Costonius. Sit appendicis hic loco, ciuitati Cliuio, quæ Cliuiæ Ducatus est caput, nomen inditum videri à colle, qui Belgis est *Cleef* & in quo eadem est sita. Robertus Cænais autem Cliuenses, qui alioqui vna cum ipsa regione renera ab hac vrbe nomen accersunt, quasi *Clauenses* dictos existimat, quòd clauas gestarent iussu Rodolphi.

Cloaca. Nominis huius origo manare videtur Festo *lib.3.* a conluendo, quod in hanc confluat colluuies, *Vlpiano teste l.1. §.1.ff. de cloacis.* Primus cloacam fodere cœpit Tarquinius Priscus, qui mœnibus subfossis, receptaculum omnium vrbis sordium cloacam fecit, inq; tres ductus diuisit. Deinde plures cauatæ sunt fossæ, maxime post vrbem à Gallis captã, cum quiq; domicilium ædificaret aut repararet. Earum cura penes Censores esse solebat. Cloacina Venus est dicta, quòd Romæ in cloaca magna effigies eius fuerit inuenta. *vt docet Ioannes Viues,*

Clusinus Ianus, quòd tempore pacis portæ templi occluderentur.

Clusura, quę sunt Suidæ τὰ ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων, quo nomine visus Nigidius apud Gellium à *cludēdo*, id est, *obticendo* appellationem habent. Vtitur & hoc vocabulo Cassiodorus 2. *Variarum ad Faustum.*

Clupea vrbs Africæ, Plinio *Clupea*, olim Aspis, à clypei figura nomen inditum agnoscit.

Clyster, qui ægrotis per inferiora iniicitur ad repurgandum, emolliendum, restringendum, & sedandum dolorem, proprie ἀπὸ τοῦ κλύζειν dicitur, quod est abluere, *lauare*. In eum enim finem primùm est comparatus.

Cochleare vnde sit dictũ. & quis eius sit vsus, ostenditur hoc disticho à Martiale: *Sum cocleis habilis, & nec minus vtilis ouis: Numquid scis potius cur cocleare vocer?* Discimus etiã cochlearibus fuisse vsus, qui olim ouis aut cochleis vtebantur.

Cocles, an quasi *Ocles*, id est, vnoculus, *vt dixit Plautus in Curculione.* Equidẽ dictos Coclites, qui nascerentur altero lumine orbi, est apud Plinium *lib.11.* & refert ex Plinio Carolus Sigonius *de Nomin. Rom. libro.* Quin Horatium Coclitẽ amisso altero oculo in prælio monophthalmum fuisse scribit Dionysius Halicarnassæus *lib.5.*

Coctum, a cogendo dictum secundum Festum, quia coquendo coarctatur, vt ad vtilitatem vescendi perducatur.

Cocytus ifernalis fluuius, nomẽ accessit παρὰ τὸ κωκύειν lamẽtãdo, vel *vt Seruius notat Aeneid.6.* παρὰ τὸ κωκύειν lugendo.

Cæcum intestinum appellatum, in homine, quod ora habet duo exiguo admodum interuallo à se inuicem distincta, in tantum, vt vix discerni queat, sintne duo, an vnum, atque adeo in eo cœcutiat homo

Cælebs vel cælebs (*vt aliis placet*) ab admiratione castitatis dictus est Fabio *libro 1.capit.6.* Festo *libro 3.* Isidoro, & aliis, quasi *cælestis*, eo quòd vitã agat cœlestẽ. Alii a tergo Romanorum sententia & Lycurgi, cum illi cœlibes mulctauerint, hic legẽ tulerit, vt arcerentur æstate a ludis & spectaculis, hyeme verò nudi forum circumirẽt: alia. quorundã Doctorũ Ecclesiæ, qui pro bono meritorio cœlibatum habuerunt. Atqui Augustinus Psalmo 29. *Quid prodest integra caro, mente corrupta? Melius est humile coniugium, quam superba virginitas.* Nota quoq; Paphnutii historia. Et Paulus inquit: πόρνους γὰρ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ θεός: *Scortatores autem puniet Dominus.* Quæ non eum in finem huc adfero, vt continentiæ donum virginitatemq; elenem, cum Christus expresse dicat, nõ omnes capere verbũ hoc; verum, vt pauci ostendã, hallucinari quandoque, qui, cum vni pugnantiũ plurima deferunt, detrahunt mox alteri, quasi coniugium non sit bonũ, quia cœlibatus res est bona, *secundum Paulum.* Differunt enim cõiugiũ & virginitas, non ratione boni &

mali, sed potius ea ratione, quod cœlebs expeditior sit ĩ subeũdis periculis, & perferẽdis malis. at maritus de familia magis solicitus sit, *vt Paulus ait 1. Corinth. 7.*

Cœlius mons Romæ quartus, quem Romulus primum omnium muniuit, at Tullius pomerio inclusit, *iuxta Dionysius & Liuius produnt*, iuxta Festum nomen accepit à Cœle[u]nalim Cælio, ex Hetruria oriundo, qui Romulo contra Sabinos suppetias tulit. Idem cõfirmat Varro *libro quarto, de Lingua Latina.* Tacitus scribit, montem hunc olim appellatum fuisse Querquetulanum, quod arborum eiuscemodi copia esset ibi permagna, mox Cœlium dictum ab eo duce, cui cognomen erat Vibenno. Ab hoc ipso *Cœlimontium* appellata secunda vrbis regio, quam ibi collocauit Augustus eratque via propemodum plana, quæ eo tendebat Itaq; Ouidius in Fastis:

Cœlius ex alto, qua mons descendit in æquũ,
Hic, vbi nõ plana est, sed properanda via est.

Solebant illic & Equiria ab equorum cursu dicta celebrari translata videlicet propter exundationẽ Tybris. Significat & illud Ouidius Fastorum 3. his verbis:

Altera gramineo spectabis Equiria campo,
Quem Tyberis curuis in latus vrget aquis:
Qui tamen eiecta si forte tenebitur vnda,
Cœlius accipiet puluerulentus equos.

Instituti fuerunt hi ludi à Romulo Marti patri, & celebrabantur. 3. *Idus Martij.*

Cœlum an veluti κοῖλον, *iuxta Varronem*, id est, conuexum exterius, quod in circulo est cauum an quasi cælatum, nempe stellarum signis, *iuxta Attilium Gallum*? Neutrum repudio. De cœli & cœlestium corporum motu vide Astrologos.

Cœmiterium nihil aliud, quam κοιμητήριον, quasi *dormitorium* dicas. Hebræi doctiores nominant בית חיים, id est, *viuentium domum.* Quibus vocibus resurrectionis corporum monemur & immortalitatis, quæ animę à Deo communicata est. Nam qui dormiunt, euigilant iterum. Et sicut Christus caput resurrexit, ita & nos eius membra resurgemus. Quo spectat celeberrimus ille locus Iobi. 19. *Scio*, inquit, *quod meus redemptor viuat, inque nouissimo die de terra sim resurrecturus, & rursum circumdabor pelle mea, & carne mea, videbo Deum quem ipse ego visurus sum, & oculi mei conspecturi, & non alius.* Hæc spes reposita est in sinu meo. Vide etiam de resurrect. nostra Esaiæ *cap. 25. Daniel. 12. Hoseæ 13.* contra Sadducæos, Simonianos, Archonticos, Hierarchitas, Manichæos, Marcionitas, Valentinianos & Appellitas Exstant & eius probationes in natura sumtæ à Pelicano, Phœnice, ranis, muscis, arboribus, floribus, & seminibus: Item à ratione, quòd res imperfecta non sit capax absolutæ felicitatis, anima verò separata à corpore sit res mutila, ac proinde eam ad consequendum felicitatem corpori denuo oporteat coniungi.

Cœna, quam veteres appellabant vespernam, Isidoro à vescentium communione est dicta. Etenim κοινὸν dicunt Græci *commune.* Vnde Communicantes, qui communiter, id est, pariter conueniunt. Alia à coeundo deriuant, aut à nomine τῆς κοινωνίας, καὶ κοίτης τότε γενομένης τῆς καθ᾽ ἡμέραν τροφῆς, sicut pœna ἀπὸ τῆς ποινῆς. Hæc Plutarchi sententia. Rectam cænam apud Romanos appellatam, ad quam pauperes cliẽtes admittebãtur, qui comitati fuerant patronos, rectâ velut sequentes & insistẽtes vestigiis cùm domum ingrederentur. Cœna feralis erat, quæ mortuis offerebatur. Quocirca Florid. 3. Apuleius: *Exclamanit viuere hominem, procul ignes amolirentur, rogum demolirentur, cœnam feralem à tumulo ad mensam referrent.* Feram enim veteres appellauerunt mortem. Cœna dubia, adipalis videlicet & varia, à dubitando est dicta, *Phormione teste apud Terentium, Cœna dubia*, inquit, *apponitur.* Get. *Quid istuc verbi est?* Phorm. *Vbi tu dubites, quid sumas potissimum.* Graues sunt illæ & insalubres, vt medicorum testantur scholæ. Quo merito Theo

to Theopompus Platonicas laudauerit, eo quod & postero die prodessent, *vt refert Hegesander apud Athenaeum lib 10.* * *Coenae deûm*, tennes, parabiles, non sumptuosæ, non splendidæ, de quibus Martialis, *Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa Quæ damus, in cælis Romulus esse solet.* Horat. *O noctes, cœnæque Deûm.* Addamus alias. *Cœna Saturnia*, κρόνιος βίος, frugalis, beata. *Hecatæ* cœna, Athen. lib. 6. Aristoph. in Pluto *Hecates* cœna, Ouid. Callimach. *Iceci* cœna. Ælian lib. 11. variæ hist. Cœna *Philosophica*, Athen. lib. 5. & 10. *Musica* cœna, Plutarch. in præcept. Sanit. & Sympos. lib. 6. Plautus in Mostellaria, *Musice hercle agitis ætatem, ita vt vos decet, vino, victu, piscatu, probo, electili, vitam colitis.* Vide Lamb. in Horat. lib. 2. Sat 2. *Platonica* cœna, Plutarch. lib. 6. Sympos. *Rustica*, Horat. lib. 2. Sat. 5. *Laconica*, Plutarch. & Athen. passim: *Cynica*, *Timonia*, *Terrestris* de qua sapiens Prouerb. 5. *Melius est cœnitium oleris vbi sit dilectio, quam bonis saginati, in quo sit odium.* Et hæc quidem de Cœnis seu conuiuiis parcis & mediocribus. *Magnificæ* vero Cœnæ, splendidæ luxuriosæ multis nominibus apud veteres Scriptores designantur: nempe Cœna *Dapalis*, Plin. lib. 10 c. 10. quæ diuersis & amplis dapibus constat: *Dapsilis*, Sueton in Vespasiano: & *Dapsilica*, Plaut. *Dapes* appellatæ sunt lautæ & magnificæ epulæ, à δαψιλὲς quod largum, & δαψιλεία quod largitatem & profusionem significat. Cœna *pollucibilis*, Macrob. lib. 3. Saturnal. c 17. Cœna *recta*, Sueton. in Vespasiano & Augusto. Martial. *Promissa est nobis sportula, recta data est.* Eandem possis vnctam Cœnam appellare. Cœna *epularis, ganeata, glisceara, dubia* seu variis ferculis instructa: de qua Horat. in Serm. *Vides vt pallidus omnis Cœna desurgat dubia.* *Cœna popularis*, Plut. in Trinummo; *Ebria*, Plut. in Casina: *Adipalis, Regia, Cerealis*, &c. Cœnæ item *Sacerdotales* celebrantur, nempe Pontificales, Augurales, Saliares, Capitolinæ; Apul. lib. 4 & Martialis *Non Albana mihi sit comessatio tanti, Nec Capitolina Pontificumque dapes.* Mensa item *Persica, Medica, Sybaritica, Syracusanæ, Italicæ, Asiatica, Milesia, Sicula, &c.* de quibus Athen. lib. 4. & 12. Aelian. item lib. 12. Mensæ item *Romanæ* & aliarum gentiû seu Principum, quas Athen. describit. Innumeris epithetis & cognominibus Græci Cœnas illas ornarunt, vt videre est apud Athenæum præsertim.] Distinguebant veteres cœnam in tres partes seu missus, de quibus vide ornamentum huius seculi Iustum Lipsium 3. *Antiq. lection.* vbi ait, primum missum dictum antecœnam siue gustationem: secundum in quo præcipui & lautissimi cibi apponebantur, propriè cœnam: tertium, in quo bellaria, pomorum mensam siue mensas secundas. Solent & fercula appellari missus ab auctoribus Latinis, vt in Heliogabalo Lampridius: *Celebrauit*, inquit, *tale conuiuium, vt apud singulos amicos singuli missus appararentur.* Et paulò post: *Sybariticum missum semper exhibuit ex oleo & garo, quem quo anno Sybaritæ repererunt, perierunt.* Conuenit cum eo significato τὸ παραφερόμενον dictum ciborum ferculum à Platone de Republ. Antecœnam veteres etiam *Promulsidem* vocarunt, quod ante mulsum daretur, *sicut in aduersariis à Turnebo notatum* Etenim primum haustum antiqui ad sitim leuandam è mulso sumebant infundendam, existimantes potionem dulcem vacuis & inanibus venis. Qui mos Varronis locum illustrat. *3. de re rustica*, cùm scribit: *Faunus ad altaria venit, & mel ad principia conuiuij, & in secundam mensam administratur.* Lusit in hac promulsidis voce eruditorum iudicio argute scortillum illud apud Petronium, quod protracto pueri Cytonis peculio: *Hoc tam rude*, inquit, *belle cras in promulside libidinis nostræ militabit. Nam hodie post asellum diaria non sumo.* Athæneus nominat *lib. 4.* Prima fercula cœnæ procœmia, Hebræi פרפר אות·של פכי חמון. Quantum

ad ipſamet fercula, notandum conſueuiſſe veteres principio cœnę oſtrea præbere, vt præ ceteris in Sympoſiacis teſtatur Plutarchus: Item oua, *vt liquet ex lib. 1. Horatij Satyr. 3* Apud eoſdem lactuca cœnam claudebat iuxta illud Martialis:

Claudere quæ mēſas lactuca ſolebat auorum,
Dic mihi, cur noſtras inchoat illa dapes?

Exſtat & apud Macrobium *3. Saturnal. cap. 13.* deſcriptio cœnæ Pontificis Metelli, vnde non ſolùm ordinem ciborum in ſingulis cœnæ partibus, ſed etiam luxum veterum animaduertas. Inde licebit plura haurire in rem præſentem, ſicut etiam ex Mercurialis variis lectionibus, *ex Cœlij Rhodigini antiquis lectionibus*, Plutarcho, Plinio, & aliis.

* *Cœna Domini.* Vide *Euchariſtia.*

Cœnaculum locus, in quo cœnabant veteres. tandem vbi cœnare cœperunt in ſuperiori domus parte, pars domus ſuperior vniuerſa appellata cœnaculi nomine, *auctore M. Varrone*, cui aſtipulatur Feſtus, cœnacula dici ſcribens, ad quæ ſcalis aſcenditur. Vnde Syris eſt עליתא. Nec mirum diu retentum vocabulum priſcum in tali ſignificatione, cum etiamnum veteri vocabulo piſtrinum eum dicamus locum, in quo grana teruntur verſatilibus molis, cum ante molarum vſum pinſerentur in pilis, vnde & illi nomen. Sic loricam dicimus quæ iam ferro conficitur, cum antea conſtaret loris. Poſſent ſimilia referri ſexcenta, in quibus etſi res ipſa & prima nominis origo exoleuerit, nomen nihilominus ipſum conſetuatur in vſu.

Cœnobium quaſi κοινὸς βίος, *communis vita.* In ipſis equidem Chriſtianæ religionis cunabulis (ne dicam Pythagoreis) id eorum vitæ genus fuiſſe haud ignorandum: habuiſſe homines pios ſtudiorum & pietatis officinas, quas tum *cœnobia* appellabat a victu inter eos communi cùm nemo eorum ſibi quidquam aſſereret aut vindicaret in ea vitæ fortunarumque communione. Huiuſcemodi loca vocat Euſebius *φροντιστήρια* a commentationis ſtudio, Philo Iudæus Aſceteria, quòd ibi diuinis contemplationibus ſe exercerent, alij ἁγνευτήρια, quod religionis meditatio mentes expurget.

* Κοινόβιον, locum. vbi communis quędam vita agitur ad ſacratiorum ſtudiorum commoditatem, & ad bonos mores pia vetuſtas appellauit, ex quo in priſca Eccleſia licuit aſceteria pietatis colere, & iuuentutem in rebus ſacris informare. Hinc Cœnobiarchæ, & Abbates. Hodie ſeruatur nomen.

Cœnum. Nominis huius etymon propoſitum à doctis quibuſdam haudquaquam reiicendum. Sunt enim qui ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, id eſt, *communi trahunt*, ſiue quod omnes eo communiter inquinentur, ſiue quod κοινὸν *immundum* quid etiam ſignificet. Scribit enim Marcus *cap. 7.* Scribatum quoſdam reprehendiſſe diſcipulos Chriſti, cùm vidiſſent eos panes commedere κοιναῖς χερσὶν *cōmunibus manibus*, id eſt, *pollutis*. Hinc κοινοῦν communicare *Matth. 15. Act. 10.* tantundem, atque polluere & inquinare.

Cœtus, nempe conuentus aut congregatio, a coeundo adeptus nomen.

Cognati quaſi ex vno nati, quod naſcēdi initium habuerint idem, *vt ſcripſit Labeo.* Intelliguntur hoc nomine ἐν πλάτει omnes cōiuncti natura ex iuſtis nuptiis, *l. 4. §. 2. d. 10. ff. de grad.* ſpecialiter ſoli per fœminas coiuncti: *ead l. 10. de gradi.* ſicut ex Pauli verbis facile collegeris.

Cohors. Verba Iſidori ſubiiciam *Cohors vocata, vel quod coarctet omnia, quæ ſunt interius, id eſt, concludat, vel quod coerceat obiectu ſuo extraneos, & adire prohibeat.* Varro: *Cohors, quod vt in villa ex pluribus tectis coniungitur, ac quiddam fit vnum, ſic hæc ex manipulis copulatur cohors, quæ in villa dicta & appellata hoc nomine, quod circa eum locum pecus coerceatur.* Hinc *aues cohortales* apud Columellam, quæ continentur intra villaticam cohortem, quales potiſſimum gallinæ. Hæc illorum ſententia. Alia Lipſij quoad originem, cuius en verba ex 2. *de militia Romana*

manacapit. 4. Dictum de manipulis, è quibus conficitur deinde cohors. Ea vox origine Græcanica est,& χόρτος illis περιφραγμὸς καὶ περιχώρημα, siue (*vt Hesychius*) περίβολος τῆς αὐλῆς, Vno verbo, quod clausum & septum in anteriore domo vel villa. χόρτον illi dixerunt, Latini *cohortē* vel *Cho tem.* Nam & sic scribebant, & ita docent marmora vetusta. Etsi rursus alii deriuent, militariter accipiendo nomen, παρὰ τὸν χόρτον fœno, *quod fortasse tacerent stipatis in herba sub dio cohortes militares.* Sic Martialis *rauce cohortis aues* dixit. Vtque nonnihil addam de re militari, sciendum quālibet cohortem decem cohortibus constituisse *auctore Vegetio.* Est & cohors peditum, vt turma equitum. Cicero pro Marcello: *Huius gloriæ Cæsar, quam es paulo ante adeptus, socium habes neminem. Nihil tibi cohors, nihil turma decerpit.* Quanquā nō diffitear habuisse & singulas cohortes in legione equites suos at impares numero peditibus. *Milliaria cohors* quæ in legione erat prima, imò legionis caput, à millenatio numero nomen inuenit, quod pedites haberet mille centum & quinque, equites autem centum triginta duos, *Cohors prætoria* dici solebat. quæ Prætori aut Consuli semper ad latus erat presto, dum versaretur in prouincia, eratque nihil aliud, quam comitatus & satellitium eius. Erāt & aliæ duæ cohortes Prætoriæ: Vna *Euocatorum*, altera *Voluntariorum*, qui comitabantur Proconsules in expeditione, vt vsu rerum peritiores domum redirent. Apud Liuium nulla cohortium mentio: *Vt multi existimant a Mario primum ... institutas adeoque dictas a chortando.* Quod ea lege nō improbo, si ad bellum hoc nomen retuleris, in quo cohortes se inuicem præliando cohortabantur. Quoad primam enim originem, præualebit Varronis & Isidori sententia.

Colaphus. κόλαφος, ἀπὸ τοῦ κόλου τῆς ἁφῆς. Vsus ea voce Paulus 1.*Corinth.4.& 2.Corinth.11.Petrus Epist. .cap.2.*

Colchi Asiæ populi a Colcho Phasidis filio dicti Straboni. *Aly*, qui volunt Iudæorum esse propaginē, deriuant a כחל *suffiniuit.*

Coliphium luctatorum & Athletarum panis, quem in prandio tantum edebāt quòd in cœna carnem comederent, *vt refert Galenus Comment. 1.* ad Hippocratem περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων. *Aphorism.18.* ἀπὸ τοῦ κῶλου, membro inquam, & ἶφι robore, auspicium nominis trahit. Meminit eius & Iuuenalis *Satyra 2.* Sed male ibi colliphium, cùm Græcè dicatur κωλίφιον. *Par mendum*, in Plauti Persa, cum ait: *Colliphia mihi ne incocta det...* Alii dictum malunt à pane subcinericio, eodemque rotundo, qui Græcis est κόλλιξ. Vnde κολλικοφάγοι Aristophani, qui comedunt talē panem in Acharn.

Collactea vel Collactanea, eodem lacte nutrita. Exstat id nomen apud Iuuenalem *Satyra 6.*

Collatina porta vrbis, qua tendebatur Collatiam.

Collatinus appellatus Tarquinius Lucretiæ maritus, qui post reges exactos factus est Consul cum Iunio Bruto, forsan à ciuitate Collatia, quam Tarquinius cognomento Superbus ex collata pecunia in prima regione Italiæ constituit. Hic cum in suspicionem venisset apud populum, qui nomen Tarquinii per se erat exosum, abdicauit se magistratu & vrbe excessit. *Plutarchus in Publicola.*

Collecta. Quum variis precibus veteres Ecclesiæ serui in sacris cœtibus vterentur, posteri in quasdam formulas communes illas collegerunt, quibus Ecclesiæ cōtinerentur in exercitiis veræ pietatis. Hinc huic instituto inhæsit collectæ nomen, & consultum hac via fuit multorum ignauiæ, qui deinde preces ex liturgiis & agendis, non ex pectorum riuulis hauserunt. Alia temporum progressu accesserunt, quę in præsentia tractare non fert huius operis ratio. Tertulliani seculum *Collectas* vocauit ipsas Congregationes Ecclesiasticas: nec improprię

propriè. Christiani igitur colligi dicebantur, hoc est congregati in certum aliquem locum, ad audiendum verbum Dei, ad preces publicas, ad eleemosynas conferendas, & similia suæ professionis exercitia. *Collecta* um autem pro pauperibus origo est peruetusta. Apud Iudęos in festo Paschatis dies octauus huic officio sacro destinatus erat. Sic in festo Tabernaculorum vltimus festi dies collectæ erat. Hinc festum Hebræis dicitur *hezerah*, i. retentionis quod populus adhuc retineretur per diem illam, vt fierent collectæ pro pauperibus. Collecta Paschatis dicebatur Domini Collecta, quod ad sacros tabernaculi vsus destinaretur. Tabernaculorum autem collecta populi erat, nempe pauperum, quorum in primis cura habebatur.

Collecta, quatenus species est liberalitatis Christianorum, ad pauperes subleuandos comparata, à stipe colligenda nomen suum arcessit. In nouo Testamẽto cœpit à primis Christianis, qui sua bona contulerunt ad pedes Apostolorum, ne quid aliis Christianis deesset. Mox tamen is mos desiit, ne exhaurirẽtur omnes omnium facultates: & contulerunt deinceps singuli certam pecuniam: vt ex historia Apostolica & epistolis S. Pauli abundè liquet. Collecta enim Apostolo *1. Corinth 16.* dicitur λογία, *quasi* συλλογία *collectio*, item χάρις, id est, *gratia*, quod gratuito conferri debeat à nobis nomine Christi. Eadem *Act. 11. & Corinth. 9.* διακονία dicitur quod ditiores hoc officii genere inseruiant pauperibus, & εὐλογία *2. Corinth 19.* id est, *benedictio*, quod diuinæ benedictionis symbolum ita pendimus de bonis nostris; sicut & λειτουργία, quod hoc genus sacrificii gratissimum sit Deo, & κοινωνία, quod ita facilitatum priuatarum communio fiat, denique σπόρος, id est, *sementis Christianæ professionis & veræ dilectionis*.

* *Collegium* propriè quidem societas vel cœtus eorum est, qui ad rem, functionem, militiamue aliquam (vt Iurecons. vocant) simul alleguntur: non enim à legendo, sed à legando, i. allegãdo dictũ. Metonymicè verò locus appellatur, idq; κατ' ἐξοχὴν, vbi corpus & societas eorum est qui literarum studiis operam daturi sunt. Hic quoque in prisca Ecclesia Christi fuit vsus olim: cuius rei vestigium non sanè obscurum est in vulgo, quod etiam hodie multis locis Ecclesiæ collegiatæ nominantur. Hebræi tribus vocibus vtuntur, vt collegium designent. 1. ה כנ *Chenauah*, à verbo כנה *Canah*. i. Cognominauit aliquem à proprietate & virtute sua, tribuit alicui titulum à re præclarè gesta, vt inde cognoscatur quis sit, denominauit aliquẽ honorificis appellationibus. Hoc sensu Studiosos sapientes, prudentes, &c. nominibus. 2. קהל *Kahal*, ἐκκλησία, i. congregatio, & metonymicè pro Collegii doctore, & Ecclesiast. Cognationem habet קהל *Kahal* verbum, i. Congregauit, cum ק.ל *Kol*, i. vox & להקה *Lahacah*, i. collectio. 3. בית אספים *Beth Asuphim*, i. domus collegiorum, à verbo אסף *Asaph*. i. contraxit ad conseruandum, collegit. *Asuphim* meminit historia S. 1. Chron. 26. 15. 17. Nehem. 12. 25. In his collegiis, quæ ad templi vestibula erãt, Sacerdotes & Leuitæ allecti videbãtur, sub institutione eorum qui ordinaria vel extraordinaria vocatione id muneris exequebantur. Vide *Domus Prophetarum*.

Collina Dea, quæ collibus præsidebat, & tribus Collina, *vt Varro scribit quarto de lingua Latina*, à collibus Quirinali & Viminali, in quibus erat sita, nomen arcessent. Collis autem ipse deductus ἀπὸ τῆς κολώνης, τῆς ἐξοχῆς *ab eminentia & tumulo*.

Collum *[illegible]* & *[illegible]* capitis à columna dictum videtur nõnullis, aliquibus a cultu, quod torquibus ornetur, aliis denique à colle, quo assurgit ab humeris, collis in morem. Huius pars anterior gula, posterior ceruix.

Collyrium

Collyrium oculorum medicamentum, quod variis modis fieri constat ex Celso, Græcè dictum κολλούριον vel κολλύριον, quasi τὸ κωλύειν τὸ ῥεῖν quod *fluxum oculorum sistat.* Cornelius Celsus nominis id etiam accipit pro fistularum medicamentis, docens quo pacto ad fistulas curandas fieri debeat. Suidas scribit χολαία, id est, *collyria esse pharmaca iatrica seu medicinalia.* Sed & panes mutilos appellari eodem nomine affirmat. *sicut suo loco exactius explicabitur.*

Colon intestinum obliquum & sinuosum, ideoque diutius alimenta retinens, quasi κοῖλον, hoc est, *cauum* dici videtur. Inde nomen *Colicæ passioni*, quæ oritur, quando crassus ac pituitosus humor est impactus eius membranis, aut flatus copiosior congestus est in idem intestinum, aut inflammatione distenditur ac molestatur, aut denique ab acribus & erodentibus humoribus vehementius affligitur.

Colonia, oppidum aut locus, in quem ciues suos ad incolendum deducebant Romani, qui, quòd agros colerent, dicti *Coloni*. Virgilius: *Tyrij tenuere Coloni.* Erant autem duplices coloniæ Romanis, quippe Romanæ iure Quiritium donatæ, & Latinæ, quę ius Latii siue *Latinitatis* habebant. De ratione deducendi *Colonias* vel *Repub.* Coloniarum consulendus Carolus Sigonius, qui, quæ huc pertinent, omnia copiosissimè descripsit. Vnum id subiicio, imposita olim coloniis nomina ab iis, qui deducebant Colonias. Talis *Colonia Augusta Vindelicorū*, *Colonia Claudia, Flauia, Traiana ad Rhenum*, quæ Bilibaldo est oppidum *Keyers vverd* & omnium notissima Agrippina, Episcopatu, Academia, & magno illo Alberto celebris. Tacitus de ea: *Agrippina Augusta (Augusti filia) quo vim suam sociis quoq; nationibus ostentaret, in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci imperat, cui nomē inditum ex vocabulo ipsius.* Bataui rebelles Romanos nullos peius tractarūt, quàm Vbios, quod eiurata patria Rom[illegible] mine *Agrippinenses* dicer[illegible] dum & illud veteranos olim [illegible] & velut limitaneis militibus agros [illegible] hostibus captos eisdē distributos, sed ea lege ne vnquam peruenirēt ad heredes, nisi eos, qui militarent. Quis autem fuerit modus designandorum agrorum per perticam, quæq; ratio fuerit sortitionis, cùm peruenissent in locum destinatum Colonię, hauriri poterit ex Aduers. Turnebi *lib.2.c.32.& lib.26.cap.35.*

Colossus statuę moles turris instar, quippe centum & quinque pedes alta, an à Colosso artifice nomen habet (sic enim in quibusdam vulgatis exemplaribus legitur apud Festum) an à Caleno Lysippi discipulo, *vt in aliis habetur?* Nugamentum vtrūque. Vera Plinii lectio hæc est: *Ante omnes autem in admiratione fuit Solis colossus Rhodi, quē fecerat Chares Lyndius Lysippi supradicti filius.* Alii à verbo κολάζειν deriuāt, quod est *punire* aut *cruciare.* Erat is equidem cubitorum septuaginta altitudine, tantaque mole, vt pollicem eius pauci amplecti possent. Vnde & *toruus* erat aspectu, nec veneratione dignus. Quid, quod aliqui, cùm dictio sit Græca, & statuam significet truncatam, malint deduci à mutilo, quod Græcis est κόλον & ὄσσε *oculis.* Sic κόλος βοῦς *bos mutilatus cornibus.* Locutus sum hactenus de colosso illo potissimum, quem Rhodii habuere in portu suo Soli dicatū, & tāta magnitudine, vt naues expassis velis inter crura trāsirent. Alius ab eo fuit æreus colossus, quē Nero in aureo domus vestibulo erexit opera Zenodori, qui accitus erat è Gallia, *teste Tranquillo.* Qui vero putant epistolā, quam Paulus scripsit ad Colossenses, ad Rhodios esse missam, vtpote à magnitudinis visendæ Colosso sic dictos, errāt. Nā Colossenses is dicere voluit à Colossis oppido Phrygiæ minori, *testibus Strabone & Plinio.* Quapropter eadē ad Colossēses epistola Laodicensibus salutē nūtiat Apostolus, postulatq; adeo, vt missa Colossensibus

Epiſtola Laodicenſibus legatur, quæq; his erat deſtinata, vt ea Coloſſentib' viciſſim communicetur, cum vtraq; vrbs.

Columba Varroni appellata ab ædiū & turrium culminibus, quòd ſoleat in iis verſari & habitare, eminentiora fortaſſis loca petens ob ſuam timiditatem. Alii factum hoc nomen volunt a κόλυμβος, quæ vox Græcis *urinatorem* aut *natatorē* ſignificat, cuius geſtus refert colūba paſſis ad Solem alis ſupra tectum. Albertus Magnus inditum exiſtimat nomē quod lumbos colat, vt Apollonius περιςέραν, παρὰ τὸ περισσῶς ἐρᾷν, quod amet ſupra modū. Certè laſciua eſt & Veneri ſacra, ſi veterum ineptias ſpectes, qui currum Deę ab his trahi fabulantur, vt ſuo dicetur loco. Itaq; apud Virgilium *Æneid.* 6. cum de Ænea Veneris filio agit,

Vix,inquit, ea fatus erat, gemina cum forte columbæ
Ipſa ſub ora viri cælo venere volantes,
Et viridi ſedere ſolo: Tum maximus Heros
Maternas agnoſcit aues.

Apuleius Metamorph 6. *At Venus terrenis remediis inquiſitionibus abutens cælum petit. Iubet conſtrui currum, quem ei Vulcanus ſubtili fabrica ſtudioſe poliuerat, & ante thalami rudimentum nuptiale munus obtulerat, limæ tenuantis detrimento conſpicuum, & ipſius auri damno pretioſum. De multis, quæ circa cubiculum dominæ ſtabulant, procedunt quatuor candidæ columbæ, & hilaris inceſſibus picta colla torquentes iugum gemmeum ſubeunt, ſuſceptaque Domina læta ſubuolant.* Nota ſunt etiam auis oſcula & erga parem amor ſincerus. Quo merito Suidæ, περιςερὰ ſit εἶδος φιλήματος. Teſtatur & Ariſtoteles *de natura animalium* 6. ab oſculis mutuis eas Venerem inchoare: quin per maris abſentiam fœminas ſeſe inuicem ſalire. Vt ſane haberi poſſit inter volatilia ſalaciſſimum genus. Columbæ Dodonea a templo Dodonæo Ioui ſacro montique Tomaro ſubiecto, aut ſylua Dodonæa, vbi quondam columbæ & quercus reſpōſa dederūt iuxta Probum Grammaticum, nominis traxerunt originem. Vnde Virgilius: *Habitæ Graiis oraculo quercus.* Quantæ proh dolor, tenebræ, quanta Cacodæmonis verſutia.

Columna. Dictæ columnæ, *quod culmina ſuſtineant*, inquit Feſtus. Olim in foro Traiani exſtitit columna 140. cubitorū altitudine, *vt refert Agellius libro 13. cap. 23.* quòd idcirco adiicio, vt intelligat vnuſquiſque paulatim columnas inſtar coloſſi alicuius ita erectas vt rei quidem nullius eſſent fulcrum, rerum tamen geſtarum memoriam complecterentur inſcriptis victoriis, aut ſaltem teſtarentur per ſe, quid eſſet actum. Sic indices & metas laborum Herculis columnas in Gadibus erectas quis tandem neſcit. Columnas enim primum fuiſſe cenſeo cum magnis viris, & vbi illæ vetuſtate eſſent collapſæ, remanſiſſe nihilominus hoc nomen monticulis duobus, vel duabus propinquis inſulis quas rectè Pindarus *portas Gaditanas* appellat. Rotundarum columnarum apud veteres quædam erant *Dorica* & *Ionicæ*, quædam *Attica*, *Tuſcanicæ*, *Corinthiæ*, atque earum capita dicta ſunt capitella. De triumphalibus columnis & ſtatuis Plinium vide *libro 34. cap 1. 5. 6. & 7.* Valerium *libro ſecundo, capite quinto.* Mirabiles duas columnas æneas à Chiramo erectas in templo Solomonis apud Ioſephum vide *libro ſexto, Antiquit. capite tertio.* Dion Caſſius ſcribit *Traianum exſtruxiſſe in foro ingentem columnam, ſiue* ad oſtentationem operis, ſiue *vt eſſet loco ſepulchri.* Solebant enim columnæ erigi à veteribus in defuncti memoriam. Hinc illa Ennii de Scipione: *Quantam ſtatuam faciet populus, quantam columnam, quæ res tuas loquatur.* Talis Hadriano erecta potentiæ Romanæ atque ſplendoris teſtimonium dans etiamnum, ad cuius altitudinem ſummam commodiſſimus aſcenſus per interiores gradus, coclitis in modum circumductos. Decretæ etiam in columnis ſtatuæ a Senatu fuerunt pleriſque,

memi

meminitque Plinius, *eandem Galbæ decreuisse statuam rostratæ columnæ superstantem*: Vbi tamen nonnullis placet vt *striatæ* legatur. Fuit & C. Menenio supra columnam statua dicata, habuitque illa Traiani columna, cuius modo ex Dione facta est mentio, superius positum colossum, vt eius nummi docent. Antiquissimum per columnam significari terminum. Quapropter regionum fines appellamus terminos, sicut in Africa sub Atlante monte, & in Asia ad Euphratem fluuium, & supra Armeniam, terminos Romani Imperii dixerunt columnas. Quo significato Prothei columnas pro finibus Ægypti positas notauit Seruius apud Virgilium *Columna Menia*, cuius Cicero meminit pro Sextio, locus erat, in quo ius dici solebat, sicut etiam ex oratione pro Cluentio intelligi potest.

Colurnum, quod ex corylo est, quam arborem vitibus sua vicinitate nocere, experimento compertum: Vnde vt Ascolia instituta sunt Baccho, in quibus per vtres ex hircinis caprinisque pellibus saliendo lasciuire solebant, eo quod caper vitem rodendo vitiet, ita eiusdem antipathiæ respectu dixisse Virgilium putant: *Et in verubus torrebimus exta colurnis*: Sosipater putauit etiã colurnum barbarismum esse trãsmutatione literarum, cũ sit corylus arbor. Etsi Festus *colurnũ hastile* factũ potius velit ex corno.

Coma. In etymo explicando primũ Isidori verba adduco, qui ait: *Comas Græci à secando dicunt, vnde & κείρειν tondere*. Sic enim esse legendum etiam ante admonui. Quod autem statuit Græcum esse vocabulum, rectè facit, cùm ea lingua τὴν κόμην agnoscat. Quod præterea dicit comas esse non cæsos capillos, non excludo. Sed an ἀπὸ τοῦ κομεῖν, quod est *ornare, nutrire*, deriuari nequeat, prout monet somniorum interpres Artemidorus, significare scribẽs τὸ ἐπιμελεῖσθαι. An verò asti pulandum illis qui κόμην, quasi κόσμον, nuncupatum affirmant: An denique trahendum etymon ἀπὸ τοῦ κόπτειν id est, *cadendo*, vel κομᾶν, quod *capillos exornare* significat? Equidem κυρίως ἐπὶ τῆς κεφαλῆς εἴρηται, inquit Etymologicum magnũ, id quod duo vltima valde confirmat. Alendi comam morẽ peruulgatum Græcis notaui antea, cũ de Achaia agerem. Nam inde καρηκομόωντας ἀχαιοὺς nominat Homerus. Sed quæ subiicit Eustathius Iliad. 6, etiam hîc inserere operæpretium erit. λέγονται δὲ, inquit, τὸν μὲν ἄλλον πάντα χρόνον κομᾶν οἱ ἕλληνες, ἐν δὲ πένθους καιρῷ κείρεσθαι. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν καιρῷ ἀκμῆς ἤτοι τελείας ἡλικίας: τηνικαῦτα γὰρ πλόκαμον κείραντες ἀνετίθουν Ἀπόλλωνι κουροτρόφῳ καὶ ποταμοῖς, καὶ ἦν οὗτος μὲν ὁ πλόκαμος θρεπτήριος κατὰ τὸν Αἰσχύλον: πενθητήριος δὲ ὁ ἕτερος. Quatenus verò alenda, aut detondenda alicui sit coma, elegãter præscriptum legas a Musonio apud Stobæũ Sermon. 6. A comæ alendæ studio dicta Gallia Comata. Multa præterea de ea Hadrianus Iunius peculiari suo libello isti materiæ destinato, quæ si transferam huc, quis aut commisisse piaculum, aut actum me egisse non dicat?

Comes. *Comitem*, inquit Vlpianus *l. item apud Labeonem § comitem. ff. de iniur.* eum accipere debemus, qui comitetur aut sequatur. Vbi & pædagogũ inter comites numerandum docet. Sunt quoq; tãdem appellati hoc nomine, qui comitabãtur Proconsules, Præsides, Procuratores in prouincias, *l. Senatusconsulto. ff. de Offi. Præ.* Ammiani tẽporibus videtur Comes dictus, qui priscis Romanis erat Legatus, nostra ætate *cen Luytenant* penes quem absente duce, Rege aut Imperatore, sũma erat potestas. Inde paulatim trãslatũ nomen ad eos, quos dicimus *generosos*, proximumq; a Duce gradum & dignitatem habent. Atq; eos alii donatos hoc nomine volunt, vel quòd eos multi comitentur, vel quòd debeant esse comes.

Commentariensis Asconio Pediano, qui commentariis præest. Huius meminit Paulus *l. in fraudem. de iure fisci*. Alias car-

ceris custos est, *l. ad commentarienses. C. de Custod. reor.* eo quod ab illo in commentarios referrentur eorum nomina, qui compacti erant in carcerem.

Comessatio iuxta festum suum obtinet nomen à vicis, qui Græcis sunt κῶμαι, iuxta alios à *comedendo*, iuxta Lambinũ à verbo κωμάζειν, quod lasciuire & *tripudiare* significat. Vnde Fuluius Vrsinus *comissari* dicendũ existimat. Verbum autẽ κωμάζειν, vel Dorice κωμασδεν, quo vtitur Theocritus εἰδ'. γ. vt & nomẽ κῶμος, descendit iuxta quosdam παρὰ τὸ κῶμα, id est, *alto sopore*, in quẽ solent incidere, qui tali κώμῳ, id est, *symposio sine fine i... intemperantiæ* interfuerunt. Erat autem κῶμος comessationum Deus veterib. & nocturnarum saltationum præses. Hinc κῶμον iuuen... *procacitatem & intemperantiæ* festum vocarunt. Quo spectat quod in Supplic. Euripides dixerit κῶμον ἐραστῆ, id est, interprete Lascare, *nequitiã & Venereum conatũ.* Aristoph. in Pluto: ἔοικε ἐπὶ κῶμον βαδίζειν, *ire visus ad comessationem*, id est ad conuiuiũ immoderatũ atq; lasciuum. Notabile quoq; etsi relatũ ab aliis cõsulẽti Antigono an κῶμον adiret respondisse Menedemum: *Regis te filium esse memento, vt refert Laertius lib.* 2. Apud Aristophanem in Ranis κραιπαλόκωμος est vinolentorum hymnus. Nonio tamen κῶμος ἑορτῆς dicitur festi hilaritas in partem bonam.

Cometa, qui iuxta Physicos exhalatio est calida & sicca, pinguis & viscosa, astrorum virtute ad aëris regionẽ supremam elata & ibidem accensa, & cũ aere in circulum mota, vnde auspicium nominis deducat, si non ἀπὸ τῆς κόμης, id est, *crine*, quem ferre videtur præ se? Vt recte quidem Pontanus dixerit:

F... dirum mortalibus omen.
Spa... sanguineos flãmato vertice crines
Ille quidẽ morb... que ferens ... que bella

Stellam itaque crinitam alii appellant. Lucanus *crinem horrendi sideris regna terris mutantem*, Aratus ἀστέρας κομόωντας quibus vt plurimũm squalliditas ann... significetur. Et Cicero de Natura Deorum 2. *Tum facibus visis cœlestibus, tũ stellis his, quas Græci κομήτας vocant, quæ nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum prænuntiæ.* Quocirca Maro: *Nec diri toties arsere cometæ.* Sunt enim prodigiosi & ominosi inferiori huic mundo significantes famem, pestem, bella, siccitatem, ventos, sterilitatem, æstum, terræmotum, inundationem, regnorumq; mutationem. Sic Seneca ait, post cometam, qui Paterculo & Vopisco Consulibus apparuit, secutas esse continuas tempestates, in Achaia verò & Macedonia vrbes quasdam terræ motibus esse collapsas. Callisthenes tradidit, apparuisse quoq; cometam, antequam Helice & Burã tempestatibus in mari essent submersæ, quod accidit biennio ante Leuctricam pugnam. Aristoteles Meteor. 1. Flatus & squalores significari tradit his verbis: περὶ δὲ τοῦ τὴν σύστασιν αὐτῶν εἶναι πυρώδη, τεκμήριον χρὴ νομίζειν, ὅτι σημαίνουσι γιγνόμενοι πλείους πνεύματα καὶ αὐχμούς. Quod verò eidem principũ & regum mortem sæpissime denuntient, docẽt historiæ. Quippe anno post Christi natiuitatẽ 304. inusitatæ magnitudinis cometa Constantini mortẽ designauit. Alius effulsit anno Christi 603. quãdo mox Mauricius cum vxore & liberis crudeliter est interfectus a Phoca. Non pauci quoq; cometæ præcesserunt anno 843. dissentionem & bellũ fratrum Imperatoris Lotharii. Qui autem apparuit anno Domini 745. in Syria, cum ingens pestis est subsecuta, quæ ... omnes maris insulas & totã Græciã inuasit, sicut fames ingens eũ secuta fuit, qui est visus in Italia anno 945. Cultum cometam nusquã legimus, nisi Romæ in templo, quod Augusto admodum faustus esset, indicatus qui eo suscipiente imperium in ludis, quos faciebat Veneri Genitrici, nõ multo post obitũ patris apparuit. Credidit vulgus eo signo Cæsaris animam in Deo... Quapropter insigne illud capiti simulacri, quod paulo post

post est consectatū in foro, adiectū fuit. Aristoteles refert inter cometas πωγωνίας, id est, *stellas barbatas*, nempe quibus inferiori parte in speciem barbæ prolixæ promittitur iuba. Sunt & *Acontiæ*, quæ iaculi forma vibrantur ocyssimo significatu, quæ si breuiores fuerint in que mucronem fastigiatæ, dicuntur *Xiphiæ*. Pithetes ἀπὸ τοῦ πίθου, id est, dolio dictus, eius quoque similitudinem refert. Apud Senecam *Natur. q. 1.* Pithias legitur. Atque in huius concauo fumidæ lucis figura spectatur. At *Ceratia* cornu figuram refert, qualis conspecta fuit, cùm Græcia ad Salaminem nauale certamen committeret. Hippeus equinas iubas celerrimi motus & circa se in orbem euntes imitatur. Fiunt & hirci speciem villorum iuba circumdati. Plinius prodit cometam nunquam esse aut versari in occasura cœli parte. Vtque dispares sunt omnes magnitudine, ita sunt dissimiles colore. Aliis robur sine luce: Aliis candor & purum liquidumque lumen: Nonnullis flamma atque hæc non syncera aut tenuis, sed multum circa se voluens fumidi vaporis, qui equidem post se futuri sanguinis omen ferunt, *vt Seneca sentit*.

Comitia quæ fuerunt populi conuentus ad suffragia de re aliqua ferenda, à *coeundo* sunt dicta. Genera eorum fuerūt tria, *Calata*, *Centuriata*, *Tributa*. In primis autem Romæ cunabulis omnia di cebātur Calata, à verbo καλεῖν, quòd nobis est voco. Sed de singulis generibus quædam sigillatim subiiciam *Curiata* itaque Comitia erant, in quibus popu lus curiatim, hoc est, diuisus per curias suffragia sua dicebat. His primùm, antequam in vsu essent cum Tributis Centuriata, creati fuerūt reges & alij Magistratus, item Tribuni cum Ædilibus plebis post reges eiectos secessionemque plebis à patribus factam. Ibidem ferebantur tū tēporis leges. *Centuriata* Comitia à centuriis sunt appellata, quas octoginta numero primus instituit Seruius, *testibus Liuio, Dionysio, Floro, Eutropio.* Vt equidem in comitiis hisce populus diuisus centuriatim suffragia ferret. His creabantur Consules, Censores, interdum etiam Proconsules, sacrorum Reges, & militares Tribuni. Eisdem exerceri solebat perduellionis caussa, & agebatur de capite ciuis. *Tributa* porro Comitia fuerunt cum per tribus ex regionibus & locis suffragium ferretur. Erant Tribus populi Romani partes in vrbe locis distinctæ, & à tributo dando sic appellatæ, quemadmodum 3. *in Verrem actione* prodit Asconius, aut quia primum tres tantum fuerunt: Vnde etiā dicti Tribuni, *teste Dionysio*, quemadmodum luculentius suo notabitur loco. Ceterum Centuriata Comitia ex Senatus auctoritate fieri oportebat, qua in Tributis opus non erat, ideoque temporibus primis post habita Comitia fiebant quoque patres auctores, id est, cōfirmabant, quæ populus suffragiis suis iussisset, donec eo iure Senatui ademto constitutum fuit, vt antea, quam haberentur Comitia, in incertum Comitiorum euentum patres fierent auctores. Cum iam facti essent auctores, permitti oportebat edictum, quo certior redderetur populus, ad quem diem conuenire deberet. Atque hinc est, quod toties legatur in historiis, edixisse Consules Comitia, idque edictum publicè in tabella proponi solitum apparet ex 13. *Agellij c. 14.* Curiata autem omniū fuerunt prima, quibus personæ interfuerūt duplices. Aliis enim conuocandi potestas fuit, vtpote Regibus primùm, & inde mutata Repub. Patriciis, Consulibus, Prætoribus, Dictatoribus, Interregibus, & nonnunquam Pontificibus: Aliis verò licuit in illis suffragium ferre, ciuibus quippe Romanis, & quidem iis tantum, qui in curias erant descripti. Qui enim extra vrbem domicilia habebant, non erant in curias relati, & proinde ferendi suffragium iure minimè gaudebant. Non licebat etiam Curiata ha-

beri,nisi intra pomerium,idque in foro atque adeo in Comitio, qui locus foro contiguus fuit,aut potius pars fori, initium sumens a porta Palatij, inque eam partem desinens, vbi postea fuit templum D.Mariæ Nouæ, *vt Marlianus docet.* Quantum ad modum habendi, in dici oportebat ab aliquo magistratuum, &Augures auspicari,vt ex signis quibusdam,aut probarẽt,aut vetarent aliquid. Adhibebantur enim Augures necessariò, quod nec Magistratuum nec legum Comitia haberi possent,nisi Augures adessent proba[illegible]entque, *vt e Cicerone 3.de legib. & 4. Epist. ad Att. Epistola vltima.* Plura à Sigonio & aliis de hac materia notata inuenias, quæ suis relinquo auctoribus ὡς τὰ τῶν τεμένων ἱερά. Illud vnum addidero, si quis, morbo Herculeo correptus ipsis Comitiis repente cõcidisset,dissoluta ea fuisse,atq; inde Comitialem dictum hunc morbum, sicut his versibus tradit Serenus:

Est subit specie morbi,cui nomen ab illo,
Quod fieri nobis suffragia iusta recusat:
Sæpe etenim membris acri languore caducis,
Con[illegible]il[illegible] popu[illegible] labes horrenda diren[illegible]t.

Sed de eo latius loco suo proprio.

Comitialis morbus qui & sacer & Herculeus dicitur, quod eo laborauerit Hercules,nomẽ à comitiis accepit,quod illa,si quis concidisset, interrumperentur, *sicut Serenus docet.* Nonnulli sacrum dixerunt hũc morbum propter magnitudinem affectus, sicut Homero sacer est piscis, & sacra auri fames Virgilio, sacer ignis & os sacrum scholis Medicorum.Græci nominant ἐπιληψίαν. Plato, ἐπίληψιν ab intercipiendo vel apprehendendo,quod eisdem est ἐπιλαμβάνειν. Dicitur & morbus Lunaris, quique eo corripiuntur σεληνιακοὶ *vt nonnullis est visum.* Quanquam alii nonnihil fu[illegible] Lunaticis adiunctum dicant.Est & alij morbi puerilis nomen.Qua de caussa p[illegible] passionem nominat Aurelianus.Lucretius primum *lib.6.* Qui Sõ[illegible] vocant peculiariter errant in eo, quod applicant vni huic morbo, quod cõpetit multis. In genere enim ex XII. Tabul.Sonticus morbus est is,qui obest cuique rei gerendæ *l.2 § si quis iudicio.ff. si quis caut.* Ælius Stylo significare dixit certum morbum cum caussa iusta vide & A. Gellium *lib. 20. c. 1.* Porrò hic ipse morbus est Plinio morbus despui suetus, Plauto morbus qui sputatur. Laborauit eo Iulius Cæsar, post Cæsarem Liuius Drusus, inter Philosophos Plotinus.

Comitium, locus in vrbe foro contiguus, vel potius pars fori, vt in Comitiis est dictum, videtur quibusdam nomen habere, quod Romulus & Tatius in hunc locum coierint ad fœdera ferienda. At Varro *4.de lingua Latina* datum id nominis affirmat, eo quod Curiatis Comitiis conuenirent huc populus. Tradit Marlianus multis annis caruisse Comitium tecto atque i[illegible]o sæpe ibi in dicta Comitia ob ingruentem tẽpestatem peragi non potuisse: Longo autem post tempore fuisse impositum tectum, cum Annibal venisset in Italiam, idque postea restauratum à Cæsare. In eadem fori parte plurimæ fuerunt statuæ, item rostra, quæ L. Furio Camillo & C.Mænio Coss. condita fuerũt ex nauium rostris,quæ fuerunt Antiatibus ereptæ.

Comœdia, quæ ad Romanos est translata à Græcis antiquior Tragœdia, nomen inuenit à verbo κωμάζειν, quod est agere lasciue, petulanter ad tibiam tripudiare, aut nocturnis amoribus operam dare. Vnde fortassis Ioannes Tzetzes Comœdiam esse dicit θαλείας εὕρημα, id est, *inuentum Thaliæ*, quæ vox præter Musam inuentum quandam celebritatem lætitiamque significat, in sua ad Hesiodum ἐξηγήσει. Alii deducunt ἀπὸ τοῦ κώμου, id est, com[illegible]essatione: Nonnulli ἀπὸ τῆς κώμης vico, καὶ τῆς ᾠδῆς cantu, vel ἀπὸ τοῦ κόμμου luctu. Nondum enim coactis in vrbem Atheniensibus, cum Attica iuuentus circum pagos & compita, quæ-

pita, queſtus gratia, feſtum carmen cantaret, orta fuit Comœdia. Alii nominatam aiunt ἀπὸ τῶν κωμωδειῶν viculis, quod humilium domorum ſeptis concludatur, nõ publicarum aut regiarum, vt Tragœdia. Rurſus alii inde deducunt, ὅτι ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐκώμαζον, *quod iuuentus abſolutis operis & largiori cibo refecta, vacui temporis otio abuſa diſcurreret per pagos & laſciuiret in viis*. Scaliger Poet. i. παρὰ τὴν ᾠδὴν καὶ κώμας deriuat, id eſt, à *cantu & vicis*. Sunt denique alij, qui, quoniam noctu quondam Athenienſes oberrantes per vicos nominatim compellabant ciues, quibus iniuria erant affecti, ſpargentes in eos conuitia, & tandem carminibus de rebus huiuſmodi factis in que theatro recitatis, ἀπὸ τοῦ κώμματος, id eſt *ſomno, hoc nomen tribuunt, quibus minimum poſuimus ſupplem.* Et magis adhuc delirant, qui dictam eam exiſtimant ab inſula Co, in qua Epicharmus inuentor Comœdiæ exſulauit. Primi horum carminum compoſitores habiti ſunt *Suſarion, Tripodiſcius, & Rhullus*. Sunt tamen alii, qui in Sicilia inuẽtam ferunt, cum quibus etiam Ariſtoteles in Poetica facere videtur. Nam Athenis primus Crates tractare iam incepit. Græcorum Comœdiæ dictæ ſunt *Palliatæ* à Pallio, quæ veſtis Græcorum eſt propria: Romanorum verò *Togatæ*, ab habitu togæ. Togatarum iterum genera numerantur quatuor. Fuerunt enim, quæ dicebantur *Prætextatæ*, in quibus regũm & Magiſtratuum agebantur negotia, quod Magiſtratuum toga purpura prætexeretur. Fuerunt pariter *Tabernariæ* dictæ, quod cum tabernis ſcenæ diſponerentur & in iis inducerentur non Magiſtratus, aut reges, ſed humiles & priuatæ conditionis homines. *Tertium* genus aſcribitur Atellanis ab Atella Oſcorum oppido ſic dictis, quæ omninum maxime dicaces erant atque iocoſæ. Nihil enim præter riſum aucupabantur, etiam in ipſa verborum acerbitate. *Quartum* genus erat *Planipedarum*, quæ eo nomine ſunt appellatæ ob argumenti humilitatem & vilitatem actorum, qui vtebantur in ſcena non cothurno, aut ſocco, pulpitoue, ſed pede plano: In vniuerſum ſciendum Satyræ ſucceſſiſſe Comœdiam nouam, quam νέαν appellauit Plato, inuentionem eius deferens Suſarioni, & ſimul diſtinguens ab ea, quam nominat ἀρχαίαν, id eſt, priſcam, & à Media, quam vocat μέσην. Noua illa autem argumento magis communi generaliter ad omnes homines fuit accommodata, minus in ſe complectens amaritudinis, plus verò delectationis, vtilis interim ſententiis, grata ſalibus, & apta metro, cum Archaica inſtar Satyræ magis in dicteriis & ſcommatibus conſiſteret. Partes Comœdiæ iuxta Donatum ſunt, *Prologus, Protaſis, Epitaſis, & Cataſtrophe*. Crates quoque Mallotes & Dionyſius diſtinxerunt in quatuor partes, ſed aliis appellatas nominibus quippe in Prologum *chori motus, & Exodium*, Sunt vero quinque eius actus. Neque enim productiores neque contractiores eſſe debent ſcenicæ fabulæ, canente Horatio:

Neue minor quinto, neu ſit productior actu.
Fabula, quæ poſci vult & ſpectata referri.

Chorus Comicus in orcheſtram inducebatur, quæ dicta eſt poſtea λογεῖον. Hic cum Hiſtriones alloqueretur, ſcenam ſpectabat: cum vero abiret, conuertebatur ad populum, & dicebatur στροφή, monente ita Gyraldo. Atque huic contraria ἀντιστροφή. Totius autem Chori tranſitus ſiue παράβασις fiebat, cum tranſiret à legitima ſtatione in aduerſum theatri proſpectum, id quod fiebat, cum Poeta pronuntiare aliquid vellet ſine hiſtrionibus, præter rei ſubiectæ argumentum, vt idem monet. At παρηγορήματα erant, ſi ageret aliquid chorus intus, quod tamen exaudiretur in theatro, velut Ranarum Chorus apud Ariſtophanem, notandumque adeo earum cantica tibiarum modis temperata fuiſſe, quæ erant aut pares, aut impares dextræ aut ſiniſtræ. Dextræ grauitate ſi a ſerieiu &

riem & dictionem Comœdiæ pronuntiabant: Sinistræ & Serranæ acuminis leuitate iocum in Comœdia ostendebant. Atque hæc ita quàm breuissime contrahere, inque locum præsentem coniicere placuit.

Compago vel Cópages, à cópingendo.

Compedes, *teste Nonio*, ab impediendo sunt dicti. Itaque *pedi..*, cui pedes innecti solent: *Manica*, cui manus.

Compita dicta loca, quæ simul petuntur, vel vbi viæ competunt, qualia sunt triuia, quadriuia, biuia. Vnde Ouid. *Seruet vt in ternas compita secta vias*. Celebrãtur in his Compitalia singulis annis in Larium honorem a Seruio, qui *Laris* alicuius familiaris credebatur filius, instituta. Etenim rustici finitis sub id tempus sationibus, & suspensis aratris, magna cum relaxatione animorum tum genio indulgebãt. Dionysius tradit iussu regis etiam templa in compitis ædificata, vbi a seruis peragebantur anniuersaria sacra, tanquam Diis gratum esset seruile ministerium. Illi subscribit Plinius, cum ritum publicè colendi Lares in compitis traditum scribit à Seruio Tullio. Præstitibus Laribus, quos Præsides vocat Plutarchus *in quæstionibus*, Cal. M. ij erectam fuisse aram, apparet ex Ouidio, qui dictos hoc nomine addit, *quod præstent oculis omnia tuta suis*, Fastorum 5. Sed de his postea suis locis exactius. Id tamen haud omittendum 2. Calen. Ianuarij dedicatas illis fuisse ferias, & Antiochiæ bello votam ædem ab Æmilio Regillo in Campo Martio, Compitaliorum ludorum meminit etiam Suetonius in Augusto.

Comtus, à coma, Isidoro.

Computus, vox minus Latina, recepta tamen à Iulio Firmico & iunioribus quibusdam, arcessit nomen à computãdo. Græcis est ψηφισμὸς τῶν τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης ἐτῶν, Iudæis סוד העבור id est, mysterium embolismi. Quod enim nos computum, id nominant Hebræi *embolismum*, nempe totum à parte. At annum embolimæum vocant מעברת ἐγκύμονα, id est, *prægnantem*, quasi annus intercalaris mensem in sese habeat, vt mulier prægnans fœtum in vtero. Et quamquam magna vis est τοῦ ἐμβολίζειν apud Græcos, cum etiam surculum in trũcum arboris fissum immittere significet, præter intercalandi in hac materia significationem, tamen emphasis vocis עבור & elegantia est maior vllius alterius idiomatis voce. Vide Clarissimum Scaligerum *de emendat. tempor. lib. 7.* Cótinet autem computus temporum illustriorum spatia atque discrimina, quæ ex cœlestium luminum motibus accurate cognitis, & supputatis elicit: Vt ab ipsa astrologia diuelli non debeat. Talem Iulius Sosigenem habuit, Solon Thaletem. Vulgarem computum complectitur Ephemeridis nomine Venerabilis Beda, quæ ἀπὸ τῶν ἡμέρων, quos notat anni totius cursu, nomen inuenit. Diarium non malè appellaueris.

Conchæ & Cochleæ iuxta Isidorum vocatæ, quòd luna deficiente cauentur, id est, euacuentur. Omnium enim, quæ cócluduntur mari animalium concharumque membra incremeto Lunæ turgescunt, sicut euacuantur defectu. Alii *conchas* & *conchylia* deflectunt παρὰ τὸ χαίνειν, id est, *hiando*. Probabile id etymon. Constat enim a testis duabus, quæ facilè diuelluntur.

Concilium, auctore Festo, *lib. 3.* dicitur *à populi consensu*, vel potius *à concalando*, id est, *vocando*. Ex more autem populi Rom. qui eo tempore, quo agebantur caussæ, conueniebat in vnum, & communi intentione tractabat, trahit Gratianus hoc nomen *cap. . Distinct. XV.* A. Gellius recitat *lib. 15. cap. 27.* ex Lælio Felice hanc inter Comitia & Concilium differentiam, vt *Comitia* dicta fuerint, cum vniuersus populus conueniret in vnum: *Concilium* cùm pars populi congregaretur. Quæ tamen differentia non anxiè ab aliis auctoribus obseruatur. Sunt porro Cócilia duorum generum. Nam

Nam alia sunt *Politica*, alia *Ecclesiastica*. Politica, quæ coguntur nomine rerum pertinentium ad externū Reipub. statū, vt quando ferendæ sunt leges, eligendi magistratus bellum gerēdum aut communis aliqua depellenda calamitas: Ecclesiastica, quæ ab hominibus religiosis ac piis, consultantibus de rebus Ecclesię coguntur. Horum quędam particularia, nempe αἱ κατὰ τόπους σύνοδοι, quędā prouincialia aut Nationalia, σύνοδοι καθ' ἐπαρχίας, quædā Vniuersalia, scilicet ex toto terrarum orbe non ex vna aliqua gente publica auctoritate & grauissimas ob caussas, congregata.

Concio, à cogendo dicta Varroni 5. *de ling. Lat.* cuius verba subiicere omnia, pretium operæ erit, *Cogitare*, inquit, *à cogendo est dictum*. Mēs enim plura in vnum cogit, vnde *deligere* possit Sic è lacte coactus caseus est nominatus: Sic ex hominibus *concio* dicta: Sic *coactio*, sic *compitum* nominatum.

* *Concupiscentia*, appetitus, voluntas, desideriū aliquid habendi אביונה *Abijona*, vnde אביון *Ebion*, egenus, qui res quibus eget concupiscit & appetit; à verbo אבא *Aba* voluit, cōcupiuit affectū & propēsionem habuit erga rem vel personam aliquam. Hinc ἀβάζω, cupio. Quemadmodum verò ab אבה derinatur אב *Ab*, pater, à quo auus & omnes à quibus per generationem propagati sumus; & אבה Ebē concupiscentia dicitur, ita membra illa quæ genitalia seu pudenda dicimus Latinè, *Abijona* nominata sunt. בוב *Bob*, pupus fuit: אב *Ab*, pubes; Inde βουβὼν, ὁ βουβὼν, Inguina. & metaphoricos *Fabæ* i. testiculus, propter formam. Gr. κύαμος & fabam & testiculum significat. φαβα, σύνηθες ὄσπριον, vulgaro legumen symbolū pythagoricum, κυάμων ἀπέχεσθαι. abstinentiam à rebus venereis, vt Erasmus & alij volunt indicat. Summa, nomine cōcupiscentię apud Hebręos, & causa concupiscentiæ, naturalis præsertim, & instrumenta eius notantur. In eundem sensum duplicem βάλανος & *glans*, tum Græcum Latinis dicitur.

Condictio, in personam actio à condicēdo, id est, denuntiādo dicta, *ait Goclenius*. Quia olim denuntiatio adhibebatur in ea actione mouenda, hodie nequaquam Ideo Festus. *Condictio est in diem certum eius rei, quæ agitur, denuntiatio*, teste Macrobio *Saturn.1.cap.16.* petebatur ea actione à persona nō corpus aliquod, sed certa præstatio, quam ex obligatione debebat. Fuit verò duplex: Vna aduersus eum, qui erat obligatus ex contractu, *Mutui, Commodati, Depositi, Pignoris, Empti. Locati, Societatis, Fiduciæ, Stipulatus, Negotii gesti, Præscriptis verbis*: Altera aduersus eum, qui obligatus erat ex maleficiis.

Congiarium, munus imperatorium, siue imperatoria donatio, *vt Seneca scribit de beneficiis 4.* Græce λαμπρὰ ἐπίδοσις, nomē traxit à cōgii mēsura. qui cōstat sextariis sex, sicut Volusius indicauit scribēs hoc modo: *Quadrantal habet congios octo, sextarios octo & quadraginta*: *Nam octoties sex efficiunt octo & quadraginta*. Et Fannius.

A quo sextarii nomen fecere priores
Crediderim, quod eos capiat sex congius vnus.

Idem ostēdunt & verba Catonis *cap.57.* vbi statuit, quantum vini sit familiæ bibendum. Vult enim mense quinto, sexto septimo, octauo, sextarium vnum in singulos dies bibendum. Inde seipsum declarans addit: *In mense congios quinque*. Cum n. menses dies vt plurimū habeant triginta, & singulis diebus sextarius sumatur, euadunt sextarii triginta, qui cōgios efficiunt quinque *sicut notatum ab Agricola*. Ab hoc inquam nomine postea pecunia quæ dari solet beneficii gratia *congiarium* est appellata. Solebant quippe imperatores præter stipendia donare milites pecunia & aliis muneribus ob strenuè nauatam operam Quapropter legimus Tiberium post biennium regressum ad vrbem, triumphum, quem distulerat mœsta ciuitate clade Verriana egisse, & prandium inde populo mille mensis, coi giarium, tricenos nummos distribuisse. Dedit & Augu-

D

ſtus ſæpenumero populo congiaria, at diuerſæ vt plurimum ſummæ, modò ſcilicet quadragenos, modò tricenos, nonnunquam ducenos, quinquagenóſque nũmos. Dedit & congiariũ C. Caligula bis, ſæpius Claudius Cæſar, ter etiã Domitianus. Suetonius in Cæſare Dictatore, *Omnibus circa eu atq; etiã magna parte Senatus, gratuito aut leui fœnore obſtrictis, ex reliquo quoq; ordinum genere, vel inuitatos vel commeantes ad ſe, vberrimo congiario proſequebatur.* Sunt qui diſtingunt hoc modo donatiuum à congiario, vt donatiuũ ſit, quod militib datur: Congiariũ, quod amicis & populo, ſed dictum interim volunt congiarium à congio, imò ipſam menſurã congiariũ vocari, quòd primo congii olei vel vini darẽtur, inde res aliæ dari ſunt cœptę, manente eadem appellatione. Vnde & *cadi congiarij* apud Plin. *lib.* 14. *cap.* eiuſdem numeri capite.

Congius. vide *Congiarium*.

Coniugata, quæ ſub vnum velut iugum cadũt, *vt iuſtitia, iuſtus, iuſtè*. Græci vocant σύζυγα καὶ σύστοιχα. Argumenta ex hoc loco ſunt huiuſmodi: *Si compaſcuus eſt ager, ius eſt compaſcere, Chriſtus præſentia ſua ornauit coniuges, ergo approbauit coniugium.* In his ſeruãda Ariſtotelis regula ex Topicis: δῆλον γὰρ ὅτι ἑνὸς ὁποιοῦν δειχθέντος τῶν κατὰ τὴν αὐτὴν συστοιχίαν καὶ τὰ λοιπὰ δεδειγμένα εἶναι. Non valet autem eorum conſequentia cũ antecedens de actione loquitur, cõſequẽs de habitu, cũ alia res ſit actio, alia res habit⁹. Nã actio euaneſcit, at durabilis eſt habit⁹. Vt, *Cãbyſes iuſtè fecit puniens iniuſtũ iudicẽ*, ergo *Cãbyſes eſt iuſtus*. Neganda conſequentia: Nã antecedẽs loquitur de actione, conſequens de habitu. Sed hæc exactius, cũ tractabuntur Dialecticæ præcepta.

Coniugiũ deducunt plurimi à iugo cõmuni, quo maritus iungitur vxori. Iſidorus ita: *Coniugium dictum, quòd ſint coniuncti*. Sic & coniuges à cõmuni iugo deducũtur, ſumta à bobus ſubditis eidem iugo metaphora. Vt appellatione hac lata etiam illi comprehendantur, qui nõ procreandorum liberorũ, ſed continentiæ cauſſa conueniunt, *cap. vlt. 32. Cauſſ q.* 2. Romani dixerunt quoq, connubium à nubendo formatum, idque aiunt contractum, vbi æquales coeũt in nuptias, vtpote ciues Romani, pari vtiq; dignitate. Vtque de legibus cõnubiorum nõnihil addã, ſciendũ ingenuis libertinam vxorem ducere non licuiſſe, nec libertinis ingenuam, niſi lege Papia Pòppæa, quæ hoc primũ conceſſit. Fuit & inter Patricios & Plebeios diſcrimẽ, ne videlicet Patriciis cũ plebeiis Romæ cõnnubiũ eſſet, apparet ex *lege XII. Tab.* quę recitatur à Dionyſio *lib.* 2. tum ex oratione C. Canuleii Trib. plebis, apud Liuiũ *libr* 4. Habuit & multa capita lex Iulia de maritandis ordinibus: Nempe *ne qui Senator eſſet, quiue filius, nepos, pronepoſue ex filio, vel ex filia natus, cuius eorum eſſet, ſponſam vxorẽue, ſciens dolo malo haberet libertinam, aut eam, quæ ipſa, cuiuſq; pater, materue artem ludicram faceret, feciſſetue, neue ſenatoris filia, neptiſue ex filio proneptiſue ex nepote, filio nato, nata libertino eiue qui ipſe, cuiuſue pater, materue artem ludicram faceret feciſſetue, ſponſa nuptáue ſciens dolo malo eſſet.* Itẽ. *ne quis Senator ex numero corpore quæſtũ facientiũ vxorem duceret. Ceteri autẽ ingenui prohiberẽtur ducere lenam, a lenone lenaue manumiſſam & in adulterio deprehẽſam, & iudicio publico damnatã, & quæ artem ludicram feciſſet.* Eadẽ lex à morte viri fœminis tribuit anni vacationẽ: A diuortio ſex menſiũ: Lex autẽ Papia Poppæa à morte viri trienniũ: à repudio annũ cũ mẽſib. ſex. Porrò ſtatuit, *vt ne quinquaginta annis minor nuberet ſexagenario, cui vir hac ætate minor quinquagenariam duceret vxorem. Vt omnibus ingenuis, præter Senatores, eorumue liberos vxores libertinas habere liceret.* In vniuerſum conceſſum ius connubii legibus maſculis tempore pubertatis, quã annis 14. definiuerunt quibus elapſis moueri in illis generationis vim ſcribit Macrobius in ſomnium Scipionis, ſed fœminis biennio prius. Etenĩ τὰ θήλεα θᾶττον ἀκμάζει καὶ γηράσκει.

καὶ ἀνμὰν λαμβάνουσι, vt 7. de *Animalibus tradit Aristoteles*. De ritib nuptiarũ, modoq; contrahendi cõnubia copiose scripserunt Andreas Tiraquellus, Carolus Sigonius & Barnabas Brissonius, ex quibus id vnum appono, tribus generibus quæsitas apud Romanos vxores, *Vsu, Farre, Coemtione*, & contra dissolutũ matrimonium, *Vsurpatione, Diffarreatione, & Remancipatione*, de quibus nimis longum foret omnia hic prosequi, cũ ex aliis illa commodius hauriri queant.

Conscientia, quæ tacitũ est animi & infallibile iudicium, à communi iustitiæ regula productum, quã Deus omnibus hominibus insculpsit, & mille testium loco habetur, à *con* & *scire* eo modo est dicta, quo Græcis συνείδησις à σὺν & εἰδέναι. Hebræi idcirco vocant עדות הקנב *adoth hakanan, testimoni ũm cordis seu internum.* Atq; hæc vultur est, qui iecur immortale Tityi perpetuo arrodens, pertẽtabat ac rimabatur interiora viscera, lacerari ac pũgi animũ scelerũ cogitatione significant, renascẽtib. velut de nouo fibris. Isocrates μηδὲν αἰσχρὸν, inquit, ποιήσας ἔλπιζε λήσειν· κἂν γὰρ τοὺς ἄλλους λάθῃς, σεαυτῷ γε συνειδήσεις. Menander quoque:

συνιστορῶν αὑτῷ τι, κἂν ᾖ θρασύτατος,
ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ.

Quibus adiicio dignã notatu Philostrati sententiam 7. de vita Apollonij. ἐν δ' ἐς φαῦλα ὀλισθήσῃ ἡ τοῦ νοῦ στάσις, οὐκ ἐᾷ τοῦτον ἡ ξύνεσις οὔτε τὸ ὄμμα ὀρθὸν ἐς ἀνθρώπους αἴρειν, οὔτε ἀπ' ἐλευθερᾶς γλώττης φθέγμα, ἱερῶντε ἀπελαύνει καὶ τοῦ εὔχεσθαι.

* *Conscientia*, Hebr. *Leb*, לב, ...or, & ארות הלב. *Odoth haleb*, i. rationes cordis, & Genes. 31. שהדותא *Schahaduſha* i. testimonium. עד, *hed* testis: עדות, *hed* ..., testimonium. Iob. 16. *Etiam nunc in cælis testis meus*, & conscius meus (ושהדי *vésahadi*) *in excelsis*. Hæ voces Conscientiam hominis graphicè depingũt, quòd sit Cor, in quo rationes, disceptationes testimonia, concurrunt, quę hominem excusãt vel accusant, vnde cordis sibi conscii iudicium in seipso, contra seipsum, vel pro seipso, coram Deo & aliis. Græci συνείδησιν nominant, quos Latini imitantur, & conscientiam dicunt. Cõpositio συνειδέναι, item conscire, vnde συνείδησις & Conscientia subindicat late patere illius scientiam. Habet enim eiusmodi compositio copiam & quandam congeriem rei subiectæ. Sed vt quam late pateat illius cognitio appareat, rẽ subiectam & conscios testes respicere conuenit. Rem subiectam vocant νοητὸν, i. quod sciri potest. Latissimus campus. Conscientia enim nouit actiones nostras, tam bonas quam malas, cogitationes, animi affectus, dicta, male commissa, & omissa. Inde dicitur mille testiũ loco esse, domesticus testis, oculata ac vigilans: quia ex tota vita omnia dicta & facta ad censuram reuocat, adeo vt in minimis cogitationib⁹ sæpe acriter hæreat. Porrò non sola scit sed alii cum illa sunt testes dictorũ ac factorum nostrorum. 1. Deus testis & iudex. 2. Sata testis, accusator & aduersarius ἀντίδικος. 3. Homines, scelerum socii. Contrà pii homines bona conscientia fulti, suos testes habent innocẽtiæ suæ pios alios in terris, intra se conscientiam suam excusantem, in cælis ipsum Deum, quem non modo iudicem, sed & vindicem, & patrem in Christo patienter, alacriter, intrepide exspectant.

Consilium à *con* & *salio* deducunt, quod plures rationes simul velut in vnã sententiam saliant, siue conueniant.

* *Constantia*, virtus inter pertinaciam & mollitiem constituta, perseuerat in veritatis professione. Hæretici in Ecclesia & cõtra Ecclesiam, Ambitiosi homines in Repub. Peruicaces & pertinaces in omni hominum genere, nullo modo Cõstantes dicendi sunt, quum iniusti sint, & boni propositi nullo modo tenaces. Peccant isti in excessu, sicut in defectu. Molles, qui cedunt periculis, veritatem deserunt, & mendacio adhærent. Mollities hæc dicitur βλακεία stoliditas, &

κουνέτης leuitas, quia facilè cedunt durioribus, sibiipsis non constant, nec in statione stare propter animi mollitiem possunt: timidi meticulosi, sub quouis lapide anguem latentem somniantes, labori succumbentes, malis cedentes, & turpem capessentes fugam. Inter hęc extrema, capite sublato Constantia incedit, Hebr. חזקה *Chezkah*. חוזק *Chozek*, גבורה *gheburah*. à verbo *Gabar*, Superauit, robustus fuit, prędominatus est alijs virtute. Hinc *Gibbor*, fortis; Dei epitheton: & Græcis κυβερνῶ, Latinis guberno. *Chezkah* fluit à verbo חזק *Chazak*, prævalidus & fortis fuit, obfirmatus est: & in 2. Coniugatione *Chizzak*, roborauit, indurauit. Vnde *Chezek*, *Chezkah*, *Chozek*, fortitudo, firmitas robur. Græcè βεβαιότης *Constantia* dicitur, à basi: nam vt columna in basi solida & firma stat, sic Constantes in professione sua minimè vacillant: sed sunt tetragoni, & robusti, vt ait apostolus, Ephes. 3.16. Dicitur etiã Constantia Græcis Εὐσταθία, quæ duæ voces conueniunt Bene stat enim, atque sibi constat vir iustus & propositi tenax. *Hunc si fractus illabatur Orbis impauidum ferient ruinæ.*

Constantinopolis Imperatoris Turcici sedes & vrbs Thraciæ, sita ad Bosporum Thraciũ, à Cõstãtino nomẽ inuenit cũ antea diceretur *Byzantium*. Eustathius ἀνθοῦσαν dictam tradit. Sed & Antonia à Seuero & filio eius Antonio est appellata. Quin Lygõ dictã scribit Plinius. Alii πόλιν πολέων, καὶ βασιλέων ἑστίαν vocãt. Synesius passim νέαν ῥώμην, *nouam Romã*. Hodie dicitur *Stãbolo*. In ambitu cõplectitur tria miliaria Germanica cũ dimidio, ita vt rectè κόσμος κόσμου à quibusdã nominetur. Fuit illa ciuitas olim libera, donec Alcibiadis ope tributaria esset facta Atheniensibus. A Iustiniani tempore sustinuit impetum *Saracenorum*, *Hungarorum*, *Bulgarorum*. Inde Francorum Imperio subdita Balduini opera. Sed recuperata tandem à Græcis, quibus ademit Mahometh eius nominis secundus, anno 1453. 29. Maij. sub Constantino Palæologo. Cum Basilicus ibi rerum potiretur, absumta est incendio instructissima bibliotheca, quippe in qua reposita erant centum & viginti librorũ millia, *teste Zonara*. qui etiam refert extitisse ibi δράκοντος ἔντερον, draconis intestinum longitudine pedũ centũ & viginti, cui aureis literis totum Homeri poema erat inscriptũ. Oriũdus fuit ex ea ciuitate Themistius Aristotelis interpretes, prætoris ibi munere fũctus; cui addẽdus *Gemist.° Pletho*, itẽ, *Maximus Planudes* Monachus, qui præter disticha Catonis & Metamorphoseõ libros Grecè redditos, etiã Epigrãmata veterũ Poetarum Græcorũ in libros septem distinxit. Episcopus eius fuit Chrysostomus χρυσόλογος, cuius adhuc exstãt opera, vir apprimè doctus & pius, summæque auctoritatis, & Comœdiarũ Aristophanis assiduus lector, vt ita maiorem sibi cõpararet eloquentiam. Celebre eius dictum: Πάντων τῶν κακῶν αἴτιον, τὸ μὴ ἀναγινώσκειν βίβλια ψυχῆς φάρμακα.

Consualia, quæ XII. Cal. Semptemb. celebrari solebãt dicta à Cõso cõsilii Deo, quòd publicæ feriç ei Deo tũ fierẽt & in circo ad aram eius à sacerdotibus ludi illi, quibus Virgines Sabinæ sunt raptæ. Affirmat & Festus dictas has ferias à Cõso cõsilii Deo, de quo Dionys. lib 2. hæc habet: *Primũ Deo arcanarũ cõsultationũ duci si dolus sibi ex sẽtẽtia eueniret, sacrificiũ quotãnis & ferias agẽdas vouit. Postea vero Senatus rẽ aperiẽs, vbi ipsi consiliũ istud etiam placuit, die festũ & ludos indicit Neptuno, dimissis circa finitimas vrbes, qui inuitarent ad conuentũ & certamina, quæ tunc instarent, cum virorum, tum equorũ varia.* Et paulò post: *Ceterum festum, quod consecrauit tum Romulus; etiam nostra ætate Romani agitant Consualium nomine, in quo ara subterranea prope circum maximum sita: Refossa terra sacrificiis honoratur & libaminibus, & equorũ ac quadrigarũ cõmittũtur certamina. Deus enim, in cuius honorem ista fiunt, Consus à Romanis vocatur quem*

quidam

quidam nostra lingua interpretantur Neptunum. De hac ipsa ara & Consualium origine, vide Plutarchum *in Romulo*, vbi nonnulli cõnisu putãt errorẽ, cùm legitur *raptas virgines Sabinas XV. Cal. Septemb. quo die Consualia*: Cum Kalendarium XII. Cal. Septemb. Festum illum diem asscribat. Erat itaque *Consi ara* (vt contraham in pauca) abdita in Circo Maximo terra aggesta, vt arcanum consilium esse debere significarent. Cumque celebrarentur ludi, fas erat omnibus accedere ad aram. In circo maximo solitos eos agitari mulis, notauit Festus. Caussam assignat, quòd id genus quadrupedũ primo currui adiũctũ putetur.

Consuetudo. Nominis huius etymõ nõnulli deriuant à *consuendo*, sed perperam, cùm reuera à *consuesco* descendat. Nam & Plautus pro consuetudine *consuctionem* dixit.

Consul, qui Græcis est ὕπατος καὶ πρόβουλος, à consulendo Reipub. nomẽ trahit. Vnde Opimium vere consulem fuisse pobat Carbo, cùm armis contra seditiosos sumtis saluti patriæ consuluisset, apud Ciceronem de Oratore libro. Vbi tamen necessariò notandum, non tantùm nominatum Consulem, quòd *consulat*, id est, *prospiciat* communi Reipub. bono, sed etiam quòd senatum populumque Romanum de rebus publicis consulere & rogare consueuerit, consultationemque exercuerit. Siquidẽ prius exigitur homo, qui cõsilio sit præditus & possit consulere, quàm fiat actus consulendi. Nominis huius occasione haud omittendum post reges exactos constitutos fuisse Consules, penes quos summum vt esset ius, lege rogatũ fuit. Ne tamen regiam potestatem sibi asscriberent, cautum est lege, vt ab eis prouocare liceret, neue possent in caput ciuis iniussu populi animaduertere. Tãtùm concessum, vt coërcerent inque carcerem compingerent *l. 2. ff. de Orig. iur.* Sunt autem Consules constituti duo cum imperio annali. Nec quemquam ad eum honorem subuectum legimus, nisi prius per quæsturam, ædilitatem & præturam aditum sibi parasset. Gradatim enim ad summas dignitates prouehebãtur. Inter Consulatum, præturamque intercedebat ad minimum biennii spatium, eratque illi capiendò definitus annus 43. Ratò autem constat bis terue collatum fuisse Consulatum in vnum. Nam septies Consulatum gessisse, proprium fuit Marii viuis. Absentem eum creari non licebat, nec fas erat anno sequente fieri, qui præcedente fuerat. Cẽturiatis Comitiis ambo creari solebant. Designati cùm essent, Cal. Ianuarii Cõsulatum inibant, ascendentes Capitolium & frequenti interim populo stipati. Statim enim inibant Magistratum, nisi creati essent in interregno, aut in demortui locum. Ex Ciceronis *oratione 2. in Verrem* apparet recens creatos Cõsules a magna populi & propinquorum multitudine domum deductos. Qui verò minor erat natu, huic comitiorum habendorum munus dari consueuit. Sine Consulis etiam, Prætoris, tribuni, vel alterius Magistratus auctoritate, cõuenire populo vel plebi aut clandestinos cætus habere nõ licebat. Et primùm quidem hæc dignitas tantùm in Patricios conferebatur postea tamen, ann. ab V.C. 387. plebeiis communicata & tandem planè ad eos translata anno 581. Mandabantur & illis bella, quæ cùm essent indicturi, procedebant cinctu Gabino toga nempe ita in tergum reiecta, vt vna eius lacinia à tergo reuocata hominem cingat. In Senatu sententias rogabant, inque iis rogandis toto post anno cum ordinem obseruabant, quem ante tenuerãt *Ianuarij Calendis.* Insignia eorum fuerunt, sella curulis regia, & eburnea, in qua ius dicebatur, Trabea seu purpurea prætexta, cum duodecim Lictoribus, qui fasces præferebant. Si quis de potestate eorum paucis plurima velit, Polybium legat *libro 6.* vbi inter alia scribit omnes Magistratus illis fuisse

ſubiectos, exceptis Tribunis Plebis, legationes in Senatum duxiſſe, fuiſſe cõmiſſum totum edictorum ſiue Senatusconſultorum negotium, bellicum apparatum ad eos pertinuiſſe, & proinde conſcripſiſſe exercitus, conſtituiſſe millenarios duces, ex ærario publico ſumtus feciſſe. Hæc tamen eorum poteſtas plurimum reſtricta, quòd fuerit alligata ad auctoritatem Senatus, & lege Valeria à Conſulibus ad plebem prouocare licuerit. Cùm iam geſſiſſet Cõſulatum, dicebantur viri Conſulares inſigni argumento honoris ac dignitatis, atque ex illis ſunt electi Dictatores, equitum Magiſtri, & Cenſores. De Honorariis Conſulibus anno 718. primùm creatis vide Dionem *lib. 43.* Tantum illud præſenti loco, haud fuiſſe illos ordinarios, hoc eſt, tales (*explicante Turnebo Aduerſariorum lib. 5. c. 10.*) à quorum nomine anni ſupputatio ordinaretur, quod eſt præcet alia magiſtratus illius ſingulare auctoramentum.

Conſus. vide *Conſualia.*

Contagium, altera peſtis cauſſa, à contactu nomen inuenit. Requiritur in eo primùm, vt mutuo cohæreant corpora, inde vehiculum, quo vis putris ab vno corpore tranſuehatur in aliud, denique ſimilitudo quædam: Quomodo *poma a pomis, vuæ ab vuis* in ſe recipiũt putredinem iuxta Naſonis illud: *Vuaque conta-ſta liuorem ducit ab vna.* Subſcribit nobis his verbis Iſidorus: *Contagium a contigendo: Quia quem contigerit, hunc polluit.*

Conticinium, prima pars noctis, qua omnia quieſcendi gratia conticeſcunt. Tempus illud extendebatur ad mediam noctem. Sic *conticinium* eſt dictum, quo conticeſcunt Galli, pars illa ſcilicet diei, quæ diluculum præcedit. Sed de partibus diei plura ſuo loco.

Contumelia, Græcis ὕβρις, Senecæ à *contemnendo* eſt dicta quòd, nemo aliquem, niſi quem contemnit, tali iniuria afficit.

Contus inſtrumentum nauticum, & vox planè Græca. Vſus enim ea Homerus Odyſſ. 1. ſub finem. Vbi Euſtathius duplicem eum facit: Nauticum vnum, & bellicum alterum: Priorem definit ὅπλον, τὸ τοῖς ναύταις χρηστόν, *inſtrumentum nautis accommodatum.* Inde deflectit παρὰ τὸ κεντεῖν, id eſt, à ſtimulando.

Conuitium. Nominis huius origo ſecundum Nonium Marcellum à *viciis* eſt, à cuius partibus ſtat Valla. Alii trahunt à *vito.* Et vt cuique ſuũ placet, ita quilibet carpit & eliminat eorum ſententiam, qui à voce deflectunt, quos tamen tueri conatur poſt Labeonem Feſtum & Alciatum, Forcatulus *in ſua Necyomantia*, eo quod ſyllabæ quantitas ſatis euincat non deriuari à vitio cuius prima eſt breuis, nec à *conuito*, quę vox eſt Barbara, ſed potius a voce, expenſa vtrimque ſyllabæ ratione. Feſti verba ſunt hæc: *Conuicium a vicis, in quibus prius habitatum eſt, videtur dictum: Vel immutata litera, quaſi conuocium.* Feciſſe conuicium dicitur non tantùm is: qui vociferatus eſt, verum is quoque, qui alios ad vociferationem concitauit, vel qui ſubmiſit, vt vociferetur. Non tamen omne maledictum cõuitium eſt. ſed id ſolùm, quod cum vociferatione eſt dictum. Itaque Theophilus: *Conuitium* δέ ἐστιν, ἡνίκα τις ἐν ἐπισήμῳ τόπῳ τῆς πόλεως ὕβριν ἐπαγάγῃ μοι, ὥστε καὶ ὄχλον ἐντεῦθεν συναχθῆναι. Quin verbis quoque fieri docet Iuriſconſultus *l. 1. §. iniuriarum. ff. de iniuriis.*

Conuiuium. Etymon nominis huius eleganter expreſſit Cicero libro *de Senectute* his verbis: *Bene maiores noſtri accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt, melius quam Græci, qui hoc idem tum compotationem (συμπόσιον) tum concœnationem (σύνδειπνον) vocant.* Idem ad Pœtum: *Sapientius noſtri, quàm Græci. Illi συμπόσια & σύνδειπνα, id eſt, compotationes & concœnationes, nos conuiuia, quod tum maxime ſimul viuitur.* De eadem voce ſic Iſidorus: *Conuiuium apud Græcos à compotatione συμπόσιον, apud nos vero à conuictu*

vectus

rectius appellatur: Vel quia vitæ coniunctionem habet. Item conuiuium dicitur a multitudine conuescentium, nam priuatæ mensæ victus (sic enim legendum arbitror) *conuiuium non est, vel*) vt quidam habēt) *priuatæ mensæ est victus.* Græca vocabula præter ea duo, quæ antea sunt dicta, sunt varia, nempe ἑστίαμα, πότος, πότον, & πότοι in plurali; σιτίτια, σύνοδος, δοχὴ. συσσίτιον, συνουσία, δαὶς, εὐωχία, εἰλαπίνη, θάλεια, θοίνη, θίασος, ἔρανος, συναγώγιον, ἀγάπη, ὁμηγύριον, κώθων, κλητώριον. κυλικεῖον. Sunt & diuersa Hebræis nomina. * Inter ea maximè commune est nomen משתה *Mischté*, deriuatum à שתה *Schatha*, i. bibit sitiens, apponendo poculum seu potum ori. Hinc Latinum sitio, & Græcum nomen συμπόσιον, & Latinum Compotatio. In historia Esteræ semel & iterum, *Mischté Iajin*, conuiuium vini appellatur. Galli hospitium, vel Cauponam ingredientes, hospiti dicūt, da nobis bibere, *donnez nous a boire*: & quum alius alium ad conuiuium & mēsam trahit: his verbis inuitat, *Allons boire*. 2. Hebræis etiam conuiuium מסב *Mesib*, discubitus epularis, siue accubatio, vel circuitus dicitur, à סבב *Sabab*, quod accumbere significat. In circuitu, autem, vt & Orientalium plerique ferè omnes, vt in mensa rotunda discumbebant. 3. Vox quoque לחם *Lechem* quæ proprie panem significat, & synecdochice pro quouis cibo sumitur, etiam pro conuiuio vsurpatur, vt Dan. 5. dicitur de Belsezare rege, quod עבד לחם רב *abad lechem rab*, fecit conuiuium magnum vbi cibus multus, ferculis regiis splēdidus, conuiuis magno numero inuitatis, celebri pompa exceptis, est appositus. 4 Similiter יין *Iajin*, i. vinum pro compotatione & toto conuiuio, quod nullum est, si vinum desit, aliquando accipitur. Quidam dixit, pane, vino, colloquiis, iucunda constare conuiuia. 5. זבח *Zebach*, & טבח *Tbebach* propriè quidem sacrificium & victimam significant, sed crebro pro conuiuiis vsurpantur quæ sacrificiis, præsertim pacificis, adhibita sunt. Vide 1. Sam. 9. 16 & 20. 6. מרזח *Mirzach*, Amos 6. 7. epulum proprie significat, vel (vt nonnulli volunt) coctionem, qualis in exequiis mortuorum fiebat; conuiuium funebre; Ierem 16. 5. elegāter autem Amos *Mirzach Misruchim* opponit, ac si quis diceret hodie. Pro lectis luctus, pro thalamis tumulos. 7. סעודה *Sehudah* quoque conuiuium dicitur à סעד *Sahed*, quod & corroborare & prandere significat. Hinc סעידמשתי *Sahid Mischté*, recreatio potus siue conuiuij, Iesai. 3. & סעודתא *Sehudetha*, cibus 2. Reg. 11. His adde ארחה *Arucha*, quod vulgo prandium seu conuiuium vertunt, Ierem 4. & Prouerb. 15. cùm tamen, vt Grammatici monent, proprie consuetum seu vsitatum cibi demensum significet, vel etiam viaticum: ab ארח *Arah*, i. iter fecit. 8. כרה *Cherah* quoque à verbo *Charah* quod proprie scindere (cultellis & dentibus) significat, vt conuiuæ solent. Alias significationes verbum illud habet, quas prætermittimus, vt conuiuium nostrum tandem absoluatur. Ipsi autem conuiuæ dicuntur Hebræis מסבים à סבב, quod est *accumbere ad comedendum*, Græcis κλητοὶ, συγκλῖται, σύγκλητοι, συγκεκλημένοι, ἐπίκλητοι, παράκλιται, σύγκλιναι], ἀνακείμενοι, συμποσιασταὶ, σύνδορποι ὁμοδόρπιοι, ὁμοδίαιτοι, δαιταλεῖς, σύνθοινοι, θιασῶται, εὐωχητροὶ, εἰλαπιναστὰὶ, ὁμοτράπεζοι, συμπόται. Finis conuiuij est non comessatio, aut compotatio, sed dulcis vitæ communio. Quo admodum scitè a conuiuendo conuiuium dixerint Latini, qui aliis voculis rem exprimunt, vt sunt, epulum comessatio, conuictus, prandium, cœna, Pastus, &c. * Eustathius in lib. 5. Odyss. nomine Ambrosiæ Homerū nihil aliud allegoricè significare voluisse ostendit quam φιλοπόσιον ὁμιλίαν τὴν συμποτικὴν, i. Consuetudinem, colloquiumque conuiuale,

uiuale, amoris amicitiæque plenissimũ. Plutarch.lib.4. Sympos. probl. 1.conuiuij finem dicit esse συμπολιτικὸν, i. *Ciuilem*, qui sit φιλίας ἐπίτασις ἢ γένεσις δι' ἡδονῆς, i. *amicitiæ vel generatio vel confirmatio, coniuncta cum voluptate.* Ac proinde ipsum conuiuium definit esse διαγωγὴν ἐν οἴνῳ εἰς φιλίαν ὑπὸ χάριτος τελευτῶσαν, i. *viuendi rationem, quæ per vini vsum, gratia seu suauis conuersationis beneficio, in amicitiã desinat.* Item lib. .prob. 1. τράπεζαν eleganter. φιλοποιὸν, *amicitiæ conciliatricem*, & alibi συντροφίαν conuictum εὐνοίας ἐπίτασιν, *beneuolentiæ incrementum.* & εὐνοίας ναὸν, *beneuolentiæ templum*, appellat. Sympos l.b 7.probl. 6.conuiuium definit κοινωνίαν καὶ σπουδῆς, καὶ παιδιᾶς, καὶ λόγων, καὶ πράξεων: concludens ibidem, non quosuis, sed illos tantùm qui familiaritate & amicitia inter se sunt deuincti, conuiuia inter se debere agitare.

* *Conuiuia* multarum gentium & Rerumpub optimè constitutarum commemorari possunt, quæ ad amicitiam & concordiam inter ciues firmandam & conseruandam à Sapientiss. legislatoribus fuerunt instituta. Athen. lib. 5. de cõuiuiis hospitalibus verba faciens dicit ea habere ἑλκυστικόν τι πρὸς φιλίαν, *vim quandam attrahendi alliciendique ad amicitiam.* Idcirco à sapientibus legislatoribus conuiuia φιλετικὰ καὶ δημοτικὰ, *amica & publica*, vt θιάσους, φρατρικὰ, ὀργεωνικὰ fuisse introducta ad priuatorũ, quæ inter amicos erant, conuiuiorum exemplum. Huiusmodi porrò conuiuia publica fuerunt & illa omnium, vt vult Aristot. in Politicis, antiquissima Italorum συσσίτια ab Italo, & Cretensium ἀνδρεῖα à Minoe, & Lacedemoniorum φιδίτια, quasi φιλίτια à Lycurgo instituta, & quæ Laconicis similia fuèrunt, Carthaginiensium sodalitem atque collegiorum Syssitia. His adde Atheniensium συμπόσια in Prytanæo, in Panathenæis & Thesmophoriis, nec non Romanorum Charistia inter proximos, & cœnas in Capitolio, publicisque sacrificiis fieri solitas. Huiusmodi omnium conuiuiorum publicorum vnus finis fuit, ciuilis societatis, amicitiæ, cõcordiæque conseruatio. His antiquis similia sunt publica illa Ducum Venetorum conuiuia, quæ quater in anno nobilibus exhibẽt: & illa quotidiana Reip. Argentinensis, nec non φρατρικὰ, i. tribulia Heluetiorum conuiuia, quæ quidem omnia ad ciues ab odiis, inimicitiis, vindictæ studio, litibus, ad pacem, amorem, beneuolẽtiam mutuam reuocandum antiquitus fuerunt instituta. Neapolitanorum quoque regum institutum fuit, singulis annis statis quibusdam diebus parare nobilitati epulum ad ædem Mariæ coronatæ, adhibitis etiam præstantissimis matronis, vt nobilium & clarorum in vrbe hominum animi reconciliarentur, testis est Io. Põtanus lib de continentia.

Coquina secundum nonnullos dicta, quasi *colina*, quod ignem ibi colerent, quibus Seruius astipulatur

Cor, quod primum generatur in homine, origine sua respicere videtur Græcorum καρδίαν vel κῆρα. A corde est *corculum*, quo nomine veteres solertem & acutum hominem significabant. Appellatus ergo hoc nomine fuit prudens ille Nasica bis consul, & egregiè cordatus homo, catus Ælius Sextus. Quin Ennius oeta bonus, quem adorãdum instar sacrorum vetustate lucorum profitetur Quintilianus, tria corda habere est dictus, iamque amentes excordes dicimus. Quid, quod animæ rationalis sedem in corde collocauerint Philosophi nonnulli, atque ideo eiusdem animæ rationalis partem cor appellari solere, ab Adamantio sit scriptum? Nam quod literæ meliores toties cor Dei nominãt, quid aliud etiã innuit, quã illud diuinæ sapientiæ mysterium, quod est à patre. Vt cum Dauid inquit: *Eructauit cor meũ verbum bonum.* Itidem hinc est, quod cõsilium & rerum agendarum radicem in corde

corde posuerit Spurinna aruspex factu-rus auspicium. Cum enim defecisset cor in extis bouis opimi, consternatus aie-bat, *vereri se, ne consilium & vita Cæsari de-ficeret.* Testatur & dominus *in corde resi-dere quod inquinet hominem: Hinc prauas & bonas cogitationes oriri.* Homerus & alii Poëtæ tam Græci, quam Latini fon-tem quoque voluntatis statuunt. Sed de eo satis Plato in Theæteto probare niti-tur, *habere se cor admodum ceræ, cui facile imprimatur aliquid & proinde Homerum eo respicientem appellasse* κέαρ. Vt rem no-tatu dignam apponere hoc placuit. Nec omittendum credi à plerisque, *referente alibi Plutarcho*, cor pueruli nuper nati ponderare drachmas duas. Duas autem drachmas singulis annis ad quinquage-simum vsque accedere, atque hinc to-tidem detrahi adusque centesimum vo-luerunt Ægyptii. Physici tradunt timi-da animalia esse, quibus magnum est cor, cuiusmodi sunt lepus & ceruus, at esse audacia, quibus idem paruæ est mo-lis & quantitatis, calescente citius in eo sanguine animali calore qualis est Leo. Aristoteles nominat cor *primum viuens & vltimum moriens*, male tamen ἀρχὴν ἁπάσης κινήσεως καὶ αἰσθήσεως. Substantia eius cõstat ex carne spissa, solida, & ple-na fibrarum. Aristoteles consistere dixit ἐξ αἱματικῆς ὕλης, id est sanguinis mate-ria. Itaque omnibus animalibus cor est, quibuscunque est sanguis, vt obserua-runt Philosophi, id quod etiam de ieci-nore est proditum. Est idem vitæ fons, & scaturigo. Quo Pythagoras minime negligendam cuique vitæ suæ curam e-rudite monuerit, cùm imperaret μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν. Sinus eius sine ven-triculi γαστέρες Hippocrati sunt duo, in quorum altero generatur spiritus vitalis diutius in eo hærens. Quippe cùm illud moueri & pulsare videamus frequenter, præciso antea capite, in animalibus. Ori-tur ex eo Aorta arteriarum omniũ ma-xima propago & origo ... us pars vna iugulum petit, altera dorsum intorque-tur ad spinam, estque spirituum vagina. Sed & inde prodit arteria venosa. Arte-ria quidem, eo quod spiritum alio per-ferat: Venosa, quod simplici vestita sit tunica. Alias vt promptius sangui-nem, fumidum exudet: Alias vt sua du-ritie motum pulmonis non impediret.

Corallum vel *Coralium*, Græce κοράλλιον, κωράλλιον, κουράλιον, κόραλλος, cùm tactu lapidescat, vt multi scribunt, quasi κεραλ'ιον est vocitatum, ἀπὸ τῆς χειρὸς, manu, vt quidam volunt, Ouidius:

Sic & Coralium, quo primum contigit auras Tempore, durescit: Mollis fuit herba sub vndis.

Plinium de eo vide *lib. 32. cap. 2.* vnde Matthiolus *2. in Dioscoridem* ipsum eius notauit, cum corallo baccas adscribit, quas nullas habet. Etenim ex trũco eius torno simul & lima formãtur: Mox Smy-ridis lapidis puluere & terra quadã, qua à Tripoli Aphricæ aduehitur, expoliun-tur & lucidum læuorem contrahunt, cùm iis diutius fricantur. Sunt qui λιθόδενδρον appellãt; Alii δενδρίτες, eiusq; tã-tum apud Indos pretium, quãtum apud nos margaritarum Indicarum.

Corbita dicta est *oneraria nauis*, quòd in eius malo solitus fuerit suspendi cor-bis: Sicut illæ naues, quæ paratæ erant ad bellum, galeam pro insigni habe-bant, pacificatoriæ caduceum.

Corbona, cuius mentio fit *Matth. 27. Luc. 21.* templi ærarium seu gazophyla-cium ex Syrorum vel Chaldæorum fon-tibus nominis originẽ traxit, apud quos קורבן propriè significat τὸ δῶρον. Fit & e-ius mentio *4. Reg. 12. & 2 Paralip. 23.* E-uerso deinde templo simul fuit euersum Gazophylacium, atque iterum restitutũ post restaurationem templi. Verum id non arca tantum fuit, in quam demitte-retur pecunia, sed locus amplus, in quo etiam Leuitarum primitiç cum decimis erant repositæ, *Nehemiæ 10.* Legimus quoq; gazophylacio custodem præpo-situm, quem Esaias nominat *cap. 22.* ταμίαν τοῦ ἱεροῦ, id est, *quæstorem templi*, Iose-phus *lib. 8.* gazophylacem.

* *Corbona* vel *Corbana*, vel *Corban*, γαζοφυλάκιον Græcis dicitur, παρὰ τὸ φυλάττειν τὴν γάζαν. fuit enim arca capacissima, in qua sacra pecunia reponebatur & custodiebatur, item locus iuxta quem arca illa constituta fuit. Vtrique, nempe arcæ & loco nomen בית גנזא *Beth-ginza* vel *ginzaia* quasi domum, i. locum gazæ vel gazarum, puta pecuniæ. Huiusmodi gazophylacium in veteri olim testamento fuit illud, in quo reponebatur pecunia sacra, quæ ad cultus Dei conseruationem offerebatur: ærarium templi, siue ἱερὸς θησαυρὸς, dictum. Institutum illud, Christi temporibus durauit, imò ad templi vsque euersionem. Gazophylacii, seu ærarii templi fit mentio apud Euangelistas, Syrus interpres vocat בית גזא *beth-gaza*, locum pecuniæ. Lucas cap. 21. v. 4. eandem gazophylacii vocem interpretatur τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ, *dona Dei*, tanquam arcam, in quam dona Dei (i. Deo oblata) coniiciebantur, per metonymiā adiuncti. Quo tropo Matthęus etiam vsus, cap. 27. v 6. scribit primarios sacerdotes noluisse triginta argenteos nummos mittere εἰς τὸν κορβᾶναν, hoc est, in δῶρον, seu δῶρα, vt loquitur Lucas: nisi malis post articulum τὸν sub audiri τόπον, vt Syrus suppleuit בית *beth*, i. locum seu domum donorū *beth-corbana*. Hieronymus in 61. c. Esaiæ per *Dona* metonymicè intellexit arcam in qua dona eiusmodi Deo consecrata reponūtur. Scribit enim de Paula & Pāmachia *eas quicquid habuerint in dona domini portasse:* & Latini *donarii* vocem non tam pro re dicata Deo, quàm pro loco, in quo ipsa ponitur, vsurpant.

Corcyra maris Ionii insula Ptolemæo, quæ Homero dicitur Σχερία, Apollonio κεραυνία, κέρκυρα Dionysio, aliis φαιακία, fertur à virgine *Corcyra*, quam fabulantur rapuisse Neptunum, sic appellata. Insula hæc circumflua Adriatico mari contra Epirum iacet, multum Homerica Odyssæa illustrata & Vlyssis hospitio decantata. Patet in longū 97. M. Passuū. Incolæ eius Corcyrenses multum olim polluerunt opibus, quæ tamen à Tyrannis sunt euersæ, donec à Romanis in libertatem insula est vindicata, attestante idipsum Strabone his verbis: Κέρκυρα τὸ παλαιὸν εὐτυχὴς ἦν, καὶ δύναμιν ναυτικὴν πλείστην εἶχεν· ἀλλ᾽ ὑπὸ πολέμων τινῶν καὶ τυράννων ἐφθάρη, καὶ ὕστερον ὑπὸ ῥωμαίων ἐλευθερωθεῖσα οὐκ ἐπῃνέθη, ἀλλ᾽ ἐπὶ λοιδορίᾳ παροιμίαν ἔλαβεν· ἐλευθέρα Κέρκυρα, χέζ᾽ ὅπου θέλεις. Oriundi autem fuerunt Corcyrēses à Corīthiis, qui duce Chersicrate insulam illam occuparunt eo tempore, quo & ipse Archias Corintho profectus Syracusas coloniam deduxit. At Corcyrensium colonia Dyrrhacium. Itaque Strabo: Δυῤῥάχιον Κερκυραίων κτίσμα.

Cordus nominatus dicitur Mutius Scæuola à difficili & tardo partu, vt apud Suetonium *Cordus Cremutius*, quòd difficulter esset editus à matre, item *Iulius Cordus* Historicus ille, quem Iulius Capitolinus se imitaturum profitetur in Gordianorum vita, & nostra fere ætate *Valerius Cordus* Medicus insignis. Sic corda frumenta, quæ serò maturescunt, & fœnum cordum apud Festum.

Corinthus vrbs Achaiæ ad Isthmum Peloponnesiacum, quondam dicta ἐπωπη, ἔφυρα, καὶ ἡλιόπολις, arcemq; habens edito loco sitam, nomine Acrocorinthum, quamq; Cicero pro Pompeio Græciæ lumē appellat, à Corintho Orestis filio dicitur obtinuisse nomen, vtpote qui hanc à flammis vindicauit. In hac vrbe fuit olim templum Veneris πανδήμου, *vt præter Athenæum testatur Strabo lib. 8.* Ibidem versata fuit sumtuosissimæ Veneris scortum Lais, Corinthiaca cognominata, cum Sicula esset. Vexerat enim eam captiuam Nicias ex Hycaris Siciliæ in Græciā, quā postea diuēdidit Corinthi. Post mortē extra vrbē ad lucum Cranió virentē cupresso monumentum habuit insculpta ei leæna, quę priorib. pedibus arietem complectebatur, *auctore in Corinthiacis*

rinthiacis

rinthiacis Pausania. Sed hanc vrbem L. Mumius Imperator solo æquauit florẽtem antea & præpotentem pecunia, sicut de ea scribit Thucydides *lib. 1.* eo quod Romanorum legatos prætereuntes magnifica tecta ausi fuissent sordibus commaculare. Græcum Epigramma de re ista latere non debet lectorem. Est autem eiuscemodi:

τὸν μέγαν ἀκροκόρινθον ἀχαϊκὸν, ἑλλάδος ἄστρον
καὶ διπλῆν ἰσθμοῦ σύντροφον ἠϊόνα,
λεύκιος ἐστυφέλιξα, δορυπτοίητα δὲ νεκρῶν
ὀστέα σωρευθεὶς εἷς ἐπέχει σκόπελος:
τοὺς δὲ δόμον πριάμοιο πυρὶ πρήσαντας ἀχαιοὺς
ἀκλαύστους κτερέων νόσφισαν αἰνεάδαι.

Ouidius præter Horatiũ Bimarẽ vocat Fastorũ 4. sicut Græci διθάλασσον, quæ vox exstat *ca. 27. Actuũ Apostolicorũ,* quòd inter duo maria esset sita, aut ea cõtueretur, *vt scribit Mela* Hinc Statius *lib. 7.*

Qua summas caput Acrocorinthos in auras
Tollit, & alterna geminum mare protegit vmbra.

A Corintho porro dictum *Corinthiũ æs,* quod optimum erat, & *Corinthiaca vasa.*

Cornix auis annosa, nomẽ trahit à Græcorũ κορώνη. Annosã quod dixeri, nõ est de nihilo, cũ multa viuere dicatur secula. Est enim ausus Hesiodus nouẽ illi ætates nostras tribuere, quẽ est imitatus Virgilius in Epigrãmate, cùm ait: *Hos nouies superat viuẽdo garrula cornix:* Etsi hoc Fabulosũ existimet Plinius Nã & Theoni apud Aratũ ἐννεάγηρα κορώνη tantundẽ. ac πολύγηρα. Vt nomen illud nõ pro nouẽ, sed pro multis ætatibus accipiat. Eandem (*cum in auguriis locum apud veteres habuerit*) Poetæ passim malum omẽ dedisse monent, si crocitaret. Vnde Virgilius: *Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix.* Propter garrulitatem reiecta dicitur à Pallade sapientiæ Dea, quòd illa minimè sapienti conueniat, imò meditationum priuigilio admodum sit infesta, & is adeo ad Dei naturam proximè accedat, qui multum tacere nouit, *teste Catone.* Quo rectè admodũm canat Persius: *Nescio quid tecum graue cornicaris ineptè:* Cui verbo apud Græcos τὸ κρώζειν in garrientes respondet.

Cornu, à curuore vult dictum Varro *de ling. Lat. lib. 6.* Hinc Cornicen qui cornu canit. Sed malim, salua tanti viri auctoritate, deduci à Græco κέρας, vel ab Hebraico קרן cui propemodum scriptura coniungitur.

Corona. In etymo huius nominis enucleando laudem omnem tribuo, contra Quintiliani risum, Iosepho Scaligero, qui in commentariis suis ad Virgilii appendicem sic docet: *Choronam etiam veteres scribebant aspiratè, conscii scilicet sibi eius etymi. Namprimùm veteribus στέφανος, χορωνὸς vocabatur, παρὰ τοὺς χόρους.* Simonides:

φοῖβος ἐσαγεῖται τοῖς τυνδάρησιν ἀοιδοὺς,
ἀν ἄμετροι τέττιγες ἀπημείψαντο χορωνῷ.

De coronarum generibus non hîc dicẽdi locus. Illud pretium operæ scire Philologos, querna insignitos olim corona, qui ciues seruassent, imò præ foribus Augusti & successorum suspensam, vt singulare ornamentum. Adiicere id volui rantùm de nostro, dum hoc loco alterius vestigia premo.

Corpus iuxta Isidorum dictum ex eo, *quod corruptum repetat.* Solubile enim atque mortale est, & aliquando soluendũ. Græci eleganter vocant σῶμα, quasi σῆμα, id est, *sepulcrum,* videlicet animæ, *teste Platone in Cratylo,* & δέμας quasi δέμσον vinculum, *vt affirmat Eustathius,* quòd in eo ligatus & constrictus sit animus. Quod ipsum innuit & Cicero in Somnio Scipionis, cũ inquit: *Qui è corporum vinculis tanquam è carcere euolauerunt.* Atque hac ratione Platonici omnes hominem appellant *mentem,* & Aristoteles *hominem verum rationalem animum esse* affirmat *Ethic. 10.* Quippe illa parte verè homo est homo, cum immortalis sit, & omnis interitus expers, corpus autem obnoxium corruptioni in principia sua tandem resoluatur.

Cortina Apollonis a corde videtur appellata Varroni 6. *de ling. Lat.* quod inde sortes primum sint æstimatæ. Sed manifestius librarii est error, & reponendum *corte*. Seruius putat ita dictum à corio, quo tectus erat Apollinis tripus: Alii à certitudine, quasi dixeris *certinam*: Nonnulli quod ibi *cor vatis* teneretur.

Coruus, vel à Græco κόραξ descendit, vel nomen habet a gutturis sono, quo crocire dicitur Plauto, at aliis crocitare, quod Græcis etiam est κρώζειν, *iuxta Pollucem*. Creditur hoc auium genus ore coire, vnde & Fellator est in suis Apophoretis Epigrammatario, quem vellem quibusdam in locis castratum aut repurgatum prodiisse iamdudum in lucem, ne noceat auribus honestis: Sed negat hoc Aristoteles 3. *de Animal. generat.* in cuius sententiam discedendum existimo. Polybius apposite admodum describit machinam quandam, cuius vsus erat in naumachia seu prælio nauali, quæ & corui nomen ab hac aue habebat, *lib. histor. 1.* A coruo etiam dictus fuit Coruinus Valerius, qui Consule Camillo Furii Camilli filio præferocem Gallum certamine singulari confecit. Nam is galeæ ipsius insidens vnguibus & rostro insiliebat in Gallum. Romæ coruum fuisse, qui tempore matutino epulans in forum Tyberium, Germanicum & Drusum Cæsares nominatim, mox populum Romanum transeuntem salutabat, *scribunt Macrobius & Plinius*. Cum etiam Augusto redeunti, ex bello Actiaco coruus dixisset: Aue Imperator inuicte, viginti illum millibus numinum emi curauit. Prior ille præcedente tibicine elatus duorum Æthiopum humeris, inque Ridiculi campo sepultus legitur, in dextra parte Appiæ viæ. In auguriis hæc auis perinde ac cornix, significabat imbres. Vnde Nicandro est κόραξ ομβρήεια κρώζων. Quia verò idem cornix volatuque prædicere credebatur apud veteres futura, idcirco etiam Deo diuinationis Phœbo legitur dicatus Et ex eo est *auis Phœbea* Papinio. Etsi Porphyrius & alii diuersas adferant caussas.

Corybantes, sacerdotes Cybeles Deum matris, qui festum eius Nonis Aprilis celebrarunt eo genere lusus, vt inter sese æneis clypeis concurrerent, ærisque tinnitum facerent non sine rythmica pedis dactyli compositione, præcipuum hoc nomen obtinuerunt ἀπὸ τοῦ κορύπτοντας βαίνειν, quòd inter saltandum iacerent capita. Vnde qui velut numine afflati tali se gestu proderent, κορυβαντιζειν dicuntur καὶ κορυβαντιᾶν. quo verbo vsus est Socrates *in Phædro Platonis*. A Dactylo vero pede & monte Ida dicti fuerint *Idæi dactyli*: Curetes, quod in Cretæ ciuitate Cyrba Iouis alendi gesserint curam, cùm tympana & cymbala pulsarent, ne vox Iouis vagientis à Saturno perciperetur. Multa de his Strabo *Geograph. lib. 10.* Alii tamen tradunt Corybantes nominatos ab oculorum pupillis, quas Græci κόρας appellant: quòd *ipsos Iouis custodes excubare & apertis oculis dormire* oporteret. Prius etymon magis receptum à bonis auctoribus. Iterum alii, qui idem nomen deducunt παρὰ τὸ κρυβεῖν, τουτέστι κρύπτειν ab occultando. Vnde nascentem Iouem ingenti strepitu celebrabant, *teste etiam Callimacho hymno εἰς Δία.*

Corycæi, quos clandestinos verborum & sermonum aliorum hominum auscultatores dicimus, a Coryci montis Pamphyliæ præcelsi & petrosi piratis sunt nominati. De his videndus est Suidas, qui de iis adducit veteris auctoris Euphorionis auctoritatem.

Corycius crocus. Vide *Crocus*.

Coryphæus, κορυφαῖος, quē Suidas πρῶτον τῶν χορευτῶν exponit, Latini *præsultorem* vocant, ἀπὸ τῆς κορυφῆς, id est, *capite* dictus.

Cos insula in Caria, *vt scribit Mela*, Stephano κόως, κῶς, κόες, κὸς, κῶ, κίως, *Cos* & *Coa* Straboni, Ptolemæo κῶ alüs

aliis etiam *N m h s*, Plinio auctore, hodie *stancon*, optimi senis & artis Medicæ Dictatoris Hippocratis patria, derivare dicitur nomen a Coo Metropis filia, quæ ibi regnauit. Sed fidem esse volo penes auctores. Vinum ibi optimum nasci solebat nomine *um*, quod lubricum dicitur à Persio, forte quod lubricet & molliat. Porro *Cos lapis* videtur Isidoro nomen habere, quod ferrum ad incidendum acuat.

Co dicuntur Festo *rugosi corporis homines* a similitudine vermium ligno editorum, qui *c* appellantur, & apud Phryges pontique accolas pro cibis habentur delicatissimis, *teste Plinio lib.* 17 *c.* 24. Quid? quod Cossus appellatus sit etiam Cornelius ex gente Corneliorum, militum olim tribunus, ab illa corporis rugositate, quam Cossi repræsentant.

Coturnix auis haud magno in pretio apud Romanos, auctore Plinio, quòd laborare crederetur morbo comitiali, à sono vocis etymon habet, *vt prodit Isidorus.*

Cotyttia sacra, impudica & peregrina, vtpote sumta à Thracibus, & peruigiliis celebrata nocturnis apud Athenienses, à Dea Cotytto, quam ipsis præesse voluerunt, sunt nominata.

Cotyn appellat eam Æschylus, post Æscylum Synesius, imò Suidas, qui turpium præsidem eam coli affirmat. Multa de hac Dea & Baptis, quos quidam esse volunt Cotyttus sacerdotes, habes apud Politianum *in Miscellaneis*. Meminit eorundem Horatius, & Virgilius *in Poematiis.*

Crapula, Græcè κραιπάλη, dolor quidam & capitis vertigo a vino procedés, ἀπὸ τȣ̃ κάρηνον πάλλειν, quod caput moueat, originationem nominis traxit. Confirmat id Plinius *Natur. histor. libr.* 23 *cap.* de vino loquens, his verbis: *Capitis dolorem & vertigines facit.* Ab hoc dicta crapula est.

Crater nomen Græcum, *Cratera* Latinum, inquit Seruius, ἀπὸ τȣ̃ κρατεῖν, quod est *tenere, capere*, nomine deducto. Sed quia pro vase accipitur, in quo vinum miscetur aquæ, dictum potius videtur ἀπὸ τȣ̃ κεράω, id est *miscendo*: Vel ἐκ τȣ̃ κρῶ κρήσω Ionice: Vnde ἐπικρῆσαι & ἐπικεράσαι. Suffragatur huic etymo Eustathius in Homerum, & Athenæus *lib.* 5. Verba eius sunt: οἱ δὲ κρατῆρες αὐτοῖς (*heroibus*) ὥσπερ ἔχει καὶ τȣ̃νομα κεκραμένοι παρέστησαν, at crateres, vt fert nomen, *mixti ipsis astiterunt.* Κρατὴρ φιλοτήσιος erat veteribus, quo se inuicem conciliandæ amicitiæ gratia post cœnam ad bibendum inuitabant. Vnde φιλοτησία pro ipsa propinatione & inuitatione accipitur. Quando in hunc locum incidimus, haud omittendum aliud poculum, aliud esse craterem. Ait enim Maro.

Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis,
Cratereſque duos statuam tibi pinguis oliui.

Notandum etiam magnum fuisse craterem. Idem Maro: *Crateres magnos statuunt & vina coronant.* Item: *Tum pater Anchises magnum cratera corona Induit.* Et Statius: *Bacchus ī altos Crateras pateraſque redit.* Docet & Plinius; Semiramidis craterem collegisse pondus talentorum quindecim. Sed quid admodum tritum crateris etymon silentio premo, nempe ἀπὸ τȣ̃ κέρατος, id est, *cornu deductum?* An non regum pocula ex cornibus olim fuisse prodit Philostratus? An non idem apud Pæones factū tradidit Theopompus? Habe & hoc, ne quid omissum male te habeat, lector.

Creo verbum, à Græca dictione κρέας: Vt creare sit idem, quod carnem facere. In sacris literis, *vt Genes.* 1. *& aliis locis*, vbi in textu est ברא *Bara*, significat propriè fieri quippiam ex nihilo diuina potentia. Hinc Deus בורא, id est, *creator*, & בריאת עולם *creatio mundi.*

Crepida idem Latinis, quod Græcis κρηπὶς. Seruius fuisse scribit *calceamentum Thuscum*, quod corrigiis pedibus alligabatur. Virgilius: *Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.* Suidas scribit

etiam κρηπῖδα εἶναι θεμέλιον ἢ εἶδος ὑποδήματος. Maxime verò eo calceamenti genere vtebantur Græcorum Philosophi. Itaque qui accedebāt eorum scholas, crepidati erant vt plurimum. Quo nomine maleuolorum morsibus Scipio obnoxius fuit. Gellius vult crepidas ea esse calceamēta, quæ sp'eas vocant Romani, nostrates *toffels* aut *pantoffels*, in quorum Germanicorum vocabulorum etymis eruendis & pro singulari sua dexteritate e fontibus Græcorum deducendis Petrus Diara Medicus, & quondam Græcæ linguæ Professor Franeceræ, ita placuit, vt operæ pretium facturum me putem, si his meis adiecero. Quia enim à sutoribus huic calceamento inseritur suber, dictum existimauit quasi παντοφελλὸν, *totum suber*. An non scitè ariolatus? Isidorus à crepitu deducit crepidas, quòd mihi suspectum, eum Græcam originem agnoscat.

* *Crepidæ*, Græcorum propriæ, vt calcei Romanorum. Persius Crepidas nominans totum intelligit Græcorum studium φιλοκαλίας circa cultum; quo vsus esse illos elegantiore vel ex eo constat, quòd proceres Romani, cùm vellent animam remittere, atque hilarius viuere, Neapoli præsertim, vel Athenis, vel alibi inter Græcos, τὸ τετράγωνον ἱμάτιον, id est, pallium & crepidas assumebant: quod olim Scipioni, Sullæ, Antonio, atque aliis, ab eorum inimicis pro crimine est obiectum. Hæc Doctiss. Casaubonus in 1. Sat. Persij. Crepidæ, iuxta Grammaticos neotericos, à pedū crepitu dictæ, qui incedendo, dum subinde solea calcaneum ferit, excitatur. Tamen certius vocem Græcam dicere. κρηπὶς, ἶδος, ἡ. Basis, fundamentum. θεμέλιον, vt Suidas exponit. Et crepida vel calceamentum suberatum. Gellius lib. 13. cap. 20. Crepidas & crepidulas, prima syllaba correpta, id genus calceamentum appellauerunt, quod Græci κρηπῖδας vocant, eiúsque calceamenti sutores Crepidarios dixerunt. Calceamenti iustiusmodi genus ignotū fuit Hebræis, quibus calceus נעל *Nahal* dictus, quòd supernè corrigia tanquam pessulo obfirmatur: & numero Duali נעלים *Nahalim*, Amos. 2. 6. à verbo נעל *Nahal*, i. Obserauit ostiū pessulo, clausit obice admoto.

Creta maris mediterranei insula, Iouis incunabulis & centum vrbibus quondā clara, olim *Acria, Idæa, Cathonia, Curetis & Macara* dicta, nunc *Candia*, inditum habet nomen nonnullis à Creta Nympha Hesperidum vna: Aliis à Creto rege Curetum, sed pari incertitudine. Apollonius nominat eam Oaxida, Argonaut. 1. ab vrbe vel fluuio Cretæ Oaxo, ni fallor. Verba eius sunt:

δάκτυλοι ἰδαῖοι Κρηταέες, ὅς ποτε νύμφη ἀγχιάλη δικταῖον ἀνὰ σπέος ἀμφοτέρῃσι δραξαμένη γαίης οἰαξίδος ἐβλάστησε.

Dicta fuit & ἑκατόμπολις Græcis, ab vrbibus centum Inde Virgilius:

Creta Iouis magni medio iacet insula Ponto,
Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ:
Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna.

Optimè hic mihi aridet Strabo, qui inquit, tellurem hanc prius dictam κουρήτην (forsan à *Curetibus*) inde per syncopen κρήτην. Ab hac insula datum nomē Creticæ terræ, qua parum vtili ad medicamenta vtuntur maximè, quos vocāt pelliones. Hac olim felices & faustos dies notabant, vt infelices atro carbone. Qui eam à crescēdo dictā putant, minus placent. Plinius meminit *libr. 35. c. 16.* argētariæ cuiusdam cretæ. Nitorem quippe argenteum repræsentabat.

Crimē sunt qui hoc nomē deducunt à Græca voce κρίνειν, qd est iudicare; sunt, qui à cerno voce Latina trahūt: Isidorus à *carēdo*. Quid arripias, haud facilè scias. Mihi haud absurde deriuari posse videtur, παρὰ τὸ κρινομένον διὰ τῆς περικοπῆς, ab eo, quod accusatur & damnatur.

Crinis videtur Pompeio nominatus ἀπὸ τῆς κρίσεως, id est, *discretione*. Quid sequitur? Nam iidem eos κρινίδας vocāt. Nescio quo hoc auctore dicat. At prius illud re-

illud recipio. Nam & hinc verbum discriminare, *vt notat Isidorus*, cuius sagacitatem in multis miror.

Critici dicti olim Grammatici, ἀπὸ τοῦ κρίνειν, id est, à *iudicando*: Quod omnium scriptorum censores & iudices fuerint. Neq; enim tantùm censoria quasi virgula notabãt versus, & subdititios libros, cum videretur, submouebant, sed & alios auctores in ordinem redigebant, alios numero & albo eximebant. Talis Aristarchus fuit Alexandrinus ille, qui tamen oriundus fuit ex Samothracia, & sub Ptolemæo Philometore vixit *Olympiade 156.* inque Cypro decessit, homo tanto iudicio, vt Homeri versus non haberetur, quem ipse non probaret. Ab hoc aliorum scriptorum censores Aristarchos vocamus. Fuit & talis Polemõ, & hoc nostro tempore quamplurimi monumentis in lucem editis clari, qui iam, vt audio, vno ore sapientem Poetam nominant Manilium, qui de astronomicis dixit: *Ornari res ipsa nequit, contenta doceri.* Etiamsi ipse, vt & Iouianus, Pontanus & Aratus, non parum lenocinij addiderit isti materię. Critici dies dicuntur & Medicis ἀπὸ τῆς κρίσεως, qua voce vsus est Galenus iam pro subita & repentina in morbo mutatione, iam pro turbatione, quæ excretiones & abscessus præcedit.

Crocodilus, elingue animal & Nilo frequens, oculis emissititiis, iisque hebetibus in aqua, sed acribus extra aquam, cuius vis omnis residet in cauda, qua implicat & conficit belluam, quamcunque arripuerit, ex ouo, quod haud multo maius est anserino, ad cubitos viginti duos excrescens aliquando, nomen habere creditur παρὰ το δειλαίνεσθαι τὰς κρόκας, *quod littora fugiat*, εἰονεὶ ὁ περὶ τὴν γῆν δειλὸς, quasi qui sit in terra pauidus: Vel potius ἀπὸ τοῦ κρόκου καὶ δειλοῦ, quod timeat & auersetur odorem croci. Vnde qui mella conficiunt in Ægypto, sternunt crocum, vt ita eius odore insignis hic prædo arceatur à fauis. A croceo colore deductum nomen vult Isidorus. Tergum (ne id omittam) inuictum habet aduersus ictus omnes. Noctu latet in aquis: De die excubat in terra ad exercendum latrocinium, dum in tanta vētris ingluuie semper hiat ad prædam. Si quis hunc persequatur fugit: Si quis fugiat, persequitur. Quare acceptum illud; *Gloria Crocodilus*, quod quondam Petrus Talpa bonus Medicus symboli habebat loco. Nam & illa sequentem fugit, fugientem sequitur, vt *Seneca docet.*

Crocus & *Crocū*, sicut Græcis κρόκος & κρόκον, accepisse videtur nomen interpreti Callimachi παρὰ τὸ θάλλεσθαι ἐν κρύει, quod virescat & floreat in frigore. Libros croco inungī solitos scribit Lucianus. Corycius crocus est ab oppido Ciliciæ, quod Isidorus *lib. 14. cap. 3.* Coriscon nominat, addens inde plurimum & optimum venire crocum. Inde forte Cilicum florem appellat Statius *Silu. 2.*

Crudelis, quem Græci ὠμὸν metaphoricè appellant, quasi *crudum*, non *coctum*, nec *esui habilem*, à cruore quem sitit, Grammaticis est appellatus.

Crumena, quòd παρὰ τὸ κρεμᾶν, id est, *pendendo* sit dicta, non est quod cuiquam sit dubium, cum iuxta definitionem Nonii sit folliculus aut sacculus è brachio pendens. Etsi Epidicus apud Plautum à patre Strathippoclis crumenam sibi in collo dicat locatam.

* *Crumena*, pecunię receptaculum, aliis nominibus designari potest. Est enim Græcis βαλάντιον, μαρσίπιον, ἐρισκὴ, σακκίον, &c. Latinis marsupium, loculus, sacculus, zona, bulga. Hebræis כיס *Cis*, vnde κίστη & κιστίς, & Latinū cista: à verbo כס *Cas*, vel כסס *Casas*, i. annumerauit, collegit: numos enim vel paruo vel magno numero collectos crumena continet. Appellatur etiam צרור *Tseror*, à צרר *Tsarar*, i. ligauit, constrinxit, quoniam in crumena nūmi constringuntur. Et quia tenui corio, filo, vel membranula crumenæ vt plurimum conficiuntur,

& saccu-

& facculi pecuniam continentes, 2. Reg. 5. 23. dicitur Gehazi ligasse duo talenta argenti in duobus crumenis, loculis, vel sacculis, חריטים *Charitim* à *Charit* vel *Cheret*, vnde Arabum *Carta* i. membranulis, cui Latinum Charta, Chartula conuenit. Syri crumenam appellant *Casiphta*, à כסף *Cesph*, hoc est argento siue pecunia q.d בית כסף *beth-cesph*, hoc est, ἀργυροθήκην, vt Græci appellant. Item *Telika* a טלק *Telak*, i. iniecit, vnde θυλακὶς & θυλάκιον Græcis, i. Crumena, in quā pecunia cōiicitur. Et *Telicadesfiki*, crumena Sacculorum, quasi multos habēs sacculos (*bourse a plusieurs bourssons*) cuiusmodi mercatoribus hodie in vsu. Zonam, cuius mentio apud Euangelistas, Matth 10.9. & Marc. 6 S. Syrus כיסא *Cisa*, i. Crumenam interpretatur: recte. Græci enim ζώνην & βαλάντιον idem cēsent, teste Plutarcho in Tiberii Gracchi vita. Agellius eundem Tiberium dicentem inducit, *Quum Roma profectus sum, Zonas* (crumenas, bulgas) *quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli*. Horatius etiam, *Ibit eo quo vis, qui Zonam perdidit*, i. crumenam, qui scilicet nihil habet numorum. Lucilius poeta Bulgam appellat crumenā vel sacculum de brachio propendentem, folliculi instar formatū: quem Festus vocabulum Gallicum esse putat: vt certe Galli & Germani hodie ea voce (*bouge bougette, & bouges, bougettes*) vtuntur. Festiue Plautus in Pœnulo ad quendam numis minime onustum, *Tu qui Zonam non habes, qui in hanc venisti vrbem*; vbi duplex allusio, & ad vestem Pœnorum more distinctam, & ad pecuniam in zona gestari solitam, citra quam in vrbe sumtuosa non sat commodè viuitur.

Cruor proprie est sanguis frigore perstrictus: Vnde nomē habere videtur παρὰ τὸ κρύος, id est, *frigore*.

Crus ἀπὸ τοῦ κρούειν, quod ferire videatur, cum huc illuc ingreditur. Sed Isidorus *Crura dicta, quod iis currimus & gressum facimus*.

Crux, in quam aguntur damnati, vt crus, ἀπὸ τοῦ κρούειν nonnullis, Isidoro, cui lubenter subscripserim, a cruciando. Cruci enim suffixos multum & diu cruciamus Liceat hîc addere, quod Ioānes Cantacuzenus Imperator Constantinopolitanus memoriæ prodidit, crucem Domini ex tribus diuersis lignis, cupresso, pino & Cedro fuisse compactam. Sed fides sit penes auctorem. Est autem crux notum supplicij genus & instrumētum Romanis, Iudęis & Græcis in puniendis facinorosis, sed abolitum in Testamento nouo ob reuerentiam passionis Christi. Imò ne liceat insculpere signum crucis silici, aut humi positis marmoribus à Theodosio & Valentiniano Impp. prohibitum fuit. Theodoretus scribit *sermone 6. de Prouidentia*, etiam Græcos, Romanos, Barbaros magno honore signum crucis prosecutos fuisse, quæ tamen erat maledicta per legem, iuxta illud, *Maledictus, qui pendet in ligno crucis*. Quid, quod eius vexillum sit erectum a Constantino aduersus Maximinum? quod huius armatura Theodosius fretus hostes aggressus fuerit? Quod & eius tria trophæa celebribus locis sint statuta à Constantino? Quod denique Turcæ, hostes alioqui crucis, tamen signa crucis præ se tulerint in fronte aduersus pestem, vt est apud Nicephorum? Tanta illi postea reuerentia, tantus honos exhibitus fuit in gratam memoriam Domini, qui actus erat in crucem ab ingratis Iudæis.

Crypta, quo nomine tam intelligunt subterraneum locum, in quo Martyrum aut aliorum illustrium in Ecclesia virorum reliquiæ conseruantur ἀπὸ τοῦ κρύπτειν, quod *occultare* est, agnoscit nomē. Accipitur etiam pro loco abdito in ædibus. Ait enim Vitruuius: *In ædibus crypta horrea, apotheca*. Iuuenalis Sat. 5. accipit pro *subterranea caverna fornicata*, id est, cloaca. Meminit & eius verbi Cassidorus *li. 2. variar. cap. 51.*

Crystallus, τὸ διὰ τοῦ κρύους συςαλὲν ὕδωρ,

ὕδωρ, id est, *aqua frigore contracta*. Fit enim, auctore Plinio, & cócrescit vehementiore gelu, nec alibi reperitur, nisi vbi maximè rigent hybernæ niues, & glaciem esse apparet. Gignitur in Asia & Cypro, maximè in Alpibus versus septentrionem, vbi nec æstate vsque a deò Sol feruet. Oppositus hic solaribus radiis adeò rapit flāmam, vt aridis fungis vel foliis ignem præbeat. Vsus eius etiá ad pocula destinatur, vnde *Crystallina* sunt Iuuenali. Nec quidquam aliud, quàm frigidum pati potest, vt bene dictum ab Isidoro.

Ctesipho adolescens apud Terentium, τὸ τῆς εὐθένεως φῶς, *patrimonii splendor*.

Cubiculum, à cubando dictum, quòd in eo interdiu aut noctu cubare & quiescere soleamus. Festus deriuatum putat à militari lectica, quam Sabini *Cubam* appellant.

Cubitus brachii flexura dicitur, qđ ad cibos sumendos in eo cubamus, *vt habet Isidorus*. Capitur & pro mensura quæ cōstat digitis viginti quinque, *vt scribit Vitruuius libr.3*. Est & Geometricus cubitus sex nostros complectens, *Origine & Augustino auctoribus*. Sed sunt alii, qui ex Græco idiomate id nominis fluxisse existimant. Etenim ἀγκῶνα appellat Hippocrates κύβιτον. Scribit enim Galenus in explicatione difficilium verborum Hippocratis: κύβιτον τὸ ὠλέκρανον, ὅπερ καὶ ἀγκῶν. διοσκορίδης δὲ τὸν κόνδυλον τοῦ βραχίονος ὅτως ὀνομάζει φησι.

Culcita (nam sic potius scribendū quā *culcitra*, contendunt aliqui Glossarū V. & Pandect. Florentinarum auctoritate adducti) res ea, quæ fomento & floccis referta substernitur alicui, à *calcando* vel *inculcando* est nominata. Approbat hoc etymon Varro *4. de ling. Lat.* Cicero 3. *Tuscul.* Eripiamus huic ægritudinem, quomodo collocemus in culcitra plumea. Vbi r litera infarcitur, vt & apud alios sæpe, longa scribendi consuetudine. Meminit eiusdem vocis eodem scribendi modo Lampridius *in Heliogabalo*.

Culeus capacissimum mensura & vasis genus, vtpote quod vrnas quadraginta recipiebat, ab *occulendo*, id est, claudendo quibusdam deriuatur. Georgius Agricola *de mensuris Rom. lib.1.* expressum vult esse nomen ex Græco, quod est κουλεὸς, vnde fit κολεὸς Ionica loquendi consuetudine. Quòd sit liquoris mensura, asserit Fannius, & potest intelligi cùm ex Plinii, tum Catonis verbis *libro de re rustica cap.3. & 20.* Ait enim: *Si in dolium resinam indes, in culeum P. iv. bene communito, inde in fiscellam indito, & facito vt in dolio musti pendeat.* Romani Græcos imitati etiam vtres vinarios & olearios *culeum* dixerunt. Imo eadem voce apud eos accipitur vter ille, cui olim insui solebant Parricidæ, cum cane, gallo gallinaceo, vipera, simia, simillimis huic monstro feris, vt ita in proximum fluuium proiiceretur. Prisca vox est. vt quidem meminit Fulgentius *de prisco sermone lib.* ex Plauti Vidularia, sed admodum malè Isidorus *in Glossis* cum tunica eam confudit, quæ scilicet ab iis induebatur, qui erant igne cremandi. Seneca *lib.2. ad Lucilium*: Cogita illam tunicam alimentis ignium & illitam, & intextam, & quidquid aliud commenta est sæuitia. Constat hūc culeum fuisse ἀσκὸν βόειον aut ὄνειον, id est, *vtrem vel corium bouinum aut asininum.* Priori nomine appellat Theophilus *§. alia deinde. de publ. Iud.* vbi elegantissimis verbis eius instituti apud veteres rationem reddit & vocat ista animalia ὁμοιότροπα αὐτῷ *moribus ipsi similia.* Addit: τὰ μὲν γὰρ ἀναιρεῖ τοὺς γονεῖς, τὰ δὲ τῆς πρὸς αὐτοὺς οὐκ ἀπέχεται μάχης. Primam legem latam de iis, qui parentes occidissent, opinatur Carolus Sigonius eo tempore, quo L. Hostius paulo post bellum Annibalis patrem interfecit, quam secuta est Pompeia, quam tulit cum M. Crasso Cn. Pompeius cognomento Magnus.

Culina dicta videtur Nonio, quod ibi colerent ignem locupletiorem domus.

Cumæ vrbs Campaniæ cunctas ferè &

Italiæ & Siciliæ vrbes superans antiquitate, à Chalcidensibus quidem est condita, at à Cumæis denominata, qui venerant ex Eubœa. Coloniæ enim ductores Hippocles Cumęus & Megasthenes Chalcidensis ita inter sese conuenerant, vt Chalcidensium esset colonia, & à Cumæis acciperet nomen. Alii ἀπὸ τῶν κυμάτων, id est, *vndis* vocatas volunt, quod littus proximum frequentibus tergoribus exiret, quibus illisæ fremunt vndæ. A Cumis *Cumæa* dicta *Sibylla*, quam Næuius *in libris belli Punici*, & Piso *in Annalibus* annotauit, estque inter decem Sibyllas numero quarta. Hodie vrbis istius tantùm ruinæ supersunt.

* *Cumulus*, ערכה *harma*, ab ערם *haram*, i. cócinnè coaceruauit & composuit, vnde ἁρμόζω. ἁρμόττω, coapto, compono congruenter, ἁρμονία, harmonia, in qua vocum variarum aptus cumulus. תל *Tel* à הלל *Talal*, accumulauit, & תולל *Tolal*, Cumulator. cognationem habet cum תלה *Talah*, & תלא Tala, suspendit in altum. Tumulus enim vel cumulus eminet. צבור *Tjibbur*, à צבר *Tsabar*, congessit in aggerem Lat. cumulus fluxisse videtur à גלם *Galam*. Glomerauit, quod cognationem habet, cum גלל *Galal*, voluit, volutauit. Hinc glomus & glomero cum compositis: item χλαμὺς chlamys vestis glomerata: & Cumulus. Ĩfluit à verbo מלא *Male* & מלה *Mala*, i. plenus fuit, impleuit, expleuit. Inde πλέω, ἀναπλέω, impleo, repleo; πλέον plus. &c.

Cunabula lectos scil. infantium, & vbi nascuntur loca, a verbo κύειν quis dici nó videt? A cunabulis verò & cunis *Cunina* veterum *Dea*, quòd infantulis & cunis præesset nomen habet. *Cuninus* verò *Deus* fascini erat auersor.

Cunctator appellatus est Fabius, quod cunctando seu moram trahendo Annibalem fregerit antea inuictum. Hinc illud Ennii,

Vnus homo nobis cunctando restituit rem,
Non ponebat enim rumores ante salutem:
Ergo postque magisque viri nunc gloria claret.

Eutropius quoq; lib. 3. *Missus aduersus Annibalem Q. Fabius Maximus. Is eum differendo pugnam ab impetu fregit, mox inuenta occasione vicit. Ita consilio parta victoria non minus clara, quàm quæ gladio perficitur.*

Cuneus est *collecta in vnum militum multitudo*, inquit Isidorus. *Vnde propter quod in vnum coit, & ipsa coitio in vnum, cuneus est nominatus, quasi connens, eo quod in vnum omnes cogantur.* Hactenus ille. Vegetius lib. 3 *cuneum peditum multitudinem vocari* dicit, quæ iuncta cum acie primùm angustior: deinde latior procedat, & aduersariorum ordines rumpat: quod à pluribus in vnum locum tela mittantur: *Quam rem*, inquit, *milites nominant caput porcinum.* Typum eius habes apud Ælianum *lib. de instruendis aciebus.* Nec illud porro negligendum, facto cuneò perrupisse veteres medios hostes, vt est videre apud Cæsarem libr. 6. cum milites castris exclusi facto cuneo, & duce Trebonio mediam hostium aciem perruperunt. Apud Virgilium Æneid. 12. *dare cuneum*, est se in cunei formam componere. Talis autem peditum globus est Græcis τάξις σφηνοειδὴς & ἔμβολος, inprimis Aristidi.

Cuniculus Cuniculi meatus subterranei suffossi in vrbium obsidione dedicant nominis etymó eiusdé nominis animalibus, sub terra in cauernis suis delitescétibus. Festus in neutro genere appellat *cuniculum occultum* sub terra foramé, aut ab animali, quod simile est lepori, sic appellatum, quod subterfossa terra latere est solitum, aut à cuneorum similitudine, qui omnem materiam intrant findentes. Quod vero Vegetius à leporibus diriuans *libr. 4.* Zoilorum morsibus est impetitus, in eo à Stevvetio rectè excusatum inuenio Varronis auctoritate, qui *lib. 3. de re rustica cap. 12* recte tertium genus leporum cuniculum appellari scribit.

Cunina Dea, q̄ infantes in cunis tuetur, ac fas-

ac fascinũ submouet, Lactãtius *lib.1.ca.10.*

Cupa, ex qua bibere solebant veteres, iuxta illud Næuii: *Duas cupas mero plenas exhausit. à cauponibus nomen sumpsisse videtur nonnullis.* Horatius etiam cum dicit *cupa potare magistra*, significat bibere nullo alio bibendi magistro adhibito, quàm ipsa cupa.

Cupediæ dicuntur cibi lautiores, à cupiditate, quòd excitẽt sui cupiditatẽ. Hinc *Cupediarii*, qui eas vendunt. Quin macellum forum cupedinis nominabant. Varro nomen accepisse vult, quod ibi fuerit Cupedinis equitis dom⁹, qui fuerat ob latrocinium damnatus.

Cupressus arbor trifera, vtpote quæ fructus habet maturos ter in anno, mense Ianuario, Maio, atq; Septembri, ad nihil tamen vtiles, vnde prouerbiũ κυπαρίττου καρπὸς, de re visu quidem speciosa, sed inutili, nomen traxit ἀπὸ τῆς κυπαρίσσου Græcorum, quæ est dicta ἀπὸ τοῦ κύειν παρίσους ἀκρέμονας, q̃d ex æquo producat ramos & fructus. Quãquã alii originationẽ ducant à Cyparissa filia Boreæ Geltarum regis. Cùm enim hæc viuis excessisset, seuit pater in eius tumulo hãc arborem, quæ inde ab eius nomine hoc iam suum obtinuit nomen, vt grauissimi auctoris Asclepiadis testimonio probant. Mox vero à satu eadem feralis & luctuosa haberi cœpta, adhibitaque sepulcris. Festus eius rei rationem reddit quòd hæc arbor excisa nunquam repullulet aut renascatur, sicut ex mortuo nihil sperari potest. Qua de caussa, inquit, *in tutela Ditis esse* putatur. Quin & disertè monet mortuorum olim domibus appositam. Etiamsi mos iste non vsque adeo vetustus apud Romanos fuerit, quòd peregrina hæc arbor serò sit Romam aduecta, non multum ante ætatem Catonis. Diuitum tantùm ædibus adhibitam euincere conantur ex eo Lucani: *Et non plebeios luctus testata Cupressus.* Vtque pa[illegible]is absoluam, est ea arbor, cui nec folia decidunt, nec vlla caries obrepit tẽporis iniuria. Vnde forsan obtinuit mos, vt arcæ fierent ex cupresso, quibus ossa eorum reconderentur, qui mortem oppetiissent in bello, vt Thucydides affirmat.

Cura dicta est, inquit Festus, quasi *cor edat*, vel quasi *cor vrat*. Iosephus Scaliger ad Festum etiam ἀπὸ τοῦ κόρου, id est *satietate* posse deriuari existimat.

Curatores, siue illi puberibus dentur, siue bonis administrandis aut distrahendis, siue operibus, seu municipibus, Reip. Tribubus, frumento, oleo, ventri, iudicio, de quibus multa in legibus Romanorum, omnes a cura sunt nominati.

Curetes, Græce κουρῆτες, Cybeles sacerdotes, ἀπὸ τῆς κουρᾶς, id est, *tonsura*, arcessunt nomẽ. Eustatihus 23. Iliad. κουρῆτες χλιδῶντα πλόκαμον τρέφοντες ὥστε παρθένοι ἁβρᾶς, κουρῆτες ἐκλήθησαν κουρᾶς ἐπίκεν, *Curetes ad delitias alentes cincinnos venustæ virginis instar, à tonsura nomen adepti sunt.* Approbat hoc etiam Strabo, sed addit, ab aliis sic appellatos aut ab Heroe quodã, aut à Curio mõte, qui imminet Pleuroni, vel à cura Iouis alendi. Alii iterum sic dictos aiunt, quod veluti κόραι, id est, *puellæ fluxas & longas induerent vestes*. Aut ab oculorum pupillis, κόρας dicunt, de qua re in Corybantibus nonnihil allatum. Quidam hos oriundos volunt ex Acarnania, alii ex Ætolia, Eubœa, Creta, adeo fabulosa necnon incerta omnia. Horum certe inuentum armata illa saltatio πυῤῥίχη dicta, quã Cretenses exercuerunt. Itaque Dionysio Curetes nihil aliud fuerunt in Creta, quàm Salii apud Romanos. Strabo addit ex quorundam sententia eosdem esse *Curetes & Corybantes, & Cabiros, & Idæos Dactylos, & Telchines*, qui sacra Iouis in Creta, & Matris Deûm in Phrygia cum armorũ tumultuosa agitatione, cumque strepitu cymbalorum, tympanorumque sonitu, necnon tibiis ac vociferationibus celebrabant.

Curia. Quin hæc à cura deriuet nomẽ, nec Palæmon negauerit. Asserit id Varro *lib. 2. de vita pop. Rom.* asserit & Festus

Grāmaticus doctus. *Curia*, inquit, *est locus, vbi publicas curas gerebant*. Trahit secum & Gazam in sententiæ communionem, qui *libro de senectute* ἀπὸ τῆς βουλῆς βουλευτήριον interpretatur. Quin ipse Cicero 4. in Verrem: *vt in curia Syracusis, quem locum illi βουλευτήριον vocant*. Sed hæc de voce illa in genere. Peculiares eiusdem significationes adhuc tres sunt non omittendæ. Prima est, qua partes illas triginta, in quas Romulus populum distribuit, significat; Altera, qua denotat ædes illas sacras, in quib partes illæ triginta sacris sunt operatæ: Tertia qua ædes illæ accipiuntur, in quibus habebatur Senatus, Primæ significationis meminit Halicarnasseus *lib. 2.* Pomponius *l. 2. ff. de orig. iur.* Estque notandum singulis curiis imposita fuisse nomina, vt cum Festo affirmat Liuius, singularum virginū, quas rapuerunt Romani de Sabinis. Quamquam Varro atque Plutarchus *in Romulo* eos arguant mendacii. De sacris, quæ in illis fiebant, adduco verba Dionysii: *Sacra sua Romulus cuique curia partitus est, assignatis in singulas Diis & Dæmonibus, quos perpetuò colerent, sumtusque in hæc tribuit ex ærario publico: quæ quoties celebrarentur, aderant curiæ suis vicibus, epulumque diebus festis præbebatur Curialibus in aula curiæ propria.* Addit Festus *Calabram curiam dictam, vbi tantùm ratio sacrorum gerebatur*, quod & Varro *4. de ling. Lat.* confirmat. Iam autem huius significationis curiæ, tum eius, in qua Senatus cogebatur, meminit Varro his verbis: *Curiæ duorum generum sunt: Nam & vbi curarent sacerdotes res diuinas, vt curiæ veteres, & vbi senatus humanas, vt Curia Hostilia, quam primus rex Hostilius ædificauit.* Curiarum quoque triginta, quæ partes erant tribuum (singulas enim tribus numero tres in decem curias distinxit Romulus) tantum nomina supersunt octo, *Foriensis, Rapta, Vellesis, Velitia, Tifata, Titia, Calabra, Faucia*, vel *Saucia*, vt quidā volūt. Quin curiis triginta additæ tandem fuerūt & aliæ quinq;, vt ita in sua quisq; curia sacra faceret, & ferias obseruaret Curiarū præfecti *Curiones* appellabātur, quorū officium erat præsidere sacris, festa & ludos populo denuntiare, & Ordinibus in militia præesse. Sacerdotium illud confirmauit Numa Pompilius, *vt lib. 2. Dionysius docet.* Singuli Curiones etiā eligebantur à singulis curiis, a quibus nomen habebāt, sicut Decuriones à Decuriis, in quas Romulus Curias distinxit, vt antea tribus distinxerat in curias. Curio maximus dicebatur, qui reliquis omnibus præsidebat, isq; omnium curiarum suffragiis creabatur comitiis Curiatis, in quibus populus curiatim suffragium ferebat. Nam & his a *Curiis* datum est nomen.

Curionem agnū dixit Plautus pro *macro*, quasi qui cura esset emaciatus. *Festus.*

Curis, inquit Festus, Sabinis est hasta. Vnde Romulus *Quirinus*, quia eam ferebat, est dictus, & Romani à Quirino *Quirites* dicuntur. Quidam cum dictum putant à *Curibus*, quæ fuit vrbs opulentissima Sabinorum.

Cyanea. Vide post Cybelen, at que ea huc transfer.

Cyathus mensuræ & vasis genus apud Romanos ἀπὸ τοῦ χέειν, id est, *fundendo* dictus, aspirata in tenuem apud Latinos mutata. In simpuli locum hunc successisse scribit Varro *de lingua Latina.* Trāslatus inde ad mensuram, sumtusq; duodecies complet sextarium.

Cybele, alias parens deorum, & magna Mater, Dea Phrygia, quod in Phrygia coleretur maximè, & *Idea* ab Ida, Berecynthia à Berecyntho, à Dindymis *Dindymene* dicta, item *Philena* & *Pessinuntia*, quoad hoc primum nonnullis à Phrygię monte Cybello dicitur arcessere nomē, in quo exposita fuit, *vt scriptum ab Isidoro.* Quare Antisthenes Philosophus, cū illi probro daretur Athenis, quòd non esset indigena, & mater, inquit, Deûm est Phrygia. Huic etymo astipulatur Strabo, Suidas & Festus, cùm locum in Phrygia aut montes nominant. Sed Festus

ſtus paulò ante in hunc modum: *Cybele mater, quam dicebant Magnam, ita appellabatur, quod ageret homines in furorem, quod Græci κύβιβεν dicunt.* Mendoſus locus. Itaque eruditi in eo reſtituendo laborant. Gyraldus adnotat in vulgatis Feſti codicibus legi κύβων, eãq; lectionẽ ſequi pleroſq; doctos. Ego tamen haud video, quo pacto lectio illa ferri aut excuſari, aut denique interpolari poſſit apud Feſtum, ſi præcedentia ſpectes. Alij legunt κυβύβην, non maiori felicitate. Rectius fecerit, quicunque ſubſtituerit κυβύβειν, quod eſt κυβιςᾶν, ἢ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ῥίπτειν, id eſt, *ſaltando ſe in caput demittere*. Nam & hinc κύβηβος eſt Græcis inclinatus. Seruius deducit eius nomen ἀπὸ τοῦ κύβεσθαι τὴν κεφαλὴν, à capitis ſcilicet ratione. Furibundo enim motu ſacerdotes rotare ſolebant caput. Tribuit hoc etiam etymon Feſto Gyraldus lapſus, opinor, memoria: Cùm nihil tale in eo habeam. Sunt iterum, qui à Cybelo primo huiuſce Deæ ſacerdote deducunt diuinando potius, quàm certum quid proferendo: Non pauci etiam ἀπὸ τοῦ κύβου, quod cubica figura ſit terræ, & hic numerus dicatus ſit eius numini. Alij ἀπὸ τοῦ κυμβάλου, id eſt, cymbalo, quo etiam vtebãtur in eius ſacris. At Soſides Atticus voluit dici Cybelen, quaſi κῦδος βέβαιον, gloriæ videlicet firmitatem, libro Theologumenων, *vt recitatur à Fulgentio Placiade.* Sacerdotes huius Deæ dicti ſunt Galli, à flumine Gallo, qui Phrygiam perlabitur, quod qui ex eo bibiſſent, virilitatis parte ſe priuent, vt Feſtus ſcribit, & ab Ouidio confirmatur, tum Plinio, qui ſacerdotes matris Deûm à Phrygiæ fluuio nomen traxiſſe diſertè tradit. Præcidebant autẽ ſibi didymos teſta, quã vocãt, Samia, *vt idem Plinius lib. 11. cap. 49. & lib. 35. cap. 12 ſcribit*, idq; ad Atis imitationem, quẽ Cybele impudicè dilexit. Cũ enim perpetuam caſtitatem eſſet pollicitus Deæ, eiuſque adeo iacturam feciſſet cum Sagaritide nympha commiſſo ſtupro, correptus furore, cum domos ruere putaret, in ſolitudinem ſeſe recepit, vbi cùm diſcurreret per Dindymi montis iuga, arrepto lapide ſeipſum caſtrauit. Vnde Ouidius:

Ah pereant partes, quæ nocuere mihi:
Ah pereant, dicebat adhuc, onus inguinis aufert,
Nullaque ſunt ſubitò ſigna relicta viri.

Catullus tamen ſcribit puerum, cùm ex Gallo flumine bibiſſet, furore eueſtigio correptum pro aquæ eius natura præſecuiſſe ſibi verendas partes. Antiſtes horum Gallorum partim Græca partim Latina dictione dictus eſt *Archigallus*, quibus & ſtipem colligere permiſſum fuit, cùm id reliquis prohibitum eſſet. Dictos eos volunt à *faliendo* vel *ſaltando*, quod id facere ſolerent in ſacris. Alij à quodam *Salio* oriundo ex Arcadia, quem Æneas à Mantinea deduxerit in Italiã quique iuuenes ἐνόπλιον ſaltationem docuerit. Sed præſtat à ſaltando nomen deducere. In his ſacris æra tinnitum dabãt (*megaleſia* vocabãt Græci) pro more veterum, qui æs adhibere ſolebant rebus diuinis, *vt eſt auctor Macrobius*, cùm delinire aliquos, aut deuouere, aut exigere morbos volebant. Litabant illi porca, idque Nonis Aprilis. Vtebantur & tibia, iuxta illud Virgilij:

O vere Phrygiæ, neque enim Phryges: Ite per alta
Dindyma, vbi aſſuetis biforem dat tibia cantum.

Sed nolo prolixior eſſe, dum ad alia feſtino.

* *Cybele* Phrygia: frugum dea apud Ethnicos, Phrygia à verbo פרה *Parah* fructificauit, fruges dedit, quaſi פוריה *Phorija*, frugifera fructificans, dicta doctis videtur. Cybele item à שבלת *Schibboleth*, ſpica ſeu calamo frumenti. Huius aſſeclæ Corybantes, à חרב *Coreb* ſiue חרבה *Carba*, vel Caraba, i. ſiccitate, æſtu dicti, à verbo חרב *Carab*, areſcere, æſtu confici. Aeſtus enim ſub Cybeles regno, nempe frugum collectione, dominatur.

Hinc figmentum quatuor iconum, qui deæ currum trahebant denorantur quatuor ardentes æstatis & Autumni menses; tunc enim Cybele per agros exhiás vehitur à leonibus feris calidissimis & ferocissimis. Quòd etiam tot fruges terra pariat, Cybeles Deum mater, id alma tellus quæ Adami posteros omnes effert & nutrit ita nominatur à verbo גבר Cobed peperit.

Cyaneæ saxa in mari Euxino, quæ & συμπληγάδες dicuntur Straboni πλάγκται Homero, *vt idem notat*, & Bosporo Thracio obuertuntur, à cœruleo colore nomen habent, qui κυάνεος est Grecis. Συνερμάδες πέτραι dictæ sunt Eratosthen. *Petras, rupes & scopulos* appellant Orpheus, Apollonius, & eius interpres, Theocritus, Lycophron, Dionysius Alexandr. Nicephorus Gregoras, Iuuenalis, Flaccus, & denique Gyllius, qui eas ipsemet inspexit. Fallnntur ergo Strabo, Herodotus, Plinius & Ptolemęus, qui insulas esse volunt.

Cyclades, insulæ maris Aegæi circa Delum in orbem sitæ, ἀπὸ τοῦ κύκλου nomen traxerunt, *vt cum Plinio tradit Solinus. Suidas & alij* Sporadum quoque nomine appellant, sed parum propriè. Huiusmodi sunt etiam *vt commodum hæc addam* Orcades Plinio sitæ ad Scotiæ partem septentrionalem. *De harum numero inter auctores sat conuenit*, inquit Buchananus. *Rationem autem nominis nemo explicauit*. Plinius esse dicit, numero 40. Pomponius 30. Orosius 33 qui proximè ad verum accessisse videtur Buchanano. Ex his 13. tantum inhabitantur, ceteræ desertæ. Existimat tamen Seruius (*vt redeam ad Cyclades*) non ideo sic appellatas, quod in orbem sint sitæ, sed quod ordine lõgo necesse sit circuiri, vel propter promontoria, vel quod est naturale, vt concitatoria sint maria terrarum vicinitate. At ego malo priori etymo me addicere, quod à multo maxima scriptorum parte est confirmatum, nec tanti facere vnius Virgilij auctoritatem, qui *sparsas* dixit *per æquor Cycladas* (etiási id excusari possit in Poeta) quàm Latinorum & Grecorum de hac re communem sententiam. Has inter numerantur ab auctorib⁹, *Andrus, Gerestus, Ceus Caurus* alias *Amandrus* dicta, *Delus Tenos*, alias *Hydrusa* ob abundantiam aquarum, *Myconos Aiacis Oilei sepulcro nobilis* (*etsi quidam in Delo sepultum velint*) *Scyros, Syphnus, Meropio alias Acis, Seriphus, Prapesinthus, Cythnos*. Mela vix duodecim recenset. Parem numerum reddit Strabo. Sed fatentur postea plures accessisse. Certè Orosius *lib. 1. cap.* 2. tradit tres supra quinquaginta numero fuisse. earumque ab Oriente primam fuisse Rhedon, à Septẽtrione Tenoden, à meridie Carpathon, ab occasu Cytheram.

Cyclops, ἀπὸ τοῦ κύκλου τῆς ὄψεως, à visus aut oculi rotunditate, qui se circuli in morem habebat. Vnum enim dicũtur habuisse Cyclopes in media fronte, quod fingerent eos circa fulgurationes & fulmina versari, quę manifestum est fieri in aëre, qui in medio est situs. Per exochen solus hoc nomine Polyphemus accipitur. Eustathius inquit esse κύριον τῷ πολυφήμῳ.

Cygnus, à canẽdo dictus est Isidoro. Si enim vera sunt, quæ de hoc auium genere (multos enim iam video repugnare) à Platone, Cicerone, Philostrato, & aliis sunt tradita, argutum quid certandi studio emodulatur, maximè spirante Zephyro, qui ei cantum inspirat, tum vbi fatalem horam sibi instare animaduertit. Hinc cantio Cygnea. Hinc & Apollini habetur sacer, vt ex Platone refert Cicero *Tusc. l.* 1. quòd ab eo diuinationem consecutus videatur, dum prouidens quantum in morte sit boni, cum cantu & voluptate pẽsum vitæ absoluit.

Cylindrus, Geometricum instrumentum ex ligno, & ad arua æquanda comparatum, aut lapis teres destinatus mulierum mundo, vt ostendit Plinius *lib. 37. cap. 6.* cum de beryllis loquens malle dicit nõnullos facere ex illis cylindros, quàm

quàm gemmas, nomen accepit ἀπὸ τοῦ κυλινδεῖν, id est, voluendo. Virgilius *Georg. 1. Area tum primum ingenti est æquanda cylindro.* Quod rotundis lapidibus idē nomen sit inditum, inde est factum, quòd ad cylindri seu columnellæ speciem formati sint.

Cyllenius dictus Mercurius nonnullis, à Cyllene monte Arcadiæ, quem quidam (*vt auctor est Strabo*) dixerunt fulgere ad altitudinem 20 stadiorum perpendiculariter, & circa quem Plinius scribit albas merulas nasci, nec vsquam alibi: Alii à nympha Cyllene, à qua sit educatus Mercurius. Ab eadem deductum nomen fatetur & Stephanus. Sed alij rursus à *via Cyllenia*, in qua sit enutritus, sic nuncupatum volunt: Verius inde, quod sermo sine manibus omnia transigat, quibus qui carent κυλλοὶ vocantur, id est, *mutili*. Idcirco quadratus fingi solitus, eminente tantummodo capite, vt ex parte proditum à Festo.

Cymba fluuiatilis nauis, Græcè κύμβη, non locus nauis, vt visum est Isidoro, nomen illi inuenit, quod aquis incumbat. At alij inclinant παρὰ τὸ κύπτειν, id est, *inclinando*. Nota sanè est ex fabulis Charontis cymba, quæ rimosa & situ oblita sæpe fatiscere dicitur præ vetustate. A cymba porro dictū est cymbiū poculum, quod eius referret formam.

Cymothoe nympha, cuius mentionem fecit Virgilius Aeneid. 1. dicta ἀπὸ τοῦ θέειν τὸ κῦμα, quod fluctus currat, *vt meminit Seruius*. Quod alij ab vndarum velocitate, id est, θοῦ τῶν κυμάτων deducant, non multum differt.

Cynici Philosophi dicti aut à gymnasio Cynosarge, in quo philosophatus fuit Antisthenes, aut à canina mordacitate, aut denique quod canum more in propatulo coirent. Sed in hoc dissidio Lactantii verba subiicio. *Quid loquar*, inquit, *de Cynicis, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit? Quid mirum si a canibus, quorum vitam imitantur, etiam vocabulum & nomen traxerunt?* κύων *n. Græcis est canis.* Quod sane res ita sese habuerit, indicat & Apuleius *Florid. 2.* cum de Cratete sic loquitur: *Duxit Cynicus puellam in porticum. Ibidem loco celebri, coram, luce clarissima accubuit, coramque virginē imminuisset paratam pari constantia, ni Zeno procinctu palliastri circumstantis corona obtutu magistrum in secreto defendisset.* Secundum tamen etymon confirmat Diogenes suo responso, qui rogatus, *cur canis appellaretur?* Respondit: *Quia iis, qui dant, blandior, qui non dant, oblatro, malos autem mordeo.* Alludit & eo Martial. lib. 1. his verbis:

Cerea quem nudi tegit vxorab olla grabati:
Cui dat latratos obuia turba cibos.
Esse putas Cynicum deceptus imagine falsa,
Non est hic, Cynicus Cosme. Quid ergo? Canis.

Impudentiam eorum incessit Augustinus *14. de ciuit. Dei, cap. 10.* Valerius *lib. 1. c. 15.* Ludouicus Viues *de Anima 31.* Lucianus *in dialogo*, cui titulus Cynicus est. Auctor sectæ iuxta Laertium fuit Antisthenes is, quem modo nominaui, qui Socratis audiendi gratia quotidie quadraginta emetiri solebat stadia, tum Sinopæus Diogenes, Menippus Phœnix, & Crates Thebanus.

Cynophalus animal Aegypto notum, vtpote quo sanctius habuerit nullum, quodque ipsum Tertullianus & Augustinus pro Deo Anubi acceperunt, qui colebatur facie canina, vtique ἀπὸ τῆς τοῦ κυνὸς κεφαλῆς, i. *capite canino* nomen accepit.

Cynosarges locus Athenis, Herculi sacer, Platoni videtur dictus à quopiam Cynosargo, aliis à cane vel albo vel veloci, vt dicit Hesychius. Cum enim Didymus, vel potius Diomus quidam, immolaret ad focum, abreptam eius hostiam canis albus, qui forte aderat, in alium locum abripuit. Huius rei caussa cùm esset admodum perculsus, responsum accepit à Deo, erigendam ibi esse Herculi aram, vbi victimam deposuisset canis. Quapropter factum, vt ab albo cane locus diceretur Cynosarges.

* Græcæ

* Grecæ gerræ. Nam Cynofarges Phænicium nomen eft à Kadmeis (vt alia multa) inditum, quòd in eo loco iuuentus eruditione & inftitutione augeretur, quafi prælucente face. Nam *Chinnuk-Sareg* apud Syros nihil fibi vult aliud quàm ordinare inftitutionem, & doctrinam ordine certo tradere : quod nomen cui loco melius, obfecro, quàm gymnafiis literariis aptari poteft: Atque hinc illa quoque gymnafiorum & ciuitatum nomina, de quibus in voce *Academia* dictum eft, nempe Cynôn, Cynofpolis, vel Cynopolis, & fi qua fuerunt huiufmodi : quorum ortum ignorantes Græci, & alii fequnti Græcos poculo fuo Circæo, ex eruditis hominibus fecerunt canes ; & eruditionis locum (indignum factu) in maledictionis formulam tranfmutarunt vulgato prouerbio, *ἐς κυνόσαργες.*

Cyprus infula dicta Euftathio Odyff. θ. *διὰ τὸ ἐξ Ἀφροδίτης τὸ κύειν φέρεσθαι, ὅ ἐςι τὸ ῥίζεσθαι ἢ φορεῖσθαι*, quòd Venus maturitatem concipiendi, & grauiditatis & partus adferat. Eadem olim appellata *Ceraftis*, ab afperitate promontoriorum, quæ fcopulis, velut cornibus affurgerent.

Cypria nominata videtur Venus potius ab infula Cypro, cuius tutelaris fuit Dea, quam *ἀπὸ τοῦ κύειν*, i. *pariendo*, vt aliis placet. Cypriis, id eft cupri meminit Plinius *lib.33.c.5.* quo loco agit de Chryfocolla, Pyxidis Cypriæ *lib. 20. c.13.* cum agit de afferuando rutæ fucco. De ipfamet infula Cypro vide Paphum.

Cyrene oppidum Cyrenaicæ regionis, quæ & Pentapolis dicta Plinio, originem referens ad Græcos, Ariftippi Philofophi patria, à Cyrene Hypfei filia dicitur etymon fuum arceffere. Ab illa Carthaginis æmula tota regio etiam *Cyrene* dicta. Noftro hoc tempore dicitur *Corene*, tefte Giraua. Alij tantundem effe volunt hoc nomen, atque Latinis *fonte soli*, quafi dixeris *brun ftadt*: vt nomen deducant à Kariath vrbe & Ena fonte. Eft enim hæc ciuitas nobilitata à fonte folis, qui meridie frigebat, nocte media calebat.

Cyrus lingua Perfica fignificat *folem tefte Plutarcho in vita Artaxerxis*, ficut & חרס *folem corufcãtem* fignificat Hebręis. Apud eofdem audit כרש quafi *iuftum* dixeris *poffefforem*, a verbo ירש hereditauit, quo verbo nouo voluerunt Latini vim Hebraicæ dictionis exprimere. Eft autem Cyrus fluuii nomen, cuius *libr. 23.* meminit Ammianus. Eft & eo nomine dictus rex Perfarum primus, quem Danieli Prophetæ familiarem fuiffe conftat, quippe cum Crœfo bellum geffit, quia fua potentia & opibus fretus arma arripuerat. Certum eft etiam fummopere eum valuiffe memoria, vt & Simonides Lyricus valuit, tum Hippias Eleus Sophiftarum facilè acerrimus idque diuina potius ingenii vi, quam eporis medicamentis, vt quidam putant, *referente id Ammiano lib.16.* Ab eodem dicta eft ciuitas Cyropolis, *vt Adrianopolis, Conftantinopolis, Philippopolis*, & plures aliæ, à conditoribus fiue reftauratoribus fuis.

Cytherea Venus eft nominata *iuxta Feftum*, à ciuitate Cythera, ad quam primũ dicitur effe deuecta concha. Phurnutus vult ita dictam *παρὰ τὸ κεύθειν καὶ κρύπτειν τὸ αἰσχρὸν*, id eft, *ab occultãdo turpi, fiue Cupidine*: Vel *ἀπὸ τοῦ κύειν*, *quòd Cupido & Venus prope mare fint nati.* Cythera infula, cuius iam nunc mentio eft facta, in finu Laconico eft fita & olim *Porphyris* eft dicta, vt Plinio placet, *πορφυροῦσα, vt vult Euftathius*, hodie *Cerigo*. Sophiano tefte, cui Fauoninus aftipulatur. Virgilius & Nafo dixerunt pluraliter *Cythera* in genere neutro, fed mõtes ei⁹ infulæ Veneri facros fignificarũt Hefiodus vno verfu meminit & montium, & Veneris Cythereæ, cũ inquit: *αὐτὰρ τὴν κυθέρειαν ἔτι προσέκυρσε κυθήρεις.* Item: *πρῶτον δὲ κυθήροισι ζαθέοισιν ἐπλετο. ἔνθεν ἔπειτα περίῤῥυτον ἵκετο κύπρον,* A Cytherea porro *Cytheriacus* eft pectẽ Nafoni, quod & is Veneri fit facer. Vnde ftatuam

de statuam eius aliquando cum pectine Romæ dicatã cõstat à Romanis mulieribus, vt abrasum propter insuperabilẽ pruriginis ardorẽ capillitiũ restitueret. Estq; in comendo sexus huius studium singulare inprimis, vt vnicuiq; constat. Quare & in Faustinæ numismatis, vt isdadum ab aliis est obseruatum, videas ipsius caput multis, & diuersis capillorum concinnitatibus exornatum.

Cyzicus vrbs clarissima & antiquissima, quam Ptolemæus in Mysia ad Propontidem ponit, exstructa fuit à Cyzico Gedeonis & Orphei ætate, 34. annis elapsis post Ilium, *teste Cedreno*, eademq; Hellesponti caput à conditore nomen accepit. Plinius tradit olim *Arconesum, Dolionim & Dindymin* vocatam, sed ponit eam in insula, quam Alexander continenti iunxit.

D.

DAci populi Germaniæ oppositi, & supra Istrum habẽtes sedes versus eiusdem fluuii fontes, dicti videntur Isidoro, quasi *Dagi*, quod de Gothorum stirpe creati sint. Suspectum autem hoc mihi, cum historiæ prius Dacorũ, quam Gothorum meminerint. Incursiones enim eorum coercuit Cæsar Augustus, tandem & eos vicit. Inde impugnauit eosdem Flauius Domitianus post hunc Traianus, qui tandem subegit, *vt scribit Suetonius*. Sed & aliam eorum originem colligere licet ex his Dionis verbis lib. 51. οἱ δὲ ἐπέκεινα, Δακοὶ κέκληνται, εἴτε δὴ Γέταί τινες, εἴτε καὶ Θρᾶκες, τοῦ Δακικοῦ γένους τοῦ τὴν Ῥοδόπην ποτὲ ἐνοικήσαντος, ὄντες, qui vltra Danubium degunt, *Daci* vocantur, siue ii sunt Getæ, siue Thraces, orti ab illis Dacis, qui Rhodopen quondam incoluerunt. Plinius etiã affirmat Græcos nominare Getas, quos Romani Dacos. Appellatos eos antiquitus δαύους putat Strabo: Daos vel potius δάας nominat Eustathius. Eorum regio complectitur hodie Trãssylvaniã, Vvalachiam & Moldauiam, & a quibusdam Thraciæ adnumeratur. Quidam ab ea disterminari dicunt. Ptolemæus ait à Septentrione Sarmatiæ parte, à meridie terminari Danubio.

Dactylus pes constans ex prima longa, duabus posterioribus breuibus, nomen habet ἀπὸ τοῦ δακτύλου, i. *digito*, qui itidem ex tribus partibus constat, vna longiore, breuioribus duabus. Dactyli etiam sunt dicti *Corybantes* magnæ matris ministri, quòd quinque essent numero, quot quoq; digiti numerantur. Pherecydes tradidit eos fuisse γόητας καὶ δημιουργούς. Meminit eorum Apollonius Argonauticωn 1.

Dædalus. Huic insigni statuario, qui exsul ob deiectum tecto per inuidiam sororis suæ Perdices filium in Cretam ad Minoem sese recepit, quique labyrinthum exstruxit ad alterius, quippe Ægyptii, labyrinthi formam, & tandem etiam ex Creta profugit sibi & Icaro filio alis cera adglutinatis, vt fabulantur, ἀπὸ τοῦ δαιδάλλειν, id est, *ornando & variando* arcessit nomen: Vel παρὰ τὸ δαίειν, τὸ γινώσκειν à cognoscẽdo: Vnde δάαλος & literæ δ. pleonasmo δαίδαλος. Inter præclara eius opera numerata est compactilis sella, quæ in Mineruæ delubro apud Athenienses dicata fuit. Ex hoc vno etymo facilè est colligere cur à Lucretio Dædala dicta sit lingua, apud Ennium *Mineruæ*, apud Virgilium *Circe*. Vide Festum. Est & δαίδαλος ingeniosus, δαίδαλμα opus scitum, ingeniosum. Tandem veteres omnes ligneas statuas, *Dædala* vocarunt, *inquit ille*. Falsum. Neque enim solùm simulacra fecit, sed & compactilẽ sellam, vt iã modò dictum. Quin architectus fuit, & traditum à multis, ædificandarum nauiũ rationem primum hunc inuenisse, atque inde natam de pennis fabulam. Quidquid ergo affabre & summo artificio erat elaboratum, id veteribus Poetis Græcis δαίδαλον est dictum. Plato in Menone commemorat quædam δαιδάλου ἀγάλματα, quæ soluta aufugiunt, sed vincta maneãt. Vnde Socrates apud eundem in

Cortina Apollonis à corde videtur appellata Varroni 6. *de Ling. Lat.* quòd inde sortes primum sint æstimatæ. Sed manifestius librarii est error, & reponendum *corte*. Seruius putat ita dictum a corio, quo tectus erat Apollinis tripus: Alii à certitudine, quasi dixeris *certinam*: Nonnulli quod ibi *cor vatis* teneretur.

Coruus, vel à Græco κόραξ descendit, vel nomen habet à gutturis sono, quo crocire dicitur Plauto, at aliis crocitare, quod Græcis etiam est κρώζειν, *iuxta Pollucem*. Creditur hoc auium genus ore coire, vnde & Fella or est in suis Apophoretis Epigrammatario, quem velim quibusdam in locis castratum aut repurgatum prodiisse iamdudum in lucem, ne noceat auribus honestis: Sed negat hoc Aristoteles 3. *de Animal. generat.* in cuius sententiam discedendum existimo. Polybius appositè admodum describit machinam quandam, cuius vsus erat in naumachia seu prælio nauali, quæ & corui nomen ab hac aue habebat, *lib. histor. 1.* A coruo etiam dictus fuit Coruinus Valerius, qui Consule Camillo Furii Camilli filio præferocem Gallum certamine singulari confecit. Nam is galeæ ipsius insidens vnguibus & rostro insiliebat in Gallum. Romæ coruum fuisse, qui tempore matutino epulans in forum Tyberium, Germanicum & Drusum Cæsares nominatim, mox populum Romanum transeuntem salutabat, *scribunt Macrobius & Plinius*. Cum etiam Augusto redeunti, ex bello Acciaco coruus dixisset: Aue Imperator inuicte, viginti illum millibus nummum emi curauit. Prior ille præcedente tibicine elatus duorum Æthiopum humeris itaque Ridiculi campo sepultus legitur, in dextra parte Appiæ viæ. In augurııs hæc auis perinde ac cornix, significabat imbres. Vnde Nicandro est κόραξ ὀμβρηκὰ κρώζων. Quia verò idem cantu volatuque prædicere credebatur apud veteres futura, idcirco etiam Deo diuinationis Phœbo legitur dicatus Et ex eo est *auis Phœbea* Papinio. Etsi Porphyrius & alii diuersas adferant caussas.

Corybantes, sacerdotes Cybeles Deum matris, qui festum eius Nonis Aprilis celebrarunt eo genere lusus, vt inter sese æneis clypeis concurrerent, ærisque tinnitum facerent non sine rythmica pedis dactyli compositione, præcipuum hoc nomen obtinuerunt ἀπὸ τοῦ κορύπτοντας βαίνειν, quòd inter saltandum iacerent capita. Vnde qui velut numine afflati tali se gestu proderent, κορυβαντίζειν dicuntur καὶ κορυβαντιᾶν, quo verbo vsus est Socrates *in Phædro Platonis*. A Dactylo vero pede & monte Ida dicti fuerint *Idæi dactyli*: Curetes, quod in Cretæ ciuitate Cyrba Iouis alendi gesserint curam, cum tympana & cymbala pulsarent, ne vox Iouis vagientis à Saturno perciperetur. Multa de his Strabo *Geograph. lib. 10.* Alii tamen tradunt Corybantes nominatos ab oculorum pupillis, quas Græci κόρας appellant: quòd *ipsos Iouis custodes excubare & apertis oculis dormire* oporteret. Prius etymon magis receptum à bonis auctoribus. Iterum alii, qui idem nomen deducunt παρὰ το κρυβεῖν, τούτεςι κρύπτειν ab occultando. Vnde nascentem Iouem ingenti strepitu celebrabant, *teste etiam Callimacho hymno εἰς Δία*.

Corycæi, quos clandestinos verborum & sermonum aliorum hominum auscultatores dicimus, a Coryci montis Pamphyliæ præcelsi & petrosi piratis sunt nominati. De his videndus est Suidas, qui de iis adducit veteris auctoris Euphorionis auctoritatem.

Corycius crocus. Vide *Crocus.*

Coryphæus, κορυφαῖος, quē Suidas πρῶτον τῶν χορευτῶν exponit, Latini *præsultorem* vocant, ἀπὸ τῆς κορυφῆς, id est, *capite* dictus.

Cos insula in Caria, *vt scribit Mela*, Stephano κόως κῶς, κόος, κὼς, κῶς, κίως, *Cos* & *Coa* Straboni, Ptolemæo κῶ al is

aliis etiam *N[illegible]*, Plinio auctore. hodie *Stanco*, optimis vinis & artis Medicæ Dictatoris Hippocratis patria, dicitur nomen a Coo Meropis filia, quæ ibi regnauit. Sed [illegible] esse volo penes auctores. Vinum ibi optimum nasci solebat nomine *Coum*, quod Libri cum dicitur à Persio, fontes quod lubricet & molliat. Porro *Cos lapis* videtur Isidoro nomen habere, quod ferrum ad incidendum acuat.

Cossi dicuntur Festo *rugosi corporis homines* a similitudine vermium in ligno editorum, qui *cossi* appellantur, & apud Phryges ponticque accolas pro cibis habentur delicatissimis, *teste Plinio lib. 17. c. 24.* Quid: quod Cossus appellatus sit etiam Cornelius ex gente Corneliorum, militum olim tribunus, ab illa corporis rugositate, quam Cossi repræsentant.

Coturnix auis haud magno in pretio apud Romanos, auctore Plinio, quòd laborare crederetur morbo comitiali, à sono vocis etymon habet, *vt prodit Isidorus.*

Cotyttia sacra, impudica & peregrina vtpote sumta à Thracibus, & peruigiliis celebrata nocturnis apud Athenienses, à Dea Cotyito, quam ipsis præesse voluerunt, sunt nominata.

Cotyn appellat eam Æschylus, post Æscylum Synesius, imò Suidas, qui turpium præsidem eam coli affirmat. Multa de hac Dea & Baptis, quos quidam esse volunt Cotyttus sacerdotes, habes apud Politianum *in Miscellaneis.* Meminit eorundem Horatius, & Virgilius *in Poematiis.*

Crapula, Græcè κραιπάλη, dolor quidam & capitis vertigo a vino procedés, ἀπὸ τοῦ κάρηνον πάλλειν, quod caput moueat, originationem nominis traxit. Confirmat id Plinius *Natur. histor. libr. 23 cap. 1.* de vino loquens, his verbis: *Capitis dolorem vertigines facit.* Ab hoc dicta crapula est.

Crater nomen Græcum, *Cratera* Latinum, inquit Seruius, ἀπὸ τοῦ κρατᾶν, quod est *tenere, capere*, nomine deducto. Sed quia pro vase accipitur, in quo vinum miscetur aquæ, dictum potius videtur ἀπὸ τοῦ κεράν, id est *misceo*: Vel ἐκ τοῦ κρῶ κρήσω Ionice: Vnde ἐπικρῆσαι & ἐπικρᾶσαι. Suffragatur huic etymo Eustathius in Homerum, & Athenæus *lib. 5.* Verba eius sunt: οἱ δὲ κρατῆρες αὐτοῖς (*heroibus*) ὥσπερ ἔχει καὶ τοὔνομα κεκραμένοι παρέστησαν, at crateres, vt fert nomen, *mixti ipsis astiterunt.* Κρατὴρ φιλοτήσιος erat veteribus, quo se inuicem conciliandæ amicitiæ gratia post cœnam ad bibendum inuitabant. Vnde φιλοτησία pro ipsa propinatione & inuitatione accipitur. Quando in hunc locum incidimus, haud omittendum aliud poculum, aliud esse craterem. Ait enim Maro.

Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis,
Craterésque duos statuam tibi pinguis oliui.

Notandum etiam magnum fuisse craterem. Idem Maro: *Crateres magnos statuunt & vina coronant.* Item: *Tum pater Anchises magnum cratera corona Induit.* Et Statius: *Bacchus alios Crateras paterasque redit.* Docet & Plinius; Semiramidis craterem collegisse pondus talentorum quindecim. Sed quid admodum tritum crateris etymon silentio premo, nempe ἀπὸ τοῦ κέρατος, id est, *cornu deductum?* An non regum pocula ex cornibus olim fuisse prodit Philostratus? An non idem apud Pæones factū tradidit Theopompus? Habe & hoc, ne quid omissum male te habeat, lector.

Creo verbum, à Græca dictione κρέας: Vt creare sit idem, quod carnem facere. In sacris literis, *vt Genes. 1. & aliis locis*, vbi in textu est ברא *Bara*, significat propriè fieri quippiam ex nihilo diuina potentia. Hinc Deus בורא, id est, *creator*, & בריאת עולם *creatio mundi.*

Crepida idem Latinis, quod Græcis κρηπὶς. Seruius fuisse scribit *calceamentum Tuscum*, quod corrigiis pedibus alligabatur. Virgilius: *Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantis.* Suidas scribit

etiam κρηπῖδα εἶναι θεμέλιον ἢ ἄδος ὑποδήματος. Maxime verò eo calceamenti genere vtebantur Græcorum Philosophi. Itaque qui accedebāt eorum scholas, crepidati erant vt plurimum. Quo nomine maleuolorum morsibus Scipio obnoxius fuit. Gellius vult crepidas ea esse calceamēta, quæ soleas vocant Romani, nostrates *toffels* aut *pantoffels*, in quorum Germanicorum vocabulorum etymis eruendis & pro singulari sua dexteritate e fontibus Græcorum deducendis Petrus Diara Medicus, & quondam Græcæ linguæ Professor Franeceræ, ita placuit, vt operæ pretium facturum me putem, si his meis adiecero. Quia enim à sutoribus huic calceamento inseritur suber, dictum existimauit quasi παντοφελλὸν, *totum suber*. An non scitè ariolatus? Isidorus à crepitu deducit crepidas, quòd mihi suspectum, cum Græcam originem agnoscat.

* *Crepidæ*, Græcorum propriæ, vt calcei Romanorum. Persius Crepidas nominans totum intelligit Græcorum studium φιλοκαλίας circa cultum; quo vsus esse illos elegantiore vel ex eo constat, quòd proceres Romani, cùm vellent animum remittere, atque hilarius viuere, Neapoli præsertim, vel Athenis, vel alibi inter Græcos, τὸ τετράγωνον ἱμάτιον, id est, pallium & crepidas assumebant: quod olim Scipioni, Sullæ, Antonio, atque aliis, ab eorum inimicis pro crimine est obiectum. Hæc Doctiss. Casaubonus in 1. Sat. Persij. Crepidæ, iuxta Grammaticos neotericos, à pedū crepitu dictæ, qui incedendo, dum subinde solea calcaneum ferit, excitatur. Tamen certius vocem Græcam dicere. κρηπὶς, ῖδος, ἡ. Basis, fundamentum. θεμέλιον, vt Suidas exponit. Et crepida vel calceamentum suberatum. Gellius lib.13. cap. 20. Crepidas & crepidulas, prima syllaba correpta, id genus calceamentum appellauerunt, quod Græci κρηπῖδας vocant, eiusque calceamenti sutores Crepidarios dixerunt. Calceamenti iustiusmodi genus ignotū fuit Hebræis, quibus calceus נעל *Nahal* dictus, quòd supernè corrigia tanquam pessulo obfirmatur: & numero Duali נעלים *Nahalim*. Amos.2.6. à verbo נעל *Nahal*, i. Obserauit ostiū pessulo, clausit obice admoto.

Creta maris mediterranei insula, Iouis incunabulis & centum vrbibus quondā clara, olim *Aeria, Idæa, Cthonia, Curetis & Macara* dicta, nunc *Candia*, inditum habet nomen nonnullis à Creta Nympha Hesperidum vna: Aliis à Creto rege Curetum, sed pari incertitudine. Apollonius nominat eam Oaxida, Argonaut.1. ab vrbe vel fluuio Cretæ Oaxo, ni fallor. Verba eius sunt:

δάκτυλοι ἰδαῖοι Κρηταίεες, ὅς ποτὲ νύμφη ἀγχιάλη δικταῖον ἀνὰ σπέος ἀμφοτέρῃσι δραξαμένη γαίης οἰαξίδος ἐβλάστησε.

Dicta fuit & ἑκατόμπολις Græcis, ab vrbibus centum Inde Virgilius:

Creta Iouis magni medio iacet insula Ponto,
Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ:
Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna.

Optimè hic mihi aridet Strabo, qui inquit, tellurem hanc prius dictam κουρῆτιν (forsan à *Curetibus*) inde per syncopen κρήτην. Ab hac insula datum nomē Creticæ terræ, qua parum vtili ad medicamenta vtuntur maximè, quos vocāt pelliones. Hac olim felices & faustos dies notabant, vt infelices atro carbone. Qui eam à crescēdo dictā putant, minus placent. Plinius meminit *lib.35.c.16.* argētariæ cuiusdam cretæ. Nitorem quippe argenteum repræsentabat.

Crimē sunt qui hoc nomē deducunt à Græca voce κρίνειν, qđ est iudicare; sunt, qui à cerno voce Latina trahūt: Isidorus à *carēdo*. Quid arripias, haud facilè scias. Mihi haud absurde deriuari posse videtur, παρὰ τὸ κρινομένον διὰ τῆς περικοπῆς, ab eo, quod accusatur & damnatur.

Crinis videtur Pompeio nominatus ἀπὸ τῆς κρίσεως, id est, *discretione*. Quid sequitur? Nam iidem eos κρινίδας vocāt. Nescio quo hoc auctore dicat. At prius illud re-

illud recipio. Nam & hinc verbum discriminare, *vt notat Isidorus*, cuius sagacitatem in multis miror.

Critici dicti olim Grammatici, *ἀπὸ τοῦ κρίνειν*, id est, à *iudicando*: Quod omnium scriptorum censores & iudices fuerint. Neq; enim tãtùm censoria quasi virgula notabãt versus, & subditiios libros, cùm viderentur, submouebant, sed & alios auctores in ordinem redigebant, alios numero & albo eximebant. Talis Aristarchus fuit Alexandrinus ille, qui tamen oriundus fuit ex Samothracia, & sub Ptolemęo Philometore vixit *Olympiade 156.* inque Cypro decessit, homo tanto iudicio, vt Homeri versus non haberetur, quem ipse non probaret. Ab hoc aliorum scriptorum censores Aristarchos vocamus. Fuit & talis Polemõ, & hoc nostro tempore quamplurimi monumentis in lucem editis clari, qui iam, vt audio, vno ore sapientem Poetam nominant Manilium, qui de astronomicis dixit: *Ornari res ipsa nequit, contenta doceri.* Etiamsi ipse, vt & Iouianus, Pontanus & Aratus, non parum lenocinij addiderit isti materię. Critici dies dicuntur & Medicis *ἀπὸ τῆς κρίσεως*, qua voce vsus est Galenus iam pro subita & repentina in morbo mutatione, iam pro turbatione, quæ excretiones & abscessus præcedit.

Crocodilus, elingue animal & Nilo frequens, oculis emissititiis, iisque hebetibus in aqua, sed acribus extra aquam, cuius vis omnis residet in cauda, qua implicat & conficit belluam, quamcunque arripuerit, ex ouo, quod haud multo maius est anserino, ad cubitos viginti duos excrescens aliquando, nomen habere creditur *παρὰ τὸ δειλαίνεσθαι τὰς κρόκας, quod littora fugiat, εἰ οὖν ὁ περὶ τὴν γῆν δειλός*, quasi qui sit in terra pauidus: Vel potius *ἀπὸ τοῦ κρόκου καὶ δειλοῦ*, quod timeat & auersetur odorem croci. Vnde qui mella conficiunt in Ægypto, sternunt crocum, vt ita eius odore insigni hic prædo arceatur à fauis. A croceo colore deductum nomen vult Isidorus. Tergum (ne id omittam) munitum habet aduersus ictus omnes. Noctu latet in aquis: De die excubat in terra ad exercendum latrocinium, dum in tanta vẽtris ingluuie semper hiat ad prædam. Si quis hunc persequatur fugit: Si quis fugiat, persequitur. Quare receptum illud; *Gloria Crocodili*, quod quondam Petrus Talpa bonus Medicus symboli habebat loco. Nam & illa sequentem fugit, fugientem sequitur, vt *Seneca docet.*

Crocus & *Crocũ*, sicut Græcis *κρόκος* & *κρόκον*, accepisse videtur nomen interpreti Callimachi *παρὰ τὸ θάλλεσθαι ἐν κρύει*, quod virescat & floreat in frigore. Libros croco inungi solitos scribit Lucianus. Corycius crocus est ab oppido Ciliciæ, quod Isidorus *lib.14. cap.3.* Coriscon nominat, addens inde plurimum & optimum venire crocum. Inde forte Cilicum florem appellat Statius *Salu. 2.*

Crudelis, quem Græci *ὠμὸν* metaphoricè appellant, quasi *crudum*, non *coctum*, nec *esui habilem*, à cruore quem sitit, Grammaticis est appellatus.

Crumena, quòd *παρὰ τὸ κρεμᾶν*, id est, *pendendo* sit dicta, non est quod cuiquam sit dubium, cùm iuxta definitionem Nonii sit folliculus aut sacculus è brachio pendens. Etsi Epidicus apud Plautum à patre Strathippoclis crùmenam sibi in collo dicat locatam.

* *Crumena*, pecunię receptaculum, aliis nominibus designari potest. Est enim Græcis *βαλάντιον, μαρσίπιον, ἰριστήρ, σακκίον*, &c. Latinis marsupium, loculus, sacculus, zona, bulga. Hebræis כיס *Cis*, vnde *κίστη* & *κιστίς*, & Latinũ cista: à verbo כס *Cas*, vel כסס *Casas*, i. annumerauit, collegit: numos enim vel paruo vel magno numero collectos crumena continet. Appellatur etiam צרור *Tseror*, à צרר *Tsarar*, i. ligauit, constrinxit, quoniam in crumena nũmi constringuntur. Et quia tenui corio, filo, vel membranula crumenæ vt plurimum conficiuntur,

& sacculi pecuniam con inentes, 2. Reg. 5. 23. dicitur Gehazi ligasse duo talenta argenti in duobus crumenis, loculis, vel sacculis, חריטים *Charitim* à *Charit* vel *Chéret*, vnde Arabum *Carta* i. membranulis, cui Latinum Charta, Chartula conuenit. Syri crumenam appellant *Casiphta*, à כסף *Cesph*, hoc est argento siue pecunia q.d בית כסף *beth-cesph*, hoc est, ἀργυροθήκην, vt Græci appellant. Item *Telika* à טלק *Telak*, i. iniecit. vnde θυλάξ & θυλάκιον Græcis, i. Crumena, in quā pecunia cōiicitur. Et *Telikadesaki*, crumena Sacculorum, quasi multos habēs sacculos, (*bourse a plusieurs bourssillons*) cuiusmodi mercatoribus hodie in vsu. Zonam, cuius mentio apud Euangelistas, Matth 10. 9. & Marc. 6. 8. Syrus כיסא *Cisa*, i. Crumenam interpretatur: recte. Græci enim ζώνην & βαλάντιον idem cēsent, teste Plutarcho in Tiberii Gracchi vita. Agellius eundem Tiberium dicentem inducit, *Quum Romā profectus sum, Zonas* (crumenas, bulgas) *quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli*. Horatius etiam, *Ibit eo quo vis, qui Zonam perdidit*, i. crumenam, qui scilicet nihil habet numorum. Lucilius poeta Bulgam appellat crumenā vel sacculum de brachio propendentem folliculi instar formatū: quem Festus vocabulum Gallicum esse putat: vt certe Galli & Germani hodie ea voce (*bouge bougette, & bouges, bougettes*) vtuntur. Festiue Plautus in Pœnulo ad quendam numis minime onustūm, *Tu qui Zonam non habes, qui in hanc venisti vrbem*; vbi duplex allusio, & ad vestem Pœnorum more distinctam, & ad pecuniam in zona gestari solitam, citra quam in vrbe sumtuosa non sat commodè viuitur.

Cruor proprie est sanguis frigore perstrictus: Vnde nomē habere videtur παρὰ τὸ κρύος, id est, *frigore*.

Crus ἀπὸ τοῦ κρούειν, quod ferire videatur, cum huc illuc ingreditur. Sed Isidorus. *Crura dicta, quod his currimus & gressum facimus*.

Crux, in quam aguntur damnati, vt crus, ἀπὸ τοῦ κρούειν nonnullis, Isidoro. cui lubenter subscripserim, a cruciando. Cruci enim suffixos multum & diu cruciamus. Liceat hîc addere, quod Ioānes Cantacuzenus Imperator Constantinopolitanus memoriæ prodidit, crucem Domini ex tribus diuersis lignis, cupresso, pino & Cedro fuisse compactam. Sed fides sit penes auctorem. Est autem crux notum supplicij genus & instrumētum Romanis, Iudæis & Græcis in puniendis facinorosis, sed abolitum in Testamento nouo ob reuerentiam passionis Christi. Imò ne liceat insculpere signum crucis silici, aut humi politis marmoribus à Theodosio & Valentiniano Impp. prohibitum fuit. Theodoretus scribit *sermone 4. de Prouidentia*, etiam Græcos, Romanos, Barbaros magno honore signum crucis prosecutos fuisse, quæ tamen erat maledicta per legem, iuxta illud. *Maledictus, qui pendet in ligno crucis*. Quid, quod eius vexillum sit erectum a Constantino aduersus Maximinum? quod huius armatura Theodosius fretus hostes aggressus fuerit? Quod & eius tota trophæa celebribus locis sint statuta a Constantino? Quod denique Turcæ, hostes alioqui crucis, tamen signa crucis præ se tulerint in fronte aduersus pestem, vt est apud Nicephorum? Tanta illi postea reuerentia, tantus honos exhibitus fuit in gratam memoriam Domini, qui actus erat in crucem ab ingratis Iudæis.

Crypta, quo nomine tam intelligunt subterraneum locum, in quo Martyrum aut aliorum illustrium in Ecclesia virorum reliquiæ conseruantur ἀπὸ τοῦ κρύπτειν, quod *occultare* est, agnoscit nomē. Accipitur etiam pro loco abdito in ædibus. Ait enim Vitruuius: *In ædibus crypta, horrea, apotheca*. Iuuenalis Sat. 5. accipit pro *subterranea caverna formata*, id est, cloaca. Meminit & eius verbi Cassidorus *li. 2. variar. cap. 51.*

Crystallus, τὸ διὰ τοῦ κρύους συσταλὲν ὕδωρ,

ὕδωρ, id eſt, *aqua frigore contracta.* Fit enim, auctore Plinio, & cócreſcit vehementiore gelu, nec alibi reperitur, niſi vbi maximè rigent hybernæ niues, & glaciem eſſe apparet. Gignitur in Aſia & Cypro, maximè in Alpibus verſus ſeptentrionem, vbi nec æſtate vſque adeò Sol feruet. Oppoſitus hic ſolaribus radiis adeò rapit flámam, vt aridis fungis vel foliis ignem præbeat. Vſus eius etiá ad pocula deſtinatur, vnde *Cryſtallina* ſunt Iuuenali. Nec quidquam aliud, quàm frigidum pati poteſt, vt bene dictum ab Iſidoro.

Cteſipho adoleſcens apud Terentium, τὸ τῆς εὐθέτως φῶς, *patrimonii ſplendor.*

Cubiculum, à cubando dictum, quòd in eo interdiu aut noctu cubare & quieſcere ſoleamus. Feſtus deriuatum putat à militari lectica, quam Sabini *Cubam* appellant.

Cubitus brachii flexura dicitur, qđ ad cibos ſumendos in eo cubamus, *vt habet Iſidorus.* Capitur & pro menſura quæ cóſtat digitis viginti quinque, *vt ſcribit Vitruuius libr.3.* Eſt & Geometricus cubitus ſex noſtros complectens, *Origine & Auguſtino auctoribus.* Sed ſunt alii, qui ex Græco idiomate id nominis fluxiſſe exiſtimant Etenim ἀγκῶνα appellat Hippocrates κύβιτον. Scribit enim Galenus in explicatione difficilium verborum Hippocratis: κύβιτον τὸ ὠλέκρανον, ὅπερ καὶ ἀγκών. διοσκορίδης δὲ τὸν κόνδυλον τοῦ βραχίονος ὅτως ὀνομάζει φησί.

Culcita (nam ſic potius ſcribendũ quã *culcitra*, contendunt aliqui Gloſſarũ V. & Pandect. Florentinarum auctoritate adducti) res ea, quæ fomento & floccis referta ſubſternitur alicui, a *calcando* vel *inculcando* eſt nominata Approbat hoc etymon Varro 4. *de ling. Lat.* Cicero 3. *Tuſcul.* Eripiamus huic ægritudinem, quomodo collocemus in culcitra plumea Vbi r litera infarcitur, vt & apud alios ſæpe, longa ſcribendi conſuetudine. Meminit eiuſdem vocis eodem ſcribendi modo Lampridius *in Heliogabalo.*

Culeus capaciſſimum menſura & vaſis genus, vtpote quod vrnas quadraginta recipiebat, ab *occulendo*, id eſt, claudendo quibuſdam deriuatur. Georgius Agricola *de menſuris Rom. lib.1.* expreſſum vult eſſe nomen ex Græco, quod eſt κουλεὸς, vnde fit κολεὸς Ionica loquendi conſuetudine. Quòd ſit liquoris menſura, aſſerit Fannius, & poteſt intelligi cùm ex Plinii, tum Catonis verbis *libro de re ruſtica cap.3. & 20.* Ait enim: *Si in dolium reſinam indes, in culeum P.11. bene communito, inde in fiſcellam indito, & facito vt in dolio muſti pendeat.* Romani Græcos imitati etiam vtres vinarios & olearios *culeum* dixerunt. Imo eadem voce apud eos accipitur vter ille, cui olim inſui ſolebant Parricidæ, cum cane, gallo gallinaceo, vipera, ſimia, ſimillimis huic monſtro feris, vt ita in proximum fluuium proiiceretur. Priſca vox eſt. vt quidem meminit Fulgentius *de priſco ſermone lib.* ex Plauti Vidularia, ſed admodum malè Iſidorus *in Gloſſis* cum tunica eam confudit, quæ ſcilicet ab iis induebatur, qui erant igne cremandi. Seneca *lib.2. ad Lucilium*: Cogita illam tunicam alimentis ignium & illitam, & intextam, & quidquid aliud commenta eſt ſæuitia. Conſtat hũc culeum fuiſſe ἀσκὸν βόειον aut ὄνειον, id eſt, *vtrem vel corium bouinum aut aſininum.* Priori nomine appellat Theophilus §. *alia deinde. de publ. Ind.* vbi elegantiſſimis verbis eius inſtituti apud veteres rationem reddit & vocat iſta animalia ὁμοιότροπα αὐτῷ *moribus ipſi ſimilia.* Addit: τὰ μὲν γὰρ ἀναιρεῖ τοὺς γονεῖς, τὰ δὲ τῆς πρὸς αὐτοὺς οὐκ ἀπέχεται μάχης. Primam legem latam de iis, qui parentes occidiſſent, opinatur Carolus Sigonius eo tempore, quo L. Hoſtius paulo poſt bellum Annibalis patrem interfecit, quam ſecuta eſt Pompeia, quam tulit cum M. Craſſo Cn. Pompeius cognomento Magnus.

Culina dicta videtur Nonio, quod ibi colerent ignem locupletiorem domus.

Cumæ vrbs Campaniæ cunctas fere &

Italiæ & Siciliæ vrbes ſuperans antiquitate, a Chalcidenſibus quidẽ eſt condita, at à Cumæis denominata, qui venerant ex Eubœa. Coloniæ enim ductores Hippocles Cumęus & Megaſthenes Chalcidenſis ita inter ſeſe, conuenerant, vt Chalcidenſium eſſet colonia, & à Cumæis acciperet nomen. Alii ἀπὸ τῶν κυμάτων, id eſt, *vndis* vocatas volunt, quod littus proximum frequentibus tergoribus exiſtet, quibus illiſæ fremunt vndæ. A Cumis *Cumæa* dicta *Sibylla*, quam Nævius *in libris belli Punici*, & Piſo *in Annalibus* annotauit, eſtque inter decem Sibyllas numero quarta Hodie vrbis iſtius tantùm ruinæ ſuperſunt.

* *Cumulus*, ערימה *hurma*, ab ערם *haram*, i. cócinnè coaceruauit & compoſuit, vnde ἁρμόζω. ἁρμόττω, coapto, compono congruenter, ἁρμονία, harmonia, in qua vocum variarum aptus cumulus. תל *Tuel* à הלל *Thalal*, accumulauit, & תולל *Tolal*, Cumulatot. cognationem habet cum תלה *Talah*, & תלא Tala, ſuſpendit in altum. Tumulus enim vel cúmulus eminet צבור *Tjibbur*, à צבר *Tſabar*, congeſſit in aggerem Lat. cumulus fluxiſſe videtur à גלם *Galam*. Glomerauit, quod cognationem habet, cum גלל *Galal*, voluit, volutauit. Hinc glomus & glomero cum compoſitis: item χλαμὺς chlamys veſtis glomerata: & Cumulus. Itẽ fluit a verbo מלא *Male* & מלה *Mala*, i. plenus fuit, impleuit, expleuit. Inde πλέω, ἀναπλέω, impleo, repleo, πλέον plus. &c.

Cunabula lectos ſcil. infantium, & vbi naſcuntur loca, à verbo κύειν quis dici nó videt: A cunabulis verò & cunis *Cunina* veterum *Dea*, quòd infantulis & cunis præeſſet nomen habet. *Cuninus* verò *Deus* faſcini erat auerſor.

Cunctator appellatus eſt Fabius, quod cunctando ſeu moram trahendo Annibalem fregerit antea inuictum. Hinc illud Ennii,

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem,
Non ponebat enim rumores ante ſalutem:
Ergo poſtque magisque viri nunc gloria
claret.

Eutropius quoq; lib. 3. *Miſſus aduerſus Annibalem Q. Fabius Maximus. Is eum differendo pugnam ab impetu fregit, mox inuenta occaſione vicit. Ita conſilio parta victoria non minus clara, quàm quæ gladio perficitur.*

Cuneus eſt *collecta in vnum militum multitudo*, inquit Iſidorus. *Vnde propter quod in vnum coit, & ipſa coitio in vnum, cuneus eſt nominatus, quaſi conneus, eo quod in vnum omnes cogantur.* Hactenus ille. Vegetius lib. 3 *cuneum peditum multitudinem vocari* dicit, quæ iuncta cum acie primum anguſtior: deinde latior procedat, & aduerſariorum ordines rumpat: quod à pluribus in vnum locum tela mittantur: *Quam rem*, inquit, *milites nominant caput porcinum.* Typum eius habes apud Ælianum *lib. de inſtruendis aciebus.* Nec illud porro negligendum, facto cuneó perrupiſſe veteres medios hoſtes, vt eſt videre apud Cæſarem libr. 6. cum milites caſtris excluſi facto cuneo, & duce Trebonio mediam hoſtium aciem perruperunt. Apud Virgilium Æneid. 12. *dare cuneum*, eſt ſe in cunei formam componere. Talis autem peditum globus eſt Græcis τάξις σφηνοειδὴς & ςῖφος, inprimis Ariſtidi.

Cuniculus Cuniculi meatus ſubterranei ſuffoſſi in vrbium obſidione dedicant nominis etymó eiuſdẽ nominis animalibus, ſub terra in cauernis ſuis deliteſcẽtibus. Feſtus in neutro genere appellat *cuniculum occultum* ſub terra foramẽ, aut ab animali, quod ſimile eſt lepori, ſic appellatum, quod ſubterfoſſa terra latere eſt ſolitum, aut à cuneorum ſimilitudine, qui omnem materiam intrant findentes. Quod vero Vegetius à leporibus diriuans *libr. 4.* Zoilorum morſibus eſt impetitus, in eo à Stevvetio rectè excuſatum inuenio Varronis auctoritate, qui *lib. 3. de re ruſtica cap. 12.* rectè tertium genus leporum cuniculum appellari ſcribit.

Cunina Dea, q́ infantes in cunis tuetur, ac faſ-

ac fascinū submouet, Lactātius *lib.1.ca.10.*

Cupa, ex qua bibere solebant veteres, iuxta illud Næuii: *Duas cupas mero plenas exhausit, à cauponibus nomen sumpsisse videtur nonnullis.* Horatius etiam cum dicit *cupa potare magistra*, significat bibere nullo alio bibendi magistro adhibito, quàm ipsa cupa.

Cupediæ dicuntur cibi lautiores, à cupiditate, quòd excitēt sui cupiditatē. Hinc *Cupediarii*, qui eas vendunt. Quin macellum forum cupedinis nominabant. Varro nomen accepisse vult, quod ibi fuerit Cupedinis equitis dom9, qui fuerat ob latrocinium damnatus.

Cupressus arbor trifera, vtpote quæ fructus habet maturos ter in anno, mense Ianuario, Maio, atq; Septembri, ad nihil tamen vtiles, vnde prouerbiū κυπαρίττου κάρπος, de re visu quidem speciosa, sed inutili, nomen traxit ἀπὸ τῆς κυπαρίσσου Græcorum, quæ est dicta ἀπὸ τοῦ κύειν παρίσους ἀκρέμονας, q͞d ex æquo producat ramos & fructus. Quāquā alii originationē ducant à Cyparissa filia Boreæ Geltarum regis. Cum enim hæc viuis excessisset, fecit pater in eius tumulo hāc arborem, quæ inde ab eius nomine hoc iam suum obtinuit nomen, vt grauissimi auctoris Asclepiadis testimonio probant. Mox vero à satu eadem feralis & luctuosa haberi cœpta, adhibitaque sepulcris. Festus eius rei rationem reddit quòd hæc arbor excisa nunquam repullulet aut renascatur, sicut ex mortuo nihil sperari potest. Qua de caussa, inquit, *in tutela Ditis esse* putatur. Quin & disertè monet mortuorum olim domibus appositam. Etiamsi mos iste non vsque adeo vetustus apud Romanos fuerit, quòd peregrina hæc arbor serò sit Romam aduecta, non multum ante ætatem Catonis. Diuitum tantùm ædibus adhibitam euincere conantur ex eo Lucani: *Et non plebeios luctus testata Cupressus.* Vtque paucis absoluam, est ea arbor, cui nec folia decidunt, nec vlla caries obrepit tēporis iniuria. Vnde forsan obtinuit mos, vt arcæ fierent ex cupresso, quibus ossa eorum reconderentur, qui mortem oppetiissent in bello, vt Thucydides affirmat.

Cura dicta est, inquit Festus, quasi *cor edat*, vel quasi *cor vrat*. Iosephus Scaliger ad Festum etiam ἀπὸ τοῦ κόρου, id est *satietate* posse deriuari existimat.

Curatores, siue illi puberibus dentur, siue bonis administrandis aut distrahendis, siue operibus, seu municipibus, Reip. Tribubus, frumento, oleo, ventri, iudicio, de quibus multa in legibus Romanorum, omnes a cura sunt nominati.

Curetes, Græce κουρῆτες, Cybeles sacerdotes, ἀπὸ τῆς κουρᾶς, id est, *tonsura*, arcessunt nomē. Eustatihus 23. Iliad. κουρῆτες χλιδῶντα πλόκαμον τρέφοντες ὥστε παρθένοι ἁβρᾶς, κουρῆτες ἐκλήθησαν κουρᾶς ἕνεκεν, *Curetes ad delitias alentes cincinnos venustæ virginis instar, a tonsura nomen adepti sunt.* Approbat hoc etiam Strabo, sed addit, ab aliis sic appellatos aut ab Heroe quodā, aut à Curio mōte, qui imminet Pleuroni, vel à cura Iouis alendi. Alii iterum sic dictos aiunt, quod veluti κόραι, id est, *puellæ fluxas & longas induerent vestes*. Aut ab oculorum pupillis, κόρας dicunt, de qua re in Corybantibus nonnihil allatum. Quidam hos oriundos volunt ex Acarnania, alii ex Ætolia, Eubœa, Creta, adeo fabulosa necnon incerta omnia. Horum certè inuentum armata illa saltatio πυῤῥίχη dicta, quā Cretenses exercuerunt. Itaque Dionysio Curetes nihil aliud fuerunt in Creta, quàm Salii apud Romanos. Strabo addit ex quorundam sententia eosdem esse *Curetes & Corybantes, & Cabiros, & Idæos Dactylos, & Telchines*, qui facta Iouis in Creta, & Martis Deûm in Phrygia cum armorū tumultuosa agitatione, cumque strepitu cymbalorum, tympanorumque sonitu, necnon tibiis ac vociferationibus celebrabant.

Curia. Quin hæc à cura deriuet nomē, nec Palæmon negauerit. Asserit id Varro *lib. 2. de vita pop. Rom.* asserit & Festus

Grāmaticus doctus. *Curia*, inquit, *est locus, vbi publicas curas gerebant*. Trahit secum & Gazam in sententiæ communionem, qui *libro de senectute* ἀπὸ τῆς βουλῆς βουλευτήριον interpretatur. Quin ipse Cicero 4. in Verrem: *vt in curia Syracusis, quem locum illi βουλευτήριον vocant*. Sed hæc de voce illa in genere. Peculiares eiusdem significationes adhuc tres sunt non omittendæ. Prima est, qua partes illas triginta, in quas Romulus populum distribuit, significat; Altera, qua denotat ædes illas sacras, in quib partes illæ triginta sacris sunt operatæ: Tertia qua ædes illæ accipiuntur, in quibus habebatur Senatus, Primæ significationis meminit Halicarnasseus *lib. 2.* Pomponius *l. 2. ff. de orig. iur.* Estque notandum singulis curiis imposita fuisse nomina, vt cum Festo affirmat Liuius, singularum virginū, quas rapuerunt Romani de Sabinis. Quamquam Varro atque Plutarchus *in Romulo* eos arguant mendacii. De sacris, quæ in illis fiebant, adduco verba Dionysii: *Sacra sua Romulus cuique curiæ partitus est, assignatis in singulas Diis & Dæmonibus, quos perpetuo colerent, sumtusque in hæc tribuit ex ærario publico: quæ quoties celebrarentur, aderant curiæ suis vicibus, epulumque diebus festis præbebatur Curialibus in aula curia propria.* Addit Festus *Calabram curiam dictam, vbi tantùm ratio sacrorum gerebatur*, quod & Varro *4. de ling. Lat.* confirmat. Iam autem huius significationis curiæ, tum eius, in qua Senatus cogebatur, meminit Varro his verbis: *Curiæ duorum generum sunt: Nam & vbi curarent sacerdotes res diuinas, vt curiæ veteres, & vbi senatus humanas, vt Curia Hostilia, quam primus rex Hostilius ædificauit.* Curiarum quoque triginta, quæ partes erant tribuum (singulas enim tribus numero tres in decem curias distinxit Romulus) tantum nomina supersunt octo, *Foriensis, Rapta, Vellensis, Velitia, Titiensis, T. tia, Calabra, Faucia*, vel *Saucia*, vt quidā volūt. Quin curiis triginta additæ tandem fuerūt & aliæ quinq;, vt ita in sua quisq; curia sacra faceret, & ferias obseruaret Curiarū præfecti *Curiones* appellabātur, quorū officium erat præsidere sacris, festa & ludos populo denuntiare, & Ordinibus in militia præesse. Sacerdotium illud confirmauit Numa Pompilius, *vt lib. 2. Dionysius docet*. Singuli Curiones etiā eligebantur à singulis curiis, a quibus nomen habebāt, sicut Decuriones à Decuriis, in quas Romulus Curias distinxit, vt antea tribus distinxerat in curias. Curio maximus dicebatur, qui reliquis omnibus præsidebat, isq; omnium curiarum suffragiis creabatur comitiis Curiatis, in quibus populus curiatim suffragium ferebat. Nam & his à *Curiis* datum est nomen.

Curionem agnū dixit Plautus pro *macro*, quasi qui cura esset emaciatus. *Festus*.

Curis, inquit Festus, Sabinis est hasta. Vnde Romulus *Quirinus*, quia eam ferebat, est dictus, & Romani à Quirino *Quirites* dicuntur. Quidam cum dictum putant à *Curibus*, quæ fuit vrbs opulentissima Sabinorum.

Cyanea. Vide post Cybelen, at que ea huc transfer.

Cyathus mensuræ & vasis genus apud Romanos ἀπὸ τοῦ χέειν, id est, *fundendo* dictus, aspirata in tenuem apud Latinos mutata. In simpuli locum hunc successisse scribit Varro *de lingua Latina*. Trāslatus inde ad mensuram, sumtusq; duodecies complet sextarium.

Cybele, alias parens deorum, & magna Mater, Dea Phrygia, quod in Phrygia coleretur maximè, & *Idea* ab Ida, Berecynthia à Berecyntho, à Dindymis *Dindymene* dicta, item *Philena* & *Pessinuntia*, quoad hoc primum nonnullis à Phrygię monte Cybello dicitur arcessere nomē, in quo exposita fuit, *vt scriptum ab Isidoro*. Quare Antisthenes Philosophus, cū illi probro daretur Athenis, quòd non esset indigena, & mater, inquit, Deum est Phrygia. Huic etymo astipulatur Strabo, Suidas & Festus, cùm locum in Phrygia aut montes nominant. Sed Festus

ſtus paulò ante in hunc modum: *Cybele mater, quam dicebant Magnam, ita appellabatur, quod ageret homines in furorem, quod Græci κύβιβον dicunt.* Mendoſus locus. Itaque eruditi in eo reſtituendo laborant. Gyraldus adnotat in vulgatis Feſti codicibus legi κύβων, eáq; lectionē ſequi pleroſq; doctos. Ego tamen haud video, quo pacto lectio illa ferri aut excuſari, aut denique interpolari poſſit: apud Feſtum, ſi præcedentia ſpectes. Alij legunt κυδύδαν, non maiori felicitate. Rectius fecerit, quicumque ſubſtituerit κυβύβαν, quod eſt κυβιςᾶν, ἢ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ῥιπτεῖν, id eſt, *ſaltando ſe in caput demittere* Nam & hinc κύβηβος eſt Græcis inclinatus. Seruius deducit eius nomen ἀπὸ τοῦ κύβεσθαι τὴν κεφαλὴν, à capitis ſcilicet ratione. Furibundo enim motu ſacerdotes rotare ſolebant caput. Tribuit hoc etiam etymon Feſto Gyraldus lapſus, opinor, memoria: Cùm nihil tale in eo habeam. Sunt iterum, qui à Cybelo primo huiuſce Deæ ſacerdote deducunt diuinando potius, quàm certum quid proferendo: Non pauci etiam ἀπὸ τοῦ κύβου, quod cubica figura ſit terræ, & hic numerus dicatus ſit eius numini. Alij ἀπὸ τοῦ κυμβάλου, id eſt, cymbalo, quo etiam vtebātur in eius ſacris. At Soſides Atticus voluit dici Cybelen, quaſi κυδος βέβαιον, gloriæ videlicet firmitatem, libro Theologumenωn, *vt recitatur à Fulgentio Placiade.* Sacerdotes huius Deæ dicti ſunt Galli, à flumine Gallo, qui Phrygiam perlabitur, quod qui ex eo bibiſſent, virilitatis parte ſe priuent, vt Feſtus ſcribit, & ab Ouidio confirmatur, tum Plinio, qui ſacerdotes matris Deûm a Phrygiæ fluuio nomen traxiſſe diſertè tradit. Præcidebant autē ſibi didymos teſta, quā vocāt, Samia, *vt idem Plinius lib. 11. cap. 49. & lib. 35. cap. 12 ſcribit*, idq; ad Atis imitationem, quē Cybele impudice dilexit. Cu enim perpetuam caſtitatem eſſet pollicitus Deæ, eiuſque adeo iacturam feciſſet cum Sagaritide nympha commiſſo ſtupro, cor-reptus furore, cum domos ruere putaret, in ſolitudinem ſeſe recepit, vbi cùm diſcurreret per Dindymi montis iuga, arrepto lapide ſeipſum caſtrauit. Vnde Ouidius:

Ah pereant partes, quæ nocuere mihi:
Ah pereant, dicebat adhuc, onus inguinis aufert,
Nullaque ſunt ſubitò ſigna relicta viri.

Catullus tamen ſcribit puerum, cùm ex Gallo flumine bibiſſet, furore eueſtigio correptum pro aquæ eius natura præſecuiſſe ſibi verendas partes. Antiſtes horum Gallorum partim Græca partim Latina dictione dictus eſt *Archigallus*, quibus & ſtipem colligere permiſſum fuit, cùm id reliquis prohibitum eſſet. Dictos eos volunt à *ſaliendo* vel *ſaltando*, quod id facere ſolerent in ſacris. Alij à quodam *Salio* oriundo ex Arcadia, quem Æneas à Mantinea deduxerit in Italiā quique iuuenes ἐνόπλιον ſaltationem docuerit. Sed præſtat à ſaltando nomen deducere. In his ſacris æra tinnitum dabāt (*megaleſia* vocabāt Græci) pro more veterum, qui æs adhibere ſolebant rebus diuinis, *vt eſt auctor Macrobius*, cùm delinire aliquos, aut deuouere, aut exigere morbos volebant. Litabant illi porca, idque Nonis Aprilis. Vtebantur & tibia, iuxta illud Virgilij:

O vere Phrygiæ, neque enim Phryges: Ite per alta
Dindyma, vbi aſſuetis biforem dat tibia cantum.

Sed nolo prolixior eſſe, dum ad alia feſtino.

* *Cybele* Phrygia: frugum dea apud Ethnicos, Phrygia a verbo פרה *Parah* fructificauit, fruges dedit, quaſi פוריה *Phorija*, frugifera fructificans, dicta doctis videtur. Cybele item à שבלת *Schibboleth*, ſpica ſeu calamo frumenti. Huius aſſeclæ Corybantes, à חרב *Coreb* ſiue חרבה *Carba*, vel Caraba, i. ſiccitate, æſtu dicti, à verbo חרב *Carab*, areſcere, æſtu confici. Aeſtus enim ſub Cybeles regno, nempe frugum collectione, dominatur.

Hinc figmentum quatuor leonum, qui deæ currum trahebant denorantur quatuor ardentes æstatis & Autumni menses; tunc enim Cybele per agros exultās vehitur à leonibus feris calidissimis & ferocissimis. Quòd etiam tot fruges terra pariat, Cybeles Deûm mater, id alma tellus quæ Adami posteros omnes effert & nutrit ita nominatur à verbo גבל *Cab el* peperit.

Cyanea saxa in mari Euxino, quæ & συμπληγάδες dicuntur Straboni. πλάγκται Homero, *vt idem notat*, & Bosporo Thracio obuertuntur, à cœruleo colore nomen habent, qui κυάνεος est Græcis. Συνορμάδες πέτραι dictæ sunt Eratosthen. *Petras, rupes & scopulos* appellant Orpheus, Apollonius, & eius interpres, Theocritus, Lycophron, Dionysius Alexandr. Nicephorus Gregoras, Iuuenalis, Flaccus, & denique Gyllius, qui eas ipsemet inspexit. Falluntur ergo Strabo, Herodotus, Plinius & Ptolemæus, qui insulas esse volunt.

Cyclades, insulæ maris Aegæi circa Delum in orbem sitæ, ἀπὸ τοῦ κύκλου nomen traxerunt, *vt cum Plinio tradit Solinus. Suidas & alij* Sporadum quoque nomine appellant, sed parum propriè. Huiusmodi sunt etiam *vt commodum hæc addam* Orcades Plinio sitæ ad Scotiæ partem septentrionalem. *De harum nomine inter auctores satis conuenit*, inquit Buchananus. *Rationem autem nominis nemo explicauit.* Plinius esse dicit, numero 40. Pomponius 30. Orosius 53 qui proximè ad verum accessisse videtur Buchanano. Ex his 13. tantum inhabitantur, ceteræ desertæ. Existimat tamen Seruius (*vt redeam ad Cyclades*) non ideo sic appellatas, quod in orbem sint sitæ, sed quod ordine lōgo necesse sit circuiri, vel propter promontoria, vel quod est naturale, vt concitatoria sint maris terrarum vicinitate. At ego malo priori etymo me addicere, quod à multo maxima scriptorum parte est confirmatum, nec tanti facere virus Virgilij auctoritatem, qui *sparsas* dixit *per æquor Cycladas* (etiāsi id excusari possit in Poëta) quàm Latinorum & Græcorum de hac re communem sententiam. Has inter numerantur ab auctorib', *Andrus, Gerestus, Ceus Cantus* alias *Amandrus* dicta, *Delus Tenos*, alias *Hydrusa* ob abundantiam aquarum, *Myconos Aiacis Oilei sepulcro nobilis* (*etsi quidam in Delo sepultum velint*) *Scyros, Syphnus, Meropia alias Acis, Seriphus, Prapesimbus, Cythnos.* Mela vix duodecim recenset. Parem numerum reddit Strabo. Sed fatentur postea plures accessisse. Certè Orosius *lib.1.cap.* 2. tradit tres supra quinquaginta numero fuisse. earumque ab Oriente primam fuisse Rhedon, à Septētrione Tenoden, à meridie Carpathon, ab occasu Cytheram.

Cyclops, ἀπὸ τοῦ κύκλου τῆς ὄψεως, à visus aut oculi rotunditate, qui se circuli in morem habebat. Vnum enim dicūtur habuisse Cyclopes in media fronte, quod fingerent eos circa fulgurationes & fulmina versari, quę manifestum est fieri in aëre, qui in medio est situs. Per exochen solus hoc nomine Polyphemus accipitur. Eustathius inquit esse κύριον τῷ πολυφήμῳ.

Cygnus, à canēdo dictus est Isidoro. Si enim vera sunt, quæ de hoc auium genere (multos enim iam video repugnare) à Platone, Cicerone, Philostrato, & aliis sunt tradita, argutum quid certandi studio emodulatur, maximè spirante Zephyro, qui ei cantum inspirat, tum vbi fatalem horam sibi instare animaduertit. Hinc cantio Cygnea: Hinc & Apollini habetur sacer, vt ex Platone refert Cicero *Tusc. quæst.* 1. quòd ab eo diuinationem consecutus videatur, dum prouidens quantum in morte sit boni, cum cantu & voluptate pēsum vitæ absoluit.

Cylindrus, Geometricum instrumentum ex ligno, & ad arua æquanda comparatum, aut lapis teres destinatus mulierum mundo, vt ostendit Plinius *lib. 37.cap.6.* cum de beryllis loquens malle dicit nōnullos facere ex illis cylindros, quàm

Quam geminas, nomen accepit *ἀπὸ τοῦ κυλινδεῖν*, id eſt, voluendo. Virgilius *Georg.1. Area tum primum ingenti eſt æquata cylindro.* Quod rotundis lapidibus idō nomen ſit inditum, inde eſt factum, quod ad cylindri ſeu columnellæ ſpeciem formati ſint.

Cyllenius dictus Mercurius nonnullis, à Cyllene monte Arcadiæ, quem quidam(*vt auctor eſt Strabo*) dixerunt fulgere ad altitudinem 20 ſtadiorum perpendicculariter, & circa quem Plinius ſcribit albas merulas naſci, nec vſquam alibi: Aliis à nympha Cyllene, à qua ſit educatus Mercurius. Ab eadem deductum nomen fatetur & Stephanus. Sed alij rurſus à *via Cyllena*, in qua ſit enutritus, ſic nuncupatum volunt: Verrius inde, quod ſermo ſine manibus omnia tranſigat, quibus qui carent *κυλλοὶ* vocantur, id eſt, *mutili*. Idcirco quadratus fingi ſolitus, eminente tantummodo capite, vt ex parte proditum à Feſto.

Cymba fluuiatilis nauis, Græcè *κύμβη*, non locus nauis, vt viſum eſt Iſidoro, nomen illi inuenit, quod aquis incumbat. At alij inclinant *παρὰ τὸ κύπτειν*, id eſt, *inclinando*. Nota ſanè eſt ex fabulis Charontis cymba, quæ rimoſa & ſitu obſita ſæpe fatiſcere dicitur præ vetuſtate. A cymba porro dictū eſt cymbiū poculum, quod eius referret formam.

Cymothoe nympha, cuius mentionem fecit Virgilius Aeneid. 1. dicta *ἀπὸ τοῦ θέειν τὸ κῦμα*, quod fluctus currat, *vt meminit Seruius*. Quod alij ab vndarum velocitate, id eſt, *ἀπὸ τῶν ὑδάτων* deducant, non multum differt.

Cynici Philoſophi dicti aut à gymnaſio Cynoſarge, in quo philoſophatus fuit Antiſthenes, aut à canina mordacitate, aut denique quod canum more in propatulo coirent. Sed in hoc diſſidio Lactantij verba ſubiicio. *Quid loquar*, inquit, *de Cynicis, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit? Quid mirum ſi a canibus, quorum vitam imitantur, etiam vocabulum & nomen traxerunt? κύων n.* *Græcis eſt canis.* Quod ſane res ita ſeſe habuerit, indicat & Apuleius *Florid.2.* cum de Cratete ſic loquitur: *Duxit Cynicus puellam in porticum. Ibidem loco celebri, coram, luce clariſſima accubuit, coramque virginē imminuiſſet paratam pari conſtantia, ni Zeno procinctu pallij ſtri circumſtantis coronæ obtutu magiſtrum in ſecreto defendiſſet.* Secundum tamen etymon confirmat Diogenes ſuo reſponſo, qui rogatus, *cur canis appellaretur?* Reſpondit: *Quia ijs, qui dant, blandior, qui non dant, oblatro, malos autem mordeo.* Alludit & eo Martial. lib.1. his verbis:

Cerea quem nudi tegit vxorab olla grabati:
Cui dat latratos obuia timba cibos.
Eſſe putas Cynicum deceptus imagine falſa,
Non eſt hic, Cynicus Coſme. Quid ergo? Canis.

Impudentiam eorum inceſſit Auguſtinus *14. de ciuit. Dei, cap.10.* Valerius *lib.1.c.15.* Ludouicus Viues *de Anima 31.* Lucianus *in dialogo*, cui titulus Cynicus eſt. Auctor ſectæ iuxta Laertium fuit Antiſthenes is, quem modo nominaui, qui Socratis audiendi gratia quotidie quadraginta emetiri ſolebat ſtadia, tum Sinopæus Diogenes, Menippus Phœnix, & Crates Thebanus.

Cynophalus animal Aegypto notum, vtpote quo ſanctius habuerit nullum, quodque ipſum Tertullianus & Auguſtinus pro Deo Anubi acceperunt, qui colebatur facie canina, vtique *ἀπὸ τῆς τοῦ κυνὸς κεφαλῆς*, i. *capite canino* nomen accepit.

Cynoſarges locus Athenis, Herculi ſacer, Platoni videtur dictus à quopiam Cynoſargo, aliis à cane vel albo vel veloci, vt cēſet Heſychius. Cum enim Didymus, vel potius Diomus quidam, immolaret ad focum, abreptam eius hoſtiam canis albus, qui forte aderat, in alium locum abripuit. Huius rei cauſſa cùm eſſet admodum perculſus, reſponſum accepit à Deo, erigendam ibi eſſe Herculi aram, vbi victimam depoſuiſſet canis. Quapropter factum, vt ab albo cane locus diceretur Cynoſarges.

* Græcæ

de statuam eius aliquando cum pectine Romæ dicatã cõstat à Romanis mulieribus, vt abrasum propter insuperabilẽ pruriginis ardorẽ capillitiũ restitueret. Estq; in comendo sexus huius studium singulare inprimis, vt vnicuiq; constat. Quare & in Faustinæ numismatis, vt iãdudum ab aliis est obseruatum, videas ipsius caput multis, & diuersis capillorum concinnitatibus exornatum.

Cyzicus vrbs clarissima & antiquissima, quam Ptolemæus in Mysia ad Propontidem posuit, exstructa fuit à Cyzico Gedeonis & Orphei ætate, 34 annis elapsis post Ilium, *teste Cedreno*, eademq; Hellesponti caput à conditore nomen accepit. Plinius tradit olim *Arconesum, Doloniam & Dindymin* vocatam, sed ponit eam in insula, quam Alexander continenti iunxit.

D.

DAci populi Germaniæ oppositi, & supra Istrum habẽtes sedes versus eiusdem fluuii fontes, dicti videntur Isidoro, quasi *Dagi*, quod de Gothorum stirpe creati sint. Suspectum autem hoc mihi, cum historiæ prius Dacorũ, quam Gothorum meminerint. Incursiones enim eorum coercuit Cæsar Augustus, tandem & eos vicit. Inde impugnauit eosdem Flauius Domitianus post hunc Traianus, qui tandem subegit, *vt scribit Suetonius*. Sed & aliam eorum originem colligere licet ex his Dionis verbis lib. 51. οἱ δὲ ἐπέκεινα, Δακοὶ κεκλήνται, εἴτε δὴ Γέται τινὲς, εἴτε καὶ Θρᾶκες, τοῦ Δακικοῦ γένους τοῦ τὴν Ῥοδόπην ποτὲ ἐνοικήσαντος, ὄντες, qui vltra Danubium degunt, *Daci* vocantur, siue ii sint Getæ, siue Thraces, orti ab illis Dacis, qui Rhodopen quondam incoluerunt. Plinius etiã affirmat Græcos nominare Getas, quos Romani Dacos. Appellatos eos antiquitus δάους putat Strabo: Daos vel potius δάς; nominat Eustathius. Eorum regio complectitur hodie Trãssyluaniã, Vvalachiam & Moldauiam, & a quibusdam Thraciæ adnumeratur. Quidam ab ea disterminari dicunt. Ptolemæus ait à Septentrione Sarmatiæ parte, à meridie terminari Danubio.

Dactylus pes constans ex prima longa, duabus posterioribus breuibus, nomen habet ἀπὸ τοῦ δακτύλου, i. *digito*, qui iisdem ex tribus partibus constat, vna longiore, breuioribus duabus. Dactyli etiam sunt dicti *Corybantes* magnæ matris ministri, quòd quinque essent numero, quot quoq; digiti numerantur. Pherecydes tradidit eos fuisse γόητας καὶ δημιουργούς. Meminit eorum Apollonius Argonauticωn 1.

Dædalus. Huic insigni statuario, qui exsul ob deiectum tecto per inuidiam sororis suæ Perdices filium in Cretam ad Minoem sese recepit, quique labyrinthum exstruxit ad alterius, quippe Ægyptii, labyrinthi formam, & tandem etiam ex Creta profugit sibi & Icaro filio alis cera adglutinatis, vt fabulantur, ἀπὸ τοῦ δαιδάλλειν, id est, *ornando & variando* arcessit nomen: Vel παρὰ τὸ δαίειν, τὸ γνῶναι à cognoscẽdo: Vnde δάαλος & literæ δ. pleonasmo δαίδαλος. Inter præclara eius opera numerata est compactilis sella, quæ in Minervæ delubro apud Athenienses dicata fuit. Ex hoc vno etymo facilè est colligere cur à Lucretio Dædala dicta sit lingua, apud Ennium *Minerua*, apud Virgilium *Circe*. Vide Festum. Est & δαίδαλος ingeniosus, δαίδαλμα opus scitum, ingeniosum. Tandem veteres omnes ligneas statuas, *Dædala* vocarunt, *inquit ille*. Falsum. Neque enim solùm simulacra fecit, sed & compactilẽ sellam, vt iã modò dictum. Quin architectus fuit, & traditum à multis, ædificandarum nauiũ rationem primum hunc inuenisse, atque inde natam de pennis fabulam. Quidquid ergo affabre & summo artificio erat elaboratum, id veteribus Poetis Græcis δαίδαλον est dictum. Plato in Menone commemorat quædam δαιδάλου ἀγάλματα, quæ soluta aufugiunt, sed vincta manent. Vnde Socrates apud eundem in

Eutyphrone argumenta non consistentia Dædalæis operibus similia videri dicit. Sed de his satis.

Dæmon, Græce δαίμων quasi δαήμων, id est, *sapiens*. Multa enim pollet astutia tantaque sapientia & perspicacitate seu ἀγχινοίᾳ, quanta in nullis aliis est creaturis præter Angelos cœli indigetes. Placet hoc etymon Platoni in Cratylo ex sententia Hesiodi. Ait etiam, viros probos magnis honoribus affectos Dæmones fieri, iuxta hoc prudentiæ & sapientiæ nomen, post mortem, eique sententiæ libenter se assentiri, vt optimus quisque, siue sit viuus, siue defunctus, rectè vocetur Dæmon. Possidonius, *teste Macrobio Saturn.* 1. ἀπὸ τοῦ δαίειν, id est, *v.endo*, deducebat, quod constent ex substantia ætherea. Eusebius vtrumque etymon reiiciens vult dictos ἀπὸ τοῦ δειμαίνω, quod est *exterreo* & *pauefacio*, vt Dæmones solent. Augustinus Steuchus putat etiam ab Hebræo שדי vel שדי, id est, *sufficientia* & *omnipotente* deduci posse. Ratio eius est, quòd magna vis nominum ex Hebraica lingua dimanauerit ad Græcos, atque adeo hoc nomen antiquum ex eisdem fontibus descendisse. De hac lingua, *inquit*, somniasse videtur Plato in Cratylo, cùm asserit Barbaram quandam linguam ceteris linguis nomina dedisse. Videntur ergo vetustiores Græci reiecta priore litera, aut iuncta cum sequenti, vocasse Daimones, qui vocantur Hebraicè *Sdaim*. Hinc si reiicias consonantem priorem, fit *Dai*, in numero plurali *daim*. Quod ne cuiquam mirum videatur, norit pleraque nomina Hebræa apud Græcos vel detractis, vel auctis syllabis inueniri. Apud Poëtas & Philosophos sæpe designat hoc nomen diuinam quandam potentiam & numen, vt cùm inquit Euripides: ὅταν δ' ὁ δαίμων εὐδιδῷ, τί δεῖ φίλων? Aristoteles quoque exordiens librum de mundo semper sibi Philosophiam visum fuisse dicit θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον χρῆμα. At in sacris literis prauum illum spiritum propriè significat, quem Diabolum vocamus, ἀπὸ τοῦ διαβάλλειν, id est, *calumniando*, vt latius in hac voce dicetur. Dæmones, hoc est, *Deos aereos*: vt eos nominabant veteres, maxima pars vetustatis agnouit. Primùm enim Hesiodus triginta prodidit eorum millia, infinitum numerum Iamblichus & Psellus. Plato agnouit in Cratylo & Epinomide, Plutarchus, Apuleius, Arrianus, Orpheus, Homerus, & omnes Chaldæi, at hi alios bonos, alios malos. Hesiodus disertis verbis de illis dicit: ἀέρα θ' ἑσσάμενοι πάντῃ φοιτῶσιν ἐπ' αἶαν. Eandem opinionem amplexus est Pherecydes, Zoroastres, Magi veteres, & Ægyptiaci sacerdotes. Quamquam dubitetur de Aristotele, qui nullas nouit substantias separatas à materia præter motores orbium *Metaphys.* 12 quem sequuntur Auerroes, Simplicius, Alexander, & multi alii Peripatetici, sicut Hæretici Dositheani, quos ex Simonis Magi schola prodiisse putat Theodoretus.

Dagon Deum Palestinæ Eusebii auctoritate adductus rectè à frumento, quod Hebræi vocãt דגן, deriuat Ioannes Drusius Hebraicæ linguæ Professor accuratissimus apud Franekerenses. Subdit ex eodem Eusebio Philonis Byblii locum in historia Sanchoiathonis, quã transtulit ex lingua Phœnicum in Græcam Δαγὼν, inquit, ὅς ἐστι σιτὼν, Dagõ qui Græcis dicitur Siton, id est, frumentum. Alii à דג, id est, pisce deducunt, quòd superior pars hominis, inferior piscis figuram repræsentauerit.

* *Dagon*. fallitur Philo Bybliensis. Nam aliud est Dagon, aliud דגן *Dagan*, σῖτος, frumentum. Dagon enim, vt Iudæi etiã narrãt, sculpebatur forma piscis, דג *dag* piscem significãte, nos autẽ scimus τὴν Δερκετὼ Syrorum Deam (quæ Syris *Atergata*, vnde locus in Syria Atergation, 2. Macab. 12. 26.) sculpi solitam supernè mulierem, infernè piscem. Melius igitur Dagonem Ἰχθυῶνα quam σίτωνα, piscem

cem, quàm frumentum vertisset. Hæc eruditiss. Scaliger. Philonis verba refert Eusebius lib. 1. præpar. Euangel. c. 7. Patris regnum Vranus possidens, terram sororem vxorem duxit, ex qua quatuor filios sustulit, Ilion, quem & Saturnum dicũt, & Betylum, & Dagon, qui & frumentum seu frumentarius, & Atlantem. Subiicit Eusebius, Dagon autem frumẽta inuenit atq; aratrum, ac ideo Iupiter Aratrius dictus est. Quæ exegeticè sunt posita ab Eusebio, vt Philonis dictum firmaret. Quæ si recipienda est (vt nonnulli cõtendunt) & dagon piscis דג, à דג *Dog*, piscatus est, à Philistæis, mari conterminis cultus, & dagon frumentũ vel frumẽtarius, à דגן *dagan*, i. frumentũ, in Ægypto, propter soli fœcunditatẽ Deus habitus, & ab aliis populis inde Iupiter Aratrius cognominatus. Cæterũ, ad Scaligeri sententiam accedũt alia dicta. Lyranus in 20. Exodi, *Idolum Dagon, quod colebatur à Philisthæis, habebat piscis caput* (legẽdum opinor, piscis corpus, mulieris caput) *ideo vocatur dagon, quia Dag piscem significat*. L. Gyrald. de diis lib. 1. Sunt qui scribunt Dagon eandẽ esse cũ Derceto: vnde & eius templum Beth Dagon dicitur. Dagon vere piscem significat. Derceto autem, vel Deceto idem quod Semipiscis si Annii verba admittimus. *Diodorus* (inquit) *in 3. lib. scribit Semiramidem natam ex Dea Ascalonita quã Dercetem, id est semipiscem appellant*. Item. *Docent autẽ sacræ literæ hæc duo; primum, Deam Ascalonitarum esse Dagon. Hebræa lingua dictam, quam idem Hebræi piscem interpretantur*. Vide reliqua in voce *Dercetus*.

Dalmatæ populi bellicosi ad [illegible]strum à Dalmatia nom[illegible] h[illegible]bent, quæ alio nomine dicitur q[illegible], sed perperam, Pannonia. Hos subegit Tiberius. Augustus totam regionẽ in Prouinciæ formam redegit, *vt tradit A. relius Victor*. Totam Dalmatiam putat Appian[illegible] à [illegible] oppido vocatam, quod ho[illegible] e est D[illegible]. Genuit ea Dio[illegible] Iuan[illegible] virum crude[illegible] & exitiali in Christianos animo qu[illegible] qui præter tormenta, quibus carnificinã exercuit, in libros etiã & scripturas sæuiit. Protulit & D. Hieronymum Stridone natum, quem *Latinorum* nemo lucubrando vicit. Dalmatica vestis, quæ est tunica sacerdotalis candida cum clauis ex purpura, à Dalmatia, vbi primum est texta, nomen accepit. Dalmaticus dictus fuit L. Metellus à Dalmatis subactis qui & Castoris ædem vetustate collapsam refecit, *teste Cicerone 3. in Verrem*, item pro M. Scauro.

Dama seruile nomen, & apud Horatium *lib. 2. Sat. 5.* libertini hominis, diminutionis forma est deductum à Demetrio, *vt vult Turnebus Aduersar. lib. 6. cap. 4.* Alioqui cur non ἀπὸ τοῦ δαμάζειν, id est, *domando* potius?

Damascus vrbs Syriæ, quam Iulianus vocat veram Iouis vrbem & Oriẽtis totius oculũ in epistolis, nuncupata est Isidoro a Damasco dispensatore, quem Abraham futurum sibi heredem dixerat, antequam illi Isaac promissus esset. Nõnulli dictionem esse volunt conflatã ex Hebræo דם i. *sanguine*, & ἀσκὸς *vtre*. Sed à ciuitate hac ipsa vult Athenæus *lib. 2.* nomen esse Damascenis prunis.

Damasippus, cuius nominis meminit Iuuenalis, equorum domitorem significat à δαμάζω *domo*, & ἵππος *equo*. Taxat Satyricus *Satyra 8.* quemcunque nobilẽ fictitio hoc nomine, quòd tempore Neronis multis claris maioribus oriũdi aurigare in gratiam principis didicerint, qui (*vt est apud Tranquillum*) eodem studio tenebatur, vt ibi commentatores docent.

Damia Romanorum Dea, quæ alio nomine *Bona Dea* est dicta, cuius sacra non licebat viris adire, vnde & violata accepimus, cũ Clodius deprehẽderetur in illis muliebri veste, ἀπὸ τοῦ δήμου, id est, *populo*, deducit nomen, pro quo Capitolis Man sacrificium eius fieri solebat, dictũ Damium eandem originẽ sapiẽs. Neque enim cum Festo intelligendum hoc nomen ἀντιφράστικῶς, quod minime

esset δημόσιον, id est publicum (in operto enim fiebat; sed quod in ædibus Pontificis summi fieret quotannis pro salute populi Romani. Intererant illis tātùm mulieres placabantque Deam tenetæ porcæ abdomine. Multa etiam agebant sacrificiis Orphicis consentanea: Templumque eius situm erat in Auentino monte. Non pauci extiterunt, qui hanc ipsam Medeam voluerunt esse, quòd esset in æde eius omne genus herbarum, ex quibus antistites medicamenta conficiebant. Quod verò ædem eius ingredi non licuerit viris, factum hoc dicunt ob enormem iniuriam, quam à Iasone ingrato homine perpessa fuit. Alii *Florā* esse à floribus dictam deam persuadere conantur. Nonnulli *Faunam* sic appellatam, quòd omnibus animātibus faueat, eamque Fauni filiam, vel potius vxorem, *vt videtur Plutarcho*, quam Græci θεὸν γυναικείαν appellant, *vt & idem affirmat*. In Pontificum libris fatua indigitabatur, à fando nomen trahens, quòd infantes non prius vocem edant, quam terram attigerint. Sed & Opem vocabant, quòd ope & auxilio ipsius vita cōstet. Alii Proserpinam crediderunt, ideo que porcam offerri, quod animal illud segetem depascat, quam Ceres mortalibus communicauit: Iterum alii χθονίαν ἑκάτην, Bæorii Semelen, Romani *Dryada* puellam, quæ & ipsa Fauni est vxor. Denique sciendum, quòd Damiæ sacerdos Damiatrix sit appellata, cui nō licebat myrtum eius sacris inferre, tum temporis matronas liberas & puras à re venerea inprimis esse oportere significarent, prout docet Plutarchus in quæstionibus Rom. quæst. 20. Atq; ea ratio (cùm myrtus Veneri sit sacra) magis arridet, quàm quæ ex fabulis adduci solet de patre, qui eam myrteis virgis grauiter exceperit, cùm de stupro ab eo interpellata parere nollet.

Damnum, à diminutione dictum vult Isidorus: Varro 4. *de lingua Latina* à demtione. Alii deflectere malūt παρὰ τὸ δάπτειν, id est, *vorando*, vel παρὰ τὸ δαπανᾶσθαι ab *insumendo*. Quæ omnia minimè reiicienda opinor. Damnum iniuria datum in lege Aquilia est Theophilo ζημία ἀδίκως γενομένη. Vbi verò diminutionem propriè significat §. *at ex contrario. Inst. quib. alien. licet* ibi. *sine dāno* reddidit δίχα πάσης δαπάνης. Infectū damnum est, quod nondum est factum, futurum tamen veremur.

Danai iudices sunt nonnullis, qui deducunt ab Hebræo דן. *Dan*. Dicti & hoc nomine Græci ἀπὸ Δαναοῦ τοῦ αἰγυπτίου ἀδελφοῦ à Danao Ægypti fratre, *vt vult Eustathius Ilia.* 1. Reliqua de Græcis videbis suo loco.

Dani, qui sæpe à iunioribus confunduntur cum Dacis, & quos Eginarthus, eiusque seculi scriptores *Nermānos* vocant, nonnunquam eos, qui sunt apud nos *Rutheni & Sueci*, propriè iam illi, qui *Denemarchers* dicuntur, ab Hebræo דן *Dan* videntur etiam deducere nomen. Vetustissimi auctores nullam horum mentionem faciunt. Florus ac Plinius de viris illustribus testantur eos, cùm primū magna clade affecissent Romanos, tandē à Mario in Italia fuisse cæsos. Sūt enim iidem cum Cimbris. Quod quidē nomen etiamnum in Cimbrica Chersoneso repræsentant. Etiamsi Strabo à Cimmeriis factum hoc nomen censeat, quos supra Thraciam sedes habuisse testatur nomē *Bosphori Cimmerij*. Herodotus collocat eos ad fluuium Araxem, ihque Lydiam infusos tradit *lib.* 1. Vtcūq; sit, tempore Marii verisimile est eos ex Dania & Holsatia in Italiam penetrasse, & iam ante ex Oriente ad hoc littus Europę esse progressos, sicut de Getis, Dais & Syenis in historiis asseritur, & à Melanthone est adnotatum.

Daniel iudicium Dei. Nam דן tantūdē ac *indicauit*: אל *Deus* Dei quippe iudiciū ille exercuit inter presbyteros, cùm deprehensa eorum falsitate Susannā mortis faucibus eripuit. Visiones quoque & somnia, quibus per signa quædam & ænigma

nigmata monstrabantur futura, sagaci mente aperuit & explicauit.

Danysta, Latinis fœnerator. Hunc quicunque à dando deriuant, errant cùm à Græco δανείζω deducatur.

Dantiscum. Vide *Gedanum*.

Danubius μέγιςος τῶν ποταμῶν Arriano *lib. 1. de rebus gestis Alexand. Magn.* *Herodiano lib 6.* maximus fluminum (*vt & Rhenus*) sub ipso septentrione, vtpote qui 60. nauigabiles fluuios recipit, *vt auctor est Ammianus lib. 22.* quem lapideo ponte iunxit Traianus *teste Cassio Nicæo*, quem tamē postea demolitus est Adrianus, cùm metueret indomitarum gentium excursiones, arcessit nomen à copia niuium qua augetur, quasi dixeris Daniuium, vt placet Isidoro. Equidem crebriores apud Danubiū niues, quàm pluuias cadere testatur Herodotus *lib.4.* Alij, quorum in numero sunt Rhenanus & Vadianus, Danuuium olim dictum existimant, quasi Abnouium vel Abnobium, à monte Abnoba. Coniecturam hanc adiuuat priscum vocabulum *Abnaub*, cui Germani addentes D. dicunt *die Abnaub*, vel *Danauu*. Itaque non planè reiiciendam arbitror. Alij tamen à sono hoc nomen sortitum credunt: *teste Francisco Irenico*. Vnde forsan Mantuanus *sonantem*, Bartholinus *Vndisonantem* appellat. Cato in Originibus (quod multi fide adhuc dignius habent) à Danis eius accolis nomen trahit. Hinc Strabonem dicunt affirmare superiores illius partes maximè per Dacorum (qui sunt illis eidem cum Danis) regionem ferri. Quod denique alij δάνουβιν siue δάνουσιν dictum existimant, quasi calamitatis auctorem a Scythis, cùm in eius traiectu damnum accepissent, cùm antea ipsis diceretur Matoas, vt est apud Stephanum Græcè ἄσιος, id est, *innoxius*, vt fabulosum & alienum à veritate reiicio. Est & huic fluuio nomen *Ister* tam veteribus, quàm Neotericis notū. Versus fontes tamen magis Danubij nomē obtinet: ad ostia vergens, Istri, idque ex Strabonis sententia *libro 7.* Quia Istri appellatio antiquior est appellatione Danubii: Cum eius mentio fiat apud antiquissimos scriptores. Herodotum dico & Apollonium, non Danubij. Vt toto cœlo errent, qui Augusti primùm temporibus Istri eum nomen sortitum somniant, cum & in ipsa inquam Argonautarum expeditione apud Apolloniū hoc nomen exstet, & ab eo iuxta Iustinum & Trogum Istria sit appellata. Quamuis Solini interpres vice versa ab Istria dictum existimet Istrum. Cùm autem ἴςρος dicatur Græcis, perperam à nonnullis scribitur Hister cum aspiratione, *vt & Tortellius notauit.* Fluuium hunc tam celebrē descripsit Lycophron sub aquæ Celticæ nomine apud Festum est *Addubanus*, nisi locus est deprauatus. Oritur sex milliaribus supra Tubingam, Creichgoiæ, inque pontum Euxinum tanto impetu effunditur, vt vltra 40. millia passuum in medio mari dulcem aquam exhibeat.

Dapalis dictus est Iupiter à Catone *libro de re rustica*, forte quod fierent ei sacra epulo dapali.

Daphne, Latinè & Græcè dicta est laurus ab intensiua particula δα & φωνεῖν, quod est *sonare*. Ingenti enim sonore cremari solet. Vnde futura colligebant, *vt & Porphyrius monuit*. Quocirca vaticinij symbolum eam esse non imperitè dixit Aphthonius. & vates dicuntur δαφνηφάγοι. Dionysius etiam in præceptis de Panegyricis scribēdis μαντικὴν φυτὸν appellauit. Vide Pierium.

Daps teste Festo, veteribus res diuina, quæ scilicet fiebat aut hyberna semente aut verna, à Græco δαὶς deriuata videtur.

Dardanarius, Græcè παντοπώλης & σιτοκάπηλος, annonæ aliarumque mercium acerbus venditor, quique eas premit & onerat, à Dardano repertore eius nequitiæ, vel potius à Dardano mago, cuius Tertullianus cū Typhone & Nectabi meminit, suum est nomen sortitus. Vt sit suspicio tales homines olim

& magiæ postulatos fuisse, quasi messes excantarent, & aliò traducerent, *sicut cecinit Virgilius.* Creditum id olim vel ex XII. Tabul. apparet, vbi id maleficij genus lex fuit lata. Dardanariorum mentio fit, *l. in Dardanarios. ff. de Pœnis.* Pœna in eos est constituta lege Iulia de Annona.

Dauid hominem significãs dilectum, nomen habet à דוד, id est, *amico.*

Daunia dicta Apulia. à Dauno Illyricæ gentis illustri viro. Festus.

Decas, etymologicis dicta quasi δέχας, quod omnem in se recipiat numerum. Vnde mundum, qui in se omnia complectitur rerum naturalium principia, hoc ipso significari docuerunt Pythagorici.

Decanus olim in militia dictus à numero denario. Cum enim centuria diuideretur in decem contubernia, dicebatur horum præses & caput *Decanus.*

December mensis, Hebræis כסליו, *Cisleu*, Atheniensibus ποσειδεών in quo Saturnalia celebrare solebant cum Sigillariorum Festo Romani, quod decimus esset à Martio nomen accepit. Amazonius est appellatus ab adulatoribus in gratiam Commodi Imperat. *vt prodit Ælius Lampridius*: At eam appellationem non adeo diu retinuit. Ex ordinatione Romuli dies primum habebat 30. ex Numæ deinde constitutione (*vt ita dicam*) 29. & denique ex Iulij Cæsaris ordinatione 31.

Decemuiri, qui creati sunt Romæ, vt promulgarent quas Sp. Posthumius Albus, A. Manlius, & P. Sulpitius Camerinus in Græciam missi, ex inclytis Solonis & Lycurgi legibus, descriptas leges in patriam detulerant. quòd numero essent decem. sortiti sunt nomen: vt Duũuiri. quòd duo, Septemuiri. quòd septẽ; quindecimuiri, quòd quindecim; & Cẽtumuiri, quòd centum; etsi non ita præcise, cum essent numero cẽtum & quinque, quæ ambæ dictiones vna dictione iungi & conflari non poterant. Sunt autem leges illæ dictæ leges XII. Tab. quod in XII. tãdem tabulis propositæ fuerint (primùm. n. erãt tãtummodo decem) & Decẽuirales à decemuiris, quorum id opera atque auctoritate factum. Decemuiros epulonum cõstituisse Cæsarem Dictatorem auctor est Dio *lib. 43.* cum antea septemuiri Epulonum vocari solerent. Pomponius auctor est fuisse etiam Decemuiros litibus iudicandis constitutos *l. 2. ff. de Origin. iur.* Adhibere solebant illi iudiciis hastam prætoriam, qua posita iudicium exercebant, quod etiam Centumuirale est dictum. Coloniæ porro deducendæ electos quandoque fuisse Decemuiros, vt & Triumuiros. Quinqueuiros, Septemuiros, Vigintiuiros, discimus ex *Appiano, Plutarcho. & Cicerone.* Hi postquam erant creati, colonos, qui vel sponte nomina dederant, vel sorte exierant, in agros lege definitos, atque in Coloniam, sub vexillo quasi exercitum aliquem deducebant. Vtque ad primos illos Decemuiros redeam, quos Pomponius grauiter lapsus constitutos scribit, vt leges peterent à ciuitatibus Græcis, cùm tres tantum emissi fuerint, quorum nomina paulò ante relata sunt, sciẽdum, eos Centuriatis comitiis creatos habuisse primum ius conuocandi Senatum, confirmandi decreta. Aggressi quoque fuerunt Rẽpubl. constituere. Penes vnum erant fasces & reliqua Consularis potestatis insignia, in cuius locum alij seruatis vicibus succedebant, idque ad certos dies, donec tempus annuum elaberetur. Tãdem verò Appij Claudij dominatione atque libidine Decemuiratus explosus fuit. *Dionysius, Liuius, Plutarchus, Fenestella.*

Decuma vectigal apud Romanos ex agris, qui frumenti decimam vel quamuis aliam partem soluebant. A Decumano vectigali Decumani dicti sunt publicani. A denario numero maximus fluctus dictus etiam est Decumanus apud bonos auctores. *Silius lib. 14. Non aliter Rhodopes Boreas à vertice praeceps.*

Cum sese immisit, decimoque volumine pontum Expulit in terras. Eadem mente Liuius Decumanam portam in castris appellat *lib. 3 ab V. C.* maximam & ab hoste auersam. Per hanc educebantur facinorosi, & desertores, in quos iure militari animaduertendum erat.

Decurio, à decem, vtpote qui denis equitibus *praeest, iuxta Festum.* Quidam dictos Decuriones volunt, quod primū, cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur, consilij publici gratia cōscribi solita sit. Verior est prior sententia, ad quam proxime accedit Varro, qui primos singularum decuriarum dictos ait Decuriones.

Dedan Idumeæ ciuitas à Dedan filio Esau est appellata. דדים autem mamillas & vbera fœminarum significant.

* *Delator*, Hebr. רכיל *Rachil*, fraudulentus, impostor, negotiator qui dolis & fraude rem facit à verbo רכל *Rachal*, negotiatus est. Leuitic. 19. 16. Ne incedas רכיל *Rachil* in populo tuo. Græcè μηνυτὴς & μηνυτὴρ dicitur. Hinc μήνυμα & μήνυσις indicium, delatio. Significat autem verbum μηνύειν arcana & occulta patefacere. ἐνδεικτὴς etiam delator dicitur, & delatio ἔνδειξις, a verbo δεικνύω, Ostendo. Monstro, & composito ἐνδείκνυμι, defero, Indico, Accuso. Quum autem lingua, לשון *Laschon*, sit benedictionis & maledictionis instrumētum, pro personarum ea vtentium vel abutētium ratione, delator Hebr. איש לשון *Isch Laschon*, vir linguæ dicitur, i. linguax, *languard* Gallis, loquax & blatero: a verbo לשן *Laschan*, linguax fuit, obloquutus est, Obtrectauit, detulit aliquem lingua sua, detraxit falsa accusatione. Hinc λεσχηνίτης obtrectator, λεσχηνεία detractio, delatio contumeliosa, λέσχη lingua. Delator is dicitur qui rem vel nomina defert, tum iusta, tum iniusta ratione.

Delila meretrix, nomen inuenit a דלל *exhausit.* Quid quæso eo etymo accommodatius. An non lupæ sunt *voragines, abyssi, putei, fouea, Scylla, Charybdes.* Quot iuuenum loculos non solum, sed etiam vitam & sanguinem exhauriunt? Equidē qui eas accedit, ruit in mortem inque perniciem suam. Caue caue, quicunque vis esse saluus, ab hac illuuie.

Delius, iuxta Phurnutum, appellatus Apollo, ἀπὸ τοῦ δηλοῦσθαι, id est à *manifestando*, vt Phanæus ἀπὸ τοῦ ἀναφαίνειν *manifeste ande*, vel ὅτι φαίνεται νέος *quod semper se renouet.* Solis (qui Apollinis nomine designatur) proprium. Sed alij à Delo insula nominatum volunt, in qua fertur natus.

Delos Cycladum omnium clarissima, & celebris Apollinis templo, Aristoteli dicta videtur ἀπὸ τοῦ δηλοῦν, id est, *aperiendo & manifestādo*, quòd repente enata apparuerit. Olim etiā dicta fuit *vt ex aliorum sententia hoc addam* Asteria, Pelasgia, Lagia, Ortygia, κυνθὸς, Chlamydia, ἀγαθὴ etiam Philoni, & Ortyx Antonino. Hodie ei nomen *Sdiles.* Tradunt nonnulli in Delo primum repertum ignem & inde *Pyrpilen* vocatam. Nec omittendum, quod à doctissimo Apollonii enarratore scriptum, de Delo, Asteriam à forma fuisse dictam, mox nomine mutato Ortygiam à sorore Dianæ: Fabulosa quidem omnia, sed omittēda nequaquam, quando diligentiam nostram vbique aliis probare semel est constitutū.

Delphi, vrbs Batauiæ nomen inuenit a fosso alueo, qui magno labore impensaque ad perpendiculum & lineam rectam est ductus ad portum, quem vocant *Delfshauen.* Extitit & eo nomine Phocidis oppidum Pythij Apollinis tēplo & oraculo insigne. Hinc Delphica illa oracula flexuosa, & summopere ambigua, magno numero ab auctoribus sparsim citata. Defecerunt ea tandem, quod plerique ideo factum existimant, quòd exhausta sit cœlestis cuiusdā spiritus vis. Cicero *Diuinat. 1. Terræ vis Pythiam Delphis incitabat, natura Sibyllam.* Et libro 2. *Euanuisse aiunt vetustate loci vim eius, vnde anhelitus fieret, quo Pythia mēte incitata ederet oracula.* Diodorus etiam 6. & 10 Bi

& 10. Bibliothecæ ortum huius Oraculi tribuit spiritui terræ, quem ἄσθμα vocant. Ipse enim Diabolus intermedio vapore occupare solebat Pythonissam, quæ sedens in tripode futura canebat, ac prædicebat. Sed cùm cùm de vi non tãtùm naturali, sed etiã diuina agatur, quo pacto tãdem euanuit? Vetustate, inquies. At quæ vetustas, quę rem diuinam conficere possit? Quæ res terrea mentẽ mouere & extra se rapere queat, si originẽ halitui terræ deferre pergas? Dion auctor est solutum fuisse oraculum istud, hominibus iugulatis ad hiatum, vnde sacer prodibat spiritus. Falsum & illud. Nam & Delphicum oraculum, ita Iouis Harmonis, Panis, Tiresiæ & multorum aliorum mox sub aduentũ & paulo post aduentum mortemque Domini Christi obmutuit, qui sua virtute silentium eis indixit. Haud omittendum hoc loco, nonnullos arcessere eius nominis originem à pisce Delphino, sub cuius specie Apollo adnauerit Delphos, vbi præcipuè cultus fuit. Quãquam & Delphi antea fuerant Neptuno sacri, vt Calauria Trœgeniorum insula Apollini, *vt est apud Pausaniam.*

Delubrum dicebant veteres fustem delibratum, id est, *decorticatum*, quem pro Deo venerabantur, *vt scribit Festus.* Asconius id reprehendens: *Sunt*, inquit, *qui delubra ligna delibrata, id est decorticata pro simulacris Deorum more veterum posita existiment, sed male.* Varro *lib. 8. rer. diuin. vt recitat Macrobius 1 Saturn.* scripsit alios existimare esse delubrum, in quo præter ædem sit area assumta Deûm caussa, vt est in circo Flamineo Iouis Statoris: Alios intelligere locum, in quo Dei simulacrum sit dedicatum, vt à Dei simulacro dedicato delubrum sit dictũ, sicut candelabrum appellarunt locum in quo figeretur candela. In qua significatione accepisse videtur Virgilius *Æneid. 2.* cum canit: *At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt.* Et vt mox simulacrum hic nominaret, subdit: *Sæuaque petunt Tritonidis arcem. Sub pedibusque Deæ, clypeique sub orbe teguntur.* Seruius eodem libro dictum ait delubrum, quòd sub vno tecto plura complectatur numina, quia vno tecto diluatur. Alios autem affirmare scribit, delubrum esse locum ante templum, vbi aqua currat, dictum etiam à diluendo. Idem alibi ligneum simulacrum quoque delubrum dici, à *libro*, id est, à *raso ligno* factũ, quod Græcè ξόανον dicunt, affirmat. Iam verò generaliter pro templo accipi constat. Plinius *lib. 36.* Durat Cyzici delubrum, quo filum aureum commissuris omnibus politi lapidis subiecit artifex. Isidorus *Nunc sunt ædes (delubra) cum sacris fontibus, in quibus fideles regenerati purificantur.* Et bene quodam præsagio delubra sunt appellata. Sunt enim in ablutionem peccatorum. Fons autem in delubris locus est regeneratorũ, in quo septem gradus in spiritus sancti mysterio formantur, &c.

Demea senex in Adelphis Terentij, ἀπὸ τοῦ δήμου id est, *populo* dictus, quippe homo antiquis moribus & amans popularis status.

Demensum, vide *Dimensum.*

Demipho senex apud Terentium, τοῦ δήμου φῶς, *lux populi.*

Demosthenes dictus videtur Eustathio Odyss. *η*, ὅτι σθένος τοῦ τῶν ἀθηναίων δήμου γεγονεν. Is enim populum Athenatũ suis orationibus, velut flabellis, incitabat & impellebat, quocunque visum erat Philippo Macedonum regi maximè aduersus, qui propterea vt ipsi cum aliis quibusdã oratoribus traderetur in manus, summopere adnixus fuit. Sed eam ipsius petitionem festiuo admodum apologo de lupis, canibus & ouibus elusit. Quin ipsemet Philippus fauorẽ eius auro argentóque sibi non erubuit conciliare. Nota enim est eius ἀργυράγχη. Ipse est, qui ad Laidem pro nocte vna maximũ auri pódus exigentem dixisse legitur: *Non emo tanti pœnitere.* Cetera mitto. Tantummodo genus intellige mortis.

Legitur

Legitur enim, cum ipsi nuntiatum esset Antipatrum aduentare in Calabriam, ad Neptuni templum se recepisse. Quo cognito cùm Antipater ad eum misisset Archiam Tyrium cum satellitibus, qui persuadere conabatur, vt secum pergeret ad Antipatrum, à quo esset nihil molesti perpessurus, in interiorem templi locum secessit, arreptoq; libro, quasi scribere pararet, hausit venenum calamo inclusum.

Denarius, à dando dictus, inquit Isidorus, quia pro nummis decē imputatur. Quid si deriues à numero denario. In militari enim stipendio semper pro decem assibus est datus Cōmuni modo loquendi accipitur iam non pro certo pōdere aut nummo, sed pro quauis pecuniæ moneta, contra originem tamen & significationem primam.

Desultor à desiliendo dictus est Isidoro, quòd ad finem cursus desiliendo transiliret de equo in equum. Vnde Manilius: *Nec non alterno desultor sidere dorso Quadrupedum & stabiles poterit defigere plantas, per quos vadit equos: Ludes post terga volantum.*

Dentale pars aratri, cui vomis inditur, à dente nomen inuenit. Per synecdochē pro ipsomet aratro accipitur. Virgilius *Duplici aptantur dentalia dorso.*

Dentati Romanis sunt appellati, qui nascebantur cum dentibus, teste Plinio libro 7. cap. 16. Sic & alios à corporis partibus nominabant, vt eruditè à Carolo Sigonio est adnotatum; Tuditanos, qui caput simile malleo habebant; *Tudites* enim sunt Mallei, à tundendo dicti. *Capitones* etiam à capite sunt nominati, vt *Nasones* & Simi à Naso, *Frontones* à fronte, & à cincinnis *Cincinnati* à caluitie *Calui*, à crinibus crispis *Crispi*, ab oculis peruersis & detortis *Strabones*, *Lusci*, *Luscini*, *Pæti*, *Cocli*: *es* ab his oculorum vitiis, vt & Rauilia à rauis oculis, *Labeones*, & *Chilones* à labris, *Silones* ab eminentibus superciliis, deducto vocabulo à Sileno, qui superciliis hirsutis pingi solebat: *Balbi* & *Blæsi*, ab his ipsis linguæ vitiis; *Barbati* a barba, *Verrucosi* à verruca in labiis, *Ænobarbus* ab ænea barba, *Scæua* & *Scæuola* & *Læuinus*, qui læua vteretur pro dextra. Fuit & Scapula cognomentum *Corneliorum*. Axilla & Ahala *Seruiliorum*. Denique à crurum vitiis dicti sunt *Vari*; & *Varia*, quibus in exteriorem partem crura flectuntur: *Atta*, qui propter vitium plantis insistunt, & attingunt magis terram quàm ambulant: *Planti*, qui planis sunt pedibus, & nullam habent in medio concauitatem: *Pansæ*, quibus pedes erant lati & pansi: *Planci*, quibus plani: Et *Scauri*, qui talos porrectos & tumentes habebant.

Dens ab edendo dictus Grammaticis. Etiamsi alii, sicut & Isidorus, à Græcis nomen deductum putent, qui dentem ὀδόντα vocant Primi dentes sunt *Præcisores* dicti à *præcidendo*: Sequentes *canini*, quòd referant similitudinem dentium caninorum: Vltimi *Molares*, quia concisa atque confracta à prioribus subigunt ac molunt. Dens Theoninus, qui cessit in prouerbium prodenie maledico, à Theone petulantissimo Poëta est dictus. Similiter *dentata charta* Ciceroni, à dente sumto vocabulo, maledica est & plena aculeis. Macrobius scribit post septem menses primum pueris emergere dentes, post annos septem eos excidere, renatis aliis aptioribus ad cibum comminuendum, eodemque anno absolui integritatem loquendi. Dentis euulsionem primum inuentum ab Æsculapio Arsippi & Arsinoæ non Apollinis filio, legere est apud Ciceronem 3. *de Nat. Deor.*

Derceus Dea, quæ & Δερκετὼ Actesia vocatur, & à barbaris *Atergatis*, eadem quibusdam cum Rhea, nomen Athenæo ferre videtur, *libro 8.* quasi sit ἄτερ γάτιδος, id est, *Syrorum lingua sine pisce*. Diodorus ait *libro 2.* iuxta Ascalonem lacum esse, vbi templum fuerit insignis Deæ, quam Syri vocant Δερκετὼ, *mulie-*

bri facie, reliquo corpore piscis figuram repræsentante, cuius filia Semiramis à columbis sit educata, & idcirco sacras genti esse aues Dea ista (pergam fabulari) pudore simul & dolore compulsa in stagnum se abiecisse dicitur in piscem conuersa. Vnde & Syri piscibus stagni istius abstinent. Meminit eius & Ouidius *Metamorph.* l. 4. & Lucianus *suo de Syria Dea sermone.*

* *Derketo*, quum Syrorum, id est, Philistheorum idolum fuerit, nõ incommoda est eorum sententia qui existimant dagonem & dercetim idem significasse. דג dag, enim piscis est; à *dag.ah*, i. fœcundus fuit: δύκη piscis, Species, δυγνὶς ité, & ζυγνὶς lacertæ genus. A *dag* Hebr. δίκτυ rete in genere tũ piscatoriũ tũ venatoriũ in terra; vnde dyctinna Diana; & per anstrophen ἰχθὺς piscis, quasi ἰγδύς, ac si *dag* in *agad* permutaueris A *daga*, degeto, tandem aliis deketo, & *derketo*. Quicquid sit, Diodorus scribit, Semiramidem natam ex dea Ascalonita, quam derketim, id est semipiscem vocant. Subiiciamus ex Annio quædam quæ ad Dagonis & Dercetis etymon pertinere videntur. *Phorcus Lastrigonis frater detulit per mare colonias, vt Berosus docet. Ob id Phorcum Deum maris [illegible] Græcis fecit fuit huic cognomen Portitor Latine, Porthmeus Græce, & Dagutus Aramicè, id est piscis porcus. Nam piscem dagon, & tum vero porcum Aramæi dicunt, vt exponunt periti Thalmudistæ. Dagutus ergo piscis porcus, i. est Delphin. Nam ob peritiam nauticam & assiduam nauigationem figurate dictus est Delphin ille phorcus.* Hæc Annius. Vide dagon. Nonnullis delphin *Mersouin*, Gall. *Marsouyn*, porcus maris dicitur, tum à figura rostri repandi, tum à grunnitu seu stridore. Lingua (inquit Plinius lib. 9. cap. 8.) huic contra naturam aquatilium mobilis, breuis atque lata, haud differens suillæ. Pro voce gemitus humano similis. Sed hæc satis, adi institutum nostrũ. Hoc addo ex Scaligeri coniectaneis in Varronem. Astartè ea est quæ Astarot in diuinis literis vocatur. Id Phœnicum lingua sonat greges, καὶ τὰ μῆλα, tanquam suspiceris dictam à victimarum multitudine. Ea colebatur à Sidoniis, sicut Dagon à reliquis Phœnicibus & Assyriis. Græcis dicitur Δερκετὼ καὶ Δερκῖτις; nimirum detorta voce à Syriaco *Adardaga*. Significatio à pisce.

Deuerra Dea, *a verrendo* est dicta; venerabantur enim eam vt bene scopis domum vertere posset, *auctoribus Varrone & Augustino*

Deunx pars assis, qui diuiditur in vncias XII. vnde nomen habeat, liquet ex hisce Varronis, *A Duodecim vna dempta vncias Deunx.* Fuit & Deũnx poculi genus, sicut & Sextans & Triens, vnciarũ vndecim, intemperantibus & ebriosis magis, quàm sobriis conueniens. Martialis de seipso & Cinna:

Sextantem poto, tu potas Cinna Deuncem,

Et quereris quod non, Cinna, bibamus idẽ.

Item arguit alterum eius Epigramma de Lusco Bibone ad Aulũ. At Sextans temperatotum fuisse videtur. Nam tradit Suetonius Augustum Cæsarem sextantem bibisse, & sexies tantum admouisse ori in publicis conuiuiis.

Deus. Huius nominis volunt nonnulli esse Græcanicam originem, vt sit dictus Deus, quasi δέος, id est, *timor.* Nam primus in orbe Deos fecit timor, *ait Statius*: Nonne etiam in sacris legimus Deũ esse timendum? Numer. 8. *Dominum exercituũ sanctificabitis, ipse sit timor vester, & pauor vester.* Dauid Psalmo 34. *Timete Dominum sancti eius, quoniam non est defectus timentibus eum.* Est autem Dei timor duplex: Vnus filialis, *vt vocant*, piis & filiis eius conueniens: alter seruilis, qui cum vera charitate consistere nequit: De quo agit *Ioan. 4. sua Epistola.* Alii autem deducunt à Græco nomine θεὸς cuius etymon Grammatici trahunt vel ἀπὸ τοῦ δέος, id est, *timore*, de quo antea, sed non analogicè aliorum iudicio, qui ex θεὸς non δέος Græcè sed *Deus* Latinè fieri

fieri affirment. vel ἀπὸ τοῦ θεῖν, id est, *currendo*, quòd veteres Solem & Lunam, qui motu continuo agitantur, *Deos* vocarent, *auctoribus Eusebio & Eustathio*. Huic sententiæ astipulatur Moschopolus, & addit: θεοὺς γὰρ ἕλληνες τὰ στοιχεῖα ἔλεγον, ἀεὶ θέοντα. Præter hos sunt, qui a dando deriuant. Vnde Homerus Deos vocat *datores bonorum*. Et Iuuenalis: *Nam pro iucundis aptissima quæque dabunt Dij*. Et Seneca Phil. *Quidquid nobis bono futurum erat, Dominus & parens noster in proximo posuit. Non expectauit inquisitionem nostram, sed vltro dedit, nocitura aptissimè pressit*. Porrò alii dictum volunt, ἀπὸ τοῦ θεάσθαι, id est, *contemplando vidende*, quòd omnia oculis eius subiecta sint, vel quòd nihil ei desit. * Alii ἀπὸ τοῦ αἴθειν, ὅ ἐστι καίειν, i. adurere & accendere, deducunt; quòd quicquid est in rebus caloris, vitæ, luminis, Deus hoc, aut immediatè, vel mediatè per causas secundas accendat. Vnde & *Ignis* appellatur, sed non eadem de causa. Aliquando enim propter potentiam suam in perdendis impiis, & propter iram aduersus peccata, vocatur ignis: vt Deuteron. 4. 24. & alibi hortatur Moses populum ad custodienda mandata Domini; causam addens; quoniam (inquit) *Deus tuus ignis consumens est*. Sæpenumero *Ignis* dicitur, propter suam lucidissimam maiestatem. Deus enim lux est, & dicitur habitare lucem inaccessam. Ideo etiam solitus fuit Deus apparere in flamma ignis, vt in rubo ardenti Mosi ostenso. Et populum duxit per desertum in columna ignis. Et in visione Ezechieli ostensa, se in forma ignis patefecit. Deus igitur Ignis appellatur; non vt est ignis elementaris, neque vt ignis stellatum ac cælorum: sed vt inenarrabilis splendor, qui est illius summa Maiestas. Putant nonnulli θεὸν dici quasi θετὸν à θῶ, quod accipitur pro dispono. Et hæc significatio Dei prouidentiam respicit, Sapientiam & omnipotentiam. Alius dicitur θεὸς Ζεὺς, vel a verbo ζῆν quòd omnia viuificet & creatis essentiam, vitam & motum largiatur. vel Ζεὺς quasi Δεύς, à δεύω, i. Rigo: quòd Dei benedictione omnia rigentur, renouentur, & in integrum consetuentur; vnde *Fl..ius* Iupiter Latin... *Aes... a nec pluuios ... ph...* ... *I...*, & Græ... ὑέτιος. A... vocat T... nem, & ciu... get. Indiscrim... Θεὸς cum Ζεὺς pro Ζε... nonnulli à Δὶς δὶς, ἐν διά, ... (qui Ζεὺς pro Δὶς vsurpauere Deum Latinis dictum putant. Ζεὺς item nonnulli originem habet à ζέω, i. feruco, quòd Deus sit ignis consumens, vt paulo antea obseruauimus. Omnibus his sese opponunt, qui Deum ab Hebraica voce *Dai*, i. *sufficientia*, depromunt. Nam hinc dictus *Sadai*; quòd apud eum solum sit αὐτάρκεια. Animaduertendum porrò & illud, apud plurimas gentes quatuor literis hanc vocem efferri & pingi. Hebraicè enim dicitur יהוה, Græcè θεὸς, αὐδὸς, Latinè *Deus*, Gallicè *Dieu*, Hispanicè *Dios*, Belgicè *Godt* Germanicè *Gott* Deli Chaldæis, *teste Philone in biblicis antiquitatibus*. Vt non parua suspicio sit factum hoc Hebræorum imitatione, qui lingua vtuntur omnium prima & antiquissima. Deum equidem esse constat ex sacris literis, ex eius operibus, ex consensu populorum, ex veterum cum Philosophorum tum Poetarum scriptis: At quis ille & qualis sit Deus, quis vnquam inquirere potuit? Plinius hic *lib. 2. cap. 7.* prorsus delirat. Non minus insanit & Epicurus μονόγραμμον Deum fingens, quippe nulla rerum humanarum tangatur cura. *Si me roges*, inquit Cicero 1. de Diuinat. *quid sit Deus, aut qualis sit, auctore vtar Simonide, de quo cum quæsisset hoc idem Tyrannus Hiero, deliberandi causa sibi diem vnum postulauit. Cùm idem ex eo postridie peteret, biduum petiuit. Cum sæpius duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero quæreret, quid ita faceret? Quia quanto,*

inquit, diutius conſidero, eo mihi res videtur obſcurior. In eam quoque ſententiam dixit Plato in Timæo: θεὸν εὑρεῖν οὐ ῥᾴδιον, νοῆσαι δὲ ἀδύνατον. Definit tamen alias mentem æternam & cauſſam boni in natura. Quibus verbis ſeparat à Deo naturam? Id quod faciunt & alii, inter quos in Paradoxis Cicero hoc modo. *Tu cum tibi ſiue Deus, ſiue mater (vt ita dicam) rerum omnium natura dederit animum, &c.* Melius Seneca, qui, *affirmante Lactantio*, nihil aliud vidit eſſe naturam, quam Deum. Atque hæc de illa mente, quæ ſuperat captum mentis.

Deuteronomium quinque librorum legis vltimus Hebræis ſecundam aut poſteriorem legem δεύτερον videlicet νόμον ſignificat. Septuaginta משנה תורה, cuius 8. Ioſuæ fit mentio reddiderunt δευτερονόμιον.

Dextans decem vncias complectens, quaſi *demto ſextante* dictus Varroni. Fuit & poculi genus, de quo vide Deuncem.

Diabetes renum paſſio, in qua tenue albumq; lotium confertim & citò profluit, ob vehementiſſimam eorum vim attractricem, idque ſine tinctura, Theophilo *lib. de vrinis* ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν dicitur, quod eſt tranſire aut permeare. Non aliter enim perlabitur lotiũ, quàm aqua traducitur per ſiphonem, quem mechanici vocant διαβήτην, *teſte Columella*. Appellatur & hic affectus διψακὸς, vel ὕδρωψ ἐς ἀμίδα, id eſt, *aqua intercus ad matellam*.

Diabolus, qui & *Princeps huius mundi* appellatur, *poteſtas tenebrarum, Malignus*, πονηρὸς, *Cauda Leonis, rugiens Leo, Tentator, Leuiathan, antiquus ſerpens, & Satan*, id eſt, *aduerſarius*, à Græcis accepto nomine, ἀπὸ τοῦ διαβάλλειν deſcendit, ſiue quòd nos perpetuò coram Deo & conſcientia noſtra accuſet, *vt in Iobi hiſtoria habetur*, ſiue quòd fictis criminibus electorum & fratrum innocentiam calumnietur, vel potius accuſet, ferens ita inimicitias, & homines à veritate abducens. Vt verus ille ſit ſycophanta ſi quis alius. Vnde Euſtathius: τὸ διαβάλλειν ſυκοφαντικὸν ἔχει τὸν νοῦν. Placet hæc nominis origo veteribus ſimul & neotericis, atq; adeo Eraſmo. Quo mirum videri queat cur Budæus aduerſarium reddiderit. Dicitur quidem ἀντίδικος, id eſt, *aduerſarius* in ſacris literis, vt & *ſerpens*, aliaque ipſi nomina tributa paulò ante iam dixi: Nec tamen ideo Diabolũ rectè ſerpentem interpreteris. Vis eſſe tutus ab eius inſidiis? Triſmegiſtum audi: μία φυλακὴ εὐσέβεια, *vna & ſola cuſtodia pietas*. Quin idem ſubdit: θεὸς γὰρ ῥύει εὐσεβῆ ἐκ παντὸς κακοῦ.

Diacodion, ἀπὸ τοῦ κωδείας, id eſt, *papauere*, ex quo fit, deſcendit. Sic *Diamoron* ex ſucco mori nomen ſumpſit, vt opus haud ſit de aliis eodem modo compoſitis medicamentis ex medicorum ſchola quidquam adiicere.

Diaconus, vox Græca, ſimpliciter quẽcunque miniſtrum ſignificat, in ſacris literis eum, qui pauperum habet curam, non ſolùm ἀπὸ τοῦ διακονεῖν, id eſt, *miniſtrando*, verùm etiam, ſi credimus Euſtathio & paulò longius aciem intendimus, à puluere, qui eſt κόνις & κονία, deduci poterit. Sed & κονεῖν quandoque idem, quod in *pulueribus deſudare*: Inde διακονεῖν, qua voce Lucas Apoſtolus vtitur pro *cõtinuali miniſterio*. Sic Matthæus 22. & Ioannes *ſecundo capite*, nomine Diaconi vtuntur pro eo, *qui menſæ miniſtrat*. Quo mirum haud ſit, quod tradunt alii, generale eſſe Diaconorum nomen interdum, vt & Epiſcoporum, imò Presbyterorum. Vide Paulum 1. *Philipp.* qui & *Roman. 13.* Magiſtratus appellat modo τοῦ θεοῦ διακόνους, modo λειτουργούς. Inſpiciendum & can. *Diaconi, Diſtinct. 92.* vbi huius rei veſtigia apparent.

* *Diaconus* vox originem trahit à puluere & ſudore, vt ex Euſtathio obſeruatum eſt. Hinc κονεῖν idem quod ὑπηρετεῖν, ſeruire, & in pulueribus deſudare. Hinc κονίσσω idem quod παλαίσσω. Inde fluit

διακο

διακονέω & διάκονος, seruus ac minister, qui μέχρι τῶν κονιῶν κονεῖ, id est, vsque ad sudores; pulueruleritos desudat. Ex quo colligim[v] Diaconos olim dicta mácipia: quia diaconi sordida & seruilia munia heris suis expedirent, quamquam postea ad honestiora iidem adhibiti sint. Nam magistratus, vt & ministri Ecclesiæ, diaconi dicuntur, & pii omnes insigniũtur hoc nomine, quo vocationum Deo probatarum difficultas declaratur. Græci describunt Diaconum, vt sit ὁ αὐτοχειρ ὁ δουλεύων, qui sponte seruiat. Alii ὁ διαφέρων τὰ κελευόμενα, quod intelligo de secretis dominorum suorum ad amicos deferendis, vt essent quasi viuæ epistolæ. Hebr. משרת *Meschareth*, à verbo שרת *Schereth*, ministrauit in templo & cultu diuino, seruiuit liberaliter & prompto animo. Plerumque de ministerio hominum liberorum & de rebus Ecclesiasticis intelligitur. Nã עבד *Abadh* de mancipioru seruitute accipiunt.

Diadema, fascia à διαδέω quod est *cingere, circumligare*. Quippe regij capitis redimiculum erat. Itaque apud Ammianum legimus obiectum fuisse Pompeio à suis obtrectatoribus, quòd regiæ maiestatis affectaret insignia, cùm vlceris tegendi gratia candida fasciola crus obligasset aliquamdiu. Nihil enim interesse dicebant, quam quis corporis partem hoc regio insigni redimeret. Plutarchus scribit, *libro de Alexandri virtute*, Tigranem Armenium candidam fasciã regni insigne abiecisse ad pedes Pompeij, & ita regnum in prędam concessisse. Legimus & Alexandrum ipsum olim diadema sibi demsisse caussa vulneris obligandi, quo Lysimachus vulneratus fuerat in fronte: id quod Lysimacho regalis potestatis auspicium fuisse produnt auctores. Regum etiam Persarum Cidarin cærulea fascia, albo tamen colore distincta, circumibat. Huiuscemodi fasciolæ inuentor dicitur Bacchus. Sed apud Romanos primus Aurelianus istam capiti innexuit, *vt scribit Aurelius Victor*. Atque hinc est, quòd cum Isidoro facere non possim, cum dicit, esse diadema ornamentum capitis matronarum ex auro & gemmis contextum, quod in se circumactis extremitatibus retro astringitur.

Diæta, locum domus significat, vt apud Sidon. in Epist. cum ait: *Ex triclinio in Diætam siue cœnatiunculam fit transitus*, ἀπὸ τοῦ διαιτᾶν, id est, *conuiuiis*, in ea paratis nomen accepit: vel (vt alij volunt à διαιτάομαι, id est, *viuo* vel *versor*. Meminit eiusdem Suet. Claud. cum inquit: *In diætam cui nomen est Hermeum, recesserat*. Similiter diæta apud medicos, id est, *viuendi norma* & ratio, ab eadem verbi origine descendit. Vnde διαιτητικὴ *medicinæ pars victus ratione morbos profligans*, nec vltimo loco habendo, etiamsi à multis imprudenter & oscitanter omittatur.

Dialectica, cuius studium cognitionẽque primum tetram, aspernabilem & insuauem esse dicit Agellius. verùm vbi aliquantum processeris, dilucere in animo eius emolumentum, & sequi discendi voluptatem insatiabilem. Isidoro inde est nuncupata, quod disputet de dictis. Nam λέξις Græcis, est dictio Latinis. Rectius illi, qui παρὰ τὸ διαλέγεσθαι, quod est *disserere*, vel secundum Platonem λόγῳ χρῆσθαι, deducunt. Sicut enim *Astrologia*, quod astrorum scientiam tradat, est dicta: *Geometria*, quod terram metiatur eiusque naturam describat: *Arithmetica*, quod numerorum rationem doceat: ita equidem necesse esse arcessere nomen hanc artem à disserẽdo, quod διαλέγεσθαι est Græcis. Quod quia isti præstare non possunt, qui carent ratione, vt & τὰ ἄλογα, vel, inquam, rectius agant, qui commodè vtuntur ratione; optimè hoc verbum λόγῳ χρῆσθαι interpretatus est ille, qui post homines natos optimus Philosophus haberi & dici potest. Iuxta præcedens etymon ergo dialecticus disputator, διάλεξις *disputatio*, διαλεκτικὴ prudentia disputandi, nominari queat. Scribit & Alexander τὸ δια-

λεκτικὴ λόγους ποιεῖται ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει ἀπὸ γὰρ τούτου καὶ ἔλαχε τὸ ὄνομα αὐτῆ, Dialectica differt interrogando & & respondendo: Ex eo enim nomen adepta est. Ad hanc porro nominis originem, & eiusdem Platonicam explicationem alludunt, aut potius accedunt pleræque veterum & Neotericorum definitiones, vel eorundem descriptiones. Cicero enim 2. de Oratore artem bene differendi definit. Idem in Bruto artem esse dicit, quæ docet rem uniuersam distribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, ambiguam primum videre, deinde distinguere, postremo habere regulam, qua vera & falsa iudicantur, & quæ quibus propositis sint, quæque non sint sequentia. Quod ipsum cadit inter animalia in hominem tantum recte ratione vtentem. Rursus ad Trebatium dicendi differendique rationem appellat. Quin τὸ διαλέγεσθαι, vnde Dialectica nominatur, & differere, vnum idemque valent, vt ait Perionius Orat. 2. aduersus Ramum. Posidonius olim definiuit verorum & falsorum neutrorúmque scientiam: Zeno scientiam veri & falsi. Augustinus scientiã argumentandi, diuidendi, definiendi, non ab hominibus pro arbitrio institutam, sed in rerum ratione compertam. Idem contra Academicos lib. 3 cap. 13. hanc scientiam veritatis appellat, & ad omnem sapientem pertinere dicit. Quinimo ipsam sapientiam appellat Dialecticam, aut sine qua sapientia esse non possit, At vnde potius & melius ad hunc cœlestis flammæ radium pertingendi facultas datur, sapientiam dico, quàm disputando, differendo, conferendo? Vt enim ictu silicũ elicitur ignis, ita differendo absque affectu prauo aperit se veritas. Quapropter sapiẽtiæ symbolum statuerunt barsel, id est, ferrum, sapientes Hebræi. Et rectè Plato rerum vmbras eos videre dixit, non res ipsas, qui Dialecticam ignorant, quæ est ὄργανον ὀργάνων Aristoteli, καὶ ἐξεταστικὴ πρὸς τὰς ἁπασῶν τῶν μεθόδων ἀρχὰς ὁδὸν ἔχουσα.

Dialectus, id est, idioma & linguæ cuiusque proprietas, à διαλέγομαι, quod est dissero, loquor, sermocinor, deriuationem habet. Antiquissima, & omnium aliarum mater, quæ paucis radicibus sed omnium significantissimis & absolutissimis, sapientum iudicio, cõstare dicitur, Hebræa est, ad quam accesserunt multæ Orientales, tanquam riuuli ex fonte, Syra, Ægyptia, Phœnicia, Arabica, Chaldæa, Persica, &c. Sunt verò Dilecti Græcorum, Ionica, Dorica, Æolica, Attica, Communis. Ionica dicta à Ione Iouis filio, quemadmodum scribunt Poetæ, qui à seipso nomen dedit huic linguæ, cùm in eam Græciæ partem commigrasset, vrbesque condidisset. Vsi sunt ea antiquissimi Poetæ, Homerus, Hesiodus, & inde Herodotus, Hippocrates, Archilochus, Anacreon. Dorica, qua sunt vsi Dores, iuxta Parnassum & fluuium Asopum, scripsit Theocritus, ante Theocritum Pindarus, Tarentinus Archytas, Simonides, Bacchylides, Cypselas, Alcman & Sophron. Aeolica ab Hellenis & Pyrrhæ filio dicta vsi fuerũt Alcæus & Sappho. Attica Dialecto qua sunt olim Athenis locuti & in Attica regione, ediderunt monumenta ingenij sui Dionysius Halicarnassæus, Demosthenes, Isocrates, Thucydides. Aristophanes, Xenophon, Plato, & similes. Dictam eam nonnulli volunt ab Atthi filia Cranai, qui Atticæ regionis rex fuit, diuiditurq; in antiquam & nouam: Subdiuiditur in Chalcidem, Bæotiam, Cypriam & Pamphylicam. Communis denique, qua cõmuniter & vulgo vtebantur. Omnium autem elegantissima habetur Attica: Vnde & Atticus lepos, & Attica Musa prouerbij loco cesserunt.

Dialis Flamen, qui inter quindecim flamines maximæ erat dignitatis, primum constitutus à Numa, vt assiduè Ioui esset præstò, eique sacra faceret, iuxta Varronem dictus à Ioue, vel (si ita placet) ἀπὸ τοῦ Διὸς, à quo vita dari putabatur hominibus. Incedebat is veste insigni amictus, & ornatus albo galero Sella vtebatur cu-

batos catuli. *Fabam*, inquit Festus, *nec tangere, nec nominare Flamini Diali licebat, quòd ea ad mortuos pertinere putaretur.* Certe in sacris illis, *quæ Lemuria* vocabant, solebant noctu iactare fabas. Idem non vehebatur equo, nec licitum erat ei exercitum videre armatum, aut iurare, aut annulo vti, qui peruius non esset, aut hederam, capram, incoctamque carnem attingere. Sed nec fas erat illi sine apice versari sub dio, aut propagines è vitibus altius prætentis succidere, nodum in illa corporis parte habere, aut intimam tunicam exsuere, nisi in tectis locis, ne sub cœlo foret nudus, tanquam sub oculis Iouis. Crinem Dialis tondebat nemo, nisi qui liber esset. Præsegmina cum vnguium, tum capillitij subter siliquam arborem (alij legunt *felicem*) operiebantur terra. Si quis vinctus eius ædes intrasset, hunc solui erat necesse, & vincula per impluuium in tegulas subduci. Si quis verberandus procidisset ad eius pedes suppliciter veniam petens, hunc eo die verberari piaculum erat. Plutarchus scribit *quæstion. Roman. quæst.* 109. non licuisse flamini Diali tangere farinam, quod alimentum eius sit imperfectum & crudum: Fermentum verò, quòd ex corruptione sit natum, ipsamq; adeo farinam, cui miscetur, ita corrumpat, vt languidior fiat.

Dialogus, ὅτι δύο λέγουσι, propriè nõnullis dictus videtur. Sed cùm plures aliquando introducantur, & proinde latius accipiatur vox ista, placet aliis deriuari ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι quod *disserere* & *sermocinari* significat: Vt Dialogus Latinis *sermocinatio* sit, aut *disputatio*. Laertius in vita Platonis dicit *esse Dialogum compositum ex interrogatione & responsione ea de re, quæ Philosophiam, vel Reipub. partes attingat, cum decenti & congrua personarum expressione, & verborum accurata compositione.* In quo genere scribendi primum scripsisse Alexandrum Scyræum testis est Aristoteles *lib. de Poetica.*

Diana, syluarum, nemorum viarum Dea, Iouis & Latonæ filia, eodem cum Apolline partu edita in lucem, *vt habent Poetæ*: apud Superos *Luna*, apud inferos *Proserpina*, dicta videtur Macrobio a *Iana*, quæ Varroni est *Luna*: Aliis ἀπὸ τοῦ Διὸς, id est, Ioue quasi sit *Iouiana*: Nonnullis à deuiando, quasi sit *Deuiana*, propter studium venationis, in qua homines sæpe aberrant, vel quasi sit *Demiana*: Aut denique παρὰ τὸ διαίνειν τοῦ βρέχειν, ab *humectando* & *irrigando*. Vnde πολύμαστος dicta, *quasi Multimammia, omnium nascentium animalium nutrix*. Cognomina eius omnia non est quod proferam, Tauricæ atque Ephesiæ Dianæ nominibus tantum contentus. *Taurica* dicta est à Taurica regione, quæ in Scythia est sita, *auctore Plinio*. Huius populi immolabant & Deę hospites qui eo forte apulerant, magna immanitate, & ipsa capita parietibus affigebant. Vnde Mela: *Immanem famam habent, solere pro victimis aduenas cædere*. Sæuam itaque appellat Valerius Flaccus. Huic Agamemnon in Aulide mactauit filiam, aut certe mactasse creditur: Sic Teucer humanam hostiam immolauit Ioui apud Salaminem Cypri, vt & Saturno oblata fuit in Latio iuxta malè intellectum Oraculi versum: καὶ κεφαλὰς κρονίδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα, & Moloch in valle Gehennon. Tales hominum mactationes proculdubio inuexit Diabolus, internecinus humani generis hostis, à cuius præstigiis, astu & laniena liberet nos Omnipotens Deus per Christum. *Ephesia* nominata est Diana ab Ephesо vrbe Lydiæ, vbi templum habuit ducentis viginti annis à tota Asia factum in solo palustri, ne terræ motus sentiret. Ne autem tantæ molis fundamenta in lubrico parum essent firma, primò ea substrauere carbonibus, inde lanę velleribus. Centum viginti septem columnis suffultum erat, quæ omnes altitudinem sexaginta pedum obtinebant. Trabes erant cedrinæ, simulacrum Deæ vitigineum, multis adiectis foraminibus, ex

quibus

quibus nardus fluebat, vt medicatus humor aleret & contineret iuncturas: Ex cupresso constabant valuæ, nec nisi scalis ascendebant ad templum. Architectus eius fuisse dicitur Ctesiphō. Sacerdotes eius fœminas virgines esse oportebat, ac mares euiratos atque Eunuchos, qui, *Megalobyzi* dicebantur, vt à Strabone mandatum literis *libro 14.* vbi de templo Ephesio hæc habet: ἱερέας δ' εὐνούχους εἶχον, οὓς ἐκάλουν μεγαλοβύζους, καὶ ἀλλαχόθεν μετιόντες ἀεί τινας ἀξίους τῆς τοιαύτης προστασίας, καὶ ἦγον ἐν τιμῇ μεγάλῃ. συνιερᾶσθαι δὲ τούτοις ἐχρῆν παρθένους. Itaque templum idem παρθένων appellatum à veteribus inuenias, sicut Dea ipsa παρθένος in *Platone Comico apud Athenæum*, vbi agit de mullo. Sane de puellis virginibus Dianæ sacris addictis testatur, & Aristophanes in Nubibus, his verbis: ἥ τ' Ἐφέσου μάκαιρα πάγχρυσον ἔχεις οἶκον, ἐν ᾧ κόραι σε Λυδῶν μεγάλως σέβουσι. Tādem vero Herostrati scelere conflagrauit ea ratione, vt pareret sibi famæ æternitatem, restauratumque fuit collatis mulierum ornamentis.

Diapasma, ἀπὸ τοῦ διαπάσσειν, quod est *inspergere*. Et quippe medicamentum, quod ad coercendos sudores corporibus inspergi solet. Plinius *libro 13. cap. 1. Siccis odoribus constant, quæ Diapasmata vocantur.* Martialis libr. 1. Epigramm. *Quid quod olet grauius mixtum Diapasmate virus:* vbi siccos intelligit odores, qui, *vt idem Plinius testatur lib. 21. cap. 19.* à balneis solebant inspergi, vt inarescerent corporibus. Cadunt sub hoc nomē pulueres illi, quos *Cyprios* vocant, eaque adeo composita omnia, quæ ex siccis odoribus fiunt sine oleo, aut alio liquore, ladano, & similibus.

Diarrhea, alui profluuium (absque tamen intestinorum exulceratione) quo vacuatur pituita, vel bilis, altera syncera aut pituitæ permixta, otiens autem ex *Anorexia* ventriculi interni multitudine humorum aut qualitate maligna deprauati, foti, nomen adepta παρὰ τὸ διαῤῥεῖν, quod *perfluere* vel *diffluere* significat.

Dictator, qui Romæ summam & semestrem rerum potestatem habebat, & testibus Liuio, Eutropio, Eusebio, Anno ab V. C. CCLII. Primum creatus fuit sedandæ seditionis & rei bene gerendæ caussa, cùm omnes Latini, auctore Octauio Mamilio, bellum Romanis mouerent, & proinde in magnis angustiis constituta esset Respublica, est appellatus, *auctore Varrone, libro quarto, de ling. Latin.* quòd à Consule diceretur, vel quòd eius dicto omnes audientes essent, quod & Plutarchus, & Dionysius, & Liuius docent. Dicebatur autem à Cōsule tempore nocturno ex Senatusconsulto, *vt docet Liuius libro nono.* Vnde Fabius Maximus, qui cunctando rem Romanam restituit, cùm esset dictus à populo Romano, cui creandi Dictatorē potestas non erat, non habitus fuit Dictator legitimus, verùm pro dictatore. Fenestella scribit ex Varronis auctoritate, esse appellatum Dictatorem, quod futuros Magistratus dictitare sit solitus. Primus Dictator fuisse dicitur T. Largius, vel Lartius (vt alij legunt) Consul. Habebat ille lictores & vniuersa Regū insignia, alioque nomine Magister populi est dictus. Apud Græcos similis huic erat αἰσυμνήτης, vt apparet ex Plutarchi Marcello. Qui vero proximam à Dictatore potestatem habebat, Magister equitum est appellatus, *testibus Varrone, Seneca, Cicerone, Liuio, Dionysio, Festo Pompeio.* Et quanquam imminentibus maximis periculis solitus fuerit creari Dictator, tamen notandum aliquando etiam creatum eum claui figendi gratia vt prolixè Liuius *libro septimo*, testatur. Nec omittendum, etiamsi regulariter semestris eius potestas fuerit, aliquando tamen prorogatum fuisse hunc Magistratum ad annum, vt contigit Camillo, cùm iterū esset Dictator, & bis L. Papyrio Cursori, & Q. Fabio Maximo.

Dictynna, verè appellata Diana, nō Pallas (etiamsi hanc ita nominet Nicander in Alexipharmacis) nomen arcessit à retibus, quæ δίκτυα sunt Græcis. Britomartis enim Dea, quæ cum Dictynna est eadem, & Dianæ consuetudine est vsa, retia ad venandum inuenisse creditur, *auctor: Diodoro*, qui simul reiicit eorum opinionem, qui dictam eam putant hoc nomine à retibus piscatoriis, in quæ illa sese proiecit, Minoe (*vt fabulantur*) insequente concubitus gratia. Quod autem Diana hoc etiam nomine appelletur, in caussa est intima eius & familiaris (*vt paulo ante dixi*) cum Diana consuetudo. Phurnutus *libro de Natur. Deor.* scribit nominatam, ἀπὸ τοῦ δίκειν (ὅ ἐστι βάλλειν) δεῦρο τὰς ἀκτῖνας, quod iaciat huc radios: vel ἀπὸ τοῦ διικνεῖσθαι τὴν δύναμιν αὐτῆς εἰς πάντα ἐπὶ τῆς γῆς. quod eius potestas permeet oīa quæ sunt in terra. His nihil obstātibus, non solùm *Dictynna*, vt est Dea singularis, sed & ipsa Diana à retibus *Dictynna* ritè vocata videri queat. Est enim venationis Dea Dicta eadem ἀφαία παρὰ τὸ ἀφεθῆναι, maximà ab Æginetis. Vnde Hesychius: ἀφαία, δίκτυννα, ἄρτεμις. De his omnibus rectè Pausanias in Corinthiacis, cuius verba subiicio: χαίρειν δὲ αὐτὴν δρόμοις τε, καὶ θήραις, καὶ ἀρτέμιδι μάλιστα φίλην εἶναι. μίνω δὲ ἐρασθέντα φεύγουσα ἔρριψεν ἑαυτὴν εἰς δίκτυα ἀφειμένα ἐπ' ἰχθύων θήρᾳ. ταύτην μὲν θεὸν ἐποίησεν ἄρτεμις. σέβουσι δὲ οὐ κρῆτες μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰγινῆται, λέγοντες φαίνεσθαι σφίσιν ἐν νήσῳ τὴν βριτόμαρτιν. ἐπίκλησις δὲ οἱ παρά τε αἰγινήταις ἐστὶν ἀφαία καὶ δίκτυννα ἐν κρήτῃ. Plura de ea vide apud Strabonem 10. *Geographiæ*.

* *Dido* Carthaginis conditrix & regina, rogo matrimonium secundū dedit, teste Tertull. ad apologet. finem. Et lib. de Monogam. Regina Carthaginis profuga, & in alieno solo & tantæ ciuitatis cùm maximè formatrix, cùm regis nuptias vltro optare debuisset, ne tamen secundas experiretur, maluit vri quam nubere. fabulas itaq; de ea texuit & Virgil. lib. 4 Æneid. Didonis nomen verū fuit אלישה *Elissa*, q.d. Dei mulier, heroina, mulierum præstantissima, *Dido* דידה est [illegible] nutricum. Eius masculinum est דוד *Dauid*. Seruius F. Medii: *Dido vero nomine Elissa antea dicta est: sed post interitum à Pœnis Dido appellata fuit, id est virago, Punicâ linguâ.* Certè Punica lingua tunc pene erat Hebraica. In Hebraismo autem Dido nihil tale significat. Sed Græci & Latini de peregrino sermone satis multa preposterè comminiscuntur. Hæc eruditiss. Scaliger.

Dies dictus, quod diuini sit operis, inquit Festus, siue ab Ioue eius, *vt putabant*, rectore, quem Græci Δία appellant (sic enim legendum arbitror) siue quòd aër diurnus dehiscat in candorem. Diuidi solent dies ab auctoribus ita, vt eorum alii sint Astronomici, alii Politici, id est ciuiles. Sunt enim πολίται ciues, qui alio atque alio modo eos in vsu habent. Astronomicorum porrò alii sunt Naturales, qui constant 24. horis, quod quidem internallum est naturale, cum eo spatio, adiectis scrupulis 4. integer æquinoctialis conuertatur cum tanta portione: quanta arcui eclipticæ respondet, quem proprio motu sol interim peragrat, & alii *Artificiales*, qui eo temporis spatio definiuntur, quod Solis ortum & occasum interiacet. Sunt & Politicorum initia diuersa. Nam Athenienses incoatunt diem à Solis occasu, vt & Iudæi; Chaldæi & Babylonii à solis exortu; Ægyptii & Romani à media nocte, Vmbri à meridie Addo iam partes, quas Ciuili diei tribuebant veteres. Habuerunt autem eas Romani primùm duas, quippe ante meridiem, & post meridiem, *test[illegible]e id [illegible] forino capit. decimonono de die Natali.* Alii postea diuiserunt in quatuor partes: Vnde *Vi[illegible]a prima, secunda, tertia, quarta.* Tandem plura diei noctisque tempo-

ra notata, & propriis nominibus diſcreta, eo quod horæ ipſis primum non eſſent in vſu. *Media* ergo *nox* tempus erat primum; Alterum, *mediæ noctis inclinatio*, Tertium *Gallicinium*, Galli cantus; quartum *conticinium*, quod tum conticeſcerent Galli; quintum *diluculum*, cùm incipit dignoſci dies; ſextum, *mane*, quod à manando vult dictum Varro quod tum ab oriente manet dies; ſeptimum, *tempus antemeridianum*, quod deſignantes Græci dicebant πληθυούσης ἀγορᾶς, *conuenientibus ſcilicet tum in comitium viris*; octauum, *meridies*, quod tempus ſignificare voluit Homerus, cum dixit, ὄταρ δρυτόμος ἀνὴρ δόρπον ἐπλίσσατο; nonum tempus *Pomeridianum*; decimum, *ſolis occaſus*, quem Decemuiri in legibus ſuis *ſupremam tempeſtatem* nominauerunt, Solon ἔσχατον ὥραν; vndecimum *veſperum*, quam βουλυτόν dixerunt Græci; duodecimum *crepuſculum*, quod res incertæ *creperæ* dicantur, idque tempus noctis an diei ſit incertum exſiſtat; decimum tertium, *primafax*, quòd tum lumina accenderent antea; decimum quartum, *concubia nox*, quòd tum cubitum iretur; decimum quintum, *nox intempeſta*, id eſt, nox multa, quia nihil agi eſt intempeſtiuum; decimum ſextum, *inclinatio ad mediam noctem*. Diſtinguebant porro dies in Feſtos, Profeſtos, & Interciſos ex Numæ auctoritate, *vt tradit Macrobius*. Feſti erant Diis dicati, Profeſti hominibus ad rem publicam priuatamue adminiſtrandam conceſſi, quòd ſint procul à numinis diuini religione, ſic appellati, *vt tradit Feſtus*. Illos Cornelius Tacitus ſacros, hos vocat negotioſos. Interciſi autem erant Deorum hominumque communes. Quibuſdam enim eorum horis ius dicere fas erat, quibuſdam non erat. Feſtis inerant ſacrificia, epulæ, ludi, & feriæ, quarum aliæ erant publicæ, aliæ priuatæ. Publicæ erant aut Statiuæ, aut Conceptiuæ, aut Imperatiuæ, aut Nundinæ. Statiuæ vniuerſo populo communes certis & conſtitutis diebus, in Faſtis erant notatæ, & ad eas referuntur *Agonalia*, *Carmentalia*, *Lupercalia*. Conceptiuæ erant, quæ quotãnis à Magiſtratibus vel ſacerdotibus cõcipiebantur in dies certos, vel incertos, quales ſunt feriæ *Latinæ*, *Sementinæ*, *Paganalia*, & *Compitalia*. Imperatiuæ erant, quas Conſules imperabant pro poteſtatis arbitrio. Nundinæ erant Paganorum, quibus conueniebant propriis negotiis vel mercibus prouiſuri. Sciendum tamen publicas ferias ſolitas fuiſſe indici & proclamari ſingulis menſibus à rege ſacrorum, & à prætore. Porrò profeſtis inerant *Faſti*, *Comitiales*, *Comperendini*, *Stati*, *Præliares*. Faſti erant, *teſte Varrone*, per quos Prætoribus verba quædam legitima ſine piaculo fari licebat, ſiue in quibus ipſum ius fatur, id eſt, dicitur, *vt ſcribit Priſcianus*. Verba illa ſolemnia erant, *Do*, *Dico*, *Addico*. *Do*, inquam, poteſtatem citandi: *Dico*, id eſt, pronuntio ſententiam in ea cauſſa, quam cognoui: *Addico*, ſi quis in iure cedat. Fiebat autem ceſſio hoc modo: *Hunc ego hominem ſiue hanc rem ex iure Quiritum meam eſſe dico*. Deinde prætor interrogabat eum, qui cedebat, *an contra vendicaret*: quo negante aut tacente, ei, qui vendicauerat, rem addicebat. Sanè Feſto auctore addicere eſt, *idem dicere, vel approbare dicendo*. Inde addicti dicebantur veteribus, qui Prætoris pronuntiatione & iuſſu, cùm ſoluendo non eſſent, creditoribus vendebantur, quos & annexos vocabant. Iam verò Faſtis contrariis dies erant Nefaſti, per quos tria verba ſilentur, vt canit Ouidius, ſciendumque ad rem militarem nihil attinuiſſe, vtrum Faſtus vel Nefaſtus eſſet dies, ſed ad ſolas priuatas actiones id reſpexiſſe. Comitiales dies erant, quibus cum populo agi licebat, quod Faſtis prohibitum erat, quibus tamen lege licebat agere, iuxta illud: *Faſtus erit per quem lege licebit agi*. Comperendini dicebantur

cebantur, quibus vadimonium dicere concessum erat: Stati, qui iudicii caussa instituebantur cum peregrino. Præliares, quibus res suas repetere vel hostem lacessere fas erat, à quibus Iustos nempe continuos triginta dies, quibus vexillum rufi coloris propositum erat in arce, segregat Macrobius. Neque hic silentio prætereandum (ne negligentia peccemus) Fastos dies in Kalendario notatos fuisse litera F. Nefastos litera *N*, sicut *EN*, intercisi vel *endotercisi*, vt loquebantur veteres. Græci eos diuiserunt in *ἐνέργους καὶ ἀέργους ἡμέρας, καὶ ἀποφράδας, καὶ ἑορτασίμους*: aut ab æquatione temporis solaris & lunaris in *προσθεντὰς ἡμέρας, ἐπακτὰς ἐξαιρεσίμους, ὑπερβάτους, ἐμβολίμους, ἐπαγομένας, περιττάς*, de quibus eleganter Iosephus Scaliger *de emendat. tempor. libro primo, capit. de diebus.* Præter has distinctiones video etiam receptam apud veteres eam, qua alii dicebantur Atri, hoc est, impediti, religiosi, & tristi omine infames, alii non Atri. Diebus atris nusquam exibant, non peregre se conferebant, non operabantur sacris, nec fas putabant tum Iouem, aut Ianum, aut Supernum quemquam profari. Sequebantur illi Calen. Idus & Nonas, & dicti quoque sunt Allienses, quod Q. Sulpitius militum tribunus pugnaturus ad Alliam aduersus Gallos, id quod male cessit, dimicandi gratia postridie Idus rem diuinam fecisset. De qua re copiose Verrius apud Agellium *libro quinto, capite 17.*

Diespiter est Pluto quasi *Diris pater*, quem alii *Orcum* vocant. Isidorus. Sed secundum Agellium *Diespiter* est Iupiter, id est, diei & lucis pater, quod perplacet mihi. Nam & Lucetius is dictus fuit à luce, *vt Seruius scribit*, vel quia lucis est caussa, vt habet Festus. Et Ennius: *Aspice hoc sublime candens, quem inuocant omnes Iouem.* Veteribus enim Iupiter erat Æther, vt Luno aër.

Diffarreatio, genus sacrificii, quo inter virum & mulierem dissolutio fiebat, *vt Festus obseruat*, idcirco sic dictar quod fieret farreo adhibito libo, nempe confarreationi contraria, qua contrahi solebat matrimonium, farreo libo facta in manus conuentione.

Digitus. Digiti vocati, inquit Isidorus, quod sint decem, vel quod decenter sint iuncti. Primus est *pollex*, quod inter ceteros polleat robore & dignitate, sic dictus Non minus enim, quam tota manus, semper is in officio est. Imò est velut vice alterius manus. Qua de caussa *ἀντίχειρ* appellatur à Græcis. Sunt & inutiles bello, quibus pollices abscissi fuerint, quod quidem Athenienses spectasse videntur, cùm Æginetarum iuuentuti pollices præciderent, nec populus classe valens in naumachiā seu nauale prœlium secum vnquam descendere posset. Hunc, cùm fauemus & bene volumus, premere dicimur, *vt scribit Plinius libro 28.* Ascensum & fauorem alienæ victoriæ exprimebat etiam pollex sublatus. Vnde Horatius: *Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludum.* Proximus pollici est *index* sic dictus, quod eum indicando & demonstrando porrigamus Persius: At *pulchrum est digito monstrari, & dicier hic est.* Idem erat silentii signum, si ori esset appressus Hinc Apuleius 1. Metamorphos. *At ille digitum à pollice proximum ori suo admouens, & in stuporem attonitus, tace, tace, inquit* Indicem qui sequitur *medius* dicitur, *obscenus, impudicus, infamis.* Diogenes. ergo, cùm hospites aliqui anxie Demosthenem videre & cognoscere vellent, ostendit eum medio digito indicis loco porrecto. Quartus est *annularis*, quod in eo annulus gestetur, sic dictus. Cur autem is præ reliquis annulo est insignitus? Proditum est ab Aegyptiis, tenuem arteriæ ductum à corde natum in hunc desinere, ac proinde dignū, qui hac velut corona insigniretur. Quintus

& minimus *auricularis*, eo quod aurem scalpat, cui ob tenuitatem facilius inseritur, nomen accepit.

* *Dii Gentium.* Ethnici Deum verum nescientes numina sibi elegerunt & confinxerunt varia, de quibus prolixę in eorundem libris descriptiones. Quum verò huius operis institutum requirat vt nominum origines & rationes indicentur, vna hac sectione collegimus multa de gentilium errorū initiis, quoad πολυθεΐαν illam attinet, quæ vtinam lectori grata & vtilia sint. Narrat Moses, Genes 6. 4. posteros Caini, ac Cainum ipsum (qui ante diluuium vixerunt) esse potentes illos, industrios & claros viros, qui à seculo, omnique hominum memoria celebres notique fuerunt, & per totum terrarum orbem, etiam post diluuium, laude insignes, quiq; fuerunt præstantissimis nominibus (nempe Saturni, Iouis, Mercurii Vulcani, Dionysii & similibus) etiam inter Ethnicos ipsos prædicati, ac rerum gestarum fama celebrati atque commendati. Postquam enim Moses Cainum Cainique posteros recitasset, addidit, *Isti sunt potentissimi homines, qui à seculo fuerunt viri nominis.* id est, celebres, & fama noti inter omnes mortales, etiam post ipsorum mortem, atque etiamnum Mosis seculo, & quum illa memoriæ literisque proderet. Ex quo perspicue intelligitur eos, quos posteritas, & Mosis ætas, & sequentia Gentium secula magnificè celebrauit, coluit, pro summis viris, fortissimis heroïbus, imò etiam pro Diis habuit, fuisse Caini posteros, qui diluuium præcesserunt. Ii autem sunt quos Ethnici nominarunt Saturnos, Ioues, Mercurios Vulcanos, &c. sicut ex eorum scriptis apparet. Nam etsi pro Diis, Saturni, Ioues & alii, ab Ethnicis culti sunt, homines tamen, & quidem mortales, fuerunt: sed qui propter artes egregias à se primùm inuentas, immensaque illa dona in totum genus humanum à se primis collata innotuerant hominibus & apud posteros in admiratione fuerant, huiusmodi appellationibus donati celebratiq; sunt. Idem censet Cicero lib. 1. quæst. Tusculan & Varro in lib. rerum diuin. test. D. August lib. 4. Ciuit. Dei, cap 24. & 27. & lib. 6. cap. 6. Præterea, obseruandum est istas Κρόνια, Δίας, Ἑρμῆ, & similium appellationes multis quidem datas & cōmunicatas fuisse: prout videlicet vnaquæque gens quempiam vel suæ originis autorem, vel suum benefactorem, vel primum sibi notū virum strennum & industriū celebrare, & immortalem posteritati reddere voluit, studuitque. Vnum tamen fuisse, cui primùm, & à remotissimo seculo nomen hoc Saturni, vel Iouis, aut Mercurii, &c. fuit impositum: ad cuius similitudinem alii (& quidem illi primo & antiquissimo longè ætate posteriores) Saturni, vel Ioues, aut Mercurii, &c. postea nominati fuerint. Quod idem de mulierum dearum, quæ vocantur, nominibus, est sentiendum. Ergo plures reperientur, qui & diuersis temporibus, & à diuersis gentibus, & Saturni, & Ioues, & Vulcani fuerunt vocati: omnes tamen nomen ex admiratione illius (qui primus eo nomine dictus est) sortiti ac consecuti. Ex quo fit vt in Ethnicorum libris multos dici Saturnos reperias, multos item Ioues, &c. inter quos tamē vnus est vetustissimus, ex cuius laude & celebritate nomen illud alii sibi desumpserunt, vel impositū habuerunt. Id quod locupletissimè ex Cicerone probatur. Ille enim lib. 3. de Natura Deorū, plures Ioues, Saturnos, Mercurios, Soles & Vulcanos in diuersis nationibus variisque temporibus recenset. Verùm ex his vnum semper antiquissimum, & cæteris priorem, imò primum omnium sic demonstrat. Confirmat nostram sententiam M. Varro doctissimus Romanorum, qui teste D. Augustino, lib. 19. Ciuit. Dei, cap. 22. alios Deos, ac proinde Saturnos, & Mercurios, & Ioues politicos: alios Naturales, alios fabulosos seu poëticos, in libris

bris rerum Diuin. scripsit. Confirmat Diodorus Siculus, qui lib. 1. Biblioth. cap 2 & lib.5.cap.1.eiusdem operis ostédit alios fuisse Ioues, Mercurios, Vulcanos Ægyptiorũ, aliosq; vero Græcorum. Confirmat Eusebius lib. 1. de præparat. Euangel.cap. 7. & lib.2.cap 2. 3.4.5.vbi ex vetustissimorũ Scriptorũ Ethnicorũ auctoritate ꝓbat Phœnices, Ægyptios, Phryges, Atlanticos, Cretenses, Grçcos, suos habuisse Ioues, Saturnos, Mercurios, &c. Idem legimus lib. 4. Arnobij contra Gentes. Nemo igitur miretur si quædam hac sectione ad Saturnũ, Iouẽ & alios accommodemus, qui non omnibus iis qui Saturni, Ioues. &c. sunt dicti, conueniunt. Nos enim de primis illis agimus qui Saturni, Ioues, &c. vocati sunt, quique sunt celebres & potentes illi viri qui à seculo, id est statim ab ipso mundi initio fuerunt viri commendati posteris, & fama semper postea celebrati inter Ethnicos & in vniuerso terrarũ Orbe. Cicero lib. de Leg. ait quosdam *Deos* semper pro Diis *habites* fuisse ex infinita quadam hominum memoria: Alios vero fuisse *Adscriptitios*, quos in cœlum merita in vnamquamque gentẽ vocarunt: id quod etiam D. Augustinus obseruauit lib.8.cap 5.de Ciui.Dei Nam vt ait Pausan.lib.8. Dii postea sæpè sunt ex hominibus nati. His expositis, videamus ecquæ sunt veræ & primæ hominũ seu generis humani propagationis vestigia seu reliquiæ. Ait igitur Moses primum fuisse Adamum, & Euam: ex quibus natus sit primogenitus Cainus, post Abelus, ex quo nulli posteri fuerunt superstites. Caino vero plures nati sunt tum filij, tum nepotes, tum abnepotes & posteri, viri celebres, insignes, industrii. numero decem, si Noemam filiam Tubalcaini his annumeres, vt Moses fecit. Quod si his decem Adamũ & Euam addideris, fient omnes numero duodecim, qui procul dubio sunt duodecim illi Dii antiquissimi, *Dij maiorum Gentiũ* ab Ethnicis appellati: inter quos duæ sunt fœminæ, minimum Eua & Noema, id est Rhea siue Terra, mater Deorum omnium, & Venus. Decem autem sunt Mares à Mose numerati, cap. 4. Genes. nempe Adamus, Cainus, & eius posteri: id est Saturnus, Iupiter, &c. ab Ethnicis decantati. De nominibus & numero variæ quidem sunt Varronis, Ennij & aliorum sententiæ. Deas etiam plures quàm duas numerant. sed maior consensus in numero 12. deorum, qui antiquissimi censentur, planè acquiescit, & varia illa nomina, Telluris, Cereris, Iunonis, Vestæ, &c. ad matrem deorum, nempe Euam referenda videntur. Palladis Mineruæ, &c. sunt Græcæ antiquitatis, de quibus suo loco. Saturnus ergo, Iupiter, Mercurius, Apollo, Vulcanus, Dionysius, Pluto, Mars, Neptun⁹, Ianus, Rhea, Ven⁹: Loco Adami Caini & Cainitarum, Noachi itẽ, suffecti, & ob caussas ante propositas Dij ab Ethnicis vocati sunt, & cæteris augustiores habiti. De quæstionib⁹ circa nomina & numerũ obortis nihil mirũ, in tã crassa de rebus diuinis & vera mundi historia inter Ethnicos cæcitate. Iã quædã specialiter declarãda sunt: vt vera esse, etiã ex ipsismet Ethnicorũ monumẽtis intelligãtur, quæ scribit Moses. Dico igitur Adamũ Mosis esse cũ ipsũ, quẽ posteritas verbi diuini nescia & cõtẽptrix Latinè Saturnũ, Græcè Κρόνον appellauit. Veterẽ Cainum Mosis, esse antiquissimũ Latinorũ Iouẽ, Grçcorũ Ζῆνα, vel Δία, non autem recentem, quendam, aut vnius duntaxat gentis cognominem Iouem. Saturnum esse Adamum, etiam testibus Ethnicis, igitur hunc, qui primus orbi innotuit, ex his colligas quod Saturnus iste dictus videtur à verbo סתר *Satar*, i. Latitauit, abscondit se. Fuit autem hoc nomen vestigium fugæ & latitationis à Deo, quã post lapsum molitus est Adamus; Genes. 3.8. Nonnulli malunt Saturnum à satione dictum; quo sensu dicit Moses Adamum ex Edene pulsum à Deo fuisse, vt deinceps coleret terram & in vultus su-

dore panem comederet, Genes. 3.19.23. fuit enim primus in terris agricola, Satorque rerum & hominum. Saturnus Cœli filius, vt pote ex nullo superiore homine genitus, dicitur crediturque ab Ethnicis, Cic. lib. 3. de nat. deor. Adamus autem Dei filius seu à Deo creatus, Luc. 3.38. quoniam à Deo immediate creatus est. En nostræ veritatis vestigia. Quòd Saturnus nominatur Κρόνος, vt Plato. dicit in Cratylo, velut χρόνος, id est ab omni æuo existens: est enim Adamus coæuus & contemporaneus mundo, ratione sui ortus, quòd sub solo Saturno seculum aureum ac primam mundi ætatem fuisse consentiunt omnes Ethnici, hæc proculdubio demonstrant hunc Saturnum fuisse verum Adamum, sub quo tum prima mundi, tum aurea fuit ætas, ante illius lapsum. Primus in orbe terrarum Saturnus imperium tenuit, si audimus Ethnicos: ergo Saturnus primus est ille Adamus, tum iure creationis, tum priuilegio ætatis, quum esset omnium hominũ primus parens. Quod Saturnus dicitur maritus Rheæ, seu Cybeles, quæ eadem mater Deorum, id est hominum, qui primi ingenio & industria præstantes fuerunt) appellatur: imò & Pandora quoque nominatur, vt ait Diodor. Sicul. lib. 4 cap. 5 & mater Iouis ab Euseb. lib. 1. cap. 3. præparat. Euangel. quæ mala omnia in mundum inuexit: id veritati de primo Adamo perspicuè fauet. Hæc enim Rhea seu Pandora Eua est, Adami primi hominis vxor. Denique quod Saturno veteres Ethnici aperto capite, quemadmodum tradit Plutarch. in Rom. quæstionibus sacrificabãt, vt veraci & sanctiori Deo. Fuit enim Adamus Caino filio, eiusque posteris lõge religiosior ac sanctior. Et hæc quidem ex Ethnicorum monumentis declarant eundem fuisse veterem illum eorum Saturnum, & Adamum nostrum primum hominem: quæ sunt illustria nostræ veritatis vestigia, sicuti apud eosdem extant. Cæterum plura quoque documenta sunt, maioráque ea, quibus probatur vetustissimum seu antiquissimum Ethnicorum Iouem fuisse eum ipsum, quem Moses Cainũ vocat, Genes. 4. cap. veluti, quòd Iupiter ille (teste Platone in Euthydemo) cognominatur ἑρκεῖος, & φράτριος, Septorum, vrbium, tribuum consociationisque hominum præses: & πολιεὺς, vt ait Pausanias lib. 1. quòd vrbium curam habeat. Hæc planè conueniunt Caino primi Adami filio, quia primus (Mose assertore) vrbem cõdidit, societatémque hominum collegit in vnum locum. Sed & idem Iupiter cognominatur *Sabatsius*, vel (vt Græci mollius pronũciant) *Sabazius*, quemadmodum ex ipsorum Ethnicorum libris ostendit Clemens in Protreptico, Eusebius item lib. 4. De præparat. Euangel. & Arnobius contra Gentes lib. 5. Est autem Sabatsius vel Sabazius Iupiter, tremens, trepidus, a verbo Herb. שבץ *Schabats*, vnde nomen 2. Samuel, 1.9. angustia, trepidatio, nempe Saulis ab hostibus circumclusi. Proprie enim verbum illud signif. circumclusit, inclusit, inseruit circumcludendo, quemadmodum lapillus arctè inseritur palæ annuli. Metaphorice autem, quum de hominibus dicitur, significat, inclusus trepidauit, nullam euadendi viam obseruans, sed iugulum ictibus porrigens. Quid autem conuenientius Cainum demõstrare potest, qui propter fratricidiũ reliquo vitæ tempore trepidus, pallens, & tandem in oppido a se constructo veluti in carcere strictè circũclusus est: & dũ vagus fuit in ergastulis malæ conscientiæ miser vixit indies moriens? Quod ad nomen Ζεὺς attinet, Græcis familiare, Pythagoræ Ζὰς, videtur ex voce Cain, sono peregrino pronunciata fluxisse: vel, pro Ethnicorum omnia miscentium more, ex imitatione Adami vocantis vxorem suam חוה *Chauua*, i. vitã, & futuræ propagationis generis humani fontem fuisse nomen Ζεὺς impositum Caino, à suis posteris in ipsius velut autoris sui hono-

sui honorem & commendationem. Ac quidem facile fuit Hebrææ linguæ corruptoribus ex קין *Kain* facere חוה *Chana*,quę idem est atque Ζεὺς,& ζῶν,id est, vita, & vitæ seu viuendi principium dans alijs. Ergo vt grata Caini posteritas testaretur futuris seculis hunc originis suæ parentem Cainum esse eum, à quo post Saturnum, primumque hominem,factum esset genus humanum, ζῆνα eum vocauit,quod idem est atque Chaua. Et certe hoc verum est. Nam ex duobus Adami liberis (nimirum Abele & Caino) sine liberis interempto Abele, Cain superstes remansit, à quo postea genus humanum propagaretur. Itaque fuit nominatus Cainus Chana,seu ζεὺς, viuentium pater. Quanquam alij malūt vocabulum ζεὺς, pro Δεὺς (à quo genitiuus Διὸς,)substitutum esse facili vsitataque literarum ζ in δ commutatione. Δεὺς autem vel à rigando, vt quidam volunt,quòd omnia irrigetve,vt alij,a motu, quòd hic Iupiter metum sui omnibus incusserit,ne quisquam eum attingeret, quod Caino optimè conuenit, Genes.4.15. Platonis iudicium in Cratylo est in declinatione huius vocis anomala contineri hanc sententiam, hunc hominem esse humani generis stirpem, δι' ὃν ἄλλοι ζῶσι, nempe per quem & ex quo reliqui mortales propagati sunt, & viuunt. Et hæc quidem de nomine ζεὺς ex ipsorum Ethnicorum scriptis prolata satis ostendunt Iouem hunc eorum antiquissimum esse Cainum Mosis. Verum quoniam ea res ad damnandam idololatriam pertinet, eiusque originem explicandam(vt intelligatur eos omnes quos Ethnici pro Diis primos & communiter coluerunt, fuisse mortales homines , atque adeo ex impura stirpe; alios enim peculiares Deos & Ioues, & Saturnos, & primorum illorum nomine dictos,quos quæque gens postea sibi asciuit omitto) huius sententiæ aliquot alias rationes addam præterea, quò sit confirmatior, veriórque censeatur. Eæ verò sumuntur ex comparatione tum personæ,tum rerum, quæ a Caino & ab illo antiquo Ioue gestæ dicūtur ab ipsissimet Ethnicis,& imprimis Poëtis. Nam vt lib.1.cap.11.ait Lactantius, *Vera sunt quæ loquuntur Poetæ, sed obtentu aliquo specieque velata.* Ergo fabulas veritati Poëtæ ethnici admiscuerunt, impulsi spiritu Satanico, partim vt veritas rerum verbique diuini certitudo nutaret & obliteraretur, partim vt his fallacijs & deorum suorum exemplis redderentur homines ad omne scelus & flagitium audaciores; vti Lactantius docet lib.2. cap.15.& ex eo D Augustin.lib 2.Ciuit. Dei, cap. 22. Verùm ad Caini & veteris Iouis. Ethnicorum comparationem accedamus. Cainus fuit primogenitus Adami:Iupiter ille primogenitus antiquissimi Saturni.Cainus patrem suum Adamum spe successionis, præterquam ex seipso, priuauit, dum Abelem fratrem occidit:Iupiter patrem castrasse,Titanas expulisse dicitur, ne quis alius, præter se vnum,illi succederet:vt in Eutypthone refert Plato. Vnde Iupiter iste κλαφωρ & παλαμναῖος, communis aliorum pernicies & homo sanguinarius dictus est,Lactantio teste,lib.1.Cainus secundus fuit, qui tum propter ætatem, tum propter autoritatem, totius orbis princeps est habitus: Iupiter secundus dicitur toti mundo imperasse, patre suo expulso. Cainus fuit primus in Orbe homicida, propterea pulsus à patre, & in Oriente sedes habuit : Iupiter ille primus homicida malorum & scelerum publicè perpetrandorum reliquis mortalibus autor, quique ideo , sicut Arnobius scribit ,ab Ethnicis homicidio colebatur : & vt tradunt Lactantius lib. 1. cap.28. & Cicero lib. 3. de natura Deorum,in Oriente habuit imperium. Cainus primus sacrificasse Deo commemoratur, & propterea fratrem Abelem interfecisse : Iupiter dicitur primus Cœlo sacrificium fecisse,Lactant.lib.1.& propterea Prometheo consanguineo suo iratus,

itatus, eum Caucaso clauis affixisse, & feris proposuisse dilaniandum. Cainus liberos habuit & nepotes, artium inuẽtores: Iupiter plures liberos; & Hyginus cap. 155. & Diodor. Siculus lib. 1. cap. 2. asserunt; qui artes mortalibus repererũt, velut Mercurium qui pastionem & primam mercaturam ex pecudibus, Apollinem qui musicam, Vulcanum qui ferrariam artem inuenit. Veri Dei nomen primum blasphemari cœpit, & ipsius cultus deprauari. A Ioue antiquissimo tradunt Ethnici primùm ritus voluntarij cultus diuini, id est idololatriæ inuẽtos, eundémque postea pro Deo cultum ibi esse, Lactant. Lib. 1. cap. 22. vbi & postquam fuisset sepultus. Nam vt & Clemens Alexandrinus & Cyrillus lib. 10. contra Iulian. & Augustin. lib. 18. Ciuit. Dei, cap. 3 ibi primùm fuerunt falsorum Deorum templa, vbi eorum sepulchra cernebantur. Id quod in impurissimo Mahumete & illius, quæ dicitur, Mecha, verũ apparet Phlegeus quidam quicunque ille sit ex posteris Caini, primus Ioui diuinos honores tribuit, teste D. Augustino. Sepulchrum autem Iouis istius non est in Creta insula, sed in Oriente. Nam Iouis Cretensis, & longè antiquissimo Ioue posterioris sepulchrum nomen, ætas, vitæ curriculum in Creta fuit. Cainus denique sororem vxorem habuit quam Philo Iudæus vocat Themech: Iupiter sororem vxorem habuit, quam alij Themin esse volunt, alij Iunonem. Et hæc quidẽ de primis duobus gentium dijs dicta sunto. in studiosi lectoris gratiam aduersus Ethnicorum idolomanias De alijs autem, nempe Mercurio, Vulcano, &c. suis locis dictũ est, quantum fert huius operis ratio.

* *Dilectio* Hebr. אהב *Ahab*, *Oheb* אהבה *Ahaba*, à verbo הב א *Ahab*, amauit, dilexit; quod cognationem habet cum אבה *Aba*, voluit, & cum יהב *Iahab* & הבה *Tahab*, Appetiuit. Hinc Græci, substituentes γ loco ה dicunt ἀγαπάω amo, & ἀγάπη, Charitas. Latinis hæ voces, dilectio, Charitas, amor, eodem ferè sensu sumuntur, vt Græcis interdum ἀγάπη, χάρις, φιλία, habent quædam discrimina, quæ tamen non strictè obseruantur. Ἀγάπη, dilectio ardens videtur affectus copulans se se dilecto intimè: quod Græci videntur ipsa voce exprimere ἀγαπᾷν, hoc est ἄγαν ἔχειν πρὸς τὸ φιλούμενον, vel ἄγειν τὸ πᾶν, toto animo ferri in rem dilectam: & ἄγαν ποιεῖν κατὰ τὴν ποιότητα ταυτήν, vehementer indulgere huic affectui Quibus omnibus ardens & sincerus exprimitur affectus erga rem amatam Præterea ἀγαπᾷν pro φιλεῖν interdum sumitur, & vtrumque significat, nempe amare, & osculari, quod est amoris testimonium. Inde ἀγάπη interdum idem quod φίλημα. Agapæ veterũ Christianorum dicta sunt conuiuia, quæ sacram communionem vt plurimùm præcedebant, de quibus Apostolus, & certè dilectionis mutuæ in Christo præclara fuerant indicia, sanctis osculis testata, tãdem verò propter varios abusus sublata. Mensa Domini propter huiusmodi conuiuia, ἀγάπη a veteribus etiam dicta est.

Dilemma argumentandi modus vtrinque vinciens & constringens, & confessionem exprimens: Ciceroni *Complexio*, Suidæ τὸ διττῶς λαμβανόμενον φρόνημα, ἀπὸ τοῦ λήμματος, id est, *assumtione*, & *δὶς* aduerbio deducitur proculdubio.

Dimensum, siue Demensum. quod placet quibusdam magis, quin à demetiendo sit dictum non dubitarim. Etsi Donatus in Phormionem scribat hoc modo: *Serui quaternos modios accipiebant frumenti in mensem* & id Demensum dicebatur. Vtrum à *mense*, an à *metiendo*, incertum. Hæc eorum cibaria ab Actore seruo distribui solebant, vt alias dicetur. Sed nec tantùm ad quaternos iuxta Donatum modios, vel ad quinos iuxta Senecam *Epistola 80.* distribuebant Demensum, verum & certo pondere. Nam quid aliud volunt ista Terentij? *Quod ille vnciatim vix, de Demenso suo, Suum defraudans*

fraudans genium, comparsit miser? Appendi enim solebat, vel ipsis XII. Tabul. id affirmantibus, vbi legis: *Si volet, suo viuito: ni suo viuit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato.* Meminit & Dimēsi Plautus in Sticho sub Antiphonis persona, qui singulis Kalendis peti solitum hunc cibum affirmat disertis verbis. Horatius *lib. 1. Epistola ad Villicū,* diaria vocat, id est, diurnum victum, quem etiam διαιταν à Græcis appellari testatur Cælius *lib. 12. cap. 18.*

Dina Patriarchæ Iacobi filia inditum nomen habet à lite & iudicio דינה enim litigiosam significans descendit à דין, quod est *contendere verbis in iudicio.*

Dindyma mons, Deûm matri sacer & Cyzico imminens, ἀπὸ τῶν διδύμων, id est, *gemellis* (gemina enim illic exstabant vbera vel iuga) nomen inuenit: aut, vt vult Horus, q. de populis & vrbib. scripsit, διὰ τὴν δίνησιν, ob ratationē capillorū videlicet, quā ibi faciebāt fanatici.

Diobolare scortum, ab obolis duobus dictum, quos pro concubitu accipiebat. Artem meretriciam professas Plautus appellauit *prosedas*, quod ante stabula sederent, inquit Festus. Omnes autem meretrices Erycinam colebant Venerem, cui matronæ Romanæ ad Ægyptiorum imitationem mēse Augusto deferebant pudenda cum quadam sacrorum pompa. O turpe sacrum!

Diœcesis tantandem ac procuratio vel administratio, à verbo διοικέω Apud patres ad Episcopos referri solet, qui in primitiua Ecclesia sacra procurabant siue administrabant. *Diœceses*, regiones Episcopis, quas curarent; tributæ.

Dionysius dicitur Bacchus iuxta Platonem in Cratylo & Hesiodi interpretem, quasi διδοίνυσος, παρὰ τὸ διδόναι τὸν οἶνον, quod largiatur vinum: vel quasi διάλυσος, inuerso α, in ο, & ν in λ, quod curas soluat. Vinum enim, cuius hic auctor fertur, liberalius potum eximit solicitudinem mordentem pungentémque animi fibras. Hinc μελίφρων εἶρος Homero. Et Horatius: *Tu sapientium curas, & arcanum iocoso Consilium retegis Lyæo: Tu spem reducis mentibus anxiis, Viresque, & addis Cornua pauperi, post te neque iratos trementi Regum apices, neque militum arma*, Ob hanc caussam dictus etiam Alysius & Lyæus. Macrobius sic nominatum vult à Physicis, quasi διὸς νοῦν, id est, *Iouis mentem*. Orpheus dictum innuit ἀπὸ τοῦ δινεῖσθαι καὶ περιφέρεσθαι, quòd *circumferatur in ambitum*. Eundem enim veteres esse volebant eum cum sole. Cleanthes deduxit ἀπὸ τοῦ διανύσαι, id est, *perficiendo*. Alii rursus ἀπὸ τοῦ νύσσειν τὸν διά, τευτέςι τὸν νοῦν, quod excitet mentem, quæ & Ioannis Diaconi sententia est. His omnibus iuuat etiam fabulosam etymologiam subiicere. Ferunt enim Iouem, cùm editus esset in lucem bis Liber pater, insuisse eum femori, inde verò portatum Nysam, quæ est supra Ægyptum, atque ibi educatum, ipsumque nomen Dionysii ab hoc educationis loco & Ioue patre datum obtinuisse. Ab hoc Dionysio dicta sunt eius sacra Dionysiaca, & Dionosiopolis, quam significasse videtur Ouidius in Tristibus, cum ait: *Et arces prætereat dictas nomine Bacche tuo.* Plura de eo in Baccho.

Diphilus, δὶς φίλος, Platoni in Cratylo.

Diphthongus, duarum vocum sonus? quippe φθόγγος δυοῖν φωνηέντοιν.

Diplois vestis militaris, vox est Græca origine, & duplicem amictum significat.

Diploma codicillus, quo beneficia à principibus impetrari solebant, dictum, quod in duplici tabella solitum sit olim concedi supplicibus, *vt vult Antonius Nebriss.* Alias appellantur chartulę complicatæ & lino traiectæ, quas bullas vocant, à Romano Pontifice datæ, & eius nomine obsignatæ. A verbo διπλοῦσθαι, quod est, *duplicari*, vera nominis origo descendit.

Dipondium duo pondera, id est, *libræ duæ*: Quoniam Pondus abusiuè libra est vna *Isidorus*.

Dipsas serpens, quam torridam vocat Lucanus, ἀπὸ τοῦ διψᾶν, id est, *sitire* nomen arcessit, quod suo morsu absumto humore sitim inducat. Fertur tã exigua, vt, cum pedibus calcatur, non videatur, longitudine palmæ, capite exiguo collo crassiore. Ob sitim, quam inducit, est ei etiam nomen Situlæ. De eadem apud Isidorum Poëta:

Signiferi iuuenẽ Tyrrheni sanguinis Aulũ
Torta caput retro dipsas calcata momordit:
Vix dolor aut sensus mentis fuit.

Diribitorium locus erat, in quo recensebatur exercitus, & stipẽdia militiæ numerabantur, *a diribendo*, id est, *distribuendo*: Vnde *diribitores*. Item dicebantur *diribitorium* locus, in quo versabantur ministri. *Pædagium* appellare videtur Plinius *in Epistolis*, ἀπὸ τῶν παίδων, id est, *pueris* siue *ministris*.

Dis appellatus est Pluto, quòd terrena vis omnis ac natura ipsi putaretur dicata: Nam & omnia decidunt in terras, & oriuntur ex iis. *Hæc Cicero.*

Disco, παρὰ τὸ διδάσκω, vel inusitato δάσκω.

Discus pertusus & planus lapis, quo nõ pueri solùm, sed & indolis heroicæ viri Græco more exercebantur & sese oblectabant, nomen trahit à δίσκω, quod est βάλλω, id est, *iacio*. iuxta illud Homeri Iliad. 6. δίσκοισιν τέρποντο grauium lapidum iactu delectabantur. Vbi interpres; δίσκος ἐστὶ βαρὺς λίθος, ὃν ἐῤῥίπτον οἱ γυμναζόμενοι. De discobolis, qui non inuncti nec planè nudi, sed tunicati nonnũquam & aperto capite certabant multa Hieronymus Mercurialis *artis Gymnast. lib. 2. cap. 12* ad quem diligentem lectorem ablego Isidorus cum disco etiam locum facit inter escaria vasa, dictum existimat, quod det escam.

Disputo, deriuatur à dis & puto, quasi verborum agitatione prorsus purum facio. Græci id vocant διαλέγειν. Hinc διάλεξις est *disceptatio*, vel *sententiarum dubiarum*, vel *tanquam dubiarum per argumenta collatio*, quæ consistit ἐν τῷ δοῦναι καὶ ἀποδέξασθαι τοὺς λόγους, *vt cum Platone loquar*. Cauendum hic τὸ λογομάχειν aut λεπτολογεῖν, id est, de rebus tenuibus disceptare: Cum omnis disputatio de more Socraticæ scholæ moderatè exercitii gratia institui debeat, tum vt verum explores. Immodica verò inuoluit veritatem, & lites ex litibus serit, vt est videre in causidicis, qui dum acutius disputando caussis suis volunt patrocinari, sæpe calumniantur.

Dithyrambus dictus est Bacchus, ἀπὸ τοῦ δὶς εἰς θύραν ἀναβαίνειν, *quod bis ianuã ingressus fuerit*. Nam bis natum fabulantur, semel ex Semele, mox ex patris femore, cui conflagrante Semele insertus, erat. Vel quia in specu est enutritus, cui nomen erat δίθυρος.

Diuergium amnis, *vt nominat Frontinus*, à vergendo indiuersum.

Diues. Semper mihi visi sunt haud malè sensisse, qui voluerunt diuitem a diuo dictum. Diues enim qui est, quasi diuus nullo indigere videtur. Quin ipsum colunt homines atque suspiciunt. Omnis enim res, Virtus, fama, decus, diuina, humanaque pulcris Diuitiis parẽt, quas quis construxerit, ille *Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, etiam rex*, ait Horatius. Sed & ad Direm, id est, Plutonem, diuitiarum etymon referri patest. Ex terra enim oriuntur illæ, & reuertuntur in eam. Isidorus vult, *diuitem ab ære dictum*, quod absonum: vel *quasi diu vescentem*, quod licet haud ita absurdum, tamen approbari non debet.

* *Diuitiæ*, Hebr. עשר *hoscher* a verbo עשר *haschar*, diues fuit, ditatus est, locupletatus est. Cognationem habet cum עשר *hassar*, decimauit, accepit decimam partem accepit decem (עשר *hesser*) nam ditari est decem, id est multis partibus, præ aliis locupletem fieri. In 4. Coniugatione התעשר *hithhasser*, simulauit se diuitem. Sunt enim diuitiæ admodum

fallaces

fallaces & incertæ. Huic verbo opponitur רש *Rasch* pauper. *Resch* & *Risch*, paupertas, egestas, penuria. Contrà Latinis res & diuitiæ fere idem, & Gallis *Richesses*. Ita ludunt filii Adæ in verbis & rebus. Alia vox Hebræa, רכוש *Rechusch*, cui Gallica conuenit, est Substantia & opum facultas, à verbo רכש *Rachasch*, id est. Comparauit substantiam, collegit facultates. *Diuitiæ* apud Latinos à Dite dicuntur, qui Græcis πλοῦτος, Pluto, rex inferorum locorum, vt vtrique indicarent diuitias perituras ex terra esse & in eandem redire. Plutonem dictum volunt à voce πολὺ, multum, & τῶ, hoc est, λαμβάνω. q. d. πολύυτος, & per contractionem πλοῦτος. Nec malè: nam diuitiæ non tam dando quàm accipiendo & crescunt & conseruantur. Alii ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, id est, à luto deducunt: quum diuitiæ nihil aliud quàm lutū sint, & quidem spissum, teste propheta. Materiã à terra sumunt, æstimationem & pretiũ ab hominum stultitia. Eustath. lib. 1. Iliad πλοῦτον ait dici, quasi πολύετον, ἢ πολλόετον: ὅτι ἐκ πολλῶν ἐτῶν ἐστὶ συνηγμένος: Longo enim tempore & vix tandem diuitiæ colligi videntur, multa cum sollicitudine.

Dium antiqui ex Græco appellabant, inquit Festus, vt à Deo ortum, diurnum sub cœlo lumen, ἀπὸ τοῦ Διός. Vnde adhuc sub dio fieri dicimus, quòd non sit sub tecto. Et dium fulgur appellabant diurnum, quod putabant Iouis, vt nocturnum Summani.

Diuortium, quod apud Romanos primus Carbilius Ruga fecisse legitur, cùm ob vitium corporis repudiasset vxorem, inde C. Lentulus cum Metella, Antonius cum Mima, & ad quod confugiendum non est, nisi extrema necessitate vrgente, vtpote non concessum à Domino Christo, nisi ob adulterium siue πορνείαν, à *diuertendo*, id est, *discedendo*, deducitur nonnullis: Aliis a mentium diuersitate, vel quòd vir & vxor in diuersas partes vertantur. Quippe diuortium inter virum & vxorem fieri dicitur, iuxta Modestinum Iurisconsultum, sicut repudium dicitur sponsæ remitti. *l. inter diuortium. ff. de verb. significat.* Quanquam non ignorem hæc vocabula aliquando confundi & promiscue sumi. Diuortisse non videtur mulier, quæ breui reuersa est. *l. quidquid. ff. de Reg. iur* Et quoniam hæc vox ad alias quoque significationes referri solet, notat Isidorus *15. Etymol.* viarum flexus ea significari. Virgilius: *Abscisunt equites sese ad diuortia nota.* Diuortia itinerum dixit Liuius *libro 4.* Doctrinarum diuortia apud Ciceronem legimus, aquarum diuortia apud eundem *libro 2. Epistol. ad Cœlium.* Imo Nonius Marcellus diuortium esse dicit rerum omnium separationem. Hebræi *Cerituth*, id est, abscissionem vocant, à verbo כרת *Charath*, id est, scidit, abscidit. Græci verò ἀποπομπὴν, dimissionem, & ἀποστάσιον, abscessum siue abscessionale, & βιβλίον ἀποστασίου, libellum repudii, item ἀπόλυσιν, dissolutionem nominant: vnde Latinæ voces diuortii & repudii *Repudium* nonnulli dictum putant, quasi reiectionem seu recusationem propter rem pudendam.

Doctor, à docendo. Quippe generale nomen quandoque fuit. Vnde tertio de Oratore *Isocrates* dicitur *Doctor*. Iam autem dignitatis euasit nomen, magnò sæpe cum detrimento solidioris doctrinæ, cum hic gradus non vt laboris atque virtutis, verùm pecuniæ præmium in nonnullos confertur. Pulcrè ait Erasmus in quadam Epistola: *antiquitus non ideo quenquam pro doctore habitum, quod Doctoris titulum mercatus esset, verùm quod præclaris artis operib. vel libris editis doctrinæ specimen edidisset.* Sed hæc missa faciamus. Hoc autem fit ἐν τῷ τῆς παραδόσεως μέρει, quod monet Alciatus, *Doctores legum magistros appellari, tanquam generali vocabulo, vtpote quo etiã Bacalaurei communicantur cum Licentiatis.* At cur pileo ornantur, qui decorantur hoc titulo: E-

rat pileus priscis insigne virtutis admodum spectatæ, vt ea de caussa seruis libertate donandis impositus, & concessus fuerit. Vnde ad Pileum vocare, tantundem atq; ad libertatem vocare.

Dodona ciuitas Epiri in Chaonia, nomen inuenit vel à Dodona vna Nympharum Oceani, vel à Dodona Iouis & Europæ filia iuxta fabulas, vel à Dodone fluuio, *vt Stephanus prodit.* Sed operæ pretium erit Eustathii in Dionysiú verba adiicere: Δωδώνη, inquit, ὀ μόνον ἡ χώρα, ἀλλὰ καὶ πόλις ἡ Δωδώνη ἀπὸ Δωδώνης τῆς Διὸς καὶ Εὐρώπης ἢ ἐκ ποταμοῦ Δώδωνος. Ab hac vrbe quernum illud *nemus Ioui sacrum Dodonæum* est dictum. vbi Iouis Dodonæi templum & oraculum vetustissimum fuit. Huius sacerdotes σελλοὶ, ab incubando χαμαικοῖται dicebantur, *vt videre est apud Sophoclem in Trachin.* Quãquam & χαμευνάδες & χαμεῦναι sunt dicti. Quidam ex veteribus ex quercu hic oracula data tradiderunt, idq; à columbis, *vt Herodotus scribit ex sententia Dodonæorum Antistitum*, qui asseruere geminas ex Ægypto columbas euolasse, vtrãque nigram, & vnã quidam in Africam, alteram in hunc locum, vbi insidens fago locuta sit humana voce, erigendum ibi esse oraculum Iouis, quod postea est factum.

Dodrans pars assis vncias in se habet nouem, sic dictus, quasi dempto quadrante. *Varro.*

Doeg, solicitum significans, deriuatur à דאג *solicitus fuit.*

Dolabra dicta Isidoro, quod *habeat duo labra.*

Dolones, vaginæ ligneæ, in quib. pugio latet sub baculi specie, à dolo sunt nomẽ adepti. Ita Isidorus. Et Hesychius: δόλωνες ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα.

Dolus. Nomen hoc creditur ortum à prisco themate δέλω, id est δελεάζειν, quod est fallere ac inescare. Aliter Donatus *in Eunuch. Actor. 5. Scen. 3.* Nam à lędendo, id est, minuendo, deflectit, cum etiam δόλος Græcis læsionem significet.

Dominicus dies est dictus, quòd in eo resurrectionis Domini Christi gaudiũ celebretur, q eo quidẽ resurrexit à mortuis. In huius rei memoriam scilicet cõmutarunt Christiani Sabbathũ Iudæorum, quod erat χρονικὸν, in hunc diem.

* *Dominus*, Hebræis duabus vocibus (*Adon*, & *Baal*) designatur. Sunt qui *Adõ* ad *dun*, id est iudicare, referant, & nomẽ *Eden*, i. Basis. Volũt enim *Adon*, Iudicẽ, & quasi sustentatorẽ, columen, columnam, fulcrum & basim familiæ vel Reipublicæ appellari. Domini populorum, Græcis βασιλεῖς, i. bases populorũ dicũtur. *Baal* siue Bahal nomen à verbo *Bahal* fluit, quod significat dominari, dominiũ habere, possidere vt dominium, Maritũ esse, vxore potiri maritali iure. Primum enim dominiũ in familiis cæpit, & bonus princeps est in principatu, tanquam maritus cum vxore, nẽpe beneuolus, familiæ suæ prouidus & sapiẽs administrator Κύριος (vt Græci Etymologici scribũt) ἐκ τοῦ κῦρος ἔχει, κῦρος autem significat ἐξουσίαν, i. autoritatem. Κύριος igitur alicuius rei ille dicitur, & est, qui ius, autoritatẽ seu ἐξουσίαν, & dominiũ in rem quampiam obtinet, cuius dicitur κύριος. Vnde Gallis *Sire.* Est enim hoc nomen ex eorum numero, quæ sunt πρός τι. Sic vox Latina *Dominus* idẽ significat, cũ scilicet qui ius habet in rẽ aliquã, tanquã sibi propriã. Et Iuriscõsulti dominiũ (Gall. *domaine*) definiũt esse, ius illud quo rẽ facimus nostram, nobisque propriũ: Et dicitur à Domo, Dominus, qui domui præsit, ac in eã ius liberũ obtineat. Proinde Dominus est q imperat familię, & cui familia paret, seruireq; iure tenetur. Ius istud *Dominium* est & appellatur. Inde postea translatũ nomẽ ad quodlibet ius atq; Dominiũ: propterea quòd olim non fuerit dominiũ amplius atq; latius, quàm quod Domus habitationisque finibus contineretur. Vnde & conuiuia quæ domi celebrabantur dominia, à *Domus domino* qui ea celebrabat, vocabantur: & qui conuiuium faciebat, Domi

Dominus consueuerat appellari. Hinc factum est, vt quicunque ius habet in aliquid, illius dominus appelletur, etiam si rem illam non possideat. Differt enim dominium à possessione: & sæpe dominus, à possessore. Qui itaque ius habet & imperium in vrbem & populum aliquem, vel in prouinciam & regnum, is propriè dicitur & est illius dominus. Si verò simpliciter in omnia & in omnes alios dominos plenum habeat & Liberum ius, is propriissime & simpliciter Dominus, aut dominus dominantium appellari debet. quali nomine & titulo solus Deus dignus est: quippe qui absolutum, liberum, & æternum ius habet in omnia, quæ cœli terræque ambitu continentur. Proinde meritò Græci LXX. Interpretes nomen Iehouæ, Dei proprium, semper Κύριον, i. Dominum verterunt. Solus enim Iehoua Adonai, Dominus noster, domui huic magnæ, quæ cœlo & terra, necnon ijs quæ cœli & terræ ambitu, continentur, cõstat; præest, imperat, plenumque κύριος, id est, ἐξουσίαν & ius habet atque summam autoritatem. Quare is etiam solus dignus est, qui simpliciter & absolutè dominus vocetur: sicuti re ipsa in S. Literis appellatur. Cur autem Hebræi maritum dixerint dominum vxoris & familiæ, inde est, quòd propriæ suæ vxoris & familiæ fit Dominus vnicus & possessor; vel saltem esse debeat. Idolum etiam Baal, id est, Dominus & maritus, quòd idolo suo, idololatra, tanquam suo marito & patrono adhæreat: ideo horrenda hæc pollutio, verum dominum & maritum Deum abnegans, Spirituale adulterium à Theologis appellatur. Deus autem est piarum animarũ & totius Ecclesiæ verus Dominus maritus & possessor, vt S. Scripturæ passim prædicant.

Dominus cùm dicatur, cui seruitur, qua ratione Romanos *rerum dominos* vocat Virgilius, *gentemque togatam*: item conuiuij exhibitor eodem appelletur nomine vnde & *Dominia conuiuia* dixit Lucilius in Satyris, adnotante Marcello, verisimiliter deriuatur à domo, *vt asserit Virgilius Zuichemus Frisia decus titul. Instit. de hæred. qualit. & differt.* Facit in eo cum Isidoro, qui *Etymol. 10.* dominium dictum scribit quòd domui præsit, & cunctæ familiæ dominetur, quod & mariti est, pro quo idem nomen accipi *t & hodie in Germania*) Nonius Marcellus notat, adiecto quoque Virgilij carmine Æneid. 9 (*Connubia nostra Reppu-.i., ac Dominum Æneam in regna recepit.* Appellationem hanc principum tãdem æuo receptam, (cum antea non nisi ad seruos aut conuiuij exhibitores, aut à socijs & amicis referretur) atque adeò accommodatam ad Principes ex Suetonij Augusto colligi posse videtur, qui a Domini appellatione semper abhorruit velut à maledicto. Id imitatus Tiberius pariter increpuit eos, qui ipsum dominum dixerant, *vt habet in suis Annalibus Tacitus.* Vtrumque secutus Alexander Seuerus etiam vetuit Dominum se appellari, *teste Lampridio.* At intermedij Principes adeo id nomen retinuerunt, vt, qui Cæsarem Dominum vocandum negaret, is periculum subiret vitę. Quapropter negantes id Galilæos omni tormentorũ genere exagitatos, quo Cęsarẽ Dominum agnoscerent, scribit Iosephus *libro de bello Iudaico 7. cap. 29.*

* *Domus Prophetarum*, σεμνεῖον, ἀγνευτήριον, in prisca Iudæorum Ecclesia dicebatur Locus, vbi diuini illi & sancti Prophetæ discipulos, vt patres filios, docebant instituebántque in vera pietate, doctrina fidei, morúmque probitate, & consulentibus respondebant. Nam vtrique, Doctores, inquam, & discipuli ipsorum, Prophetæ dicebãtur, communi voce: διακριτικῶς verò hi filij Prophetarum, & illi Patres, vt Scriptura passim testis est.

* *Domus* explicationis & declarationis, *Beth-gelja*: Domus doctrinæ vel eruditionis, *Beth-vlphana*: Domus perquisitionis siue peruestigationis, *Beth-Mi-*

ponius.ff.famil ercisc. rectè etiã comprehẽdi poterit. Est & δῶσις verbale Græcorum nomen, à quo recto filo defluere videtur. Sed quia vox illa à διδόναι descendit, parum aut nihil a Festi notione discrepabit. Iuxta Iurisconsultos duplex est dos. Profectitia vna, quam constituunt parentes, sic dicta, quòd ex bonis paternis rectà proficiscatur: Altera aduentitia, quam alicunde contulit extraneus. Quod enim aliunde obtingit, non ex bonis patris, id aduentitium haberi & dici solet. Dotem in bonis esse, sciendum. Quod si res mobilis data fuerit in dotem, alienari poterit veteri præcipue iure, at res immobilis, constante matrimonio, nequaquam. *l. 1. lex Iulia. ff de fund. dotal.* Dico & sequestrationem dotis concessam, si maritus bona dissipet, vt mulier ex ea vna cum familia suum habet solatium. *l. si cum dotem §. si vero. ff. solut. m...m.*

Dothan, ciuitas in tribu Manassis, nomen accepisse videtur à דת, id est, *lege aut Constitutione*, cui æquiualet Chaldaicum דתא.

Drachma, δραχμὴ, nomen ponderis, numeri, mensuræ, dicta secundum Iulium Pollucem, quòd sit quasi manipulus obolorum, quem δραχμὴν vocant, παρὰ τὸ δράττεσθαι, quod comprehendere pugnúmque implere significat. Pondus eius non vnum vbique. Aegyptia enim obolum pendebat, scribẽte Cleopatra, δραχμὴ δὲ ἡ ἄλλη ὁμωνύμως καλεῖται αἰγυπτιακὴ ἥτις ἕκτον μέρος τῆς ἀττικῆς δραχμῆς, ἄγουσα ὀβολὸν α. Attica ergo drachma obolorum sex, *vt & Suidas testatur post Diodorum, Xenophontem & Plinium.* Atque huic Medica respondet. Fuit eadem & nummus, sed argenteus, veluti & illi, qui inde componuntur, ἡμίδραχμον, δίδραχμον, τρίδραχμον, τετράδραχμον, & ὀβολός. Scribit enim Suidas: δραχμὴ δὲ ὁλκὴ νομίσματος ἀργυρίου. Idcirco & Alexarchus apud Athenæum, mutato loquendi more, nominauit τὴν δραχμὴν ἀργυρίδα Etsi Hesychius etiam δραχμὴν χρυσοῦ nominet. Fuit autem Atticis drachma nũmus æquiualẽs Romanorum denario, *vt multi volunt.* Græci enim scriptores reddituri Romanorũ *denarium*, conuertunt *drachmam*, & Latini reddituri Grçcorũ *drachmam* conuertunt *Denarium.* Qui tamen rem exactius expendunt, non eundem esse Denarium cum drachma euincunt, sed proximè eũ ad hãc accedere probãt.

Draco, animal peruigil & visu quàm acutissimo (*vnde aureo velleri & Hesperidum malis adiunctus custos*) παρὰ τὸ δέρκειν, id est, *videndo*, nomen deductum habet. Addit Eustathius Il. χ. δέρκειν tantundem hic esse, ac τῇ ὄψει καταπλήττειν, *terrere visu.* Inde Etymologicon magnum ὀξυδερκὲς ζῶον nominat. Atque ob hoc visus acumen Apollini dicatum draconem inuenio, quam prudentiam interpretantur, quæ omnia perspiciat. Apud Macrobium legitur Aesculapij simulacris ideo subiungi solitum draconem, quòd Medicum deceat acie mentis prænoscere in corpore mortalium commoda pariter atque incommoda. Regem optimum & tutelarem eius quoque pictura significabant Aegyptii, cuius videlicet sit pro subditorũ excubare salute peruigili cura, iuxta Homericum illud:

οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλεν.

Nec tantum sunt dracones terrestres, sed etiam alati, qui cum Aquila & Elephante confligunt: Item marini, octo aut nouem pollicum longitudine, quorum aculei sunt venenati, *teste Nicandro.*

Dromo, Terentianus seruus, à cursu nomen inuenit, qui Græcis est δρόμος.

Druidæ vel *Druides*, *vt loquitur Cæsar*, sapientes Galliæ, ἀπὸ τῆς δρυὸς, id est, *quercu* deriuari videtur. Nihil enim habebant visco, & hac arbore, in qua nascitur, sacratius. Cœlo missum putabant, quidquid adnatum esset, ipsamq; arborem electam à Deo volebant. Sacra absque eius

dio nummo nomen sunt nacti, quasi qui duobus assibus æstimarentur, vel a pondere Dupondii, quod alio nomine est stater. Viglium vide §. *etsi plures. Inst. de hered. instit.*

Dux à ducendo. Est enim is, qui præest exercitui inque hostes ducit. Hinc bellum ducere dixit Virgilius. Vtebatur is olim consularibus insignibus, & ab ipso arcessit nomen ducatus, regio vero, cui dux præest. Olim enim cum dux belli accepisset imperium à populo, bellumque ipsi foret commissum, ibat in capitolium, vbi solemnia verba pro Repub. nuncupabat: Inde paludamento, lictoribus, insignibusque imperii assumtis, recta ibat ad portam, vbi salutatus ab amicis prosequentibus cum officii gratia ac bene ominantibus ad bellum se conferebat. Huic militum nomina constare debere censet Vegetius. Omnium autem dux communissimus Imperator, cuius ductu dicebatur res gesta, cum ipsemet interfuisset auspiciis, cum tantum eius mandato.

Dynastæ dicti sunt reges, *vt quidē Straboni videtur*, quòd magna præditi potentia sint, ac populos, quorsum libet, sua vi atq; persuasione impellant. Græcis enim potentia est δύναμις.

Dysenteria, propriè *intestinorum exulceratio & fluxus*, cui semper coniungitur dolor cum torsione, vnde & tormina plerique interpretantur, à læsa particula nomen suum deducit, vel (*vt Aureliano placet*) à difficultate officii. Græcis enim ἔντερα sunt intestina. Particulam verò δὺς significare volunt non difficultatem loci, sed detrimentum. Auctor definitionum apud Galenum nominat, ἑλκωσιν ἐντέρων μετὰ φλεγμονῆς καὶ ἀποκρίσεως αἱματωδῶν, ἢ τραγωδῶν, ἢδὲ καὶ ἀπολυμμάτων μετὰ τοῦ δάκνεσθαι, καὶ ἀλγεῖν τὴν κοιλίαν καὶ ἔντερα. Sciendū tamē alios, inter quos & ipse Hippocrates est, appellare interdum dysenteriā non ipsam modò exulceratione intestinorum, verùm omnem etiam cruoris per intestina vacuationem. Quo quidem modo morbi nomen tribuunt symptomati, sicut annotauit Galenus *Comment. 4. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων, Aphoris. 40.*

E

E*Anus* dict⁹ est antea Ianus ab eūdo. * Eiana etiam, vt Pontificia indigitamenta habebant, Diana (prius Iana) dicta est: vnde etiam Dejana hodie in veteribus monumentis visitur. *Scalig.* in etymol. Varr.

Eber, à quo Hebraica dicta est lingua, nomen adeptus creditur à transitu vel peregrinatione. Hebræis enim עבר tantundem atque *transiuit*. Transiuit equidem ad vitam meliorem, cum viuendo annos quadringentos & 64. complesset. Ab hoc oriundus Abraham progenie ab eo sextus, & ab eodem Israëlitæ dicti Hebræi. Dignum notatu, quod ex sacris adfert Cedrenus, solum *Eberum Phalecs patrem nō consensisse in structuram Babylonicæ turris*: Itaque confusis aliorum linguis Eberi sermonem integrum permansisse. Ea est lingua, inquit, qua Adamus est vsus, & ab hoc posteri gentilitio nomine Ebræos se nominarunt.

* *Ebrietas*, שכרון *Schiccaron* à שכר *Schachar*, inebriatus est, ebrius fuit ex sicera, ingurgitauit se potu dulci, qui facile solet inebriare. Cognationem habet cum שקר *Scakar*, Scurriliter egit, temulenti enim scurrilia ferè omnia dicunt & faciunt. Inde σικερα sicera, σκάιρω, salto vt ebrius, σκαρίζω tripudio. & Lat. Saccarū. potus enim factitius & facilè inebrians fit ex vino & saccaro, vt olim ex saccaro & melle. Commune nomen quo ebrietas à Græcis insignitur est μέθη, quod ortum videtur à μέθυ. vino; quoniam sine vino aut potu alio generoso ebrietas non committitur. Μέθυ à μεθίημι deductum esse Eustathius sæpe testatur; vel quòd homines μεθήμονας, id est negligentes reddit, vel quòd eius vsu μεθιένται εἰς εὐφροσύνην καὶ ἄνεσιν, id est recreantur atque relaxantur. In eundem sensum Philo de plantatione Noe. Quidā,

ἐγβάταvα Mediæ metropolis, & condita à Seleuco, *teste Plinio lib.6. c. 14.* à Caspio mari quinq; miliaribus Germanicis distans, deducta videtur ab עוג coxit, & בית *domo*, & חנה *gratiosa.*

Ecclesia deriuatur ab antiquo verbo κλῶ, quod est τὸ καλῶ. iuxta Eustathium Iliad. γ. cui & κολοιὸς ὄρνεον θορυβητικὸν καὶ κραυγαστικὸν ἐκ τοῦ κλῶ deducitur Iliad. β. Vel potius tributũ nomẽ παρὰ τὸ ἐκκαλεῖν quod est *euocare*, cũ illa sit cœtus hominum ex vniuerso genere humano collect⁹ siue vocatus Quo pacto? Verbo & Euãgelio suo. Septuaginta vtũtur vocabulo συναγωγῆς. Apud Hebræos sunt in vsu vocabula עדה & קהל quæ ambo congregationem & euocationẽ significant. Inuenitur & מועד, & מקרא pro euocatione & congregatione multitudinis. Posterius etymon eo magis placet, quòd Ecclesia nihil aliud sit, quã numerus hominum euocatorum, & nullus ad hunc cœtum accedat nisi euocatus à Deo. Sic legitur Abrahamum è Chaldæis, & è Pharisæorum cœtu euocatum Paulum. Et ipsemet Paulus sanctos nominat vocatos, *Rom 1. & 1. Corinth. 1.* Augustinus Psalm. 81. *Ecclesia ex vocatione appellata est, synagoga ex congregatione.*

* Ἐκκλησία dicebatur Græcis Conuentus ciuiũ, voce præconis domo euocatorũ, ad audiendã sententiã senatus; vnde ἐκκλησιάζειν, concionari, in concionem aduocare, & ἐκκλησιαστὴς, concionator. Ecclesiã propriè vocarunt Græci populi vrbani conuentum; διάκλησιν autem & διακλήσιαν, si ex agris simul rustica turba conueniret ad audiendũ vel spectandum; σύγκλησις verò & συγκλησία erat τῶν ἐντιμῶν, i. Senatorum & Consulum conuentus, qui dicitur etiam βουλὴ, βουλευτήριον, & σύγκλητος. Dicitur etiam Ecclesia συναγωγὴ, i. collectio. Latini præstantiorem vocem retinuerunt, Iudaicam Synagogã honestè sepelientes: quãuis enim Synagogæ nomẽ cõmodo sensu vsurpetur ab Apostolis Iac. 2. 2. & Hebr. 10. 52. tamen quum Iudæi insolẽtius se efferrẽt, repudiato quo superbiebant nomine, vocabulũ ad Gentes vt & ad Iudæos pertinens ab apostolis ipsis eorumque discipulis est vsurpatũ. Hebr. קהל *Kahal* significat cælum & congregationem populi, ad aliquid audiendũ, quod omnium aut singulorum scire intersit. עדה *heda* quoque cætus est, sed qui ad certam rem transigendam, & ad certum locum tempusque condictum cõueniunt; à verbo יעד *Iahadh* i. Condixit publica authoritate. Inde מועד *Mohedh*, Indictio, condictio. Et מועדים *Mohadhim*, conuentus, cœtus hominum, & loci quo homines indicto tempore cõueniunt. עד *Hadh* testem significat, à verbo עוד *Hudh*, confirmauit, testatus est. Ecclesia enim est testis veræ doctrinæ. Hæc vox non est absoluta, sed relatiua, dicta respectu Dei per præcones verbi, homines vocantis e mundo in regnum filii sui. Qui verò vocationi parent, & Ecclesiæ accedunt, dicuntur κλητοί quasi ἐκκλητοι, appellati, vocati.

Echeneis piscis, Latinis *Remora* à *remorando*, ἀπὸ τοῦ ἔχειν τὴν ναῦν, quod nauem retineat, nomen accepit. Vnde Suidas nominat eum ναυκράτην, & veteres nõnulli Epigrammatarii vel anchoram ipsam echeneidos epithero donant. Paruus hic admodum est. & petris assuetus. Fertur *Actiaca pugna tenuisse prætoriam nauem Antonii* Tenuit & Caii Principis nauem cùm Antium nauigaret ab Astura *testante id Plinio*, qui scribit eandẽ ob caussam amatoriis veneficiis infamem esse, tum propter iudiciorum ac litium moram. Sed hæc crimina vna laude cõpensat, quòd fluxus grauidarum vtero sistit, partusque ad puerperium contineat. In cibos tamen non admittitur. Meminit eius & Aristoteles *Animal. 2.* & fertur esse longitudine spithamæ, crassitie verò manubrii ligonis, colore herbaceo, dorso repando inque gibbum conuexo, & corpore vndequaque pleno mucagine siue lẽtore, cuius vestigia serpendo, instar limacis, relinquit.

Oppianus vult esse sesquipedalem, & assequi formam anguillæ, quod pugnat cum omnium aliorum sententia. Magno porrò cum errore echeneidis vocabulo apud Lucanum superiori seculo substituerunt Echinum, cum ita legerent: *In mediis echinus aquis*: quæ vox primam habet breuem. Legendum ergo *echeneis*, quod vt ab aliis est animaduersum, ita proponendum duxi hoc loco.

Echinus marinus, lenticulari propemodum figura, cochleari crusta, scabritie varia, lineamentis crebris & rectilineis, quatenus in sphærica figura fieri potest, & iisdē, quib. terrestris, armatus spinis, sed magis micantibus, & nunc cocco, nunc purpura, nunc punicco colore splendescentibus, *vt eleganter eū descripsit Ioannes Valerianus*, nomen habet vel παρὰ τὸ ἔχειν κατ' ἀντίφρασιν, quod haberi non possit propter spinas, vel ἀπὸ ἔχειν ἑαυτὸν ἀφανῶν τῶν σαρκῶν ἔσω, quòd ita se cohibeat, vt nulla carnium signa appareant. Aiunt eum anno integro abstinere posse à cibo. Non est edendo, nisi recēs fuerit & crudus. Ius eius, si coquatur, summopere cōmendāt Galenus, Paulus, Aetius, & Plinius Secundus. Aptus est stomacho & mouet vrinā: Prodest ex interuallo Phreneticis & Epilepticis. Aetius scribit fumum eum ex vino mulso & garo, subducere ventrem Alii dicūt excitare & appetitum, expurgare vesicam, vrinā laxare. Basilius Magnus scriptū reliquit, *audisse se a quodam, qui affirmabat id se habere pro cōperto, echinum perturbationem maris præsentientem, correpto calculo haud exiguo subire ad fundum maris, & sub eo tanquam sub anchora se stabilire*, vt ea quidem ratione tutam nauigationem significare soleat apud Philologos.

Echo, quā resonabilem vocat Ouidius *Metamorph.* 3. Ausonius filiam aeris & linguæ, quæ resonat inter montium flexus, & concauos vallium sinus, vbi scinditur resultans aer, quæ caussa eam multis in locis voces reciprocas facit, ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν, id est, *sonando* est appellata. Itaque idem Ouidius: Sonus est, qui viuit in illa Olympiæ arte mirabili porticus exstructa fuit, quam ἑπτάφωνον appellabant, eo quod septies redderet eandem vocem. Vnde Lucretius: *Sex etiam ac septem loca vidi reddere voces: Vnam, cum iaceres*. De ea vide Erasmum *in Colloquiis*, Ouidium 3. *Metamorph.* Elegantes quoque cuiusdam Poëtæ Græci versus ex Echus persona responsantes ad finem referuntur. Libuit asscribere & simul explicationem adiicere, ne Latini soli fuisse videantur felices in hoc carminis genere. Sunt enim tales: Ἀχὼ φίλα μοι συγκατάνευσόν τι· τί; Ἐρῶ κορίσκας· ἡ δὲ μοῦ φιλεῖ· φιλεῖ, Πράξει δ' ὁ χαιρὸς καιρὸν εὖ φέρει· φέρει Τυ τοίνυν αὐτὰ λέξον, ὡς ἐρῶ. ἐρῶ· Καὶ πίστιν αὐτῇ κερμάτων τὺ δὸς· δὸς· Ἀχὼ τί λοιπὸν, ἢ πόθου τυχεῖν; τυχεῖν. *Echo amica mea, audi aliquid: Quid? Amo puellam: Etiamne ista me amat? amat. At facultas potiundi ipsa non datur: Datur. Ipsa igitur ei dicas, quod amo: Amo. Et ei mercedem promitte: Mitte. Quid reliquum, nisi votis vt fiam compos? Compos.*

Ecligma, ἔκλειγμα, medicamentū, quod lingitur & lambitur verius, quàm deuoratur, & linguę subditū paulatim liquescit, Barbaris *Loch* βαρβαρικῶς *Lohoch* ἀπὸ τοῦ λιχμᾶν appellationē trahit.

Eclipsis, Solis aut Lunę defectus, quem obscurationem appellat Quintilianus, Plutarchus & Ptolemæus ἐπισκότησιν, Anaxagoras simpliciter σκιὰν. Cicero *defectionem*, Plinius *deliquium*, παρὰ τὸ ἐκλείπειν, id est, *deficiendo* nomē est nacta. Eclipsin Solis obseruasse creditur Mycænis primus Atreus. Contingit autem in coniunctione Lunæ cū Sole, cùm illa in capite vel in cauda Draconis fuerit, vel prope, vel intra has metas, interposito corpore Lunari inter aspectu nostrū & Solē ipsum, idq; in nouilunio. Eclipsis Lunæ semper cōtingit in plenilunio aut oppositione, si fuerit illa in capite caudæ

dæue

dáue Draconis, aut prope. Idque aut vniuersaliter, aut verò particulariter per totam terrarum orbem, si directè versata fuerit in capite caudáue Draconis, aut particulariter, si prope intra metas eclipsi determinatas constiterit.

Ecliptica circulus maior in medio Zodiaci, cumque secundum latitudinem in duas æquales partes, octo videlicet graduum spatio definitas dirimens, nomen inuenit ab Eclipsibus, id est luminarium defectibus, qui cōtingunt, cum sub hoc circulo coniuncta fuerint luminaria, vt in eclipsi Solis: aut opposita, vt in eclipsi Lunæ.

Ecloga, ἐκλογὴ, *Poimation* vel aliud scriptum pro veterum more excerptum παρὰ τὸ ἐκλέγειν, id est, *deligendo*, descendere quis nō animaduertat. Eclogarum personæ tituli sunt vice, nec temere in iis propositionem reperies, etiamsi apparere videatur in ea Virgilij: *Pastorum Musam Damonis & Alphesibœi*, & in hac Theocriti; Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν, ἐπαιάζουσιν ἔρωτες.

Edamum vrbs Batauiæ, siue (*vt nunc vocant*) Ydamum, quod originem Yan seu Ydam fluentum prætexit, eiusque emissarium, cōmuni appellatione *Dam* nuncupatum. *Iunius.*

Eden vrbs Syriæ ad Euphraten, & voluptatem significans, ab עדן Hebraica voce nomen deflectit.

Edenburgum ciuitas, totius Scotiæ metropolis, sedes regia, & episcopali cathedra nobilis, alias *Alata castra*, nomen id primum traxisse videtur à nobili munimento, vt dictum sit Edenburgum quasi *Edelburgum*. Distat a sinu maris & ostiis fluuij *Forthe* passibus plus minus mille. Suburbium eius versus occidentem ædificiorum cum frequentia tum splendore nihil vrbe inferius.

* Egenus ab egeo, inops, qui res sibi necessarias, quibus eget appetit. אביון *Ebjon*, à verbo אבה *Aba*, voluit, affectum & propensionem habuit erga aliquam rem. Cognationem habet cum אהב *Ahab* dilexit: item cum יאב & תאב *Iaab* & *Taab* appetiuit. Quæ egeno apperentissimo rerum quibus indiget conueniunt. Inde ἀβιάζω, cupio, volo, & Latin. aueo Desiderium item & appetitus אביונה *Abijona* dicitur: & אבוי *Aboi*, βοβαι, interiectio exclamantis propter egestatem. חסר *Chaser* etiam dicitur, à verbo חסר *Chasar* Eguit, inopiam habuit, passus est defectum. Hinc ὑστέρα ὑστερέομαι, deficio, egeo. Item per aphæresin στερέω στερῶ, στερίσκω; priuo; στέρησις priuatio, στερητικός priuatiuus: & חסר *Choser*, defectus, inopia, egestas. Certè egenus ab Ebjon, & Gallis *chose* qua egeni priuantur, à *Choser*, q. d In re nulla aut tenui, rebus indigens. Gr. ἐνδεής, ἄπορος. A prima voce *Indigus* non longè distat. Ἐνδέω, Opus habeo: ἐνδεὴς οὐδενός. Nihil tibi deest. Δέω, opus habeo, Indigeo. Quoad alteram, πόρος transitus, traiectus, à πείρω, transeo, traiicio: Inde ἄπορος, transitum non habens: ἀδιέξοδος, per quem trāsitus nobis minimè patet. Metaphoricè autem ἄπορος dicitur, qui rationem nullam inuenire potest, qua se ex difficultatibus, in quibus languet, expediat. Speciatim verò, id de egeno & rerum inope dicitur. Aliquoties de inope consilij sensúsque & rationis experte, Stupido & amente intelligitur: vt ἄπορος idem sit ac μωρὸς stultus: quemadmodum etiam egestas, inopia, bonorum animi vt & corporis defectum, variis idiotismis significat.

Eiraphiotes. εἰραφιώτης, dictus Dionysius ἀπὸ τοῦ ἐρράφθαι, quod *femori Iouis fuerit insutus*, vel ἀπὸ τοῦ ἐρίφου *coronādo*, vel ἀπὸ τοῦ ἐρίφου hœdo, *quod enutritus sit lacte caprino, vel* ἀπὸ τῆς ἔριδος *contentione, quæ fieri solet inter potandum.* Hinc ἐριβρεμέτης audit.

Eislebia comitatus Mansfeldiæ metropolis appellationem suam consecuta putatur ab Iside Ægyptiaca, quæ, *Tacito teste*, Sueuicas oras, eisque vicina loca post mortem Osyridis mariti peragrauerit, sedesque fixerit hoc loco, qui fuit-

dum fertilem non ſolùm habet, ſed etiam ſitum admodum ſalubrem.

Elam, quo nomine appellata Perſia, *iuuenem* aut *adoleſcentem*, ſignificans, deriuari videtur ab עלם *occultauit.* Hinc עולם *ſeculum æternum*, cuius finis abſcõditus eſt nobis.

Elaterium medicamentum ex ſucco cucumeris ſyluestris, qui expreſſus ſiccatur inque paſtillos redigitur, bilem & pituitam ſupra & infra trahens ex ſententia Mauardi *lib 13.cap.1.* *ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν*, id eſt, *impellendo & agitando* deduci poterit, quaſi agitatorium dicas Latine.

Elcana maritus Annæ matris Samuelis *Deique heredem* ſignificans, deriuatur ab אל *Deo*, & קנה *acquiſiuit.*

* *Electio*, Ἐκλογὴ, à verbo ἐκλέγομαι, Eligo, Hebr. מבחור *Mibchar*, à verbo בחר *Bachar*, elegit, ſelegit, Iuuenem Hebræi בחור *Bachur* nominant, quòd ſit idoneus ad aliquid agendum, nominatim ad militiam: item eum qui ad functionem aliquam præclaram obeũdam accerſitur. Inde Electionis quatuor ſignificationes aſſurgunt. 1. Sumitur pro electione ad vitam æternam. Epheſ. 1. 4. Ioh. 13. 18. 2. Pro electione ad ſalutem, ſed in tempore facta: quum ſcilicet aliquis actu è mundo ſeligitur, & Chriſto Seruatori inſeritur. Hac electione, quæ prioris effectus eſt, omnes electi ante mundi conſtitutionem, dicuntur iterum eligi è mundo, quum per prædicationem Euangelij & per Spiritum Sãctum Chriſto inſeruntur: & regenerantur. 3. Pro electione, qua aliquis, ſiue electus, ſiue reprobus, externè è populis profanis & incredulis, in corpus populi Dei, per ſymbolum fœderis, vt per circunciſionem veteri teſtamento, & per Baptiſmum in nouo, cooptatur atque inſeritur. Sic totus populus Iſtael ſæpius à Moſe & Prophetis vocatur populus electus: quomodo etiam Petrus omnes Chriſtianos vocat electos. 4. Pro electione qua aliquis ad functionem quãpiam vel eccleſiaſticam, vel politicam, vel œconomicam legitima & deo probata ratione vocatur. *Electio* itẽ Græcis dicitur ἄιρεσις, & Eligo ἀιρετίζω & ἀιρέομαι, quod verbum deriuatum videtur ab Hebręo ברר *barar*, i. purificauit vt electus habeatur.

Electrum, ἤλεκτρον. Vtrumque à Sole, qui Poetis dicitur ἠλέκτωρ. Huic color non vnus. Nam aliud candidum, quod præſtantiſſimum habetur: aliud fuluum & perſpicuum inſtar vitri, quod ὕαλον nominant Græci. Omne autem, igni admoto ardet, affrictuque calefactum plumas & alias res leues, vt magnes ferrũ, ad ſe trahit ac retinet. Quam ob cauſſam Græcorum quidam ἅρπαγα nominauerunt. Sed præter electrum hoc, eſt quoque genus metalli nomine dictum eodem, cuius Plinius meminit *lib. 33. cap. 4.* Iſidorus *lib. 16. cap. 23.* Tertullianus aduerſus *Praxeam*, & Iuriſconſulti *diuerſis locis.*

Eleemoſyna quid aliud, quã ἐλεημοσύνη *miſericordia*, quæ & ἔλεος eſt Græcis? Per metalepſin aut κατάχρησιν ſignificat gratuita illa beneficia in proximum, quę ex miſericordia proficiſcuntur. Hebraica vox חסד *Cheſedh*, vtramque ſignificationem complectitur. Non erit ergo eleemoſyna verè eleemoſyna, niſi benignitas à corde & interioribus viſceribus initium ſumat. Innuere videtur id etiam Sapiens *Prouerb. 22.* cùm inquit: *Qui pronus ad miſericordiam, benedicetur. De panibus enim ſuis dedit pauperi.* Et Auguſtinus Sermone de verbis Domini: *Duæ ſunt eleemoſynæ: Vna cordis, altera pecuniæ.*

Elegia, tetraſyllabica dictio, vel Elegeia quinque ſyllabarum, *vt eſt vſus Ouidius in Amor.* vel elegus, carmen quippe elegiacum, deducitur à Diomede παρὰ τὸ εὐλογεῖν τοὺς τεθνεῶτας, quod defunctorum in ſe laudes contineat: Vel ἀπὸ τοῦ ἐλέου miſericordia, quòd Tyrtęus & Græci eo metro ediderint ἐλεγείας. Planc idẽ ſentit Horatius, miſerabiles appellans elegos, quorum nomen propterea nonnulli e-

nulli etiam *ἐ lamentantium* voce deducunt. Dixit in hanc quoque sententiam Ouidius alio loco:

Flebilis indignos Elegeia *solue capillos,*

Ah nimis ex vero nūc quoque nomē habes.

Apud Græcos claruerunt in eo carminis genere Callimachus & Philetas Cous, quorum meminerunt Propertius & Ouidius, tum Mimnermus, cuius Horatius mentionem fecit, apud Latinos vero *Propertius, Catullus, Tibullus.* Quis primus inuentor fuerit, Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

Elementum dici vult Hieronymus *in Epistolam* Pauli ad Hebræos, quasi eleuamentum, quod cætera ex elementis initium sumant. Alij ab alendo deducunt. Materialia principia seu fundamenta compositorum corporum sunt elementa, Physicis numero quatuor, *terra, aqua, aer, & ignis*, in quæ illa denuo resoluuntur, cum intereunt, marcent & contabescunt. Superior est omnibus ignis eisdem leuitate præstans, natura calidus, siccus, rarus & leuis. Proximus huic aër nusquam purus, cuius est cuncta peruadere, penetrare, implere, natura calidus & humidus, ex Hippocratis sententia. Aqua, cuius est nutrire, fœcundare & humectare, omnium frigidissima est & humidissima. Terra autem frigida, sicca, & grauitate reliquis præpollens, multúmque materiæ rebus creandis suppeditans, suoque gremio fouens fœcunda rerum semina, quæ retinet in se, & stato tempore in lucem profert.

Elephantiasis vel ἐλεφαντίας corporis vniuersi cancer & melancholica extuberatio, intus à visceribus facto initio, & ad extimam vsque cutem continuato progressu, nec differens ab Arabum lepra, videtur Laurentio Vallæ appellata hoc nomine, quòd inter omnes alios morbos ita præstet, vt inter animalia elephas, referente id Petro Crinito *lib. de honesta disciplina 20. cap. vltimo*, cùm potius incurabilis morbi nomen ex ipsa cutis elephanti similitudine deducatur, quæ in laborantibus eo morbo est inæqualiter crassa, squamis exasperata, liuans, fœda, ex crasso & melancholico humore venenata qualitate imbuto originem trahens. Prima mali labes residet in iecinore & liene, atque inde vitium serpit. Humor, vt dictum, melancholicus est plus minúsue, siue fecis instar accumulatus, siue genitus ex vsta bile, siue syncerus, siue bili aut pituitæ permixtus. Nam pro mixturæ modo variæ sunt huius morbi differentiæ. Prius autem non perimit, quam totus homo membratim fuerit dilaceratus, vt scribit Aretæus, qui addit eundem morbum appellatum λέοντα vel λεόντιον propter extremarum frontis rugarum cum leonibus similitudinem. Archigenes, *vt est apud Aretæum*, σατυρίασιν dixit cùm à genarum rubore & facie persimili Satyris, tum propter inexplebilem coeundi libidinem: Veteres ἡράκλειον, quod nullus eo morbo sit maior aut valentior.

Elephas, Etymologico magno quasi ἐλέβας dictus, quod per paludes incedat. διὰ γὰρ τὸ βάρος ἐν ὕδατι ἑλώδει τὰς ἐπιβάσεις τουτέστι τὰς μίξεις ποιεῖται, ob grauitatem enim in aqua palustri perficit ascensus, id est, coitus. Aut potius natum id nomē παρὰ τὸ ἐλεφαίρω, quod est *lædere* Latinis, vel ab ἑλίσσω, quod est implico aut inuoluo, ὡς ἑλιγμένην ἔχει τὴν ῥῖνα, quod inuolutam habeat proboscidem: ἢ παρὰ τὸ ἐν ἕλει ἐπιβαίνειν τῇ θηλείᾳ quod fœminam ineat in palude. Alij ita: A λευκοῦ, id est, candido fit λεύκας, versione τοῦ κ in φ λέφας, hinc Pleonasmo τοῦ ε ἐλέφας. Est enim candidum in primis ebur. Hebræis dicitur פיל vnde & quidam arcessere audent nominis originem. Gaudet appellatione Hannonis: *Flectitur pollicitis*: Ad sensus enim humanos proximè accedit, adeo vt patrium quandoque sermonem intelligat. Honorē & gloriam vsque adeo ambit, vt ignominia notatus mortem præferat infamię. Fertur & noua apparente Luna se flumine purificare, tanto interim robore præ-

bore præditus, vt turres olim ligneas cũ bellatoribus gestauerit. Etsi vtriusq; partis periculo in aciem educeret. Quapropter cõmunis etiã hostis est appellatus. Frequenter enim in suos se conuertit, teste Curtio *lib.8.* Hirtio de bello Africano, Plutarcho in Pyrrho. In prælium primi omniũ Persæ eum eduxisse feruntur, vt primus omniũ Pyrrhus aduersus Romanos, cõpertumque nõ specie solũ, sed odore, stridore cristisque tum equos tum milites terruisse, astipulãte Ammiano *lib.25.* Ductos elephantos in triũpho L. Metelli Pontificis scribit Plinius *lib.8. c.2.* Sed & in gladiatorio munere in circum productos, & interfecisse per funes, aliaque ludicra exercuisse, apud eũdem legas. Quodque mireris tam vastũ tãtoque robore animal suis tamẽ grũnitum timet, cumque Rhinocerote lethales exercet inimicitias.

Elcazar adiutorem Dei significans, deriuari videtur ab אל *Deo* & עזר *adiutore*, cui nomen Lazari respondet.

Eleusinia sacra Athenis in Cereris honorem instituta, quę facibus & tędis ac censis agitabãtur, vt ita Cererem filiam suam anxie quærentem repræsentarent, ab Eleusinia Cerere nomen traxerunt. Nemini hæc propalare licebat. Itaque Varro interpretationem eorum omittit Pausanias verò & Numenius per somnium admoniti, ne explicarent, aut in vulgus efferrent. Tanti illa æstimata fuisse leguntur, vt Hercules iis initiari optauerit, quod tamen assecutus non est, teste Pausania.

Elicius ab eliciẽdo appellatus Iupiter, *teste Ouidio Fastorum* 3. Huic aram exstruxit Numa in Auentino. Plutarchus tamen in Numa deducere videtur id nomen ab ἱλέω id est, propitio.

Eliphas amicus Iobi & Themanites dictus a ciuitate Theman, distante Hierosolymis *decem miliarium spatio*, aurum Dei significat Nam אל est *Deus* פז nihil aliud quam *aurum bonum & purum*.

Elis Peloponnesi vrbs quibusdam appellationem arcessit ἀπὸ τοῦ ἡλίου sole. In eius enim tutela fuit. Apud eã celebrabantur Olympia quinto quoque anno in honorem Olympici Iouis. Vnde Olympias quatuor annorum spatium: & exinde per Olympiades cœperunt Gręci numerare tempora, id quod primum ab Iphito institutum volunt nonnulli, quo tempore Lycurgus Lacedæmoniis leges concedebat. Alij, & quidem rectius, inductam credunt hanc Olympiadum festiuitatem tempore Sauli, & ad Imperium vsque Theodosij perductam desiisse tandem, quod tum per Indictiones computationem instituerint.

Elisa ab אל *Deo*, & שה *oue* vel *agno* nomen accepit: Sed Elisæus siue אלישה Dei salutem significans deducitur ab אל *Deo*, & ישע *saluauit*, à quo verbo etiam ישוע *Iesus saluator*.

Elizabeth, Dei mei saturitas vel iuramentum. Nam אל est *Deus* שבע *saturitas*. Commutata ita erit ע in ת quod tamen hactenus rarò obseruatum est fieri.

Elleborum vel *Elleborus*, Latinis veratrum, videtur Isidoro dici, quod circa elleborum quędam fluuium plurimum gignatur, vel potius nascatur. Commentitium hoc planè, siue ab Isidoro siue à Græcis profectum fuerit. Optimũ enim & præstantissimum olim inuentum fuit in Anticyra insula, vbi & sumebatur tutissime cerebri purgandi gratia. A Græcis etiam dicitur Melampodium à Melampode ouium pastore, qui eo Prœtidas furẽtes sanitati restituit. Elleborum nigrũ folia habet platani, sed minora & pluribus incisuris & subaspera nigrioraque, & caulem scabrum, tum florem, qui ex purpureo cãdicat & instar vuę est racemosus. Elleborũ album folia agnoscit plantaginis, sed breuiora nigrioraque, caulem quincunciale & ferulaceum & tunicis bulborum obuolutũ, adeoq; radicẽ cepæ modo permultis fibris capillatam. Apud Hippocratẽ audit ἐκτόμον

quamquam apud Dioſcoridem perperam ſcribatur ἐκτομον. Dicitur quoque πολύῤῥιζον. Atque adeo ſunt, qui etymon (ne id omittam) deriuant ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν τὴν βορὰν, quòd auferat cibum. Validè enim repurgat, vſque adeo vt, ni modum ſerues, nimia purgatione ſua conuulſionem aliquando efficiat, maximè in corporibus ſanis, iuxta Hippocratem.

Elixum aliquid dicitur à lixa, id eſt aqua, quam eo nomine nominabant veteres, *vt ſentit Nonius Marcellus*, vel à liquore, *vt placet Varroni*. Hinc lixæ dicti militares miniſtri, qui aquam deferunt ad tentoria.

Elohim, Hebraice אלהים, quia ſæpe deprehenditur in Latina tranſlatione, inter hæc mea en locum facio. Eſt autem plurale ab אלוה. *Aben Eſra* dicit non ſignificare hoc nomen propriè diuinam eſſentiam, ſed potius nomen formale quo deſignatur infinita eius potẽtia. Nam ab אל, quod robur & fortitudinem ſignificat, trahit originem. Nec reprobanda ſententia Rabi Nachmani, qui אלהים arbitratur dici Deum, quaſi אלהם *robur eorum*, eo quod ſit, *vt idem ait*, הכחות בעל, id eſt, virtus virtutum.

Eloth, id eſt, quercetum, ciuitas maris rubri, ab ilicibus deriuat nomen. Nam אלה Hebræis eſt ilex, ſic etiam dicta ab איל, quæ vox arietem ſimul & fortem ſignificat.

* *Elul*, אלול, menſis ſextus apud Hebræos in quo ſegetes ſunt demeſſæ in terra Chanaam, & campi ſunt vacui, nihilque in agris ſupereſt; à voce אליל *Elil*, quæ nihilum ſignificat. Reſpondet menſis Elul partim Iulio, partim Auguſto noſtro.

Eluſco, quod altero oculo orbare ſignificat, ab *e* Præpoſitione & *luſco*, id eſt, altero oculo orbat[illegible] homine iuxta *l. in hac actione ff. [illegible] end[illegible] t[illegible]ritie*. compoſita eſt dictio. [illegible] Iulianus *ad leg. Aqui[illegible]*. tenet[illegible] Præ[illegible]m, qui diſcipulum in [illegible] lin[illegible] [illegible]etit.

Eluuies, quippe ſordes, quæ per cloacas & flumina repurgantur & reſidere ſolent, ab eluendo nomen deriuat. Hinc Marcellus purgationem interpretatur. Lucilius *lib. 26.* vt eluuiem facere per ventum velis.

Elyſius campus, ſiue Elyſiũ, vel Inſulæ fortunatæ, quas alii ſtatuẽre circa Ægyptum, alii circa finem Oceani, ponuntur a Virgilio apud Inferos tanquam locus diſtinct⁹ & ſeparatus ab eo loco, in quo noxii plectuntur. Canit ille hoc modo:

His demum exactis, perfecto munere Diuæ,
Deuenere locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, ſedeſque beatas,
Largior hic æther campos & lumine veſtit
Purpureo, ſolemque ſuum, ſua ſidera norunt,

Plato etiam in Phœdone, vnde Poëta hæc ſua deriuaſſe videtur, agnoſcit αὐτὴν τὴν γῆν καθαρὰν ἐν καθαρῷ κεῖσθαι τῷ οὐρανῷ, ἐν ᾧ πέρ ἐστι τὰ ἄστρα. Facit cum his Plutarchus in lib. εἰ καλῶς εἴρηται λάθε βιώσας, vbi agnoſcit τῶν εὐσεβῶν χῶρον, τοῖσι λάμπει μένος ἀελίου. Terram illam, quæ Platoni ſedes eſt beatorum, multi arbitrantur eſſe Paradiſum illum, cuius mentionem fecit Moſes, tanquam Plato ab Ægyptiis ea acceperit, cuius ſententiæ eſt etiam Iuſtinus Martyr in Parænesi ad Græcos, qui exiſtimat eundem locum ſub fabuloſis illis Alcinoi hortis ab Homero, qui in Ægypto peregrinatus fuit, expreſſum Idem confirmat Origenes 7. *aduerſus Celſum*. Quin imo Homerus nominat ἠλύσιον πεδίον Odyſſ. δ. vbi conſtituere videtur ἐπὶ πείρατα γαίης, fines terræ. Euſtathius eo loco dictum putat ἠλύσιον πεδίον, διὰ τὸ ἐν αὐτῷ ψυχὰς διάγειν κατὰ μῦθον ἀλυούσας, ὅ ἐστι χαιρούσας, ἢ λελυμένας σωμάτων, quod iuxta fabulam degant in eo animæ corporibus ſolutæ, magna lætitia & voluptate perfruentes. Addit nonnullos opinari ab Elyſio piiſſimo quodam viro ſic nominatum, vel quòd οἱ ἐκεῖ ἔχουσι ἀλύτως, ἤγουν ἀφθάρτως, ἀθανάτως, quòd *qui ibi ſunt indiſſolubiliter*, id eſt, *incorruptibiliter & immortaliter ſe ha-*

beant. Huic etymo cõsentaneum aliquo modo, quod scribit in Hesiodum Proclus. Verba eius sunt: μακάρων δὲ νήσους εἰπὼν, παράδεισον αἰνίττεται, ἢ γοῦν τὸ ἠλύσιον πεδίον παρ' αὐτοῖς λεγόμενον παρὰ τὸ ἄλυτα τηρεῖν σώματα, ἢ παρὰ τὴν λύσιν τῶν κακῶν, *Beatorum insulas cum dicit, Paradisum aut campum Elysium significare videtur. sic dictum, quod corpora seruet indissolubilia, vel à solutione malorum.* Hesychius & alii nonnulli vocant χώριον ἱερὸν, θεῖον, θερπνὸν, ἄφθαρτον, ἀκήρατον, ὃ καὶ παράδεισον λέγουσιν οἱ ἕλληνες, ἀπὸ τοῦ μὴ λύσιν ἔχειν, *quod ibi animæ a corporibus non soluantur.* Quanquam Seruius contra ἀπὸ τῆς λύσεως ductum putet Elysium, quòd animæ piorum ibi post corporis & animæ dissolutionem habitent. Poetæ vocant hunc locum etiam *Elysias domos, beatorum sedes, & fortunatas insulas.* vt antea dictum. Horatius appellat *diuites insulas,* Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis, & imputata floret vsque vinea.

Emancipatio, qua filius olim interueniente & suo, & patris assensu, relaxabatur à patria potestate, quasi e manu traditio nomen inuenit. Proprie illa de liberis dicitur, vt manumissio de seruis. Haberi solebat adhibitis non minus quinque testibus ciuibus Romanis puberibus, & præter hos alio eiusdem cõditionis, qui appellabatur *Libripẽs*, eratque ea comparata ad similitudinem vẽditionis, cùm hic pater naturalis filium suum patri fiduciario manciparet, id est, manu traderet, à quo numos pretii vice accipiebat. Quoniam verò ex lege filius à patre ita venundatus vsque ad tertiam mancipationem redibat in patris potestatem, propterea etiam secunda mancipatio & è iure cessio adhibebatur: Cumque iterum rediisset, tertia adhibebatur, & tum demum egressus putabatur è potestate patris. Nemo autem cogebatur emancipare filium, *l. filiusfam l. §. secundum vulgarem ff. de leg. 1.* id quod tamen fallebat, cum pater durius tractabat filium, & nimium contra pietatem afficiebat verberibus. *l. final. ff. si quis à patr. ma.* Vel si turpia peragendi atque peccandi necessitatem imponebat, vel legatum agnouisset ea conditione, vt filium è manu mitteret: Tum enim vel inuitus cogi poterat Iudicis officio.

Emansor vocatur miles ab *emanendo*, qui diu vagatus regreditur ad castra, isq; tempore discernitur à fugitiuo, vt & *à Desertore.* Etiamsi fugitiui nomen propriè referatur ad seruum, qui (*vt Cælius definit*) fugæ caussa extra ædes Domini mansit, vt se à Domino celaret.

Embamma, contritus sapor acido vino infusus ad acuendum excitandumq; stomachum, cuius Vlpianus mentionẽ fecit, *l. si quis vinum. §. si acetum. ff. de trit. vin. & ol. leg.* nomen accepit à verbo ἐμβάπτειν, quod intingere significat.

Emblema, ornamentum vasorũ, quod addi potest & detrahi, ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν, id est, *imponendo* dictũ ait Antonius Nebriss. Vsus fuit hac voce Lucilius, cùm Albutium Scæuolam exagitat, *vt testis est Cicero de Oratore*, vbi lateribus accommodat siue tesserulis quadratis, quibus solum in ædibus consternitur. Itaque de vasis solis tale opus intelligi nequaquam potest.

Embolismus, ἐμβολισμὸς, *intercalatio*, qua dies vnus Februario, qui inde mẽsis intercalatis audit, interseritur, vt anni ratio conueniat cum Solis cursu, ab eodem verbo ἐμβάλλειν, quod inijcere significat, nomen deriuat.

Emeritus miles dicitur, qui iam functus est suo munere, & vacationem impetrauit à militia. Tranquillus in Caligula: *Cæterorum increpita ætate, commoda emeritæ militiæ ad sexcentorum milliũ summam rescidit.* Papin. in sylnis: *Cæsar ab emerito iubeat discendere bello.* Appellatus est hoc nomine ab emerendo, id est, *valde merendo.* Emeritus ergo valde meritus, vt *edoctus*, valde doctus: *lignum edurum*

edurum, valde durum. Nam ſic dixit Virgilius *Eduramque pyrum, & ſpinas iam pruna ferentes.* Idem per tranſlationem dixit *emeritos boues* pro defeſſis & à labore ſolutis, vt Iuuenalis *emeritam acum.*

Empanda dicta eſt in Paganalibus Ceres, *vt notat Ioſephus Scaliger Coniectaneis in Varronem*, de qua intelligendus ſit Varro *lib.1.de vita pop.Rom.* cuius hæc apud Nonium leguntur verba: *Hanc Deam Ælius putat eſſe Cererem: Sed quod in aſylum qui confugerent, panis daretur, eſſe nomen fictum à pane dando pandere, hoc eſt, aperire.* Ergo, *inquit Scaliger*, intelligit Empandam Deam paganorũ. Agnoſcit & illud Feſtus. Paganalium verò, hoc eſt feriarum agriculturæ cauſſa ſuſceptarum auctor eſt Seruius Tullius, *vt tradit lib.4. Dionyſius Halicarnaſſ.*

Emphyteuſis, ſpecies contractus ab emtione & locatione ſeiunctus, quo ſteriles agri perpetuò & ea lege conceduntur, vt reddantur meliores plantatione, ab ἐμφυτεύω, id eſt, inſero vel pláto, nomẽ habet. Cœpit enim primùm contractus hic eo modo, vt tantùm ſterilia cõcederentur redigenda in ſtatum meliorẽ plantationibus. Vnde ius Emphyteuticũ alio quidem nomine, ſed Barbaro, *meliorato* dici cõſueuit. Ipſemet emphyteuta habet vtile dominium teneturq; annuam penſionem ſingulis annis perſoluere dominis proprietatis, atq; adeo ſalua rei ſubſtantia. Emphyteuſis verò vendi aut alienari nõ poteſt, donari poteſt, *teſte Bartolo in l. 1. C. ne rei dom. &c.* Vendere tamẽ poſſunt & legare melioramenta, vt vocant, *teſte eodem Bartolo l. quicunque. C. l. de omn. agr. deſ.*

Empirica medicorum ſecta ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας, id eſt, *experientia* nomen deriuat. Hanc enim ſolá ſectátur Empirici, quorum ars, *teſte Galeno 2. de methodo* medendi, nihil aliud eſt, quá obſeruatio & memoria quædam eorum, quæ viſa ſunt habere inter ſe cõſecutionem aliquam. De hiſtoria itaque per experiẽtiam iudicium facit, at rationalis per cauſſam diiudicat: Quam cum nanciſci non poteſt, iudicium experientiæ committit. Hæreſis medicinæ, quam is profitetur, eſt λογικὴ, vt prior ἐμπειρικὴ. Poſt has duas extremo loco ſubnata eſt μεθοδικὴ, cuius Profeſſores pollicebantur ſeſe totam artem docturos ſex menſium curriculo, & ſectam ſuá definiebant cognitionem euidentium communitatum finem Medicinæ ſequentium. Nomẽ inuenerũt ἀπὸ τῆς μεθόδου, quæ via eſt certa & compendiaria tractandi aut docendi aliquam rem. Totá enim artem contrahebant in anguſtum, vt iam modo eſt dictum, & Galenus teſtatur *lib. de ſectis.*

Emplaſtrum, ἀπὸ τοῦ ἐμπλάττειν dicitur, quod in vnã maſſam formare ſignificat.

Encænia, quo nomine in genere fœminino vti poteris, aut in numero multitudinis ad modũ Saturnaliorum, vel Bacchanaliorum, vtpote quo modo tãdem vſa fuit Eccleſia, & anniuerſariam ſolẽnitatem ſignificans dedicationi templi adhibitam nomen arceſſit ab ἐγκαινίζω, quod eſt conſecrare, dedicare, & innouare, quod tum innouetur aliquid, cum prophanus eius vſus aboletur, vel ad eũ vſum reducitur, in quem prius erat inſtitutum. Sic *Exodi 40.* tabernaculum in deſerto erectum certis ceremoniis dedicatum fuit, vaſa *1. Reg. 7.* templum Salomonis *1. Reg. 8.* Zorobabel *1. Eſdræ 6.* dedicauit idem, cum eſſet vaſtatũ a Babyloniis. Vrbis muros itidem dedicatos legimus *Nehem. 12.* Obſeruatumq; fuit inprimis in veterum dedicatione, vt templa vni & vero Deo conſecrarentur, vt diuinarum promiſſionum populus admoneretur, verbumque Domini proponeretur, ſicut apud Eſrã factũ fuiſſe legimus, vtq; Pſalmi canerentur actis omnipotenti gratiis, quibus exercitiis diem totum inſumebant. Hebræi nominãt חנכה *Chanucah.* dedicationem à verbo חנך, *Chanac*, quod *dedicare, initiare & conſecrare* ſignificat.

Enchiridion dictum, *inquit Iſidorus*, quod

manu astringatur. χὲρ enim Græcè manus vocatur.

Enchusa Bataviæ Septentrionalis vrbs dicta creditur quasi *enckel huysen*. Cùm enim ædificia rara essent principio in vici modum, postea densiora sunt facta.

Endromis, genus vestis hirsutæ & villi longioris, qua vtebantur in gymnasiis ad arcendum ventos, pluuias, & frigus, dum versabantur in cursu, nomen accepit, quod eius esset vsus ἐν δρόμῳ, id est, *in cursu*. Quidam volunt eam etiam post certamina athletas sumsisse, ne refrigescerent. Martialis ergo:

Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam
Quæ Lacedæmonium barbara nomē habet,
Sordida, sed gelido non aspernāda Decembri
Dona peregrinam mittimus Endromida:
Seu lentū Ceroma teris, tepidúmue trigona,
Siue harpasta manu pulverulenta rapis:
Plumea seu laxi partiris pondera follis,
Siue leuem cursu vincere quæris Athan:
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus,
Neue grauis subitò te premat Iris aqua.
Ridebis ventos hoc munere tectus & imbres,
Nec sic in Tyria syndone tutus eris.

Engonasi ἐγγόνασι stella, quam Firmicus *ingeniculum* vocat, Ouidius *nixum genu*, Cicero *nixum*, Manilius *nixam genu speciem*, ἀπὸ τῶν γονάτων, id est, genibus accessit nomen. Fertur enim Hercules esse inter sidera relatus hac dimicantis specie. Etsi alii Thamyrin esse velint excæcatum à Musis, supplicemque ita pronolutum in genua.

* *Enoch* Caini filius à quo Enochia, prima in mundo constructa ciuitas nomen accepit, Genes. 4.17. Vide *Vrbs*.

Enosch filius Seth, *vt constat ex cap. Genes. 4.* qui cœpit nomē Domini inuocare, à vitæ humanę miseriis nomē habet, quod norunt Hebraicæ linguæ periti. Nam אנש verbū doloris est. Est & generale nomen ipsius hominis, qui Chaldaice dicitur אנש. Sed nec ita malè ad eandem originem reduci poterit. Eusebius deriuasse videtur à נשה *nascha*, quod obliuisci significat, cùm Enosch in trāslatione ipsi sit ἐπιλήσμων. Est & verbum eiusdem linguæ נשא *seduxit*, in Niphal seductus est: Quam quidem originationem ausim æquiparare etymo Eusebii. Maximè tamē primā illā ab huius vitæ calamitatibus sumtā amplector, quod & Drusius facit *quæst. & Respons. lib. 2. q. 78.*

Enthymema, breuis & cōcisus syllogismus, Aristoteles συλλογισμὸς ἀτελής, itē ἀπόδειξις ῥητορικὴ *Rhetoric. 1. & alibi* ῥητορικὸς συλλογισμός. *& Topic. 1.* μονολήμματος συλλογισμός, argumentādi ratio admodū accōmodata Philosophorū cōcertationibus, quæq; cōstat ex probabilib. & signis, quę Græci εἰκότα καὶ σημεῖα vocant, deriuatur ἀπὸ τοῦ ἐνθυμεῖσθαι, quod est *animo concipere*. Philosophus maximè reprehendit vetustos Rhetores, quod nihil dixerint de enthymemate fundamento probationis, his verbis: οἱ δὲ περὶ ἐνθυμημάτων οὐδὲν λέγουσιν, ὅπερ ἐστὶ σῶμα τῆς πίστεως, maximeq; probat Demōstratiuum enthymema, quod conficitur ex contrariis. Duo enim eius genera facit, *Demonstratiuum* vnum, alterum ἐλεγκτικὸν *redargutorium*.

Enyo soror & vxor Martis, *vt placuit Augustino*, ὡς ἐνίβοα, id est, *immittens vel addens animum pugnantibus*, est appellata, vel κατ' εὐφημισμόν, quod neutiquā sit ἐνυὴς καὶ ἐπιεικής, *æqua & mitis*, iuxta Gyraldum.

Epactæ Latine adiectiones, ἀπὸ τοῦ ἐπάγειν, id est, *inducendo* vel *adiiciendo* trahi videntur. Cum enim ante Iulium Cæsarē Romani 12. mensibus Lunaribus finirent annum, ipsa quidem luna viginti nouem lucente dies & dimidiū, ac proinde iuxta eius cursum dies conficerentur trecenti & quinquaginta quatuor, quo tēporis spatio vel potius anno lunari ad anni solaris rationē exacto vndecim dies supersunt necessarii ad complementum anni solaris, qui Græcis & Latinis dicuntur ἐπακταί. additi fuerunt intra 8. annos tres menses intercalares; quod tempus octoeterida nominarunt. Hinc

Hinc factum, vt tres anni postremi singuli tredecim haberent menses. Hanc rationem confusiorem, in qua annorum initia non incidebant in certum diem, ex consilio Sosigenis mathemathici emendauit Iulius, a quo Iulianus annus nomen inuenit. Ille vero aut est communis dierum 365. aut bisextilis, dierum 366. Verus enim annus iuxta Astronomos continet non tantum dies 365. sed insuper horas fere sex. Hæ sex horę sunt quadrans diei vnius. Quatuor autem quadrantes efficiunt vnum diem Ergo quarto quoque anno mense Februario intercalatur dies vnus, & talis annus nominatur annus bisextilis. Methodum Epactarum castigatam & cautionem earundem optime tradidit Scaliger *de emendat. temp. lib. 8.*

Epanaphora alio nomine ἀναφορὰ, species παλιλογίας, quam διλογίαν nominat Demetrius, ἀπὸ τοῦ ἐπαναφέρειν, id est, repetendo arcessit nomen. Huius exemplum extat apud Homerum Iliad. 2. cum de Nireo canit:

Νιρεὺς ἀγλαΐης θ' υἱὸς, χαρόποιό τ' ἄνακτος:

Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε.

Epanodos Rhetorica figura, Latine *regressio*, vel *repetitio*, ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, id est, via, nomenclationem deducit. Huius exemplum tale dedit Martialis:

Digna tuo cur sis, indignaque nomine, dicā:
Frigida es, & nigra es: Non es, & es Chione.

Epaphus filius Ius, Inachi filiæ, quam legitur Iupiter trãsformasse in vaccam, addito Argo illo custode, qui centum luminibus cinctum habebat caput, tulisse videtur quibusdam nomen, ὅτι Ζεὺς ἐπαφησάμενος τῆς Ἰοῦς πάλιν εἰς γυναῖκα αὐτὴν μετεμόρφωσεν. Iuncta ipsius templa maternis templis habuit Ægyptus. Ceterùm illic dictus est Apis: vt initiatus suspicionis nonnihil, ab Apide forsan deductum Epaphi nomen Scribit enim Herodotus libro 2. ὁ δὲ Ἆπις κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν Ἔπαφος.

Epenthesis Grammatica figura, qua medio dictionis aliqua litera iniicitur, vel etiam syllaba, ἀπὸ τοῦ ἐντίθημι, quod *insero* significat, nomen inuenit. Hanc non expressit Virgilius, cùm dixit: *Maneant in relligione nepotes*, vt existimat Isidorus, cum per diplasiasmum ita dixerit; verùm eo carmine, *Tribulaque, trahaeque, & iniquo pondere rastri*. Quomodo & *nauita* pro *nauta* est dictus, & *induperator* pro *Imperatore*, vt constat cuiuis.

* *Ephebus*, ab אב Eb, id est, pubes, pubertas originem trahit, vt Græcum nomen ἔφηβος, ab ἡβάω, vel ἀπὸ τοῦ ἐφηβᾶν, vel q ἐφ' ἥβης: item Latinum pubeo, pubesco In adolescentibus enim Eb, אב, ἥβη pubes & lanugo flósque genarum apparet Ephebi, inquit Isidorus, à Hebo dicti, qui φοῖβος, quasi ἐφοῖβοι, quod ille comatus & iubatus sit, nempe radiis insignitus. Alij ita sentiunt. ἥβη pubes φόβη dicta, inde Latinis fabens παῖς puer, fabea, παιδίσκη, puella. φόβη iuba, coma, cæsaries, hoc nomen sortita, quod φόβον terrorem aspicientibus incutiat, quam etiam terrificam substantiua voce Ouidius nominat in metamorph. vbi de Ioue irato loquens, inquit, *Terrificam capitis concussit terque quaterque.* φόβη etiam de plantarum culmis & capillitio dicitur, teste Theophrasto de excrescente calamo milij: & Plinius, Milij comæ (*phoba*) granum complexæ fimbriato capillo curuantur. Apud Theocritum vites ἅβαι cognominantur, id est, teneræ, virentes, recentes, puberes. *Pubentes herbæ* apud Virgilium: & Cicero Tuscul. qu. 1. *Vites Latipsca Pampinis pubescere.* Porrò vt אב, Eb, pubertas, vnde ephebus, mollem & teneram ætatem significant, Græci mollem, delicatum, effœminatum, ἁβρὸν appellarunt, q. d. ἅβον. & in medio inserta. Puella item mollis seu ancillula ἅβρα, ab ἥβη. Αβραν verò gentile seu ἐθνικὸν vocabulum nominat Eustathius, cuius idcirco non in Græca, sed in Hebræa Lingua quærimus originem.

Ephemeris, quæ Sempronio Asellioni Diarium est, Diurna Iuuenali in nume-

ro plurali, nempe libellus, in quo singulorum dierum acta continentur, *ἀπὸ τῆς ἡμέρας*, id est, *die* deducit nomen. Hodie Ephemerides (*intelligo minores*) accipi solent pro consignatione dierum singulorum totius anni, & locorum, quos Planetæ occupant vnoquoque die, vna cū conformationibus siderum inter sese. Ab eadem origine fluxit Ephemerus nomē animalculi apud Hypanium fluuium, quod vitam vltra diem non prorogat. Vnde & homines omnes *ἐφήμεροι* dicuntur, non quod in diem viuant, sed quod vita eorum breuissima sit. Prouerbialiter quoque *Ephemeri vita* de iis intelligi solet, qui statim emoriuntur, aut pereunt, *quod notat Er* [illegible]. Quid ni etiam de iis, quorum vita est breuis, etiamsi non moriantur statim. Sine piaculo puto hoc fieri posse.

Ephod, indumentum sacerdotale *iuxta Hieronymum*, quod in Exodo & Leuitico 70 est *ἐπωμίς*, ab אפד id est, *cinxit* deducit nomen.

Ephialtes, *ἐφιάλτης*, morbus vel malum, in quo noctu aliquis opprimi videtur prægrandi mole: *πνιγαλίων* Dioscoridi, *πνιγαλίων* Themisoni, à suffocando, quòd æger in eo suffocari videatur cum difficili respiratione, *παρὰ τὸ ἐφάλλεσθαι*. id est, *insiliendo premendo, & inuadendo*, adeptus est nomen. Qua de caussa & veteres *ἐπιβολὴν* apellarūt. Latini *Incubum* ab incubando dixere. Imaginantur enim laborantes hoc malo aliquem sibi incumbere dæmonem aut vetulam, aut vim externam aliam, quæ ponderre grauet: Quamquam tota caussa non sit *προκαταρκτικὴ*, id est, externa, sed *προηγουμένη*, id est, interna, quippe ventriculi cruditas & crapula, vnde gignuntur vapores crassi & pituitosi, qui elati ad cerebrum compleant eius ventriculos, & prohibent facultates cerebri per neruos diffundi. Quapropter legimus & apud Suidam: *Ἐφιάλτης, ἡ εἰς τὴν κεφαλὴν ἀναθυμίασις ἀπὸ ἀπεψίας*. Vide & Macrobium de hoc elegātissimè differentem in nomine Phasmatis *lib. 1. in Som. Scip.* Delineasse etiam videtur Ephialten Virgilius Æneid. 12 his verbis:

Ac velut in somnis, oculos vbi lāguida pressit
Nocte quies, nequicquam auidos extendere cursus
Velle videmur, & in mediis conatibus ægri
Succidimus: Non lingua valet, non corpore nota
Sufficiūt vires; Nec vox aut verba sequūtur.

Ephippium, equi sella, quis non videt referri *ἐπὶ τὸν ἵππον* ad equum? Horatius: *Optat ephippia bos, piger optat arare caballus.*

Ephorus, qui est idem, quod *ἐπόπτης*, *inspector ἀπὸ τοῦ ἐφορᾶν*, id est, *obseruando & inspiciendo* deducitur. Lacedæmonios olim quinque Ephoros habuisse legimus in Cleomene Plutarchi. Prodit idem in Lycurgo hunc magistratum, qui prope idem cum tribunitia Romanorum potestate, fræni loco fuisse, quo paucorum potentia cohiberi possit nimium insolescens atque ferociens in Republica. Institutus fuit hic magistratus, quo tempore Theopompus regnanit, abolitus tandem sub Cleomene.

Ephraim deriuatur ab עפר *cinere* siue *fauilla*.

Epibatra scala nautica, qua in nauim conscenditur, *ἀπὸ τοῦ ἐπιβαίνειν*, id est, *ascendendo* originem trahit, vt & *ἐπιβάτης classiarius miles*, *epibata* dictus Vitruuio, *incensor* Lampridio *ἐχέμυθος* Homero.

Epicedion, oratio, quæ de mortuo habetur, vel etiam carmen eo nondum humato, alio nomine *ἐπιτάφιος λόγος*. Epitaphium verò differens ab epicedio, post humationem inscribitur sepulcro. Apud Romanos primus funebri oratione collegam suum Iunium Brutum ornauit Valerius Publicola anno primo post reges exactos: quam orationem populo tam acceptam fuisse scribit Plutarchus, vt inde tractum sit, vt omnes viri boni at magni laudarentur ab aliis, cùm fato

cùm fato concessissent. Atque is honos postmodum illustribus iuuenibus & claris mulieribus concessus fuit, *vt ex eodem Plutarcho, Dione & Suetonio apparet.* Legimus & Scipionem vt hominem diuinum a Maximo commendatum, & Appij Decemuiri laudes æquis auribus à populo fuisse acceptas. Apud Ægyptios defuncto rege eundem morem obseruatum fuisse constat, antequam ipsi iusta darentur. Apud Græcos primus Pericles carmine & laudib⁹ eos est prosecutus, qui occubuerant pro patria in bello Peloponnesiaco. Etiamsi alij eius auctorem faciant Solonem.

Epidaurus. Tres in Europa huius nominis fuerũt vrbes, vna in Liburnia, alteræ duæ in Peloponneso. De qua hic mentio præcipue fit, ea Peloponneso asscribitur, & à Plinio, Strabone, & Mela ad Saronicum sinum sita uter Fuit & ea quondam *μελισσία* dicta auctore Stephano, & *αἰμηρὰ, διὰ τὸ συχνὰ αἱμάσσεσθαι ζημίαις τὸν ἐκεῖ βωμὸν τοῦ ἀσκληπιοῦ, sicut Eustathius scribit.* Sophianus etiã *μονοβασίαν* vult appellatam. Niger existimat hodie *Pigiadam* nominari. Sed de Epidauri nomine scribit Eustathius, deflexum hoc eius nomen *ἀπὸ τῶν ταύρων*: Vt primum *ἐπίταυρος* sit dicta inde *ἐπίδαυρος*. Cultus hîc olim est Aesculapius Apollinis filius, ex cuius familia longa serie descenderunt Hippocrates & Aristoteles. Templi ipsius foribus tradit Clemẽs Alexandrinus hanc inscriptam epigraphen: *ἁγνὸν χρὴ νηοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα ἔμμεναι.*

Epigramma idem quod inscriptio, ab *ἐπὶ* & *γράμμα*, id est, scriptione deflectitur.

Epiphania apparitio, *παρὰ τὸ ἐπιφαίνειν* quòd eo die apparuerit Christ⁹. Duplex illa: Vna, qua indicio sideris Magis apparuerit: Altera, qua natus fuit pastoribus angelo nunciante apparens. *Isiderus.*

Epiphonema, rei narratæ vel probatæ summa acclamatio, addita ad quandam admirationem, *τῷ ἐπιφωνεῖν*, *acclamandi scil. verbo*, originem defert.

Episcopus, Nomen hoc, si primam *τοῦ ἐπισκοπεῖν*, id est, *inspiciendi originem* spectes, paulò latiori significatione à veteribus acceptum, quam accipi iam soleat, operam dabo paulò prolixius, vt elucescat. Quippe vt ab antiquissimis incipiam, sciendum Homerum Hectorem suum Episcopum nominasse, quòd esset præcipuus ciuitatis Troiæ inspector & propugnator, eiusque curam gereret. Talis etiam *ἔφορος* dici possit *καὶ ἐπόπτης*. Fuit præterea *Magistratus Athenis* dictus *ἐπίσκοπος*, Prætor videlicet, qui mitti solebat in ciuitates, quæ erant sub Atheniensium imperio. In vltima lege *ff. de muner. & honor.* episcopi dicũtur, qui pani & cæteris rebus vænalibus præsunt. Ciceronem ipsum totius quoque oræ maritimæ a Formiis fuisse *ἐπίσκοπον*, exstat *Epistolarum familiarium libro 6.* Atque hinc ferè quotidie dabat epistolas ad Atticum. Quin & virginum sacrarum erat *ἐπίσκοπος*, *vt ex Plutarchi Numa apparet.* Eustathius Iliad. *κ.* de Hectore Homerico mentionem faciẽs: *ἐπίσκοπον λέγει τὸν σταλλόμενον εἰς πολεμίους κατάσκοπον, ὃν οἱ ὕστερον πευθῆνα ἐκάλεσαν. λέγεται δὲ καὶ σκοπὸς ὁ αὐτός.* Et paulo post eodem libro: *ἐπίσκοπος, ἤγουν σκοπευτής. ἔτι γὰρ ἐπὶ περισσοῖς καὶ ἀκριβεστέραν τινὰ σημαίνει καὶ ἐπίστασιν ἐνεργείας, δηλοῖ καὶ τὸ ἐπιόψομαι, ὡς ἀλλαχοῦ εἴρηται.* Paulus quoque Apostolus sub initium *Epistolæ ad Philippenses*, cùm salutem Episcopis nunciat, Doctores & Presbyteros intelligit simul. Erat autem nomen Episcopi nomen dignitatis, Presbyteri verò ætatis in eadem persona. Itaque legimus apud Eusebium Irenęũ Romanos Episcopos, Anicetum, Pium, Hyginum nominasse Presbyteros. Et Ambrosius ad Ephesios: *Primũ, inquit, Episcopi appellabantur presbyteri, vt recedẽte vno sequens ei succederet.* Idem Epist. ad Timot. 1. cap. 4. *Episcopus est primus Presbiter.* Paulus iterum Actor. 2.

ctor. 20. intelligit concinatores Ephesiorum, cùm inquit: *Attendite vobis & vniuerso gregi, cui vos Spiritus S. præfecit Episcopos*. Testatur & Hieronymus in quadam ad Rusticum epistola fuisse olim Episcopos & Sacerdotes. Tandem verò in schismatis remedium vnum quendam delectum à numero sacerdotum, qui esset & vocaretur Episcopus, eumque arbitror ab Iustino dici τὸν προεςῶτα. Quæ omnia faciunt ad confirmandum nominis huius etymon generale. Sunt tamen, qui derivatam appellationem existimant à צפה *speculatore*, id quod omnino approbare non possum.

Epistola. Quamquam tam vsitatum sit nomen hoc in lingua Latina, vt natum videri queat in ipsamet Roma, tamen Græcum origine παρὰ τὸ ἀποςέλλειν *mittendo* est deriuatum. Vsus enim Thucydides hac phrasi, ἐπιςέλλειν ἐπιςολὴν *mittere Epistolam*. Cui verò perferenda ad aliquem datur Epistola, is Græcis dicitur ἐπιςολεὺς καὶ γραμματοφόρος. Libanus Sophista definit ἐπιςολὴν, ὁμιλίαν ἀπόντος πρὸς ἀπόντα, *colloquium siue sermonem familiarem absentis cum absente*. Quocirca Cicero *familiares* dicit *Epistolas*. Et ad Atticum, *Nolebam illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus deuenire*.

* *Epistola* אגרת *Iggereth*, in qua multi sunt tractus linearum, & continentur verba multa, à verbo אגר *Aggar*. i. congessit aggregauit, & propriè de granis frumenti in aceruum aggregandis dicitur: metaphoricè autem de literarum characteribus in epistolam componendis. Cognationem habet cum גרה *gara*, traxit: & ארג *Aragh* texuit, nam textorem oportet aptè disponere fila staminii immiscenda. Hinc ἄγαρω, &c. Lat. aggero, congero, aggrego. ἄγγαρος tabellarius, & *Angariare* Latinis, aliquem adigere vt iter conficiat, & epistolas deferat ad alios.

Epistomium æramentum, quo ora fluentium fistularum siue tuborum aquā emittentium obturantur laxantúrque, cum fuerit opus. Vsus est eo nomine Seneca in *Epistolis ad Lucilium*. Deductum autem παρὰ τὸ ἐπιςομίζειν. *obturando*.

Epistylium, trabs imposita columnis secundum Festum. Est quippe ςῦλος *columna*.

Epitaphium quod inscribitur sepulcro. Etenim τάφη *bustum* siue *sepulcrum*.

Epithalamium carmen nuptiale, quod decantatur in laudem sponsi & sponsæ, & quale primus omnium Salomon edicit in laudem Ecclesiæ & Christi, à thalamo, ad quem decantari solebat, nomē arcessit. Tale est inter profanes epithalamiū Stellæ apud Statium, Iuliæ apud Catullum, Helenæ apud Theocritum. Hesychius nominat ᾠδὴν ἐπιγάμιον.

Epithema propriè veteribus malagma, quod mediis corporis partibus, ventriculo, cordi, iecinori & lieni admouebatur, ἀπὸ τοῦ ἐπιτιθέναι, id est, *imponendo* descendit.

Epocha in chronologia, cùm nihil sit aliud, quàm regni cuiusque aut Imperij initium & temporis quasi retinaculum, quo velut certo & fixo signo continentur historiæ, ne sine meta atque carceribus vagentur, nomen accepit ἀπὸ τοῦ ἐπέχειν, id est, *sistendo* vel *cohibendo*, aut denique *remorando*. Epochas à condito mundo ad Christi vsque natalem affabre admodum collegit Iosephus Scaliger *de emendat. temp. lib. 6*. In Philosophia ἐπεχὴ dicitur assensionis retentio, vt illa Pyrrhoniorum vel τῶν σκεπτικῶν, cuius Cicero meminit *in Acad. & Of. c. 1*. Aduersus hos strinxit calamum Galenus. Docuerunt siquidem, nullum esse datū homini iudicium à natura, quo, collatis inter se omnibus, exactè possit dignoscere. Eóque nulla de re pronuntiandum esse censebant, sed semper de omnibus suspendendam esse sententiam. Quod facit contra sensus & doctrinarum κριτήρια. Vt meritò illa eorum ἀκαταληψία nimis latè extensa, adeoque ἐποχὴ nimium

nimium anceps, atque sollicita debeat explodi.

Epulæ quasi epulentiæ rerum dictæ sunt Isidoro. Et veteres Grammatici in eo differre volunt à dapibus, quòd Deorum & regū sint dapes, epulæ priuatorū hominum. Alii dictas volunt quasi *edipulas*, ab edendo. Sed earum aliquas inuenio fuisse funebres, eum in finem institutas, vt animi lugentium mœrore afflicti leuarentur aliqua consolatione, quæ à funere nomenclationem trahunt, & alias *Sepulcrales*, quas imponebant sepulcris, partim ad cōsolationem superstitum, partim ad testimonium honestatis eorum, qui fuerunt defuncti. Ad has manifeste alludit Ecclesiasticus cap. 30. his verbis: *Tolerabilior est mors ipsa, quam valetudo aduersa, & morbus perpetuus. Perinde enim est vt ferculum splendidum, quod palato ægroto proponitur, & sicut cibi positi ad bustum sepulti.* Erant & epulæ *Ferales Græcorum, Militares, Hospitales, Regales, Pontificales, Nuptiales*, de quibus alias latius.

* *Epulæ* conuiuales, cibo potuq; corpora refocillantes, varie diuiduntur. Sunt enim 1. Conuiuia moderata, frugalia, atque etiam parca nimis atque sordida, quibus magnifica, splendida, luxuriosa opponuntur. 2. Conuiuiorum alia diurna, alia nocturna. Diurna trifariam diuidi possunt, vt alia sint antemeridiana, alia meridiana, alia vespertina. Antemeridiana siue matutina, quæ vel ante lucem, id est diluculo, vel mane quum Sol apparet, aut hora nona vel paulo ante meridiem aguntur, sunt ἀκρατισμα, ἄριστον & [illegible], quæ voce Ientaculi exprimuntur, [illegible] nonnulli ea distinguant Ἄριστον generatim pro quouis epulo, [illegible] cibo, tum speciatim quadrifariam vsurpatur. Antiquitùs quidem & jentaculum, & epulum meridianum, & ἐπιδειπνίδα significabat: at posterioribus temporibus pro Cœna hoc epulo vespertino fuit vsurpatum. Quid Hebræi de variis nominibus epularum sentiant,

dictum est in voce *Conuiuium*. Apud Latinos cibus epulumve meridianū duobus vocabulis olim nominabatur, nimirum Cæna & merenda. Quo ad prius, de illo sic Festus. Cęna apud antiquos dicebatur, quod nunc est prandium. Vesperna, quam nunc Cœnam appellamus. Idem, meridianum cibum cœnam vocabant. De altero idem sic: Merendam antiqui dicebant pro prandio, quòd scilicet medio die caperetur. Nam meridio & meridior aliquando est meridianum cibum capere: vt apud Plautum, *Ientando, meridiando, comessando, pergræcando vitam ducere.* Merēda postea pro cibo pomeridiano siue vesperrino, Nonio teste vsurpata est. Recentius vocabulum quo meridianum epulū exprimitur est prandium, de quo fusius in voce Prandium. Vespertinum fuit quod Athen. lib. 1. videtur δείλινον appellare, nempe inter prandium & cœnam Δείλης & δείλη crepusculum significat: vnde Cicero ad Atticum ὑπὸ τὴν δείλην dixit, pro vespertino tempore. Idem ἑσπέρισμα dicitur, teste Athen lib. 1. cui respondet Vesperna. Lat. Merenda teste Nonio, à recentioribus vsurpatur pro cibo pomeridiano, quia fit à merendo, siue mercede, quòd operariorum atque mercenariorum sit propria. Apuleius antecœnium appellat: Græci γεῦμα, Gall. [illegible] lura de Merenda apud Isidorum, lib. 20. cap. 1. & 3. Δεῖπνον pro cæna epulo nocturno, & post solis occasum sumpto, à recentiorib. accipi dicit Eustath. lib. 2. in Odyss. παρὰ τὸ δεῖν τότε ὕπνου quod tunc, i. paulò post opus sit somno siue quiete. δόρπον etiam dicitur vnde Scaliger Poët. lib. 1. cap. 5. Græci inquit, δόρπον παρὰ τὸ δόρυ παύειν militaris sane vox: non enim curabant corpora, neque arma deponebant, nisi opere absoluto. Cœna, ἑσπέρισμα, teste Plutarcho, quasi κοινὰ dicta ἀπὸ τῆς κοινωνίας à communione, quòd nimirum Romani in prandio quidem [illegible] atque [illegible] sum vnde etiam μονοφάγοι à Græcis sunt dicti) in cæna autem cum amicis ac

N

cumbentes cibum capere consueuerunt. Idem testantur. Isidorus & Scaliger locis paulò ante citatis. Post cœnam erant κῶμοι, ἐπιδορπίδες, δευτέραι τραπέζαι, Lat. Comessationes seu vt vult Fest⁹ Comissationes, vel comassationes, ἀπὸ τοῦ κωμάζειν, quod genio rūc procacius indulgerēt, & lasciuiis nefandis frena laxarent Ethnici. Vt autem veteres alii aliis in cibo & potu parciores vel liberiores erant, ita hodie sunt qui vel prandio & modica cœna cōtenti, alii qui prandio, nonnulli qui cœna ætatem commodè, repudiatis aliis epulis, transigunt: contra non pauci reperiuntur qui quater vel quinquies in die cibū sumūt. Populorū varios mores hic describere historici est, non etymologici. 3. Epulæ conuiuales secundùm quinque præcipuos vitæ humanæ (vt in tragicomedia) obseruandos actus diuidi posse videntur. Hi sunt Natiuitas, educatio, muneris cuiuscunque susceptio, matrimonium, & mors. Sunt enim 1. Cōuiuia natalitia, eaq; duplicia, Puerperalia & Repotia. 2. Ablactationis & dentitionis conuiuia. 3. Munera publica varias epulas & cœnas exhibēt apud veteres & recentiores, nempe Pontificales, Saliares, Augurales, &c. Regales Consulares, Cęsarianas, Militares, Mechanicas, Seruiles, Rusticanas. 4. In connubiis sunt Sponsalitia, Nuptialia, Repotia, Syssitia, seu cōiugum, quotidianus & communis cōuictus pro facultatum & vocationis suæ ratione. 5. Sequuntur Conuiuia funebria pro gentium consuetudine, quæ varia apud Hebræos, Græcos, Romanos nomina sortita sunt, de quib. Speciatim suis Locis. 4. Quarta Conuiuiorū diuisio fit secundū personas, ita vt alia esse dicantur ciuiū siue popularium, alia quæ cum peregrinis, hospitibus, & aduenis agitātur. Hęc diuisio complectitur conuiuia, quæ vel ante vel post quādam, profectionem, peregrinationem loci domicilii siue mutationem agitantur item Conuiuia fœderatorum sacra & profana. 5. Quinta diuisio publica & priuata conuiuia respicit. 6. Sexta, Sacra & prophana, Iudæorum, Christianorum, Ethnicorum. 7. diuiduntur etiam epulæ secundum symbolas, collectas seu pecunias in cœnam communem collatas: item in Cœnas rectas, seu erogationes, & largitiones alimentarias, cùm publicas tum priuatas. De quibus omnibus prolixè, eruditè, D. Stukius in præclaro Antiquitatum Conuiualium opere, libris tribus quæcunque ad eiusmodi argumentum pertinent, complectente, accurata methodo disserit.

Equidem tantundem ac *ego quidem*. Quocirca optimos auctores verbis primæ personæ semper fere adiunxisse comperies.

Equiria, quæ tertio Id. Mart. celebrabantur Romæ, dicta, *vt ait Varro*, ab equorum cursu, qui instituebatur in campo Martio.

Equuleus, quem Sozomenus *lib. 5. histor. Ecclesiast.* lignum tortorium vocat, Prudentius stipitem noxialem, tormenti genus, nempe lignea catasta & cochleata ad intendendum ac remittendum apta, idque ad exprimendum e noxiis veritatem, nomen habere quibusdam videtur ab equi forma, etiamsi alii ardentem laminam malunt interpretari. Sed res ita se habet, quantum ex bonis auctoribus colligere licet. Brachia pedesque eius, qui in equuleo torquendus erat, neruis quibusdam, quos fidiculas nominabant, alligabantur: Tum catasta intenta in altum erigebatur, vt ex ea, quasi ex cruce quadam miser ille penderet. Atq; hic primū diuellebatur ossium compages: Inde candentibus eiusdem corpori laminis admotis, atque bisulcis vngulis ferreis lateribus laniatis, doloris acerbitatem augebant. Vtebantur ergo in hoc tormento & fidiculis & laminis. Fidiculas etiam vngulas dictas testatur Isidorus *Etymol. 5. cap. 27.* Meminit harum Cyprianus *Epistol. lib. 2.* vna equulei mentionem faciens his verbis: *H[illegible]l[illegible] &*

lis & gladius, carnifex presto est, vngula effodiens, equuleus extendens, ignis exurens. Meminit eius Cicero *in Ver. pro Deiotaro, Philip. 7.* Quintilianus *declam. vltim* Suetonius *in Tiberio,* Valerius *de patientia,* Seneca *22. Epistol. & lib. 3. de ira.* Rursus Cicero *pro Milone, Tusculan. 5. de finibus 4.* & alii auctores diuersis locis.

Equus. En tibi hic ipsamet Isidori verba. *Equi dicti, eo quod, quando quadrigis iungebantur, æquabantur, paresque forma & similes cursu copulabantur.* Ab equo dicitur *eques, equiso, equiria, equuleus,* de quibus antea Equi generosi notas artificiose & pulcre descripsit Virgil. *Georgic. 3.* Descriptionis initium est:

Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur, &c.

Ercisco, verbum tritum Iurisconsultis, deriuat Spiegelius in voce familiæ. ab ἐρκίζω, quod, inquit, est, *diuido.* Malè, Nam quod verbum tale vnquã agnoscunt Græci? Præstabit itaque deducere ab *arceo*, a vocali in *e* mutata, quòd in hæreditate diuidenda pars vna *arceatur* ab altera, id est, separetur, dum vtrique pars sua assignatur, quæ debet sufficere ex testatoris voluntate. Astipulatur his Festus, cùm inquit: *Erctum* (id est *hereditas*) *ab coercendo* dictum, vnde & *erciscunda* & *ercisci*. Ab eodem verbo Ercium dictum Iouem nempe quòd ab hominib. arceret mala, affirmat idem eodem loco Sed perperam, & illud: Cum huius nominis origo plane sit Græca. Nam ἕρκος & ἑρκίον est septum. Hinc ἑρκεῖος Ζεὺς *Herceus Iupiter*, quem septitium reddit Budæus apud Aristotelem *de mundo.* Cultum eum apud Athenienses testatur Helychius.

Erebus. Nominis huius ratio deducta est, [illegible] ἀπὸ τοῦ ἐρέφεσθαι, id est, ab eo *quod contegatur & ab aliis contineatur.* Est autem Erebus obscurissimus inferni locus, vnde orcum esse noctem scribit & fabulatur Varro. Fortè quòd νὺξ a Poeta dicatur ἐρεβεννή, id est, *obscura*, ab *erebo nato* epitheto: Quaratione etiam Eustathius τὸ ἔρεβος [illegible] τοῦ ἐρέφειν deriuat 4. Ilia Homeri. Etsi in contra Varronem, crebum vna cum nocte ex prima illa confusione, quæ dicitur chaos, natum affirmet Hesiodus his verbis: ἐκ χάεος δ' ἔρεβός τε μέλαινά τε νὺξ ἐγένοντο. Sed nolumus de re illa λεπτολογεῖν. Hoc vnum addendum tamen, creditum à veteribus, homines in hac vita sceleribus nefandis contaminatos, absoluto naturæ penso, à furiis in Erebum trahi, *vt apparet ex Platone ad finem Axiochi.*

Eremodicium actio deserta, vt hoc verbum interpretatur Papinianus l. 3. §. *lit. ff. de neg. gest.* vel indicta causa, id est, ἐρήμη δίκη. Pomponius: *Item in eremodicius pupillo subuenitur.*

Ercium vicus in Italia fictilibus vasis, quæ ibi cum laude fiebant, celebris, nomen deducit ἀπὸ τῆς ἥρας, id est, *Iunone*, quæ peculiariter ibi coli solebat.

Ergasterium, locus, vbi aliquid fit, vt & ergastulum locus cui noxii ad opus aliquod agendum deputantur, ἀπὸ τοῦ ἐργάζομαι, quod est *operor*, originem trahit. Nonnulli ergastulũ dicũt esse locum, in quo lapides & metalla fodiuntur. Vnde Iuuenalis: *Nempe in Lucanos & Tuscos ergastula mittas.* Et quoniã nihilominus illi, qui mancipabãtur eiusmodi operib', compedibus erãt vincti, optime ea videntur sese habere in Glossa Philoxeni · Ergastulum, τόπος ἐν ᾧ οἱ δεσμῶται ἐργάζονται. *Locus, in quo vincti operantur.* Apuleius, *Quindecim,* inquit, *liberi homines populus est, totidem serui familia, totidem vincti, ergastulum.* Id de pleno legitimoque ergastulo dictum: alias enim pœnalis ille carcer stat numero minore. Extrema necessitate coacti Romani quandoque & hæc mancipia in bellum armabant, de quibus sic Lucius Florus: *Seruitia (pro nefas!) & ergastula armantur.* Et Plinius scribit Marium Ciniam dominatione reuocatum, ruptis ergastulis exercitum fecisse.

* *Ergastulorum* pœnam Regum Ro

manorum Seculo fuiſſe notam Liuius ſubindicare videtur lib. 2. decad. 1. Sed alii refragantur & ex Plutarcho veram Originem & tempus ſub Gracchis conſignat. Poſtquam enim diuites agrorum multitudine iocupletari ad incommoda quædam adigerentur, ſerui barbari empti ſunt à Romanis, qui agros colerent, & tunc ergaſtula completa his miſeris, qui etiam ad aliud opus, nempe ad molituram, lapidum cæſuram, aquæ hauſtionem, non rarò ſunt applicati. Ergaſtula in villis, ſubterranea loca fuerunt depreſſa, ſedibus & anguſtis feneſtris diſtincta, prorſus ad carceris formam, contra fugam munita. Præfectus eiuſmodi carceris Ergaſtularius Columellæ dictus. Et noxii detruſi in hæc ergaſtula, & Innoxii. De noxiis Lactantius libr. 5. cap. 19. *Qui ſeruorum nequiſſimus habetur, qui dominum ſuum fugit deſerit, is verberibus, vinclis, ergaſtulo, cruci & omni malo dignus iudicatur.* De innoxiis, Suetonius Augusto, cap. 32. *Rapti per agros viatores, ſine diſcrimine, liberi ſeruique, ergaſtulis poſſeſſorum ſupprimebantur.* Qui in Ergaſtulis perpetuo vincti habebantur & in ferro: apud quoſdam in compedibus aureis: De illis Plautus ſuo more ludens, in Perſa quendam inducit fatentem, *Plaſtrum annum ſui præſtratus apud molas tribunus vapulari*. De iſtis Tertullianus Libello de habitu mulierum: *Apud barbaros quoſdam*, inquit, *quia vernaculum eſt aurum & copioſum, auro vinctos in ergaſtulis habent.* Nec tantum vincti, ſed etiam inſcripti, ſiue notis compuncti, tonſi, pertenui & aſpero victu fulti. Ergaſtula quamplurima apud Græcos & Romanos per ſecula multa in vſu, ad principatum vſque Hadriani qui ea ſuſtulit, præſertim in Italia teſte Spartiano. De Ergaſtulis multa Lipſius Elect. lib. 2. cap. 15. [illegible] חנות *Chanoth* Ergaſtulum Ieremiæ 37. 16. Quum ingreſſus eſſet domum carceris & החניות [illegible] locum vinctorum, id eſt, Ergaſtulum A verbo חנה *Chanah*, id eſt, Manſit, reſedit, Conſedit, vincti enim quieſcunt, & deſidere coguntur, manibus operantes.

Erichthonius Vulcani ſine matre filius terræ contentionem ſignificat. Nam ἔρις lis eſt aut contentio, χθὼν terra. De eo Virgilius: *Primus Erichthonius currus & quatuor auſus Iungere equos.*

Eridanus Galliæ Ciſalpinæ fluuius, Rex fluuiorum Poëtæ, & alio nomine Padus, ab Eridano eſt dictus, *inquit Iſidorus*, ſolis filio, quem *Phaetontem* nominant, qui fulmine percuſſus in eundem fluuium deiectus eſt. Acceſſione tandem triginta fluminum defertur ille in Adriaticum mare, omnes Europæ fluuios, excepto Iſtro, ſuperans, *vt aliqui volunt.* Cato tamen hoc nomen ortum tradit à duce coloniarum, & Padi nomen à picea arbore circa fontem tractum, quo Gallicè tum vocabatur Pades, *vt & Plinius ex Metrodoro tradit.* Addit idem Botigon vocatum Hetruſcis & Liguribus, à ſua profunditate. Ambroſius eleganter nominat hunc maritimorum cómeatuum Italicis ſubſidiis fidum inuectorem. Turpis error Æſchyli, qui in Iberia Eridanum eſſe dixit, & eundem appellari Rhodanum. Euripides & Apollonius in Adriatico littore confluere ſcripſerunt Rhodanum & Padum, errore propemodum fuſtuario, *auctore Plinio cap. 2. vltimi libri* Eſt etiam notandum, alium eſſe in Græcia Eridanum, qui ſe præcipitat in Iliſſum, eumque ab Ouidio 2. *Metamorph.* ad huius differentiam nominari ſenem. Et libro 7. *Multa quoque Eridani placuerunt gramina ripis*, vbi ſuſpicio eſt apud eruditos pro *Eridani* imperitiores ſcripſiſſe *Apidani.*

Erynnis dicta eſt Furia, quaſi ἐρις τοῦ νοῦ lis mentis. Fingút enim fabulæ eos, qui aliquid impie ſceleratéq; cómiſerunt, agitari & perterreri Furiarú ædis ardentibus, *vt Cicero pro Roſcio Amerino teſtatur.* Hinc Ouidius in Ibis, *Conſcia mens vt*

cuique

cuique sua est, ita concipit intra Pectora pro meritis spemque metumque suis. Et Menander.

συνιςορῶν αὐτῷ τι, κἂν ἦ θρασύτατ@,
ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ.

Alij deriuant παρὰ τὸ ἐν ἔρᾳ ναίειν, quod habitent in terra speculantes hominum facta, quæ aduersus Deum atque iustitiam committunt: Alij iterum παρὰ τὸ ἐρινύαν, quod indignati significat. Erinnys auté à Talphusijs nominata est Ceres, vt olim in Thebaide cecinit Antimachus poëta, & Pausanias ostendit. Eodem nomine appellat eam Lycophrō in Alexandra, vbi interpres deriuationem nominis trahit παρὰ τὸ ἀρὰς ἀνύειν quod *imprecationes exsequatur*, vel παρὰ τὸ ἐν ἔρᾳ ναίειν, vt & in Furiarum nomine iam nunc est dictum. Si de Furiis plura requiras haud contemnenda, *Eumenides* vide.

Erro, quo nomine Planeta dicitur Latinis, ab errando inuenit nomen, sicut & seruus, quem Vlpianus erronem vocat, non quòd fugiat, sed frequenter sine caussa vagetur. Erro verbum non inepte deflecti posse videtur παρὰ τὸ ἐῤῥεῖν, quod Eustathius interpretatur Ὀδυσσ. δ. ἐπιπορεύεσθαι, τοῦτ' ἔςι μετὰ λύπης καὶ φθορᾶς πορεύεσθαι, sicut accidit viatoribus, qui a recta via deflectunt.

E[illegible] [illegible]icamenta, quæ in oblongam ac Pyramidis formam confecta naribus induntur ἀπὸ τῶν ῥινῶν id est, naribus arcessunt appellationem. Nocent iis, qui imbecilliores habent oculos.

Erycina nominata est Venus, ab Eryce monte Siciliæ, in quo Æneas matri templum erexerit, iuxta illud Virgilij: *Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri Idaliæ.* Diodorus tamen scribit constructum ibi templum Veneri multis donariis ornatum ab Eryce suo ex Bute filio. Fuit & Romæ ad portam Collinam Deæ huius ædificium, quod *Veneris Erycinæ* templum dictitarunt, cui cum æde sacra porticus adiacebat insignis.

Erythræum mare, quod ob scopulos ac petras latentes difficile admodum est nauigatu docet Diodorus Siculus 4. *Historiæ*, & alij multi præter Diodorum vnde nomen inuenerit, multæ & variæ sunt auctorum sententiæ. Quidam certe ab adiacentibus rubri coloris montibus quos sol radiis excussit, arcessunt nomē: Alij ab rubra arena: Nonnulli a fonte, qui multam aquam immittit mari: Aliqui ab aqua rubra, quod plerique tamē, & meritò quidem, reiiciunt. Veteribus maximè probatum fuit, à rege Erythra, siue Erythro Persei atque Andromadæ filio sic appellatum, qui primus iuxta Plinium rates inuenit in mari rubro. Strabonem vide libro 16. Plinium *libro sexto, cap. 23.* Hebræi nominant mare סוף *suph*, triplici de caussa, vel potius ob triplicem significationem, qua & finem, & iuncum, & procellam significat.

Esau factorem significans, & filius Rebeccæ deducitur ab עשׂה. Idem אדום dictus a rubedine. Nam אדם significat *rubuit*. Isidorus vult appellatum eum nomine priori, à coctione lentis rufæ, qua vendidit prærogatiuam, quam habebat ex primogenitura. Dictus idem & *Seir* quod hispidus fuerit nulla corporis læuitate insignis.

Esdras, adiutorem significans, rectè deriuatur ab עזר adiuuit.

Esdrelon planities & vallis pulcra ad 4. vsque miliaria sese extēdens, & 11. miliaribus ab vrbe Hierosolyma distās, accepisse videtur nomen a סדר i. *ordine, vel [illegible]ne absconsa*. Nā סלי est *occultauit*.

E[illegible]ia vel exquiliæ, quæ & mōtis Esquilij vel Esquilini nomine dicūtur, adeptę sūt nomē (vt aliqui volūt) ab *excubiis* quas Romulus collocauerit in eo mōte cum diffideret Tatio: vt *Exquiliæ* quasi *excubiæ* sint dictæ. Agnoscit hoc etymon. Ouidius Fastorum 3. cum ita canit:

Adde quod excubias ibi rex Romanus habebat.

Qui nunc Exquilias nomina collis habet.

Alij, vt refert Varo, dictas volunt Exquilias, quod a Tullo rege, (quem Ex-

quilinum propterea nominat Solinus) fuerint exculta. Addit postea inter alios lucos extitisse ibi quoque lucum Iunonis Lucinæ, in quo quia supplicabatur Iunoni a viris & nuptis, subiicit priori-bus Ouidius: *Hic a naribus Iunoni templa Lucinæ. Hæc sunt (memini) publica facta die.* Habuit & hic Virgilius domum, au-ctore Seruio prope Mecœnatis hortos, qui eo in loco erant constituti ob aëris salubritatem, cùm ea regio ante sepulcris vacaret. Neque illud prætereundú, Exquilias cum monte Quirinali & Viminali à Seruio Tullio addi tas fuisse ciuitatis pomerio, & colles habuisse præcipuè tres, Oppium, Cispium, Septimiú, teste Varrone. Ab eisdem Esquilina tribus dicta. cuius Dionysius, Liuius, Varro, Plinius & Festus meminerunt. Sed tandem tertium etymon huic móti adaptatum subiicio, dum aliqui arbitrantur dictum eum à quisquiliis, quod aucupes ibi quisquiliis sparsis aues illuderent. Non reiicio, attamen à bonis auctoribus minus approbatum inuenio.

Esſæi, vel Eſeni, vt nominat Iosephus, genus sectariorum apud Iudæos (fuerūt enim olim Pharisæi, Sadducæi, & Esseni) qui iuxta eúdem Iosephum 13. Antiquit. omnia affirmabant fato subiecta, omniaque fieri eius decreto: animam hominis immortalem esse, & pro iustitia pugnandum vsque ad mortem; qui anathemata prohibebant templis, nulla sacrificia cum populo celebrabant; imò a cœtu hominum reliquorum se cótinebant peculiari quadam sanctimoniæ præsumptione; qui studio omni terram colebant & exercebant, opes etiam suas in vsum communem conferebant, nec seruos habentes, nec possidentes vxores atque adeo monasticam quādam vitam ducentes, & lapidum, herbarum, ac animantium naturam admodum studiose inquirentes, apud quos potandi edendique modus olim saturitate definiebatur qui (ppi vt prodit Philo) habitabant vicatim beneficii erga suos, in diem tantùm vincentes, non gazis corradendis intenti, non telis, galeis, gladiis, aut scutis fabricandis, sed morali Philosophiæ, vt scirent quid expetendum esset, quid cótra fugiendú, nomen habent ab עשה facit, ex quorundam sententia. Vt operarios eos interpretari possis. Philo tamen à sanctitate deducit, libro, cuius titulus *quod liber sit, quisquis virtuti studet.* Præstantiores autem hos habitos Pharisæis scribit Eusebius, dictique fuerunt θεωρικοὶ, id est, *contemplatiui.* Meminit eorum & Plinius *lib.5.ca.*

Etesiæ venti anniuersarij, vt ἐτησια καὶ ἐνιαύσια ἱερὰ anniuersaria sacrificia Græcis. inde nomen agnoscunt nomen, quod certo anni tempore, vel potius vertente anno μετὰ τροπὰς, καὶ κυνὸς ἐπιτολὴν, non quidem ex alia atque alia parte cœli, sicut Gellius scribit, sed ab Aquilone spirare incipiat. Ενιαυτὸς enim Græcè, annus Latine dicitur, ait Isidorus. Non rectè illud, nisi malè affecti sunt codices. Debuisset enim dicere ἔτος, vnde & ἐτήσιον dicunt, quod annuum est nobis. Fatetur & Aristoteles in Meteoris eos ab Arcto spirare, contra Gellium, qui diuersas ipsis stationes tribuit. Plinius scribit post biduum exortus caniculæ spirare, eumque sideris ortum octo fere diebus antecedere větos, quos vocant προδρόμους itidem aquilonares & etesiis æstum solis molliri.

Etymologia, quæ originem vocabulorum comprehendit, descendit ἀπὸ τοῦ λόγου ἐτύμου, id est, a vero sermone. Quare Cicero rectè interpretatus est veriloquium. Fabius originationem reddit. Dicitur & Notatio, quod rem, de qua prædicatur, notam faciat, vt inquit Boethius. Hanc neminem parui facere debere vel inde constat, quod auctore Platone comparandæ scientiæ primi sint gradus ὄνομα καὶ λόγος. Neque puto, dum hæc molior me etiam versari in sterili fundo. Imo affirmare id possum, etiamsi forte minime etiam essem tale me opus cudere, antequam cuderem, id quod

quod nescio quo modo obtigit, animi- nę quadam sagacitate, an tacito instin- ctu, iam tamen me aggressurum, postea- quam nonnihil vtilitatis auguror inde in literariam rempubl. redundare posse. Faxit tantum Deus vt incoatum opus eo initio, feliciter ad vmbilicum perdu- ci queat.

Eua prima mortalium mater est, à חיה *Chaja*, deducto nomine, vt video placere nonnullis, quod Hebræis signi- ficat vixit.

* *Eua* ante peccatum אשה *Ischa*, tăquam par marito, i. *Vira* vocatur, vti maritus ipsius איש *Isch* i. vir dicebatur, Genes. 2 23. ac si foemina, sicut nomine, ita potestate viro par esset, & aequalis. Sed post- quam per peccatum viro subiecta fuit fœmina seu vxor, illique iam non par, sed subdita, Genes. 4. 16. nomen audit immutatum, nec amplius אשה, sed חוה. *Chauua* vel *Chaua*, Græcis & Latinis *Eua*, quemadmodum Apostolus Græce cō- uertit, 1 Tim. 2. 13. appellata est. Dicitur autem dicere Adamus, non autē Deus, hoc nomen Euæ vxori suæ, velut illius iam caput & dominus imposuisse. Ge- nes. c. 4 20 & 1. Cor. 11. 3. Fuit enim Do- minorum munus, rebus sibi subditis im- ponere nomē Genes. 2. 19. *Chaua* autem significat *Viuentem*, vel potius conseruā- tem in vita, nam nominis huius inter- pretatio habet formam ex 2. coniuga- tione vel a verbo חוה *haua*, id est, fuit, extitit, ac si diceret Adamus Euam futu- ram matrem omnium viuentium. Idem significat, quod היה *haia*, id est, fuit, & in futuro erit. Nam vau & iod sunt literæ commutabiles. Et cum omnes tres radi- cales sint ex literis אהוי, hinc fit quod Græci in deriuatione verbi ab hoc the- mate nullam vsurpent & substituant consonantem, vt εω, a quo deinde εἰμί, id est, sum. Latini autem pro Vau ponunt f. vnde verbum antiquum fuo, a quo præ- teritum, *fui*, hodie vsurpatur: item hinc *fio*. Vel deriuatur à verbo חיה *Chaia*, i. vixit, viguit, naturalem habuit vitæ vi- gorē. Nec multum differt ab היה *Haia*, fuit: nam quemadmodum habet aspira- tionem duriorem, ita quoque significa- tionem vegetiorem. Non enim signifi- cat tantum aliquid esse, sed & vegetari seu viuere, in suo esse. *Chaua* igitur Ada- mi vxor dicta est quod omnium homi- num deinceps ad mundi finem mater esset futura: & vt luctus mulieris, quæ posteris suis causa mortis extitisset, mi- nueretur, nempe ex spe prolis & diuinæ benedictionis, præsertim de benedi- cto semine, caput serpentis contrituro. Id nomen inditum verò, non vt causa ipsi primaria vitæ posteris esse suis Eua censeretur (cuius vitæ sunt vterque pa- rens causa duntaxat instrumētalis) non item vt essentiatrix futurorum postea hominum statueretur. Hoc enim vnius Dei proprium est. Itaque, eruditorum iudicio, non eo vocabulo nominata est, quod cū voce & nomine יהוה, quod v- nius Dei peculiare est thema commu- ne haberet, sed quod cum animantibus eandem vocis originem retinet apud Hebræos, qui animal viuens, bestiam, feram חיה *Chaia* appellant. Et quamuis generale nomē sit omnium viuentium, rarius tamen hominibus tribuitur.

Euangelium ab εὖ & ἀγγέλλω, id est, *bene & feliciter nuntio*, quod apud He- bræos est בשר qua voce Prophetæ quo- que vtuntur, cum de prędicatione Euā- gelij & beneficiorum Christi loquun- tur. Κατ' ἐξοχὴν vocatur Euangelium doctrina & verbum Domini. Exstat & ea vox apud Homerum Odiss. ξ. sed pro nuntio tantum fausto & felici: Εὐαγγέ- λιον δέ μοι ἔστω. Et apud Isocratem εὐαγ- γέλια θύειν pro sacrificio accipitur, quod fiebat pro rei feliciter gestæ narratione. Aliud autem hoc Euangelium, de quo hæc dicta volumus, quippe appellatio- ne spiritus significatum, quodque Dei potentia est ad salutem, & cordi, non lapideis tabulis imprimitur, instar legis, quodque Dominus Christus attulit cœlitus ex sinu patris ad salutem om- nium

nium, qui credunt in eum.

Euerriculum, retis piscatorij genus, à verrenda aqua est appellatum. Nonius ita: *Euerriculum genus est retis piscatorij, a verrendo dictum, vel quod trahatur, vel quòd si quid fuerit piscium nactum euerrat.*

Eucharistia. Vt olim epulum paschatis dicebatur *transitio* vel *transitus Domini, Memoria: Signum, Solemnitas, Festum, Feriæ Conuentus, Victima transitionis, Sacrificiū, Oblatio*, sic & cœna Domini varias appellationes est sortita. Dicitur enim à Paulo Mensa Domini, & κοινωνία, id est, *communio*, quam cum Christo, & eius corpore in vno pane habemus, à Luca Fractio panis. Dicitur & *symbolum*, & *mysterium* & *Sacramentum corporis & sanguinis dominici*, memoria quoq; Passionis, σύναξις, id est, *coniunctio* vel *coagmentatio, Conuentus, Cætus sacer, Collecta*, & denique εὐχαριστία ἀπὸ τοῦ εὐχαριστεῖν, quod gratias agere significat. Quippe in celebratione huius actionis siue mysterij gratiæ agendæ sunt Deo. Quinimo Marcus Euangelista dicit: *Et accepto poculo* εὐχαριστήσας, *cum scilicet gratias egisset, dedit eis*, vbi antea dixerat εὐλογήσας, benedicendi vsus vocabulo. Vtroque enim verbo Apostoli indiscriminatim vtuntur.' Lucas & Paulus etiam habent εὐχαριστήσας.

* *Eucharistiam* Paulus 1. Corinth. 11. vocat Δεῖπνον κυριακὸν, Cœnam dominicā, idque partim propter vesperam, vel sub nocturnum illud tempus, quo Christus Pascha secundum legem cum discipulis suis celebrauit, eique mox sacrum corporis & sanguinis sui conuiuium substituit; partim verò ab authore, vel etiam à fine. Nam & à domino instituta est, & in eius memoriam celebratur. vocatur item Poculū benedictionis quod est κοινωνία sanguinis Christi, & Panis quem frāgimus κοινωνία corporis Christi. Item ἀγάπη à veteribus Theologis, quod esset mutuæ Charitatis inter Christianos symbolum; quum omnes ad cōmunem mensam sacram accederent, vt vnus panis, vnum corpus, vnius corporis & sanguinis Christi fierent participes. Tertullianus in eam sententiam apologet. contra Gentes, *Cœna nostra*, inquit, *de homine* rationem suam ostendit: vocatur enim Ἀγάπη, id quod dilectio penes Græcos est. Appellatur etiam à veteribus ἐκκρίτως & ἑνιαίως, vt Dionys. cogn. Areopagitæ verbis vtar, Σύναξις & Κοινωνία: διὰ τὸ συνάγειν, vt idē interpretatur ἕνωσιν καὶ κοινωνίαν πρὸς τὸ ἕν, id est, quòd *reducit seu reuocat vnitatem atque communionem* (Ecclesiam, quę est communio sanctorum) *ad vnum*, nempe Christum. Addo ex eodem quæ sequuntur, *Diuinissima* (inquit) *vnius eiusdemque panis atque poculi communis pacificaque* μετάδοσις, *diuinam illis ceu concictoribus, vitæ morumque cōuictionem sancit, & diuinissimi illius conuiuij, ceu exemplaris horum mysteriorum, memoriam sacrā affert.* De aliis Eucharistiæ nominibus consulat lector Theologorum scripta.

Euestigio, auctore Prisciano, dixerunt Romani, vel quod stans aliquis in codē vestigio facit (vnde à stando statim quoque dicitur) vel quantum est tempus in promouēdo vno vestigio, quod vtique breuissimum est: Idque vt probet citat locum ex 1. in *Verrem* vbi hæc legis: *Rediit ad se euestigio.*

Euganei populi Italiæ, qui olim habitarunt in Marchia Taruisina, adepti nomen à sua nobilitate. Siquidem εὐγενεῖς significant Græcis claris ortos natalibus. Meminit horum Silius lib. 8. Et Plinius 3. Sed eos tandem sedibus suis pepulerunt Veneti, à quibus tota regio dicta fuit Venetia.

Euhyus. Sic dictum Liberum fabulātur, quod cùm Dij bellum gererent cum Gigantibus, in leonem tum versus Bacchus gigantem interfecerit. Ex quo Iouis audita vox est, εὖ υἱέ, *bene fili*. Etiamsi id vanum nolui tamē committere, quin huic paginæ illinerem. Quæque enim ex suis fontibus sunt explicanda.

Eumenides, cum quibus eadem ἐρινῦς, & quas

& quas Æschylus in Eum. describit his verbis: γραῖαι, παλαιαὶ παῖδες αἷς οὐ μίγνυται θεῶν τις οὐδ' ἄνθρωπος, οὐδὲ θήρ ποτε κακῶν δ' ἕκατι κἀγένοντο, ἐπεὶ κακὸν σκότον νέμονται, τάρταρόν θ' ὑπὸ χθονὸς, μισήματ' ἀνδρῶν καὶ θεῶν ὀλυμπίων, Ab eodē noctis dicuntur filiæ, καὶ ἀπαῖδες. καὶ ἄγαμοι, καὶ παρθένοι. Vnde prouerbium apud Suidam, αἱ παρθένοι ἐριννῦς. Nam ita primum eas vocarunt. At postquam tandem eas beneficio & consilio Apollinis placauit Orestes, Eumenides sunt dictæ εἰονεὶ εὐμενεῖς, ἢ εὐμενεστέραι τοῦ πρίν, videlicet *benignæ* aut *certe benigniores quam ante*. Alii Eumenides dictas iudicāt quasi minime εὐμενεῖς per antiphrasin aut εὐφημισμὸν, vt sacer ignis à contrario in corporis morbis is dicitur, qui exsecrãdus est. Sophocles, qui eas facit σκότου καὶ γῆς filias, etymi rationem innuere videtur his verbis, καλοῦμεν εὐμενίδας, ἐξ εὐμενῶν στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον, in Colon. Tres finguntur numero: Tisiphone ἀπὸ τοῦ τίσεως καὶ φόνου, id est, vltione & cæde dicta, Alecto ab à priuatiua & λήγομαι, quòd non designat, & Megæra παρὰ τὸ μεγαίρειν, quod odium & inuidiam mortalibus iniiciat. Earum epitheta sunt, ὀφιοπλόκαμοι, ἀδίκων τιμωροὶ κυανόχρωτοι, φοβερῶπες, & apud Inferos etiam dic[illegible] can[illegible].

Eunuchus. Eunuchi nomē generale esse, docuit summus nomotheta Christus Iesus Matth. 19. cū inquit, esse Eunuchos natos de vtero matris, & esse Eunuchos, qui castrati sunt ab hominibus, quique seipsos castrauerint propter regnum cœlorum. Et quoniam εὐνοῦχος etiam *spadonem* significat, non male Vlpianus ait de verb. [illegible] *Spadonum generalis appellatio est, quo nomine hi qui natura spadones sunt, [illegible] quod aliud [illegible]*. Quāquam alii propriè spado is est qui vitilia suc[illegible] [illegible] id est, *euilenatus* dictus id quod [illegible] capitale erat ex lege Cornelia [illegible] & Th[illegible]biæ, qui testiculos a[illegible] cisos, sed tantùm fractos, aut attritos, παρὰ τὸ θλάειν καὶ θλίβειν nomē deducunt. His adoptare liceb[illegible] iure, nō pariter iis, qui impotentes & castrati erant natura. Ad etymon Eunuchi venio. Sunt qui dictum eum volunt ἀπὸ τοῦ τὸν νοῦν ἔχειν, quod bene affectā habeat mentē, quod haud æque placet, atque illud etymon aliorum. ἀπὸ τοῦ εὐνὴν ἔχειν, *quod [illegible] cubile*. In eum enim finem emi & cō[illegible]parari à principibus solebant, vt vxoribus & filiabus interea, dum abessent, velut custodes & testes pudicitiæ adhiberentur. Primum autem omnium fecisse Eunuchos Semiramidem testatur Marcellinus: De qua re ipsa vide & Claudianū *lib. 1. in Eutrop*. Penetrarunt tandem in principum aulas, *vt est videre apud Lampridium in vita Alexandri Seueri*, & magni quandoque muneribus cum domi, tum foris in bello sunt functi, qualis ille Narses fuit tempore Iustiniani [illegible] ἐς τὰ μάλιστα δραστήριος, καὶ δεινὸς ἀρμόσασθαι τὰ παρεμπίπτοντι, καὶ πέρας σαφὲς ἐν τῷ λόγῳ τὰ βεβουλευμένα, sicut describi solet. Lampridius paulo his infestior *per ditissimum hominum genus* appellat. Sed cur custodiæ fœminarum destinabantur? Quod eos continentes esse arbitrabantur, nec stuprum inferre, quā sententiā quoque esse video Sexti Philosophi *Hypot. 3. cap. 31*. Quanquam eos olim in corruptione & adulterio a Turcis deprehensos ex eorum annalibus accepimus. Sunt enim ex iis, qui nihilominus tentigine laborant & coeunt, etiāsi nulla in semine sit virtus. Liquorē enim emittunt, sed ad gignendum inualidum, *vt & Isidorus [illegible]*. Sed tertiam Eustathii etymologiam subnecto, cui εὖ[illegible] est, ὁ ἐστερημένος [illegible] qui destitutus est vi seu potentia [illegible]. [illegible] ad[illegible] significat, [illegible]. Fallit hoc tan[illegible] [illegible] *modo dixi [illegible]*. vox eorum acuta [illegible] [illegible] [illegible], per quem [illegible]

O

efficiens meatum vocis coarctat. *auctore Macrobio.* Hinc haud facile discernas, eunuchus an fœmina loquatur. Aliam tamen rationem adfero in spadonibus, vbi etiam in hanc rem plura. Videat & legat, quem plura legendi desiderium habet.

Euocati milites apud Romanos ex ciuibus, sociis, ex equite & pedite sumebãtur, verum rogatione & precibus, atque id eo dicti Euocati secundum Lipsium. *1. de Militia Romana.* Veterani enim fuerunt & militiæ gnari, qui expletis stipẽdiis sponte in gratiam Consulum aut Ducum militiam sumebant. Et quia sæpe literis aut nuntiis nominatim euocabantur, inde habuere nomen. Dio optime: τῶν ἐκκάτων σύστημα ὃς ἀνακλήτους ἄν τις ἑλληνίσας, ὅτι πεπαυμένοι τῆς στρατείας ἐπ' αὐτὴν αὖθις ἀνεκλήθησαν, ὀνομάσειεν. Addit ille *non solum e ciuibus, sed ex Latio etiam euocatos, imò ex coloniis & prouinciis, gradumque eorum sæpe fuisse sub vno aliquo vexillo dispositos, plerosque beneficiis astrictos.* Hi ab omnibus operibus erant immunes, preterquã ab hoste ꝓuocãdo.

* *Euphrates*, Hebr. פרת *Perath*, al. *Phrath*, fluuius nominatissimus, à Strabone diligenter descriptus est, his verbis. Est Euphrates Tigride maior, plusque terræ peragrat; ex iis Tauri partibus quæ ad Aquilonem vergunt, confragoso ortu promanans, vnde ad Occidẽtem versus per maiorem (quam vocant) Armeniam fluit vsque ad minorem; & hac à dextris, Liscena verò à sinistris relicta, intorquet se deinde ad meridiem, simulatque Cappadociæ mõtes attigit: quos montes atque etiam Comagenes dextra, Læua verò Asicinsineg & Sopheneg, maioris Armeniæ regiones præterlabens, proripit se in Syriam, rursúsque reflectitur versus Babyloniã Persicumque sinum. Vide Plinium lib. 5. cap. 24. Hic addere liber quę doctissimus Iunius scribit de Euphrate in verba Mosis, Genes. 2 v. 10. 11. 12. 13. 14. *fluuius autem procedit ex Hedene, ad irrigandum hortum, & inde se se diuidit, ferturque in quatuor capita* &c. Heden est non tota quidẽ Babylonia (regio) sed pars Babyloniæ. Tres partes habet Babylonia si Ptolemæum sequimur scriptorem diligentissimum: summam Audanitida ad Euphratẽ fluuium, Mesopotamię conterminam: Medianam Chaldæam iunctam Arabiæ desertæ: tertiam & infimam Merodaciam, quæ supernæ Strophis, infernè Sinu Persico terminatur. Harum posteriores duæ nihil ad Hedenem pertinent, citra neque adeo sint fertiles, neque ad fines pertingant Assyriæ, vt facit Heden, Genes. 2. 14. Est ergo Heden Audanitis regio. Tantum in eo discrimen est, quòd Seleuciam totamq; insulam, quam circumlambit Euphrates, Græci & Latini Geographi non Chaldeæ seu Babyloniæ, vt S Scriptura, sed Mesopotamiæ tribuerunt. [Euphrates nomẽ habet ab exundando feruenter & crescendo, פרת *Perath*, al. *Phrat.* Cognatione respicit ad פרה *Parah*, id est, creuit fructificando. Hinc πόρθμος & Latin. *fretum.* Item πορθμεύω, transfreto, transiicio quamlibet aquam.] Non oritur quidem Euphrates in Hedene (nam Euphratis ortus in Caranitide, Armeniæ maioris præfectura, est, vbi פק־פרת *Puk-Perath*, id est, profusio Euphratis appellatur, non autem Pyxirates, vt legitur apud Strabonem & Plinium lib. 5. cap. 24. sub radicibus montis quem Capotem accolæ nominant) sed delapsus per varios anfractus Hedenẽ vsque, procedit quatuor alueis siue capitibus: quod paulò plenius explicandum est. Qui procedit ex Hedene fluuius est vnicus, Genes. 2. 14. qui Euphrates hic, & Genes. 15. 18. Deuteron. 1. 7. & alibi passim Euphrates dicitur. Deinde huic fluuio non duo aut tres solùm, sed quatuor aluei tribuuntur ab iis qui diligentius rem exposuerunt. Nam Mela, lib. 3. cap. 8. Plin. libr. 5. capit. 26. Solin. capit. 50. alii etiam negligentius videntur perscripsisse Duo solùm Euphratis alueos, propterea quòd

quòd alios aquæ ductus magis quàm naturales alueos esse putauerunt, aut dispetire illos per Chaldææ solitudines. Ex Curtio autem, Herodoto, Diodoro Siculo & Dione constat, Euphratis partem suo ostio in sinum Persicum influere: ex Ptolomæo verò & Ammiano Marcellino tres seorsim extare Euphratis alueos: quartum denique probat historicorum omnium veterum recentiúmque confessio. Quamobrem alueorum istorum ordinem, quo Euphrates per eos labitur, percurremus. *Primus* alueus est *Nahar Sares*, id est diductum flumen, siue (vt Ptolemæus vocat) *Baar-sares*, id est alueus fossatúmve deductum atque distractum: qui Straboni corruptè dicitur. Mahar-sares, Ammiano corruptius Marsias, Abydeno, apud Eusebium lib 9. præparat. Euang. Ἀκράκανος, quia in paludes abit exundantes ranis, quas אקרוקן *Akrukan* Chaldæi vocant, Plinio denique Narragas, pro eo quod est *Nahar-ragaz*, id est, dimotus & deriuatus fluuius. Atque hoc flumen propterea diductum siue diuulsum appellatur (id enim sonat *Sares* Chaldæorum linguâ) quod in paludes Chaldaicas vniuersum ducitur, deriuatúmque huc illuc in eis dispetit atq; cõsumitur. *Secundus* alueus est פרת *Perath*, quẽadmodũ ab Hebræis atque incolis appellatur, vulgo Euphrates, Babylonem & Otrim permeãs, suóque ostio in sinum olim Persicum influens, donec eum præclusêre Orcheni & accolæ rigantes agros, adeo vt iam non nisi per Tigrim feratur in mare, vt ait Plinius, lib. 6. cap. 27. & Dion. Nicæus in Trajano, quam in sententiam illud Ammiani (lib. 23) oportet accipi, Ad Terodonas post iacturas multiplices pelago misceri Euphratem, id est, post deriuationes innumeras, quibus eu accolæ minuũt quamplurimùm, aut in vniuersum perdunt. *Tertius* alueus est *Nahar-Malca*, id est, flumen regium, quem Ptolemæus nominat βασίλειον, Abydenus Ἀρμακάλην, per metathesim (regium fluuium exponit Ammianus) quod alueum hũc studio operaque regum fuisse ductum putaret vulgus. Quam in sententiam Plinius, lib. 6. cap. 26 Sunt qui tradunt, inquit, Euphratem Gobaris præfecti opere deductum, vbi cum diximus findi (nempe ad vicum Massicen) ne præcipue cursu Babyloniam infestaret: ab Assyriis verò vniuersis appellatum Armalchar (leg. ex Ammiano, appellatur Nahar-malca) quod significat regium flumen. De hoc autem opere Ammian lib. 23 & 24. copiosissimè: *Quartus* alueus deputatur *Tigri*, videlicet is qui supra Seleuciam in Tigrin delabitur: cuius aluei constitutionem cõmodissimè exprimunt hæc Ammiani verba, lib. 24. Animatus huiuscemodi primitiis miles ad vicum Macc præcta (Maia-ptakta, id est, aquarum diuisio: Plinio Massice, id est, protractio) in quo semiruta muri vestigia videbantur: qui priscis temporibus in spatia longa prætentus munire ab externis incursibus Assyriam dicebatur. Hinc pars fluminis scinditur, largis aquarum fluminibus ducens ad tractus Babylonios interiores, vsui agris futura & ciuitatibus circumjectis: alia, Nahar-malca nomine (quod fluuius regum interpretatur) Ctesiphonta prætermeat. Et eodem libro; Ventum est hinc ad fossile flumen, Nahar-malca nomine, quod amnis regum interpretatur, tunc aridum. Id antehac Trajanus, posteáque Seuerus, egesto solo fodi in modum canalis amplissimi studio curauerat summo, vt aquis illuc ab Euphrate transfusis naues ad Tigridem commearent: tutissimumque ad omnia visum est, eadem loca purgari, quæ quondam similia Persæ timentes mole saxorum obruêre multorum: hancque valle purgata, auulsis cataractis vndarum multitudine stadiis xxx repulsa classis secuta in alueum eiecta est Tigridis, &c. Nec obscurè hunc Ptolemæus vocat flumen per Seleuciam profluẽs in descriptione

Mesopotamiæ. Ex quibus locis omnibus id aperte constat, a probatissimis quibusq; autoribus Euphrati duos, tres, quatuor alueos libere tributos esse: Duos, quum præcipua illius fluenta spectarent, Babylonium, & Basilium siue regium, quod postea duobus ostiis Tigrin petit, ad Seleuciam, & ad Mesenen siue Apameam: Treis, quum Nahar-sarem duobus illis adiugerent; & regium flumen, quamuis duobus alueis distinctum, pro vno ducerent, aut etiam Mesopotamię, nó Babylonię esse iudicarét: Quatuor denique, quum fluminis illius regii alueos duos distinguerent. In hunc modum tres recenset Ptolemæus in descriptione Babyloniæ lib 5. Ammianus autem lib. 23. Perfluunt, inquit, has easdem terras potiores ante alios amnes ii quos prædiximus & Marsias (Leg. Nahar sares) & flumen regium, & Euphrates cunctis excellens: qui tripartitus nauigabilis per omneis est riuos, insulasque circumfluens, & arua cultorum industria diligentius rigans, vomeri & arbustis gignendis habilia facit. Quibus verbis ostendit euidentissime, cur medio riuo nomé Euphratis semper fuerit attributum, aliis verò nomina singularia. Iam verò agedum, hæc quo pacto cum narratione Mosis conueniant, expendamus. *Pischon* (nã ab Orientali termino facit initium Moses, de Geographorum cõsuetudine) est *Nahar-malca*, *βασίλειος*, vel flumen regium, qui sub Apameam in Tigrin delabitur, eiq; suũ nomen adimit, in sinum vsque Persicum delatus cum Tigri. Est autem à maxima feracitate soli quam affert, ita nominatus. *Gichon*, Hedenis ab Occidente terminus, ex eo dictus est, quòd exundat facile, atque huc illuc deducitur. Est autem in Scriptura duplex: vnus in Iudæa, alluens Ieruschalaima, 1. Reg. 1. 33. & 2 Chron. 32. 30. & 33. 14. qui ad nominis sui explicationem torrés quoque inundans appellatur, 2. Chron. 32. 4. Alter Hedenem irrigans, de quo hic agitur, nempe *Nahar-sares*, siue Baarsares, primus Euphratis alueus, Hedenem à Chaldæa reliqua disterminans Occidentem versus, & in Chaldaica palude dispereins. *Chiddekel*. Hedenis à Septentrione terminus, propriè quidem significat Tigrin: sed apud Mosen synecdóchicè denotat superiorem Naharmalcæ vel Basilii alueum, qui supra Seleuciam influit in Tigrin & nomen eius mutuatur: quem alueum prisci Geographi manu factum fuisse rati non retulerunt inter Euphratis alueos; sed potius insulam, quam Euphrates cum Tigri efficit a Seleucia Apameam vsque, Mesopotamiæ, ac non Babyloniæ, tribuerunt, vt ante diximus. Quartus medium Hedenem dissecans, qui Babylonem vrbem influebat secabátque mediam, ex communi S. Scripturæ vsu & constantissimo autorum omnium testimonio, *κατ' ἐξοχὴν Euphratis* nomen obtinet: quod nomen (vt superiora Euphratis duo) propter vbertatem agri fuit impositum, quemadmodum non obscurę innuit auctor Ecclesiastici 24 28. & sequentibus Hęc Iunius de Euphrate.

Euphrates fluuius Mesopotamię de Paradiso fluens initio Pyxiratus, inde per Taurum erumpés Omira dictus, *auctore Plinio*, vel etiam *μῆδος καὶ ζαράνδα*, vt de fluminibus & mõtibus libro tradit Plutarchus, quemque Iosephus nominat *φέραν*, non tam nomen accepit *ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν*, id est, *lætificando*, quòd nulla res magis hominé lætitia perfundat, atque iustitia symbolo Euphratis significata, vt quidam ex Græcis Philosophãtur, verum ab Hebraica voce פרה quæ *fructum edere* significat, sicut ab eadem radice nomen *Ephraim* & *Ephrata* videtur deductum. Hanc etymi rationem probat & Isidorus, cùm nomen accepisse scribit à frugibus & vbertate. Hodie ab accolis *Aphorat* dicitur, quibusdã in locis *Frataha*, & in regione Corasa Euphran. Par. Euphratis, quæ deriuatur

ex eo

ex eo versus meridiem, ne præcipiti cursu infestaret Babyloniam, vt Plinius tradit, ab vniuersis Assyriis nominatur Armalchar. Apud Eusebium *de præparatione Euangelica* legitur ἀρμακάλη, apud Zosimum *Narmalaches*, apud Ammianum *Naarmalcha*, vt ab aliis etiam est annotatum.

Europa, vnde nomen inuenerit, aut quis ei⁹ exstiterit auctor, à nemine mortalium compertum scribit *lib.4. Herodotus*. Dicunt tamen aliqui, sed fabulosè, nomen hoc accepisse à nympha Oceani & Tethyos filia, vel potius Agenoris, quam Iouem trásformatum in speciem tauri rapuisse fabulantur: id quod alij a prędonibus factum interpretantur, quorum nauis tauri speciem præ se tulerit. Minima quidem hæc orbis terrarum portio, si compararetur, cum aliis, at si mores, leges, instituta, religionem, artes, & ea, quæ vitæ sustentandæ sunt necessaria, spectare velis, longè profectò præstantissima. Itaque prædicat eam Strabo *lib.2.* his verbis Εὐρώπη ἔχει πολὺ τὸ σῶφρον καὶ εὔτεχνον τοῦ βίου. A Portugallia ad Tanaim vsque sese extendit. Versus meridiem ad Ægeum mare excurrit. Eius populi dicuntur Europæi, quos Asiatici in vniuersum *Francos* appellant. Abissini quoque in Africa, qui Presbytero Ioanni parēt, nominát eos *Alfrangues*, regionem *Franckiam*, vt ex aliorum relatu cōstat, tū editis in lucē peregrinationibus.

Eurus quasi ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέων, id est, *ab oriente* appellationem accepit. Aliis placet ἀπὸ τοῦ εὖ ῥεῖν. i. *bene fluendo* dictum.

Euxinus Pontus κατ' ἐξοχὴν dictus (κάλλιστον vocat Herodotus lib. 4. & θαυμασιώτατον) prius dictus ἄξενος, id est, *inhospitalis*, teste etiam Ouidio *5. de Tristibus*, idque propter importuosa eius littora, ventorumque & fluctuum vim, partim etiam ob accolarum feritatem inhospitalem. Inde εὔξενος, id est, *hospitalis* est dictus, quod Ammianus Marcellinus à contrario vult dictum. Ait enim: *A contrario per cauillationem Pontus Euxinus appellatur vt euethe (male euethen) Græce dicimus stultum, & noctem euphronē, & furias Eumenidas.* Alij sic dictum volunt, quod Græci eius accolas ἀξένους reddiderint εὐξένους. Solebāt .n. Orchilochiæ Dianę hic hospite immolare, carnibus humanis vesci, cęsorum capita fani parietibus pręfigere. Easdem ob caussas fere dictus est a Sophocle ἄξενος, a Lycophrone κακόξενος. Nōnulli etiā, *teste Boccatio*, a fluuio quodā Euxio in illud mare sese exonerāte nomē adeptum volunt. Mare Cimmerium nominat Herodotus post Herodotū Orosius, Caucasei Apollonius lib. 4. Mare Ponticū Plutarchus *in vita Pōpeij*. Hodie appellant mare maius. Itali *Mar Maiore*, Turcæ *Maurothalassam*, id est, mare nigrum.

Excommunicatio, quæ nihil aliud est, quàm alicuius religionem professi à fidelium cœtu per ordinarios Ecclesiæ ministros in nomine & virtute Christi facta exclusio, vt conseruetur εὐταξία Ecclesiæ, antiquitus Græcis dicta ἀφορισμός, vnde verbum ἀφορίζεσθαι, quod erat Iudæis ἀποσυνάγωγον γίνεσθαι i. *eiici synagoga*, descēdit ab ex præpositione & *communionis* vocabulo. Vt enim putida mēbra abscindi præstat, ne reliquū corpus in cōmunionē corruptionis trahāt, ita satius est Hypocritas eiici aut separari à consortio fidelium, quàm vt sua cōtagione & labe alios afficiant, idque ad emendationem eius, qui vita sua & moribus se Christo & Ecclesiæ non ita probauit, vt debuit. Græca Ecclesia maximè in vsu habuit vocabulū ἀνάθεμα, vt est videre apud Chrysostomū, Eusebiū, & in Cōciliis, quod extremam detestationē significat: vnde τὸ ἀναθεματίζειν detestari, demouere, excōmunicare. Eodem vocabulo vtitur iā & Pontifex Romanus, cùm aliquem hoc fulmine ferit, cui respondet apud Hæbreos vox חרם *Cherem* à verbo חרם *exterminauit, deleuit, anathemate percussit.* Habetur vox illa cū alibi, tū *Malach 4.* Significat & eadē dictio res Deo consecratas & ab vsu pu-

blico ſequeſtratas, vt & apud Græcos ἀνάθημα, qui eo nomine denotabant donaria diis ad templi parietes & colũnas ſuſpenſa, ἀνακείμενα dicta Herodoto. Hinc & Plato dixit *de Republ. 2.* ἀναθήματα τοῖς θεοῖς ἀνατιθέναι. Reliqua vide in anathematis voce loco ſuo. Vide *Anathema.*

Exequiæ à ſequendo ſunt dictæ. More priſco enim præcedebat funus, ſequebantur homines. Terentius: *Funus interim procedit, nos ſequimur.* vel potius ab exſequendo, quæ vox *Tuſcis* pro funerare eſt vſurpata, *vt Monet Turnebus Adverſar. 9.* Quanquam mihi prius etymon perplaceat in ea etiam re in qua verum dixit vir magnus.

Exercitus. Cicero 1. *Tuſcul. Noſtri exercitus primum vnde nomen habeant vides: Deinde qui labor & quantus agminis: ferre plus dimidiati menſis cibaria: Ferre ſi quid ad vſum velint, ferre vallum. Nam ſcutum, gladium, galeam in onere noſtri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus. Arma enim membra militis eſſe dicunt, quæ quidem ita geruntur apte, vt, ſi vſus feret abiectis oneribus, expeditis armis, vt membris, pugnare poſſint. Quid exercitatio legionum? Quid ille curſus, clamor, quanti laboris eſt?* Aſtipulatur Vlpianus *l. 1. ff. de milit. teſt. vm.* vbi dicit ab exercitatione nomen traxiſſe. Varro: *Exercitus quod exercitando fit melior.*

Exibilare, quod eſt *ſibilo expellere*, vt explodere cum *plauſu eiicere*, deductum volunt ἀπὸ τοῦ σιφλοῦ, quod mollem & ridiculum ſignificat. Vnde verbum σιφλώζειν, id eſt, *exibilare* & *deridere*, Gall. *ſiffler.*

Eximius, Macrobius Saturn. *lib. 3. cap 5. Eximij*, inquit, *in ſacrificiis vocabulum, non poeticum epitheton ſed ſacerdotale eſt nomen.* Veratius enim in Pontificalibus quæſtionibus docet, eximias dictas hoſtias, quæ ad ſacrificium deſtinatæ eximantur à grege, vel quod eximia ſpecie quaſi numinibus offerendæ eligant: Nẽpe animalia omnia mutila & impfecta, ſacrificiis inepta habebantur. Eximias hoſtias Græci σφάγια καὶ θύματα ἐξαίρετα potius, & τέλεια ἱερὰ, καὶ ἔκκριτα, quam ἔξοχα vocant. Hinc & αἶγας τελείας nominat Homerus Iliad. α, & ταύρους κεκριμένους Odyſſ. ν. Etymologię noſtræ aſtipulatur Feſtus Grammaticus bonus. Dixit & ea mẽte Virgilius, *Quattuor eximios præſtanti corpore tauros.* Vbi quod eximantur, *eximios* dixit: quod eligantur, *præſtanti corpore* monſtrauit. Talis ergo eſt hoſtia eximia. Nam iniugis dicebatur, quæ nunquam ſubdita fuerat iugo. Quænam Amberualis fuerit, ſuo dictum aiſt loco.

Exodium, inquit Pollux, eſt carmen, quod ècomœdiis exeuntes cantabant. Verba eius Græca ſunt: καὶ μέλος δέ τι ἐξόδιον, ὃ ἐξιόντες ᾖδον. Dictum ergo Exodium quaſi ἔξω τῆς ὁδοῦ, *extra viam.* Liuius ſcribit lib. 7. ab V. C. *Exodia ridicula fuiſſe intexta verſibus, quæ iuuentus inter ſe more antiquo iactare cœpit, eaque conſerta fabulis potiſſimum Attellanis.* Vnde Iuuenalis: *Vrbicus exodio riſum mouet Attellanæ.* Ad etymon noſtrum alludit Feſtus, cùm exitum interpretatur. Eadem cum exodiis (ἐξόδια vocant) ſunt ἐξώδια ſiue τὰ ἐξωδικὰ μέλη, de quibus cõmentator Ariſtotelis in Veſpis hæc habet: τῶν χορικῶν μελῶν τὰ μὲν παρωδικὰ, τὰ δὲ ςάσιμα, τὰ δὲ προωδικὰ, τὰ δὲ μεσωδικὰ τὰ δὲ ἐπωδικὰ, τὰ δὲ ἐξωδικὰ ὑποχωρητικὰ, ἅπερ ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τοῦ δράματος ᾄδεται. Tale ἐξωδικὸν eſt illud Ariſtophanis in Pluto: οὐκέτι νῦν γ' ἀκὸς μέλλειν οὐ ἡμᾶς ἀναχωρεῖν εἰς τοὔπισθεν.

Exodus. Exodi libro in ſacris bibliis nomen dedit exitus Iudæorum de Ægypto. Ἔξοδος enim Græce expeditionem ſiue profectionem ſignificat.

Exorciſta, ab ἐξορκίζειν, quod eſt *religionis timore obſtringere* aut *compellere*, vel potius *adiurare*. Eſt enim adiuratio contra Diabolum. *cap. ante decem dies, de Conſecr. Diſtinct. 4.* Pomponatius ſcribit veteres Exorciſtas ante coniurationem expurgaſſe corpora obſeſſorum ab atra bile. Hu-

bile. Humor enim hic, si quis alius, est admodum familiaris immũdo spiritui.

* Exorcizo. Ὅρκος Græcis a iuramenti religione desumptum nomen est. Hinc verbum ὁρκίζω, ὁρκέω, ὁρκόω, iuro & iuramento obligo. Inde componitur ἐξορκέω, ἐξορκίζω, timore religionis obstringo, compello: ἐξορκισμὸς, adiuratio, quæ vim religionis habere creditur; & ἐξορκιστὴς, qui tanquam Dei nomine adigit ad veri confessionem, aut ad factũ aliquod D. Augustinus adiuratorẽ vertit, & adiurationem ipsum Exorcismũ. Alijs est Eiuratio, alijs coniuratio. Dicitur Græcis Theologis etiam βασανὸς & βασανισμὸς, ex eo quod apud Euangelistas impurus Spiritus ad Christum clamat, rogo te, μή με βασανίσῃς, *ne me torqueas*. Dici potest etiam ἐκβολὴ, quia scriptura in Christi & Apostolorum miraculis contra Satanam hac phrasi passim vtitur Hebrei verbum שבע *Schabah*, id est, iurauit cum vehementi affectu, vsurpant, & iuramentum, seu iusiurandum שבועה *Schebuhah* dicunt.

E*zechiel* Propheta fortitudinem Dei significans nomen inditum habet à חזק *fortis fuit*, & אל Deo. Hic ex posteris Aaronis, sacerdos & Propheta, filius fuit *Buzi*, id est, *contemti*. Nam בוז tantũdem atque *contemsit*.

Ex*sta*, vt placet Festo, ab exstãdo sunt dicta, non quia Diis maximè exstantibus prosecentur, sed quòd ea Diis prosecari soleant, quæ maximè exstant eminéntque. Infelix auspicium habebatur, si in ipsis cor defuisset, aut in iecore caput. Muta exsta vocabant, ex quibus nihil diuinationis colligebant.

Ex*torris*, qui extra terram est.

Ex*sul* iuxta Isidorum, qui extra solum est, ideoque monet consonantem s mediô inserendam, vt scribatur exsul. Solebat olim exsulibus aqua & igni interdici, quæ res duæ vitam humanam maximè continent, vt contra nuptæ aquam & ignem accipiebant, & funus prosecuti, vbi rediissent, ignem supergrediebãtur aqua aspersi, quod genus purgationis suffitionem vocabant. Cicero dixit exsilium non esse supplicium, sed profugium portumque supplicij. Verum quidẽ. At veteribus instar pœnæ erat, quòd homicidij rei in exsilium abirẽt, vt Tydeus Oenei filius abiit sanguine Menalippi fratris pollutus, quem in venatione incautè occiderat. Solebant autem exsules lugubri veste indui citra vllum ornatum, neque illis toga licebat vti, *teste Plinio libro Epistol.* 4.

Ex*uuiæ* ab exsuendo sunt dictæ Pompeio, quod & serpentum exuuiis, & iis, quæ de hostibus leguntur, conuenit.

F.

F*Aba*, inquit Isidorus Græca etymologia à vescendo vocabulum sumsit, φάγειν enim tantũdem atque comedere.

Faba Fresa dicta est, inquit idem, quod eam homines frendant, id est, frangant aut molendo comminuant. Ponit & duas eius species, vnam communem, alteram Aegyptiam. Erat illa Aegyptiis instar venerandi numinis tantæque religionis, vt eam neque sererent, neque comederent, imò aspicere vererentur, quod Theon Grammaticus apud Plutarchum enarrat *in symposiacis*. Apud Romanos nec fabam tangere nec nominare licebat flamini Diali, quòd ea putaretur ad mortuos pertinere, inque eius flore existimarent apparere literas luctus, testibus S. Pompeio & Plinio. Iaciebatur & Lemuralibus laruis, & parẽtalibus sacrificiis adhibebatur. Alij existimarunt mortuorum animas habitare in fabis. Vt haud mirandũ sit propter eã persuasionem suspectas fuisse veteribus. Docuit inter alia etiam Pythagoras, abstinendum esse à fabis, siue vt castiorem agamus vitã, quod eæ ventositates generent & plenioris cuiusdam nutrimẽti redundantiam, Veneremque cieant, siue quòd (*vt Plutarchus libello de liberorum educatione explicat Aristotelem secutus*) abstinendũ esse moneat, à Reipublicę muneribus tractandis quòd in creãdis magistrati bus

giſtratibus eſſent vice calculorum, ſiue quod idem exiſtimaret, *κυάμους ἐσθίειν κεφαλάς τοκήων.* Nec deſunt, qui Pythagoram exiſtimant ſub fabis ſymbolicè intellexiſſe teſticulos. A fabis Calendæ Iuniæ dictæ ſunt fabariæ, quod tum Carneæ vel Carnæ deæ pulte fabacea & larido res ſacra fieret.

Fabij, quod equidem veterum Romanorum ſtudium in agricultura poſitum euincit, à fabis ſunt dicti, vt *Piſones* à piſis, *Lentuli* à lente, *Cicerones* à Cicere, *Lactucini* à lactucis, quas colebant; & *Hortenſij*, quod hortorum tenerentur ſtudio: *Bubulci*, qui vtebātur bobus: quæ nomina omnia ad rem ruſticā ſpectant. Porro à clariſſima Fabiorum gente nomen obtinuit Fabia tribus apud Romanos, cuius fit mentio apud Suetonium in Auguſto, & apud Horatium, cum inquit, *Hic multum in Fabia valet, ille Velina.* Fabiani etiam & Quintiliani appellabantur Luperci, inquit Feſtus à Fabio & Quintilio prępoſitis ſuis. Sunt etiam, qui priſcos huius generis viros ab agrorum foſſione Fodios olim nominatos prodiderunt, inde binis mutatis literis appellatos Fabios. Sed etymō prius cum multis alijs amplectitur Plinius. Nec dubito quin primus ille Fabius, quē Plutarchus in vita Fabij Maximi ex Hercule genitum affirmat, ab eadem origine nomen deducat.

Faber. Huic a faciendo impoſitum nomen vult Iſidorus.

Fabula dicta à fando. Nō ſunt enim res factæ, ait Iſidorus, ſed tantummodo loquendo dictæ: Hinc *confabulor*, id eſt, *colloquor*, & *confabulatio*, id eſt, collocutio.

Facies videtur Iſidoro dicta ab effigie: Malim deriuare à facio, quod ſit velut quædam factura corporis. Eſt autem facies ipſa oris ſpecies. Saluſtius in Catilin. *Prorſus in facie vultuque vecordia inerat.* Nonius in eo differre dicit à vultu, quòd is accipiatur pro voluntate, quæ pro motu animi in facie oſtenditur.

Fax dicta Iſidoro, quod ſeſe vaſis emergendo afficiat. Alij deriuant a facio.

Fagus. Vt eſculus ab edendo, ſic fagus ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, quod eſt *comedere*, trahit appellationem. Antiquitus enim homines veſcebantur glandibus, *vt paſſim Poetæ canunt, & Seruius affirmat.* Huius glandem dicit Plinius muribus & turdis eſſe gratiſſimam. Ἔστι δὲ φηγὸς εἶδος δρυὸς, aiunt Græci, παρὰ τὸ φαγεῖν λελεγμένη διὰ τὸ χορηγῆσαι τροφὴν τοῖς ἀρχαίοις. Præponendum ſanè hoc etymon alteri iſti Etymologici magni, vbi παρὰ τὸ φάγεσθαι deriuatur, ὅ ἐστι καίεσθαι, id eſt, a comburendo. τὰ γὰρ ἔσωτων βαλάνων ἐσθίοντες τὰ ἔξω ἔκαιον πρὸς θέρμην. Quanquam & prius etymon poſtea ſubiiciat.

Fagutalis dictus eſt Iupiter à ſacrificio quod ipſi fieri ſolebat, & quod veteres nominabant fagutal à fago. Feſtus vult à ſacello ſic nominatum, in quo fuerit fagus quæ Ioui ſacra habebatur.

Falarica telum horribile viſu & miſſile, haſtili oblongo & cætera tereti, præterquam ad extremum, vnde ferrum extabat, iuxta Liuium libro 21. quæque balliſtis *auctore Lucano*, mitti ſolebat, catapultis ex Appiani mente in Illyricis, pice, ſulphure & ſtupa additis, ignem ex impetu rapiens, atque ita lampadis inſtar per inane volans, nomen trahit, *ſicut volunt Grammatici*, a falis id eſt, turribus, vnde mitti ſolebant. Cętera in Phalatica. Etenim ſcriptionem vtramque receperunt auctores boni.

Falces à farre dictæ Varroni. Hæ in Campania Seculæ a *ſecundo*. Pergit Varro. *Et quod apertum, vnde falces fœnariæ, & Adoreæ: & quod non apertum, vt de Lumariæ falces & ſirpiculæ.* Lunatiæ ſunt, quibus ſecant lumecta, cum in agris ſerpūt ſpinæ. Sirpiculæ vocatæ à ſirpando, id eſt, alligando.

Falcidia lex, cuius multa in iure mentio, & qua permittitur hæredibus, ſi hæreditas a [illegible] exhauſta [illegible]s, vt ipſis, ſeu inſtitutis teſtamento [illegible] ve-

mei[illegible]es

nientibus ab inteſtato legitima hæreditatis portio, vel pars bonorum quarta non ſuperſit, tantum detrahere ſingulis legatis, vt legitimam tandem ob iure debitam obtineant, non tam nomen habet à falce; vt ineptiunt quidam, vel à falcando, id eſt, amputando aut decidēdo, quàm à C. Falcidio Trib. Pleb. qui eam tulit imperante Auguſto, poſt legem tam Fuſiam, quàm Voconiam, cautumque fuit ea, ne cui plus legare liceat, quàm dodrantem bonorū. Quare ſi teſtator vltra eam partem legaſſet, detrahere licebat ſiue vni, ſiue pluribus hęredibus ſingulis legatis tantùm pro rata portione, vt remaneret quadrans, *l.1.l.in ratione.ff.ad leg.Falc.*

Falcones dicuntur Feſto, quibus digitorum pollices in pedibus intro curuati ſunt, à falcis ſimilitudine.

Falernus ager in Campania eſt dictus iuxta Silium Italicum à Falerno agricola, qui primus ibi vites coluiſſe dicitur. Hinc & vinum Falernum dictum, cui ſecundas tribuit Auguſtus quoad nobilitatem, cùm primas detuliſſet vino Setino. Cōmendat id Horatius plurimum. Martialis indicat nigri fuiſſe coloris his verbis: *Candida nigreſcant vetulo cryſtalla Falerno.*

Fallo & Fallax videntur deſcendere παρὰ τὸ φηλῶν à decipiendo. Scaliger etiam τὸ Fallax deducit à φύλαξ. Varro deflectit à fando, quod vt dolus re, ita fallacia verbis committatur.

* *Falx*, מזמרה *Mazmera*, à verbo זמר *Zamar*, putauit, amputauit reſecuit inutilia & ſuperflua. De falcula vinitoria, iuxta nonnullos intelligitur, quamuis ad meſſoriam nō incommode referri poſſit, & in genere ad ea omnia inſtrumenta qui bus meſſores, vinitores, & alii ad putationem & reſectionem vtūtur. A *zamar* deducunt nōnulli verbū antiquū ſarpere, ſarpa pro vinea amputata, & ſarmentum. מגל *Maggal* etiam dicitur falx rotunda, ferramentum aduncum quo ſegetes & herbæ deſecantur. Cognationē habet cum גלל *Galal* volutauit in rotundum: falx enim incurua eſt. Dicitur etiā falx חרמש *Chelmeſch*, Deuteron.16. 9.& 23.v.vlt.à verbo חרם deſolauit, excidit, & מוש *Muſch*, remouit attrectādo: quod falx ſecet & remoueat ſegetes. Scaliger, literarum decus, Coniectan. in Varronem, in hæc verba, *Has phancillas chermoneſice dicunt*, legit, *has falcillas Chermes Pœnicè dicūt*. Scio enim, (addit) Chermes falces vocatas olim à Syris & Phœnicibus, quorum Colonia ſunt Pœni in Africa. Et fieri poteſt, vt hoc dixerit Varro ex Magonis libris, qui Pœnicè ſcripti erant de re ruſtica. Hæc vero aſſeuerare vt vera nolumus. Scimus tamen ex eiuſcemodi coniecturis ſæpenumero veritatem erutam fuiſſe. פלק *Pelec* Chald. falx. Inde πέλεκυς ſecuris, dolabra: niſi quis *Phelec* pronunciare velit, vnde *falx*.

Fama Græce φήμη, à quo etiam vocabulo recto ductu deſcendit. Perottus & alii Grammatici deducunt à fando, reſpiciētes originem Latinam; quod quia ad deſcriptionem illam famæ accedit, Vergilii Æneid.4. vbi huic monſtro linguas & ora tribuit, explodere nolumus. Carpit eam deſcriptionem Macrobius, at defendentem Virgilium vide Pontanum *in Antonio*.

Familia à famulando. Nā olim complectebatur tantùm famulos & famulas: Tantum abeſt, vt deducatur à femore, quod non ſatis hic perſpicax Iſidorus exiſtimat. Quid? An non famulorum eſt famulari? Inde aliquot elapſis ſeculis mutata ſignificatio in eo, quod herum et heram, eorúmq; liberos, etiam complecti cœperit. Quo reſpexiſſe nonnihil videtur Vlpianus l.1. ff. *de vi & vi arm.* Hinc & paterfamilias nomen inuenit. Tandem porrecta ſignificatio ad totam cognationem ſanguinis. Quamquam Feſtus antea vſum ſuum obtinuiſſe nomen familiæ in liberis hominibus velit: quorum dux & princeps vocabatur pater & mater familiæ (vnde familiæ nobilium Pompiliorū, Valeriorum, Cor-

gatum & purum est à paleis. Hinc *far*, quod Latinis est nomen generale ad omnia genera frumēti; vt far triticeum, far hordeaceum. Item farreus, id est, ex farre confectus. ברות *Baruth* Cibus lautior farreum, farrinaceum. בריה *Birja*, farreum pulmentum ex farre purissimo & selectissimo. farris nomine certum quoddam frumenti præstantissimi genus intelligitur, quod primùm ab edendo *Edor*, deinde literæ primæ immutatione *Ador* appellatum est, & far adoreum ad differentiam hordeacei & aliorum nominatur. Dionys. Halic. far ζέαν, esse putat, quæ Lat. *Spelta*. *farina* à farre dicta, &, *far* ab edendo, siue quod initio frāgeretur, vt vult Isidorus. Quod autem in Sacrificiis, panis ex farre ad aras offerebatur, inde adorea sacrificia dicta, sicuti etiam adorea laus. Plinius Zean à farre distinguit, & alii frumenti purissimi genus esse putant, farreum libum coniuges initio matrimonii simul comedebant, & hæc ceremonia cōfarreatio dicta; sicut cùm dissoluerentur nuptiæ, diffarreatio.

Fascia nomen habet, quòd in modum fasciculi corpus alliget.

Fascino verbum originem refert iuxta nonnullos ad τὸ βασκαίνειν Græcorum, quo & Paulus *ad Galatas 3.* vtitur, estque Grammaticis dictum quasi φασκαίνειν, id est, τοῖς φάεσι καίνειν oculis interficere. Quo spectat illud Virgilii: *Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.* Nam interficiēdi vim oculis fascinatoriis inesse ostendit Plinius *lib. 7. cap. 2.* Festus putat & fascinū & fas deriuari à fando, quòd haud æque aliis probatur, cum idem Plinius prodat fascinatrices anus in India reperiri, quæ malefico aspectu noceant aliis. Creditum quoque à Physicis tetricas, rugosas, verrucosas & iam edentulas anus, quarum giluus est color, noxam aliquam infantibus vel aspectu solo inferre. Prioris etymi Verrius est auctor, *teste Agellio lib. 16. cap. 12.* Sed non minus ineptè dictum volunt ab eo fascinum quasi βασκανον, quam errare ἀπὸ τοῦ ἐξᾶν & *fæneratorem*, quasi φαιϛότερον, quod genus id hominum speciem humanitatis ostentet. Pari absurditate (inquiunt) laborant, qui à fasce appellationem deducunt, quod premat quasi onere fascinatos. Proinde vt his omnibus me interponam, velim Festi Pompeii sententiam, qui a fando fascinum deriuar, omnibus aliis præpositam. Certum enim est, maximè verbis & tacita oratione expediri: Vnde diræ & imprecationes apud bonos auctores. Quin imo βάσκειν verbum, est Græcis κακολογεῖν.* Hebr לחש *Lachasch*, id est, mussitauit, susurrauit, submissa voce loquutus est, vt facere solent incantatores, qui conceptis verbis clam sibilant. Cognationem habet cum נחש *Nachasch*, id est, serpens: nam serpentes eiusmodi verborum mussitatione & adiuratione retinentur & fascinati capiuntur Psal. 58. de aspide dicitur, quòd non audiat vocem *Melachaschim* fascinantium seu incantatorum mussitantium. Itaq; vt Hebræi à loquendo, sic Latini à fando, fascinum & incantationem ac carmina, a canendo dixerunt.] Refert Solinus esse in Africa genus fascinatorum, quod nimium laudando arbores, segetes, infantes, equos & pecudes perdat. Apud Turcas monachorum est genus, quod diris imprecationibus integras aliquando familias è medio tollat. Et Catullus dixit ad Lesbiam, lingua mala fascinare aliquid. Notum quoque incantatores ab incantando dici (ἐπαοιδοὺς vocant Græci) quibus à *murmurando* & *susurrando* imposuerunt nomen Hebræi. Et Virgilius tribuit eisdem carmina:

Carmina, inquit, *vel cælo possunt deducere Lunam.*

Carminibus Circe socios mutauit Vlyssis.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Atq; satas alio vidi traducere messes. Item:

Hæc si carminibus promittit soluere mentes,

Sistere aquā fluuiis, & flumina vertere retro,

Nocturnosque ciet manes: Mugire videbis
Sub pedibus terram, descendere montibus ornos.

Et Ouidius:

Cum volui, ripis ipsis mirantibus amnes
In fontes rediere suos, concussaque sisto,
Stantia concutio cantu freta, nubila pello,
Nubilaque induco, ventos, abigóque vocoque:
Vipereas rumpo verbis & carmine fauces,
Et syluas moueo, iubeóque tremiscere montes,
Et mugire solum, manésque exire sepulcris:
Te quoque luna traho.

Quamquam ergo non diffitear fascinum & incantationes fieri aliquando maleficorum & maleficarum oculis veneno imbutis, imo aliis modis infinitis propemodum, tamé cum ad hos verborum submurmurationes vt plurimum cócurrant, malim Festi etymó amplecti, quàm quod ad oculos refertur, & à multis hactenus eruditissimis viris arreptum & scriptis illitum animaduerto. Appendicis loco sit hic, quod Plinius scribit lib 28. cap. 4. Fascini idolum suspensum fuisse sub curru triumphantium, vt eos tueretur à fascinatione. Quare Deum fascinum appellat non solùm infantium, sed & Imperatorum custodem.

Fasti. Fastorum libri, in quibus reges vel consules scribuntur, à fascibus dicti iuxta Isidorum, id est, à *potestatibus*. Vnde & Ouidius *libros Fastorum*, dixit, qui de regibus & Consulibus sunt editi. Festus Pópeius à fastis diebus, id est, festis vult nominatos, vt multi hac ætate nostra homines, & quidem eruditissimi Festú accipiunt. Et ego sanè malim hîc Festo, quàm Isidoro astipulari. Quippe cùm Fasti, auctore Seruio, sint libri contineñtes in sese computationem dierum & in quibus, teste Porphyrione, iuxta Cósules in ordiné digerebatur numerus annorum. Sút igitur fasti propriè annales, addita dierú & rerum gestarum cóputatione, differentes in eo à diurnis vrbis actis, quòd his res humiles, illis res magis illustres mádarentur. Fatetur & Priscianus à fastis diebus esse nominatos, non quia festi, id est, Diis sint dicati, sed quia eiusmodi annales, cum dies fastos nefastosq; cótineant, decuit à cãdidiorib. ac meliorib. diebus nominari. Vnde à Festo festi dicuntur, nefastorum cóparatione. Fastorú inuentionem nonnulli tribuunt Eudoxo Gnidio astrologo, Socratis auditori, & Platonis sodali. Excelluit in hoc genere olim Cassiodorus, hodie Sigonius & Onuphrius Panuinius.

Fateor Grammatici nonnulli à fando deducunt quasi vehementer fateor.

Fatú, quod Chrysippus esse dixit sempiternam quandam & indeclinabilem rerum serié, & cathenã voluenté semetipsam & implicanté per æternos consequentiæ ordines, quibus apta connexaque est, Cicero ordiné seriemq; caussarum, cum caussa caussam ex se gignit, & quam Græci εἱμαρμένην appellant, Seneca *necessitatem rerum omnium actionumque, quam nulla vis rumpat, in Naturalibus*, à fando deducunt Grammatici. Quidquid enim Dii fantur, id fatum esse dicunt, ait Isidorus. Ineuitabile id esse dicebant Stoici. Vnde Curtius lib. 5. *Eludant videlicet, quibus temere negotia humana volui agique persuasum est. Equidem æterna constitutione crediderim nexuque caussarum latentium & multo ante destinatarum suú quæque ordinem percurrere.* Quam tamen sententiam refellit Eusebius 6. *de præparat. Euangelica*, & multi alii inter Christianos.

Fauilla, ab igni fouendo dicta, quasi *fouilla*

Faunus Saturni filius, qui primus hominibus in Latio sine religione viuentib' Deorum cultum metúmq; iniecit, lucos sacrauit, templa constituit, ius sacrificiorum ordinauit, & à quo fana suum accepisse nomé antea est dictum, à fando, sicut & Fauna, originem suam deriuat. Nã Faunus viris, Fauna mulieribus fata dicebat. Seruius trahit ἀπὸ τῆς φωνῆς, quod voce non signis res futuras ostenderet. Duos autem fuisse Faunos Aboriginú reges, testes sunt Dionysius

& Ma

& Manethon Ægyptius. Priſcus vixit circa annum mundi 2520. Iunior anno 2724.regnare cœpit. Hic Pici filius fuit, & homines ritu ferarum viuétes vitam docuit mitiorem. Habuit hic Romæ téplum in monte Cælio, forma circulari, & ædem in inſula Tyberina, eidémque litabatur agna & hœdo in Faunalibus ineunte vere & nonis Decembris pro cœli ſalubritate & temperie ad pecoris ſanitatem. Plures etiam Faunos eoſque Syluestres Deaſtros habuerunt Ethnici, iracundos quidem illos natura, & quos Satyros eſſe quidam exiſtimarunt. Mille eos annos viuere perſuaſum habebant.

Fauonius ventus, de quo plura in Zephyto, videtur nonnullis dictus à fauore, nonnullis à feruore.

Fauor, à fando. Nam fauere, *aiunt*, eſt bona fari. Hinc *ore fauere* apud Poetam, & linguis fauere.

Febris, à feruore. Quin τὸ πῦρ Hippocrates pro vehemétiſſima febri vſurpat. Latinis, vt Grecè πυρετὸς ἀπὸ τοῦ πυρὸς id eſt, igni. Febré non ſentire dicũtur Corui. At ſæpe in ea laborat Leo, cui ſimia viua deuorata eſt pro remedio.

Februa dicta ſunt Romanis defunctorum piamina, quod Sabinorum lingua februum purgamentum ſignificaret. Pompeius inquit: *Quæcunque purgamenti cauſſa in quibuſque ſacrificiis adhibebantur, februa appellantur: Id vero, quod purgatur, dicitur februatum*, Nam februare eſt purgare.

Februarius mens dictus Romanis, vel à *februis*, id eſt, mortuorum ſacrificiis, quod iſto menſe populus februaretur, id eſt, purgaretur, idque à nudis Lupercis iuxta Varronem, vel à Iunone Februata, cuius feriæ Lupercalia fuerunt, quo etiam die februabantur mulieres à Lupercis amiculo Iunonis, id eſt, pelle caprina: Qua de cauſſa is quoque dies februatus nominabatur, vel à Februo luſtrationum Deo, cui Numa hunc menſem à Romulo præteritum dicauit. *teſte Macrobio 1.Saturn.cap.14* Rectè ergo nominat hunc menſem Plutarchus in Romulo καθάρσιον, id eſt, expiatorium. Idem apud Priſcos vltimus anni menſis fuit, vt docet Ouidius, ita vt præcederet Ianuarium. Sed à Decemuiris inſtitutum, vt poſt Ianuarium collocaretur. Habuit quoque à prima Numæ conſtitutione viginti & octo dies, quod ideo factum arbitrantur non pauci, quod infero Deo, cui ſacer erat hic menſis, par numerus & diminutio conueniret. Quare & Iulius Cæſar, cùm adiectis aliquot diebus aliter annum digereret, nullum addidit huic menſi diem. Tandem & intercalationi eſt deſtinatus, inque Neptuni tutela fuit. Errant ergo (*vt fidem faciam*) qui deriuant hunc menſem à Febre, id eſt, ægritudine, vt monet Iſidorus: Quin imo à februis, vel februo Deo, id eſt, Plutone, cui cum Diis manibus conſecratus erat, aut denique à februata Iunone, deducenda potius origo, vt in principio monebam.

Feciales, qui ſeligi ſolebant ex præſtantiſſimis familiis, & quorum collegio ſeptima legum ſacrarum pars erat dicata, ſacerdotes inſtituti à Numa, quòd fidei publicæ præeſſent inter populos, nomen ſibi datum agnoſcunt. Alij ſic dictos volunt, quòd belli paciſque ferédę apud eos ius erat (εἰρηνοδίκας, ideo appellāt Græci) vel à faciédo. De his Dionyſi⁹ *Longum eſſet omnia Fecialium officia recenſere, ſed in ſumma ſunt hæc: Dare operam, ne Romani vlli fœderatæ ciuitati iniuſtum bellum inferant: Quod ſi qua prior contra fœderis conditiones quid commiſerit Legatos agere, & verbis primò ſuum ius repetere: quòd ſi dedignetur facere poſtulata, tum bellum indicere. Itidem ſi qui illatam ſibi contra fœdus querantur iniuriam, cauſſam eorum cognoſcere, & comperto crimine ſontes comprehenſos læſis dedere: indicare item de legatorum iniuriis, & dare operam, vt ſeruentur conditiones fœderum: Pacem quoque conficere, aut ſi parum legitimè facta videatur, irritam reddere: pre-*

terea ꝑ quid Imperatores cōtra iusiurandum peccauerint cognoscere & expiare. Plutarchus in Numa vocat eos *pacis custodes*, vnusque eorum, qui & Maximus erat dicebatur *Paterpatratus*, cui & pater & filij erant. Cùm hic fœdus aliquod facturus erat, aut bellum indicturus, coronari solebat, vt & fœciales alij herba, quam Romani verbenam,& herbam sacram appellant, ἱερ βοτάνην Græci. Festus scribit Romanos etiam sagmina dixisse,vel à sanciendo,id est, cōfirmādo, vel quia ex loco sacro arcerentur legatis proficiscentibus ad fœdus faciēdum bellumque indicendum. Si tamen Plinium audias,non erunt eadem sagmina cum verbenis. *Sagmina*, inquit, *gramen significant ex arce cum sua terra euulsum, quo semper legati, cum ad hostes clarigatumque, id est, res raptas clarè repetitum mitterentur, sunt vsi. Verbenaca enim, quæ Græcis est ἱερὰ βοτάνη, ramulos emittit cubitales, aut maiusculos, atque eos angulosos, in quibus ex interuallis folia quercus, sed minora angustioráque, eisdem in ambitu diuisuris, colore ad quatenus cæsio: Radix eius longa & tenuis: flores purpurei ac graciles, vt ex Dioscoride didicimus.* Sed non inutile erit feriendi fœderis ritum subiicere ex 1. Liuij. *Fœdera*, inquit in historia Tulli Hostilij, *alia alijs legibus, cæterùm eodem modo omnia fiunt. Tum ita factum accepimus, nec vllius vetustior fœderis memoria est. Fecialis regem Tullium rogauit: Iubésne me rex cum Patrepatrato populi Albani fœdus ferire. Iubēte rege: Sagmina*, inquit, *te rex posco. Rex ait, pura tollito: Fecialis ex arce herbam puram attulit: postea regem ita rogauit: Rex, facisne me tu Regium nuncium Popul. Rom. Quiritium? Vasa comitesque meos? Rex respondit: Quod sine fraude mea populique Romani Quiritium fiat, facio. Fecialis erat M. Valerius is Patrem patratum Sp. Fusium fecit, verbena capit capillosque tangens, & quæ deinde de legibus recitatis sequuntur, & de porco, quem silice feriebat post Iouem inuocatum & compellatum, vt, si falleret dolo malo, ita Iupiter feriret Pop. Rom. (quemadmodum feriebat porcum.* vel secundum Festum *vt Diespiter non aliter salua vrbe arceque bonis se eiiceret, atque ille tum lapidem eiiciebat.*

Fel appellatum dicit Isidorus, quòd sit folliculus gestans humorem, qui dicitur bilis.

Felsina vrbs Romanulæ regionis Italiæ, quæ iam audit Bononia, deriuat nomen à duce Felsino, Catone Semproniόque testibus.

Femur à ferendo: quod ea parte præcipuè sustineatur animal.

Fenestra in ædibus ἀπὸ τοῦ φαίνειν, id est, *Lucendo* nomen trahit. His assentitur Marcellus hoc modo: *Fenestra vocabulum à Græco conuersum est in Latinum, ἀπὸ τοῦ φαίνειν.* Isidorus vult appellatam fenestram, *quod foueret lucem, vel quod per eas intus positus homo foras videat.* Addit: *Alij dictam putant fenestram, quod domui lucem ministret, composito nomine ex Græco, Latinoque sermone.* φῶς enim Græcè Lux est:

Fera dicta est Isidoro, quòd naturali sua feritate feratur. Sunt, qui etiam (nec quidem absurdè) dictione esse volunt originis Græcę, quod Æoles φηρὸς dixerint pro communi θηρὸς, vt φήρια pro θήρια.

Feralis cœna, quæ mortuis dabatur, & cuius mentionem fecit Apuleius Florid.4. his verbis: *Exclamauit viuere hominem, procul ergo faces abigerent, procul ignes amolirentur, rogum demolirentur, cœnam feralem à tumulo ad mensam referrent*, à ferēdo est dicta, vel (si ita mauis, à fera, qua voce veteres mortem significabāt. Hinc *feralem pompam* dixit idem, id est, exequialem 8. de asino aureo. Et quoniam epulas inferre solebant sepulcris, pro parentibus seu maioribus extinctis, nominarunt hos dies *parentales* non solùm aut parentalia sacra, sed etiam sacra feralia, quibus parentabant, id est, pro mortuis sacra faciebant. Festus tradit *feralia dici Dijs manibus sacrata festa* à ferendis epulis, vel à feriendis pecudi

dis pecudibus. Instituta hæc à Numa Pompilio scribit Macrobius *13. Saturnal.* etiamsi Ouidius ab Aenea originem deducat. Tum nubere religiosum erat, aut Diis Superis sacra facere. Habuerũt porrò cùm Romani, tum Græci lugubres siue ferales epulas, quæ post feram, id est, mortem amicorum vnà cum funeribus celebrare solebant, Græci communi nomine *περίδειπνον* dicebant. Ait enim Pollux: *περίδειπνον. ἡ ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσιν ἑστίασις*, item *ἡ ἐπὶ τῷ πένθει σύνοδος*. Appellatur & *δαὶς ἐπιτάφιος*, id est, *epulum sepulchrale*, quod, quia sub vesperam fieri solebat, dicitur & *δόρπος*. Ait enim Poeta: *δορπήσομεν ἔνθαδε πάντες*. Nomina verò, quibus in vniuersum totam parentationis festiuitatem, tum speciatim sacrificia atque conuiuia funebria appellant, sunt hæc apud Pollucem, *ἐναγίσματα, κτερίσματα, ἔνατα, τριακοντάδες, γενέσια, νεκύσια.*

Ferculum etiam à ferendo dictum opinor. Vt id putem, facit quoque Fulgentius *lib. de prisco sermone*, cùm ait: *ferculum missus carnium*, Petron. Arbiter: *Postquam ferculum allatum*. Mittere enim ex parte *τὸ φέρειν* spectat, & prolato exemplo, cùm allatum esse inquit ferculum, ex Petronio, ad etymon alludit. Vt autem fercula significant varia ciborum genera, ita quandoque ea, quæ feruntur in pompa triumphorum, ludis, & sacris. Vnde Cicero in Officiis: *Cauendum est, ne tarditatibus vtamur in gressu mollioribus, vt similes pomparum ferculis esse videamur.* Tranquillus in Cæsare: *Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, veni, vidi, vici.*

Ferentarij leuis armaturæ milites in bello, à ferendo auxilio sunt dicti, vel quia fundis & lapidibus pugnabant, quæ tela feruntur, non tenentur, inquit Festus.

Feretrius an dictus Iupiter, quòd iurantes per eius sceptrum ac silicem Romani pacem referre sint soliti, *vt est apud Alexandrum ab Alexandr.* an ab hoste feriendo, *vt quidem Plutarchus habet*, quasi cum dux ducem feriret, & spolia opima referret, ipso iuuante & propitio effectum sit, an verò à ferẽdo simpliciter, quod pacem ferre putetur? Reiicienda hæc omnino non sunt. Sed quid si referas ad feretrum, quo suspendi solebant opima spolia, quod nominis originem deduci à *φέρω*? Meminit eius Liuius, cuius en verba tibi: *spolia ducis suspensa fabricato ad id apto pheretro gerens in Capitolium ascendit: ibique cum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, templum designauit & addidit cognomen, Iupiter Feretrius.* Turpiter deprauant hunc locum, qui ferculo legi malunt quàm feretro, vel *(vt alij)* pheretro. Consecratus hic est à Romulo, *testibus Liuio, Dionysio, Plutarcho*, & aliis, erecto ipsi templo in monte Capitolino.

Feretrum, à ferendo Isidoro est dictum. Rectè. Sed paucis addam aliquid ab ipsa antiquitate petitum. Proinde sciendum tenuis fortunæ homines capulis seu feretris efferri solitos, *vt Seruius notat*, cùm ditiores lectis efferre cõsueuerint. Vnde Cornelium Syllam sex millia lectorum habuisse in funere proditum est. Cùm verò efferebatur, præferri solebant arma, dona militaria, *coronæ, vexilla, hostium spolia, cera expressi vultus, simulacra familiæ, serui manumissi & libertate donati.* Sequebantur liberi, propinqui, affines, atque alij amici, lugentium habitu, *capillo demisso, & veste* pulla. Sed hæc *συντομικῶς*, alias plura.

Feriæ sunt appellatæ nonnullis ab *epulis ferendis*, quòd his diebus epulæ fierẽt ex frugum pecorumque prouentu: Alij à *feriendis victimis* deducunt, vt & Festus Grammaticus bonus. Sunt autem feriarum aliæ publicæ, aliæ Priuatæ. Publicarum aliæ Statiuæ vel Statæ, quòd certo statutoque die obseruarentur, vt ait Festus vt *Saturnalia, Lupercalia, Agonalia, Carmentalia*: Aliæ Conceptiuæ, quippe in diem certum à Pontifice vel Magistratu conceptæ quotannis, vt *Latinæ*

Sementiuæ, Paganalia, Compitalia. Quædam Imperatiuæ, quas Consul aut Prætor pro arbitrio indicebat: & quædam Paganorum, quas nundinas vocabant, quibus propriis negotiis prospiciebant. Priuatæ feriç quarundam erant familiarum priuatarum, vt *Claudia familia, Aemyliæ, Iuliæ, Corneliæ.* Huiusmodi sacra perpetua manere voluerunt XII. Tab. Ad ferias publicas quod attinet, sciendū porro in vsu fuisse apud Romanos, vt singulis mensibus à rege sacrorum & à prætore proclamarentur. Si quid his fieri deberet scire velis, audi Ciceronem de legibus 2. *Feriis, inquit, iurgia amouento, easque in famulis operibus patratis habēto. Itaque vt ita cadat in annuis anfractibus, descriptum esto, certásque baccas sacerdotes publicè libanto, idque certis sacrificiis & diebus. Itemque alios ad dies vbertatem lactis, fœtúsque seruanto: idque ne committi possit, ad eam rem ratione cursus annuos finiunto, quæque cuique diuo decora grataque sint hostiæ, prouidento.* Prodit & Macrobius 1. *Saturn. cap. 16.* sacerdotes affirmasse pollui ferias, quoties iis indictis conceptísque opus aliquod fieret. Neque etiam licebat sacrorum regem & flamines videre opus aliquod in feriis fieri. Ideoque tale quid agens mulctari solebat, si post denuntiationem non destitisset. Præter mulctam affirmabant quoque eum, qui imprudés hisce diebus aliquid egisset, porco piaculum dare debere: At prudentem expiare non posse Scæuola Pōtifex affirmare solebat. Etiā Varro pollui neget eum qui quid actitasset ad vitæ necessitatem respiciēs, aut sacra spectans. Atque hęc ita carptim ab aliis bonis auctoribus sumta in hunc locū congerere placuit, cùm haud ingrata ea fore Philologis pręsagiat animus.

* *feriæ*, nomen generale est. Nam feriæ non statum diem festum constituebant, sed à laboribus etiam aliquando solutū: vt nundinæ feriæ sunt quæ festum tamen non dabant. Alias feriæ cum die festo celebrabantur, vt Lupercalia, Agonalia, Palilia, &c. Hodie promiscuè sumitur dies festus, feriatus, sacer, sanctus, à laboribus liber. Hebræi מועד *Mohed* vocant tempus certum rei agendæ idoneum, ac festum interdum significat. חג *Chhgh* Solennitas est celebrata cum epulis & gaudio. שבת *Schabbath*, quies, dies quietis, multiplex, nempe hebdomadarius, septimus, & Iubileus: præter hos dies quietis sacræ erāt dies paschatis, pentecostes, clangoris, expiationis, Tabernaculorum, Mensium. Vide *festi dies.* Græci ἑορτὴν dixerunt, vel ab ἑῶ, quod est, ἐπιθύμω, quia natura omnium amamus: aut fortasse, quia nemo est adeo barbarus, quin aliquam numinis rationē habeat: aut quòd Numini dies consecrata curæ sit, eámque violari ab homine nolit, imò violatores tanquam rei dilectę profanatores grauiter puniat. Eustathij tamen sententia est, dici ἑορτὴν, ὅτι δεῖ ἐς τὰ ἐὰ, hoc est, τὰ ἀγαθὰ ὁρῶνται τοῖς ἀνθρώποις: cōciliato enim Numine bona nos impetraturos piè credimus. Dicunt Græci ἑορτὴν esse χρόνον ἱερὸν κατὰ νόμους. quo indicant festa legibus decerni, ideoque nullum per se tempus religioni deputatur. Sic dies omnes per se pares sunt: discrimen tandem inductum est per leges, quæ alios fastos, alios nefastos produnt. Cæterùm Sacræ literæ discrimen hoc non à legibus ciuilibus pēdere ostendūt: sed Deo auctore distincta esse tempora laboris & religionis. Apud Græcos τελέτη dicitur festum splendidius & quod magna impensa celebratur. Hinc πολυτελὴς sumptuosus, εὐτελὴς, parcus, & similia. Nonnulli τελέτην vertunt cæremoniam.

Fermentum à feruore dici placet Grāmaticis. Quippe fernēdo crescit, ipsumque φύραμα vel massam, cui inspergitur, turgidam reddit. Vnde *in fermento iacere* dixit vxorē Plautus in Mercat. cùm iratam significare vellet. Græcorum etiam ζύμη & ζύμωμα, id est, *fermentum* & *fermentatio*, quandam ζέσιν innuere videntur

uentur. Imo à *ζεῖν*, id est, *feruendo* deripatur *ζύμη*, estque elegans prouerbium, *ζεῖ χύτρα. ζῇ φιλία. feruet olla, viuit amicitia.* Apostolus ad Galat. 5. dicit *modicum fermenti totam massam fermentare*, quod de falsa & perniciosa doctrina intelligi debet. Hac enim significatione accipi solet in literis sacris, vt cum Christus etiam cauendum monet à fermento Pharisæorum.

Feronia. Scribit Dionysius Halicarnass. olim ob duras Lycurgi leges excessisse Lacedæmone quosdam Lacedæmonios, & quoniam multũ & diu fluctibus marinis agitati Diis votum nuncuparant, in quamcumq; regionem incidissent, in ea sese fixuros sedes, cùm primum circa Pomentinos constitissent, locum eum Feroneã ab æquorea latione nominasse, atq; adeo fanum Deæ Feroniæ detracta litera, quam quidam eandem cum Iunone faciunt, construxisse.

Ferrum, quod symbolum sapientiæ est apud Hebræos, vel à ferendo vel feriendo deducit nomen. Fertur enim in agro colendi gratia, aliaque eo feriũtur. Prius autem æs erutum fuisse terra, quàm ferrum, locuples testis Hesiodus est. Post ferrum prodiisse aurum longè eo nocentius canit Ouidius, etiamsi alii diuersum prodant. Maxima huic metallo durities inest cum frigore. Rubiginis eius vsus est in ligando, siccando, restringẽdo, *vt Plinius docet lib. 34.* Et quoniam multæ eius differentiæ, notandum id, quod molle est & plumbo vicinum, rotarum & clauorum vsibus accommodari, quod fragile est, conuenire terræ culturæ. In acuendo ferro oleo maximè splendescit acies. Cum magnete, à quo attrahitur, concordiam habet. Citissimè etiam rubiginem contrahere dicitur, si contingat sanguinem humanum instituente eo velut vltionem quandam. Eadem rubigo ferri vitium, non solum corrodit, ipsum sed etiam segetes, quasi rodiginem dixeris, vna litera mutata, *vt est apud Isidorum* Eadem & ærugo ab erodendo est dicta, non ab æramento, vt quidam volunt. Munitur tamen aduersus rubiginem, si cerussa & gypso & liquida pice perũgatur. Purgamentum eius est scoria, quã dictam vult Isidorus, quod de ferro excutiatur. Spurcitiã nominat Plinius recrementum Celsus. A ferro dictum est seculum ferreum quod vltimum, faciunt Poëtæ & sceleratissimum, quo scilicet erupit omne nefas, fraudes, doli, Insidiæque, & vis, & amor sceleratus habendi.

Ferula à feriendo dicta, quòd hac pueri vapulent & feriantur, nullo propemodum refragante.

Fescenini versus, qui canebantur in nuptiis, ex vrbe *Fescenina* dicuntur allati: Vel ideo dicti, quia fascinum putabantur arcere. *Hæc Festus.*

* *Fessa*, teste Postello de linguarum originibus, regnũ est in Occidua Mauritaniæ parte, quæ à Tingir, hodie Altangir appellata, nomen habet Ioannes Leo in descriptione Africæ, fessam, inquit dictam opinantur ex eo, quòd, quum prima eius jacerentur fundamenta, eo loci cumulus auri, quod Arabibus fes appellatur, fuerit inuẽtus. Aurum Hebræis פז *Phaz* dicitur, & cum מו *Mu*, syllaba redundãte, Muphaz מופז: Chaldæis פיזוזא *Pizuzya*, per reduplicationem. Græci verò interpretãtur *κίῤῥον*, i. aurum rutilans seu igneum; & Arabes sua lingua (quæ post Chaldaicam cæteris est Hebraicæ propinquior) פז *Phez*, siue *fez*, nomine à *Phaz* ducto.

Fessonia Dea, fessis iuuandis est dedicata.

Feudum, beneuola rei immobilis concessio aut beneficium, quo dominium rei vtile transfertur in eum, qui accipit, manente apud dantẽ proprietate, vt interea cliens pro tali liberalite sua præster obsequia fida cùm domi, tum in exilio, nomen inuenit à fide siue fidelitate, aut potius iuxta nonnullos à fœdere. Vtrumque sanè ferri potest. Haloander admonet *Nouellarum præfatione*, feudo-

Q

rum consuetudines veteres appellasse Iura militaria, quæ στρατιας nominat Iustinianus. Existimant etiam multi eruditi viri initium suum cepisse ex patronorum & clientum apud Romanos necessitudine, laboret, quantum velit, Zasius *de Feudorum origine*.

Fiber, animal nomen habet à fibris i. extremitatibus amnium, quas colit. Vide *Castorem*.

Fibræ extremitates rerum vt & iecinoris, cordis, & cuiuscunque visceris, deducere possunt iuxta aliquos nomen ab eo animali, cui nomen est Fiber, quodque versatur circa amnium oras, *vt modo est dictum*. Quanquam ego malim hinc dictas, quòd fibrum dixerint antiqui, quidquid est extremum, *vt ait M. Varro*. Pulmonis fibram dixit Lucanus. Iecur in quatuor fibras diuidi scribit Cornelius Celsus. Murium iecusculis fibras ad numerum Lunæ dierum in mense congruere legimus apud Plinium. Tullio etiam dicuntur hoc nomine arborum radices, quod sint earum extremitates.

Fibula iuxta Isidorum, nominis originem arcessit à Græcorum φίβλη.

Ficedula auis parua a ficis edendis nomen accepit, iuxta veterem versiculum, *Cum me ficus alat, cum pascar dulcibus vuis, Cur potius nomen non dedit vua mihi.* Propterea opinor, συκαλίδα nominauit Aristoteles *8. de Anim. ii.* Eadem sed diuerso tempore, dicitur μελαγκόρυφος, id est, *atri capitis*. Mutat enim colorem & formam per Autumnum, *auctore Plinio*. Agellius scribit *lib. 14.* fuisse, qui negarent vllam auem, præter ficedulam, totam comesse oportere.

Ficus Latine a fœcunditate appellationem habet. Est enim ceteris arboribus feracior, cùm quater aliquando in singulos annos fructum deponat. Hinc & caricæ à copia nominatæ, *inquit Isidorus*. De natura eius videndus Plinius, Theophrastus, Dioscorides. Syluester ficus, dicitur caprificus ad imitationem Græcorum, quibus τράγος. Lignum eius adeo inutile & imbecillum, vt nulla ex eo fieri possint opera. Imo ficulnæ dicuntur rationes, quæ sunt inutiles & cótemnendæ. Itaq; despicabilis etiã habita nauis Mandronis, quã fuisse ferunt ficulnam. Et veteres Græci nullius frugis hominẽ ἄνδρα σύκινον dixerũt, id quod sæpe apud Aristophanem occurrit.

Fidelia, vas fictile, nomen illud est sortita, quòd fideliter recondita seruet.

Fides Ciceroni *Offic. 2.* fidelitatem in pactis atque promissis significans, quia fiat, quod dictum est, appellata videtur. Idem vult *de Republic. 4. & libro decimosexto, Epistol. familiar. Epistol. 12.* nempe ad imitationem Stoicorum, qui vocabulorum origines admodum studiosè inquisiuerũt, *vt idem 3. & 4. de finibus* affirmat. Sed etymon illud reprehendit Laurentius Valla *Eleg. libro sexto, capit. 31.* Et aliis quibusdam deriuari potius videtur a verbo *fido*, quod ego non veilico aut reprehendo. Ex ea Deam fecerunt Romani. Ædem itaque habuit in Capitolio, *auctore Plinio 35. Natur. Histor.* Vicinam eam esse Ioui in Capitolio ait Cicero *Offic. 3. & 2. de Natur. Deor.* Ab Attilio Calatino consecratam ait Festus. Plutarchus verò & Dionysius primum a Numa Pompilio ipsi templũ erectum volunt, quibus ego me lubenter adiunxerim. Huic aliquando ollam auro plenam commissam & creditam ab Euclione legitur in Aulularia Plauti. Velamen, quo fidei simulacrum obtegi solebat, album fuisse constat. Vnde canam fidem appellasse videtur nonnullis Maro. Album, *inquam*, id fuit sinceritatis indicio. Abesse enim ab ea debet fucus atque fallacia. Neque vlla ratione candor eius obliterandus. Symbolum eius semper fere, & vbique fuit manus dextra, quam ad rem confirmandam multæ faciunt auctoritates. Inde namque illud Maronis: *En dextra, fidesque.* Item: *Dat dextram, atque animum præsenti pignore firmat.* Tacitus: *Iurare in amicitiam, dextram mortem contingentes.*

tes. Gemistius Pleton *libro secundo, de rebus Græcis*: *Persarum rex Mentorem, quod dexteram dedisset (maxima enim hæc apud Persas fides) conseruauit.* Colebant & Arabes adeo fidem in manibus, vt fœdus nunquam facerent, nisi sanguine eliso lapide quodam ex vola dextræ manus iuxta maiores digitos eorum, qui fœdus inirent. Statius *Thebaid.* 1. *Cocant animorum in pignora dextræ.* Aristophanis Scholiastes: τὸ δ᾽ ἐπὶ πίστει καὶ συνθήκας βεβαίας τὰς δεξιὰς ἐδίδοσαν ἀλλήλοις. Atque hunc morē etiamnum obseruari quis omniū nescit? Est porro & fides citharę genus, quę, Festo auctore inde nomen habet, quod fides vel potius chordæ eius tantùm inter se inuicem concordent, quantum inter homines fides.

* Fides Latinis dicitur à fio, quòd id fiat ab aliquo quod dictum aut promissum est:& tum actiuè, tum passiuè sumitur, vt in promittente dare & seruare fidem, in credente habere fidē. Apud Hebræos à firmitate & constantia dictorū & promissionum dicitur אמן *Omen*; אמון *Emū*; אמנה, *Amna*, אמנא, *Amnama*; אמונה, *Emuna*, à verbo אמן *Aman*, verax & fidelis fuit, tutatus est fideliter, enutriuit bona fide, præfuit fideliter, sustentauit. Et in 3. Coniugatione האמין *heemin*, fidem habuit, credidit. vnde *Amen*, dictio omnibus nota; verum esto, seu, firmum & ratum sit. Græca vox πίστις à verbo πείθω, doceo, suadeo, fluit, & à tertia præteriti passiui persona, πέπεισται formatur. eoque vim ac indolem verbi πείθομαι, doceor, persuadeor, assentior, planè credo, referre videtur. Idem verbum πείθω cum Hebræo פתה *Patha*, id est, suasit, persuasit, induxit suadendo ad credendum aliquid, sono, sensu & significatione conuenit: atque etiam per se se significat tum doceo, tum suadeo. Et certè docendo, de alicuius rei veritate vel falsitate homines persuadentur: vnde etiam Hebræi hominem stolidum, imperitum, qui facilè decipitur, פתא *Patha* appellant. Sicut igitur πειθὼ dicitur is qui falsa & vera suadet, πίστις dicitur ea persuasio qua homines verùm, & etiam falsum amplectuntur. quamuis malim de persuasione veritatis πίστιν accipi. Hac refer quod apposite scribit Simplicius in 3. lib. de an[ima], διότι τέλος μὲν πίστις, ἰδὸς δὲ τῇ ταύτης τ[ὸ] πείθεσθαι: *finis quidem aut scopus est fides, via autem eo tendens est suaderi aut doceri.* Docendo enim & suadēdo in cordibus hominum fidem excitare conamur.

Fidius Deus, quem pro Iouis filio accepit Festus Pompeius, quique Ouidio *Fastorum* 6. semipater est, a fide nomen accepit: Et ab eo natum iusiurandum medius fidius. Sed ipsamet Pompeii verba adduco. *Mediusfidius compositum videtur, & significare Iouis filium, id est, Herculem, quod Iouem Græci Δία ac nos Iouem vocemus (id enim verbum desideratur) ac fidium accipiant pro filio quod sæpe literam. L. cum D. litera commutarent, etiamsi syllabæ quantitas reclamet.* Hic Sabinorum fuit Deus, dictus inquam Sanctus Fidius Semipater, re quidem vnus, etiamsi diuersa sint nomina. Ferunt eum à Sabinis in Quirinalem collem esse translatum, vbi & ædem habuit, in qua Nonis Iulii coli solebat. Magnam quoque vim habere credebant iusiurandum per eius nomen cōceptū. Plautus Asinar: *Per Deum Fidium quæris? Iurato mihi video necesse esse eloqui, quidquid roges.* Quod semipater sit dictus, eius reddi solet hæc ratio: Herculem quippe Deorum vnum, quos Apuleius medioximos vocat, studuisse hominum commodis atque tutelæ, & non rogatum etiam laborantibus subuenire consuesse. Ab aliis ea adfertur ratio, quòd Hercules sol sit, *teste Macrobio*, à quo simul & homine constat hominem gigni, *vt Aristoteles scribit.* Simulachrum fidei, qui πίστιος esse potest Græcis, (nam πίστιος Διὸς meminit Dionysius) marmor erat fenestræ in modum formatum, in quo tres imagines erant effictæ. Dextra virilis erat, habitu pacifi-

co: Sinistra muliebris, eodem habitu, coronam in caput ex lauro gestans, quæ dextrâ dextrę iungebat cum priore imagine. In medio harum duarũ cernebatur ingenui puerulı effigies, ad cuius caput legebantur hęc verba: *simulachrum Fidii*.

Filius ἀπὸ τῆς φιλίας id est, amore, ita censentibus Iurisconsultis. Quod mihi magis placet, quam quod Isidorus refert, a familia tractum hoc nomen quòd filius & filia primi in ordine nascétium existant. Quod idem tamen filios ideo appellari liberos in legibus dicit, vt isto vocabulo secernantur à seruis, notatu dignum. Sed paulò diligentius versor in etymo, vt, quales esse debeant erga parentes, discant filii. Deductum ergo eorum nomen ἀπὸ τῆς φιλίας. non tantùm, quod eos parentes ament, sed quòd etiã liberorum erga parentes arctissima debeat esse coniunctio & amicitia, & proinde omni eos officiorum genere prosequi debeant, debitumque honorem & subsidium præstare. Quo referendum, quod Græci quoque videantur υἱὸς appellasse ἐκ τοῦ ὕειν, quod *irrigare & reficere* significat, quod filiis recreationi vel potius refectioni esse debeant parẽtib9, ita iubente natura. Alii deriuant ἀπὸ τοῦ φύειν. Hinc φύτευμα, id est, *soboles* vel *plãta*, ex qua fructus ad parentes redire debet. Hebræi nominant, *Ben*, à *Bana*, *ædificauit*, vt esse debeat filius velut ædificiũ patris, in quo morari tutò & ab omni iniuria defendi queat: Chaldęi *Bar*, vt & Syri, à verbo *Bara*, creauit, quod filius sit veluti sui patris creatura, vel à *Burja*, id est, Scipione, quo quis infirmus & ægrè incedẽs nititur. Monstra ergo naturæ sunt, qui vitę auctoribus auxiliũ & vitæ subsidium negant, tantum abest, vt Christianus, imò vir bonus illis θρεπτήρια neget.

* *Filius*, natus, gnatus, puer ילד *valad*, à radice ילד *Ialad*, peperit. nam iod & vau sunt Literæ commutabiles. Hinc facilè fluxit apud Græcos θηλύα, θάλλα, fœmina, tandẽ Latin. filia θηλάζω, lacto, θηλὴ papilla, θηλέω pario. Item δελφὺς vterus, matrix, ἀδελφός, ἀδελφιδὸς frater vterinus, ἀδελφὴ, soror. Et ולד *veled*, natus, filius, q.d. feled, vnde filius, puer & iuuenis. Inde nõnullorũ iudicio deriuatur is quem francoceltæ *valet* vel *valed* appellant: quemadmodum παῖς Grçcè pro filio & seruo sumitur.

Filũ dictũ quasi *pilus*, quod ex pilis animaliũ fiat. Filum quoque dicitur ducta res quæque ad tenuitatem, teste Nonio.

Fimus dictus Isidoro quasi *imus*. Est enim stercus, quod vulgo dicitur lætamen, nutrimento suo arua læta & fœcũda reddens, ipsique terræ miscetur, quo pinguiorem eum efficiat.

Finis, Latina vox absolutionem ac generationem, non abolitionem significãs ex mente Grammaticorum meliorum, videtur cum illis, tum Iulio Cæsari Scaligero 2. de Plantis à Fio deduci. Itaque vulgo illi, qui Metallicis præsunt, vbi aurum argentumue fuerit excoctũ, quasi finẽ, id est, perfectionem sit cõsecutũ, à fine denominant tam Itali, quam Galli, Hispani, Germani & Belgæ. Qua ratione τέλη quoq; dicũtur vectigalia, quòd essent regnorum rerumque publicarum perfectiones & anima quasi quædam. Existimo & veteres hac intẽtione Martyrum Natalitia dixisse diem, quo martyrio erant affecti, eo quod tum primum verè & perfectè viuere inciperent, cùm hic finem viuendi fecissent.

Fiscus, principis ærariũ nomen trahit à fiscis, id est, saccis, quibus publicæ pecuniæ oli asportari solebãt. In hac significatione accipitur à Plinio, cum *lib. 12.* de Balsamo loquitur hoc modo: *Serit nũc eũ fiscus Romanus*. In altera significatione, qua nummorum receptaculũ est, accipitur apud Iuuenalem Satyra 14. cũ ait: *ærata multus in arca fiscus*. Traianus Imperator dicere solebat similem esse fiscum hominis lieni. Nam vt corpus eo magis macrescit aut gracilescit, quo is grandior & maior euadit, ita quo locupletius fit principis ærarium & subdito

ditorum bonis distenditur, eo magis reip. corpus acciditur & velut tabescit. Primum aduocatum fisci institutum ab Adriano testis est Aelius Spartianus in eius vita. Ab hoc nomine autem est verbum *confiscare*, id est, in fiscum redigere aut ei quidquam applicare.

Fistula quia propriè est, quæ aquam emittit, à fundendo vel ferendo deducit nomen, sicut *tubi* à tumore, & *canales* à cannis. Quatenus verò instrumentum est musicum, quod vocem edit inflãdo, malim deductum à Græco *φυσᾷν*. Et vereor ne subsit mendum, cum apud Isidorum legitur hoc modo: *Fistula autem dicta quod vocem emittat* Quod si ita suppleamus hiatum? *Fistula autem dicta ἀπὸ τȣ̃ φυσᾷν, quòd inflata vocem emittat.* Eius inuẽtor dicitur Virgilio Pan his verbis: *Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit.* Et Lucretius: *Pan unco sæpe labro calamos percurrit hiantes.* Nonnulli tamen à Mercurio inuentam putant: Alij iterum ab Idi pastore Agrigentino ex Sicilia, *vt refert Isidorus.*

Flacci sunt dicti Romanis, à flaccidis & mobilibus auribus. *Alexander ab Alex. lib. 1. cap. 9.*

Flaces, quo nomine fecem expressam ex oleis vocarunt veteres, quasi fraces, à verbo fracesco, quod frangi & vetustate putrefieri significat.

Flagellum, quo equi excitantur ad cursum, diminutiuum est à flagro. Isidorus scribit *summitates vitium & fruticum nuncupari flagella*, quod flatu agitentur.

Flamen. Flamines à Numa Pompilio constituti sunt, dicti quasi *Filamines*, vel potius à pileis *Pileamines*. Quanquam nonnulli à Flammeo, quod capitis est tegumentum, sic dictos arbitrentur. Sed priori sententiæ fauent optimi auctores. Docet enim Turnebus in apice lanam geri solitam, quam *στέμμα*, hoc est, *velamentum* & *filamentum* dicebant. Vnde & eo loco Tibulli, *Ipse ego velatus filo, tunicisque solutis Tota nouem Veneri nocte fidelente dedi.* colligit idem in votis suscipiendis & sacris filo homines fuisse velatos. Ipsa autem fila vittas & infulas interpretatur, quod Flamines ab apicibus & pileis quasi filamines sint appellati, ex Plutarcho & Dionysio sub his verbis: *ὃς ἐπὶ τῆς φορήσεως τῶν πιλωτῶν καὶ στεμμάτων, ἃ καὶ ἔτ νῦν φορȣ̃σι φλαμινα καλȣ̃ντες ȣ̃τω προσαγορεύȣσι.* Erat autem huic pileæ oleagina virgula inserta modicum habens lanæ in summitate ad instar fungi. Ceterum cum per æstum ferre non possent, demto pileo filo tantùm caput cingebant: Quando nudo incedere capite nequaquam fas erat. Testes huiusce rei Varro *l. de ling. Lat.* Fenest. *lib. 5.* Pompon. Lær. *cap.* – Gellius *lib. 10. cap. 15.* Flamen Martialis nomen suum deducit à Marte, Dialis *ἀπὸ τȣ̃ Διὸς*, id est, Ioue: Qualis fuit Iulius Cæsar adhuc adolescens. Huic magistratum petere non licuit, lictore & sella curuli vti permissum fuit. Equo illum vehi religio erat, vt & exercitum videre armatum circa pomœria ciuitatis. Annulo, nisi peruio cassóque, non vtebatur, nec ius erat ignem ex Flaminis Dialis domo nisi in sacrum efferri. Nemini nisi libero capillum eius detondere licebat. Capram is carnemque incoctam, & hederam, imo fabam non attingebat, nec nominabat: Vitium altius prætentarum propagines non succidebat, vt alia illa silentio premiam, quæ in Diali antea sunt dicta. Vnum id addo: Flamines omnes, inter quos erat locus & Carmentali, qui Carmentę matris Euandri sacra curabat, & *Quirinali* à Quirino, id est, Romulo sic appellato, *tum Vulcanali, Volturnali, Palatinali, Furinali, Florali, Falacri, Virbiali, Pomonali, Laurentiali Lucarali & Lauinali*, singulis suum arcessentibus nomen à proprio Deo, Pontifici Maxim. subiectos olim fuisse, vnũquẽque sua habuisse sacra, eorundẽ ministros à nomine ipsorum dictos Flaminios, ministras verò Flaminicas, vt & vxores, & ad quindecim auctum eorum

numerum, cum primum tres modo instituisset Numa Pompilius, denique tantam eorum auctoritatem fuisse, vt post regem sacrificulum in conuiuiis proximus his locus decerneretur.

Flaminia via nomen habuit à Cn. Flaminio M. Lepidi collega, deuictis Liguribus, qui viam Flaminiam, Placentiam, Naruiam, Fuligneum, Nuceriam, Callium, Pisaurum, & ad Fortunæ fanum ducentem strauit. *Testis Strabo lib. 5.* Sic viam Appiam, quæ & Claudia audit, à porta Capena ad vrbem vsque Capuam muniendam curauit Anno 20. post initium Samnitici belli, Appius Claudius Censor, *auctore Frontino, & Liuio libro 9. ab V.C.* Statius: *Appia longarum teritur regina viarum.* Et Martialis: *Quisquis Flaminiam teris viator, Noli nobile præterire marmor.*

Flamma videtur Scaligero *Exercitat.* 325. descēdere a Græco φλάζειν, aut verbo παφλάζει apud Pindarum. Est autem φλάζειν, *strepere feruere.* Malim equidem illud, quàm quod est apud Isidorum, dictam illam, quod excitetur follium flatu. Respiciunt eodem, qui ἀπὸ τοῦ φλέγματος, id est, *inflammatione* deflectunt: Etenim παρὰ τὸ φλέγειν, accēdendo, descendit τὸ φλέγμα.

Flauus color dictus eidem Scaligero *Exercit.* 325. a flamma, cuius colorem imitatur.

Fleo, ἀπὸ τοῦ κλαίω.

Floralia, ludi mense Aprili instituti, hoc est, 4. Cal. Maij. Anno ab V. C. 516. idque ex Sibyllæ oraculis, vt omnia deflorescerent bene, in quorum iocis Aediles, teste Porphyrione, spargebant populo cicer & fabam, & eodem spectante nudabantur mulieres, trahunt nomen à Flora muliere, quæ cum magnas opes meretricio quæstu acquisiuisset, populum Romanum hæredem reliquit, cum magna pecuniæ vi, ex cuius fœnore suus dies natalis celebraretur editione ludorum, quos Floralia dixerunt. Sed quod Senatui flagitiosū id videbatur, vt scribit Lactantius, ab ipso nomine argumētum sumi placuit, vt pudendæ rei quædam dignitas addeteretur, Deamque esse finxerunt, quæ floribus præesset, eamq; oportere placari, vt fruges cum arboribus aut vitibus bene florerent. Eum colorem secutus Ouidius in Fastis, non ignobilem nympham fuisse canit, cui nomen fuerit Chloris, quæ Zephyro collocata in matrimonium dotis loco id muneris à marito acceperit, vt omnium florum potestatem haberet. Digna quoque Poëtæ verba, quæ subtexantur:

Chloris eram (inquit) *quæ Flora vocor, corrupta Latino*
Nominis est nostri littera Græca sono.
Chloris eram Nymphe cāpi felicis, vbi audis
Rem fortunatis ante fuisse viris.

Et postea:

Est mihi fecundus dotalibus hortus in agris:
Aura fouet, liquidæ fonte rigatur aqua.
Hunc meus impleuit generoso flore maritus,
Atque ait: Arbitrium tu Dea floris habe.

Errant, nec satis tempora perpendūt, qui hanc eam fuisse existimant Floram, quam dilexit Pompeius Magnus, scortū vsque, adeo celebre, vt, *teste Plutarcho*, in Castoris & Pollucis æde simulacrum meruerit.

Florentia Thusciæ ciuitas omnes Italiæ ciuitates exsuperans pulchritudine, iuxta Chalcondylam scriptorem Græcum, patria Angeli Politiani, dicta videtur nonnullis à populis Florentiæ vicinis: Aliis à repentina felicitate, qua flori similis videtur caput efferre suum, in Hetrutiæ medio. Aliqui dictam existimant olim Arminam, & eandem Iani fuisse coloniam. Nonnulli *Fluentiam* olim dictam, quòd ad Arni fluenta extructa sit, affirmant: Et *Fluentini* illic *populi* Catoni & Plinio, qui nunc *Florentini* auspicato magis nomine vocantur. Alij contra negant Fluentiam vnquam dictam, sed esse antiquum Florentiæ nomen, idque ex antiquis Frontini de coloniis fragmentis probare nituntur.

Tacit

Tacitus ſanè Florentiam nominat *lib. 1.* Ex Pheſularum ruinis eſt aucta, vt ex Albæ Longæ ruinis Roma. A Longobardorum tyrannide eſt aſſerta à Carolo Magno. Tandem eam occupatam & victam conceſſit Carolus V. in gratiam Clementis VII. cognato eius Alexandro Medices, atque inde Medicæis ducibus paret.

* *Florentiam* elegantiſſimis verſibus nobil. Scaliger nobilitauit, quos adſcribere non pudet.

Parua fluentiſonis aggeſta fluentia ripis
Mollia de nitido nomina flore capit.
Feſula regnabat:verùm meliora ſequutus
Martius antiquas detulit amnis opes.
Diuitias hera:Mercuri⁹ diſcrimina linguæ,
Mercurius varias ire,redire vias:
Ambitioſa,ferox,bellacia,flāmea, Mauors
Pectora: magnificam docta Minerua manum:
Iuppiter oſtendit cæleſtes mentibus aulas:
Sirenum tribuit dulcis Apollo ſonum.
Vera vetus Romæ Soboles,aliena requiris,
Mutua quæ propriis vertis ad arma manu.

At tandem,inteſtinis diſſidiis olim penè diſcerpta,pace&alto otio hodie gaudet.

* *Fluctus*, a fluo Hebr. גמא *Guimmé* verbum ſignificat inundauit, exundauit,alluit.fluctuauit. Cognationem habet cū אגם *Agam*,id eſt, ſtagnum, copia aquarum. Metaphorice etiam ſignific. impetiit,incuſſit, vt vnda alluendo atterit ripas & littora.Hinc κυμαίνω innndo,fluctuo, κυματίζω fluctibus agitor, κῦμα vnda,fluctus.Item γέμω abundo,nempe aquis; γεμίω & γεμίζω,impleo,haurio,& decumani fluctus,nempe ingentes, atq; ripas ſuas longè ſuperātes. fluctus quos mare ad ripas eiicit מגרשות *Migreſchoth* appellantur, q. d.eiectiones, à גרש *Garaſchad* eſt,eiecit per impetum.repudiauit,profligauit.

* *Fluentum*, decurſus aquæ נזל *Nozel*, à נזל *Nazal*, ſtillauit, fluxit, defluxit.vel à זלל *Zalal* diſtillauit. Vnde σταλάω, σταλάζω,& Lat. ſtillo זוב *Zob* ſignificat etiā fluxit lentè, fluitauit. quod ſeptuaginta reddiderunt per ῥέω & ῥύω, vnde riuus. & fluentum ῥεῦθρον Græ. eſt quamuis *Zob*, nonnullorum iudicio, de materia denſiore dicatur, hoc eſt de liquore qui effuſus ſolet coagulari, vt ſanguis: ſed aliquoties etiā de aquis dicitur, vt Pſal. 78.20.& alibi.*Zob*,Leuitic.15.3.13.15.25. &c.eſt fluxus ſanguinis quem mulieres, & viri patiuntur.

Flumē Varroni *4.de ling.La.*quod fluat, eſt dictum, vt & Iſidoro fluuius,qui diſtinctione vtens flumen aquam ipſam eſſe dicit, at fluuium aquæ curſum. Eſt & apud Iuriſconſultos flumen aliud priuatum,curſus verò vel fluxus aquæ, qui ſtillicidio opponitur:Aliud perenne ſeu perennibus vndis ſcaturiens, ἀέναος, ἀπὸ τοῦ νάειν,quod eſt ῥεῖν.Nam qui hyeme tantum fluit,eſt ὁ χειμάῤῥους.

* *Fluuius*,אובל, *Vbal*, productio aquarū, à verbo אבל *Abal*, fleuit, luxit: lugentes enim producunt & faciunt fluere lachrymas:vel potius יבל *Iabal*,id eſt,fluxit vlterius, profluxit: & metaphorice, proceſſit, peruenit ſicut aqua fluēs progreditur vlterius. Dicitur etiam fluuius יאר *Ieor*,& cognationem habet hæc vox cum אור *Or*, illuxit, item cū נהר *Nahar* fluxit,& רוה *Raua* irrigauit. Hinc βλύω, φλύω, & Lat.fluo, pluo, bullio. נהר etiā eſt fluuius à verbo *Nahar*, fluxit celeriter, decurrit inſtar aquæ ruentis de mōte,qui הר *Har*,dicitur.Hinc per conuerſionem ῥαίνω,rigo: item ἐρόω,ῥέω ῥύω, ῥέομαι, fluo, ῥεῦμα fluxus. Rhenus & Rhodanus, fluuij nominatiſſimi,in genere, & κατ' ἐξοχὴν, ita nominati exiſtimantur à nonnullis : vt olim Euphratis alueus quidā *Nahar malca*,id eſt,fluuius regius cognominatus eſt.Sed viderit lector. Ποταμὸς, fluuios, flumen παρὰ τὸ ποτὸς ſeu πότιμος εἶναι, quòd potabilis ſit, hoc eſt, potabilem aquam habeat, non ſalſam,vt mare.

Focus à fouendo. Ait enim Ouidius: *At focus a flammis,& quod fouet omnia dictus.*Huic etymo aſtipulantur Marcellus & Feſtus Pompeius.

F *ne*,

Fodinæ, loca quibus aliquid effoditur. Exploratum ergo est etymon.

Fœcialis fœderum, pacis, belli, induciarum iudex, secundum Ciceronem; Dionysio *εἰρηνόδικος*, secundum M. Varronem à fide & faciendo est appellatus. Multa de eo vide apud Liuiũ *lib. 1. apud Plutarchum Problem. 62.* & in Camillo, apud Dionysium *lib. 16. cap. 4.* Alex. ab Alex. *Genial. dier. lib 5. cap. 3.* Blondum 4. *Triumph. Romæ*, & Volaterranum 30. *Philolog. cap. de more antiq. militiæ.*

Fœdus, quod porcæ mactatione iniri solebat, dictum volunt à *feriendo*: Alij à *fœdando*, id est fœde cædendo porcum. Hinc *ferire* aut *percutere Fœdus* tritus loquendi modus, pro *iungere, facere, pangere.* Sunt etiam, qui fœderis vocabulum à Fœcialibus deriuant, per quos olim fœdera fiebant, sicut ex his Liuij verbis notatu dignis *libro* 1. intelligi potest: *Fœdera*, inquit, *alia aliis legibus, ceterum omnia eodẽ modo fiunt. Tũ ita factũ accepimus, nec vllius vetustior fœderis memoria est. Fœcialis regem Tullium rogauit: Iubesne me Rex cum Patrepatrato populi Albani fœdus ferire? Iubente rege: Sagmina, inquit, te Rex posco. Rex ait, pura tollito*: Fœcialis *ex arce graminis herbam puram attulit. Postea regem ita rogauit: Rex, facisne me tu regium nuncium populi Romani Quiritum? Vasa, comitesque meos? Rex respondit: Quod sine fraude mea populique Romani Quiritium fiat, facio.* Fœcialis *erat M. Valerius. Is Patrempatratum Sp.* Fusium *fecit, verbena caput capillosque tangens* Fœdus, *multisque id verbis, quæ longo effata carmine non operæ est referre, peragit. Legibus inde recitatis, audi inquit Iupiter, audi Paterpatrate populi Albani, audi tu populus Albanus, vt illa palam prima, postrema ex illis tabulis cerãue recitata sunt sine dolo malo: Vtque ea hic hodie rectissime intellecta sunt: illis legibus populus* Romanus *prior non deficiet: si prior defecerit publico consilio, dolo malo, tu ille Diespiter populum* Romanum *sic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque. Id vbi dixit, porcum saxo silice percussit.* Hæc Liuius. Solebat sane fœdus iuxta Romanorum non solum, verum etiam aliarũ gẽtium morem effusione sanguinis seu animalium cæde confirmari, consuetudine illa vsque ad Albanos & Romanos reges dimanante, vt Virgilius his versibus ostendit:

Post idem inter se posito certamine reges
Armati Iouis ante aras, paterasque tenentes
Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca.
Talibus inter se firmabant Fœdera dictis
Conspectu in medio procerum: Tum ritè sacratas
In flammam iugulant pecudes, & viscera viuis
Eripiunt.

Sic Isidorus *18. Orig. cap. 1.* dictum Fœdus scribit ex quorundam sententia à porca fœdè & crudeliter occisa, cuius mors exoptabatur ei, qui resiliisset à pace, etsi alibi minus recte ab hirco & hœdo, addita litera F nominis originem arcessat. Idcirco Maro: *Et cæsa iungebant fœdera porca.* Et Tranquillus in vita Claudij: *Cum regibus fœdus in foro icit porca cæsa.* Polybius quoque scribit *in fœdere icto inter Carthaginenses & Romanos, solitos hos fuisse Iouem lapidem iurare*: Verba eius sunt: *Romani Iouem lapidẽ secũdum vetustissimum ritum, ac per Martem & Enyalium iurarunt.* Ritus iurisiurandi per Iouem lapidem fuit huiusmodi; Fœcialis *sumto in manibus lapide, postquam de fœdere inter partes conuenerat, hæc verba dixit: Si recte ac sine dolo malo hoc* Fœdus *atq. hoc iusiurãdũ facio, Dij mihi cũcta felicia præstẽt: Sin aliter aut ago, aut cogito, cæteris omnib. saluis in propriis legibus, in propriis laribus, in propriis tẽplis, in propriis sepulchris solus ego pereã, vt hic lapis è manibus meis decidet, Nec plura locutus, lapidẽ manu deiiciebat.* Docti nonnulli fœdus vel fedus à fide deriuatum volunt, quod federati alij aliis fiderent: vt sanè fides publica, & cum multis ceremoniis data, est federum anima & tutamen. ברית *Berith* Hebr. cui affine est verbum כרת *Carath*, id est, pepigit. fœdus enim pactum

ctum est solemne. Et בתר *bathar*, disse-cuit. Nam fœdera, vt fida magis fierent rataque planè haberentur, mactatione pecudum cum solemni imprecatione feriebantur. Διαθήκη Gr. à ceremoniis & solénibus verbis quæ in fœderibus obseruabantur & ordine constituebantur. Peculiariter porro obseruandum in fœdere, quod *post Meridiem fœdus percutere non licuerit Romanis*: Item, *quòd ab vrbis principio in pactionibus pacis pro verbena sumta fuerit myrtus.* Apud Græcos hi fœderum percussores, quasi interpretes & arbitri pacis, dicti sunt σπονδοφόροι. Eidē icta fœdera nonnunquam in Isthmiis aut Pythiis ludi consecrabant erectis titulis perpetuo tempore duraturis, aut Æneis tabulis incisa in Iouis Olympii templo aut Athenarū arce deponebant: Romani verò in perpetuam memoriam in Iouis Capitolini templo æneis tabulis aut columnæ insculpebant, aut in Annales Fastosque referebant.

Fœmina, à fœminina mollitie creditur habere nomen, quam partem nudam instituto Lycurgi, & translucentem per vestes habere solebant mulieres Spartanæ: Aliis à fœtu, quod priori etymo non posthabuerim, etsi prius literarum similitudine vincat. A fœmina dictæ *fœmineæ Calendæ, Martiæ* videlicet, in memoriam belli cum Sabinis gesti, ceterum tandem compositi intercessione mulierum, quibus ipsis & munera ab amicis mitti solebant, sicut viris mense Decembri, quo tempore Saturnalia celebrabant. De his Martialem vide *lib. 5. ad Gallam.*

Fœmoralia Festus ait appellata, quod *fœmora tegant.*

Fœnus Græce τόκος, id est, *fœtus* vel *partus*, sumta à parturientibus metaphora, item δάνειον, Hebraice נשך *nesec* à verbo נשך *momordit, arrosit*, quòd sit morsus, cùm soluentem affligat & pungat vt etiam ex *Aristophanis Strepsiade animaduerti potest*, nomen habet, *auctore Gellio*, à fœtu, iuxta alios à fundo, qui fructus fundit. Inde translata vocis significatio est ad vsuram, quasi instar telluris fructum suum proferat vsura, quod cōtra naturam esse docuit Aristoteles, post Aristotelem Cicero *Officiorum 3.* Distinguitur vsura in simplicem, quæ sorti non solet adiici, sed vsu absumi, velut cùm quinque de centum soluuntur annuatim, & eam, quam vocant vsurarum vsuram, cùm scilicet non soluitur vsura, sed ad sortem accedens nouam parturit vsuram, quam Græci ἀνατοκισμὸν dicunt. Simplex iterum est gemina: Terrestris, cùm elocatur pecunia in negotiationem terrestrem, eaque erat menstrua, & singulis proinde Calendis aut neomeniis solui solebat: Altera Nautica, quæ mercatoribus marinis concedebatur, idque vel solum ad enauigationem, vnde ἑτερόπλους dicta est Græcis; aut etiam ad reditum & dicebatur ἀμφοτερόπλους, *sicut Budæus, Aretius, & alii censent.* Sitne licita, disputandum relinquo Theologis & Iurisconsultis, cùm præsentis instituti non sit. Breuiter dico damnatam à Cicerone, sæpe restrictam à Romanis, ab Agide & Lycurgo planè reiectam, non agnitam olim Germanis: Repugnare diuinum ius, & Imperatorem non tam iussisse, quam inseruiisse necessitati, atque adeo Fœneratorum improbitatem restrinxisse, cùm vsuræ modum imponeret.

Fœtus, à ferendo dictus videtur Ouidio Fastor. 4 ex aliorum sententia. Verba eius sunt:

Forda ferens bos est, fœcundáque dicta ferendo,
Hinc etiam fœtus nomen habere putant.

Fons, auctore Varrone, appellatus, quod fundat aquam, quam Vlpianus *viuam* vocat, *scaturientem* videlicet ex caussa perpetua. A cisterna itaque differt, in eo, quòd hæc imbribus collectā aquam contineat. Approbat τὸ ἔτυμον Isidorus, Festi vestigiis insistens aut potius Varronis *4 de ling. Latin.* A fonte Fontinalia, fontium videlicet sacra, sunt appellata,

quibus coronas deiiciebant in fontes,& puteos coronabant. Scaliger in Varronem vult eius fontis fuisse ferias, cuius delubrum exstiterit iuxta portam Capenam, à quo & eadem *Fótanalis* est dicta. Caballinus fons apud Poëtas *ἱπποκρήνη* Græcis,à caballo,id est,equo,cui Pegasi nomen erat appellationem trahit Nam eius vngula fabulantur fontem illum apertum.Huius aquam cùm Ascræus ille senex affatim bibisset,repente Poeticũ accepisse spiritum creditur, cum antea patris oues pauisset in monte Parnasso. Hinc Ouidius in Fastis:

Ecce duꝰ vidi, non quas Præceptor arãdi
Viderat, Ascreas cum sequeretur oues.

Et de arte amandi:

Non mihi sunt visa Clio Cliusque sorores,
Seruanti pecudes vallibus Ascra tuis.

Forculus Deus, cuius 4. *de Ciuitate Dei cap 8.* Augustinus mentionem fecit, à foribus, quibus præficiebatur, nomen accepit, vt à cardinibus Cardea,à limine *Limeminus.*

Forda bos prægnans, dicta videtur Ouidio à ferendo Fastor. 4.

Forda,inquit,*ferens bos est,fœcundaque dicta ferendo.*

Ab aliis appellatur *horda*,literarum quadam cognatione,vt *hædus,fœdus.*

Fori tabulata nauium,à ferendo deducti quòd scilicet onus aut incessus ferãt. De his Virgilius 6.Æneid.

Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant,
Deturbat, laxatque foros, simul accipit alueo
Ingentem Æneam.

Forica,id est,latrinæ,in quas deiieiuntur excrementa vẽtris,videntur à foriis deriuata. Etenim veteres foria dixisse stercora liquidiora,testis est Nonius.

Forma,quæ Poëtæ bonum est fragile, & cui cum pudicitia magna lis est, à Græcorum *μορφὴ* descendit,facta literarum metathesi.

Formica inde dicta, quòd ferat micas farris, *vt prodit Isidorus Orig. lib. 12.* Mira equidem animalculi istius solertia.Prouidet enim in futurum,& præparat æstate,quod comedat hyeme.In messe eligit triticum,nec hordeũ tangit. Dum pluit super frumentum,totum eiicit.Hæc, *inquam*,Isidorus,

Fornax.Deę nomẽ est,cuius Ouidius, Lactantius & Festus meminerunt, nomenque illi inditum existimant, quòd ante triticum & eius vsum far fornacibus torrebatur. Ab ipsa rursus Dea *sacra* eius *fornacalia* sunt dicta,quæ eodẽ cum Quirinalibus die agitari solebant.

Fornix appellatus est, vbi prostitutæ pudicitiæ mulieres erant, à locis arcuatis,*inquit Isidorus.* Vnde & *fornicariæ mulieres* in auctoribus Ecclesiasticis. Alii volunt Fornicem locum in arcum ædificatum dictum à furuo, quòd hic subobscurus sit sole excluso. Vt enim Princeps tenebrarum lucifugus est, ita qui ministri sunt eius, & lucem fugiunt & latebras quærunt. Iuuenalis lenonum pucros canit in Fornice natos. Et alibi: *Nudum olido stans Fornice mancipium.*Per Fornicem ergo intelligi potest lupanar, quòd in eo habitauerint lupæ,sic appellatum, vel etiã Fornicarius locus, qualia solebant esse scortorum domicilia. Vnde recte etiam *Fabianus fornix* dicitur à Cicerone, qui à Victore *arcus Fabianus* nominatur.

Forticidia vel *Fordicidia*,quæ celebrari solebant 17.Kal Maii à Fordeis bobus nomen habent, *ait Varro*, quòd eo die complures prægnantes boues immolarentur in curiis.Festus Pompeius:Forticidiis (legendum *fordicidiis*) boues fordæ, id est,grauidæ immolantur, dictæ à fœtu.Idem paulò post, *Hordicidia* eundem diem dici scribit, quod horda sit prægnans. Cædebantur autem boues hordæ seu fordæ telluri,ipsa similitudine placituræ, vt annus esset fœcundior. Terra n.hoc tempore quasi grauida est. Institutum hoc sacrificium ferunt à Numa, in maxima agrorum & pecorum sterilitate, Fauno per quietem monito,

& Ege

& Egeria somnium interpretante. Terdenas;vaccas pro numero curiarum cæsas docet Ouidius Fastorum 4.his verbis: *Pars cadit arce Iouis: Terdenas curia vaccas.*

Accipit, & largo sparsa cruore madet.

Fortuna,quæ Platoni est σύμπ]ωμα φύσεως ἢ προαιρέσεως, caussa per accidens Aristoteli, quãque Pindarus, Homerus, Orpheus, & Iuuenalis celebrarunt vt Deam, existimatur à *ferendo* consecuta nomen,vt sors à *serendo*. Varia sortita est cognomina, quorum ratio & origo ex bonis auctoribus petenda est,nec etiam à nobis, vbicumque dabitur occasio, prætermittetur. Sed hîc omnino aliud subiiciendum est etymon eorum, qui à volubilitate nomen illi inditum volunt. Nam quæ prius *Vortuna* à vorto, mox mutatione *V*,in F,affinem literam, sicut in plerisque aliis factum est locutionibus,in *Fortunam* abiit,cuius præcipuum arbitrabantur munus ima summis & summa imis miscere, rerumque omnium vicissitudinem inferre:cuius vertiginis ergo φερέπολις τύχη Pindaro est nuncupata. Imo sphæræ eam insistere finxit Cebes,nonnulli pilæ.

Forum à ferendo dictum,quòd eo ferantur,quæcunq; proponuntur venum, volunt Grãmatici quorũ sententiæ asti pulatur & Varro *lib. 4.* Nã & in forũ iudiciale deferũtur cõtrouersiæ. Alii à *foras* deriuant, quòd sit foras, vel potius sub dio. Isidorus nomẽ vult accepisse à fando, vel à Phoronæo Achiuorum rege, quod mihi tamẽ parũ probatur,cũ inter eruditos Alciatum cum Francisco Pol leto meritò reiicere id videam. *Romanũ forum*, quod appellatum est,vetus incipiebat à Capitolii radicibus, & inde ad S. Mariam nouam seu arcũ Titi protendebatur, sicut secundum latitudinem à Palatini radicibus ad viam vsq; sacrã & ædem Saturni. Idem *Latinum* & *Palladium* ab æde Palladis,quæ exstitit quondam in eo,est appellatum. Fuit & alterũ Forum Romæ, quod Iulius Cæsar constituit, & magno constitit ipsi, si Plinio credimus *lib. 16. cap. 15.* Tertium forum adiecit Octauius: Quartum inchoauit Domitianus: absolutum tandem fuit à Nerua, cui propterea quoque ascribitur. Quintum & celeberrimum adiecit præcedentibus Imperator Traianus, ex manubiis distractorum spoliorum refectis, quod idcirco Traianum est dictum, & Vlpium Capitolino in M. Philosopho.Præter hæc fora porro fuit *Boarium*,item *Suarium*,*Cupedinarium*,*Piscarium*,*Olitorium*, *Pistorium*, quæ omnia vnde nomen arcessant suum, cuiuis est exploratum.

Forum Iulii,Italiæ regio.Nominis originẽ fluxisse putant à Iulio Cæsare,qui legiones per hanc viam duxerat trans Alpes. Alii contendunt appellatam hãc regionem eo nomine, vel ante natum Cæsarem,hoc argumento,quòd Plinius *lib.3 cap.18.* Foroiulienses Transpadanos memorat. Ceterum crassè hallucinantur,cum Cæsar multis annis Pliniũ præcedat, qui tempore Vespasiani in viuis fuit. Scribit etiam Leander literas quasdam ibidem repertas, quæ, quòd iam proditum de Cæsare, manifestè testãtur. Blondus tamen inditum scribit hinc vrbi nomen à *Foroiulio* ciuitate, quam Bauarorum Rex funditus deleuerit, quam eius sententiam à nonnullis non improbari video.

Fouea,à fodiendo nonnullis dicta. Vnde Ecclesiastici nonnulli scriptores similẽ huic faciunt luxuriam & voluptatẽ. Accipi solet etiam in literis sacris pro quolibet exitio.Hinc *descendere in foueam*,est mori. Contra *eruere ex fouea*, est liberare à morte, vel à quibuslibet aliis periculis siue calamitatibus. Est & *fodere foueam* in eisdem literis nihil aliud, quam struere insidias,quod est impiorum.

Fracescere tantundẽ ac fracibus resolui ac corrũpi,vel putrescere vetustate. Vocant fraces nonnulli fecẽ oleo expressã. Plinius vult canes oliuarũ esse,atq; inde expressas feces.Cato. *Oleum quandiu in*

amurca & fratribus erit, deterrimum erit.

Fragor, à fractione Seruio, vel potius frangendo. quem secutus est Isidorus 13. Etymologicon. Verbũ ipsũ n *frago* factitium esse putant à sono quem res fracta reddere consueuit, sicut & *frendo*, quod à dentium sono est tractum.

Franci, populi à tributorum immunitate & libertate nõnullis sunt dicti. Nostra enim lingua qui est liber, *Fry* & *Fräck* dicitur. Itaq; Francos dixeris in casu nominatiuo, quasi *Fry on cy*, nimirum à cẽsu & vectigalibus immunes, cùm nihil aliud *cy* lingua nostra souet atq; significet. Aliis videntur appellati Franci, quasi *Fryansi*. Vocabulum autem *ansi* Gothici idiomatis propriũ, denotat eos, qui ceteros mortales fortuna & opibus antecellunt. Heroum & semideorum conditioni proximi. Vnde corrupta vox vernacula Ansos & additione aspiratæ *Hãsos* nominat proceres communi fortuna maiores, *vt & Adrianus Iunius notauit.* Falluntur, qui à fabuloso & ementito Hectoris filio, quem *Francionem* vocant, nomen deducunt, inter quos Petrus Ronsardus Poëta Gallus, & Sabinus eius vanitatem secutus. Fallitur quoque Bodinus, vir equidem apprimè doctus, cùm vocabulum istud purè Gallicum esse affirmat, quando nostra lingua non minus, quam Galli sua, liberos vocemus *Francos*. Errat porro & Isidorus, cum à proprio quodã duce sic vocatos existimat. Ineptiores adhuc eo sunt, qui à feritate deducunt nomen, propter mores inconditos & naturalem ferocitatem, *vt idem refert.* Multa de his Sulpitius Alexander, Gregorius Turonensis & alii. Ab his porro Francis (*ne id omittam*) dictam nonnulli volunt *Franequeram* Frisiæ occidentalis vrbem, iam Academia ibi erecta celebrem, quòd illi eam quondam tenuerint, sicut & pagi Deinũ appellationem arcessunt à Danis, qui ibi quondam statiua sua habuerint. Rhenanus vult, cum Nuenario, tandem Sicambris hoc nomen tributum, *vt suo dicetur loco.* Marcellinus est auctor *libro 17.* Francos etiam Salios nuncupatos, & hos Salios hodie *Oldesael* dici, apparet ex tabula Frisiæ antiquæ. Vide Francica Ioannis Goropii. Sunt qui tenuisse eos olim existimant Sicambrorum sedes, qui se postea in Germaniam receperũt. Adḍunt alii regiones, quæ hodie insidẽtur ab *Hollandis*, *Selandis*, *Traiectensibus* & *Frisiis*. Et quoniam paludes quamplurimæ in hisce regionibus, ideo rectè Flauius Vopiscus in M. Aurelio probo: *Testes Franci inuiis strati paludibus.* Hæc ergo vniuersa regio ab illis inhabitata *Francia* dicta, sed Orientalis, ad discrimẽ *Franciæ Occiduæ*, quæ veterũ est Gallia. Francorum historiam studiose & diligenter cõscripsit post multos alios Abbas Tritemius, & nuper exactius Beatus Rhenanus, qui originem eorum deducit ex Chaucis. Illum videant, qui plura volunt.

Frater secundum P. Nigidiũ quasi fere alter, *teste Agellio.* Salustius in Iugurtha: *Quis autẽ amicior, quã frater fratri? Aut quẽ alienum fidum inuenies, si tuis hostis fueris.* Complectitur hoc nomen etiam sororẽ Iurisconsultis *l. Lucius & Titia. ff. famil. ercisc.* Quã verò nominis originem adduxi, approbatum etiam video ab optimo Grammatico *Festo Pompeio*: Quo explodendus rursus videatur hîc Isidorus, qui Fratres scribit dictos, quòd ex eodẽ fructu, id est, eodem ex semine sint nati. Haud etiam negligenda originatio eruditis quibusdam probata, cùm deflecti id nomen volunt à Græco φράτηρ vel φράτωρ, quasi qui sit *ex contubernio eodem vel tribu.* *Fratrare* verbum vetus est, & ad puerorum mammas refertur, *vt est apud eundem.* Cum enim primum tumescunt, Fratrare dicuntur, quod velut Fratres pariter oriantur, id quod etiam spica facere dicitur in frumento.

Fratria Fratris est vxor, Isidoro *Fratrissa*, quod nomen tamen minus receptum. Græcis ea est ἀνάτηρ.

Fraus haud rectè à ferendo deducitur,

tur, *vt quibusdā visum*. Itaq; alij, qui dolū in faciendo consistere volunt, fraudem in verbis, deriuant ἀπὸ τοῦ φράζειν, id est, *loquendo*. Fraudem legi facere dicitur in iure, qui saluis legis verbis sententiam eius peruertit. Vlpianus ita: *Fraus legi fit, vbi id fit, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit.*

Fraxinus arbor appellationem habet à confragosis, id est, asperis atque præruptis locis, in quibus nascitur. Isidorus hoc modo: *Fraxinus vocari fertur, quod magis in asperis locis montanisque fragis nascatur.* Hinc per deriuationem Fraxineus, sicut à monte *montanus*. Nam hasta dicitur Fraxinea, μελίην ὀβρὺ. qualis Achilli vsui fuisse legitur. De arbore plura lege apud Plinium *lib. 16. cap. 13.*

Fremo, quod est sonitum edo, descendit ἀπὸ τοῦ βρέμειν.

Frendeo Festo est frango. Hinc ergo *faba fressa* κύαμος θλαστὸς nomen accepit.

Frenum vel *Frænum*, quidam à frangendo trahunt, quod equorum ora frangat, Isidorus, quòd equos fremere cogat, vel equi hoc frendat, id est, imprimant dentibus. Vnde *Nefrendes*, lactantes porci.

Fretum. Operæpretium erit producere hic ipsamet Isidori verba, quæ mihi summopere probantur. Ait enim appellatum Fretum, quòd semper mare ferueat. Nam Fretum est angustum & quasi feruens mare ab vndarum feruore nominatum, vt Gaditanum vel Siculum. Itaque freta Varro dicta ait, quasi *feruida*, id est, *feruentia, & motum feruoris habentia*. Hæc ille. Quapropter & Poëtæ commota ventis ac tempestatibus maria descripturi Freta appellant. Veteres etiam Fretu dixerunt auferendi casu, *vt ex 1. Lucretij constat*. Nolui id prætertire, vt inde occasionem arriperem monendi studiosos, veteres Latinos, maxime Vmbros & Thuscos, non agnouisse vocalem O, quam idcirco in V, vt D, in L sæpissimè commutabant, *vt & 1. de Grāmatica testatur Plinius*. Idem ostēdit Gellius *lib. 12.* & Cicero *Act. 2. in Verrem*, cùm manifesto *peccatu* dixit pro *peccato*. Contra Osci O vtebantur primitus, non V. Vnde *colpa* non *culpam* dicebant.

Frigilla auis sic dicta, quòd frigore cantet & vigeat. Vnde & *Friguttire*. Hæc Festus, apud quem tamen malè hactenus legitur *Fringilla*.

Frigo tertiæ syzygiæ verbum, & idem quod *torreo*, τηγανίζω Græcis, malè nonnulli à frango trahunt, quòd tam calor quàm horror immodicus frangat, id est, debilitet animalium corpora. Nam & τὸ φρύγειν agnoscit Græcorum lingua, estque eiusdem energię Est & aliud verbum, nempe τὸ φρύττειν, illi affine. Isidorus frixum aliquid a sono vult dici, quē edit, cum ardet in oleo. Ita equidem in vtraque lingua non solum, verùm etiam in Hebræa, atque adeo apud Barbaros multa sunt innecta & excogitata vocabula, ab ipso rerum aut animalium sono deducta. Exempli gratia: σφαραγίζειν est gutturis vocem edere, sicut *ouantes gutture coruos* dixit Virgilius φλίειν accipitrum fictitius est sonus, item earum auiū, quę falcatos & aduncos habent vngues. Κελαρύζειν significat, *auctore Eustathio*, ἦχον ὑγροῦ ἠρέμα ῥοιζοῦντος ἐν τῷ καταῤῥεῖν, id est, sonitum humidæ materiæ interea, dum delabitur, strepentis. Gallinæ ouis incubituræ glociunt, κακκαβίζουσι, Galli cucurriunt, κοκκύζουσι, & quæ alia sunt eiusmodi sexcenta.

Frisia. Huius incolę Frisij Dictam volunt terram nonnulli à frigore. Frigere enim est nobis *Friesen*. Sed falluntur amphibologia vocabuli. Alij deriuant nomen à libertate, cuius studiosi imprimis fuerunt, *vt constat ex historiis*. Abbas Spāheimius à Friso Clodionis Crinit Frācorum regis filio nomen deducit, sed fabulosè. Petrus Suffridi Frisius, gentilis meus, à Frisone gentis conditore trahit, quod itidem multis improbatur, eo quod certa fide demonstrari non queat ex hi-

ſtoriis. Malim à libertatis ſtudio arceſſere, quam gens iſta ſummoperè affectaſſe legitur, ſæpe excuſſo iugo, ſicut Annales produnt. Nam Tacitus Annalium XI. Friſiorum nationem per rebellionẽ clade L. Apronij cœptam infenſam aut malè fidam fuiſſe ſcribit. Vocat & *lib. 4.* rebelles, nomine velut cõpoſito ad gentis huius ingenium & mores. Sed & milites Romani ab ipſis patibulo ſuffixi, cum nimia premerentur ſeruitute. Iam etiam iactare ſe ſolent libertatis nomine, cuius iamdudum tamen eſt facta iactura. Neque obſtat, quod & alij populi propter ingenitã omnibus hominibus libertatis affectionem ſimili modo appellari poſſint Friſij, *vt aſſerit Suffridus*, quando & pleræque aliæ nationes ſæpe nomina ab iis rebus acceperunt, quę tamen ipſis communes erant cum aliis. Græci enim leues ſunt dicti, & inanes à Lucretio, *Cretes* mendaces, *Afri* bilingues, *Aſiatici* laſciui, *Scythæ* immanes & truculenti, *Galli* inquieti apud Vopiſcũ, Galatæ ἀνόητοι apud Apoſtolum Paulum, omnes Ponti accolæ apud Lucianum in Pſeudomante δεισιδαίμονες, ἠλίθιοι, καὶ ἀπαίδευτοι, *Bœoti ſtupidi*, *Carthaginenſes fraudulenti*: *Campani in Italia ſuperbi*, cum nihilominus & aliæ nationes hiſce vitiis obnoxiæ fuerint.

Frons, vt Iſidoro placet, ab oculorum foraminibus eſt appellata. Alij à ferendo dictum exiſtimant, quòd præ ſe ferat, qui ſenſit animo. Plinius *Natur. hiſt. lib. 11.* Et præ ſe fert in homine affectus & mores animi, triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeueritatis index. Apud eundem Trogus *Frons, vbi eſt magna, ſegnem animum ſubeſſe ſignificat: Quibus parua, mobilem: quibus rotunda, iracundum, velut hoc veſtigio tumoris apparente.* Legimus & Frontem conſecratam Genio, ſicut auris Memoriæ, dextra Fidei, genua Miſericordiæ ſacra. Hinc Maro. *En dextra fideſque.* Item: *Dixerat, & genua amplexus, genibuſque volutus Hærebat.* Et *Cynthius aurem Vellit, & admonuit.* Pari modo ex partibus humani corporis caput dedicatũ & conſecratum eſt Ioui, pectus Neptuno; cingulum Ioui, ſupercilia Iunoni, oculi Cupidini iuxta Philoſtratum, aut Mineruæ iuxta Fulgentium, renes & inguina Veneri, dorſum & partes poſticæ Plutoni ex ſententia Artemidori, pedes Mercurio, vtpote nuntio Deorum, Thetidi tali & plantæ pedum, digiti rurſus Mineruæ, teſte Seruio, vt qui pone dextram aurem eſt locus, Nemeſi eſt attributus. Spectant huc illa Homeri in Agamemnone deſcribendo:

ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ,
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

Hæc paulò fuſius, ſed non abſque fructu, & quod ſpero, dabit veniam, quicũque in legendo non fuerit iniquus.

Frontones dicti nonnulli Romanis à fronte, ſicut Capitones à capite, Naſones à naſo, Labeones à labiis, *vt auctor eſt Cicero 1. de natur. Deor.* Frõtonis cuiuſdam meminit Martialis, & Iuuenalis *Satyra 1.* Sed & à corporis partibus *Cilones* dicti, qui capita habebant oblonga, *Tuditani*, qui capita mallei inſtar repræſentabant. Silones eminentibus erant ſuperciliis. *Luſcus* Anniorum, *Luſcinus* Fabriciorum cognomẽ fuit, *Blaſio* Corneliorum. A lingua *Balbi* & *Blæſi* ſunt dicti. *Barbatus* Horatiorum & Scipionum cognomen erat, & cum dentibus nati dicebantur *Dentati*, ſicut de Curiis & Siciniis tradit Plinius *libr. 7. cap. 16.* *Ænobarbus* etiã nominatus legitur, qui æneam habebat barbam, & à colore *Rutilus*, *Eburnus*, *Aquilinus*, vt ait Feſtus. Eadem ratione *Albus*, *Niger*, *Rufus* & *Flauus* ſunt appellati, item *Scæua*, *Scæuola*, & *Læuinus*, quod lęua manu vteretur pro dextra. Itidem *Plautus* planis erat pedibus & nullam in medio concauitatem habens. Panſa, cui pedes erant lati & panſi: *Plancus*, cui pedes plani. *Scaurus*, qui talos pedum tumentes & porrectos habebat. Porro à corporis habitu proceſſerũt *Craſſi*, *Macri*, *Galbæ*, *Gracchi*,

Pulcri

Pulcri, Glabrionis, Cossi & Aruinæ cognomina, vt diligentissime à Carolo Sigonio est annotatum.

Fructus, à fruendo nomen habet. Isidorus à *frumine* deducit, id est, eminente gutturis parte, qua vescimur. Ab eadem origine deriuat Fruges secutus procul-dubio Festum, Seruium, atque Donatũ. Idem fructus propriè vult dici agrorum & arborum καταχρηστικῶς καὶ μεταφορικῶς animalium. Priscianus, Frugum vocabulo generaliter omne id accipit, quod ex terrę fructu vertimus in alimoniam, siue id ex frumentis & leguminibus proueniat, siue ex vino, syluis cæduis, cretæ fodinis, & lapidicinis, Iurisconsultorum aliud est etymon, quando à *ferendo* deducunt fructus, quòd eos fundus, vel quælibet res ferat, quod ipsum quidem in eorum regno consulendum æqui bonique existimo, cum apud illos appellatione fructuum generaliter contineatur omnis corporalis & incorporalis rei prouentus. Vnde & merces rei locatæ & commoda alia dicuntur fructus, *l. videamus. ff. de vsur. l. fin. ff. eod. tit.* Vnde ait Iurisconsultus: *Fructus rei est, vel pignori dare licere.* Huc spectat, quod & interesse hoc nomine complectantur, *l. loci corpus. §. in confessori. ff. si seruit. vendic.* Diuidunt eos communiter in Naturales, quòd vi & beneficio naturæ potissi nùm proueniant sic dictos, & Industriales, qui percipi non possunt, nisi etiam cultura hominis & industria interueniat.

Frugalis à fruge nominatus, id est, à fructu vel parsimonia, quæ quantum vectigal sit nesciunt homines. Hinc *vir frugi* appellationem trahit, cui opponitur prodigus, nepos, & fruges consumere natus.

Fruges. Vide *Fructus.* A fruendo tamẽ descendere nomen non ignorabis, secundum Seruium à frumine, quæ pars est eminens gutturis sub mento, *Aene d. 4.* Ceterum Iosephus Scaliger deflectit παρὰ τὸ φρύγειν, id est, *torrendo & siccãdo.*

Frui. Verbum illud, quod alias ad delectationem cibi & potus referri solet, vult Donatus *in explicatione Eunuchi à frumine*, id est, gulæ parte summa, quæ Græcis est φάρυγξ deduci.

Frumentum à fruẽdo (sic enim legendum apud Isidorum) est dictum.* Hebr. דגן *daghan*, quod nomen generale est comprehendens omnes fruges quæ tribulis excutiuntur. Cognationem hæc vox habet cum verbo דגה *Dagha*, fœcundus fuit. Nam frumentum seminatum cum magna copia & fecunditate redit ad agricolam.

Frustum vocatum, quod capiatur à frumine. Isidorus.

Fucus insecti genus, similitudine apis, sed maiori corporis mole, nullam præstans in mellificando operam, sed inertia sua alimenta ab apibus congesta absumens, secundum aliquos sic dictus, quasi sit fur, eo quod furtim mella deuoret. Isidorus dictum fucum affirmat, quòd alienos labores edat, quasi sit *fagus.* Sunt qui etiam à verbo φάγεσθαι, id est, *comedo* deductum putant: Alij, quod fucum apibus faciat, dum prætextu calefaciendi aluei depascitur mellificia: Quod ipsum tamen non admodum placet, cùm laboriosum hoc insecti genus desides & otiosos non ferat, imò à præsepibus arceat iuxta illud: *Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.* Plinius est auctor ex bobus apes, ex equis crabones, ex mulis fucos, & ex asinis procreari vespas. Est præterea fruticis genus, quo albidæ mulieres ementiuntur genarum colorem. Vnde fucum alicui facere dicebat Comicus. Eodem tingi solebant in Creta vestes. Plinium vide *lib. 32. cap. 6.*

Fugia, Dea apud Gentiles, cui inditum nomen ab hostium fugatorum lætitia existimat Ludouicus Viues apud Augustinum *lib. 2. cap. 6.*

Fulgur & Flumen à feriendo dicuntur Isidoro, quòd sit iaculi cœlestis ictus: Aliis à *fulgendo*: Constat enim vtrumque

trumque esse ignem, etiamsi Seneca *Natural. quæst. 2.* alterum ab altero ita distinguere videatur, vt sit fulmen, cum ignis emittitur: Fulgur, cùm tantùm ostenditur. Vnde *domum fulmine accensam* dicimus, non fulgure. Romani diurna fulmina tribuerũt Ioui, nocturna Summano, id est, Plutoni. Felicia censebãt, quæ apparuerant à cœli parte sinistra, adque eandem redibant. Sicut Anchises more Romano bonum omen interpretatus fuit læuum fulmen apud Poetam, cum inquit: *Subitoque fragore Intonuit læuum.* Quin Cicero tradit *de Diuinat. 2.* in omnibus bonum haberi auspicium, siquidem fuerit sinistrum. Etsi Græci barbariq; dextra auspicatoria iudicauerint. Distinguebant Romani fulmina ita, vt quædam bruta vanaque dicerent, quæ nulla ratione naturæ constabant, alia fatidica, quæ ex alto statisque de causis, & ex suis sideribus credebantur venire. Alia item publica censebant, quæ non supra trigesimum annum, nisi in oppidorum deductione habebant auspicata: Alia priuata, quæ non vltra decimum felicia portendebant, nisi in sponsalibus, aut die natali. Rursus quædam appellata sunt *Postularia*, quod postularent emendationem sacrorum: quædam *Pestifera*, quòd mortem denuntiarent: quædã *Monitoria* quod latentia aperirent monendo. Nonnulla etiam *Auxiliaria* sunt dicta, nonnulla *Regalia* seu *Hospitalia*, & quædam *Parentalia*, nomine accepto, quod perimere crederentur fata, præcedentibus fulgetris designata. Præter hæc quædam *Consiliaria* dicta, quæ consiliis & negotiis cogitatis superueniebant: quædam *Auctoritatis*, quæ decretis ac susceptis eisdem apparuerunt: quædam denique *Statiua*, quæ nec opinantibus coruscassent. Eliciendorum fulminum rationem primus inuenit Numa Pompilius. Materiam eorundem eruditè Virgilius his versibus complexus esse videtur.

Tres imbris torti radios, tres nubis aquosæ
Addiderant, rutili tres ignis & alitis austri
Fulgores nunc terrificos, sonitũmque, metũque
Miscebãt operi, flammisque sequacibus iras.

Dicere voluit materiam fulminis esse vaporem siccum, qui viscosum humorẽ habeat coniunctum: Vnde etiam vapor compositus appellatur, quem radium *torti imbris* nominat Virgilius. Et quoniã materia hæc in nube formatur percoquitúrque, adiiciuntur tres radij nubis aquosę. Velocissima esse eadem quis etiam nescit? Merito ergo Dominus ictui fulminis comparauit aduentum suum, & eiusdem discursus celeritatem in curuli certamine Hesiodus, cum inquit Herculis scuto:

ἐπὶ δ' ἱππέυ θορε δίφρυ.
ἴκελος ἀστεροπῇ πατρὸς διὸς αἰγιόχοιο.

Stultus ergo fuerit Salmoneus ille Vergilianus adusque stuporem cùm equis inuectus & lampada quassans sonitus Olymp. & flammas Iouis imitaretur. Quæritur hîc, *cur alta potissimum petat fulmen?* An quod agens omne fortius agit in id, quod est proximum? Sic puto, modo id quod proximum est, siue actionis fuerit capax. Sed *cur icta fulmine faciem vertunt versus ictum?* Reddit caussam Albertus Magnus: Nempe quod impetus ictus percussa aduersus impetum conuertat. Effectus eius sunt, vt gladium confringat atque dissoluat illæsa vagina, aurum liquefaciat in crumena, pedẽ demoliatur in calceo, arbores dissipet non aliter ac si cuneo essent diffissæ, absque tamen adustione, animalia vero velut morsu serpentis veneret, vinaria vasa eaq; lignea, teste Seneca, adurat nõ diffluente vino, venenosum animal purget & liberet à veneno, si percusserit, dormientis oculos aperiat ictu, vigilantis claudat, fœtum in vtero lædat ac enecet illęsa quãdoq; matre, serpens percussus vermiculet, quodque diu intuentes cœlũ fulgurans, eleuato contra coruscationem vultu, vel excæcentur, vel intumescant facie, vel reddantur leprosi: Itẽ quod tacta fulmine sulphureo odorem

em ſpirent, citius ſolida corpora quàm mollia comburat, veſtes quandoque & annulos moniliaque diſſoluat corpore illæſo, vt de virgine Romana Eutropius, quòd nullum animal niſi exanimatum fulmine accendatur, denique non vltra quinq; pedes deſcendat in terrã cuneus. Pro remediis aduerſus fulmẽ, habentur ſubterranea loca, pelles vituli marini, ex quibus propterea tendebantur tentoria imperatorum. Quocirca legimus apud Suetonium, tonante cœlo, Auguſtum paulò infirmius expaueſcentem circumtuliſſe pro remedio vituli eiuſcemodi pellem, & ad omnem maioris tẽpeſtatis ſuſpicionem in locum concameratum ſe recepiſſe. Solebant etiam lauream geſtare coronam, quod laurus haudquaquam fulmine lædatur.

Fũda, retis genus, quod Seruius Georg. 1. interpretatur *βόλον*, quo vocabulo etiam vſus eſt Plautus *Rudente* quamquã ibi aleæ ictum ſignificet. Romani quoque *iaculum* vocant. Accepiſſe videtur nomen, quòd fundatur, vel potius iaciatur in amnem. Vnde *iactum retis emere* in iure ciuili, *βόλον πρίασθαι*. Funda verò, à qua funditoribus inditum eſt nomen, & quæ Poetæ à *Balearibus inſulis*, Balearis eſt dicta, quòd lapides fundat, Iſidoro dicta videtur. Quod autem inuentionem eius Plinius *libro 7. Naturalis hiſtoriæ cap. 58.* Phœnicibus tribuat, facit contra communem opinionem, Vegetii *inquam*, Flori, Virgilii, Ouidii & Statii. Quin Liuius Baleares funditores celebrat. Diodorus Siculus ſcribit *lib. 6.* eoſdem in prælio lapides reliquis maiores valide iactare, dictoſque exiſtimat alibi *ἀπὸ τοῦ βάλλειν ταῖς σφενδόναις*. Sunt & Straboni *σφενδονῆται ἄριστοι*. Balearibus ergo tribuenda fundæ inuentio contra Plinium: Niſi quis venerabilem virum excuſandum putet, eo quod olim has inſulas inhabitauerint Phœnices, a quibus ars illata ſit ex Strabonis mente, qui *lib. 3.* præcedentibus hæc ſubiicit: καὶ τὴν ἀρχὴν κατέσχον, ὥς φασι, διαφερόντως, ἐξ ὅτου φοίνικες κατέσχον τὰς νήσους. Quantum ad modum torquendi attinet, ſcribit Virgilius *libro 4.* ter circum caput ſolitam rotari fundam, priuſquam emitteretur. Vegetius vult *lib. 3* rotatam tantummodo ſemel, credo propter celeritatem maiorem.

Fundus appellatus eſt ager, quòd ſit planus ad fundi vaſorũ ſimilitudinem, *vt placet Feſto*: Varroni autem, quòd plurima quotannis fundat. *de ling. Lat. lib. 4.* *Iſidoro*, quòd in eo fundetur & ſtabiliatur patrimonium.

Fungus videtur multis à funere deſcẽdere, quod ex genere fungorum nõnulli temere comeſti perimãt, vel *Plinio teſte*. Venenati agnoſcuntur inde, quòd dilutus in iis rubor appareat, rancidus aſpectus, liuidus intus color, rimoſa ſtria, pallidum per ambitum labrum. Tutiſſimi, qui rubẽt callo, minus diluto, quam *Rubetis*, colore, & qui è rubis & carduis verè ſunt nati. Innaſcuntur etiam innocentiores fungi arborum ramis: Item pratis & montibus, de quibus Horatius *Præſentibus optima fungis Conditio eſt: reliquis malè creditur.* Sed bonos intellige reſpectu peiorum, quibus minus ſunt noxii, quales inprimis ſunt, qui enaſcũtur ex arboribus natura venenoſis, nempe taxo, aut iis, qui quidquid continent mali, in eos transfundunt, cuiuſmodi ſunt *olea & punica malus*. Nam alioqui, *teſte Galeno*, fungi omnes ſunt frigidi & humidi, & propterea veneni participes, quique pituitoſum ac mali ſucci alimẽtum immoderatè veſcentibus præbent. Quòd ſi quis comederit admodum maleficos, exulcerant inteſtina, ſingultum & morſus excitant, totum corporis colorem in luteum mutant, vrinam cohibent. Hinc frigus, tremor, ſudor frigidus, languidus pulſus, & denique mors. Præſentaneum aduerſus hoc malum remedium traditur vomitus è potu ſucci raphani & foliorum rutæ tritorum, addito melle. Poſt vomitum vtendum theriaca, aut Mithridatis antidoto cum for-

tissimo aceto, oxymelle scyllitico, aut aqua mellis ex Medicorum cōsilio. Medentur iis & raphanus rutaque, item cinis clematidis, nitrum, nasturtium, sinapi, vini fæces combustæ, stercus gallinaceum in puluerem redactum, si singula ex aceto mulso hauriantur. Oua quoque gallinacea prosunt cum aristolochiæ drachma. *In* eorum defectu consultum erit decoquere piper in vino maximè metaco, quoad eius fieri potest, atque ita sumere in potu, & allium deinde deuorare. Historiæ produnt Claudium Imperatorem, cùm eius palato gratissimi essent boleti, per hanc occasionem, dato ab Agrippina vxore veneno, esse necatum.

Funus, à funibus accensis dici vult Isidorus. Qui enim funus prosequebantur, gestabant manibus candelas, funalia, faces. Donatus irrepsisse hūc morē existimat, quòd noctu efferrent cadauera, ob diurnā sacrorum celebrationē. Cū quibus quadrat & Vespillonū nomen, qui erāt cadauerū funeratores, sic dicti, quod vespertino tempore mortuos efferrent ac conderent sepulcris. Festus Pompeius appellat Vespas. *Vespæ*, inquit *dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non è minutis illis volucribus, sed quia vespertino eos tempore efferunt, qui funebri pompa propter inopiam duci nequeunt*. Idem prodit *Designatores* dictos, qui designandæ funebri pompæ præerant, cùm vnicuique incedendi locum & ordinem præscriberent. Funes autem funalium, quorum modo mentionem feci, circundatos fuisse papyro, *ait Isidorus*, id quod habere videtur ex Plinio, qui *lib. 16. capit. 38.* non obscure idem inuere est visus, cùm corticem fragilibus scirpis detractum candelæ luminibus seruire scribit, vt & decus æui nostri Lipsius *in suis ad Tacitum commentariis* animaduertit. Lotæ etiam cadauera aqua septem dierum spatio seruabant conclamantes per interualla: Inde vngebant pollinctorum opera, qui mortuos curabant, & denique candida veste ornabant, priusquam efferrent, eratque illa in funere tacito aut vulgati toga vulgata, in magistratibus toga prætexta, in Censoribus tota purpurea. Efferebant etiam mortuos ad tibiam, vt ex Statio constat de Archemoro, & apud Plinium ex funere eius corui, qui Tiberium, inde Germanicum & Drusum nominatim Cæsares salutabat. Pluribus prosecutus est materiam hanc Lilius Gyraldus, ad quem relego, si quis plura requirat. Subiicio tātùm etymō vocabuli à præcedēti diuersū, cùm dictum aliqui funus existimant, quoniā φόνες λέγεται καὶ φοῦνες ἰωνικῶς. φονέω autem καὶ φονέυω, ἐστὶ τὸ ἀναιρέω.

Fur à ferendo vel à Græco φὼρ deduci potest, vel à furuo *iuxta Varronem*, de quo latiùs in furto.

Furcifer appellatus seruus, qui ob delictum aliquod cogebatur à Domino ignominiæ magis, quàm supplicii gratia furcam in collo ferre, subligatis ad illam manibus, atque ita reliquis, ne quid simile admitterent, suum peccatum annuntiare. Meminit eius supplicii Plutarchus in Coriolano, vbi dicit, *Plaustri lignum fuisse, cui affigebatur temo, & eum, qui erat insidus, à domesticis & vicinis appellatum furciferum.*

Furia à furore, vel τῆς φονίας, quod τὸ φονᾶν etiā furere significet. Tres *illæ* numero iuxta Poëtas, *Alecto, Tisiphone, Megæra*. Alecto ab α priuatiua, καὶ λήγομαι descendit, Tisiphone ἀπὸ τῆς τίσεως καὶ φόνου, id est, vindicta & cæde, Megæra ἀπὸ τοῦ μεγαίρειν, quod *odisse* & *inuidere* significat. Ὀφιοπλόκαμοι sunt dicti Orpheo, à serpentibus, quos capillorū loco habebant. Græci etiam σεμνὰς θεὰς vocabāt, quas maximè colebant Athenienses auctore Pausania, & præter Pausaniā Arpocratione. Nam earum ibi templū exstitit. Has impiis immitti fingunt eidem Poëtę. Sic quippe loquitur Orestes apud Euripidem: ὦ μᾶτερ, ἱκετεύω σε. μὴ ᾽πίσειε μοι τὰς αἱματωπὰς καὶ δρακοντώδεις κόρας. Αὗται γὰρ, αὗται πλησίον θρώσκουσί μου. Et

μυ. Et Horatius de eodem:

Non Pyladem ferro violare aususue sororem Electrā, tantum maledicit vtrique, vocando Hanc Furiam, hunc aliud, iussit quod splendida bilis.

Visus eni ille est sibi videre occisæ matris imaginem, & Furias in se facibus simulatque serpentibus ruentes, exitiúq; minantes, vt & apud Sophoclem est videre. Cicero in oratione pro Roscio Amerino & in Pisonem, explicans illud figmentum, ait, reuera sua quéque fraude & suo terrore maximè vexari, & à suis malis cogitationibus cõscientiaque animi terreri: Has esse impiis assiduas domesticasque Furias, quæ dies noctesque parentum pœnas ab impiis filiis repetunt. Alii mētis humanæ affectus prauos vnde multæ perturbationes nascũtur, his adumbratos volunt, Iram dico, quæ cupit vindictam, Cupiditatem, quæ desiderat opes, & *Libidinem*, quæ appetit voluptates, eosque affectus idcirco Furias dici, quòd stimulis suis mentem feriant, & nunquam quietam esse permittant.

Furnus, in quo panis coquitur, dicitur à furuo, id est, colore nigro, vel propter fuliginem, vel propter obscuritatem.

Furinalia, inquit Varro lib. 5. de ling. Lat à Furina Dea. Isti enim sacra instituta sunt annua, & flamē attributus. Peragi solebant IIX Kal. Sextil: Sequētibus diebus ludi edebantur in circo.

Furtum M. Varro à furuo, id est, atro dici volunt, quòd fures nocte commodius rebus nostris insidientur. An eadem origine furis etiam nomen descendere videtur eidem Varroni, etiamsi Agellius etymologiā hanc reprehēdat, cùm dicit descendere à Græco φὼρ, quĩ in ista lingua ἀπὸ τοῦ φέρειν trahitur, quod est ferre vel auferre. Etsi verò hic nolim cũ Agellio pugnare, repudiata ipsius sententia, quæ equidem tolerari potest, tamē si ex Latio quærimus τὸ etymō, non verebor in Varronis ire sententiam: Cùm & Homerus dicat, κλέπτης δ' ἐπὶ τοῖχος ἐμεινεν. Sed interim nec illi sunt contemnendi, qui simul & furis & furti vocabulum in vtraque literatura à ferendo deriuant. Notum enim est illud: ἄγουσι καὶ φέρουσι. Quin proximè accedunt ad Iulii Pauli definitionem, in qua dicit, Furtum esse fraudulentam inuito Domino rei alienæ contrectationem, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus, vel possessionis, quod lege naturali prohibitum est. Atqui illud non solùm noctu fieri consueuit, verùm & alio tempore. Decemuirorum ætate lata lex est & in 12. Tabul. relata, vt qui noctu furtum fecisset, aut interdiu telo se defendisset, eum Domino cum clamore testificanti occidere ius esset. Fuerunt etiam tria furtorum genera. Manifestum quod deprehenditur cum fit, *iuxta Masurium Sabinum apud Agellium*: Nec Manifestum, quod post factum & commissum furtum deprehenditur aliquo modo: & Conceptum, nempe per lancem & licium. Solebant quippe fures admodum sagaces expilandi gratia ędes alienas ingressi licium ferre, quo alligarent furta, & lancem præ oculis, ne innotescerent, *vt affirmat & explicat Oldendorpius ex Alexandri ab Alexandro genial. dier. lib. 6. cap. 10.* In eisdem legibus legebantur & illa: *Si adorat furtum, quod nec manifestum erit, duplionem luito.* Hic adorare idem quod agere, *vt docet Festus.* Itaque qui agit furtum, quod etiam manifestum non est, duplo mulctabitur. Sunt qui legunt: *si aderit furto.* Sed eam lectionem mendosam esse, docuerunt veteres libri, quibus vsus est Antonius Augustinus. Nec ipse Rœuardus reiicit tale eius viri iudicium, Minutii Felicis autoritatem adducens, qui in Octauio scribit hoc modo: *At nos exsequias adoramus eadem tranquillitate, qua viuimus.* Vbi adorare, est facere aut celebrare.

Fustis. Isidorus *Origin. lib. 5. cap. 27.* existimat fustes, quibus pro criminibus feriuntur iuuenes, ex eo dictos, quod præ-

fixi in fossis stare solerent, quos rustici palos vocant. Constat autem, baculos fuisse ligneos, cùm inter arma & tela numerentur. Eiuscemodi fustes primum excogitatos à Tarquinio Superbo meminit Eutropius 2. de gestis Roman. & Suidas in dictione σούπερβος. Solitos & milites in castris fuste cædi, idque ignominiæ caussa, vt & negligentes custodes in militia, ex Polybio didicimus. Is enim de ea re *libro sexto* ad hunc modum: *Accepto fuste Tribunus vix attingebat damnatum, quod vbi factum erat, omnes, qui in castris erant, cædentes fustibus, lapidibusque, plerósque in ipsis castris conficiebant: At si qui euasissent, nec sic quidem seruari poterant. Quippe quibus neque in patriam redire liceret, neque à propinquis recipi in ædes poterant. Hæc pœna infligebatur custodibus, siue vigilibus in militia, qui tesseras non reddidissent, aut dormiuissent: Item tergi ductoribus, & aliis præfectis, qui negligenter vigilias curassent, aut tesseras non propagassent. Fuste etiam cædebatur, qui furto sustulisset quippiam è castris, necnon qui falsum testimonium dedisset, & si quis flore ætatis abutens deprehensus esset*, & quæ ibidem sequuntur. Pœna autem ipsa fustigatio est dicta, & fustuarium, Græce ξυλοκοπία.

Futile, vasis genus, *auctore Donato*, latissimi oris, ex altera parte arctum, sic dictum, quòd statim ea, quæ accepit, effundat. Ab eadem origine trahitur etymologia hominis futilis, qui rimarum plenus hac illac perfluit, nec retinet quidquam.

G.

* GAbaa, siue Gibha, itemque *Gebah* & *Gabe* Geographis dicta, apud Hebræos & Syros collem significat vel locum editum. Hoc nomine locus olim donabatur in populo Dei, qui habendis conuentibus Ecclesiasticis vel Scholasticis destinatus esset. In caussa fuit huius appellationis mos ille antiquissimus, quòd plurimùm ad hos conuentus eminens sedes in editioribus quibusque locis eligeretur. Hîc autẽ summum locum templa siue Ἐκκλησιαστήρια proximum scholæ obtinebant. Atque hæc non tantò fuit Prophetarum docentium sedes, vt ex Saulis historia, 1. Sam. 10. colligitur: ideoque *domus* vel *locus* Prophetarum dicebatur vulgo. Atque hinc profecta est vetus (vt in transcursu moneamus) illa *Gabiorum* apud Volscos in finibus Latii appellatio, quos alii dura compositione à Galacto & Bio Siculis fratribus duxerunt nuncupatos. Dionys. Halicarnass. lib. 1. de Romulo & Remo loquens scribit, postquam infantes à lacte depulsi sunt & cibo lacteo, ab altoribus fuisse traditos, vt deducerentur *Gabios*, ciuitatem non procul à Pallantio sitam, in qua disciplinam Græcam ediscerent. fuit enim Gabiis Latinorum, schola volscorumque, quam Phœnices Cadmæi, & prognati eorum Tyrrheni Osci, siue Ethrusci statuerunt, nomine imposito de sermone suo.

Gabriel, quo nomine appellatus est Angelus ad Mariam missus, *Dei fortitudinem* significans, descendit à גבר *fortitudine præualuit*, & אל *Deo*, qui illud etiam nomen inter alia obtinuit per antonomasiam, eo quod sit אל, i *fortis*.

Gabinia lex, qua cautum fuit, vt Comitiis, in quibus magistratus creabantur, populus non voce, sed per tabellam, suffragium ferret. ab A. Gabinio Tribuno plebis sic appellata, qui eã tulit Cn. Calpurnio Pisone & M. Popilio Læhate Coss. Anno M C X I I I I. Ab eodẽ alia est lata L. Cœcilio Metello & Q. Marcio Rege Coss. de Senatu habendo, vt ex Cal. Februarii ad Cal. Martias quotidie senatus cogeretur. Tulit & aliam de mãdando ipsi Pompeio bello aduersus piratas, item de Maiestate, *ne quis clandestinas coitiones conflaret: qui fecisset, capitali supplicio afficeretur.*

Gabinsa porta legitur fuisse Romæ, inter quam & Collinam Quirinalis exstabat, sic appellata, quòd recta duceret ad Gabios. Eam de cœlo tactã fuisse commemorat Liuius.

Gad filius Iacobi Patriarchę, natus ex Zelpha ancilla Leæ, *Genes. 30.* excursorē ad prælium significat, deducto nomine à גדד, quod est *turmatim excursionem* vel *incursionem* facere. Hinc & Gen. 49. Gad. *turmatī* excurret ipse, & ipse excurret retrorsū. Hieronymus interpretatur *felicē.*

Gades. Ipsamet Isidori verba subiiciā. *Gades*, inquit, *insula in fine Betica sita, qua dirimit Europam ab Africa, in qua Herculis columnæ visuntur, & inde Tyrrheni maris faucibus Oceani æstus immittitur. Est autem à continenti terra centum viginti passibus diuisa, quam Tyrij a rubro profecti mare occupantes lingua sua Gades, id est, septam nominauerunt, eo quod circumsepta sit mari.* De ea ipsa accipienda sunt Iuuenalis verba Satyra 10. cum ait:

Omnibus in terris, quæ sunt à Gadibus vsque Auroram & Gangē, pauci dignoscere possunt Vera bona, atque illis multū diuersa, remota Erroris nebula.

Gagates lapis, primùm inuentus in Sicilia, sed Gagatis fluminis fluore reiectus nomen suum inuenit. Est autem niger, planus, leuis (forte legendum *leuis* apud Isidorum) & ardens igni admotus.

Galatæ, Populi Galatiæ, qui post ingentes illas Alexandri victorias & auctas per Asiam Macedonum vires vnà cùm Grecis, tempore tamen illis prioribus, regionem hanc insederunt, Gallogræci propterea dicti, nō à Galata Herculis filio (*vt nonnulli fabulantur*) nomen trahunt, quantumuis id Diodorus commemoret; verum potius à lactis candore, quod τὸ γάλα est Græcis, sicut Lactātius credit, & Hieronymus affirmat *Prologo 2. Commentariorum ad Galatas.* Ab eodem lactis candore Galatea nympha Nerei ac Doridis filia appellationem trahit vt & Gallia Europę Isidoro. Hanc (*vt ille scribit*) ab oriente Alpium iuga tuentur, ab occasu Oceanus includit, à Meridie prærupta Pyrenæi: à Septētrione Rheni fluenta atque Germania: cuius initium Belgica, finis est Aquitania: regio gleba vberi ac pabulosa ad vsum animantium apta, fluminibus quoque & fontibus irrigua, duobus magnis fluuiis Rhodano & Rheno perfusa. Si Plinio credimus, à Pyrenæo iugo adusque Garumnā fluuiū, aut ad Ligerim, si Ptolemæo, protenditur Aquitania. Inde à Ligeri ad Sequanam vsque amnem, qui Lutetiam perlabitur, Lugdunensis sese extendit. Atque hinc rursus latissimè patentibus terris ad Rhenum vsque Belgica appellata est Gallia. Huius incolas Belgas plærosque oriundos esse à Germanis testatur Cæsar *Commentariorum belli Gallici lib. 2.* Iamque Germanice, non multum discrepante eorum dialecto à Germanis, loquuntur maxima ex parte. Quo factum, vt Plinius, qui sub Vespasiano vixit, Belgicam ab ortu non iam Rheno, sed Schalde fluuio terminare voluerit *libro naturalis historiæ quarto.*

Galatea apud Homerum *Iliad. 6.* Nereidum vna, nempe Nerei & Doridis filia, inuenisse videtur nomen à spumæ æquoreæ candore nec quidem lacti cedente. Est & rusticæ puellæ nomen Polyphemo dilectæ apud Theocritum *Idyl. 6.* Hæc itidem à lactis colore, quod Græcis est γάλα, deflecti potest.

Galbanum, genus pigmenti albi & sublucidi nomen habet à Galbano arbore, quam Plinius scribit *libr. 12.* crescere in Amano Syriæ monte ferulæ similem, eamque resinam producere puram & translucidam. Colorem hunc molles & & delicatos affectasse, testatur cùm Iuuenalis, tum Martialis, cum muliebri vestitu ornatum hominem galbanatum appellat, mores etiam galbinos, qui sunt effœminati & molles. Tunicæ galbinæ meminit Vopiscus *in suo Aureliano.* Et apud Græcos χαλβάνη, Phrygia vero toga Galbino colore fulgens, quæ & γαλαζάνη audit.

Galba. Romani veteres à colore Galbulæ auis dixerunt Galbas, *teste Alexandro ab Alex. libr. 1. cap. 9.* Est ea passeris genus luteis pennis. Alij à Galbeo indu-

mento dictos volunt. De Galbula aut minimè illud prætereundum, alio nomine eam Icterum dici, quæ ipsa quidem appellatio etiam in illud genus morbi est deriuata, qui dicitur & *icterus*, & *morbus regius*, auriginosus, vel Aurigo, morbus arquatus, quod ægri eius nominis auri colore sint similes. Alij dicunt eo malo correptos eius inspectione sanari. Nonnulli referunt ad quadrupedis speciem è mustelarũ syluestrium genere, quas Græci ἰκτίδας vocant, Latini *Viuerras*, quæ oculos aurei coloris habent. Ictinus etiam à Galeno dictus est miluus, à quo fortasse & hæc appellatio manauit. At verba Plinij subiicio *ex cap.5.lib.30*. Auis icterus vocatur à colore, quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, & auem mori. Hanc puto Latinè vocari *Galbulam*. Etsi alij *Galgulum* & *Galgulam* legant. Regium porro appellari eundem, cuius iam facta mentio, vult Celsus, quòd regio cubiculi apparatu curetur, vel (*vt Seruius inquit*) molliter excelsa quoniam curandus in aula est, vel denique, quòd ex mente Varronis curetur mulsa.

Galea à galeto dicta Varroni, quippe quo multi olim sunt vsi. Isidori verba nequaquam hic omitteda. *Cassis*, inquit, *de lamina est, galea de corio. Nam galeros corium dicitur.* Extrema auctoris verba dubiæ sunt fidei. Nam galerus vel galerum propriè pilei est genus, qui quoniã ex pelle fieri solebat, pellitem quoque dixerũt. Apuleius *Apol.1.* Veruntamen hoc Diogeni & Antistheni baculus, quod regibus diadema, quod Imperatoribus paludamentum, quod Pontificibus galerum, quod lituum Auguribus. Hinc Gellius de Flamine Diali: *Is solum galerum habet album.* Legitur & apud Tranquillum de Nerone, solitum eum galero post crepusculum arrepto popinas inire, & circum vicos vagari. Et Virgilius: *Nec arcadij bene protegit vmbra galeri*. Quamquam alij contra à galea deriuent galetum, vtpote cuius similitudinem refert. Retineo tamen Isidori priora, cum dicit de corio esse galeam, cùm sciam tegmina veteres petiisse à feris. Vnde in Homero, ἰκτιδέη, κυνέη ταυρέη, αἰγείη, *mustellina, canina, caprina, taurina*. Et Suidas: ἀλωπεκία (sic enim Lipsius) ἡ περικεφαλαία, vulpina, ipsa galea. Propertius quoque *Eleg.1.lib.4. Et galea hirsuta compta Lupina iuba.* Itaque audent nonnulli deducere nominis eiusdem etymõ ἀπὸ τῆς γαλέης, id est, *fele* vel *mustella*. Tandem verò in vsu fuerunt æneæ galeę, quales Liuius & Dionysius agnoscunt, & ex quauis alia materia conflatę. Plutarch⁹ in Camillo: ἐχαλκεύσατο κράνη τοῖς πλείστοις ὁλοσίδηρα καὶ λεῖα ταῖς περιφερείαις, ὡς ἀπολισθαίνειν ἢ κατάγνυσθαι τὰς μαχαίρας, *Fabricatus est galeas plerisque ferreas & leues in ambitu, vt gladij aut laberentur in iis, aut frangerentur.* At enim propter veterem vsum retentum nihilominus vetus nomen vt indicat Eustathius Iliad.γ. his verbis: τὸ δ' ὄνομα οὐκ ἐξελελοιπεν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐξ ἄλλης ὕλης ἔρυμα τῆς κεφαλῆς, κυνέη καλεῖται διὰ τὴν παλαιὰν χρῆσιν καθ' ἣν τὰ ἐν σιδήρῳ ὅπλα χάλκεα φαμὲν, διὰ τὸ ἀρχαῖον, *nomen nondum defecit: sed & ex quauis alia materia factum capitis munimentum ob veterem vsum vocatur κυνέη, iuxta quem pariter cusa ex ferro arma dicimus ænea.*

Galerita auis, à galero est appellata. Eadem dicta Alauda Gallico vocabulo, *vt scribit Plinius lib.11.cap.37.* Addit etiam legioni nomen dedisse. Hinc Cicero ad Atticum: *Antonius cum legione Alaudarum ad vrbem pergit.* Varro eadem deriuatione galericum appellat, quod apicem habeat in capite, Græci κορυδαλὸν & κορυδαλλὸν, Gellius *Cassitam*. Mira eius auis est commendatio aduersus colicum morbum apud Plinium *lib.30. cap. 7.* Ait enim *efficacissime sanari, si assam cibo sumant*, id quod sæpe se expertum testatur Ætius, qui eam dabat in simplici iure decoctam, vt & Paulus ex Ægina Medicus, cuius verba sunt hæc: Κόρυδος ἢ κορυδαλ-

ἢ κορυδαλλὸν, τὸ ὄρνεον ἑψόμενον σὺν λιπῷ ζωμῷ τοῖς κωλικοῖς ὠφελεῖ. Idem affirmat Galenus *simpl. medicam. libr. 11.* Dioscorides *libr. 2. capit. 59.* vbi in textu reponendum κωλικοὺς, cùm antea legerent κοιλιακοὺς, idque ex Galeno, Aëtio, Plinio, qui hæc vnanimi consensu tradiderunt.

Galilea fertilissima regio ad Tyberiadem & stagnum Genezareth, in tribu Zabulon, quam mediam ferè fluuius Iordanis è Libani radicibus delapsus findit, vicis iuxta & claris oppidis frequens, & cuius crebra fit mentio in Euangelio, appellata eo nomine videtur quasi גליל circulus à גלל voluit in gyrum. Partem eius occiduam Phœnicia excipit. Ab ortu terminatur Syria illa, quam ob demissam à montium decliuitate planitiem Cœlosyriam vocat. Versus meridiem Samaria & arenosis Arabiæ locis terminatur. Et quoniam veteres regionem totam diuiserunt in superiorem & inferiorem, sciendum superiorem, quæ fontes Iordanis habet, Galilæam gentium dici, quoniam extima sit Palestinæ, etiam ipsis Syris contermina.

Galli, Cybeles sacerdotes, à Gallo fluuio nomen arcessunt, apud quem Deę istius Orgia agitare solebant, *vt etiam Festus docet*, Semiuiri dicti, quòd, qui ex eo Phrygię fluuio bibisset, adeò is furere inciperet, vt seipsum castraret, virilibus seu testiculis Samia testa exsectis, *vt scribit Plinius*, neque aliter citra perniciem. Idem auctor approbat adductum à nobis etymon, vt & Ouidius cum Martiano. Poëtæ verba, si quis forte desideret, sunt hæc:

Cur igitur Gallos, qui se excidere, vocamus?
Cum tantum à Phrygia Gallica distet humus?
Inter, ait, viridem Cybelen altasque Celœnas
Amnis it insania nomine Gallus aqua.
Qui bibit inde, furit: Procul hinc discedite, queis est
Cura bonæ mentis: Qui bibit inde, furit.

Obscœna & turpia in sacris ab illis iactari solita testatur Herodianus *in Commodi historia.* Sunt & Galli incolæ Galliæ nomen trahentes, teste Mãtuano, à corporis candore lac referente, quod dicitur γάλα. Ait enim:

Ignea mens Gallis, & lactea corpora, nomen
A candore datum.

Gambriuij Germaniæ populi, quorum Tacitus meminit in sua Germania, à Gomer creduntur orti & dicti, suntque eidem cum Cimbris, Danis & Holsatiis.

Gandauum vrbs omnium ciuitatum Flandriæ amplissima, ante Cæsaris aduentum (quod plerique existimant) Oduæum vel Clarina, deinceps Gaida, ab ædificio aut castro ibidem exstructo, tandem à Vandalis creditur sortita nomen *Bant.* Id postea in *Gand* & *Gena* est demutatum.

Ganges fluuius, omnium toto orbe maximus creditus quibusdam, ab Imao delapsus, inde decem & nouẽ magna ex parte nauigabilibus in se fluminibus receptis, alicubi lacus verius, quã fluuius, latitudine quippe centum stadiorum patescens, nusquam angustior VIII. millibus passuum, nec altitudine vsquã minore, quam passuum XX. auctore Plinio, suum nomen trahere videtur Isidoro à Gangaro Indiæ rege, fide tamen admodum incerta. Nec minus incertũ, an cũ eo idẽ sit Physon, quẽ literæ meliores profluere produnt ex Paradiso, etiamsi hactenus id creditum sit. Sunt ex Græcis, qui Danubiũ esse existimant, crassissimo errore. Ex Hebreis nonnulli assignant Ægypto, quos inter Aben Ezra. Sed enim quòd Physon Ganges non sit, argumento videtur esse, quòd scriptura prodat eum terram Chauilam penetrare. At hęc ea, quæ ab Historicis dicitur Cabalia in Mesopotamię confinio hęrẽs, quã proinde vnus ex fluuiis Heden permeat. Scribit & Procopius esse Mesopotamię vrbẽ, cui nomen est Physon, quæ forte ab eo fluuio sortita est nomen. Adeo incerta sunt omnia.

Gangrana

Gangrena, quæ *teste Galeno libro de tumoribus* præter naturam, inflammationibus succedit, & mortificatio quædam est partis affectæ & nisi curetur celerrime, vsque adeo extabescere facit membrum, quod occupauit, vt etiam alias partes continuas inuadat hominemque perimat, παρὰ τὸ γραίνω, quod *comedere* significat, deducit nomē. Est autem Gāgræna non perfecta νέκρωσις, sed fit adhuc, sic tamen, vt nisi opportunè succurratur, non modo pars affecta, sed & aliæ vicinæ partes totusque homo denique intereat. Cùm verò partes affectæ penitus sensu sunt destitutæ, non iam γάγγραινα, sed σφάκελος appellatur.

Ganymedes, quem raptum fabulantur à Ioue per aquilam, non quidem volucrē, sed bellicam prædam, *vt scribit Fulgentius* à verbo γάνυμαι vel γάννυμι, quod lætari significat, originem ducit. Rapto enim eo lætatus est Iupiter, qui perditè eum amabat. Factum autem hoc volunt ad Priapeni & Cizyceni agri fines in loco, quem ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, id est, rapiendo, Harpagiam nominarunt, *teste Strabone*. Quamuis alij existiment, eodem auctore, iuxta Dardanium promontorium id cōtigisse. Sed in quem finem hic raptus? Vt (quia pulcherrimus erat) Ioui esset à poculis, & loco Hebes nectar ministraret, inuita etiam Iunone. Itaq; Eustathius ad eū Homeri locū in quo rapti Ganymedis mentionem facit, scribit hoc modo: ᾠνοχόουν παρὰ τοῖς παλαιοῖς εὐγενέστατοι παῖδες, ὡς ὁ τοῦ Μενελάου υἱός. Σαπφὼ δὲ ἡ καλὴ τὸν ἐρμῆν οἰνοχοεῖν φησὶ θεοῖς, ἐμφαίνουσα τῷ μύθῳ ἐλλέγως χρῆναι προβαίνειν τὰ συμπόσια. Et paulo post: ἡ δ' αὐτὴ Σαπφὼ ἐπαινεῖ καὶ τὸν λάριχον ἀδελφὸν αὐτῆς ὡς οἰνοχοοῦντα ἐν τῷ πρυτανείῳ τῆς Μιτυλήνης. καὶ Εὐριπίδης δὲ, ὃν κατάχρυσον δίφιλος εἶπε, λέγεται οἰνοχοεῖν Ἀθήνησι τοῖς καλουμένοις ὀρχησταῖς. Versus Homeri de Ganymede sunt tales:

ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων,
τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν,
κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.

Alij aliter accipientes hanc fabulam & ad diuinam referentes naturam, intelligunt per Ganymedē virum prudentem, eumque à Deo amari, & proinde dictū ab ἀγᾶν, νοῦ & μῆδος, quod valde consilio polleat. Ad quā sententiā accedit Xenophon in Symposio. Neq; hinc abludūt, qui ἀπὸ γανυρῶν μηδέων, id est, *lætis consiliis* trahūt. At qui Iouē παιδεραστίας insimulāt, illi per μήδεα intelligunt pudēda. Verum hic manum de tabula.

Gargaros Græcè, Latinè *Gargarus*, & numero plurali *Gargara* Idæ montis cacumen, *teste Macrobio*, item *Strabone*, & *Plutarcho libro de montibus* Stephanus γαλάργας appellat) à copia aquarum arcessere videtur, vt & eiusdem nominis vrbs ad Idæ mōtis radicem sita, quē fœminino genere lyrici carminis scriptor Alcmā enūtiauit Nam γαργαρίζειν Græcis & Medicis est humectare. Quomodo iubēt gargarizare, id est, guttur aqua colluere, *vt est apud Aetium, Oribasium, Celsum, Plinium*. Conuenit cum hac coniectura nostra Homerus, cùm totū hunc montem multis fontibus irriguum πολυπίδακα vocat.

Garum, quod est liquamen ex piscibus sale maceratis, ita dictum, quod confectum primum fuerit ex pisce, quem γάρον vocant. Et quamquam iam ex infinito genere piscium fiat, nomen tamen pristinum retinet, à quo initium sumsit. Isidorus ex Plinio hōc habet, qui vidēdus *ca.7.lib.31.* Dioscorides nominat γάρον, Arabes Muri, siue Almuri.

Gaudium ἀπὸ τοῦ γαυριᾶν dictum, ait Festus, eaq; vox *gestire* & *exsultare* significat. Est quippe animi affectus ex præsentis alicuius boni opinione procedēs, qui spiritus vitales adeo resoluit, vt extrinsecus etiam sui quasdam non obscuras exhibeat notas. Sūt, qui idē nomē cū verbo *gaudeo* deflectunt, παρὰ τὸ γαίειν, quod irridere & insultare significat. Sintne illi anteponendi an postponendi Festo, aliorum hic iudicare.

Gaza

* *Gaza.* primùm locus est siue repositorium pecuniæ, auri, argenti, vestium & aliarum rerum preciosarum, Hebr. גנז *Ganaz*, in regimine plurali, tátùm vsurpatur, & ter reperitur in V.T nempe Est. 3.9.& 4.7.Ezech.27.24. à verbo *Ganaz*, id est, thesaurizauit, reposuit in gazam cui affine est verbum כנס *Canas*, id est, collegit & verbum גנב *Ganab*, furatus est, clam subtraxit Gaza nonnullis Persica vox est, & Pomp Mela, *Gazam* (inquit) *Persa ærarium vocant*: vnde גנזכים *Ganzekim*, gazæ custodes dicti sunt, qui thesaurarii vulgo dicuntur. Secundo, pecuniam ipsam in thesauro vel ærario positam significat gaza metonymicè, inprimis regiam, teste Curtio, lib. 3. *Ante Solis ortum pecuniam regiam (Gazam Persæ vocant) cum preciosissimis rerum efferri iubet.* A quo sensu γαζοφυλάκιον oritur, παρὰ τὸ φυλάττειν τὴν γάζαν, pro arca, in qua, præter alias res preciosas, potissimùm pecunia reponitur, asseruatur, & custoditur. Tertiò, diuitias vox גנז *Ganaz*, vel γάζα denotat, teste Hieronymo in Esai.39 his verbis: *Gaza, Persarum linguâ diuitiæ nuncupantur: nec est Hebræus sermo, sed barbarus.* Et Pagninus, *Gaza* (inquit) *quicquid possidemus significat.* Hoc sensu *gaza* à Poëtis & Oratoribus Latinis passim vsurpatur. Vnde Horatius, Arabum gazas. Dixit pro diuitiis vel opibus cumulatissimis, prout Arabum esse solent, non sine prouerbii specie: & Cicero 2.Offic.de Macedonum gaza locutus, diuitias vel opes eorū intellexit. Denique Gazæ nomine apud Chaldæos & Syros Tabulæ publicæ significantur, vt docetur Esdr.5.17.& 6.1. vbi per גנזים *Genazim*, siue גנזיא *Ginzaia*, non vestes, pecuniæ vel opes, sed tabulæ publicæ, γράμματα δημόσια, siue γραμματεῖον vna voce Græcis; intelliguntur. Hinc Vatablus, rationum libros, qui tabularum istarum velut species sunt, interpretatur: & Tremellius ביה גנזי מלכא *béth-ginzé-malca*, id est, domum gazarum regis, reddit *tabularium regis*; ac si bibliothecā dicas. Duplices olim bibliothecę fuerūt: aliæ, in quibus seruabantur libri ad eruditionem spectantes: aliæ, in quibus reponebantur libri pertinentes ad rem numariam, qui rationum Libri vulgo, Ciceroni codices accepti & expēsi, siue rationarii vocantur.

Gazaron Philistæorum ciuitas, iuxta quam fortiter pugnans occubuit Iudas Machabæus, nomē habet à גזר, quæ vox *discindere* & *dissecare* significat.

Gazophylacium. Vide Corbona.

Gedaliah, vir illustris, quem Nebucadnezar ciuitatibus Iudææ præfecerat, nomen haber à גדל *euexit, magnum fecit.*

Gedanum hodie *Dantiscum*, à Gethis seu Gothis dici affirmat Conradus Celtes Poëta non contemnendus, atq; adeo Codanum vult appellatum sinum, quasi Gothinum.

Gederoth ciuitas prope castellum Emmaus duorum miliarium spatio dissita Hierosolymis, & sepimento cincta, descendere videtur à גדר *circumsepiuit*, vel *materia circumdedit*. Nam גדר vel גדרה est *sepes*, aut *sepimentum.*

Gehenna Hebraice גיהנם, apud Rabinos גהנם vocis etymologiam accepit à valle *Hinnom*, quod nomen procul dubio olim eius fuit, ad quem eius vallis possessio pertinebat. Et quoniam in ea idolo Moloch filios suos offerre solebant Iudæi, magno cum tympanorum strepitu, ne flagrantium puerorum querulas voces exaudirent parentes, dicta eadem est & vallis Tophet. Sed locum istum postea contaminauit & detestabilem reddidit rex Iosias, proiectis eo & congestis ossibus & cadaueribus. Hinc vsurpari cœpit Iudæis pro loco damnatorum seu inferno, qui & alia diuersa nomina habet apud Hebræos. Christus ipsemet eo retulit nominis significationem *Matth. 5. 10. 18. 23. Marc. 9. Luca. 11.* & post Christum Rabbini, qui Gehinnam vocant locum, vbi impii puniūtur post mortem. Addit tamen Elias Leuita locum illū propriè olim significasse lo-

cum immundum seu vallem Ben-Hinnom, in qua filios exurebant Molocho. Prophani huius ritus aut sacrificii fit mentio 2. *Paralip. cap. 28.* quem digito tantùm monstrare volui.

Gelasinus dictus Democritus, *teste Suida*, idque ἀπὸ τοῦ γελᾷν, id est, *ridendo*. Vt enim Heraclitus hominũ miserias deflere, ita Democritus eorũdẽ ineptias deridere solebat. *Seneca de tranquill. vita.* Democritum potius imitemur, quàm Heraclitum. Hic enim, quoties in publicũ processerat, flebat, at ille ridebat. Gelasini etiam dicti dentes anteriores, quos ridendo ostendimus.

Gelu dictum existimant ἀπὸ τοῦ λύειν τὴν γῆν, *quod terrã soluat*. Sed enim stringitur eo terra, vtque caloris est soluere, ita est frigoris contrahere. Nihil ergo dicere videntur, nisi antiphrasin etymo subesse velint.

Gemma. Gemmæ vocatæ, *inquit Isidorus*, quod instar gummi transluceant.

Gemoniæ scalæ, locus scilicet in vrbe Roma, ad quem damnati vnco trahi solebant, à gemendo sunt dictæ. Tranquillus: *Nemo punitorum non in gemonias abiectus, vncoq; tractus.*

Gena, γένειον Græce, à gignendo nomen arcessit, quòd barbam gignat.

* *Genealogia*, Hebr. יחש *Iachas*, prosapia, series. & supputatio ab origine generationis, Nehem. 7. 5. à verbo יחש *Iachas*, recensuit se per genealogiam, cẽsuit familiã suam, numerauit se per originem generationis &, prosapiæ. γενεαλογία, Græcis, id est, λόγος περὶ γένους, sermo de genere seu maioribus. Aliis γενέσεως λόγος, generationis consideratio & descriptio. Originem stirpis & prosapiam Latini appellant.

Genesareth lacus seu mare Galilæum descendit a גן & שר, id est, *horto & principe*. Ista enim regionis pars admodum erat amœna & instar loci Thessalici, quẽ Tempe vocant Poetæ. Dictur & ab nomine mare Tiberiadis à Tiberiade oppido, quod Herodes tetrarcha exstructum nomine Tiberii donauit. Habet in latitudine 40. in longitudine stadia 100. Nihil circa eum effœtum aut sterile, at vndique vites, nuces, oleæ & palmæ, propter singularem loci fertilitatem. Influit in eum Iordanis, inde longo tractu in locum Asphaltitem, vbi aquas laudatas perdit.

Genesis, siue hac voce librum intelligas, in quo continentur creationes & rerum principia, siue qua aliquid condimus & efficimus legibus præceptisq; Dialecticæ conueniens, ἀπὸ τοῦ γίγνεσθαι, quod est fieri seu nasci, arcessit nomen. Quipe nouum opus procudit arti. Ita in syllogismorum structura tria necessaria esse monent Dialectici, nempe τῶν συλλογισμῶν γένεσιν, τὴν προτάσεων εὐπορίαν, καὶ ἀνάλυσιν, quod scire oporteat, ex quibus & quomodo syllogismi fiant, tum copiam habere earum rerum, ex quibus fiunt, & denique, cum facti fuerint, tenere rationẽ, quomodo id, quod est conclusum, dissoluatur in suos fontes. Ita vt Genesis, quæ nihil aliud, quam syllogismorum compositio est, resolutioni contraria sit.

Genius inter Deos selectos vnus, *vt quidam volunt*, à generando nomen suũ obtinere videtur. Sed non omnes idem de eo. Sunt enim, qui cuique loco suum ascribunt; sunt qui cuique homini suũ asserunt. Augustinus Deũ esse dicit, qui omnium rerum gignendarum vim habeat iuxta prophanam veterũ opinionẽ, quamquam Varronem affirmare dicat, genium esse vniuscuiusque rationalem animum. Festus Pompeius cum Augustino facit, vterque verò à gignendo deriuat. Quare & Censorinus, qui hunc nobis assiduum velut obseruatorem appositum dicit, vt & Plutarchus Menandrum dixisse refert ἅπαντι ἀνδρὶ δαίμονα συμπαραστατεῖν εὐθὺς γενομένῳ μυσταγωγὸν τοῦ βίου, appellatum dicit, siue quod vt generemur curet, siue quod vna gignatur nobiscum, siue quod genitos suspiciat ac tueatur. Quin veteres vnicuiq;

cuiq; homini duos tribuebant genios, ſicut angelos nonnulli ex noſtris Theologi, Baſilius inprimis aduerſus Eunomium. Vnum ex his bonum, alterum affirmabant malum, quem Empedoclem Terreſtrem appellaſſe crediderim apud eundem Plutarchum his verbis: διττάς τινες ἡμῶν ἕκαστον παραλαμβάνουσι καὶ κατάρχονται μοῖραι καὶ δαίμονες, ἐνθάδε χθονίη τε. Idem vult Seruius ad illud Virgilii: *Quiſque ſuos patimur manes*, quando ait: *Cum naſcimur, duos Genios ſortimur, vnus, qui hortatur ad bona, alter qui deprauat ad mala, nec incongruè dicuntur Genii, quòd cum vnuſquiſque genitus fuerit, ei ſtatim obſeruatores deputantur.* Celebratur & illud Menãdri: δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται εὐθὺς γινομένῳ. Arianus in Epictetum etſi non ſtatuat duos vnum tamen cuique proprium Dæmonem peruigilem & incorruptum aſſignatũ docet hoc modo: καὶ ἐπίτροπον ἑκάστῳ παρέστησε τὸν ἑκάστου δαίμονα, καὶ παρέδωκε φυλάττειν αὐτὸν αὐτῷ, καὶ τοῦτον ἀκοίμητον καὶ ἀπαράλογιστον. Simulacrum Genii (ne & illud omittã) interdum ſerpentis imagine effingebatur, interdum puerili, iuuenili, ſenili forma. Coronabatur Platani foliis, reſque illi ſacra fiebat floribus & mero, cuius rei cauſſam explicant Cenſorinus & Varro. Geniales lecti, qui puellis nubentibus ſterni ſolebant, vel à Genio, vel à liberis generandis traxerunt nomen. Ab eadem origine genitalia corporis, partes verẽdæ & genitores, vocabulum deducunt. Tandẽ nota tanta ſuperſtitione veteres coluiſſe principum genios, vt & templa illis erigerent, & per eoſdem ſanctiſſimum iuſiurandum conciperent. Vlpianus *l.14.§.5. de iureiur. Si quis iurauerit in re pecuniaria per genium principis, & peierauerit, Imperator noſter cum patre reſcripſit, fuſtibus eum caſtigatum dimitti.*

Gentiana herba nomen ſuum habet à Gentio rege Illyrico, qui eam inuenit, *teſte Dioſcoride lib.3.cap.3.* Agnoſcit & Iſidorus nomen ei datum ab inuentore, ſicut Centaurio à Chirone Centauro, Artemiſiæ ab eiuſdem nominis regina, & pluribus aliis herbis.

Genu. quod nihil aliud eſt, quam cõmiſſura femoris & cruris, abſque dubio à Græco γόνυ eſt. Hoc autem Apollonii interpres & etymologici magni auctor dictum volũt, quaſi κόνυ, ἀπὸ τοῦ κονεῖν, id eſt, ἐνεργεῖν: Alii, quod γωνίαν, id eſt, *angulum flectẽdo* faciat, vel ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν γῆν νεύειν, *quod in terram inclinet.* Iſidorus genu vult dictum, quod in vtero genis oppoſitũ ſit lõgè nimis quæſita origine

Genua γένουα Ptolemæo, quam Strabo λιγύων ἐμπορεῖον, id eſt, *Ligurũ emporium* appellat, & quam olim etiam σταλίαν nominatam apud Stephanum eſt legere, non à Genuo fabuloſo Saturni filio, quem aliqui imaginantur, etymon deriuat, at potius (ſi quid rectè coniicere licet in re obſcura) à Iano Genuo Priſco, qui eam ædificauit.

Genubath filius Hadad ex ſorore coniugis Ægyptiaci nomen habet à גנב *clam ſubtraxit.*

Genutia lex dicta eſt, quam tulit L. Genutius Trib. pleb. C. Marcio Rutilo IV. & Q. Seruilio Coſſ. Anno CDXI. vti liceret ambos cõſules ex plebe creari. Fuit & alia Genutia lex clauo pangendo, quã tulerunt ex Senatuſconſulto Cn. Genutius Auentinenſis, & Æmilius Mamertinus Coſſ. vt, qui prætor maximus eſſet, Idibus Septembr. clauũ pangeret. De re iſta in nomine Claui plura ſunt dicta. Quin & L. Genutium Trib. Pleb. cuius iam nunc facta eſt mentio, tuliſſe legem Genutiam, ne quis eundem magiſtratũ intra decẽ annos caperet, nec duos magiſtratus eodẽ anno gereret, idq; eiſdem Coſſ. teſtatur Liuius *libr.7.* Et eam legem repetiit & cõfirmauit inde L. Cornelius Sylla Felix, Dictator & Conſul II. cum Q. Cæcilio Metello Pio. Eodem libro meminit hiſtoriographus Genutiæ legis, *ne cui fœnerare liceret.*

Genuini dentes vocari ſolẽt, quod à genis depẽdeant, *vt ſcribit Feſtus.* Gignuntur iſti in homine anno 20. multis & 80. ſi-

quidem nati non fuerint in iuuentute, *vt ex Plinio didicimus.* κραντῆρες dicuntur à Græcis, Aristoteli σωφρονιστῆρες. Quia vero dētes postremi sunt & nati postremò, ideo Nicādri interpres in Theriacis: κραντῆρες, οἱ ὕστερον ἀναβαίνοντες ὀδόντες παρὰ τὸ κραίνειν καὶ ἀναπληροῦν τὴν ἡλικίαν. Plura qui velit in vniuersum de dētibus Pliniū legat *lib. 7. cap. 16.* Vnū hoc quin tamen addam, non committam, quippe Molares dentes proximos esse genuinis esse & dentes caninos, qui κυνόδοντες sunt Græcis, esse & brochos, dentes prominulos, quos *alchos* appellat Plautus.

Geomantia. Cùm Varro scriptū reliquerit, diuinationis quatuor esse genera, terram, aquam, aërem & ignē, facilè est huius vocabuli originem expiscari. Nam γῆ est *terra*, μαντεία *diuinatio.*

Geographia, quam ex Astronomia & Geometria cōpositam affirmat Strabo, imò ad eam requiri πολυμαθείαν, id est, *multiplicem rerum cognitionem*, nominis etymon trahit ἀπὸ τῆς γῆς, id est, *terra*, καὶ τοῦ γράφειν scribendo.

Geometria Græca vox planè, vt & geomantia. Nam γεωμετρεῖν est *terram metiri.* Huius inuentionem tribuūt multi Mercurio, vt & Musicæ, palæstræ, literarum, & mercaturæ. Græcis equidem pro sua libidine ignota rerum aut artium principia deferentibus suis, aut iis, qui gentilium Deorum numero asscripti sunt.

Georgiani Asiatici populi, alio nomine *Iberi & Albani*, forte ἀπὸ τῆς γεωργίας, id est, *agricultura* auspiciū vocabuli deducunt. Hi vt Christianam professionem sunt amplexi eodem tempore, ita perpetuò deinde & ad nostra vsque tempora cum quibusdam Asiaticis gentibus soli eam retinuerunt. Vnde & infestissimos habent Turcas, qui de nomine ipsorum (*est hoc hodie Georgiā*) Christianos omnes per contumeliam vocant *Graur.* Regio ipsorum est ἴβηρία, quam Ptolemæus etiam Caucasum appellat. Vt rectè moneat Strabo *lib. 11.* Albanos & Iberos Caucasios posse dici, Stephanus videtur ἰλαραυγάτας nominare. A Plinio & Mela dicuntur *Georgi.* Auctor de fluminib. & montibus scribit hanc regionē quōdam πᾶνα vocatā à Pano huic regioni à Dionysio præfecto: Postea iuniores σπανίαν dixerunt, *vt idem affirmat.* Quæ si vera sunt, non erit inutilis & ficulnea Doctorum quorundam coniectura, Hispanos trahere suam originem ex Iberia vel ab hac Spania potius, quam ab Hispalo, vt quamplurimi existimant. Neq; enim ipsimet Hispani suam regionem Hispaliam, sed Espaniam patria lingua vocant quasi Spaniam. Solet enim Hispanicum vulgus, vt & Gallicum, verbis, quorum initialis litera est *S*, vocalem *E* præponere, *vt est manifestum ex Schola, Scala, Scamno, Scuto, Scribere, Studere, & similibus dictionibus.* Eulogius etiam, qui scripsit ante annos septingentos, eandē Spaniam vocat. Quin & Arias Montanus Hispanus natione in Biblico apparatu suo Asiaticam hanc Iberiam in sacris literis sub nomine Thubal descriptā eos dedisse aduenas existimat, qui hinc profecti vltimam hanc Europæ partem occuparunt ad occidentem. Tantum abest vt Iberos ex Hispania in hāc regionem migrasse somniare quis possit cum Prisciano. Hæc ita ab aliis accepta in præsentem locum coniicere volui, ita tamen, vt de iis lubenter aliorum iudicia feram.

Gerariæ naues apud Plautum à gerendis & deuehēdis mercibus dictas si quis neget, non bene sibi cōstabit. Gesoretas, quas vocant naues, easdem cum illis esse volunt, nonnulli. Onerariæ sanè & mercatoriæ quin fuerint, dubitandum non est, quales etiam fuerunt Gerariæ.

Germana appellata est soror, quasi eadem genitrice manans.

Germania. De Germania Europæ regione latissima, quam Tacitus à Gallis Rhætiisq; & Pannoniis, Rheno & Danubio fluminibus: à Sarmatis Dacisque mutuo metu aut fluminibus separatam

ſcribit, olim in vniuerſum aut ſyluis horridam, aut paludibus fœdam, nunc verò Solino vitorùm diuitem, & populis innumeris frequentem, variæ ſunt eruditorum quoad nomenclationis originem opiniones. Recés eſſe vocabulum Germaniæ & nuper additum, ſcribit Tacitus. Quoniam qui primi Rhenum tranſgreſſi Gallos expulerunt, nūc Tungri, nunc Germani vocati ſunt, atque ita nationis nomen, non gentis in tantum eualuit paulatim, vt omnes primùm à victore ob metum, mox à ſeipſis inuento nomine Germani vocarentur. Straboni videtur eſſe nomen Romanū. Sic enim à Romanis vult appellatos, quòd Gallorum eſſent veluti fratres, id eſt, moribus corporibuſque ſimiles. Conradus Celtes à fraterna dilectione dictos exiſtimauit. Nam tale eius eſt carmen:

Germanos vocitant Itali, Graij ſed ἀδελφοὺς
Quod fratrum ſoleant inter ſe viuere more.

Alij inde trahunt, quòd Teutones ſe inuicem olim, vt & noſtro hoc tempore, *Lieben Brudern*, id eſt, *caros fratres vel germanos* nominauerūt. Eſſe autem Teutones Germanos arguit vocabulū *Teutſchland* ab eo nomine deductum. Rurſus alij deducunt à martio & virili virtutis robore, quaſi *Garman*. Eraſmus in ſcholiis ſuis ad Hieronymum τὸ Germanum eſſe exponens, quod Græci γνήσιον appellant, id eſt, *genuinum*, cui contrarium ſit νόθον, id eſt, *adulterinum*: Nec, inquit, abſurdum ſit, Germanorum gentem hinc appellatam videri quos ſi cum reliquis conferas nationibus, minimum fuci plurimum antiquæ ſinceritatis ac fidei, & ruſticanæ, vt dici ſolet, veritatis obtinent. Sunt, qui etiam à certa obſtinataque fide eorum nomen deriuant: Alij (inter quos Iunius) ab honorata militia, quaſi *Geerman*, cōtracta vocis mole in *German*. Aeneas Syluius à germinando vult nominatos; Adeo, inquit, germinauit veſtra natio, vt nomen veſtrum verius à germinando tractum putemus. Ioánes Goropius, felix alioqui in etymis, imo aliquando ridiculus, à cogendo milite deducit, quod *Geren* ſit tātundem Germanis. Hæ coniecturæ quāuis non ſint planè abſurdæ, veræ tamen non ſunt. abſurda eſt originatio eorum, qui inde à Carmanis Aſiæ populis violenter trahūt, vt eorum, qui ad Gerram referūt, vel Italorum guerram, bellicoſos ſignificaturi. Parum ab his abſunt, qui ab Hebræis vocabulis גרים & עני *gerim ani*, quę inopes aduenas ſignificāt, originem ducunt. Peucerus quaſi *Hermenner*, id eſt, militares viros appellatos exiſtimat. Ioannes Teutonicus Decretorum interpres *Diſtinct. 34.* ſcribit hoc modo: *Quorundam Germania à germine dicitur: Eſt enim verum germen nobilitatis.* Adrianus Iunius ipſemet, refert originem longius tractam ad Gomer, qui eſt prognatus Iapeto filio Noachi ſiue Saturni; Ab hoc autem dicti Cimmerij & Cimbri, qui cum principio tenuiſſent interiora Aſiæ loca, pulſi à Scythis, in Scandiam primùm, inde in Cymbricam Cherſoneſum traiecerunt. Sed & eiuſdem triplex propago, nempe, *Aſcknaz, Riphat, Thogarma.* Ab Aſcknaz prodiiſſe vult Scandianos: Ab Riphat Riphæos, id eſt, Sarmatas & Henetos, qui Nomadum ritu vitam degebant in plauſtris: A Thogarma Germanos, vnde & nomen ipſum depēdere videtur. Docto homini vereor tamen aſtipulari, ſicut & illis, qui nomen Germanię natum volūt à Manno primo Tuiſconis regis Germaniæ filio. Quod illa nomina, *Aleman, German, Landſman, Edelman, Buerman, Hoffman*, in regis honorem excogitata dicunt, commentitium eſt, & eandem abſurditatem ſapit. Iunius tamen pro ſe habet Chaldaicam Paraphraſin Ezechielis 38. Vbi enim textus Hebraicus habet בית תוגרמה domus Thogárma, ibi Paraphaſtes reddidit verbis diſertis מדינת גרמניא, id eſt, *prouinciam Germaniæ*. Ego equidem me illis adiungere malim, qui purum putumque vocabu-

lum Germanicum eſſe affirmant, cùm & Tacitus ab ipſis Germanis inuentum atque excogitatum innuat. Vt conflatum videatur ex *Ger* & *Man*. *Ger* veteribus Germanis erat, quod iam eſt *Gar*, id eſt, *prorſus*. Itaque Germanus fuerit dictus, quaſi *Gar-man*, id eſt, *prorſus vel totus vir*. Inde *Gerardus* totus durus, *Gerbrechtus* totus celebris, *Gerbaldus totus celer*. Regio ergo ipſa à Germano Germania. Cum hac coniectura conuenit Alemaniæ nomen, quod ipſi inditum primum ſub Proculo, ac proinde recentius eſſe vocabulo Germaniç ſcribit Flauius Vopiſcus, cum tamen Ael. Spartianus tradat Caracallam Imperat. Alemannici cognomen ſibi ab Alemannis deuictis aſſumſiſſe. Conuenit, inquam, Alemanniæ nomen. Nam *Alman* ſignificat totum virum, aut omnes viros, aut denique colluuiem virorum, id eſt, collectitios viros, *allerley Man*, quaſi hinc inde collectos ex gentibus diuerſis: Quod & Agathius de bello Gothorum *lib. 1.* indicare videtur his verbis: *Alemannis, ſi Quadrato viro Italico fides præſtanda eſt, qui res Germanorum fideliter perſcripſit, aduentitij ſunt, & ex varia hominum colluuione conflati, quod ſanè eorum cognomento præfertur.* Sintne Germani indigenæ an aduenæ, in controuerſiam vocare non volo: Hoc ſcio, deſipere Aben Ezram cum magnis illis viris, ex quorum ore ſe accepiſſe id ſcribit, Alemannos eſſe *Chananæos, qui fugerint à facie filiorum Iſraël.*

Gerræ, id eſt, nugæ dicuntur, à gero. Hinc nugigerulus. Alij trahunt ἀπὸ τῆς γέῤῥας, id eſt, *crate viminea*. Quamquam Suidas neutro genere γέῤῥα refert vt Perſicam vocem. Feſtus ſcribit, cùm Athenienſes Syracuſas obſiderent, & crebro gerras poſcerent, credo vimineas crates, irridentes Siculos gerras clamitaſſe. Vnde factum, vt gerræ pro nugis & contemtu dicantur. Sed & *gerræ Siculæ* in prouerbium abierunt. Forſan ab his congerrones dicti familiares, qui inter ſe nugas confabulando communicant.

Geruli, οἱ μισθοῦ φέροντες, *vt vocat Appianus*, quoſque περιδίνους nominant Attici, Latini *baiulos*, Cicero in quadam epiſtola ad Atticum *Gerones*, à gerendo acceſſunt nomen.

Geſur regio iuxta Cæſaream Philippi in terra Baſan trans Iordanem & vallem bouis ſignificans, deducitur à גיא *valle*, & שור *boue*.

Gibea vel Gibeon ciuitas regia in tribu Beniamin ſita fuit in colle nomini ſuo reſpondens. Nam גבעון *collem* ſignificat *gibboſum*.

Gigantes dicti quaſi γηγενεῖς, id eſt, ex terra nati. Approbat id Orpheus his verſibus:

Οὓς καλέουσι γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν,
Οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίοιο.

Et Ouidius Faſtor. 5.

Terra feros partus, immania monſtra, gigãtes
Edidit, auſuros in Iouis ire domum.

Poſt Saturnum enim regno eiectum fabulantur eos natos Poëtç, & propter inſignem malitiam eiſdem tribuunt anguineos pedes, quod eo ipſo loco nec Ouidius ſilentio premit. Sed & Diodorus per ſerpentem voluminibus implicatum malum interpretantur, præcipuè verò Gigantum genus, quod olim terrarum orbem oppreſſit, imo in cœlites bellum paraſſe legitur. Obtorta itaque hoc modo crura & deluxata quodammodo iniquorum operum indicia ſunt, rectèque illis attribuuntur propter iniquitatem, ſicut econtrario recti dicũtur pedes iuſtorum. Quia verò eidem fortiſſimi erant viri, atque ita protererent robore ſuo, vel potius conficerẽt, quidquid dabatur obuiam, vocant eos Hebræi נפלים, *Nephilim*, quòd cor eorum, qui viderent Gigantes, concideret præ terrore. Chaldaica tranſlatio interpretatur גבורא *Gibbora*, id eſt, *fortes atque robuſtos*, vt & Symmachus vertit. Ad horum ſententiam accommodat ſe etiam Ioannes Damaſcenus ſic ſcribens: γίγαντας ἐνταῦθα τοὺς ἰσχυροὺς τὸ σῶμα οἶμαι λέγειν τὴν θείαν

τὴν θεῖαν γραφήν. Atque hinc legimus, *Gigantem minime saluatum iri in robore suo, vel potius in multitudine virtutis suæ.* Et Chrysostomus: γίγαντας καλεῖ ἡ γραφή, οὐ ξένην πλάσιν, οὐδὲ ξένην μορφήν, ἀλλὰ τοὺς ἥρωας τοὺς πολεμικούς, τοὺς ἰσχυρούς. Theodoretus etiam exponens, quale id genus esset hominum, intelligit τοὺς ἔτη πολλὰ βεβιωκότας, θεομίσεις καὶ ἀντιθέους ἀνθρώπους ex quorundam sententia, quos tamen in eo reprendit, quod non celsiore eos statura reliquo hominum genere fuisse existiment. Idcirco addit: ἡγοῦμαι δὲ ἐγὼ γεγενῆσθαι τινὰς παμμεγέθεις ἀνθρώπους. Ex quibus omnibus apparet, gigantes illos non fuisse, quod aliqui volunt, spiritus prauos, sed homines potius vastę magnitudinis & roboris immensi, dictosque נפלים à נפל, id est, *cecidit*, non quod cœlitus ceciderint, sed quia omnes, qui incidebant in illos de insperato, vastitatem corporis mirati, ac proinde correpti formidine corruerent, *vt Aben Ezra est commentatus.* Vt recte quidem ab hoc terrore & alio nomine אימים, *Emim.* id est, *terribiles* sint appellati, *Deuter. 2.*

Gilgal tantũdem ac reuolutio acerui, à גלל volutauit. Iuxta Gilgal autem inter Iericho & Iordanem Iosuæ castra fixa fuisse legimus.

Gilo oppidum tribus Iudæ, in quo natus est pessimus ille Consiliarius Architophel, nomen habet à גלה *transmigrauit.* Hinc in secunda coniugatione גלה *reuelauit.*

Gingiuæ à gignendis dẽtibus sunt nominatæ, *ait Isidorus.* Factæ autem sunt ad decorem dentium, ne hi nudi horrori potius, quàm ornamento existerent.

Gladius Varroni dictus à clade, quasi *cladius.* Hinc gladiatores, qui, quoniam creditum fuit animas defunctorum sanguine humano placari, ad necem vsque depugnare solebant ad mortuorum sepulcra, primum captiuis ad id destinatis & inter sese commissis, vt penes eos dem esset & facinus & supplicium, inde etiam seruis malo ingenio, ad id comparatis ac institutis. Creuitque tandem eo impietas vt talia gladiatorum spectacula ederentur populo voluptatis gratia. Quinimo tandem munus est nuncupatum, id est, officium, quod se mortuis eo modo præstare arbitrabantur veteres. Ne autem id absque teste proferre videar, Valerij Maximi verba subiiciam ex *cap. 4. lib. 2. Gladiatorum,* inquit, *munus primum datum est in foro boario, Ap. Claudio & M. Fuluio Coss. Dederunt M. & D. Bruti, funebri Pompa patris cineres honorãdo.* Ad Valerium accedit Tertullianus, qui & ipse *libro singulari de spectaculis* ex hac immani & beluina consuetudine munus appellat. Tanta sane eius rei immanitas fuit, vt ab eo horrore matronæ publico edicto submouerentur. Cl. Cæsar ipsemet, licet antea probasset tãdem tamen pertęsus effusionis sanguinis fieri eam prohibuit. Et quoniam funebriũ ludorum vel spectaculorum, in quibus ad vltimum vsque vitæ halitum decertabant, exhibitione, redactos legimus primum quamplurimos ad paupertatem extremam nimia sua profusione, sub Tiberio Senatusc͠osultum est factũ, vt nemini id liceret, qui minus quadringentis millibus in censu haberet. Post aliquot vero ætates Theodoricus Gothorum Rex adeo exosos habuit gladiatores, vt, quantumuis optarent Romani, ludos tamen illos non solum denegauerit, verum etiam prorsus sustulerit. De quorum sublatione inspiciendus etiam Nicephorus *lib. 7. cap. 46.* & lex vn. *C. de gladiator. lib. 10.* Atque hæc ita paucis referre placuit ad communem literaturæ politioris vtilitatem ex *Liuio, Tacito, Dione, Alexandro Neapolitano & aliis,* sumpta occasione à gladio, quo pugnare solebant, & à quo nomen suum acceperant gladiatores. Quamquam enim prima pugnæ rudimenta baculo gladiatorio, cui nomen erat rudi, meditarentur, aliquando etiam certaminis initio inter se rudibus batuerent, præcipuum

tamen

tamen certamen ferro transigebant, idque gladiis, & populo spectante. Quapropter Quintilianus definit gladiatorem *Declam.302.* eum esse, qui in arena, populo spectante pugnauit.

Glauce nympha Nereidū vna, à glauco maris colore est appellata. Idem nomen fuit & filiæ Creontis, quam Iason repudiata Medea ducere voluit, *vt est apud Diodorum libro 4.* Forsan & eius nomen cum re conuenit, vt & Glauci, quā Scyllam amasse fabulantur Poëtæ.

Gleba Isidoro est dicta, quod quasi sit globus. Pulueris enim collectione compingitur, & in vno glomere coadunatur.

Glicia lex, videtur Cuiacio *Obseruat. lib. 14. cap. 14.* arcessere nomen à M. Claudio Glicia dictatore, quod & idem auctor innuit eiusdem operis *lib. 2. cap. 21.*

Glos mariti soror, à Græco γάλως. Vnde Ausonius in monosyllabis Polyxena ad tumulum Achillis mactata περιφραστικῶς dicta fuit *glos Andromachæ*, quod soror esset Hectoris, cui nupserat Andromacha.

Glossa, quæ vox est admodum familiaris & trita studiosis iuris, & propter Accursij glossas, & interpretationem significans, appellationem à lingua habet, quæ Græcis est γλῶσσα. Baldus Iurisconsultus tantum tribuit Glossis *l. hereditas. C. de acquir. possess.* vt comuni opinione putet præferendam: Rectè quidem, si legibus & ratione confirmetur.

* *Gluttire.* In hæc verba Persij, *glutto sorbere*, id est, aut de gluttire, ita Casaubonus eruditiss. Gluttus est pars colli, qua cibi transmittuntur. ficta vox per onomatopeiam: nam *glut* est imitatio soni, quem edit liquor per angustū tramitem meās. Vetus poeta de rustico ebrio:

Percutit & frangit vas: vinum defluit: ansa
Stricta fluit: glut murmurat vnda sonans.

Glossæ Gluttus, βρόγχος. Theocrito βρόχθος. inde gluttire, quod de saliua solet dici. Augustin. de ciuitate Dei lib. 7. *Propter solas saliuas coitur Ianus Deus, quibus partim gluttiendis, partim exponendis sub cœlo palati vtraque panditur ianua.* Glossę, Gluttit, ἐγκάπτη glutto. ὁ λίμβος, gulosus: gall. *glouton.* & deriuata *gloutonnie, englontir.* Vide *Gula.*

Glycerium Chremetis filia ab eo, quod Græcis est γλυκὺ id est, *dulce*, nomen accepit. Sic Gnatho Parasitus ἀπὸ τῶν γνάθων, id est, *buccis.*

Gnatus, id est, *filius*, quasi generatus.

Gnostici heretici, qui de Deo & rerum natura fabulosa, & à veritate aliena multa tradiderunt, dum triplicem filiū summi Aeonis constituerent, vnum qui sit numen incorruptibile, alterum ἔννοιαν, qui ex Bythi lumine secundum hominē sit natus, sitque homo alienus ab omni interitu, & tertium ex primo homine productū, sanctoq; spiritu, quē *fœminā* vocant ἀπὸ τῆς γνώσεως, id est, *præstanti cognitione* nomen suum deriuant, quam illi sibi prę aliis vendicabant, cum tamē superioribus hæreticis vaniores ac turpiores illos affirmet Augustinus. Nec vlla fuit hæresis vnquam, quæ tam diuersis nominibus se venditarit, aut quæ in plures sectas aut particulas abierit. Ab aliis enim *Barbeliotæ* à Barbelo, quem colebant, sunt appellati: A quibusdam *Borboritæ*, nempe à cœno. Est enim βόρβορος *cœnum.* Epiphanius testatur in Aegypto eos dictos *Stratioticos* & *Phibionitas*, Theodoretus *Nausinos.* Alibi appellantur *Secundiniani, Socratitæ, Zachei, Leuitici*, & *Coddiani.* Hæc fere Danæus, qui addit Eusebium scriptū reliquisse, nullum vnquam hominum genus fuisse nomen Christianum profitentium, vnde maiora & plura infidelibus ac gentibus offendicula præberentur, quàm ab istis.

Gog, apud Prophetas, censentibus ita plerisque doctissimis viris, Turcarum est nomen, & à tentoriis, sub quibus viuunt, originem sumsit. Tectum enim Hebræis est גג, vel *potius pars domus superior*, quæ planitiem habebat, vt & hoc tempore in Italia & aliis plerisque orientalibus locis:

Golgoth

Gelgotha reseruatum in textu Latino vocabulum Matth.27.& caluariæ locum significans, dictum videtur Origeni tractatu in Matth 35. a primi parentis Adæ caluaria ibi sepulta, quod tamen fabulosum videtur. Quare & Hieronymus cōtra Theophylactum, Ambrosium ac Athanasium hanc amplectentes traditionem reiicit lib.in Matth.4. Dixerim itaq; nomen datum huic loco, in quo & Dominus Christus in crucem est actus pro totius humani generis salute, ab aliorum hominum caluariis, de quibus hic sumi solebat supplicium. Apud Hebræos enim caluaria dicitur גלגלת *Gulgoleth*, à rotunditate nato vocabulo, quod proinde rectè deducitur à גלל *Galal volutauit* in rotundum, prouoluit, cōuoluit. Hinc κυλίω voluo. Hinc Syriacè גלגלתא *Golgotha caluariæ locus.*

Goliath gigas, quem Dauid confecit, peregrinum significat, deriuato nomine à גלה *gala, transmigrauit.* Bernardus per Goliath intelligit *superbiam*, applicans eam historiam ad mores, sermone de Goliath, Dauide, & quinque lapidibus:

Gomer consummatorem significans dedicat nominis originem verbo גמר, id est, *consummauit.*

Gomor Hebraica mensura (sic enim LXX. reddunt. cum in sua tamen lingua sit חמר *Chomer*) decem Epha seu modios continens, quibusdam descendit à חמר *intumuit* vel *tumulum fecit.* Cum enim Deus iustam & plenam mensuram populo in verbo suo præcipiat ac mandet, exigit nonnullas ad Gomor Ezechielis 44. vbi Græcus textus hoc modo se habet: ζυγὸς δίκαιος, καὶ μέτρον δίκαιον, καὶ χοῖνιξ δίκαια ἔστω ὑμῖν. τὸ μέτρον καὶ χοῖνιξ ὁμοίως ἔστω. τοῦ λαμβάνειν τὸ δέκατον τοῦ γομὸρ χοίνικα καὶ τὸ δέκατον τοῦ γομὸρ τὸ μέτρον. πρὸς τὸ γομὸρ ἔστω ἴσον. Paulò post legitur *decem cotylas efficere Gomor.* Existimant multi eandem hanc esse mensuram cum Coro, atq; hac ipsa voce omnes interpretes reddidisse חמר, exceptis septuaginta, affirmat Hieronymus primo *Commentariorum in Oseam.* Quæ sententia siquidem amplectenda est nobis. Errant profectò, qui decem tantummodo modios eam complecti volunt. Ait enim Hieronymus in Ezechielem 14. *Corum ex triginta constare modiis, & in vtraque mensura rerum tam aridarum, quàm liquidarum principatum tenere.* Astipulatur doctissimus Epiphanius his verbis: ἀληθῶς τοίνυν ὁ κόρος ἐκ τῆς ἑβραϊκῆς διαλέκτου, οὗ καλεῖται χὸρ: εἰσὶ δὲ μόδιοι λ. id est, *Corus igitur sumitur est ab Hebraica loquendi proprietate, vbi vocatur chor: Sunt vero modii triginta.*

Gomorrha ciuitas insignis, vt & Sodoma, quippe quæ regem suum, *teste Scriptura sacra*, habuit, condita olim in omnium fertilissima valle, quam Salinarum vallem dictam fuisse tradit Hieronymus, etiamsi Moses *Genes.14.* nominet עמק השדים *vallem Siddim*, videtur arcessere nomē à verbo גמר quod etiam ad finem deducere significat. Periit enim vnà cum Sodoma, Adama & Seboim, euersa propter peccata, idque sulphure & igne per pluuiam cadentibus cœlo. Conspicitur hoc loco iam lacus Asphaltites seu mortuum mare, quod mare salis est Mosi. Descripsit & lacum istū Tacitus *Annalium 21.* dignus qui consulatur & attentè legatur.

Gonorrhœa, siue seminis per insomnia profluuium notet, quæ etiam ὀνειρογμὸς appellari consueuit, siue ex phlegmatis salsi aut etiam crudi copia oriatur, cùm ex cerebro per spinam dorsi, lumbos ac renes, item ex hepate per venas ad vterum & penem defertur, siue præ retentricis facultatis imbecillitate, vel potius resolutione, aut ex parastatarum inflammatione contingat, siue denique sit defluxus ex fœda illa & virulenta lue Venerea, generaliter nomen trahit ἀπὸ τῆς γονῆς ἢ ἀπὸ τοῦ γόνου, id est, à genitura vel *semine*, cuius quidem crebra admodum excretio fit citra tensionem pudēdi, quæ in priapismo & satyriasi contingit.

Gorgon. Gorgones tantum tres fuiſſe. ſcribunt Ouidius & Hyginus. Eaſdem vnum habuiſſe oculum fingitur ab aliis. Ex his vna nomine Meduſa, cum eſſet à Neptuno violata in templo Palladis, irata Dea capillitium eius in angues mutauit. poſt mutationem quicunque eam aſpiciebant, diriguiſſe dicuntur in lapides, id quod ob admirãdæ pulcritudinis ſtuporem fictum notauit Seruius. Nomen inditum ἀπὸ τῆς γοργότητος id eſt, *truculento aſpectu*, non quia γοργὸς agilem etiam ſignificat Græcis *vt quidam notarunt.* Hinc *Gorgoneus vultus, Gorgonei oculi, Gorgoneus anguis* apud Poetas, & apud Græcos γοργόνειον larua. Quia vero à Perſeo tandem victa fuit Meduſa, finguntur γοργόνειοι ἀστέρες in Perſei ſumma ſiniſtra manu, quarum meminit Pollux *lib.4.*

Gothi, quos Stephanus γότθους appellat, & quos cum Getis eoſdẽ vult eſſe Spartianus in vita Caracallæ, reclamantibus non paucis. Plinius autem Dacis adiungit, vnde ſuum nomen deducant, adhuc lis eſt inter eruditos. Alii quippe Gothos nominatos quaſi *Guthos* (*die Gueten*) id eſt, eximios volunt: Alii, inter quos noſtro tempore fuit Adrianus Iunius, lætam Scandiæ propaginem appellans in ſua Batauia, & eoſdem (credo) cum Getis eſſe exiſtimãs, quos Ptolemæus collocat in Scandia, à cultus diuini ſtudio (quod eſt *Godt thienem*) nomen id natum ſcribunt, ſicut Alemannos quaſi *allerley Man* dictos nonnulli aſſerunt, vt meminimus in Germaniæ vocabulo. Ab his ingens olim clades eſt illata Italiæ.

Gouda Batauiæ vrbs ad Iſelam ſita, quæ intermedia intercipit quidquid Hollandia, Brabantia, Zelãdiaq; mutuis neceſſitatibus ſubmittit, refert vocis originem ad Cymbricam vocẽ *Cuvo* quæ & aggerem foſſę aquagio obductum, & quoque aquæ ductus alueum denotat, *teſte Adriano Iunio.*

Graculus auis, nõ quod gregatim volet, verum à garrulitate potius nomen deducit, vel ipſo Iſidoro teſte.

Gradiuus Mars à gradiẽdo in bello, vel ab haſtæ vibratione, quam Græci efferunt verbo κραδαίνειν, eſt dictus, vel inde, quòd quaſi grandem hunc Diuum ſuſpicabantur, vel denique (niſi fabulas in rebus fabuloſis explicãdis reiicimus) quia ortus ſit gramine tacto flore in cãpis Oleniis à Iunone. Vnde forte corona graminea in re militari præcipuo loco habebatur, quod etiam attingit Feſtus Pompeius. Templum huius elegans & magnum extra vrbem fuit in Appia via, quod à L. Cornelio Sulla reſtitutũ & ampliatum ac ſupra centum columnas erectum ferunt. Iuxta hoc templum erat Manalis lapis, de quo loco ſuo.

Græcia Europæ nobiliſſima regio, totiuſque eruditionis fons & mater, alio nomine ἑλλὰς, apud Euripidem, Sophoclem, Xenophõtem, Diodorum, Ariſtotelem, Platonẽ, generalius accepta voce, quę Ciceroni pro L. Flacco fama, gloria, doctrina, artibus, imperio & bellica laude floruit, Straboni σύμπασα κατοικία βαρβάρων τὸ παλαιὸν, deducere videtur quibuſdam nomẽ à rege Græco, fide tamen incerta. Prouinciæ eius numerantur ſeptem, *Dalmatia* à Delmi maxima eiuſdem ciuitate noto nomine, *Epirus* à Pyrrho Achillis filio, *Hellas* à rege Hellene Deucalionis & Pyrrhæ filio. *Theſſalia* à Theſſalo rege, *Macedonia* à Macedone Deucalionis nepote, *Achaia* à rege Achæo, & duæ in mari, *Creta* videl. & *Cyclades.* Regionis huius totius Chorographus primus fuit Homerus. Montes eius celebriores feruntur, *Taygetum, Lycæum, Parnaſſus, Olympus, Pelius & Oſſa.* Compedes eius dicuntur *Chalcis, Corinthus & Demetrias vrbes.* Alia eius loca ſi percenſere vellem omnia, nimius forem. Vnum id addo, Philippum Macedonem olim totius Græciæ dominium adeptum, prælio ad Chæroneam commiſſo:

Gramen à ſitu dictum, quod ſit plurimorum

morum agrorum: Vnde illud Græci ἄγρωςιν vocarunt, ait Isidorus. Malim eius pace à gradiendo deflexum, pro quo Dioscorides scribit illud ἕρπειν, id est, *serpere*, quod internodiis geniculatis mirifice progredi soleat.

* *Gramen*; γράςις, vel κράςις; quæ vox non solum gramen significat, verum alia quoque pabula iumentorum, maximè farraginem, quæ inter species tritici numeratur. Græca vox Syriaca est putissima גרם siue גרש *garas* cõtũdere: & גרש *gheres* triticum contusum. Casaubonus in 5. sat. Persii. גרם *Garam* Hebr. in frusta & partes minutas comminuit; Gherem frustulum, pars cuiuslibet rei quomodocunq; diuisæ. גרן *Goren*, area vbi grana excutiuntur, horreum quo fruges triturandæ contrahuntur. Hinc Gr. γρανάριον Lat. granarium, Gall *grenier*. & granum, quod non tantum tritici sed cuiusuis farraginis minutas partes significat.

Grallatores. Festus Põpeius ita: *Grallatores appellabãtur Pantomimi. qui vt in saltatione imitarentur Ægipanas adiectis perticis furculas habentibus, atque in his superstantes ad similitudinem crurum eius generis gradiebantur, vtique propter difficultatem consistendi*. Plautus: *Vincerem cervuas cursu, & grallatorem gradu*.

· *Grammatica* apud nos, *Fabio teste*, literatura dicitur: Grammatici *literatores* aut *literati*. Nam quod γράμμα est Græcis, id litera est nostris. Vt ab illis primis artis initiis nomen hæc habet suum.

Grando à granorum similitudine appellatur nonnullis. Sed aliud etymon innuit Festus his verbis: *Grando Gutta aquæ concreta in alto grandiores*. Hãc imbre conglaciato gigni scribit Plinius *lib. 2.*

* *Granum* vide *Gramen*.

Graphium γράφιον, stylus erat, quo scribi solebat in pugillaribus. Hinc *Graphiarium*, id est repositorium & theca stylorum (Græci γραφιοθήκην vocant) quibus ante vsum penicillorum scribere & pingere solebant antiqui. ἀπὸ τοῦ γράφειν origo vocabuli. Nam hoc & *pingere* & *scribere* significat Græcis.

Grassari verbum tota propemodum Grammaticorum schola ab impetu gradiendi deducit. Nam qui ex insidiis eos adoriuntur, qui aliquo arripiunt iter, illos, inquiunt grassatores vocamus. (*Cul. listratus l. capitalium. ff. de pœnis*, tales proximos habet latronibus.

* *Gratia* Latinis dicitur fauor & beneuolentia, qua alium amplectimur, moti aliqua causa, siue in nobis, siue extra nos posita. Hebręis חנן *Chanan* verbum in 1. cõiugatione significat; Gratia affecit, in gratiam recepit, gratificatus est, ex gratia & benignitate donauit, misertus est, benefecit vel contulit beneficia gratis, seu ex gratia. Cùm defectu mediæ radicatis חן *Chan*, gratis effecit, benignè tractauit. Inde חן *Chen*, gratia, fauor, clementia. Græci mutantes ח in γ dicunt γανάω, γανόω, γανύω, dulcifico, lætifico aliquem per gratiam præstitam: γάνυμαι & γανυμαι, Lætor de gratia exhibita: γάρος, volupias, lætitia gratiosa. Græcis Gratia χάρις dicitur à χαρίζομαι, quod est gratificari alicui.

* *Gratitudo*, virtus qua quis benefactori se gratum præbet, idque varia ratione, Hebr חסד *Chesedh*, & *Chasidh* beneficus. Ciconia item *Chasidha*, i. benefica dicitur, quòd parentes senio confectos foueat & nutriat, vnde gratiam referre latinis *Reciconiare*, & Græcis ἀντιπελαργεῖν dicitur Græci gratitudinem non bene exprimunt vna voce. χάρισμα enim donum potius acceptum, quã agnitum & redditum, si de hominibus loquimur (Dei enim Charismata non constituunt erga nos gratitudinem ex debito, sed ex gratia, significat. χάρις de beneuolentia & promerendi studio potius quàm de gratitudine dicitur, & verè est gratia & beneuolus affectus. εὐχαριςία gratiarum actionem sonat, & eam quæ in verbis, non autem in reipsa consistit. Sed dicunt χάριν ἀποδοῦναι, χάριν vel χάριτας ἐκτίνειν, τὸν μισθὸν σωτηρίας ἀποδοῦναι

vt gratitudinis vim exprimant suauissima apud eosdem est compellatio χάριτος. vnde εὐχαρεῖς etiam dicuntur εὐχαριστοί. Nam priorem gratiam referendo nouam excitant. Hinc illud χάρις χάριν τίκτει: ideoque in vera gratitudine spes reposita est maioris boni consequendi. Deinde commendat ipsa qualitas virtutem quæ παρὰ τῆς χαρᾶς originem ducit: quo significarunt veram gratitudinem singulari cum animi lætitia esse coniunctam: ideoque sine molestia & ægritudine animi præstat officium.

Greichgoia. De hac scripsit orationem Dauid Chytræus, cuius iudicium quoniam quamplurimi facio, & iam nuper admodum senex suas illas eruditionis plenas literas ad me dedit, quo vel propter solam literarum communionē cū ignoto homine amicitiam colerer, dabo in medium eius verba, quod huic proposito nostro multum inseruiant. *Nomen Greichgoia*, inquit, *à gente Græcorū ortum esse, similitudo literarum indicio est.* Consedisse autem olim colonos Græcos in Germania, nō mirabitur qui cogitabit proximis annis in Caroli Quinti exercitu Græcos equites Epirotas in Belgico militasse, quorum ducem & vidi ipse, & de statu Ecclesiarum in Græcia & studiorum doctrinæ, ac gubernationis politicæ multa ex illo sciscitatus sum. Est & vrbis Spiræ nomen Græcum. Nam σπεῖρα significat cohortem. Fuit enim locus castrorum & sedes Prætorii, seu aula Constantii Imperatoris, cùm aduersus Alemannos bella iis in locis gereret. Inde Colonia Græcorum militum de Imperatoris cohorte deducta putatur in feracissimum illum Greichgoiæ agrum Neccaro & Rheno & iugis Herciniis conclusum, qui à nouis colonis Græcis γραικῶν γαῖα seu *Greichgoia* nomen acceperit. Probat quoque Andreas Althamerus in Tacitum scribens, *Germanos olim, sicut & Gallos, non ignaros fuisse linguæ Græcæ, quod populare ipsorum idioma eiuscemodi vocabulis etiamnum redundet, exempli gratia, Thier* θὴρ, *fera: Thuer* θύρα, *ianua: Vber* ὑπὲρ, *super: Rack* ῥάκος, *vestis: Freuuen* εὐφραίνειν, *gandere: Mule* μύλη, *mola: Faul* φαῦλος, *vitiosus:* βρῶτος, *Brot panis:* σχίζα, *Scheidt fissura ligni, & cetera id genus alia.* His suffragatur VVillichius *in commentariis suis ad Tacitum*, cum annotat Græcas literas Germanis fuisse familiares, eosque circa tempora Caroli Magni Anno 800. Post Christum natum Græcis scripsisse literis Germanicas voces, adeo vt omnes rationes & acta Græcè vsque tempora Cæsaris Rodolphi Habspurgensis exararent hac ipsa lingua, cùm demum cœperunt vti elementis Latinis. Addit & prope Prussiam gentem quandam, quam vocant *die Bockheyligen* vsam fuisse hac ipsa lingua, verum corrupta.

Gruningha Frisiæ oppidum, quod Ptolemæo *Phileum* dici putatur, à Gruno conditore aut Grunibus populis nomen deriuare credunt nonnulli.

Grunlandia, vel, *vt Olaus scribit, Gruntlandia* ab eminente arena est nominata eodem censore, vel, *vt aliis placet*, ab agrorum viriditate.

* *Gula*, propriè fistula colli interior constans ex carne & neruo, per quam cibus & potus in ventriculum defluit: οἰσοφάγος. Plinius eam describit lib. 11. cap. 37. figuratè, pro voracitate, & nimio delicatorum ciborum appetitu: λαιμαργία. Hebr. לוע *loha*, à verbo *laha*, vel *loha*. id est, degulauit, per gulam consumpsit, liguriuit, abliguriuit, liguriendo absumpsit. Idem quod עלע *Illeha*, deglutiuit frequēter. Cognationem habet cum בלע *balah* absorpit, ad quas voces *Gula* per metathesin euidenter alludere & referri videtur. Hinc λιχνεύω, λιχνάομαι ligurio, καταλιχνεύω abligurio, λιχνεία ingluuies, λιχνὸς gulosus, liguritor. זלל *Zelel*, comessator, gulosus, vilis, sordidus, impurus, gastrimargiæ deditus, qui tantùm delectatur crapula & intemperanti vora-

voracitate. Ponitur in plurali זוללים *Zoloth*, per auxesin pro hominibus sordidis & nihili Psal. 12.9.

Gutturnium vas aquam guttatim fundens ad abluendum & abstergendum manus Hebraicè מַשְׁכֶּה, à *gutta* dictum nemo non videt.

Guttus etiam à gutta. Est enim vas oleum guttatim fundens. Apuleius *oleariam ampullam* vocat. Nobiliores cum ex cornu Rhinocerotis habebāt, vt innuit Iuuenalis, cum alioqui ex bubulo cornu fieri soleret. Sed Varro inter vasa vinaria sacris adhibita & Depestam numerat, & guttum, quo vinum minutatim vel potius guttatim fundebant, quod propter viri auctoritatem recipiendum omnino puto, vt & illud, quod sequitur, quia minutatim fusum vinum sumebatur, à sumendo vas simplum dictum.

Gymnasium Græcè γυμνάσιον (*Paulus vocat* γυμνασίαν) Latinè *exercitatio*, locum hîc significans, vbi athletæ exercebantur vnguendo, fricando, luctando, discum iaciendo, aut simile quippiam agendo, *teste Galeno lib. 2.* de sanitate tuēda, ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν, id est, *exercendo* vocabuli auspicium trahit. Hinc ars γυμναστικὴ dicta, in qua ex instituto Solonis non solùm εὐεξίας gratia, verùm etiam vt essent aptiores ad rem militarem, exerceri solebant adolescentes Grecorum, quam propterea valde commendat Plato *7. de legibus*. Meminit huius artis & Aristoteles in Politicis, tum Aelianus *lib. 4. variæ histor. ca. 15.* cum Stratonem Corragi filium recuperandæ valetudini prēsidium atque remedium. ab arte gymnastica petiisse scribit, in qua cùm longius esset progressus, & se accuratius exercuisset, in Olympico certamine eodem die lucta simul & Pancratio victor est declaratus. Corporeæ istius exercitationis (neq: enim eam hîc tracto, quæ pertinet ad εὐσέβειαν) hæc fere genera censentur, vt primo loco ponatur πάλη, id est, lucta, in qua licebat colluctatorem ἄγχειν, στρέφειν, καταστρέφειν, ἀνατρέπειν, ὑποσκελίζειν, λακτίζειν, ἐγκονίζειν, capitibus inter luctandum collatis: hanc sequatur, παγκράτιον, quod erat σύνθετον ἐκ πάλης καὶ πυγμῆς, sicuti Nicephorus Gregoras apud Synesium notat, id est, compositum quid ex lucta & pugillatu, imò certaminis genus, in quo magna contentione & omnibus (quod aiunt) neruis decertabatur. Licebat enim eo τὰς χεῖρας ἀνατείνεσθαι, quod etiam luctatorum est: Licebat pariter παίειν ἀλλήλους ὀρθοστάδην, quod vtique proprium est pugillum. Pancratium subsequitur pugillatus πυγμὴ Græcis. in quo cestibus pugnabant. pugillatum δρόμος, id est, *cursum*, cui adde ἅλμα *saltum*, δίσκευμα *disci iactum*, ἀκόντιον *iaculum*, στάδιον *stadium*, δίαυλον *cursum reciprocum seu duplicatum* obeundi scil. stadium, & mox redeundi, δόλιχον *curriculū spatij cōtinentis stadia duodecim*, ὁπλίτην *armatum saltationem* (sic enim nominat Scholiastes Aristophanis) intelligo Pyrrhicham ὄρχησιν, de qua multa apud auctores probatos. Solebant ἀκροβατίζειν, id est, *summis pedibus ingredi, manibus in sublime tensis & retro agitatis*, item ἐκπλεθρίζειν *prorsum & retrorsum currere in plethro*, σκιομαχεῖν, id est, *vmbratili armorum pugna exerceri*, ἀκροχειρίζεσθαι *summis manibus concertare*. Vt nihil interim dicam de equitatione, venatione, ambulatione, chorea. vocis modulatione, frictione & lectione. Iam autem ab his exercitiorum locis, quæ occludi solebant in publico luctu, scholæ dicuntur gymnasia, quod in iis exerceantur ingenia: Qualia tria fuisse accepimus Athenis, Lyceum, Academiam, κυνόσαργες. In Lyceo dispu tauit Aristoteles, post Aristotelem Peripatetici, in Academia Platonici, apud Κυνόσαργες exercebantur pueri, quos vocabant nothos.

Gymnici ludi, qui exhibiti primum fuerūt Romę in ędilitate Aemilij, Scauri, *teste Valerio Maximo lib. 2. c. 8* videntur aliquibus appellati à nuditate (γυμνὸς enim significat nudum) eo quod ludentes

corpora nudarent, aut ſaltem veſtes exſuerét, vt ita ad certamina expeditiores forent: Aliis ab exercitatione corporis, quod *τὸ γυμνάζειν* ſignificat. Iſtorum agonum diſtinctio apud nonnullos eſt talis, vt quidam *βαρεῖς*, id eſt, graues dicantur, alij *κοῦφοι* ſeu leues: In his curſum & ſaltum, in illis luctam, pancratium, & pugilatum numerant. Locus, in quo dabantur, apud Iſidorum gymnaſium eſt, de quo paulò ante non pauca nec contemnenda.

Gymnoſophiſtæ Indię Philoſophi nudi vagantes per opacas ſolitudines, atque ita toleraniiam exercentes, in maximo olim honore apud ſuos, *ἀπὸ τοῦ γυμνοῦσθαι* appellationem habent. Præclaram & ſatis prolixam de eorum inſtitutis, moribus, ſtudiis exegeſin vide apud Strabonem *lib. 15.* Conſulendus pariter Plutarchus in vita Alexandri Magni, vbi exſtat Calani gymnoſophiſtæ hiſtoria, qui ſe ſuper lignorum ſtruem reclinans de more gentis iſtius, vbi iam ignis appropinquaret, ne ſemel quidem commouit, ſed habitu illo, quo recubuerat, ſeruato ſeipſum ſacrificauit: Quale ſpectaculum & alius Indus tempore Cæſaris, *eodem Plutarcho teſte*, de ſe Athenis exhibuit.

Gynæcium vel Gynęceum, *vt malunt alij*, Græce *γυναικεῖον*, locus, in quo mulieres verſantur, dum ſe amiciunt, comunt, fucant, *ἀπὸ τῆς γυνῆς* obtinuit nomen.

H.

H*Abakuk* amplexatorem ſignificans deriuatur à חבק *amplexus eſt.*

Habenæ, inquit Iſidorus, ab habendo dictæ, quod iis equos habeamus, id eſt, teneamus. Vnde & equi habiles dicti.

Hadad inimicus Salomonis *1. Reg. 11.* & dilectum ſignificans cognationem habet cum דוד *Dodh*, id eſt, *amico.*

Hadrianus vel *Adrianus* ab Hadria vrbe ſuum obtinuit nomen. Nam hinc maiores ſuos eſſe oriundos ipſemét, *teſte Aelio ſpartiano*, prodidit in ſyluis vitæ ſuæ. Huius Cæſaris Natalitij ludi celebrari ſolebant ad IV. Kal. Nouembris, vt Titi Cæſaris ad IX. Kalēd. Ianuarij. Neruæ IV. Kal Decemb. Antonini ipſis Kal. Aprilis, Conſtantini Magni ad IV. Kal. Ianuarij.

Hadrianopolis, *ἀδριανούπολις* Ptolemęo, quæ prius *Vſcudama* eſt dicta, *vt prodit Ammianus*, & *Oreſta*, vt Lampridius, Thraciæ vrbs eſt, *& teſte Tzetza Chil. 8. nu. 47.* ab Hadriano Imperatore nomen accepit, quamquam & Aelia audiuerit ab eiuſdem prænomine.

Hæmatites quia rubore ſanguini reſpondet, qui Gręcis eſt *αἷμα*, hoc eſt nomine donatus. Eſt autem gemma, & inuenitur in Aethiopia, tum in Africa & Arabia. Promittebant de ea Magi abſtruſum quid ad coercendas Barbarorū inſidias. Facit etiā inſita quadam vi ſua ad reſtinguendum ſanguinem.

Hæmorrhagia generaliter *quilibet ſanguinis fluor*, ſed ſi per ſe ponatur non adiecta particula, vnde effluit ſanguinis è naribus profluuium, cùm ille confertim fluit, à verbo *ῥαγῆναι* quod apud Hippocratem cum impetu prodire ſignificat, nomen acceſſit.

Hæmorrhois vel *Hæmorrhous*, cùm Gręcè dicatur *αἱμοῤῥοὶς* & *αἱμόῤῥοος* per ſynæreſin *αἱμόῤῥους*, ſerpentis eſt genus, ex eo dictum, quod quicunque ab eo percuſſus fuerit, ex eius corpore, diſſolutis venarum commerciis, quidquid eſt animæ per corporis meatus, effluente ſanguine, eliciatur. *vt & Solinus refert.* Aelianus habitare eam affirmat in cauernis petroſis & longitudine æquare pedem inſtar Ceraſtæ. Color illi ſplendidus, quandoque cinereus & arenoſus ab Aetio & Auicenna tribuitur. Addit hic Arabs habere dorſum variegatum quamplurimis albis & nigris maculis, collum eius eſſe conſtrictum, & caudam vmbilico tenui incipere. Ibi enim ita ſeſe cōtrahit in arctum, vt reliquam corporis molem velut præcidiſſe videatur ſibi. Sed vt his miſſis ad inſtitutum reuertar, agnoſcere licet ex duobus nominibus

compo

compositū esse huius serpentis vocabulum, si quis resoluere velit, quorum vnum est τὸ αἷμα sanguis, alterum ὁ ῥόος ῥοῦς, id est fluxus, quem ille excitat vulnere illato. Rectè itaque docet Galenus *libro de Theriaca* Hæmorrhoum ex illis serpentibus vnum esse, qui suis ipsorum nominibus similem hominibus perniciem adferunt. Vnde Lucanus:

At non stare suum miseris passura cruorem,
Squamiferos ingēs hæmorrhois explicat orbes.

Sed & Tulli ab eodem serpente demorsi historiam quidem idem Lucanus elegantissimis numeris exprimit? Verba eius sunt hæc:

Impressit dentes Hæmorrhois aspera Tullo
Magnanimo iuueni, miratorique Catonis.
Vtque solet pariter totis se effundere signis
Coricij pressura croci, sic omnia membra
Emisere simul rutilum pro sanguine virus,
Sanguis erant lacrymæ, quæcumque foramina nouit
Humor, ab iis largus manat cruor, ora redūdant,
Et patulæ nares, sudor rubet: Omnia plenis
Membra fluunt venis: Totum est pro vulnere corpus.

Ab hoc porro serpente, vel morsus eius effectu, vel ab eisdem potius dictionibus duabus, quarum superius facta est mentio, nomen habet hæmorrhois genus morbi, quod Gaza interpretatur sanguinis profluuium, & mariscam propter ficus (credo) id est, maricæ similitudinem. Significatur enim hic morbus, qui circa sedem oritur, cum venarum confluentium ad anum orificia tument & sæpe sanguinem profundunt.

Hæmus mons Thessaliam à Tracia diuidens iuxta Suidam vel potius Thraciȩ mons, vt placere video Melæ, Plinio, Straboni, quēq; Pinetus scribit ab Italis vocans, *Catenam mūdi*, & *mōte argentara*, Turcis *Balkan*. à Slauis *Cumonizam*, fabulosè ab Hæmo Boreæ & Orithyiæ filio mutuatur appellationē. Partem eius esse Scomium apud Thucydidem inde apparet, quod scribit Strimonem & Hebrum: flumina ex Scomio mōte defluere, cùm alij auctores eadem ex Hæmo deriuent: Nec est, quod quis existimet appellari hunc montem ab illo Scomiū, cùm nec Hæmus illi incognitus sit.

Hæres. Hæredis nomen inquit Isidorus, imposuit census æris. Alij *heredem* dictum volunt, quasi *herum*. Veteres enim heredes pro Dominis appellabant, & pro herede gerere, est pro domino gerere, *Instit. de hered. qual. & differ. ad fin.* Quid mirum, cùm idem successor iuris & vniuersorum bonorum sit, qui deinceps eiusdem iuris & potestatis est, cuius defunctus fuit, *l. heredem. ff. de regul. iur.*

Hæresis. Vocabulum istud olim laudabile apud Philosophos fuisse testantur eorum studia & sectæ, in quas diuisi hāc aut illam sententiam separatim amplectebantur. Vsus est & eo Cicero Paradoxorum procemio. Apud Christianos tandem abiit in dedecus, cùm errorem & falsæ alicuius sententiæ pertinacem electionem adque animarum pernitiem significare cœpit, siue illa sit inuenta à nobis, siue iam vetus, sed à nobis arrepta & mordicus defensa contra rationem & veritatem in verbo Dei expressam. Nomen illa habet ab αἱρεῖσθαι id est, *eligo*, *teste Hieronymo in Epistolam ad Galatas.* Et ab ea dicta προαίρεσις, nempe *animi electio de re aliqua persequenda aut fugienda.* Ab hæresi autem dictus hæreticus, quæ vox æquiuoca est, vtque aliquis talis dicatur, requiritur præter alia error in mente, pertinacia in voluntate. Distinguendum quoque inter ipsas hæreses, tum hæresiarchas, & eos, qui ab antesignanis hȩreseon sunt decepti, imo inter hæreticos ipsos. Neque enim potest negari, aliam esse rationem hæreseon, quæ fundamentum impugnant, & definitionibus synodicis ab vniuersali Ecclesia receptis refragantur apertè, aliam errorum, qui fundamento superstruuntur, & in his aliam eorum, qui vnionem Ecclesiæ abrumpunt, aliam eorum

rum, qui cum Ecclesia concordiam alere cupiunt, & se erudiri patiuntur. In primitiua Ecclesia non animaduersum fuisse in huiusmodi generis homines non ignorandum. Diuinæ enim vltioni relinquebantur, vt hodie de periurio scriptum, *l. iurisiurandi. C. de reb. credit.* Imperatorum constitutionibus pœna fuit arbitraria *l. cunctos populos in fin. C. de summ. Trinit.* Quamquam interdum etiam *gladio* vltore puniantur, sicut de Arrianis legimus *l. Arriani. C. de heret.*

Hagar ancilla Saræ & Ecclesiæ imago nomen habet à גור *peregrinatus est.*

Hala. Halæ Romanis dicti à fœdo oris halitu, *Alexander ab Alexand.* Est & Hala vrbs Saxonum ἀπὸ τῆς ἁλὸς nūcupata: Solent quippe Germani eas vrbes, vbi sal conficitur, communiter vocare *Halas*, vt est Hala Sueuica ad Coccherum fluuium, Hala Norica ad Oenum, Halioli ad Iuuanū, id est, Salzam, Richalij vel diues Hala ad Alpes, *vt Althamerus notat.* Eiusdem originis est fluuius Halus. Ἅλς enim Græcis est sal. Ptolemæo dicitur ἅλυς.

Halcyon ἀλκυών, Latine *Alcedo*, cuius & ante memini, παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κύειν, quod impregnetur in mari, nomen obtinuit. Agit enim auis illa in maris littoribus inque mari nidificat, & quindecim, vel *(vt alij volunt)* quatuordecim dierum spatio ouis incubans fœtum excludit. Interea verò serenum est cœlum, tranquillum mare, & nullis ventorum turbinibus agitatum. Vnde dies illi sereni Græcis ἀλκυονίδες & ἀλκυονίτιδες, Latinis Halcyonia dicuntur. Placet hic addere interpretis Apollonij verba *lib. 1.* quòd huc egregiè faciant. Sic ille: τὸ ὄρνεον θαλάσσιον καὶ ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς βιοῦν λέγεται δὲ ὅτι ζεῦγος ἐφεξῆς πέντε καὶ δέκα ἡμέρας, ἢ ὥς τινες δεκατέσσαρας ἐνδιαιτᾶς ποιεῖν, ἵνα ἀποκυήσῃ παρὰ τοῖς αἰγιαλοῖς, καὶ ἀλκυονίδες ἡμέρας καλοῦνται, ἑπτὰ πρὸ τοῦ τόκου, καὶ ἑπτὰ μετὰ τὸν τόκον. Et Aristoteles 5. Historiarum animal. ἡ δὲ ἀλκυὼν τίκτει περὶ τροπὰς χειμερινὰς, διὸ καλοῦνται, ὅταν εὐδιειναὶ γένωνται αἱ τροπαὶ, ἀλκυονεῖοι ἡμέραι, ἑπτὰ μὲν πρὸ τροπῶν, ἑπτὰ δὲ μετὰ τροπάς. Plinius scribit, autem hanc esse paulò ampliorem passere, colore cyaneo ex parte maiore, purpureis tantùm & candidis admixtis pennis, collo gracili atque procero. Halcyonem videre rarissimum est, *vt idem ait*, nec nisi Vergiliarum casu, & circa solstitia brumámue. Nidus eius admirationem habet, quòd sit non tantùm pilæ figura paulum eminenti, ore perquam angusto, grandium spongiarum similitudine, sed etiam ferro intercidi non queat: frangitur autem ictu valido. Tradūt Medici, & inter hos Plinius, lepras, lichenas, & lentigines eo tolli cum lupino & sulphuris obolis duobus. Nec est qui dicere possit, vnde fingantur. Creditur autem ex aculeatis spinis formari, cum piscibus viuat.

Halicarnassus ἁλικαρνασσὸς, Asiæ minoris vrbs Ptolemæo, patria Herodoti historiarum patris, & Dionysij Halicarnassæi serui quondam Varronis Romani, quam etiam Zephyriam dictam scribunt Strabo & Stephanus, ἀπὸ τῆς ἁλὸς videtur nuncupata, id est, *à sale.* Conspicua fuit illa nobilissimo opere regis Mausoli, quod inter septem mundi miracula hactenus numeratur, & à quo præclara monumēta siue sepulcra Mausolea dicta inuenias.

Hallus, Pollex pedis ex Festi sententia, quia scandit supra proximum, à saliendo dictus est Isidoro, cui verbo respondet τὸ ἅλλομαι Græcorum.

Halteres, Gymnastici exercitij instrumenta sunt, non plumbeæ massulæ iuxta Budæum in pandectas, sed massæ lapideæ vel metallicæ, ansa vel manubrio addito, quo commodè leuari possunt ab Athletis, vnde & ἀρτῆρες dicuntur ab ἀρτάομαι, quod pendere significat, inde ρ in λ mutata ἁλτῆρες. Errant sanè, qui ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι, id est, *saliendo* deducunt, *vt & Budæus*, cùm ad saltum sint ineptissimi. Satis id etiam euinci potest ex eruditis nec

ditis nec minimè proletariis ſcriptoribus. Alexander ab Alexand. *genial. dier. lib. 3. cap. 21.* circuli figura fuiſſe ſcribit, non ſphærica tamen comparatoſque illos eum in modū, vt digiti poſſent inſeri atque ita brachiis rotari. Galenus *de ſanit. tuenda lib. 2.* dicit. etiam nonnullos halteribus ſe exercere, at quo pacto? ἐν μέσῳ ἱςάντες αὐτῶν ἀναιρεθέντας προκύπτοντες, τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ τὸν ἐν τοῖς ἀριςεροῖς: τῇ δὲ ἀριςερᾷ τὸν ἐν τοῖς δεξιοῖς, καὶ αὖθις ἑκάτερον εἰς τὴν οἰκείαν κατὰ τίθενται χώραν, καὶ τοῦτο ποιοῦσιν ἐφεξῆς πολλάκις ἀτρεμίζοντες τῇ βάσει. Nulla hîc ſaltus mētio. Idem *lib. 5. de ſanit. tuēd.* refert Halteres inter exercitia, quibus exercentur partes ſupernę. Nec multùm ab eo diuerſus Epigrammatographus in Apophoretis, cum ita canit:

Quid pereunt ſtulto fortes haltere lacerti?
Exercet melius vinea foſſa viros.

Innuit enim brachia iis exerceri præcipuè, cum ſaliendo totum corpus & inprimis pedes in opere verſentur.

Halyzones Scythiæ Europææ populi Herodoto, Græcè etiam ἁλίζονες apud Herodotum & Strabonem, qui & apud Homerum eos eſſe dicit *Chalybes*, nomē trahunt ἀπὸ τοῦ ὑποζῶσθαι ἁλὶ quod vndique cinganrur mari.

Hamai hominem ſignificans *ſuperbum & tumultuantem*, nominis originem dedicat verbo המה *tumultuatus eſt.*

Hamaxobii vel *Hamaxobitæ*, quos inter Scythas numerat Plinius (putant nonnulli eſſe Agathyrſos & Sauromatas) appellationem habent ἀπὸ τῶν ἁμαξῶν, id eſt, *plauſtris*, quibus res ſuas de vno loco in alium circumferūt. Horatius inquit: *Quorum plauſtra vagas ritè trahunt domos.* Alii Nomades eſſe volunt, qui etiam mapalia ſua & papiliones circumferentes ibi ſedes figebant, vbi nox eos oppreſſerat Silius lib. 3. *Nulla domus, plauſtris habitant, migrare per arua Mos, atque errantes circumuectare penates.* Aliqui Moſcouitas intelligunt. Ego crediderim olim non in vna, ſed in multis Scitharum gentibus illud fuiſſe frequens, cum incertis adhuc vagarentur ſedibus.

Hamburgum Stormarſiæ metropolis ſub Holſatiæ duce, à Ioue Hammone nomen habere creditur, quod is ibi cultus fuerit antiquitus, quippe cuius ſtatuam Carolus Magnus deiecit. Etymon hoc eius approbatum etiā video à Conrado Celte, cum ſcribit: *Cymbricam nominatam quondam, nunc vero dictam nomine Hammonis* πόλιν.

Hammodytes ſerpens, quem indiſcretum arenis dicit eſſe Lucanus, deriuatur ab *arena*, quæ Græcis eſt ἄμμος, & δύω *ingredior*, non à διερύττω, vt videtur Sulpitio Grammatico alioqui non malo.

Hammon Iupiter, de quo multa Curtius *libr. 4.* Diodorus *17.* Arrianus *libr. 3.* videtur Pauſaniæ in Meſſeniacis à nomine Paſtoris appellationem trahere. Ægyptium nomen eſſe volunt aliqui, cùm in Hebraica lingua iſti affini Sol nō ſolum dicatur שמש, *Schemes*, ſed etiā *Hamma*. Atqui Iupiter idem cum Sole, *teſte Arnobio 3. aduerſus gentes, & Platone in Phædro*, vbi Iupiter ipſi eſt μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ, eoque modo Macrobius interpretatur. Malim tamē ab arena deducere, quæ Græcis eſt ἄμμος. Et quamquam nonnihil obſtare videtur, quod eo modo Ammon potius ſine ſpiritu dicendus eſſet, quam Hammon, *vt legitur apud Feſtum Pompeium*, quodque Plinius de Ammoniaco ſcribens *12. Natur. hiſtoriæ*, Æthiopiæ ſubiectam Africam Ammoniaci lachrymam ſtillare dicit in ſuis arenis, & inde nomen Ammonis oraculo datum, iuxta quod gignitur arbor, eaque ratione candē neceſſariò in Ammoniaco & Ammone ſyllabam eſſe primam, & ab eadem origine, tamen receptam in ſcribēdo multis conſuetudinē retinendam hoc loco duxi, cum & ἄμμος (*vnde Hammon*) cum ſpiritus aſperitate apud Feſtum & alios nonnullos extet. Sunt qui tradunt Hammonem habuiſſe in vtraque temporum regione

X

cornua parua. Qua de caussa κερατοφόρος est appellatus. Corniger Lucano. Multi auctores nominis huius rationem ab ouibus trahunt. Cum enim Liber pater per Lybiæ deserta duceret exercitum vniuersa iam Asia deuicta, & siti admodum laboraret, implorasse à patre auxilium dicitur, & mox apparuisse arietem quem dum fugientem sequitur, eo duce ad fontem amœnissimum peruenit. Cumque desiderio suo potitus esset, existimasse fertur arietem illum fuisse Iouem, cui idcirco templum miræ altitudinis in arena constituit, Deumque nominauit Ammonem, id est, Iouem Arenarium (Ἄμμον enim Græci vocant arenam) cornibus etiam ipsi affictis Ad huius oraculum profectum magno & difficili itinere Alexandrum Magnum, idque ea de caussa, vt, num esset ipsius filius, consuleret, refert Diodorus. Cùm verò introductus esset in templum à sacerdotibus, & Dei numen obseruasset vates, accessit ad eum natu aliquis præ reliquis maior, & salue, inquit, ó fili, atque hanc à Deo salutationem accepit. Tum Alexander: δέχομαι ὦ πάτερ, καὶ τὸ λοιπὸν κεκλήσομαί σος. Nec omittendum, prope eius templum inuentum fontem, qui medio die frigidus, sub noctem mediam calidissimis manabat aquis, & mane tepidus sub vesperam incalescebat, sicuti Pomponius Mela, Diodorus, Arrianus, Plinius, Curtius, Plutarchus & Augustinus tradiderunt.

* *Hammon.* Paulò post diluuium, posteri Cham Libyæ partes, vt & alios circũiacentes occuparunt. Temporis progressu cultus diuini ratio immutata, & sensim superstitio aucta est, in aliis locis plus, in aliis minus, prout plus minúsve sequaces, atq; idoneos, vel aduersãtes Spiritus erroris adeptus est: donec tandem cumulata caligine, extinctáq; ac sopita luce veræ doctrinæ, & euulsa prorsus ex animis omni memoria veri, sua organa in plus quã Cimmerias tenebras demersit. Chananæorũ cæcitas horrẽdas passim in historiis sacris occurrit. Qui longius à sanctorum patriarcharum familiis, nẽpe Hebræis, recesserunt, in profundiores inciderunt tenebras. Interdu cõseruata est quibusdam in locis certa religionis formula, quæ posteros vtcunque continetet: Sed tandem Lux euanuit, & horrendæ superuenerũt tenebræ Nec dubiũ est, eo loco in quo postea cultum est Iouis Hammonis oraculũ, vel ipsius Chã, filii Nohæ, vel posterorũ eius præcipuã scholã fuisse, vt & in loco oraculi Dodonæi sedem familiæ & Ecclesiæ Dodanim nepotis Nohæ ex filio Iauan. Non enim appellatio Hammon alia est à חם *Cham*.i. Calidus, vel Calor, aut Niger. Is fuit filius Nohæ, Genes. 5.32. Hebræi literã ח aspiratione paulò duriore efferũt. Hanc Græci emolliunt, & Chammonis loco Hammon pronuntiant. Commentitia autem illa est etymologia, quæ Hãmonem ab arenis deducit: Nam potius fluit à verbo חמם *Chamam*, i. incaluit, æstuauit vnde Græcis καυμαίνω, æstuo, κάμινος caminus. Sol etiam חמה *Chamma*, à calore & æstu, nominatur quater in veteri testamento. חמן *Chamman*. nonnulli interpretantur Solarium, & Simulachrũ Hammonis exstructũ in aprico loco calorem solis excipiente: item templum Hammonis, quod alii Heliocaminum, id est, Solis tabernaculum vocant. Vsurpatur autem tantùm pluraliter, Isai. 17. 8. & 27. 9. vbi nomen חמנים *Chammanim* occurrit, vt & aliis locis. Certè ardẽti calore vicini & verticibus assidue imminentes Solis, loca illa Libyæ perpetuò deurũtur. Abolitã doctrina de Deo, cùm vagarẽtur animis posteri, & ductu naturæ quærerent aliquod numen, nec quæ sequerentur vestigia inuenirent, ex reliquis adhuc veteris historiæ vmbris, pro arbitrio finxerunt Deum, cui geminum nomen, nempe Iehouæ, & Cham patriarchæ sui, Iouis Hammonis titulo imposuerũt. Oraculum illud in extimo sinu Libyæ, apud Garamantes, vltra Cyrenem

renem, in Solitudinibus vastis, torridis, ac siccitate sterilibus, situm fuit, quò propter intensos & exurentes Solis æstus, vastamque planiciem, ardoribus Solis & ariditate infestam, non cuiuis facilè accessus patuit. Circa ipsam oraculi Sedem densum nemus proceris, diffusisque, & confertis arboribus, quadraginta stadiorum spatio, gratissima vmbra leniit feruores diurnos, & passim ex stillantibus fontibus rigauit solum, sua natura exuccum & sterile. Medium Syluæ templum obtinuit, in quo idolum Hammonis hircina pelle amictum, & hircino capite colebatur. Sacerdotes responsa petituri idolum aurato nauigio impositum circumuectabāt, accinebantque carmen patrium. His delinitum ritibus, non voce, sed solo nutu, significabat: signa Antistites iis qui consultum accesserant, referebant ac declarabant Diaboli monitu & indicio.

Hanania seu *Chananias* Propheta gratiam Dei significās, nominatus a חנן *in gratiam recepit*, & יה *Deo*.

Hannonia vel *Hanonia* Belgii regio, quibusdam *Haginoia*, verùm corrupto, Germanis *Henigau*, Gallis *Henaut*, vnde Latine, & rectè quidem, *Hanauiam* dixerunt, postea præualente inscitia *Hannoniam*, adepta est nomen ab Hania flumine, quod prope oppidum Condatum influit in Scaldem. Fabulantur, qui ad Troianos vel ducem Hanuonem originem referunt.

* *Harmonia*, ἁρμονία, ab Hebræo verbo ערם *haram* oriri videtur, quod concinne composuit & decenter disposuit significat. nihil enim aliud sunt dulonæ voces quæ consonantiam dulcissimam efficiunt quàm concinnæ compositiones tonorum Ἁρμόζω, ἁρμόττω, coapto, compono congruenter: ἐναρμόζω applico: ἁρμόζομαι, ἁρμόω, paro: quæ omnia harmoniæ vocum & rerum conueniunt.

Harpago, Pertica filo adunco præpilata, qua nauis tenebatur, ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, quod est *rapere*, rectè descendit, vt & harpax Isidoro.

Harpyiæ, quas Virgilius 3. *Æneid ita* describit: *Tristius haud illis monstrum, nec sæuior vlla Pestis & ira Deum Stygiis sese extulit vndis: Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris Proluuies, vncaque manus, & pallida semper Ora fame*, quasque duas esse Aello & Ocypeten, Thaumante & Electra natas scribit Hesiodus in Theogonia, tertiam Celęno addente Marone, quartam verò Thyellam Homero, ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν arcessunt nomen. Singula earum nomina itidem ex Græcis fontibus promanarunt. Nam *Aello* deriuari potest ἀπὸ τῆς ἀέλλης, *procella*, vel (vt aliis placet) ἀπὸ τοῦ εἴλειν, quod est *vertere & conuoluere*, eo quod fœdo volatu omnia peruertat, *Ocypete* à celeri volatu, quod ὠκὺς sit celer aut velox, πέταμαι volo. *Celæno* verò a nigredine, quæ Græcis est κελαινέτης, *Thyella* deniq; ἀπὸ τοῦ θύειν, quod etiam impetum facere & festinare significat, & εἰλῶ. quòd (*vt diximus*) tantundem est, atque *verto conuoluo*.

Haruga, id est, victima, cuius adhærentia exsta inspiciebantur (Iosephus Scaliger appellat *Aringā*, alii, sed minus rectè, *Haruigam*) ab *hara*, id est, *stabulo* nominis etymon obtinuit.

Haruspex. Haruspices, qui à Romulo primum sunt instituti, *teste Dion. lib. 2.* cum [illegible] ante exstiterint in Hetruria, vbi ea [illegible] disciplina summoperè viguit, à [illegible] nis in ara inspiciendis id vocabuli sunt mutuati. Illi enim, *vt meminit Vi[illegible]us*, immolatis pecoribus inspiciebant exta ab exstando dicta seu eminendo, qualia sunt iecur, pulmo, lien, cor, præcordia, renes. Quòd si hæc liuida erant ac vitiosa, mox immolabant alia, quod dubitarent, morbone an pabuli vitio sic illa sese haberent. Cum iam iterum atque iterū experti essent solidam & integram naturam, rite litatum existimabant: Sin minus, minime litari posse dicebant. Vnde Cicero de diuinatio-

ne I. *Quid enim habet Haruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem*: Præcipuum tamen in extis erat iecur. Id si grata & natiua purpura ruberet, nullaque esset contaminatum labe, si auctum eius caput aut duplicatum, aut iecur geminum reperiretur, si essent replicatæ extremæ fibræ versus interiora, designari volebant potentiæ amplificationē, finium prolationē, & summa dignitatū fastigia. Quòd si iecur non esset inuētum, nihil tristius accidere posse putabant. Si alterum eius caput corrugatum emarcuisset, vel habitum suum colorémve mutasset, aduersa omnia portendi existimabāt. Reliqua prosequi instituti nostri non est. Addam id tamen, Hetruscos vniuersæ Aruspicinę auctorem celebrare puerum quendam nomine Tagem, Dæmonem *inquam*, qui, cum terra proscinderetur aratro, & sulcus altius esset impressus, repentè exstitit specie quidem puerili, at prudentia senili. Locutus hic fuit multa audientibus illis, qui vndequaque in eum locum ex Hetruria confluxerant, eiusque verba literis mandata disciplinę huius rationem omnem complectebantur.

Hasta, quam veteres Sabini *quirim*, vel vt alii, *curim* nominabant, olim auctionis signum, cum esset posita in foro, vnde & pro ipsamet auctione accipi videas apud Ciceronem, Iuuenalem & alios, ab asto deducit nomen. Itaque *hastæ subiicere*, est vendere in auctione apposita hasta. Genus id venditionis Tertullianus nominat Hastiarium. Notandū hic, solitos fuisse veteres Romanos nubentium comas hastæ cuspide discriminare, *vt asserunt Plutarchus & Festus*, quæ vt celibatis dici consueuit, ita stetisse eam oportebat in corpore gladiatoris occisi. Significare volebant, vxorem sic coniunctam esse debere viro, cui sese astrinxerat, vt fuerat quondam cum corpore gladiatoris. Plutarchus docet in Romulo, ex quorundam sententia factum id ea de caussa, vt signum esset, primas nuptias bello & pugna contractas, vel vt monerentur nuptiæ, cum bellicosis iunguntur maritis, debere eas vti simplici ornatu, sicut Lycurgus iubens fabricari cum fores, tum ædium fastigia securi tantùm & serra, omnem luxum & operam superuacaneam præcidere voluit. Alii idcirco id factum existimant, vt fortium virorum gignendorum hoc omen esset: vel quòd nuptiali iure subiiciatur imperio viri: vel quia matronæ sunt in tutela Iunonis, quæ ab hasta ferenda dicta est *Curis* vel potius *Quiris*, cùm ad eam pleraque referantur pertinentia ad nuptias. Ab hasta dicti *Hastati*, qui primi hastis pugnabant, *iuxta Varronem*. Hasta donari solebant apud Romanos viri fortes, quæ propterea *donatica* dicitur Catoni; & *pura*, quòd ferro careret, vt animaduertit Turnebus. Hasta amentata ab amento vel habena est appellata, facta quidem ad eum modum, vt fortius torqueri posset. *Hasta ansata* ab ansa appellationem trahit: Hasta velitaris à velitibus, qua illi eminus iaculabantur. Eam à Polybio γρόσφον nominatam existimat Turnebus.

Hebe pubertatis Dea χρυσοστέφανος Hesiodo, καλλίσφυρος Homero, quod *pulcros talos*, id est, pedes haberet, quæ Herculi nuptui est data (fabulosa fabulis illustramus) vbi post Oetæ incendium relatus esset in numeru Deorum ἀπὸ τοῦ ἥδειν, quod est, *exhilarare* etymō nonnullis habet. Verba Eustathii Il. λ. sunt hæc: κατὰ τὸν ὅμηρον χαριεστάτη ἡ ἥβη καὶ ἡδεῖα, ὡς τὸ τῆς λέξεως δηλοῖ ἔτυμον, ἀπὸ τοῦ ἥδω γὰρ ἥβη κατὰ τοὺς παλαιούς. Bene dicit κατὰ τοὺς παλαιοὺς, cum in omnibus veteres sequi non sit necesse, maxime si minus probabilia dixerint. Malim itaq; trahere παρὰ τὸ ἡβᾶν, quod est *pubescere* vel *iuuenescere*, vel ἀπὸ τῆς ἥβης ætatis flore & pubertate, cuius illa existimatur Dea. Ad illud etymō respicere videtur idē Eustathius Il δ. cùm rationem

nem reddit, cui Diis pocula ministrare fingatur fundendo nectar. ἥβη, inquit, οἰνοχοεῖν λέγεται, νέκταρ τοῖς ἄνω, διὰ τὸ ἀγήρω καὶ ἀεὶ νεάζοντα εἶναι τὰ θεῖα καὶ οἷον ἡβάσκοντα. Celebratur & Hebo Deus, cuius Pontanus meminit 1. suæ Vraniæ, qui & idem agnoscit etymon cum Hebe.

* *Hebé*, Hebr. אב *Eb*, pubes, pubertas, à rad אביב *Abib*, puber, maturus, tempestiuus, tendens ad maturitatem: item subst. pubes. pubertas. & vsurpatur tantùm de nascentibus ex terra, quæ verno tempore progerminant: vnde Virgil. *Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu.* Vnde & κατ' ἐξοχὴν pro spica virente & maturescente. Mensis אביב *Abib*. id est, spicæ, pubertatis, quo è terra nascentia in orientis tractu pubescunt, partim Martio, partim Aprili nostro respondens: propriè Hebreis ניסן *Nisan*. Greci omissa altera duplicatarũ dicunt ἡβάω ἡβάσκω item ἔφηβος & ἐφηβεία; Latini pubeo pubesco, ephebus, qui extra pubertatem est, adolescens, pubes. Pubertas igitur est veluti Ver vitæ humanæ, cuius, adolescens, virilis, & Senilis ætas, meritò æstati, autumno, & hyemi comparatur. & verum etymon Hebes ab בב & אביב Hebr. est necessariò deducẽdum. Hebes mythologiam attingit Cicero lib. 1. Tusculan. dispu. his verbis. *Non ambrosia deos, aut nectare, aut Iuuentute pocula ministrante Lætari arbitror: nec Homerum audio &c.* Quo pacto Hebe Iunonis filia dicitur? quoniam è felicissima aëris temperie omnia herbarum arborumq; genera pullulant & pubescant. Nam quomodo imparante Ioue vel nasci vel Iunonis filia esse poterit? Nulla est aëris temperies quam non efficiat ætheris calor ex motu, cùm omnis inferiorum corporum actio ex superiorũ agitatione proueniat. Quî enim potest aër aliquid ad ortum euocare, nisi solis æther æque regionis calore concitatus istud ipsum efficiat? Quippe cùm lis & amicitia non solùm principia sint ortus & interitus rerum, verum etiam nata omnia conseruent; quibus suas vires æquè impertiuerint.

Heber. Vide *Eber.*

Hebræi vnde nomen habeant, apud eruditos in controuersia est. Alij enim exsculpunt etymon à verbo עבר, id est, *transiuit*, alij ab Heber. Prius etymon amplectitur Hieronymus, & alij nonnulli cum septuaginta, eo quod Eufratem diuino iussu, patris sui domo relicta, transierit. Quapropter aiunt, appellatus est initio עברי à Cananæis, quasi dixeris Transeuphreateũ, sicut dicimus *Transiordanum* & *Transalpinum*. Trans Euphratem enim in Mesopotamia habitauerat, priusquam traiecto fluuio sedes suas fixas apud eos haberet. Atque ita totam posteritatem ab eo postea nomen hoc obtinuisse decernunt, *vt Hebræus tantundem sit, atque* περάτης, id est, *transiens*, quo nomine reddunt eo loco nomen Abram septuaginta. Hos sequitur Theodoretus, cum ita scribit: ἐγὼ οἶμαι ἑβραίους ὀνομασθῆναι ἐκ τοῦ τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ ἀπὸ τῆς τῶν χαλδαίων χώρας εἰς τὴν παλαιστίνην ἐλθεῖν τὸν εὐφράτην ποταμὸν διαβάντα, ἑβρα γὰρ τῇ σύρων φωνῇ ὁ περάτης ὀνομάζεται. εἰ δὲ ἐκ τοῦ ἕβερ ἑβραῖοι καλοῦνται, οὐ μόνους τούτους ἐχρῆν οὕτως προσαγορεύεσθαι. πολλὰ γὰρ τὰ ἔθνη ἐκ τοῦ ἕβερ καταγει τὸ γένος, καὶ ἵνα τοὺς ἄλλους πάντας παρῶ, ἐν τούτοις εἰσὶν ἰσμαηλῖται, καὶ οἱ ἀπὸ τῆς χεττούρας, καὶ ἰδουμαῖοι, καὶ ἀμαληκῖται. Adducitur etiam ad huius sententiæ confirmationem, quod legitur Iosu. 24. hoc modo: *Ego tuli patrem vestrum Abraham trans flumen, & duxi illum per vniuersam terram Canaan.* Alij contra, qui hoc nomẽ deducunt ab עבר *viro*, cuius Geneseos 10. fit mentio, non pauci sunt, aut triuialis actoritatis viri. Inter hos primus sit locus Augustino, qui *16. de Ciuit. Dei* ab Heber vult nominatos Hebræos. Alioqui enim appellandi essent *Abrahamæi*. Cum eo facit Acacius, qui dicit esse ἐθνικὸν ὄνομα & impositum ἀπὸ τοῦ προπάτορος τοῦ

ἄβραν ἐνλαδὲ ἰβερ. Addunt probabilius hoc ipsum videri, eo quod nomina gentilia apud Hebræos vltimo loco iod habeant vt יהודי *Iudeus*, ישראלי *Israelita*, עמלקי *Hamalechita*, atque ea forma etiam proferri עברי, id est, *Hebreum* à Heber deducto nomine, sicut ישראלי deducitur ab Israele. At si ab עבר deriues עברי, ita vt traiectorem significet, potius dicẽdum esset, עבר, & עברים in numero multitudinis. Quinimo Chaldaica editio gentile id nomen interpretatur עבריא. Putant & Heber, qui post diluuium vixit, expertem consilij ædificandæ turris, vbi linguarum exorta fuit confusio. puram putamque linguam in sua familia retinuisse, teste Eucherio in septimum Geneseos, ac proinde ab illo, qui caput erat familiæ, simul & linguam & gentem nomen suum obtinuisse. Habet ergo vtraque sententia grauissimos assertores, nec est facile litem dirimere, nisi quod ad priores inclinare videatur sese, cum locus ille scripturæ *Iosue 24.* tum quod aliis in locis legitur de eodem Abrahamo. *Gen. 14.* Et venit, qui euaserat, & indicauit Abram Hebræo Et cap. 39. *Ecce introduxit ad nos virum Hebreum, vt illuderet nobis.* Et paulò post: *Venit ad nos seruus ille Hebreus.*

Hecate vetus Dea χθονίων καὶ νερτέρων πρύτανις terrestrium ac inferorum præses, vnde & χθόνια est dicta, cui a Ioue μοῖραν seu partem omnium terrestrium, cœlestium, & marinorum daram canit Hesiodus, dictam volunt nonnulli, quasi πάσιν, quod *singulorum curam ac prouidentiam gerat.* Eam equidem esse dicunt in cœlo Lunam, in nemoribus Dianam, apud inferos Proserpinam. Quapropter tria ipsi ora affingebant. Et Poëta canit *tergeminam Hecaten, tria virginis ora Dianæ.* quin Diana, quæ cum Hecate censetur eadem *Triuia* dicta, & *triuiis præesse* dicitur, in quibus rustici vlulare & flebile carmen in honorem eius personare solebat ad reddendam Cereris imitationem, quę raptam Proserpinam in triuiis clamore requirebat. Nõnullis à tribus potissimum phasibus eius diuersis Triformis audit. quia cum Luna est eadem. Est enim μηνοειδὴς, est διχότομος, est πανσέληνος. Idipsum videtur etiam amplecti Eusebius, cum Lunam *Hecaten* dictam refert ob varias illas corporis figuras, quas accepit à Sole recedẽs. Quid quod nonnunquam luceat plena, obscura sit aliquando, nunc in cœlo conspicua, nũc autem apud infeios prematur, interdum circa montes vagetur. Sed alij rursus nomen suum habere volunt Hecaten, quia centum annos vagari pateretur mortuorum vmbras, quorum corpora non fuissent sepulta: Alij, quod *centum* (ἑκατὸν) id est, infinitas habeat potestates, vel quod centum victimis Proserpina placetur, *vt Menelaus constituit.* Plerique cùm eandem faciant cum Proserpina & Luna, vt iam sæpe dictum, nominatam volunt ἑκάτην, quod sit ἑκὰς, id est, longe à nobis distet. Vnde non abs re huic & Apollini, id est, Soli indicum est nomen, vt dicantur ἑκατηβόλοι, quòd eminus radios ad nos mittant iuxta Phurnutum. Dicitur eadem Poëtis βριμώ, id est, *terrifica*, quòd terrorem & spectra, quæ ab ipsa dicuntur ἑκαταῖα, hominibus immittat: Item δᾳδοῦχος & per synæresin δαῖρα ἀπὸ τῶν δᾳδῶν, vt placet *Grammaticis*, quod eius sacra peragerentur facibus. Refertur ad eam inuentio veneficiorum & incantationum, quæ Ouidio propterea sunt Hecateia carmina *Metamorph. septimo quarto*, Quapropter meminit Æschylus solitum ... Deæ simulacrum coronatum quercu, cuius manus apprehẽdebat hastam, humeris multis draconum spiris implexatis, vt incantationum amuletum antea iam suam dedicari.

Hecatombe, à victimarum sacrificio, quæ numero erant centum deduxit nomen. Etenim ἑκατὸν *centum* ... Latinis. Quo pacto peractum fuerit sacrificium istud, ostendit in Maximo & Balbino

bino Iulius Capitolinus. Scribit enim *Balbinum profligato Maximino, quem instar Cyclopis habebat, & eius capite allato, tanta perfusam fuisse Romam lætitia, vt mox Hecatomben faceret, quam tale sacrificium esse dicit, vt cëtum aris cespititiis vno in loco exstructis, ad eas centum oues & centum sues mactarent.* Quòd si Imperatorium sacrificium esset, tum centum leones, cëtum aquilæ, & cetera huiusmodi animalia centena feriebantur. Quod quidem Græci etiam quondam fecisse dicuntur, cum pestilentia laborarent, vt & multi Imperatores Romani. Strabo affirmat *primùm à Laconibus institutum hoc sacrificium, qui cum olim cëtum vrbibus præessent, centenos quotannis boues pro centum ciuitatibus immolabant.* Scribit idem libro 3. & *Lusitanos victimarum centurias ritu Græco instituisse quotannis.* Nec obstat, quod nõ tantùm boues, sed etiam oues & sues mactauerint, *vt ex Capitolino monuimus,* cum Eustathius nunquam satis laudatus Homeri commẽtator Il. α. ad hunc scribat modum. ἑκατόμβη ἡ θυσία οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἡ πολυτελής, ἡ ἐξ ἑκατὸν δηλονότι κυρίων βοῶν. ἡ δὴ καὶ βόυταν φονεν κατὰ τὴν τραγῳδίαν ὀρθῶς εἴποι τις ἄν. καταχρηστικῶς μέντοι καὶ ἡ ἐξ ἑκάστων ζώων, ἢ κυριώτερον ἀπὸ τῶν βοσκημάτων, ὡς καὶ πίνδαρος φησὶ, πάντα θύειν ἑκατόν. Ibidem meminit Eustathius nonnullos Hecatomben existimasse, quæ ex viginti & quinque quadrupedibus constabat, quæ centum efficiunt βάσεις vel πόδας: Alios verò centum accipere ἀορίστως ἀντὶ πολλῶν ἁπλῶς ζώων, quo modo sæpe vsurpatur hic numerus. Sed prius etymon verius & probabilius. Eo respexit Persius, cum dicit: *Centum paria ob res egregie gestas induco*, id est, duplicatam Hecatomben. Et Statius in Genethliaco Lucani:

Centum Thespiacis odora lucis
Stent altaria, victimæque centum.

Hectica Febris solutu difficilis in partibus corporis solidis stabulans, nomen habet ab habitu, quem Græci vocant ἕξιν, quod vt ἕξις ægrè separatur à subiecto, dicta propterea Aristoteli δυσκίνητος, ita Hectica etiam curatu difficilis sit: Vel quia in habitu corporis consistit, quem ἕξιν vocant. Porro geminam Hectica febris significationem habet. Vno enim modo febrem significat solutu difficilem oppositam τῇ σχετικῇ, hoc est, *febri solutu facili.* Altero modo significat febrem, quæ & putridæ & diariæ opposita est. Retinet tamen eandem nominis rationem. Sicut enim ἕξις ægrè separatur à subiecto, sic ἑκτικὴ curatu difficilis est. Vel ἑκτικὴ est, quod in habitu corporis, quem ἕξιν appellant, tanquam in subiecto consistat. Sequitur ea vt plurimum febres ardentes, biliosas, æstiuas, quin etiam hybern s & pituitosas. Interdum nascitur in homine calido & sicco à calidis & siccis caussis, ira, mœrore, cura, vigiliis, æstu: interdũ à Phthisi, dysenteria, lienteria, aliisque principum viscerum affectibus, quorum alimentum vel non retentum vel malè coctum, vel vitiatum, partes solidas non humectat, quæ propterea alimento destitutæ caloremque febrilem & acriorem concipientes resiccantur & incalescunt. Has tamen febres non propriè hecticas, sed potius symptomaticas esse censent.

Hector Priami filius & Troianorum fortissimus ἀπὸ τοῦ ἔχειν, *tenendo & defendendo.*

Hedera Dionysio sacra, & ab eius sacerdotibus propterea vsurpata in sacris, ab hærendo appellata nonnullis. Miræ enim tenacitatis est arbor, quæ vincit & tenet, ad quamcunque rem se applicuerit. Idque tenacitatis nomen adhæsit, vt olim Flamini Diali non modò tangere ominosum fuerit, verum & nominare, ne inde illigatus aliquo modo videri posset, cùm libera vellent omnia illis, qui operabantur sacris. Alij dictam ex eo volunt, quòd edita petat. Rectissimè senserunt, qui hederam quasi ederam ab edendo nominatam existimarunt, eo

quod

quod parietes exedat atque consumat. Persuadere id etiã videtur syllabę quantitas breuis vtrobique. Coronari ea solebant Poëtæ. Qua de caussa Maro:

Pastores hedera crescentem ornate Poetam.

Et Flaccus:

Me doctarum hederæ præmia frontium
Diis miscent superis.

Quinimo hederaceis coronis insigniri & coronari solebant Poëtarum imagines: Innuit Persius, cùm ait:

Heliconiadasque, pallidamque Pyrenen
Illis relinquo, quorum imagines lambunt
Hederæ sequaces.

At quid mirum? Baccho sacrata arbor, in cuius etiam tutela Poëtæ, ferturque idem, cùm ex India subacta victor rediret, contextas ex ea gessisse coronas. Eadem suspendi solet vendibili vino iuxta prouerbium, cuius idem est Deus, quodque Poetæ plerique appetunt auidiùs. Factum ex eius ligno poculum (cyssibium vocant) aquam vino permixtam prodit, transmisso aqueo liquore. Hedera omnis acris est, & astringens, neruosque tentat. Flos eius facit ad dysentericos in vino bis die potus. Folia recentia ex aceto cocta sanant lienes. Foliorum & corymborum succus cum melle nitroque infunditur naribus, & contra veteres capitis dolores vtiliter eo perfunditur caput. Lacryma eius psilotrum est, & illitu pediculos necat.

Hegio senex Terentianus, ἀπὸ τοῦ ἡγεῖσθαι, quod est *ducere* & *præesse*, Latinis nomen inuenit.

Heidelberga metropolis & principum Palatinorum sedes, Ptolemæo Budoris, quibusdam Panoria, ad montium radices sita. Neccaro alluitur, nomenque obtinuit ab *Heydelbeern*, id est, *myrtis crescentibus* in *monte*. Cui opinioni videtur facere P. Melissus, qui montem myrtorum vel vrbem *myrtileti* vocat. Alij sunt, qui vrbis vocabulum à gentibus deducunt, quas Germani nominant, *Heyden* Nonnullis etiam placet *Heydelberg*, dici quasi *Adelberg*, leuiter immutato vocabulo.

Helena sortita nomen, παρὰ τὸ ἑλῶ, quod nobis est *traho*, eo quod sua pulcritudine velut ilex pertraheret homines ad se. Vel παρὰ τὸ ἑλλὰς, quod esset oriunda ex Græcia. Vel παρὰ τὸ ἐν ἕλει γεγεννῆσθαι quod in palude sit nata. Aut denique quòd sit proiecta in locum palustrem. Hæc omnia ex Etymologico Magno. Fax hæc fuit belli Troiani, cum raptum eius à Menelao peractum veluti Græci ad Troiam nauigarent cum nauibus mille centum & septuaginta quinque, sicut meminit Thucydides *libro Histor. 1.* Nomen ab ea inuenit *Helenopolis*, quo nomine appellatam quondam Germaniæ vrbem, quam nunc nominant *Franckfurt*, scribit Musterus, vt etiam Althamerus in Tacitum.

Helepolis bellica machina, cuius opera Demetrius Antigoni filius Rhodo & aliis vrbibus potitus fuit, inde *Poliorcetes* dictus, quamque fabricatam ferunt à Dioclide Abderita, παρὰ ἑλεῖν τὰς πόλεις, quòd ciuitates tollat, nomen adepta. Meminit eius Vitruuius *libro 10.* Heliodorus *lib. 9.* Plutarchus in Demetrio. Describit eandem Ammianus *lib. 23.* Vide Godeschalcum *in 4.* Vegetij *de re militari.*

Heliades solis filiæ, Phaetontis sorores, iuxta fabulas in alnos conuersæ, cùm iuxta Eridanum fratris interitum deplorarent, ἀπὸ τοῦ ἡλίου id est, *solę* accessunt nomen. At Virgilius innuere videtur mutatas eas in populos, Æneid. 10. Excusandus ob nominis Græci ὁμωνυμίαν. Nam αἴγειρος *populum* simul & *alnum* significat.

Helice vna nutricum Iouis in Ida monte, & ob id beneficium relata in cœlum, Astrologis *Vrsa maior*, vt *Cynosura* altera nutrix eiusdem *Vrsa minor* multùm obseruata nautis Sidoniis, nomen accepit iuxta Theodem διὰ τὰς ἕλικας καὶ συστροφὰς αὐτῆς, ob voluminα & vortices, quos facit maiores, quã Cynosura. Alii ab ἑλίσσειν trahunt, quod est tan

est tantundem, ac περιστρέφειν *circumuoluere*. Audiamus etiam Scholiastem Arati: ἐκάλουν, inquit, τὴν μὲν μικρὰν κυνόσουραν διὰ τὴν τῆς οὐρᾶς ὁμοιότητα, τὴν δὲ ἑτέραν ἑλίκην, διὰ τὸ ἑλίσσεσθαι, καὶ ἑλικώδη πῶς τὴν οὐρὰν ἔχειν· ἢ καὶ διὰ τὸ ἑλικέσθαι ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ κατ' ἐξοχὴν πάντων ὠνομάσθη, ὡς ὁ λέων θὴρ κατ' ἐξοχὴν εἴρηται.

Heliconiades dictæ sunt Musæ, ab Helicone Bœotiæ monte, quem inhabitare dicuntur, quam fabulã Hesiodi Scholiastes ad eius Theogoniã explicat hoc modo: αἱ μοῦσαι, δηλαδὴ ὁ λόγος καὶ ἡ σοφία, ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος, ἀντὶ τοῦ, αὐτὸν τὸν ἑλικῶνα οἰκοῦσι περιφραστικῶς, δηλονότι τὴν κεφαλὴν περιπολεύουσι, καὶ εἰς τὸν νοῦν τὸν καθαρὸν καὶ ἄρρυτον ἐπιπολοῦσι. Falluntur itaq;, qui ab instrumento musico deriuant hoc nomen. Nóne & Maro canit: *Pandite nunc* Helicona *Deæ, cantusque mouete*? Nonne & Virgineum mótem appellat Ouidius *in Metamorph. libris*, rursus Virgilius verticem eius Aonium? Est ille συνεχὴς τῇ φωκίδι ἐκ τῶν πρὸς ἄρκτον αὐτῆς μερῶν, id est, Phocidi contiguus, quibus ex partibus septentrionem spectar, *vt scribit Strabo.* Parnasso monti æmulus est & altitudine & circuitu. Mons Helicon, inquit erud. Casaubonus, ab הלך *Halac*, (id est, ambulauit, mouit se de loco ad alium locum) videtur appellatus, quòd eo loci conuenirent. Habuerunt enim veteres illi conuentus certos in quibus de rebus seriis, præsertim de rerum naturalium & diuinarum cognitione agerent. Temporum progressu Musis loca studiosis olim familiaria tributa sunt, donec tandem veri Dei notitia sublata est. Vide *Academia.*

Hellespontus ἑλλήσποντος, angustia maris inter *Sestum* & *Abydum*, Castaldo *Stretto di Gallipoli*, Volaterrano *Brachium S.Georgij*, nomen habet ab Helle Athamantis regis & Npheles filia quæ cùm fugeret nouercam Ino vnà cum Phryxo aurei velleris arieti insidens, decidit in istud mare, quod tamen & alia cognomina habet. Vbi enim primùm sese coarctat, *Hellespontum* vocant, hoc est, *Pontum* Helles: Vbi se expandit, *Propontis* dicitur. Vbi iterum se premit, *Thracius Bosphorus*: Cùm se iterum effundit, *Pontus Euxinus*: Qua parte paludi committitur, *Cimmerius Bosphorus.* Palus ipsa Mæotis à Mæotis populis est appellata, qui per eam oram ad Tanaim vsque sedes suas extendunt. Hasce Hellesponti angustias, quæ septem stadiorum interuallo Europam dirimunt ab Asia, traiecit cũ exercitu Xerxes facto ex nauibus ponte bellum Greciæ illaturus, & *Hellespontiacus* dictus ab Hellespõto Priapus, & *Hellespontiaca Sybilla* in agro Troiano nata, vico Marpesso circa oppidum *Gergithium*, quam Heraclides Ponticus scripsit Cyri floruisse temporibus.

Heliocaminus vaporarium est solare & locus apricus, ad quem sol hybernus accedens ipsum calefacit & euaporat, dictione conflata ἀπὸ τοῦ ἡλίου καὶ καμίνου, id est, *sole & vaporario* seu *æstuario.*

Heliogabalus, Romanorum Imperator, à sacerdotio Dei Heliogabali est dictus, *teste Lampridio.* Idem Antonini nomen sibi asciuerat, cùm accepisset imperium, vel in argumentũ generis, vel quia nomen istud adeo carum cognouerat gentibus, vt etiam parricida Bassianus caussa nominis amaretur.

Heliopolis, ἡλίου μητρόπολις Ptolemæo, *Solis oppidum* Plinio *lib. 5. cap. 9.* Hebræis און, *teste Hieronymo*, Arabice *Bethsemes*, vt quidam volunt, (mihi enim ab Hebræis mutuatum videtur, quibus שמש est sol, בית *in constructione domus*) nomen suum adhuc integrè in Ægypto tuetur, nec obscurum esse potest leuiter tincto Grecanica literatura, vnde compositio sit facta, si dictionem resoluat. Est & alia Heliopolis, Ptolemæo ἡλίου πόλις, vrbs quidẽ Cœlosyriæ, quæ hodie est *Balbec* iuxta Postellum. Prioris ciuitatis mẽtio fit Ierem. 43. & verbis disertis nominatur בית שמש:

Heliotropion, ἀπὸ τῆς τοῦ ἡλίου τροπῆς,

id est, *solis conuersione*, nomē habet. Cum eo enim circumagitur, vt *Tragopogō*, *Ornithogalum*, *Lupinum*, *Doronicum*. Solstitio tantùm florere hanc herbam affirmat Theophrastus, & experimentum tempori suffragatur.

Hemina, mensuræ genus & pars sextarii dimidia, ex Græco ἡμισυ appellationem trahit secundum Festum Pompeiū. Fannius: At cotylas, quas si placeat dixisse licebit *Heminas*, recipit geminas sextarius vnus. Volusius item Metianus Iurisc̄ōsultus duos capere quartarios scripsit. Quod sit liquoris mensura, præter alios auctores innumeros, docet Plautus in milite his verbis: *Neque equidem heminas octo exprompsi in vrceum.*

Hemiolius sesquialter, composita est dictio à ὅλος *totus* & ἡμι, quod in compositione semper *dimidium* significat, teste Polluce.

Heniochus, id est, auriga, ὁ τὰ ἡνία ἔχων habenas tenens, & est signum cœleste, cuius pedem vna stella cōiungit cū cornu Tauri. Duas ille in manu stellas habet nomine hœdos. Ob magnitudinem multis oritur diebus, *teste Seruio*, eiusque signum aut præcedit aut sequitur tempestas, aut vna cum eo infestat.

Heraclea ἡράκλεια ab Hercule nomen habere videtur Melæ. qui Græcis est ἡρακλῆς. Eius nominis ciuitates 22. exstitisse prodit Stephanus. Collocatur enim ab auctoribus, Ptolemæo inprimis, Plinio, Strabone, Liuio, Appiano, Apollodoro, in Magna Græcia, in Sicilia, Gallia, Macedonia, Caria, Media, Phthio, Pōto, Lydia, Taurica, Chersoneso, Pieria, Creta, Mysia & aliis pluribus locis.

* Heracleum, ἡράκλειον, alii ab Hercule Libyco dictum volunt, alii à statua Herculis quæ ante gymnasia poni solebat, vt fortes esse docerentur quicunque ad literarum studia accedebant. Nam Hercules apud veteres dictus est μυσαγητής. Sed Hercules vnde Phœnicia est & Punica appellatio, virum peregrinationibus variis cultum significans & versutum, qui orbem terrarum pedibus obierit, multiplicemque sibi peritiam rerum & doctrinam δι' ἐμπειρίας comparauerit. Nam ex eo quod Hebræi virum peditem & vias pedibus explorantem *Ragli* appellant, Phœnices & Pœni duxerunt nomē commune virorum omnium *Regal* vel *Regla*, quia solus περ ἐμπειρίαν aptus est, & τὸν ἔμπειρον nuncupauerunt *Etragli*: inde ἡρακλῆς. Atque hinc multæ Heracleæ & heracleópoles in Asia tota, Ægypto, Græcia, & aliis regionibus, vbi scholæ ac literarum studia floruerunt.

Heraclius lapis alio nomine Magnes ab Heraclea ciuitate Lydię appellationē habet, quòd ibi plurimus reperiatur. Errauit ergo Politianus, cùm in *Ambra* Poëmatio Herculeum appellat, quasi ab Hercule nomen arcessat.

Herba declinatur secundum Isidorum ab *aruis*, sicut & arbor. Vtraq; enim terris adhæret suis innixa radicibus.

Herceus dictus est Iupiter. Græcè ἑρκεῖος, quòd aræ eius intus in septo ædiū, præsertim optimatum, erigerentur. Meminit eius Seruius *Æneid. 2.* ad locum istum: *Ingens ara fuit, iuxtáque veterrima laurus Incumbens aræ.* Et talem arā à Gręcis Poetis ἑστίαν nominatam animaduerterunt eruditi. Quòd autē Calaber scribit, *Priamum non ad Iouis Hercæi sed ad Mercurij* (ἑρμέω) *aram oppressum & interfectum a Pyrrho*, macula non caret. Imò dixerim cum Turnebo facilè hic committi potuisse errorem aliquem, pro ἑρκέω reponendo ἑρμέω cum & Arrianus *lib. 1. de Alexandro* scribat hoc modo: θύσαι δὲ αὐτὸν καὶ πριάμῳ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ διὸς ἑρκείου λόγος κατέχει, μῆνιν πριάμου παραιτούμενον τῷ νεοπτ. λέμω γένει, ὃ δὴ ἐς αὐτὸν καθῆκεν. Scripsit & Porphyrius veteres ædium partes Diis consecrasse, interiorem verò partem Ioui Hercæo, in cuius medio aram erigebant, Hercęūque nominabant, ἀπὸ τοῦ ἕρκου, id est, sepiendo, Iouem.

† Hercinia, sylua Germaniæ amplissima, ab optimis quibusque scriptoribus cele

celebrata,& (quod mirum) Eratostheni non ignota, cuius latitudinem nouem dierum iter expedito patere scripsit Cæsar lib. 6. Pomponius Mela sexaginta dierum spatio extendi tradit, quamque oriri volunt ab Heluetiorum, Nemetũ & Rauracorum finibus, rectáque fluuii Danubii regionibus effusam, Dacorum etiam limites attingere, hinc se flectere. sinistrorsum diuersis à flumine regionibus & multarum gentium fines attingere, *vt idem Cæsar memoriæ prodidit*, ex barbarie nominis originem habet, quod Germani vernacula sua lingua *Hartzvvaldt* eam vocarint, nec dubitat de eo Vadianus in Melam. Eadem Ptolemæo ὀρκύνιος est, *Hercinius saltus & Herciniuum iugum* Plinio. Rhellicanus in Cæsarem existimat cum *Hercinia* sylua eandem esse *Bacenim.* Nominant etiam Latini & Græci aliquando *Gabritam*, aliquando *Somanam*, & *Martianam syluam*, Germani iuxta Friburgũ *Schvvartzvvaldt* prope Heidelbergam *Odenuvvaldt* prope Herbipolim & Bambenbergam *Steygervvaldt* à Mæno vsque ad Loniam amnem prope Confluentiã *Besteruvaldt* prope Moguntiam & Frankfordiam *Speßhart* in Saxoniæ faucibus ad dictionem Mansfeldensem *auffden Hartz* à Thuringis *Thuringer Baldt* à Bohemis *Bohemervvaldt*. Quibusdam quoque in locis dicitur *silua nigra*, à pinuum frequentia. A Coldulis eam inhabitatam scribit Strabo *libro Geographiæ 7.* libro 4. Istri fontes prope eandem collocat Plinius *libro 16 capit. 3.* In eadem septentrionali plaga Hercyniæ syluæ roborum vastitas intacta & congenita mundo, prope immortali sorte miracula excedit, vt alia omittantur fide caritura. Strabo rursus multis eisque proceris arboribus frequentem dicit, inque medio sitam oram ad habitandum accommodam. Ad finem moneo Græcè apud Strabonem scribi ἐρκύνιον δρυμὸν apud Ptolemæum ὀρκύνιον consimiliter υ obtinente syllabam secundam. Retinui tamen receptam admodum Latinis *Herciniam syluam*, ἰῶτα succedente in locum υψιλὸν, quod propterea æquos lectores boni consulturos cõfido.

Hercules Poëtis cognomine παραστάτης, id est, *adiutor*, καλλίνικος θεὸς *pulcer victor Deus*, πρόμαχος *propugnator*, ἀδάμαστος, αἰολόμορφος, χαλκεοκάρδιος, ταυροφόνος, παντοδυνάστης, λεοντοφόνος, μόνοικος, εὔζυγος, πολύφαγος μουσαγέτης ἀλεξίκακος, &c. tanquam ἥρας κλέος, id est, *Iunonis gloria* appellationem habet. Hanc enim ille parabat sibi conficiendo monstra, quæ immittebat Iuno. Vel licet inde deriues ὅτι κλείζει τοὺς ἥρωας, *Heroes gloria afficiat.* Deus hic habitus est lucri, cui propterea sæpe omnium bonorum decimas vouerunt postea fortunatiores facti, quippe bonis auctis ad millia talentorum quatuor. Extitisse olim legitur templum eius Tybure cum bibliotheca variis monumentis instructa, vnde *Tybur Herculeum*, vocat Martialis. Meminit bibliothecæ Agellius *lib. 15. cap. 5.* Erexit & ipsi Domitianus templum in vrbe Roma magnis impensis, vbi se coli voluit. Ædem Herculis & Musarum erexit Mart. Philip. Augusti vitricus, *auctore Tranquillo.* Factum id volunt Mythologi quoniam ab vtraque parte mutua opus est opera. Musarum quies Herculis defensionem requirit, & Herculis virtus vocem Musarum, *vt est au[illegible] Naz[illegible] in Panegyrico Corp[illegible]ini.* Qu[illegible]nquam aliam caussam Plutarchus in suis problematibus assignet. Herculis Magni templum ædificasse dicitur L. Cornel. Sylla. Herculis defensoris templum etiam extitit, in quo non secus, atq; in Iouis propugnatoris templo, milites honesta missione dimissi & emeriti gladiatores clypeos & arma suspendebant. Herculis Victoris templa fuerunt duo: Vnum ad portam trigeminam, alterum in foro boario rotundum, *vt Liuius scribit*, vbi & ara eius maxima *(vt vocant)* fuit exstructa quam illi ab Euandro dicatam nonnulli tradi-

derunt, antequam vllum esset erectum templum, *vt & Seruius affirmat ad ytum. Virgilii locum* Hanc aram luco statuit. Et alio loco aræ huius sacerdotē nominat Poëta, quam Sol nus manifestè & distinctè etiam separat a septo, quod sibi Hercules instituit, & in quo ritus sacrorum potitios docuit diuinitus, canibus simul & muscis ab eius accessu prohibitis. Quo se maximo errori inuoluunt, qui tradunt Herculem sibi templū ædificasse in foro Boario, idque aram maximam appellasse. De hac ara porro & antiquissimo Potitiorum & Pinatiorū sacerdotio tradit hęc ferè Halicarnassęus lib. 1. *Postquam condita Herculi ara ab Euandro fuisset, & sacrificium factum, ferunt incolas regionis ab Hercule rogatos, vt quādo se vltro inter Deos recepisset, seruarent honores ipsius perpetuos, quotannis iuuencum indomitum mactantes & ritu Græco peragentes hoc sacrificium. Et vt semper libens adesset sacris, præficit illis edoctas prius ritum duas nobiles familias. Hi fuere Potitii atque Pinarii, penes quas gentes multis seculis durauit cura sacrorum, ita, vti ille iuxta Græcorum disciplinam instituerat.* Hæc ille Seruius scribit in 8. Æneidos, *cùm Hercules de suo armento ad sua sacrificia Boues dedisset, inuentos esse duos senes, Pinarium & Potitium, quibus ille, quomodo coli vellet, ostenderit, scilicet vt mane & vespери sacrificaretur, at perfecto matutino sacrificio cùm sacra essent repetenda sub solis occasum, & prior venisset Potitius, Pinarius postea, iratum Herculem, vt Pinariorum familia tantum ministra esset epulantibus Potitiis, constituisse.* Vnde etiam Pinarii ἀπὸ τῆς πείνης, id est, *fame* sunt dicti. Ara hæc, cum vicino aliquando flagraret incendio, liberata fertur à *Pinariis*, apud quam nec lectisternium fiebat, neque sacrificabatur, nisi aperto capite, quem morem Varro Grǽcum fuisse dicit. C. Bassus eam ob caussam solitum id fieri prodidit memorię, quod ara maxima erecta & constituta fuerit ante Æneæ in Italiam aduentum, qui velādi capitis ritum inuenit, *teste Macrobio*. Qui autem ibi operabantur sacris, coronabantur lauro, consuetudine ista diu post conditam Romam illata, cum Euandrū ante vrbē conditā populo Herculi gratissima vsum fuisse constet. Sed nec mulieribus interesse licebat huius Dei sacris in Italia. Atque hæc de sacrificiis & templis Herculis ex media antiquitate petita. Hercules porro fuisse tres placuisse videtur Diodoro. Alii volunt sex fuisse numero, quorū gesta assignentur vni isti Alcmenæ & Iouis filio: Varro tres & quadraginta, & in his Ægyptiū, qua lingua Hercol significare volūt, totum pellitum aliquem. Annius in Berosum Hercules vult dictos à *fortitudine*, quod omnibus fortiter aliquid gerentibus id nomen sit tributum, sicut Macrobius in Saturnalibus scribit *Herculeus nodus*, vt fertur prouerbio, ab Hercule est dictus, estque nodus indissolubilis. Festus scribit *nouam nuptam laneo cingulo præcingi solitam vincto Herculis nodo*, quem vir ominis gratia soluebat in lecto, vt & ipse felix esset liberis suscipiēdis. Hercules enim 70. filios reliquit.

Heri à Græco χθὲς. Ita monebat Glossarium vetus.

* *Hermæum*, Ἑρμαῖον, eruditionis locus, Mercurio (vt Græci putauerunt) sacer, dicebatur illis tam priuatus quàm publicus: nam hoc quoque nomine in Augustali siue prætorio Cæsaris dictum fuisse legimus apud Tranquillum in Claudio Cæsare. Est autē Hermes Phœnicia origine propriè ἀνὴρ πολυπλαγχθεὶς (vt Homeri vt amnr voce) varia & multa peregrinatione excultus, peritus, versutus, doctus: attributum Kadmi illius Tyrii, de quo abundè dictum in Academia. Ex eo igitur fonte deriuatum est *hermæum*, doctorum virorum peritorumque locus, gymnasium literatorum hominum, vbi res abditæ peruestigantur, ignotæ docentur, obscuræ declarantur, iter denique, instrumenta, artes, scientię, omnia ad

nia ad ſapientiam veram pertinentia proponuntur. Quapropter etiam Hermes ſiue Mercurius commune fuit omnium Academiarum & gymnaſiorum ſignum: vnde prouerbium, κοινὸς Ἑρμῆς. Cicero Attico, li. 1. epiſt. 4 Quod ad me de Hermathena ſcribis, per mihi gratum eſt ornamētum Academiæ proprium meæ: quod & Hermes commune omnium & Minerua ſingulare eſt inſigne eius gymnaſij. Hinc autem profectę ſunt plurimæ locorum appellationes, ſimplices & compoſitæ in Aſia minore, Aegypto, Libya, Græciáque: vt *Hermæa*, *Hermæum*, *Hermopolis*, *Hermopolites* nomos, & compoſitum *Hermounthis*, indéque *Hermounthites* nomos, forma Ægyptia, pro eo quod vaniores Græci dicturi fuiſſent *Hermathenaida*, & *Hermathenaiten* Nomen, ex patria ſua ἑρμαθήνας appellatione.

Hermaphroditus ἀπὸ τοῦ ἑρμοῦ καὶ ἀφροδίτης, id eſt, *Mercurio & Venere*. Idem Androgynus Latinis & Græcis. Generantur tales, cum vis in homine διαπλαστικὴ præter naturæ præſcriptum membra plura non neceſſaria format, tantum abeſt, vt cum Aſtrologis horum cauſſam in Mercurij & Veneris coniunctiones referre debeat. Vtrumque in eo membrum genitale, quamuis alterum plerunque inualidum. Elegans de eo carmen apud Auſonium. Eodem nomine etiam accipitur αἰσχροποιὸς καὶ παθικὸς apud Græcos.

Hermes ἀπὸ τοῦ ἔρειν, id eſt, *dicendo*, ἢ παρὰ τὸ εἴρειν nuntiando (*nuntius* enim fingitur Deorum) aut διὰ τὸ ἔρυμα ἡμῶν εἶναι, quod præſidium ſit noſtrum, καὶ ἕρμα τοῦ βίου *firmamentum vitæ*. Quid enim homo abſque ſermone? Atque ea de cauſſa ſacrata ipſi eſt lingua, vt ſplen Saturno, Ioui hepar, Marti pectus, cor & cerebrum Soli, Veneri renes, ſtomachus Lunæ, Genio frons, Miſericordiæ genua, & fidei manus dextra. Quia vero ſermo latentes cogitationes exprimit, idcirco ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν *interpretando* deducunt nonnulli nomen, vt Iſidorus ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας. Facundum itaque Atlãtis nepotem nominat eum Horatius, qui feros hominum cultus formarit voce, & ab eodem ſtatuas Mercurij vocabant Hermas, forma quidem quadratas & capite ſolo inſignitas, vt primo Saturnal. docet Macrobius. Meminit earum Plutarchus in Nicia & Alcibiade, magnamque dicit iſtarum copiam fuiſſe Athenis, at ex omnibus ciuitatis locis vna nocte deiectas capitibus perfractis, quod & apud Thucydidem 6. legas. Ἑρμῆς Τρισμέγιστος Triſmegiſtus, id eſt, *ter maximus dictus*, quod ſummus Philoſophus, rex & ſacerdos extiterit Mos quippe erat Ægyptiis, quibus ille præfuit, ex numero Philoſophorum ſacerdotes, rurſus ex ſacerdotibus deligere reges, teſte Platone.

Hermiones Germaniæ populi ſecundum Plinium *lib. 4. cap. 14. Natur. Hiſtor:* Partem eorum eſſe dicit *Chattos, Sueuos, Hermunduros, Cheruſcos*. Hariolatur Iunius, vt & alij, dum reuocat etymon ad linguam Germanicam nominatos quaſi *thermid woners*, quod mediterraneam Germaniæ plagam inter occidentalem & oriẽtalem habitauerint. Nam & Plinius *mediterraneos* eos nominat. Facile autem fuit Romanis vocis etymologiam ignorantibus deflectere & per errorem mutare nomen, non obſcuris tamen apparentibus in eo vetuſtatis veſtigiis. Putant nunc eos eſſe *Bohemos, Sileſios, Miſnenſes, Turingos, Saxones*. Mela tamen *libro* 13. vltimos Germaniæ populos vocat Hermiones, quod faceret contra prius adductum etymon. Sed enim duorum auctorum eorumque probatorum auctoritas præualere hic debet.

Hermodactylus. Quantum ex etymo vocabuli cõiicere licet, nil aliud vox iſta ſignificat, quã *digitũ Hermetis*. Sed quænam illa ſit radix, nondum ſatis conſtat Matthiolo & aliis quibuſdam medicis, niſi quod maximæ parti apud Actua-

rium & Nicolaum repræsentare videatur *behen album* & *rubrum*.

Hermon(*vt scribi nunc solet*) mons trãs Iordanem Phœnicibus Sircon, Amorrhæis Sanir, forsan ἀλσαδαμος Ptolemæo: quique Hieronymo destructio est, cum Hebraicè legatur חרמון, accessere videtur nomen à חרם anathemate *percussit*.

Hernia. Celsus Medicus insignis ad hunc modum: *His species nostri vocant Hernias a pellis duritie, quæ fit ob intestinorum descensum. Hernium enim lingua Sabinorum, quidquid est asperum & durum, vtpote qui Hernium nominabant saxum.* Ad eandem originem refert Hernicorum nomen bonus Grammaticus Festus Pōpeius his verbis: *Hernici dicti a saxis, quæ Marsi Hernia dicunt.* Dicitur & *Ramex* Latinis, Barbaris *Ruptura* seu *crepatura*, at Græcis κήλη, à quo nomine specierum Herniæ appellationes manant. Nã ἐντεροκήλη vel etiam ὀσχεοκήλη dicitur, cum intestini pars rupto peritonæo vel eodem hiante & relaxato delabitur in scrotum, id est, sacculum, quem ὄσχεον vocant, quique testiculos ambit: At ἐπιπλοκήλη, si descendat omentum: ἐπιπλεντεροκήλη, si intestina simul cum omento sint delapsa. Quòd si aquosus humor in testium tunicis collectus fuerit, est ὑδροκήλη: Si testes ob carneam quandam substantiam indurati fuerint est σαρκοκήλη: Si varices circa eosdem intumuerint nominatur κιρσοκήλη, id est, *varicosus ramex.* Vbi autem ob ruptum aut dilatum in inguine peritonæum, aut ipsum intestinum, aut epiploum, aut denique flatus per eum meatum descendens, quo feruntur vasa spermatica, tumorem excitat, dicitur βουβωνοκήλη. Hæc est mulieribus simul & viris cõmunis, at ὀσχεοκήλη virorum tantum. Sic vmbilici ramex dicitur ὀμφαλοκήλη, *& gutturis hernia* seu *tumor* in aspera arteria ex potu aquæ niuosæ Alpinis populis familiaris, βρογχοκήλη.

Hernici, Campaniæ populi, quorum nobilissima ciuitas *auctore Strabone*, Anagnia, *Iulio Hygino de vrbibus libro secundo*, sic referente Macrobio *Saturnal. 5.* sunt dicti ab Hernico Pelasgorum duce, à quibus illi sunt oriundi. Ceterùm Seruio, quòd montes saxosos habitent, ita nominati videntur. Hernias enim vel Hernia veteres dixerunt saxa.

Heros, Michalo scriptori Græco ἀνὴρ θεῖος, ἡμίθεος, γενναῖος, *vir diuinus, semideus, generosus*, ad imitationē Hesiodi, qui Heroes ἡμιθέους appellat, videtur idē trahere appellationem ἀπὸ τοῦ ἔρωτος τῆς ἀρετῆς, *ab amore virtutis*: Aliis ἀπὸ τῆς Ἥρας Iunone, quod & Augustinus attingit 10. de Ciuitate Dei: Rursus aliis ἀπὸ τοῦ ἀέρος aëre, quod post mortem nubibus inuoluti à Ioue hominibus præpositi dicãtur, vel ἀπὸ τοῦ ἔρας, id est, terra quam Heram dixerũt veteres, *teste Martiano Capella 2. de nuptiis Philologiæ & Mercurij*. Nam & Homeri interpres ait: ἔρα ἡ γῆ, κατὰ διάλεκτον. ἐκ δὲ τῆς γῆς ἐπλάσθη τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων. Plato in Cratylo deducit ἀπὸ τοῦ εἴρειν, id est, dicendo, quòd sapientes & eloquentes fuerint. Philo de mundo ἥρωας καὶ δαίμονας a Græcis vult dictos, quos Moses apposito nomine ἀγγέλους vocat, Zenon apud Laërtium solutas corporibus sapientum animas, alij præstantes in quauis arte atque scientia viros. Vnde Cicero ad Atticum I.C. *Heros ille noster Cato.* Et quia cõmuni hominum forte crediti maiores, hinc etiam rectè Virgilius, *Tum maximus Heros Maternas agnoscit aues.* Eustathius in 1. Iliad. Plerasque etymologias in vnum cõferens scribit hoc modo: ἥρωας δὲ ἡ παλαιὰ σοφία, γένος τι θεῖον δοξάζει μέσον θεῶν εἶναι καὶ ἀνθρώπων. διὸ καὶ Ἡσίοδος ἡμιθέους αὐτοὺς λέγει, ἢ ἐκ θεῶν ὄντας καὶ θνητοῦ ἀνδρὸς ἢ ἀνάπαλιν, καὶ ἱμὶν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς βούλονται καλεῖσθαι τοὺς ἥρωας. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, τροπῇ τοῦ ε εἰς η, παραγινεῖ, τοὺς ἥρωας, καὶ τοῦτο ἤ ῥέπει εἰς καὶ τὶς κάλλος θεῖον ἐρῶντος, ἢ καὶ ἄλλως, ἐκ μυθικοῦ ἔρωτος

ἔξωθεν καὶ ἐμπαθοῦς. ἄλλοι δὲ ἀπὸ τῆς ἔρας τοὺς ἥρωας ἔπον καλεῖσθαι. γῆθεν γὰρ ἦσαν. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀέρος, &c. Hesiodi interpres deriuare potissimùm videtur ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, tum quia nominat Heroes τοὺς ζῶντας καὶ ἀρετῆς τινὸς ὄντας μετόχους, tum quia paulò post hoc etymon inter alia proponit adiecto Orphei carmine: Μητέρα δ' ἡρώων ἀρετὴν, ἀπανεῦθε κλύοντες. Addit nonnullos etiam fabulosè trahere ἀπὸ τῆς ἐράσεως καὶ μίξεως τῶν θεῶν, quod cùm Dij sese mulierib. permiscuissent, ex his prodierint Heroes. Quanquam verisimilius est, hoc commentum à mulieribus excogitatum ad prætexendam adulteriorum turpitudinem, vt falsè admodum ludit Lucianus *in Alexandro*. Breue illis æui spatium solet à Poetis assignari. τὸ γὰρ καλὸν οὐκ ἐν μήκει χρόνου θετέον, ἀλλ' ἐν ἀρετῇ καιρίῳ συμμετρίᾳ, ait Plutarchus. Sed famam illorum factis celebrem Poetæ extenderunt & illustriorem reddiderunt carminibus, quæ ab ipsorum nomine Heroica sunt dicta. Vnde Flaccus:

Res gesta regumque ducūque, & tristia bella,
Quo scribi possent numero, monstrauit Homerus.

Herpes, ἕρπης, cùm flaua bilis syncera, & impermixta in aliquam partem decumbit, &, si crassior & acrior exstiterit materia, serpēdo totam cutem ad subiectam vsque carnem exulcerat. hinc ἕρπης ἐσθιόμενος dictus, παρὰ τὸ ἕρπειν, quod est serpere, arcessit nomen. Huius est alia species, Miliaris Herpes, à milii similitudine sic dictus, κεγχρίας ἕρπης Græcis, cùm minus acris & tenuior substantia, calida tamen, exiguas pustulas excitat per superficiem cutis. Sacrum ignem nominat Lucretius simul ad nominis originem alludens, cum inquit: *Exurit sacer ignis, & vrit corpora serpens*, vbi Lambinus pro exurit, legit exsistit.

. *Hesbon* (*vt scribi iam solet*) metropolis Sihon regis Amorrhæorum, quo occiso cessit in sortem tribus Ruben & Leuitarum Hebraico חשבון nominis originem habet à חשב *excogitauit*. Singulari enim artificio erat exstructa.

Hesperia dicitur interdum Italia, sed minor, nonnunquam Hispania, sed maior, ab Hespero stella, quam Plautus Vesperuginem vocat, & cuius naturam primus omnium deprehendisse dicitur Pythagoras. Præcipue hoc nomen obtinet, quando occidentem solem subsequitur. Cùm enim præcedit, Lucifer audit, φωσφόρος Græcis, *teste Cicerone 2. de Natur. deor.* Huius natura & vi cuncta generari in terris vult Plinius. Maximam etiam omnium stellam credit Hynus. Astrologi Veneris stellam appellant etiamsi alii Iunonis sidus, alij Isidis & rursus aliqui matris Deū esse velint.

Hesperides Plinio & Melæ Atlantici maris insulæ, Poetis Hesperi fratris Atlantis filiæ, à quo nomen ipsis est inditum. Habuisse dicuntur hortos aureis pomis insignes, sed quæ peruigil draco seruabat. Quapropter auferri non poterant nisi ab Hercule, interfecto dracone, qui his seruādis erat appositus. Marcus Varro Hesperidum mala interpretatur capras & oues, quas Hercules secum ex Aphrica adduxit in Græciam. Euincere id etiam aliquo modo videtur nominis hononymia: cum μῆλα sint Græcis tam oues, quàm mala, *vt & Diodorus lib. 5. af,.rmat.* Custodiam autem Draconis referunt Solinus & Plinius ad flexuosum maris meatum, qui procul spectantibus Draconis effigiem exhibebat, alij ad pastorem, qui ob feritatem etiam Draco sit appellatus. Sed de his fortasse satis.

Hetruria ἕτερος ὁ ἕτερος *alter terminus*: Qua parte enim Romanos fines alluit Tyberis, Hetruriæ terminus olim fuit, eiusdemque alteram ripam Romani, alteram tenebant Hetrusci. Quondam etiam est dicta τυῤῥηνία, Strabone teste, item Pelasgia & ζαοία, vt scribit Halicarnasseus, φυσκία quoque etiamsi vocabulum istud per β, olim scribi solitum idem Dionysius prodat. Hodie d[illegible]catus est Flo-

est Florentinus. Regionis huius incolæ sunt Thusci, qui vt *ἀπὸ τοῦ θύειν*, id est, sacrificando habere dicuntur nomen, ita originem ducunt à Lydiis. Scribit enim Valerius Max. de histrione hoc modo: *Eá;; res Ludiū ex Hetruria accersendi caussam præbuit, cuius decora pernicitas vetusto ex more Curetum Lydorumque, a quibus Hetrusci originem traxerunt, nouitate grata Romanorum oculos permulsit.* Hetrusci fuerunt Franciscus Petrarcha, Petrus Crinitus, & alij complures.

Hexametrum carmen à numero senario, vel sena pedum dimensione est dictum, Nam *ἕξ* sex, *μέτρον mensura.*

Hibernia quæ est Cæsari, Iuuerna Pomponio & Iunenali, *Satyra.2.* Item Solino in exemplari Aldino, *ἰουερνία Ptolameo, ἰέρνη Straboni*, Stephano, & Apuleio, *Ierna* Claudiano *4.Consul*, quibusdam Græcis *ἰουέρνον* si Hermolao fidem habemus, Eustathio *οὐερνία*, insula quidem contermina Britanniæ, sitaque inter sptentrionem occidentem, dimidio quoque Britannia minor auctoritate Cæsaris, ab hyeme, quæ in ea est vehemens, quibusdam est appellata. Quapropter etiã Hyberniam & Hybernam vocant, modò nullis vitiis aut mendis codices fuerint aspersi. Displicet hoc aliis, & quia Britannis vocantur incolæ *Hvverdhon*, fluxisse hinc volunt Iuerniæ vel Iuuerinæ nomen. Non pauci inde trahunt, quod Germani *Irlandt*, quasi regione illorum dixeris, nominauerint. Quod imitati Hispani, Itali, Galli *Irlandam* appellarunt. Robertus Constantinus in suo linguæ Latinæ complemento vult eam Cernen à Lycophrone dici, quod mihi tamen probari non potest. Verisimilius quid adferunt, etsi obscurum, qui hanc insulam fabulosè sub nomine Ogygiæ describi volunt in opusculo de facie in ore Lunæ. Incolę regionis sunt feri adhuc, etiamsi recesserint multum à pristina feritate. Scribit .n. de illis Strabo *ἀγριώτεροι τῶν βρετανῶν ὑπάρχουσιν οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν ἀνθρωποφάγοι τε ὄντες καὶ πολύφαγοι, τοὺς τε πατέρας τελευτήσαντας κατεσθίειν ἐν καλῷ τιθέμενοι, καὶ φανερῶς μισγεσθαι ταῖς ἄλλαις γυναιξί, καὶ μητράσι, καὶ ἀδελφαῖς,*

Hiera picra, *ἱερὰ πίκρα.* De hac medici: Ita nominarũt Græci, quasi *sacram*, ab operibus & facultatibus suis diuinis & mirabilibus: aut certè quasi *magnam.* Solēne .n. est Grȩcis *ἱερὸν* appellare *magnũ.* Porro picra, id est, *amara* dicitur ob aloen. Germani inferiores totam cõpositionem nominant *heilich bitter.* Valet ad succos vitiosos, qui in ventriculi tunicis hærent. Est & *Hiera Galeni. Hiera Logadij, Hiera Pachij*, quæ inuentoribus acceptam ferunt appellationem. Apud Strabonem & Plinium *ἱεράπιτνα* vrbs Cretæ, est reuera *ἱερὰ πέτρα* Ptolemęo. Dion scribit *Hierapydna* per γ. & D Stephanus scribit eandem *πύτναν* dictam, & *κύρβαν*, & *κάμιρον.* Hierapolis vrbis Phœniciæ quid aliud, quam *ἱερὰ πόλις.*.

Hieronica lex, quam Hiero Siciliæ tyrannus tulit vna constituens, quantum frumenti, quo pretio, quoue tempore aratot frumentum decumano, id est, publicano, qui decimas redemerat, daret. Propter æquitatem nihil in ea mutarũt Romani Sicilia potiti. Meminit autem eius Cicero *4.in Verrem.*

Hieronica dicti veteribus, qui vel in vno quatuor sacrorum certaminũ Grȩcię vicissent, *ἀπὸ τοῦ νικᾶν vincēdo* & *ἱεροῦ sacro* nominis trahunt auspicium. Meminit eorum in Nerone Suetonius his verbis: *Ac ne cuius alterius Hieronicarum memoria aut vestigium exstaret vsquam, subuerti & vnco trahi, abiicique in latrinas omnium statuas & imagines imperauit.* Maximis hi afficiebantur honoribus in Græcia, vtque Lucianus scribit, *ὡς ἰσόθεοι* tanquam Diis æquales. Prima quippe illis in spectaculis sedes concessa, positæque sunt statuæ perpetuandæ memoriæ caussa, quæ cum aliis magni pretij donariis reponebantur in templis Deorum. Eiusdem quoque cum intimis amicis exhibebantur *τὰ νικητήρια* vel *ἐπι-*

vel ἐπινίκια *carmina* ſcilicet *victricia* cũ victricibus cœnis. In publicis conuentibus demonſtrabantur digito, quod eſt δακτυλοδεικτεῖσθαι apud Dionyſium. Acclamatum ipſis, & in media theatri corona renunciatam victoriam, legimus apud Lucianum & Gregorium Nazianzenum. Tranſuectio ipſorum in vrbem Patriam planè triumphalis erat, quod curru inueherentur ſupra diſiecta mœnia, non ſine facularum & lampadum prælatione, adhibito quoque cum tibicine præcone, & capite corona inſignito, cum qua ſimul concedebatur immunitatis priuilegium. Quæ omnia vt in Hieronicis ſunt obſeruanda, ita ſilentio non premenda exiſtimaui.

Hieronymus ſcriptor Eccleſiaſticus, & quoad linguas omnium fere patrum doctiſſimus, imò pius & politioris illius literaturæ imperitus haudquaquã, ἱερὸν ὄνομα *ſacrum nomen*, videri queat, conueniente ita nomine cum re ſubiecta. Licet enim nomina conſtent θέσει, ſæpe tamen ipſis ineſt quædam ὀρθότης, quæ valet φύσει non κατὰ συνθήκην, ex ipſo videlicet naturæ penu deprompta. Sic Dominus Ieſus *verè ſaluator*, Ioãnes Baptiſta *gratia Doctor*, Chryſoſtomus χρυσοῦν στόμα *os. aureum*, ob eloquentiam, Abraham *Pater multitudinis*, Eua *viuentium mater*, Iacob *ſupplãtator*, Ioſeph *augmentum*, Eſther *occulta*, Paſcha *tranſitus*, & alia ſexcenta.

Hierephanta ſacrorum antiſtes, inde dictus, quòd ſacra oſtenderet vel eorum ceremonias doceret, φαίνειν enim eſt *docere*, ἱερὰ *ſacra*. Eidem ἱεροφύλακες dicuntur καὶ μυσταγωγοί.

Hieroſolyma Iudææ metropolis, Plinio non ſolùm Iudææ, ſed etiam totius Orientis vrbs longè clariſſima, prius etiã Solyma dicta, *vt refert Egeſippus*, Poëtis *Solyma*, item *Salem* & *Iebus* in literis ſacris, apud Dionem Caſſium *Ælia Capitolina* ab Ælio Hadriano Imperatore eius reſtauratore præcipuum hoc nomen ſuum obtinere videtur Euſebio *de preparat. Euãgelica lib. 9.* quod ſit ἱερὸν id eſt, *templũ*, Salomonis videlicet. Aliis videtur compoſita dictio ex Iebus & Salem. Cum enim prius diceretur *Salem*, deinde *Iebus*. tandem ex duabus his vocibus conflatam volunt vnam. Sed obſtat literarum ſitus, atq; adeo Hieronymi ſententiam amplecti præſtat, qui tradit vrbem, cuius rex fuit Melchiſedec, nomine *Salem*, non eſſe Hieroſolymam noſtram, ſed oppidum iuxta Scythopolim, cui & nomen Salem tempore ſuo ſaluũ ac immutatum manebat, eoque in loco Melchiſedec palatiũ aut certè reliquias eius fuiſſe demonſtratas. *Sic illi.* Atqui alii rurſus ex Iebuſalem, facta literarum mutatione, dictam volunt Ieruſalem. Quid ſi ab ἱερὸς, id eſt, *ſacer*, & *Salem*, deriues, quaſi ſit ſacra ciuitas Salẽ, vt partim Græca, partim Hebraica ſit dictio? Mihi equidem longè id magis arridet, quam quod Georgius Cedrenus habet in hiſtoriæ ſuæ compendio, cuius verba ſunt hæc: *Antiquitus ea Iebus appellata fuit à Iebuſæis ea loca habitantibus. Dauid autem ei nomen* Hieroſolyma *impoſuit ab euentu. Eſt enim in altiſſimo monte exſtructa, in quo Dominus Dauidi apparuit ad aream Ornæ Iebuſæi, cùm ob imprudenter factam populi enumerationem peſte populus affligeretur. Dicitur autem hic mons* Hebraicè *Ar, ciuitas Salem. Dauid ergo cùm nouam ſibi condidiſſet regiam, Arſalem nuncupauit, quod ſignificat locum pacis. In Græcum poſtea ſermonem vox ea tranſlata ob ſoni concinnitatem* Hieroſolyma *eſt nominata.* Vt finem faciam, complexam hanc vrbem in ambitu ſtadia 43. tradit Ioſephus: Quod ſi recipimus, equidem à magnitudine Romæ nõ procul abfuerit.* Hebr. ירושלים *Ieruſchalaim*, & ירושלם *Ieruſchalaim* ac *Ieruſchalem*, i. viſio pacis, à ראה *Raa*, vidit, & שלם *Schalem*, iniit pacem, pacificatus eſt. Olim Ieruſalem bifariam diuiſa eſt: in ſuperiorem ſcilicet & inferiorem. Superior in vertice Sionis, vna cum templo in eiuſdem montis latere ſita erat: quę à conditore interdum ci-

uitas Dauidis nominabatur. Templo autem adhærebat inferior ciuitatis pars. 1. Chron. 3. cap. Post reditum ex captiuitate instaurata est à Nehemia, & qualis fuerit, paulò ante euersionem sub Vespasiano Luculenter ostendit Iosephus, hist. de bello Iudaico. Postremo Ælia dicta, tempore Adriani Cæsaris, & tandem Turcarum imperio subiecta etiamnum conspicitur.

Hilaria lætitiæ celebritas VIII. Kal. April. Horum meminerunt Macrobius & Vopiscus, in Aureliano. Nam ἱλαρὲς nobis est Hilaris, vnde ἱλαρέα & *Hilaria*. Turnebus Matris Deûm ferias fuisse credit. Astipulatur & Maximus Dionysii interpres, qui ἱλαρίαν appellat istam festiuitatem. Verba eius sunt: ἦν δὲ ἱλαρία ἑορτὴ ἰδικὴ ῥωμαίων εἰς τιμὴν τῆς μητρὸς αὐτῶν, μᾶλλον δὲ δαιμόνων, ὡς φησὶ Δημέφιλος ἐν τῷ περὶ ἀρχαίος θυσιῶν.

Hippocrene, fons Heliconis pulcerrimus, nomen habet ἀπὸ τοῦ ἵππου *equo*, καὶ τῆς κρήνης *fonte*. Caballinus propterea dictus. Pegasus enim equus alatus, vt fabulantur, saxum ibi vngula feriens hunc fontem aperuit. Meminit huius & Strabo, vt & Hesiodi Paraphrastes, & inter nostros Persius in proœmio. *Non fonte*, inquit, *Labra prolui Caballino. Nec in bicipiti somniasse Parnasso Memini*. Equum illum nominat Ouidius 4. *de Ponto* Gorgoneum, eo quod natum fabulentur ex sanguine Medusæ, quæ & Gorgonis appellationem habuit. Porro ab hoc fonte *Hippocrenides* sunt dictæ *Musæ*, vt à Castalio fonte *Castalides*.

Hippodromus τῶν ἵππων δρόμος *locus equorum cursui destinatus*. Ibi enim procurrentes cum equis non imaginario prælio certabant, vt in catadromo, sed in ampla planitie tantùm de sua pernicitate contendebant currendo. Hinc Bœotis mensis ille *Hippodromius*, qui Atheniensibus est *Hecatombæon*, cuius die quinto duabus præclarissimis victoriis eos potitos tradit Plutarchus *in Camillo*.

Hippolitus, ἀπὸ τοῦ ἵππου, id est, *equo* dictus, καὶ τοῦ λύειν, quod dissoluere significat. Fictum nomen cum fabula, vt alia quàmplurima, *teste Platone in Cratylo*.

Hippomanes ἀπὸ τῆς τῶν ἵππων μανίας, id est, *equorum furore* accessit nomē. Quid autem illud sit, multum disputatur. Seruius enim vult esse virus defluens ex equarum inguinibus, quo tempore ferũtur amoris furore. Virgil. Georg. 3. *Hinc demum lentum destillat ab inguine virus Hippomanes, quod sæpe malæ legere nouercæ.* Alii carunculam esse volunt ad caricæ formam latam & nigram, & in fronte pulli recens nati prostantem, veneficis appetitam inprimis. Atque illis astipulatur Lucanus *libro 6.* imo Aristoteles *de Histor. animal. lib. 8.* vbi inquit: ὅταν δὲ τέκῃ ἡ ἵππος, τότε χόριον εὐθὺς κατεσθίει καὶ ἀπεσθίει τοῦ πώλου. ὃ ἐπιφύεται ἐπὶ τοῦ μετώπου τούτων τῶν πώλων, ὃ καλεῖται ἱππομανὲς. ἔστι δὲ τὸ μέγεθος ἔλαττον μικρὸν ἰσχάδος, τὴν δὲ ἰδέαν, πλατὺ περιφερὲς, μέλαν. τοῦ τὸ ἐάν τις φθῇ λαβὼν, καὶ ὀσφρῆται ἡ ἵππος, ἐξίσταται καὶ μαίνεται πρὸς τὴν ὀσμὴν, διὸ καὶ αἱ φαρμακίδες ζητοῦσι καὶ συλλέγουσι. Idem affirmat 8. *de Natur. Animal.* etiamsi eodem libro etiam concedat vocari ab aliis Hippomanes, ὃ ἐκρεῖ ἐκ τοῦ αἰδοίου ὅμοιον γονῇ, λεπτότερον δὲ πολὺ ἢ τὸ τοῦ ἄρρενος. Theocritus εἰδ. β. vult esse φυτὸν, cum ita canit:

ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ᾽ ἀρκάσι, τῷ δ᾽ ἐπὶ πᾶσαι
καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν᾽ ὤρεα, καὶ θοαὶ ἵπποι.

Plinius scribit *tantas in veneficio vires habere, vt vel olfactu solo id genus in rabiem agat*, in quo sequitur Aristotelem, cuius verba antea adduximus.

Hippius ἵππιος, videtur Pausaniæ in Achaicis dictus *Neptunus*, quod τῆς ἱππικῆς, id est, *equitationis* fuerit inuentor.

Hippona equorum Dea, cum ἵππος. sit *equus*. Meminit eius Apuleius *3. de asino aureo*, Plutarchus *in Parallelis*, Fulgentius *de obscuris vocibus*, Tertullianus *in Apologetico*.

Hircia lex ab eo A. Hircio lata, qui postea cecidit in pugna ad Mutinam, de

Pompe

Pompeianis non admittendis ad dignitates. Meminit eius Cicero *Philip.13.*

Hipposelinon apii genus, nomen trahit *ἀπὸ τοῦ ἵππου equo, καὶ τοῦ σελίνου apio.* Vt rectè equinum apium nominari queat, & eadem de caussa Theodorus Gaza equapium transtulerit, ficto nouo & barbaro ad Græcorum imitationem vocabulo Marcellus in Dioscoridem putat eum rectius fuisse redditurum *grande apium*, forte quia tam ἵππος quam βοῦς in compositione significationem intendit, veluti cũ dicunt Græci *ἱππόπορνον impudicissimum, ἱππογνώμονα excelso aliquem animo*, Sophocles Aiacem, *ἱππομανῆ* i. *admodum furiosum* Homerus nominat hanc herbam Iliad.2 *ἐλεόθρεπτον*, id est, *apium palustre*. Verba eius sunt: *ἵπποι δὲ παρ' ἅρμασιν οἷσιν ἕκαστος λωτὸν ἐρεπτόμενοι ἐλεόθρεπτόν τε σέλινον*. Admodũ sanè salubris est equis hæc herba maximè si otientur, *vt docet Plutarchus 5.Sympos. cap.4.* Apud Nemeam verò victoribus cum quadam virtutũ præfatione donari solebat hæc herba.

Hippopotamus ὁ τοῦ ποταμοῦ ἵππος, fluuialis equus, qui cùm nulla genitorẽ reuerẽtia prosequatur, *&* ad aliena bona diripiẽda promtissim⁹ sit, significare solebãt ei⁹ pictura improbitatẽ apud Ægyptios.

Hirpini Italiæ populi, quos Plinius collocat in regione secunda cum Beneuento, & quorum meminit Appianus 3.*Historiarum*, Silius *lib 11.* Strabo 5. nomẽ acceperunt à lupo coloniæ ductore, quẽ Hirpum Samnites vocant, *teste eodem Strabone.* Verius existimo id, quàm quod Seruius refert *11.Æneid.* his verbis: *Soractes*, inquit, *mons est Hirpinorum in via Flaminia collocatus.* In hoc autem monte cùm aliquando Diti patri sacrum persolueretur, subitò venientes lupi exsta rapuerunt: quos cùm diu sequerentur, delati sunt ad quandam speluncam halitum ex se pestiferum emittentem, adeo vt iuxta stantes necaret. Et inde orta pestilentia est, quia fuerant lupos secuti, de qua responsum fuit, *posse sedari si lupos imitarentur, hoc est, si ex rapto viuerent.* Quod posteaquam factũ est, dicti sunt populi *Hirpini, Sorani*: Nam lupi Sabinorum lingua *Hirpi* vocantur, Sorani verò à Dite. Nam Dis pater eadem lingua Soranus dicitur. Hi sunt qui Iulio Cæsare & L. Martio Philippo Coss. 65. anno ab V.C. cum prope omnia alia bella cessarent, vnà cum Marsis, Malinis, Picentibus, Ferentanis, Samnitibus, Lucanis, & aliis, grauissimum bellum in Italia mouerunt. L. Florum lege *lib. 3.* Appianum *lib. 1.* & Entropium *de gestis Roman. libr. 5.* Porro Hirpinum Hirpinorum esse oppidum in Italia, tradit Biondus. Hodie id *Harpaiam* dici, scribit Leander.

Hispalis vulgo Siuilia, videtur Isidoro Hispalensi Episcopo nominis originem trahere, quòd in palustri loco locata sit suffixis palis, ne lubrico & instabili fundamento caderet. At ea sententia displicet Vasæo & aliis, quorũ aliqui ab Hercule, aliqui ab Hispalo conditam affirmant. Benedictus Arrias Montanus, qui ortu suo Hispalim illustrauit, de Patriæ suæ appellatione scriptis ad Abrahamũ Ortelium literis hæc fere prodit: *Hispalis nomen est Phœnicum ex Spila vel Spala deflexum, quod planitiem seu virentem regionem significat, quale eius territorium conspicitur. A Græcis verò addita est aspiratio. Arabes autem, quia P literam non habẽt, ob idque pronuntiare nequeunt fere ad natiuam vocem referentes Sibilla dixerunt: Deinde Christianorum vulgus Seuilla, vt nunc appellauit.* Hæc ille.

Hispania, quondam Iberi a *ἰβηρία*, & *Hesperia ἑσπερία auctoribus Strabone & Plinio, ἱσπανία* sine aspiratione Ptolemæo & Stephano, item *Celtiberia* quondam dicta teste Appiano Alexandrino, Hebræis ספרד *sepharad, teste Postello*, & præter Postellum Aria Montano in Abdiam, vbi & Spaniã Chaldæis dici scribit, à rege Hispano nomen habere creditur, *vt meminit Trogus.* Equidem regem istum nominat & Berosus, quem Hispa-

li filium & Libyci Herculis nepotem fuisse scribit Tarapha. Meminit idem re'gis Iberi ex Beroso, quem vult non so'lum anni Ibero, sed & vniuersę regioni Iberiæ, dedisse nomen contra eos, qui Iberiæ nomen deflectunt à fluuio Ibero. Terrarum hanc plagam nulli posthabendam, siue frugum copiam, siue soli vbertatem & vinearum prouentus spectes, scribit Solinus. Eius incolæ Silio *prodiga gens animæ & properare facilima mortem*, dicuntur Iosepho θοβήλοι *thobeli*. Diuiditur omnis Hispania in Citeriorem & Vlteriorem. Citerior; quę & *Tarraconensis* dicitur, complectitur regnum Nauarræ, Cathaloniæ & Arragonię, quę Munstero nomen obtinere videtur à boum possessione, quasi sit *Charakinia*. Vlterior diuiditur in Bethicam, quæ est hodie *Granata*, & Lusitaniam, quæ *Portugallia* est nostris. In regione Corduba nobis dedit Lucanum Poëtam & Senecam Philosophum, Hispalis Isidorum Episcopum & nostro tempore doctissimum virum Ariam Mõtanum. Oriundus & hinc Quintilianus; & Ludouicus Viues, cuius exstant doctissimi commentarii *in libros August. de ciuitate Dei.*

* *Hispaniam* nomen traxisse ab Iberia Asiæ regione, & inde veteres Hispanos oriundos esse quidam affirmant; hac coniectura freti. Iberiam hanc quõdam πᾶνα Panam, à Pano huius regionis pręfecto, postea à iunioribus σπανίαν, spaniam vocatam scribunt: quos si sequamur, ego dixeri (inquit Ortelius in thesauro Geographico) hispanos, quos ex hac Iberia origimem habere, classicorum ferè omnium testimonio, cõstat; ab hac Spania potius, quàm ab Hispalo (vt quã plurimi affirmant) nomen sortitos. Neq; enim ipsi suam regionem Hispaliam, sed Espaniam, quasi spaniam, patria lingua vocãt. Nam E literam, vocabulis Latinis ab S incipiẽtibus pręponere, Hispanicũ vulgus solet, & cũ Gallico habet cõmune sicut apparet in dictionibus schola; scala, scutũ, stellã, scribere, studere, aliisq; innumeris, quibus E proposito, suis dialectis familiares reddũt. Nã & D. Eulogius, qui ante 700. annos scripsit, eã nõ Hispaniã, sed Spaniã vocat: quod monuit (qui huius vitã edidit) Amb. Moralis. D. Paulus etiã, cap. 15. epist ad Rom. v. 24. & 28. Σπανίαν pro *Spania* nominat. Arias Mõtanus hanc Iberiã Asiaticã sit in sacris literis sub nomine Thubal (Θίβηλ Iosephõ) describi, atque hinc profectos Hispanos, qui Europæ vltimam partem versus Occidentem occupant, testatur in suo Appatatu Biblico.

Historia, quam Cicero *de Oratore* nominat testem temporum veritatis lucem, vitam memoriæ, magistram vitæ quamque apud Gręcos primus omnium Cadmus Milesius scripsisse fertur, non solum dicta videtur ἀπὸ τοῦ ἱςορεῖν quod est *inquirere*; sed etiam iuxta Platonis Cratylum ὅτι ἵςησι τὸν ῥοῦν, quod sistat fluxum; quippe temporum, tum synchronismo, tum epocha, *vt vocant*, cum certa annorum serie res omnes coercet atque distinguit. Vel potius quod labilis ac fluxæ nostræ memoriæ infirmitatem confirmet, sintque æterna illa, quæ monumentis historiæ sunt conseruata. Hæc non solum necessaria est oratori, *vt vult Aristoteles*. verum etiã Iuriscõsultis, adeo vt multi haud satis constituere possint, plúsne lucis historia ex iurisprudentiæ libris, an iurisprudentia ex historicis monumentis accipiat. Quin ad multa sacræ scripturæ loca ritè intelligenda & explicanda summopere facit. Vtque agricolatione corpora, sic historicis monumentis fouẽtur & recreantur animi. Quantum ad etyma prius allata, spero imò confido neutrum à prudentibus reiectum iri. Attamen Francisci Patritii verba ad calcem adiiciam, vt etiam varia hominum iudicia rem ipsam magis trutinandi occasionem exhibeant. Exstant illa de histor. *Dialog. 1.* in hunc ferè modum: *Quidam linguæ Græcæ insigniter peritus formauit historiã ab* ἰδῶ, *quod video*

video significat, quoniam soli rerum euentus sub sensus cadant. Videre autem hic, idem quod *sentire* significant. Quidam aliter interpretantur. Aiunt ij ὁράω. ὁρῶ, Græcorum lingua esse, *video*: as deinde idem quod in quibus compositis oritur ἀθρέω, & paucis hinc immutatis ἱστορέω, quod idem est, *ac rem ipsam oculis intueor*, & hinc tandem deriuari *historiam*. Ego etsi magnum virum esse Patricium sciā, tamen in nimis lōgè petito etymo astipulari non possum. Neq; ἱστορέω, sed ἱστορῶ, vsitatum verbum est Græcis, modo non mendum deformarit hunc eius locum. Rectius Isidorus: *Historia est narratio rei gestæ, &c.* Dicta autē Græce historia ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, quod est *videre*, vel *cognoscere*. Sic enim legendum arbitror.

Histrio. Histriones dicti, *inquit Festus*, quod primùm ex Histria venerint, quæ Italiæ est regio post flexum Adriatici maris Illyrio contermina. Vt hinc appareat molliter eos vixisse. Sed Festo aduersatur cum Valerius *libro 2.* tum Liuius *libro 7. Decadis primæ*, qui histrionibus inditum hoc nomē volunt, eo quod ludio verbo Thusco diceretur *Hister*, atque adeo ex Hetruria volunt eos primū accitos. Ceterùm Liuii verba adscribā: *Ludiones*, inquit, *ex Hetruria acciti, ad tibicinis modos saltantes haud indecoros motus more Thusco dabant.* Imitari deinde eos iuuentus simul inconditis inter se iocularia fundētes versibus cœpere, nec absoni à voce motus erant. Accepta itaq; res sæpiúsque vsurpando excitata vernaculis artificibus: quia Hister Thusco verbo ludio vocabatur, nomen Histrionibus inditum, qui nō, sicut ante, Fescēnio versui similē incompositum temere ac rudem alternis iaciebāt, sed impletas modis satyras, descripto iam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant. Ab hac sententia non abhorrere videtur etiam Plutarchus *Problemate 106*. Alia autem appellatione nominati sunt Mimi ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι, id est, *imitando*, de quibus suo loco tandem. Leue hoc hominum genus & impudens, nōnunquam etiam flagitiosum. Quo minus mirum videri debeat, à Tiberio primùm, inde à Nerone pulsos & eiectos eos fuisse ob scelera sua Italia tota, etiā ante illos Augustus summo eos studio prosequens coercitionem in Histriones Magistratibus inhibuerit. Paulatim .n. vitia latiùs se pādunt & serpunt. Atq; tū refrænādi ea est tempus ne totum Reip. corpus labefactēt. Infamia eos apud Romanos notatos, apparet ex *l. 1. ff. de his qui notātur infam.* Theodosius viles & inhonestos nominat *de spectaculis*. Demosthenes quoque oratione περὶ παραπρεσβείας. nominat Aeschinem probrosè τριταγωνιστήν, id est, *Histrionem tertiarū partiū ar.* Sed nec mirū, homines eos habitos minimè ingenuos, cū omnes ferè improbis sint moribus, id quod accedere vult Aristoteles, eo quod actus imitentur turpes, qua imitatione tādem habitus conflatur, qui mores repræsentatos histrionibus conciliat.

Hodie, hoc die.

Hollandia alio nomine Batauia, nonnullis dicta à fœno, cuius maximus in ea prouentus, quasi *Hoylandia*. Ceterum à vero discedūt. Toto quoq; cœlo aberrāt, qui ab illo *Olennio* apud Tacitum nominis auspicium trahunt, qui regendis Frisiis impositus ob iugum & exactionem intolerabilem eos ad rebellionem commouit receptus castello, cui nomen Fleuum. Propius accedunt, qui à cauitate, quæ ipsa & Batauiæ nomen dedit (*vt in Batauia est dictum*) deriuant. Sunt qui etiam primum Olandiā nominatam volunt, tādem verò aspirationis notam in calami ius vsurpatione transisse, *vt Adrianus Iunius vir apprimè doctus non leuibus argumentis in sua Batauia confirmat.* Huius incolas Cattorū progeniem esse existimant nō pauci. Germaniæ is populus natali solo exactus ob intestinam seditionē & discordiā, cùm Rheno superato nouas sibi quæreret sedes, tandē insulam hanc prædicto amne circūfluam

& vacuam colonis in extrema Belgij ora occupauit, id quod docere videntur Taciti verba libro, quem de Germanorum moribus edidit, hoc modo: *Omniū harum gentium præcipui Batavi, non multum ex ripa, sed insulam Rheni amnis colūt, Cattorum quondam populus, & seditione domestica in eas sedes transgressi, in quibus pars Romani imperij fierent. Manet honos & antiquæ societatis insigne.*

Holocaustum aut Holocautoma τὸ ὅλον καυστὸν *totum combustum aut igni absumtum sacrificium.* Quo respexit Virgilius his verbis: *Et solida imponit taurorum viscera flammis, Pingue superque oleum fundens ardentibus extis.* Meminit huius & & Iosephus 3. *Antiquit.* In aliis sacrificiis, vt in Pacificis, pars tantùm incendebatur, vt adeps & exta. Pectus & armi cum libaminibus ad sacerdotē pertinebant. Reliquæ carnes cedebant priuatis. Græcè vocantur illa εἰρηνικὰ & θυσία εἰρηνική. Vnde apparet oblatum esse hoc sacrificium, cùm Deum aut pro pace aut salute orarent, aut ea impetrata Deum laudarent aut gratias agerent.

Holporphyra, vestis ὅλη πορφυρὰ *tota purpurea, vel ex purpura.* Est autem purpura de genere concharum, ex cuius faucibus iuxta Plinium elicitur liquor aptus ad vestes tingendas, eumque florem (*sic enim nominat*) in mediis faucibus hærere dicit. Minimum liquoris esse vult in candida vena. Addam & ea, quæ sequuntur apud eundem. Viuas capere contendunt, quia cum vita sua succum illum euomunt. Vnde pretiosus ille bibitur nigrantis rosæ colore sublucens. Reliquum corpus sterile. Hinc fasces securesque Romanæ viam faciunt: Idemque pro maiestate in pueritia est. Distinguit ab equite curiam: Diis aduocatur placandis, omnemque vestem illuminat. In triumphali miscetur auro. Quapropter excusata & purpuræ sit insania. Anatomici, qui diligentius purpuras inspexerunt, animaduerterunt in canaliculo, per quem linguam exerit, duo foramina in diuersas corporis partes delata primùm, vt inde ad branchiarum locum pertinerent, & paulò infra stomachum amplum cor, erui fere magnitudine, subrotundum, ad latera brāchiarum situm. Hepar verò viscidum, tenaci quodam lentore præditum, vt pene viscum esse appareat. Hoc Aristoteles appellat *papauer*, & ad eius latus residet mucus ille purpureus, quo olim tingebātur panni. Hinc quiuis colligat quàm pretiosæ olim fuerint vestes purpureæ. Quo minus mirum videatur peculiares eas fuisse regibus, Imperatoribus, Consulibus. Audi Ouidium ad Consulem Græcinum: *Spectarem, inquit, qualis purpura te tegeret.* Plutarchus in Paulo: *Aemilius ipse sequebatur ornatissimo curru, invictus, purpuram auro contextam indutus.* Vsum. & Romulum purpura in trabea sua scribit Plinius. Quid, quod ceteris etiam magistratibus tandem licuerit, vti purpura, exceptis tamen tribunis, *eodem Plutarcho teste.* Præstitit purpurarum piscatu olim Phœnicia, *vt scribit Strabo.* Quocirca & Tyria purpura optima est habita, quæ à Tyro Phœniciæ vrbe appellationem trahit, maxime si dibapha esset, id est, bis tincta, magnifico sane impendio. Purpuram *Silatariam* existimat Turnebus dictam apud Iuuenalem à *stlata*, quæ erat πειρατικοῦ σκάφους εἶδος.

Holoserica vestis, quæ est ὅλη, id est, *tota ex serico.* Est autem sericum arborum lanugo apud Scythiæ populos Seres: Hanc veluti quandam frondium canitiem perfusa aquam depectunt.

Homeritæ, Ὁμηρῖται Ptolemæo μέγα ἔθνος & Arabiæ Felicis populi, quos numerosissimos appellat Plinius, Auromatæ Procopio 1. *de bello Persico*, a debili visu iuxta nonnullos tulerunt nomen. Nam ὅμηρος Græcis est is, qui nobis est cæcus.

Homerus Poëtarum princeps, qui iuxta Democritum diuinum sortitus ingenium ἐπέων κόσμον ἐτεκτήνατο παντοίων, omnium

omnium Poëtarum & Filoſophorum, imò Socratis, *Auctore Dione Chryſoſtomo, Præceptor, Archeſilao amaſius*, Platoni *vitæ Magiſter*, Ariſtoteli *præcipuus omniũ partium Poetices excultor*, Straboni ἀρχηγέτης τῆς γεωγραφικῆς ἐμπειρίας & *Philoſophus*, Alexandro Magno Poëta βασιλικὸς, cuius etiam Therſites eſſe malebat, quàm Chœrili Achilles, Hippodromo *vox Sophiſtarum, quemque in hoſpitalitiis* vna cum Apolline inuocatum ab Argiuis ſcribit Aelianus, & cuius Poëmati idem Alexander Magnus aureum ſcrinium gemmis diſtinctum & in præda Darij repertum deſtinauit, nomen ſuum adeptus eſt à corporis vitio. Cœcus enim fuiſſe fertur, qui Græcis eſt ὅμηρος. Qua ratione nomen illud cum prius & à prima natiuitate nominatus fuerit *Meleſigenes*, ipſi obtigerit, prolixè admodum declaratur ab Herodoto in ipſius vita. Heliodorus tamen Æthiopicus ſcriptor ita appellatum exiſtimat, quòd prolixam pilorum ſyluulam inde à primo ortu in altero femore enatam habuerit. Vnde conſcij iſtius notæ nouum hoc tribuere maluerunt, quaſi prolato digito femur deſignantes, cùm dicerent ὅμηρος. Ceterum prior orginatio, longè eſt probabilior, & à pluribus probatis auctoribus recepta. Quinimo tota vetuſtas cœcum eum fuiſſe credit. Quantum ad eius ſcripta, qua non illa ætate in magno ſunt habita pretio: Quis ſanæ mentis non admiratus fuit, excepto Zoilo Homeromaſtige, homine aut peruerſi, aut nullius ſane iudicij? Bene Tullius alludens ad celeberrimum illud Græci Poëtæ Epigramma de ſeptem ciuitatibus, eum tanquam ciuem ſibi venditantibus: *Homerum*, inquit, *Colophonij ciuem ſuum eſſe dicunt, Chij ſuum vendicãt, Salaminij repetunt, Smyrnæi verò ſuum eſſe confirmant. Itaque etiam delubrum eius in oppido dedicarunt.* Porrò ſciendum & illud, ſingulos ipſius verſus prognomis & prouerbiis habitos à veteribus, id quod de Euripide in Epiſtolis dixit Cicero. Quanquam iuſtius affirmari queat de hoc noſtro, ſi ad examen reuocemus teſtimoniorum propemodum plauſtra, quæ illi in ſua monimenta tranſtulerũt. Quo minus iam excuſari poſſit Caligula, quòd eius Poëmata abolere cogitauerit, *vt in eius vita ſcribit Suetonius, & inde Adrianus*, qui pro illo Antimachum inducere voluit in ſcholas, *teſte Dion Nicæo.* Quanti opus eius fecerint, docet etiam inteſtinum Draconis CXX. pedum, in quo poëma totum aureis literis ſignatum fuit, quodque vniuerſum tãta ſubtilitate olim in membranis fuerit deſcriptum, vt nucis putamini poſſet includi, quod denique eius codex in Perſico Narthecio pro gaza repoſitus fuerit, *vt meminit Strabo libro 13.* & paulò ante eſt dictum. Nimis eſſem, ſi omnia referre vellem, quæ ſpectant ad ipſius commendationem. Alias fortè latius de eo ex profeſſo dicendi dabitur occaſio.

* *Homilia*, המלה *hamulla*, id eſt, Strepitus loquelæ copioſæ, ſonitus ſermonis prolixi, rumor. Cognationem habet cum המון *hamon*, id eſt, copia: nam Lamed & Nun ſunt literæ eiuſdem inſtrumenti. Affinitate quoque alludit ad מלל *Millel*, loquutus eſt præciſa voce. Hinc ὁμιλέω, loquor in magno cœtu hominum, concionem habeo; ὁμιλία ſermo ad populum, homilia, ὅμιλος cœtus, ὁμιλάδον, ſimul, turmatim, &c. Homilia frequẽter etiam apud Græcos auctores ſumitur pro priuato colloquio, & pro ipſa actione verſandi in hominum cœtu. Quoniam verò ipſæ conuerſationes non ſunt mutæ, homilia, ὁμιλία, de colloquiis priuatis & de ſermonibus ad cœtum rectè vſurpatur. Euſtath. in 1. lib. Odyſſ. annotat ὅμιλος eſſe nomen γενικὸν, deriuatum ἀπὸ τῆς ἴλης. Alij, παρὰ τὸ ὁμοῦ εἰλέσθαι.

Homo, quem θεόπλαστον nominauit Sibylla, ἰκελὸν μακάρεσσι γενέθλην Oppianus, μίμημα δαιμόνιον Plutarchus, σκιᾶς ὄναρ Pindarus, εἴδωλον, καὶ κούφην σκιὰν

σκιὰν Sophocles; Aristoteles verò ἀσθενείας ὑπόδειγμα, καιροῦ λάφυρον, τύχης παίγνιον, μεταπτώσεως εἰκόνα, φθόνου καὶ συμφορᾶς πλάστιγγα, τὸ δὲ λοιπὸν φλέγμα καὶ χολήν. id est, *imbecillitatis exemplũ, temporis spoliũ fortunæ lusum, inconstãtiæ imaginem, inuidiæ & calamitatis trutinam, at cetera, phlegma & bilem.* Ab humo optime est dictus Lactantio & plurimis aliis, quantumuis rideat Quintilianus. Est enim ex terræ gleba vel rubri coloris massa factus, vt docent literæ meliores. Quid enim aliud אדמה, quàm *terra rubra*, ex qua primus homo Adam formatus fuit, qualis esse solet in multis orientalibus locis propter solis adustionem? Vt specialius videatur id esse nomen, quam ארץ, *arets*, totam vniuersaliter terram significans. Quicumque ergo cum Rhetore etymon huius nominis trahũt à vitæ concordia vel consortio (Græcè enim ὁμόνους est *concors*, ὁμόνοια *concordia*) eos explodendos & reiiciendos hoc loco censeo: vt & eos, qui ab humanitate notationem deducunt. Nostrum equidẽ etymon amplexus etiam est Varro Romanorum facilè doctissimus. Monet idẽ nos conditionis atque miseriæ nostræ. Quippe omnes vna manet nox: *Imo mortem in pedibus circumferimus.* Manet immutabile diuinæ vocis decretum: *Puluis es, & in puluerem resolueris.* Græci verò ἄνθρωπον nominant, ὡς ἢ ἀναθρῶν ἃ ὄπωπε *quod contempletur ea, quæ vidit*, vt in Cratylo Platonis docet Socrates.

Homœoptoton, quod Thucydidis Scholiastes γόργιον nominat, forte à Gorgia Sophista. Terentij interpres ὅμοιον τῷ γένει, cum simili sono casuum desinunt commata & cola, vt nunquam fruetur sapientia, cui inuisa est industria, iuxta Sallustium, nomen inde sibi vendicat, quod habeat, ὁμοίως πτωτὰ *similiter cadentia.*

Homœoteleuton similiter desinens, cùm verba aut aliæ voces, quã quæ casus habent, simili sono desinũt iuxta commata aut cola, vt melius est à sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi, ἀπὸ τῆς ὁμοίας τελευτῆς, id est, *simili exitu* nomen accessit.

Homonyma siue Aequiuoca vocabula res varias sub nomine vno complectentia dicta videntur, quod habeant ὁμὸν ὄνομα, id est, *simile & commune nomen.* Quale pes est. Nam & hominis pedem dicimus, & montis, lecti, veli, carminis. Sic canis est terrestre animal, est & marinum, est etiam sidus. Sunt itaque ὁμώνυμα, τὰ πλεοναχῶς λεγόμενα. Hinc ὁμωνυμίας ἢ ἀμφιβολίας στάσις, id est, *status ambigui* apud Rhetores, cum verbum aliquod generale aut ambiguum dissensionem parit.

Honorarium vinum, inquit Isidorus, quod regibus & potentibus honoris gratia offertur. Cato de innocentia sua: *Cum essem in prouincia legatus, quamplurimi ad prætores & consules vinum honorariũ dabant: nunquam accepi, nec priuatus quidem.* Fuisse etiam quoddam honorarium frumentum Romæ, apparet ex Cicerone in Pisonem. *Qui modus*, inquit, *fuit tibi frumenti æstimati, qui Honorarii? siquidẽ potest vi & metu extortum honorarium nominari.* Ius honorarium apud I Ctos ius Prætorium, quippe eorum edicta complectens nomen hinc habet, quòd qui honores gerunt, id est, *magistratus*, auctoritatem huiciuri dederint. Ab eadẽ origine pendent actiones honorariæ, quæ à prætoribus in edictis propositæ sunt, vt legi deficienti opem ferrent.

Hora ὥρα, Græcolatina dictio, vel potius à Græcis accepta & tradita Latinis. Trecentis enim annis iam inde ab V. C. ignorasse hoc nomen Romanos euincere conatur *libro de die natali* Censorinus, tum Plinius *lib. 7. ca. 60.* quod in XII. Tab. mentio tantum fiat occasus & ortus. Sunt enim: *Occasus solis suprema tempestas (ὥρα) esto, id est, nouissimum tempus.* Argumento quoque huic rei sunt Priscæ locutiones, ex quibus liquet dies veteres non partibus distinxisse, sed actionibus quotidianis. Vesperam enim

ἕκλυτον

βυλυτὸν dicebant tempus autem antemeridianum πληθυούσης ἀγορᾶς, conuenientibus scilicet eo tempore in comitiũ viris, *vt Scaliger notauit*. Sic Homerus meridiem designat, ὅ ταν δρυτόμος ἀνὴρ δόρπον ἐπλίσατο Sic & Hebræis veteribus ignotæ fuerũt horę, nec aliquas norant diei partes, nisi mane, meridiem & vesperã, *sicut Psalmo 55. diuiditur*. Etenim in partes quatuor dirimebant totum νυχθήμερον, quas nominabant vigilias, quarum primam ordiebantur à vespera, secundam à media nocte, tertiam à tempore matutino, quartam à meridie. Quid, quod שעה nũc horam designans, olim ipsis prorsus incognita fuerit vox. Et vt ὥρα Græcis quondam temporis momentum significauit, sic etiam Chaldæis שעתא originem suam trahens à שעה, id est, *respexit*. Exstat quoque nomen שעה Danielis 4. vbi tamen certum & definitum aliquod tempus significat. Hinc apparet tandem cum Græcis etiam Hebræos hanc horarum distinctionem recepisse. Siue ergo nomen hoc latius accipias, vt veteres, siue contractius, vt posteriores, rectè deduxeris ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν, quod temporis spatia definiat, vel ab Horo, qui (*vt Macrobius scribit*) Ægyptiis est Sol. Quia autem ὥρας fabulatur Homerus cœli præesse portis, curamque habere, vt modò sit nubilum, modò serenum, eædemque anni tempora significant iuxta Flacci illud, *de Ioue; variisque mundum temperat horis*, idcirco Hesiodi, ni fallor, Scholiastes ἀπὸ τοῦ ὠρεύειν, quod est *custodire*, deriuat. Plato cùm in Cratylo ὥρας tempora interpretatur, addit appellandas esse ὅρας, non ὥρας, alludens etiam ad etymon τοῦ ὁρίζειν. Hippocrates *lib. 3. Aphor. 1.* αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτουσι νοσήματα καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ ἢ ψύξιος ἢ θάλψιος, καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον οὕτως. *Mutationes defectionesque temporum maximè pariunt morbos, & quæ in singula anni tempora incidunt, insignes mutationes frigoris aut æstus cunctaque alia sic pro sua natura.* παχυμερέστερον certe totius anni aut diei partem aliquam hoc vocabulum designat, vt apud Plinium, cum inquit, *horæ rigandi, matutina & vespera*, & apud Græcos ὥρα δόρπου, & ὥρα δείπνου, Accipitur & latius cũ inquit Dominus Matthei cap. 11. *Dabitur vobis in hora illa, quid loquamini.** Horas in vsum ciuilem sero venisse constat; quia fortè horologia ante Achazi Regis Iudæ tempus nulla fuerunt. Sine horologiis antè horæ non possunt obseruari. Sed tamen in computis vsurpatæ sunt, vt ex antiquitate computi Hebræi, & ex horologio Achazi cuius 2. Reg. 20. & Isai. 38. fit mentio, colligi potest. In horologio illo horæ nominãtur מעלות *Mahaloth*, i. *Ascensiones*, propter solis & vmbræ ascensum. Graduum enim (quos alii per hoc nomen intelligunt) in computo veteri nullus est vsus: & scrupula horarum tam exilia sunt, vt huic tam notabili signo regi Ezechiæ diuinitus dato non possint tribui.] Ceterùm quæri iam possit, qua ratione horæ primum fuerint inuẽtæ? Aiunt Mercurium Trismegistũ, cùm in Ægypto animal quoddam Serapidi dicatum toto die duodecies vrinam reddere obseruasset, in hæc temporis interualla, seu horas, diuidendum esse diem coniecisse: Vt quidem ab illo tempore in horas 12. primò dissectus fuerit dies, sed inæquales apud Hebræos, Græcos, Romanos. Atque harum cum in sacris tum in prophanis historiis vt plurimum mentio fit. Erant illæ alias longiores, alias contractiores. Quippe dies & noctes omnes, siue illæ longiores, siue breuiores essent, & hyeme & æstate in duodecim horas dispescebant: vt quidem mane oriente sole inciperet audiri prima, ipso meridie sexta, sub solis occasum duodecima. Iam autem post duodecimam, mox primam noctis horam auspicabantur: In mediam itaque noctem incidebat sexta, duodecima in solis ortum, eoque mo-

do duplo erant longiores horæ diei, quam noctis tempore ſolſtitii æſtiui, & contra horæ noctis æſtiui ſolſtitii dimidio breuiores hybernis. Neque vnquam in illa temporis vel potius diei diſtinctione nobiſcum illis conuenit, niſi tempore vtriuſq; æquinoctii: Cum ergo legitur Matthæi 20. *Patrem familias exiiſſe ad conducendum operarios diluculo, antequam audita eſſet prima* id eſt, ante ſolis ortum, *deinde etiam aliis horis, imo tandem vndecima, cum tantum vna ſupereſſet hora ante ſolis occaſum* facile eſt earum diſtributionem hoc loco, & in paſſione Domini, & 2. Actorum iuxta hunc veterum modum ac ratioñe intelligere.

Horatius videtur quibuſdam dictus παρὰ τὸ ὁράω, quaſi ὁρατὸς, *aſpectabilis*, vel *dignus ſpectatu*.

Hordeum, Græcis κριθὴ, Gallis *orge*, Chymicis *lutum Vulcani*, dictum eſt Iſidoro, quòd præ ceteris generibus frumenti aridum fiat, vel quòd ſpica eius ordines habeat. Hebræis eſt שְׂעוֹרָה. quaſi dixeris *hirſutum*. Eſt eius ſpecies Achilleis Hippocrati dicta, quæ ſpicam gerit erectam. Quod autumno eſt ſatú, eſt maiori & firmiori culmo, eiuſque ſpica pluribus verſibus diſpoſita, & matureſcit citius. Trimeſtre teneriori eſt culmo & paucioribus ſpicis. In vniuerſum autem vi quadam refrigerandi pollet, ſiue ex eo panes feceris, ſiue in ptiſana, aut polenta coxeris, *vt docet Galenus*.

Hordicidia dicta ſunt ſacra, *auctore Feſto*, in quibus hordæ, id eſt, hoſtiæ grauidæ immolabantur.

Horizon circulus terminans viſum & hemiſphærium cœli, ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν, id eſt, *finiendo*, eſt dictus.

Horologium ὡρολογεῖον. τὸ τῆς ὥρας λόγιον; *horæ velut ratio*. Rectius enim ſcribitur ὡρ λόγιον, cuius index aut gnomon conuerſione horas demonſtrans Græcis dicitur πόλος ἀπὸ τοῦ πολεῖν, id eſt, *vertendo*. Plinius tradit *lib. 2. cap 76* primùm Lacedæmone id inueniſſe Anaximenem Mileſium, qui id ipſum σκιοθηρικὸν appellauit ἀπὸ τῆς σκιᾶς, i. *umbra*. Multò ſerius eius vſus innotuit Romæ quando Varro ſcriptú reliquit bello primo Punico primú horologiú in publico ſecúdu roſtra in columna à M. Valerio Conſule ſtatutum fuiſſe, Catina in Sicilia capta. Nec omittendum, quòd Pomponius Lætus annotat *in ſuis antiquitatibus*, fuiſſe in campo Martio inſigne Horologiú, quod in circuitu habuerit ſeptem gradus, & lineas inaurato metallo diſtinctas, ſolo etiam campi ſtrato lapide amplo quadrato. Meminit eius & Plinius *libr. 36 cap. 10.* qui eius auctoré vult fuiſſe Cæſarem Auguſtum. Horologium porrò primum ex aqua reperiſſe Cteſibium Alexandrinum, meminit Vitruuius libro 9. poſt quem Scipio Naſica Anno vrbis 595. idem Romæ dicauit ſub tecto. Meminit eius Cicero *Tuſcular. 2* his verbis: *Cras ergo ad clepſydram.* Vſum ea quoque Demoſthenem apparet ex Demadis dicto, qui ridens ὑδροποσίαν Demoſthenis καὶ λογογραφίαν, τοὺς μὲν ἄλλους, dixit, λέγειν, τὸν δὲ Δημοσθένην γράφειν πρὸς ὕδωρ. De horologio Achazi, vide 2 Reg 20. & Iſai. 38 cap.

Horoſcopus παρὰ τὸ σκοπεῖν τὰς ὥρας *à ſpeculandis horis natiuitatis* nomen inuenit. Significat enim id temporis momentũ, quo quiſque naſcitur. Hinc verbum *Horoſcopare* Manilio, & *ſigna horoſcopantia* Iulio Firmico. Quo pacto Horoſcopus ſit deprehendendus, ex Regiomontano diſcendum.

Horreum ſcribit Feſtus ab antiquis dictum fuiſſe farreum à farre. Alii tamen poſtea ab hordeo deflectere maluerunt, vt Græcè à tritici promptuario dicitur πρυτανεῖον, quaſi πυρὸς ταμιεῖον. Quo accedunt, qui à voce ὡραῖα ducunt, ſignificante, quidquid fructus reconditur tempore ſuo.

Horta Dea, cùm viueret, Herſilia nũcupata, nomẽ traxit ab hortando & incitãdo, *vt voluit Labeo* recẽſente Plutarcho, qui & ædem eius nunquam claudi

ſoli

ſolitam affirmat,idq; ea de cauſſa, quod nunquam non hortaretur, vt quid præclari fieret. Vtitur ille ad declarandum etymon in lingua ſua verbo παρορμᾷν, quod etiam *incitare* ſignificat. Hinc forte aliqui eam quoq; *Stimulam* nominaram crediderunt. Horam tamen nominari ab aliis indicat idem, qui hoc nomen ἀπὸ τοῦ ὁρᾷν, id eſt, *videndo* deriuent, eo quod res omnes inſpiciat. In quanam vrbis regione templum habuerit,non conſtat. At iuuentutis Deam fuiſſe ſcribit Agellius *libr.13.cap.21.*

Hortenſii ab hortis colendis trahunt appellationem, *vt fabii à fabis, Piſones à piſis, Cicerones à cicere, Lentuli à lente ſerenda.* Atque ita ſcribendum exiſtimo, non (*vt aliqui cenſent*) Horteſios ὀρτησίους, eo quod ita ſemel, atque iterum in veterum monumentis & quidem corruptè, ſcriptum inuenerint. Hortenſius eſt dictus Quintus ille dictator, qui plebem Romanam, cùm ſeceſſiſſet à patribus in Ianiculum, reuocauit, Plinio & Liuio id affirmantibus. Fuit & acutiſſimus orator Hortenſius, qui cibi gratià primus omnium Romæ pauonem intulit in menſam, quem M.Aufidius lurco primus ſaginare inſtituerat. Dictus fuit ille Hortenſius rex cauſſarum, imò à quibuſdam prælatus Ciceroni. In cauſſis agendis vtebatur plerumque diuiſione: In perorãdo cautus, vt motus & geſtus eius plus artis haberet, quàm ſatis erat Oratori, atque ita plus ſtudii in elaborando corporis motu, quàm in ipſa eloquentia affectanda conſumeret. Quo pacto neſcires, vtrum cupidius ad audiendum eum an ad ſpectandum concurrerent. Verbis enim oratoris aſpectus, & rurſus aſpectui ſeruiebant verba. Itaque conſtat Æſopum & Roſcium Hiſtrionicæ artis peritos in coronas frequenter aſtitiſſe, vt foro petitos geſtus in ſcenam deferrent.

Hortus, vt refert Feſtus, apud veteres quælibet dicebatur villa, quòd ibi, qui arma capere poſſent, orirentur. Alioqui hortus ſeu κῆπος apud Græcos τῶν δένδρων ἐστὶ ἡμερῶν καὶ τῶν λαχάνων, id eſt, *qui domeſticas arbores & olera complectitur.* Nam ἄλσος eſt τῶν ἀγρίων δένδρων. Et ab huiuſcemodi hortis Hortenſiorum nomen. Hac occaſione oblata non poſſum, non etiam hoc loco monere, veterum ſtudium in hortis plantandis & colẽdis ſingulare fuiſſe, *vt & Plinius monet.* Nã, quis ignorat Heſperidum, (*de quibus paulo ante*) Adonis, & Alcinoi hortos, item Penſiles, ſiue illos Semiramis, ſiue Aſſyriæ Rex Cyrus fecerit? Meminit & Cicero directos à Cyro minore rege Perſarum in quincuncẽ ordines arborum, quarum quaſdam ſua ſeuerat manu, in Catone maiore. Coluit & hortum Tarquinius Superbus, vt conſtat ex ipſius hiſtoria, vt & Epicurus in eo ſolitus philoſophari, *vt alii Philoſophi in Scholis, Porticibus, Academiis.* Scimus & hortos fuiſſe Salluſtianos.

Horus vel *Orus*, Græce ὧρος, dictus eſt Sol, *teſte Macrobio.* Ægyptiorum lingua. Non dubito, quin agnoſcat originem Hebraicæ vocis אור, quæ ſignificat *lucẽ.* Quinimo Iobi.31. ponitur pro ſole, *vt notatum ab interpretibus Hebræis.*

Hoſchiana, vulgo *Hoſanna*, & Græce ὡσαννὰ vel ὡσανὰ, Hebraice ſcribitur הושיעה-נא, i. *ſerua obſecro*, per ſyncopem inde הושענא. Erat hæc ſolẽnis acclamatio, qua vtebantur Iudæi in tabernaculorum feſto, cùm ramos geſtarẽt ex Domini mãdato, *Leuitic.23.* Quare & Chriſto Domino ipſo Palmarum feſto Hieroſolymam pompa regali ingredienti eadẽ acclamatione ſunt gratulati, ſumtaque vox illa & tota pene acclamatio ex Pſalmo 118.

Hoſeas idem ſignificans, quod *Ieſus*, Saluatorem videlicet, deriuatur à ישע *ſaluauit*, Hinc in tertia ſyzygia הושיע *ſaluum fecit*, Matth 2.

Hoſtia. Seruius cenſet hoſtias dici ſacrificia, quæ ab his fiunt, qui in hoſtem pergunt: Victimas, quæ poſt victoriam, quamuis licenter auctoritate confundã-

tur. Contrà legitur apud Agelliū hostiā immolari à quouis sacerdote post cæsos hostes, victimā cadere eius, qui vicerit, manibus. Adstipulatur Ouidius Fastorum 1 h.is verbis:

Victima, quæ cecidit dextra victrice, vocatur:

Hostibus à victis hostia nomen habet.

Festus putat hostiam ex eo dictam, quòd hostire tantundem veteribus fuerit, atque nobis ferire. Atque hæc de etymo. Restat, vt, si non omnes, aliquas tamen species hoc loco subiiciam plenius pertractaturus eas, cùm de victimis erit dicendum. Nam earum quædam erant Eximiæ, quod sacrificiis destinatæ eximerentur de grege, vel quod eximia specie esse oporteret, quæ Diis offerebantur: Quædam præcidaneæ, quę mactabantur ante sacrificia solemnia, quasi quę cæderentur præ aliis. Erāt & *Succidanea*, quæ, si primis hostiis litatum non erat, cædebantur post illas. Quia vero prioribus subdebantur & quasi succedebant, piaculi tuendi gratia, ideo *Succidaneæ* sunt appellatæ. Præter has, *Amburbales* sunt dictæ, quæ duci solebant circum terminos vrbis: *Ambaruales*, quæ circum arua rei diuinæ gratia, vel pro aruis (*vt quidā volunt* mactabant à XII. fratribus, qui sunt dicti *Aruales*. At *Iniuges* nominarunt, quæ nunquam fuerant domitæ aut subditæ iugo, ex Trebatii mente *apud Macrobium Saturnal. 3. cap. 5.* Refero ad easdem cum *Bidentes*, oues scilicet duos habentes prominulos dentes, tum *Ambegnas* vel *Ambiegnas*, oues, circum quas statuebantur & aliæ hostiæ, *teste Varrone*. Sic per Ambegnos vertecem bouemq; intelligimus, à quorum vtroque latere agni ad sacrificium agebantur. Erant & *Cauiares* hostię, sic dictę, quod Cauiaria, id est, hostię pars duceretur cauda tenus, atque adeo in sacrificio collocaretur in Pontificū collegio quinto quoq; anno: *Prodigiæ* vero, quæcumque prodigebantur, id est, consumebātur. Vnde lurcones & decoctores *prodigos* vocamus. Porro *Aringam hostiā* intelligit Scaliger, cuius adhærentia inspiciebantur exta. Donatus scribit appellasse veteres hostias maiores *Harugas* ab hara, cui includi solebant. Addo, quod apud Solinum legas, obseruatum fuisse, ne qua hostia Palilib. cæderetur, opinor, vt purus ille dies à sanguine foret. Celebrabantur enim Palilia die natali vrbis Romæ, quippe XII. Cal. Maii, quo tempore Romulus capto augurio vrbē designauerat aratro. Itaq; Varro: *Id moris institutiq; maiores tenuerūt, ne die, qua ipsi lucem accepissent, aliis demerent.* Quapropter nec in aliis natalibus diebus hostiam mactatam legimus.

Hostimentum, est æquamentū, ait Nonius: Vnde & hostes dicti, qui ex æqua caussa pugnam ineunt. Plautus Asin. *Par pari datum hostimentū est, opera pro pecunia.* Item, *Quin promitto, inquam, hostire cōtra, vt merueris, id est, æqua reddere.*

Hostiæ. Nominis huius origo pendet ab antiquo verbo *hostire*, quod veteribus erat ferire, *auctore Festo.* Quamquā Nonio cōprimere & recedere significet. Alii idē esse volunt, quod ęquare vel æquum beneficium rependere, eo quòd ad bellum procedatur ex caussa æquali, vel potius quòd legibus suis viuēs hostis, sicut nos nostris, par nobis videatur. Olim eo nomine peregrinum notabant: At durius tandem id effecit vetustas, *vt Officior. 4. habet Cicero*, & propriè in eo, qui contra ferret arma, remansit. In XII. Tab. pro aduersario accipitur his verbis: *Sistatus dies cum hoste sit, venito.*

Humare, est humum miscere Isidorus.

Humilis, quasi humo accliuis iuxta Grammaticos. Atque hinc humilitas dicta, Græcis ταπεινοφροσύνη Et si eam alii ab humo deriuēt Prima hæc secundum Hieronymum Christianorum virtus, imò reliquarū condimentū ac fundamentum. Eadem Chrysostomo nutrix dilectionis, vt contra mater odii superbia: Inque Christo eiusque membris præcipuè sempere luxit. Vt quidem prudenter hæc protulerit Menander:

ὥπερ

ὦ τρισάθλιοι ἅπαντες οἱ φυσῶντες ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα: Αὐτοὶ γὰρ οὐκ ἴσασιν ἀνθρώπου φύσιν, *O ter miseri omnes inflati, qui de sese magnificè sentiunt: Ignorant enim illi hominis naturam.* Plura & infinita de ea proferri possent, sed cõsultò supersedemus.

* *Humilitas.* Hebr. שפל *Scheppel*, à verbo *Schappel*, humilis fuit, humiliatus est, quod cognationem habet cum פלש *Palasch*, volutatus est in luto, vt deiectis & humo affixis accidit, nempe humilibus, Christus, Matt. 11. vocat se ταπεινὸν τῇ καρδίᾳ, humilem corde, id est, modestè de se suóque officio sentientem. & 1. Petr. 5. dicitur Deus dare gratiam τοῖς ταπεινοῖς, i. modestè de se suísque donis iudicantibus. Quibus locis ταπεινότης idem est quod ταπεινοφροσύνη. Spiritus humilis (inquiunt Hebræi) coram omnibus, i. animus modestè de suis donis sentiens. Est autem ταπεινοφροσύνη, φρονεῖν τὰ ταπεινὰ, humilia sapere, cui opponitur ὑψηλοφρονεῖν, altum sapere, efferri animo, Superbè agere. & ταπεινὸν Græci eleganter verterunt per hyperthesin, quasi ταπεινὰ, vt annotauit Eustathius. Sunt autem ταπεινὰ, protrita, humi strata, pedibus calcata, à verbo ταπᾶσθαι. Hinc ταπεινὸς idem quod ἐρπύζων, humi repens. Alij deducunt à verbo τάφω sepelio, quòd humilis videatur iamiam sepeliendus. Vide *Mansuetus*.

Humus ab humore, Honorio appellata.

Hyacinthus, flos purpureus regum nominibus inscriptus, *vt Virgilius & Ouidius canunt*, à nobili puero Hyacintho nomen arcessit secundum Isidorum. Eũ enim in hunc nominis sui florem mutatum ferunt. Theocritus in Bione: ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα. καὶ πλέον αἰ αἰ. Item: καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐντὶ, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος. Turnebus & Cordus volunt esse *Vaccinium nigrum*, Brunfelsius in Onomastico suo Dioscoridis *Delphinion*. Qui cùm dicat etiam habere, κόμην ἐπικεκλιμένην κυρτὴν ἄνθος πλήρη πορφυρώδης, rectè Virgilius *molles, languentes, & suaue rubentes* Hyacinthos vocat. Fulgentius interpretatur Hyacinthum *solum florem*, quòd flos Atticis dicatur *cynthos*. Sanè Ouidius Metamorph. 1.

Flosq. nouus scripto gemitũ imitabere nostros.

Item:

Ipse suos gemitus foliis inscribit, & ai ai
Flos habet inscriptum, funestaque litera dicta est.

Hyades. Scribit Hyginus Atlantem ex Oceanitide filias habuisse duodecim, & filium Hyantem, quem ab apro vel leone occisum dum lugent sorores, sunt eo luctu consumtæ. Ex his quinque primæ inter sidera relatæ locum habent inter cornua Tauri, quippe *Phæsyla, Ambrosia, Coronis, Eudora, Polyxo, quæ Hyades* dicũtur à nomine fratris. Latini *Suculas* vocant. Quidam volunt Y literæ in modũ positas, atque inde *Hyadas* dici: Nõnulli à pluuia, quam, cum oriuntur, efficiunt. Est enim τὸ ὕειν pluere Latinis. Etymo ex fabulis petito fauet Ouidius Fastor. 5. his verbis:

Mater Hyan, & Hyan mœstæ fleuere sorores,
Ceruicemque polo suppositurus Atlas.
Victus vterque parens tamen est pietate sororum,
Illa dedit cœlum, nomina fecit Hyas.

Posterius etymon amplectitur Cicero, cum scribit Tauri caput frequentibus stellis esse conspersum, quas Græci Hyadas à pluendo nominarunt *2. de natur. Deor.* Sunt præterea alij, qui nomen hoc illis tributum putãt, eo quod Hyadis & Bœotiæ fuerint filiæ. Liberi nutrices fuisse, proditum à Pherecyde Atheniẽsi. Quæ omnia licet fabulosa tamen ex vsu esse poterunt iis, qui in fabulis explicandis aut Poëtis versantur. Sciẽdum quoque Latinos eas nominasse *suculas* quasi à suibus, non ab imbribus arcesserent nomen, non satis apte, *vt & Plinius docet lib. 18. c. 26.* paulò ante finem. Nec sat eruditè ab hyeme etymon deductum à Prisciano. Stellas has esse quinque numero voluit Hesiodus, sex Proclus, septem

Hyginus. Vide Agellium *lib. 13 cap. 9.* de hoc Palilicio sidere. Sic enim veteres vocasse apud Plinium inuenio *lib. 18. c. 16.*

Hybla, ὕβλα, vrbs Siciliæ mediterranea Ptolemæo, quam Dorienses condidere, *auctore Strabone*, nomen suum deducit ab Hiblone Siculo rege, qui eum inhabitauit, *iuxta Thucydidem lib. 6.* Quia verò agri eius in circuitu floribus erant referti, & proinde mellis ibi maximus esset prouentus, idcirco *Hybleas apes* dixit Virgilius in Bucolicis, & Silius *audacem fauis Hyblam* lib. 14. Fuit & eadem ciuitas dicta *Megara*. Sed Stephanus tradit tres in Sicilia fuisse Hyblas, *Maiorem, Minorem, & Paruam*: Atque vnam quidem τέλλαν dictam, *paruam* ἥραν: Incolas verò Maioris ὑβλαίους, Paruæ γαλεώτας καὶ μεγαρεῖς. Pausanias meminit duarum, quarum vnam Maiorem, alteram γαρεάτιν appellat. Hybla Virgilij vulgo iam dicitur *Auola*, vt scribit Erythræus.

Hydromantia, ἡ ἐκ τοῦ ὕδατος μαντεία, *ex aqua diuinatio*, estque Magiæ species, ad quam accedit πυρομαντεία, *Aeromantia* & *Necromantia*. Nam in has quatuor species Magiam diuisit Varro *7. rerum diuinarum.*

Hydrops, Græcis item ὕδρωψ, ὑδρώπισις, ὕδερος, καὶ παρέγχυσις, *Absyrtho*, Latinis alio nomine aqua intercus, genus morbi, in quo totum corpus, aut solus venter iam ab humore tumet, iam à flatu, nonnunquam ab vtroque. nomen inuenit à symptomate, quod scil. aqua siue aquosus atque serosus humor hunc affectum comitetur. Imò in omni eius specie colligitur aqua. Nam licet in *Tympanite* multi flatus distendant ac premãt peritonæum, tandem tamen aqua per ἀνάδοσιν effluit ex venis in visceris spatium ac cauitatem. Habet autem τυμπανίτης vel τυμπανίας nomen, quòd flatu plurimo collecto & intercluso non vsque adeo magna humoris copia accedente, si pulsetur venter, tympani sonitum reddat. Altera eius species est *Anasarca*, quæ dicitur & ὑποσάρκα, κατασάρκα, λευκοφλεγματία, σαρκίτης, ὑποσαρκίτης, ἢ ὑποσαρκίδιος, cùm per totum corpus effusus est humor, etiamsi nonnulli accuratius distinguentes esse velint *Anasarcam*, cùm spõgiæ modo multa pituita imbuta est caro: *Hyposarcam*, cùm humor sub carne latitat: *Catasarcã*, cùm per carnem diffunditur: *Leucophlegmatiam*, cùm liuida pituita constat, sui quidem ratione alba, sed tamen immutante colorem propter mixturam aliorum quorundam humorum. Porro *Ascites* tertia Hydropis species nomen ex eo traxit, quòd aqua colligatur in abdomine, tanquam in vtre, qui Græcis est ἀσκός. Opponitur autem Tympaniti, eo quod plus habeat humoris, spiritus minus. Communis huius morbi caussa est imbecillitas iecoris eaque primigenia, aut per consensum, vnde αἱμάτωσις impeditur. Oritur & sæpe ex nimia mẽstrui sanguinis vacuatione, aut hæmorrhoidum, item ex retentione menstruorum, aquæ frigidæ potu. calore & exercitio, à malo corporis habitu, Lienteria, Dysenteria, Diarrhœa, Cœliaco morbo. Interdum etiam pulmonis aut thoracis suppurationes sequitur, aut podagram coxendicumque dolores. Q. Serenus in hunc modum de eo morbo scribit:

Corrupti iecoris vitio vel splenis acerbus
Crescit hydrops, aut cũ siccata febre medullæ
Atque auidæ fauces gelidum traxere cruorẽ,
Tam lympha interius vitio gliscente tumescit
Secernens miseram proprio de viscere pellem.

Hydrus, aquarum serpens, vt & hydra in fœminino genere, ἀπὸ τοῦ ὕδατος, id est, *aqua*, vocis originem trahit. Vnde *Chersydros terra marique viuens* apud Lucanum libro 9. Gazæ autem in Aristotele hydrus est natrix, quem tamen alij eundem cum Chersydro faciunt, dictũque volunt à natando, quasi *natatricem*. Sed facilè conciliari potest ista dissensio. Quia enim tota hyeme & vere in stagnis ac paludibus latet, idcirco Græci hydrum vocant. Rursus quoniam idem calorem

calorem sentiens, qui paludes & stagna exsiccat, terram incipit incolere (est quippe ἀμφίβιον animal, hinc & natrix appellatur terrestris. Scribit Aelianus *lib. 8.* *Anima tum* ex Apollodoro, Chersydri venenum adeo esse perniciosum, vt etiam eum, qui mortuum tātum attigerit, statim interimat. De hydris quoque Plinius *lib. 29. c. 4.* In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est, quod in aqua viuit, *hydri* vocantur, nulli serpentum inferiores veneno, quo Euridice vxor Orphei mortua est, *vt legimus sub finem 4. Georgic.*

Hyems videtur etiam ἀπὸ τοῦ ὕειν, id est, *pluendo* deducta, quod tum frequentes sint pluuiæ, non ab imbribus, *vt voluit Varro.* Isidorus dicit etiam brumam dici, quasi βραχεῖαν ἡμέραν.

Hymenæus nuptiarum Deus, Bacchi & Veneris filius, ἀπὸ τοῦ ὑμένος, id est, *membrana*, quæ primo congressu rumpitur à viro nominatus fertur. Aliis hoc nomē tulisse videtur ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ναίειν, quod simul habitent vir & vxor, vel ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ἰέναι τοὺς νυμφίους, quod simul vadāt spōsus & sponsa. Hunc inuocare solebant in nuptiis, sicut in epithalamio Catullus: *Hymen, ô Hymenæe, Hymen, Hymen Hymenææ.* Eidē & Græci canebant hymnos, cùm celebrarētur nuptiæ. Pro ipsomet autem epithalamio aut carmine nuptiali, vt & pro Thalassio apud Martialem, accipiunt etiam nonnulli.

Quid tu me iubeas, inquit, *Thalassionem Verbis dicere non Thalassionis?*

Hymnus ἀπὸ τοῦ ὑμνεῖν, id est, *laudando & celebrando* nomen inuenit. Deorum enim vel Dei vnius eiusque veri laudē continet Tales Homeri, Callimachi, & apud nos Prudentij sunt hymni. Eustathius & Menander Rhetor volunt hymnorum aliquos esse κλητικούς, quibus inuocatur Dei alicuius auxilium, quales plerique Sapphus & Anacreontis fuerunt; aliquos ἀποπεμπτικούς, id est, *remissiuos*, si liceat dicere; alios φυσικοὺς *naturales*, quales nonnullos fecit Empedocles, alios μυθικούς, id est, *fabulosos*, & in se complectentes allegorias; alios γενεαλογικοὺς qui theogonias referunt; alios πεπλασμένους fictos, in quib. corpora affingunt Diis; alios εὐκτικούς, id est, *votiuos & precatorios*. Sunt qui addunt ἀπορητικούς, id est, *dubitatiuos*, vt si dubitemus sitne Amor Chaus & Veneris filius. Nōnulli quoque mixti ex duorum, trium, aut omnium genere. Peculiariter autem offerebant & componebant in Bacchi honorem Dithyrambos & Parthenia. Iuli dicebantur cantica matris Deûm, quamquam alij Cereri attribuāt, *Vpingi* vel *Vpingi* Dianæ, ab Vpi ipsius Dianæ patre, cuius libro *de Deorum natura* meminit Cicero, Pæanes Apollinis, Erotica Veneris.

Hymettia mella dicuntur ab Hymetto Atticæ regionis mōte, qui floribus semper vestitur, & (*vt Strabo scribit*) mel optimum gignit. Scribit siquidem & Plinius mellis Attici in toto orbe summam laudem existimari. Mellis autem vsum ascribit Aristæo Diodorus.

Hypallage Poëtica figura, in qua ordine rerum inuerso effertur oratio ἀπὸ τοῦ ὑπαλλάττειν descendit, quod variare & ex ordine submouere significat. Tale illud Virgilii: *Tergo sceleratam interseris hastam*, id est, *ipse met sceleratus.* Sophocles in Antigone: πῶς δῆτ' ἐκείνῳ δυσσεβῆ τιμᾷς χάριν, cur illi impio tribuis honorem. Scholiastis Græcis hoc est ἀντιστρόφως εἰπεῖν, præpostere loqui. Pertinet & huc ὑστερολογία, τὸ ὕστερον πρότερον προφέρειν.

Hyperborei Scythiç populi supra quos, id est, vltra quos, sicut interpretatur Seruius, spirat Boreas ventus Septētrionalis. Festus tamē adfert aliam notationem vocis, ὅτι ὑπερβαίνουσι τοὺς τοῦ αἰῶνος ὅρους, *quod terminum vitæ humanæ transcendebant.*

Hypocrisis, quæ est *simulatio*, vt Hypocrita *simulator*, dici videtur nonnullis, quasi ἀπὸ κρίσις, quod præsenti negotio aptè respōdeat, veluti cum Histrio personam

ſonam alicuius in ſcena repræſentat quoad vocem, mores, habitum & geſtus. Vnde definiunt, quod ſit *διάθεσις πιθανὴ φωνῆς καὶ σχήματος πρέπουσα τῷ ὑποκειμένῳ προσώπῳ ἢ πράγματι.* Alij dicunt hypocriſin eſſe ſimulationem eorum quæ non inſunt, & diſſimulationem eorum quę inſunt, quali vitio Scribæ & Phariſæi fuerũt obnoxij. Sed miſſa faciamus iſta. Quantum ad etymon, malim ſimpliciter dictam ab *ὑπὸ* ſub, & *κρίσις*, quæ vox *iudicium* ſignificat, quaſi in hypocrita iudicij quædã ſit occultatio, aliudque promtum in lingua aliud clauſum habeat in pectore, aliumque ſe prodat & venditet hominibus, quàm eſt intus & in cute, quod aiũt, per ſe fallax, doloſus. Vt non immerito חנף *Chaneph*, Hebræis, à verbo Chaneph, velatus eſt, nubilus & obſcurus fuit. Hinc *νέφος* nubes, *νεφώδης* nebuloſus, *νεφέλιον* nebula. Lat. nebulo, hypocrita ſanè eſt inſignis nebulo. Et ſolẽt hypocritę tetrici obſcurare & obnubere facies ſuas, vt facilius ſibi Aliiſque imponant.

Hypoſtaſis Latine ſedimentum iuxta Theophilum de vrinis cap.8. *ἀπὸ τοῦ ὑφίστασθαι*, id eſt, *ſubſiſtendo* vel potius *ſubſidendo* videtur dici. Refertur hæc vox etiam in Eccleſia ad Deitatem, in qua eſt vna quidem *οὐσία*, ipſa ſcilicet *θεότης*, at tres *ὑποστάσεις*, id eſt, tres perſonæ per ſe in vna diuinitate ſubſiſtentes, quippe *τὸ μὲν ἀγέννητον, τὸ δὲ γεννητὸν, καὶ τὸ ἐκπορευόμενον*, id eſt, *Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.* In Philoſophia generaliter vtimur *τῆς οὐσίας*, id eſt, *eſſentiæ nomine* pro re per ſe conſiderata, ſiue ſit in prædicamento ſubſtantiæ, ſiue ſit accidẽs: At *ὑπόστασις* ſignificat rem ſubſiſtentem, quæ opponitur accidentibus.

Hypotheca Latine ſuppoſitio Græca origine ab *ὑποτίθημι*, quod *ſuppono* vel *pignore oppono* ſignificat, deflectitur. Quin ſupponere aliquando in iure oppignerare ſignificat, & res ſuppoſitæ intelliguntur, quæ pignori ſunt obligatæ. Euidens hoc eſt ex rubrica *de reb. cor. qui ſub tutel. vel cura. ſunt ſine dec. non alie, vel ſupponendis*, id eſt, pignori obligandis. Diſtinguunt multi hypothecam à pignore hoc aut illo modo, ſed Martianus tantum nominis ſono differre dicit, *l.5. in fi. ff. de pignor.*

. *Hypotheſis*, Latinè & propriè ſuppoſitio, alias thema, controuerſiam & fundamentum ſignificans, etiam ab *ὑποτίθημι* deſcendit, eoque nomine Priſci Iuriſconſulti ſpeciem appellant, recentiores legis caſum. Vnde valde propria & vſitata eſt illa locutio: Ponamus caſum, quamtumuis diſpliceat illis, qui originem non ſatis animaduertunt. Apud Rhetores eſt hypotheſis cauſſa vel controuerſia circunſtantiis definita, quam monent tranferendam eſſe ad *θέσιν*, id eſt, locum communem.

Hypothetica propoſitio à conditione, quę Græcis *ὑπόθεσις* eſt, nominis rationem deducit, atque hæc diuiditur in *Conditionalem, Copulatiuam & Diſiunctiuam*, à Dialecticis.

Hyrcania ὑρκανία, Ptolemæo Aſiæ regio, Hebræis Hadoram, *vt cenſet Montanus in apparatu Biblico*, hodie *Diargument* Mercatori, *Caſſon* Girauæ, *Hyrach* Erythræo, *Straua* Mariæ Angiolello, Barbaris *Corcan* vt ſcribit Niger, quoad nomen primo loco poſitum cognationem quandam habere videtur cum הרג occidit. Alij ab Hyrcana ſylua natum exiſtimant nomen Hyrcanas equidem ſyluas dixit libro nono. Lucanus Fertur hæc regio mari Caſpio iuxta Mediam contermina, iam felix, vt vna vitis vini metretam ferat, & mella defluant ex arboribus. Prodidit hæc Strabo memoriæ *libro Geographiæ 2.* Reperitur in ea tigris animal natura ferociſſimum. Vnde Virgilius *Hyrcanaque admorunt vbera Tigres.* Ab hac porro regione dicitur mare Hyrcanum, quod Caſpium eſt aliis auctoribus. Atque hæc duo eius nomina præcipua recipit & Plinius, quamquam fateatur ab accolis diuerſis aliis nominibus

nib. appellati. A Rhutenis hodie *Chualenska Morie*, à Mauris *Bohar Corsun*, aliis *Bachu*, *Sala*, *Cunsar*, *Giorgian*, *Terbestan*, *Corusum*, pro variis idiomatibus aut adiacentibus regionibus indigitatur, vt iãdudum est obseruatum ex tabulis & scriptis peregrinationibus.

* *Hyssopus*, ὕσσωπος, אזוב *Ezob*, species herbæ fragrantissimæ, quæ apud multas gentes primæuam appellationẽ ferè retinuit. Apud Euangelistam D. Ioannem nó vsurpatur vulgari illa significatione quã habet apud profanos scriptores, sed ex consuetudine scriptorum sacrorum, apud quos Hebrea vox propter affinitatem vocũ à Græcis reddita est ὕσσωπος: vt inter alia loca videre est Exod. *12: 22.* & 1.Reg.*4.33*.Psal.*51.9*. Nomine autem *Ezob* non significari herbam illam quã vulgo nominamus hyssopum intelligi potest ex loco illo 1.Reg.*4.33*. vbi *Ezob* inter arbores seu arbusta nominari videtur. Sunt qui muscum interpretantur. Sed videtur esse libanotis arborescens, qui vulgo *rosmarinus* dicitur. Primũ, quia Iudæi eo vsi sunt, ad aspergendum sanguinem victimarum, Exod, *12.22.* Leuitic.*14.6.7.* item ad aspergendam aquam, Nũ.*19.18.* Ad hunc autẽ vsum imprimis idoneus est rosmarinus propter foliorũ densitatẽ, paruitatẽ & copiam. Deinde, quia opponitur cedro tanquam arborũ minima: Libanotidem autẽ nónullis locis arborescere notũ est. Tũ dicitur nasci in pariete: libanotis autẽ locis saxosis gaudere traditur. Postremò, quia quod à D. Ioãne ca.*19.29* v. nominatur ὕσσωπος: id à D. Matthæo, c.*27.5.48.* vocatur κάλαμος: quo nomine ipsa stirps libanotidis significari videtur ramusculis vndiquaque resectis. Tametsi (inquit Dodonæus lib.*4.* Péptadis *2.* de Stirpiũ historia, cap.*18.*) hyssopum, veluti omnibus cognitam, multis notis Dioscorides exposuerit, extant tamen quædam de eius forma alibi, quę vulgari hyssopo nequaquàm respóderit. Origanum Heracleoticum folium habet hyssopi similitudine. Chrysocome comam habet corymboidem, similem hyssopo. Plinius lib.*27.* cap.*12.* Stæchadem, ait, odoratam herbam, coma hyssopi. Concludit ille, non esse Legitimam, quæ vulgo pro hyssopo habetur.

I

IAcob Patriarcha supplantatorẽ significans nomen habet ab עקב *planta*. Cùm enim nasceretur, plantum fratris manu tenuit, *Genes. 25.*

Iacchus nomen Bacchi ab ἰακχέω, id est, *clamo*: Sed aliis qui minus probabiliter ἐτυμολογοῦσι, ab Hebræo יין *iain*, descendit, quòd Chaldaicus paraphrastes semper fere חמר, i. *vinum rubrum transtulit*. Priori etymo multo maxima pars eruditorum astipulatur. tum Eustathius ad finem Iliad. 1. ἰαχεῖν, inquit, τὸ ἠχεῖν. καὶ ἰάχειν λέγεται κατὰ ὀνοματοποιΐαν, ἀφ' οὗ καὶ ἴακχος οὐ μόνον ὁ ἐπὶ διονύσῳ ἦχος, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος. Vini effectum hac voce veteres illi depinxerunt. In vino enim luxus & clamor,

Iaculum, à iaciendo est dictum.

Iair, octauus iudex in Israël nomen habet ab אור illuxit.

Iambicum carmen deriuatur ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, id est, *maledicendo*. Eo debacchatus est Archilochus in Lycamben, cùm ei filiam collocare non vellet, cuius tandem Poëmata Lacedæmonii publico edicto submouerũt, *vt meminit Valerius*. Hinc ille: *Archilochum proprio rabies armauit iambo*. Et Velleius Paterculus: *Neque quemquam alium, cuius operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, præter Homerum & Archilochum reperiemus*. A Iambe puella dici scripsit Hephæstio, à qua *Hipponax* versus eiuscemodi vsum sibi assumpsit eiusdemque nomine vocauit, *vt refert Iulius Scaliger Poetices lib. 1. cap. 45.* Sunt qui etiam à Iambis deriuãt, ex quibus solis constare solebat hoc carminis genus. Mox autem spondæum omnibus in locis recepit, præterquam secũdo & quarto, *vt in arte poetica docuit Horatius*. Claruit in hoc genere apud

Græcos *Hipponax*, apud Latinos *Lucilius, Catullus, Horatius, Bibaculus. Choliābus* vel *Scazon* dicitur, cum carmen Iambicum in vltimo pede habet spondęum, quasi χωλὸς ἴαμβος.

Ianiculus, collis inclusus Romæ, nominatus videtur Festo, quòd per eum populus Romanus tanquam per ianuam primitus transierit in agrum Hetruscū. Alii tributum hoc nomen volunt à vetustissimo oppido, quod Ianus condidit in Italia: Macrobius, quod Ianus ibi aut sit sepultus, aut habitauerit. Cum quo Ouidius facit *Fastorum 1.* docens Saturnum cis Tybrim, Ianum trans Tybrim habitasse. Ipsamet Poetæ verba quidni producam? Sic ait:

Ipse solum colui, cuius placidissima laeuum
Radit arenosi Tybridis vnda latus.
Hic vbi nunc Roma est, tunc ardua sylua virebat,
Tantaque res paucis pascua bobus erat.
Ara mea est colli quem vulgus nomine nostro
Nuncupat, hæc ætas Ianiculumque vocat.

Hodie à flauis arenis aureus audit, & corrupto vocabulo Montorius, illustris Diui (*vt vocant*) Onophrii templo, tum Numæ Romanorum regis (*si Dionysio & Liuio credimus*) & Statii Poetæ sepulcris. Propter aeris grauitatē est hic collis ceteris infrequentior, inque eum secessit aliquādo Romana plebs à Q. Hortensio tandem reuocata. Habuit & in eo castra Porsena Thuscorum rex, de quo vide, si placet, Liuium.

Ianthina vestis est quæ colore imbuta est violaceo. Viola enim Græcis est ἴον, ἄνθος, flos. Artifices huiusmodi vestium nominantur à Plauto Violarii.

Ianua ex Isidori mente dicitur à Iano, cui gentiles introitum omnem & exitū consecrarunt. Vnde Lucanus: *Ferrea belligeri cōpescat limina Iani.* Est autem primus domus ingressus, cùm cetera intra ianuam ostia vocentur.

* *Ianua*, Suidę αἰβάλη, Hesychio αἰβάνη, θύρα. Si Suidam audimus, originem ducere videtur ab Hebr. אובל *Vbal*, quæ vox à D. Hieronymo, *porta* interpretatur seu ianuæ limen. Pergamus ad alias vocitur, Dan. cap. 8. v. 2. βηλὸς etiam est ostices Hebr. שער *Schahar* ianua seu porta, à verbo eiusdem soni, quod significat, Obseruauit ceu ianitor: & cognationem habet cum רעש *Rahasch*, commotus est cum strepitu. nam porta, ianua, ostium aperiendo & claudendo solet crepare. Hinc σήρω, aperio ianuam, & θύρα, ianua, q.d. σύρα. Vnde sera, Lat. obsero, & resero, i. claudo, & aperio ianuam. פתח *Pethach*, ianua aperta & patula, à verbo *Pathach*, aperuit, patere fecit. Hinc πετάω, extendo, aperio. & Lat. pateo, patefacio. Vnde *Porta* & *Valua.*

Ianuarius dicitur à Iano, cui introitus rerū sacratur, nō secus ac per ianuam patet ingressus in ædes. Ouidius Fastorū 2.

Primus enim Iani mensis, quòd ianua prima est:

Hic est ille mensis, quem Numa Pompilius cum Februario anno Romuli adiecit, totum sui anni curriculum dirigens ad Lunæ cursum, & in XII. menses distinguens, *auctore Liuio.* At quòd Luna singulis mensibus non explet dies triginta, desintque dies anno solido, qui solstitiali circumagitur orbe, ita quidem dispēsauit dies quosdam mensibus intercalando, vt anno vigesimo ad metam eandem solis, vnde orsi fuerant, plenis omnium annorum spatiis dies congruerent. Cur autem primùm mensem voluerit esse Ianuarium rationes proferuntur diuersæ. Plutarchus ideo hoc factum tradit, quòd in omnibus placeret rem vrbanam bellicæ præferri, contra Romuli institutum, qui homo bellicosus & Martis filius Martium pręposuerat reliquis anni mensibus, quando Ianus vitæ ciuilis & terræ colendæ auctor fuisset, quem propterea Numa inprimis venerabatur: Vel quod Numa ad naturæ potius ordinem respexerit. Cum enim Sol post brumam, fine progrediendi facto ad nos, cursum reflectens, quasi de nouo suum cursum instituat, optimū iudicauit idem anni, quod Solis, esse principium. Alii primū huic

mensi locum assignatum volunt, quòd exactis regibus ipsis Kal. Ianuarii primi consules creati fuerint. Eundem in Iunonis tutela fuisse, colligitur ex veterum fastis. Celebrabantur diuersis in eo diebus *Agonalia*, *Carmentalia*, & *feriæ Sementinæ* apud Romanos, vt apud Græcos *Ambrosia*. Quia etiam per id tempus Athenienses vina inferebant in ciuitatem, appelarunt *mensem Leneum*.

Ianus, qui primus Italos vinum & far docuit ad religionem, primus valuas, seras, & claues ad domorũ sanctimoniam excogitauit, Deus Deorum Saliorum carminibus dictus, belli & pacis index, *iuxta Ciceronem & Macrobium* ab eundo nominatus, quasi dixeris *Eanum*, quòd cœlum & tempus semper eant, vel quod ianuis præsit, *vt docet Ouidius in Fastis.* Festus cum Chaos ex Hesiodo describit: *Chaos*, inquit, *ex eo, quod χαίνειν Græci, nos hiare dicimus. Unde Ianus detracta aspiratione nominatur ideo, quòd fuerit omnium primus, cui primo supplicabant velut parenti, & à quo rerum omnium factum putabant initium.* Hactenus Festus, Peucerus & alii deducunt nomen à Iauan, qui pater fuit vtriusque gẽtis Græcæ & Latinæ. Goropius Becanus *libr. 4. antiquitat. Antuerpianarum* eundem esse dicit Ianum cum eo, qui dicitur Iaphet in literis sacris. Berosus, Fabius Pictor, & Cato, volunt Ogygem, qui & Noah audit, appellatum fuisse Ianum. Latii sanè Rex antiquissimus fuit, qui primus Italos aras, pomœria & sacra docuit, proinde primus omniũ nominatus in sacrificiis. Quidam, *vt scribit Arnobius*, cum mundum esse voluerunt, annum alii, solem nonnulli. Cognomina Iani fuerunt permulta. Sed nec eorum originem omittendam existimo, facto tamen eorum delectu, quæ præcipua sunt, ne aut limites mihi positos transgrediar, aut parum hìc diligens fuisse videar. Dictus est ergo *Bifrons*, & *Quadrifrons*, quòd duplici fronte à quibusdam simulacrum eius est factum à nõnullis quadruplici, vel quia prudentissimus fuerit, viderit que procul ventura & respexerit præterita: Vel, *vt Ouidius & Augustinus*, quòd Ianus sit mundus gemina facie, hac ortum spectãte, illa occasum. Sed erãt ipsius simulacra sine manibus & pedibus, ex lapide quadrato ab exili basi in latum exsurgẽte: Quo ipso quidem significare volebãt Dei vim, qui pedibus & manibus opus non habet ad ea, quæ iusserit efficienda. Quadrifrõs porrò effictus fuit, quòd ei rerum principia, finesque, introitus exitusque fuerint dedicati, atque hic ipse etiã *Geminus* est dictus. Iunonius porro est nominatus, Macrobio id affirmãte, eo quòd omniũ mensium ingressus teneat non minus, quã Kalendæ omnium mensium sunt in tutela Iunonis. A conserenda etiã propagine generis humani dicitur *Cõsiuius, eodem Macrobio auctore:* Quirinus ab hasta, quam Sabini *quirin* vocabant, vel *Curin*, vnde aliquibus Curitis audit: Itẽ *Clusius* vel *Clausius* à claudẽdo, & *Patulcius* à patẽdo. Valuæ enim eius bello patebant, occludebantur tempore pacis. Hinc Ouidius Fastor. 1.

Nomina ridebis, modo nãq; Patulcius idẽ,
Et modò sacrifico Clusius ore vocor.
Scilicet alterno voluit rudis illa vetustas
Nomine diuersas significare vices.

Primum huic templum condidit Romulus, atque in eo erat Iani Bifrõtis signũ, duos populos in vnũ coiisse significans. Id autẽ vt clauderetur tẽpore pacis, & cõtrà ingruẽte bello recluderetur, & patulas haberet fores, instituit Numa, quod ipsum ter tantũ cõtigisse legitur, si tẽpora à Numa vsq; ad Augustũ reuoluãtur. *Septimianus* quoq; est dictus propter tẽplum ipsi à Septimio Seuero extructum, & *Clauiger*, quòd cum claue & virga formaretur. In eius templo Trapezitas & fœneratores cõuenire solitos apparet ex eo Horatii: *Hæc Ianus summus ab imo perdocet.* Quamquam Lambinus intelligere id velit de via eiusdẽ nominis, quæ ducebat ad Iani templũ. Ait enim Cicero *Offic. 2. Sed toto hoc de genere,*

de quærenda de collocanda pecunia, etiam de vtenda, commodius à quibusdam optimis viris ad medium Ianum sedentibus, quam ab vllis Philosophis in vlla schola disputatur.

* *Ianus*.quem Græci & Latini Bacchum & Oenotrium vocant,eundem illũ Syri & Arameі omnes(qui lingua Hebrea vel illi cognata vtuntur)appellant Ianum, à voce *Iain*,quæ vinum significat, qui est vitis à Noacho post Diluuium satæ fructus, & eiusdẽ in homines beneficium. Ex quo apparet. Noachum dictum esse Iainum,& postea Ianum:proinde eundẽ esse qui & Noachus & Ianus ille vetustissimus sit. Nam *Iani* quoq; seculis sequẽtibus plures fuere,& recẽtiores omnes antiquo,qui tamen illius inuentũ & nomen ambitiosè sibi vendicarunt. De hoc antiquissimo Iano ac proindeNoacho,vetustissimi scriptores Ethnici,prę sertim Latini,meminerunt. Hic & *Iane* quoq; in libris ritualibus Saliorum dictus est,teste Tertulliano,cap.11.Apologet.qui ante vranum,Saturnum,Iouem, Græcos, extitisse conceditur:cuiq; propterea prius quàm alii cuiquam Deo sacrificabatur.De quo multa cõficta sunt, quę D.Augustinus exsibilat lib.7.de Ciuit Dei,cap.7.& 8.Etymologias à Cicerone & Ouidio propositas reiiciunt eruditi.Ianus enim antiquissimus, à *Iain*, i vino deriuatur;estque nomẽ antiquissimum & Aramæum,ante Gręcos,& Latinos,nedum Romanos,natũ.Cuius nominis vsus vel nullus, vel rarus semper fuit apud Græcos vetustatis cõtẽptores: multus autẽ apud Latinos, quorũ testimonia citare tædiosũ foret. Ouid lib. 1. Fastor. *Quem tamẽ esse Deum te dicã, Iane biformis? Nam tibi par nullum Græcia numẽ habet.* Athenæus lib. 15.ex Dracone Corcyreo refert,Ianum,vt fama ferebat, bifrontẽ fuisse;altera facie posteriore, altera anteriore. Coronas illum reperisse, nauigia,rates:numum æreum ab eo primùm signatum:qua ratione ciuitates in Græcia multæ,Italia & Sicilia, monetã cudunt impressa bifronti facie & bicipiti: ex altera parte vel rate, vel nauigio vel corona.Ergo bifrons antiquissimus ille Ianus,vt qui vtrumq; Mundũ nẽpe primũ (qui per diluuium à Deo deletus est)& hunc secũdũ,in quo post diluuiũ viuimus,vidit,teste Arnobio,lib.6.cõtra Gẽtes.Nã quod Ouidius duas illas Iano facies ideo datas interpretatur, quòd *Omnis habet geminas hinc atque hinc ianua frontes, E quibus hæc populum spectat, at illa larem*:puerile est:sed quòd duplicem illũ mundum viderit, bifrons est depictus. Ratis tributa, in diluuii & arcæ memoriam qualemcunque, quæ tamen inter Ethnicos vt & Noachi, seu vetustissimi Iani,nomen in fumum abiit.

Iapetus Poetarum,cœli & terræ filius *vt fabulatur Hesiodus*, cum Hebræo Iaphet est idem. Nã & Berosus Chaldæus vocat *Iapetum*. Vtque ex Ioseph Græci fecerũt Iosephum,sic ex Iaphet Iapetum Est autem Iaphet tantundẽ ac latitudo, quod ex eo multi populi longè latéque sunt propagati. Vanum ergo & commẽtitium est, quod Proclus in Platonem nomen istud deducit ἀπὸ τοῦ ἰάπτειν καὶ πίπτειν,quodq; Eustathius 1. Iliad.hoc modo, ἐτυμολογεῖ: ἐκ τοῦ ἰάπτω γίνεται ἀπὸ τοῦ τὸ ἀγλὸν βλάπτω, καὶ κατὰ μετάθεσιν δὲ εὐφωνίαν ἰάπτω. ὅθεν ἰαπετός. Huius posteritas totum occasum & septentrionem repleuit, *Gomer* nomen dedit Cimbris, *Magog* Scythis, *Madai* Medis, *Iauam* Ionibus *Elissa* Æolibus. *Tharsis* Cilicibus, quorum metropolis etiam est *Tharsus*, *Cethim* Macedonibus, *Dodanim* Dodonæis in Epiro, *Mosoch* Moscis *Thiras* Thracibus.

* *Iapetus* antiquissimus, nempe Noachi filius, in prouerbiũ abiit inter Græcos, τοῦ Ἰαπετοῦ ἀρχαιότερος, *Iapeto antiquior*. Quid enim Græcis vltra Noachi tempora potuit esse cognitum? Cui Iapeto Prometheum filiũ tribuit Ouidius, Metamorph.lib. 1.nescio.hũc enim Adami creatorem fingit,nam de tellure quã putat cognati tunc retinuisse semina cæli, & de

& de qua primus homo formatus est; subiicit, *Quam satus Iapeto mistam fluuialibus vndis, finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.* Mirum Spiritus mendacis, veritatem, à Mose propositam, euertentis, artificium!

Iberia dicta Hispania à fluuio Ibero Cantabricis iugis orto, qui primùm in ortum solis elatus tandem deflexo alueo in meridiem mediam Tarraconensem irrigat, & in Mediterraneum mare effunditur. In hac regione sita est vrbs Toletum, à qua nomen concilio Toletano. A regione dicti populi Iberi, vel potius à Tibarenis, qui metallicas venas olim scrutari in Hispaniā traiecisse dicuntur. Qua ratione haud insulsè accōmodari poterit notio vocabuli בור, quæ vox Hebræis *puteum & cysternam* significat. Quoniam verò regionem hanc tandem & Celtæ propriis relictis sedibus inhabitarunt, dicti quoque fuerunt *Celtiberi*, composito ex gente vtraque nomine.

* *Iberia*, Ἰβηρία, Asiæ regio, quam Ptolemæus etiam Caucasum appellat; Strabo, Albanos & Iberos, Caucasios posse dici scribit. Iberi Asiatici à Plinio & Mela Georgi nominati, hodie Georgiani dicūtur. Gargania apud Æthicum Iberia illa nuncupatur. Iberiam Eoam vocat Eustathius ad Dionysium. Quo ad Occidentalem, vide *Hispania*.

Icarium mare inter Samum & Myconem situm vult Isidorus dici ab insula *Icaria* vna Cycladum, alij ab Icaro Cretensi, qui ibi naufragio perierit. Ouidius refert ad Icari fabulam, qui cera liquata radiis solis, atque ita defluentibus alis, est in hoc mare delapsus. *Icarus*, inquit, *Icarias nomine fecit aquas.* Totam fabulam iucundè & patheticè descripsit idē 2. de arte amandi mox in principio, & 8. *Metamorphos.* Est autem Icarium mare pars maris Aegæi Ptolemæo & aliis: Icaria verò est Ἴκαρος Stephano, cui etiā δολίχη, μάκρις. & ἰχθυόεσσα dicitur. Pergamum vocatam, antequam Icarus in eā se præcipitem dedisset, scribit Camerarius *in suis commentariis Homericis.*

Ichneumon, alio nomine mus Pharaonis & mus Indicus, animal specie muris, rostro tamen oblongo, & magnitudine felis, caudaque prælonga ad similitudinem serpentum, *vt asserit Oppianus*, victitans vt plurimùm in arundinetis & Nili paludibus, quia Aspidis & Crocodili oua diligenter indagat, eaque, vbi inuenerit, disperdit & frangit, ἀπὸ τοῦ ἰχνεύειν, id est, *inuestigando* nomen accepit. Et quoniam nocentissimorum animalium istorum fœcunditas hac ratione in Aegypto prohibetur, diuinis olim honoribus Aegiptij hoc animal sunt prosecuti. Mirabilis est eius pugnā inituri cum Crocodilo solertia, quam quia elegantissimè carminibus suis expressit Oppianus κυνηγητικῶν 3. in gratiam eorum, qui fortasse exemplari Grę co destituentur, subiiciam:

ἰχνεύμων βαιὸς μὲν, ἀτὰρ μεγάλοισιν ὁμοίως
μολπεῖσθαι θήρεσσι πανάξιος αἰνοβούλοις,
ἀλκῆς τε κρατερῆς ὑπὸ νηπιδανοῖσι μέλεσσιν.
ἦ γάρ τοι κερδίστοισι κατέκτανε διπλόα φῦλα,
ἑρπυστῆρας, ὄφεις, τε, καὶ ἐργαλέους κροκοδείλους,
κείνους νειλώας, φόνιον γένος. ὁππότε γάρ τις
θηρῶν λευγαλέων ἤδη τρίστοιχα πετάσσας
χείλεα, καὶ χάος εὐρὺ, καὶ ἄσπετον αἰολονίεχος,
δὴ ῥα τότ' ἰχνεύμων δολίην ἐπὶ μῆτιν ὑφαίνων,
λοξοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἀπαίζοντα θῆρα δοκεύει.
αἴσσει δ' ἢ βαθὺν ὕπνον ἐπὶ φρεσὶ πισώσηται.
ἄψα δ' ἄρ' ἐν ψαμάθοισι, καὶ ἐν πηλοῖσιν ἐλισθεὶς
ῥιμφ' ἴθορεν, πυλεῶνα διαπτάμενος θανάτοιο
τολμηρῇ κραδίῃ, οἷα δ' εὐρέος ἤλυθε λαιμοῦ.
αὐτὰρ ὅ γ' ἐξ ὕπνου βαρυαὴς ἔγρετο δειλὸς,
καὶ κακὸν ἐν λαγόνεσσι φέρων τόσον ἀσιτίελπτον,
πάντη μαινόμενος, καὶ ἀμήχανος ἀμφαλάλαξει.
ἄλλοτε μὲν ποτὶ τέρματ' ἰὼν μυχάτου ποταμοῖο.
ἄλλοτε δ' αὖ ψαμάθοισι κυλινδόμενος ποτὶ χέρσου.
ἄγριον ἀσθμαίνων, σποδούμενος ἀμφ' ὀδύνῃσιν.
αὐτὰρ ὅ γ' οὐκ ὀλίγον, γλυκερῇ δ' ἐκτέρπετ' ἐδωδῇ,
ἥπατι δ' ἄγχι μάλιστα παρήμενος αἰλαπινάζει.
ὀψὲ δέ τοι πολιστὸν κενεὸν δέμας ἔκθορε θηρός.
ἰχνεύμων, μέγα θαῦμα, μεγασθενὴς, αἰολόβουλος,
ὅσσην τοι κραδίῃ τόλμαν χάδεν, ὅσσον ὑπέστης.
ἀγχιμόλου θανάτοιο τεὸν δέμας ἀμφὶς ἐρείσας.

Ichneumō breuis est, verū æquiparād' honore
Et magna virtute feris atrocibus vnus,
Corpore quam lateat solertia tanta pusillo:
Quippe dolis vafris cristatos enecat angues,
Et crocodilos immanes sęt templice Nilo

Progenitos audax miranda fraude trucidat.
Dũ mulcet recubãs crocodilus mẽbra sopore,
Faucesque immẽsas referãs, & labra trisulca
In vacuas auras ingenti pandit hiatu:
Callidus Ichneumon versutas instruit artes,
Obliquis oculis obseruat, donec anhela
Bellua tranquillo somno perfuderit artus,
Et compertũ habeat dormire sopore profundo
Tum demum è cœno squallenti turbidus exit,
Lataque peruadens temerarius inuolat ora.
Hinc miser à somno tandẽ expergiscitur alto
Saucius, ima ferens diram per viscera pestẽ,
Bacchaturq; amẽs animi, fluuiosq. pererrat,
Nũc limosa petẽs, ruit in vada gurgitis alti,
Littora nunc repetit, corpusq. volutat arena,
Tetro feruentes exspirans ore vapores.
Sic agitur furiis accensa feruidus ira,
Talia contemnit latus, talesque furores
Negligit Ichneumõ, dum fibras tabe fluentes
Lancinat, & iecori accũbens epulatur opimo,
Optatis dapibus plusquã satiatus Ichneumõ,
Exsilit ex adyto linquens exangue cadauer.
O magne Ichneumõ, magna virtute stupẽde,
Hui quantum facinus? quã audaci corde per actum?
Qui ambiguã obiicias in tãta pericula vitã.

Ichthyocolla, ἡ τοῦ ἰχθύος κόλλα, *gluten piscis.*

Ichthiotrophium τὸ τῶ ἰχθύος τροφεῖον, locus, in quo pisces asseruantur & aluntur, Latinis alio nomine *piscina* & *viuarium.*

Icilia lex à L. Icilio Trib. pleb est lata, M. Valerio Maximo & Sp. Verginio Tricosto Coss. Anno ab V.C. 317. vt Auentinus mons plebi ad ædificia concederetur. Meminit eius Dionysius *libr.* 10. Fuit & alia lex Icilia, quam tulit Sp. Icilius Trib. pleb. Anno 261. T. Geganio Macerino & P. Minutio Augurino Cos. ne quis tribuno ad populum dicenti cõtradiceret aut interpellaret.

Ictericus morbus, qui nihil aliud est, quàm biliosi humoris per corpus effusio, χολῆς ἀνάχυσις εἰς τὸ δέρμα, *ait Galenus*, interdum etiam nigræ bilis effusio, idque sine putredine, *iuxta Auicennam*, quæ alioqui putrescente cholera tertianam committeret, ab ictero seu Galbula aue concolore, cuius Oppianus & Plinius meminerunt, trahere dicitur appellationem. Alij malunt ab ictide deriuare, quòd animalculum alio nomine dicitur viuerra, & cuniculos suis caueis excludit: Iterum alij à miluis, quos ἰκτίνους nominant Græci, *vt & in Galba memini.* Sed de prima originatione constãtior auctorum sententia est. Caussa huius morbi (*vt nonnihil de ea addam*) potest esse inflãmatio hepatis, eiusdem schirrhus, intẽperies, obstructio, felleæ quoque vesicæ imbecillitas, obstructio pororum, per quos flaua bilis ad ieiunum descendit, vel concreto in ea lapide aut lapidibus pluribus, aut adnato tuberculo. Tum enim bilis non patentibus meatibus regurgitat in hepar & venas, sanguinique permixta effunditur in totum corpus. Fit idem & vitio lienis, cùm non attrahit ratione frigiditatis, vel non suscipit propter obstructionem vel potius tumorem: Item ex calida & sicca intemperie totius corporis, quę sanguinem alimentitiũ in bilis naturam mutat. Aliquando etiam oritur exsumtis venenis, aut pharmacis non redditis per aluum, aut ex viperæ morsu ita sanguinem afficiente, vt vertatur in bilem excrementitiam veneficam, quæ à iecore expellitur ad cutem, aut deniq; ex biliosorum morborum crisi, cùm flaua bilis secernitur & amandatur ad corporis superficiẽ.

Ida mons Phrygiæ, Paridis iudicio celebris, cuius cacumen *Gargarum* vocari Macrobius & Strabo tradunt, Stephanus φαλάκρας (*quamquam & alia montiũ iuga sic appellari scribat*) nomen accepit ab Ida regionis regina, vel ab Ida Cretensi, *vt canit Virgilius*, vel etiam ab altitudine. Vt enim Didymus ait, ἴδη πᾶν ὄρος, ἐξ οὗ κυκλόθεν ἐστὶν ἰδεῖν. Theocritus vocat πολύδενδρον in encomio Ptolemæi. Homerus πολυπίδακα à fontium multitudine. Quare ad imitationẽ eius Ouidius ait Metamorph. 2.

Et tum sicca prius celeberrima fontibus Ida.

Ab hoc

Ab hoc monte nominati Idæi *Dactyli* ſeu *Corybantes*, qui Iouem aluiſſe feruntur, vel à monte Cretæ nominis eiuſdē. Heſychius: *ἰδαῖοι δάκτυλοι: οἱ μὲν ἀπὸ τῆς φρυγίας. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς κρητικῆς αὐτοὺς ὀνομάσθαι φασὶν ἴδης.*

Idiota (Nonius Marcellus habet *idiotas*) trahitur à Græco *ἰδιώτης*, vt idem cenſet, inutilemque hominem ſignificare exiſtimat, quaſi ſibi tantùm, non plurimis vtilem: *Lucilius lib.26.* Quidni & tu idem illiteratum me atque idiotam diceres?

Idololatria, *τῶν εἰδώλων λατρεία ſimulacrorum aut imaginum cultus*, diuina lege quidem prohibitus, at in totum terrarū orbem iampridem inuectus à Diabolo, imò in populum Dei. Scribit Auguſtinus *triginta idolorum millia à gentibus adorata fuiſſe.* Trecentos exſtitiſſe prodidit Terentius Varro. Habebat & quæque natio peculiarem Deum, quem in hac aut illa imagine ſibi adorandum proponebat, vtpote Babylon *Belum*, *Iſidem & Oſirin* Aegyptus, Africa *Neptunum*, Mauritania *Iubam*, Rhodus *Solem*, Samos *Iunonem*, Lemnos *Vulcanum*, Paphos *Venerem*, Delphos *Apollinem*, Roma *Quirinum*, Latini *Faunum*, Athenæ *Mineruam*, *Atergatin* Syria, Arcadia *Panem*, Ammonitæ *Molechum*, Perſia *Cœlum & Iouem*, Arabia *Iouem & Bacchum*, Gallia præter *Mercurium*, *Theutatem & Heſum.* Et vt Sibylla canit de Græcis, *ἔργα δὲ χειροποίητα γεραίρομεν ἄφρονι μύθῳ.*

Idolum, *εἴδωλον, ἀπὸ τοῦ εἴδειν* deducunt Grammatici, quòd numinis forma oculis repræſentetur. Hac ſignificatione comperhenduntur ſimulacra gentiliū, ex quibus ſæpe Dæmones, ſępe ſacerdotes ſua dedcrunt oracula ſiue reſponſa, *vt Lactantius & alij teſtantur.* Variis illa nominibus depinguntur in literis ſacris. Aliquando enim dicuntur אחרים אלהים, *Acarim Eloim, Dy alieni*, qui Leuit.19. ſunt אלילים, *Elilim*, id eſt; *idola*, aliquando תרפים, *Teraphim*, deducta origine vocis à רפא, *Rapha ſanauit*, quod in rebus aſperis, & afflictis præſidium exſpectarent. אימים, *Emim*, terricula, ad quorum aſpectum idololatræ terrentur, ac ſi formidandum quid eis occurreret. Accommodatur eiuſdem nomen פסל, *Peſel*, quo ſculptile & dedolatum vel ex ligno vel lapide idolum ſignificatur. Itē גלולים: *Ghillulim*, à verbo *Galal*, voluit, vnde גלל *Gelel*, ſtercus, volutabrū à volubilitate. Et cognationem habet verbū illud *Galal*, cum געל *Gahal*, abominatus eſt: vt etiam idola ſunt abominationes: & cum לעג *Labag*, ſubſannauit. Nam idola ſunt veræ religionis ſubſannationes horrendæ. *Ghilulim*, verū idē eſt ac ſtercora & ſordes, quibus homo contaminatur, & hoc nomen per contemptum idolis applicatur, vt conſtet, quàm ſtramineo & obſcęno fundamento nitantur, qui Deo vero relicto ad ea ſeſe prouoluunt. Tribuuntur eis & nomina *Vanitatis*, *Mendacii*, *Similitudinis*, *Abominationis*, *Fornicationis*, *Figuræ*, *Figmenti*, & *Nefas*, quod eſt conflatile idolum ex argēto aut auro, aut imago lapidea vel potius ligna eadē materia exornata. Huiuſcemodi ſanè Idolum fuit illud Priapi, quod eſſe volunt *Miplezet* i. terriculamētum, *1.Reg.15.* & Tamuz *Ezechiel.8.* & Bel *Ierem.50.* Sicuth *Amos 5.* Dagon *Iud.16. Samuel.5.* Aſtaroth *Iud.2. Deuteron.7.* Meleketh (cœli Machina) *Ierem.7.* ne quid amplius de Moabitarum idolo & Moloch adiiciam. Cum etymo prius adducto facit & Iſidorus aliquo modo, cum *ἀπὸ τοῦ εἴδεος, externa ſcilicet forma*, deducit originem vocis. Ea enim in oculos incurrit noſtros, & refricat memoriam eorum, qui ſunt vel abſentes, aut vitam cum morte commutarūt, ex quo vnico fonte prodierunt primùm ſimulacra, vt eiuſcemodi qualicumque præſentia aut præſentatione regum & amicorum defunctorum deſiderium leuarent. Ceterum tandem ſtulta mortalitas (*vt cum Plinio loquar*) ſiue nimium credula & excœcata, ſeu à Dæmonibus ſeſe inſinua-

insinuantibus istis idolis decepta, diuinos instituit honores, non solùm thura adolescendo, sed etiam bestias mactando, & à veri Dei cultu longissimè recessit, cùm oculos ea habuerint, nec viderint tamen: aures, & tamen destituta fuerint earum vsu, *vt canit David Psal.115.&.135.*

Idumea, regio inter Iudæam & Arabiam ab occidua Iordanis parte, inque occasum vergens, etiã γεβολίτις & ἀμαληκίτις vocata, *teste Iosepho*, trahere dicitur appellationem à ciuitate Idume. Strabo scribit incolas huius regionis esse origine Nabathæos, sed eiectos ab eis seditione cum Iudæis in amicitiam & fœdus coaluisse, legibus etiam receptis. Tertius Regum in Arabia quidem fuisse, sed ad mare rubrũ submotos prodit. Passim ab Hebræis dicũtur Edom. Hinc parum deflexa voce Idumæos deducere potuerunt Græci, trahũtque Originem ab Esau Isaaci filio, qui inter coætaneos *Edom*, id est, ruffus est dictus, quod & Augustino placet. Atque ita forte non malè ab Idumæis dicetur *Idumæa*.

Idus, quę singulis mensibus sunt octo, & Ioui sacræ fuisse leguntur, semper tũ flamine Diali cædente & immolante bouem, tulisse nomen videntur nonnullis origine Thusca, quòd apud Thusos eadem profectò dies *Idis* fuerit dicta. Iouis fiduciam significans, qui, *vt auctor est lucis*, ita Lucetius & *Diespiter* est nominatus. Alij arbitrantur *iduare*, quod est *diuidere*, vocem esse *Hetruscam*, datumque nomen Idibus idcirco, quòd velut in duas partes diuidant mensem, cum vt plurimum medium attingant. Plutarchus refert originem ad εἶδος, quod circa illum diem plena facie coruscet Luna, alij τὸ εἴδειν, quod est videre, eodem planè sensu. Nonnulli trahunt ab oue Iduli, quam singulis Idibus oblatam volunt. Præcipuas ferias Idibus dicatas & obseruatas fuisse apud Romanos indubitatæ fidei. Si quis id amplius confirmatum velit, Alexandrum ab Alexand. legat *Genial. dier. libro tertio capite. 18.*

Iecur nomẽ habet Isidoro, quod ignis ibi habeat sedem, qui in cerebrum subuolat, inde ad oculos ceterosque sensus & membra diffunditur. Quod etymon etiamsi mihi displiceat, nolui tamen omittere, ne de eo hic viscere nihil omnino legi malè aliquem habeat, Hippocrati dicitur ῥίζωσις τῶν φλεβῶν, *quod ex eo tanquam radice pullulent venæ.* Ab eodem peragitur αἱμάτωσις, id est, *sanguificatio.* Sitam etiam esse ibidem appetitoriam animæ facultatem existimat Galenus *3. de placitis Hippocr. & Platonis*, innuitque idem Homerus, cùm apud inferos Titii iecur corrodi & exedi fingit à vulneribus, eo quod Latonam constuprare voluisset, cùm partem illam plecterent, quæ contumeliæ illatæ fuerat veluti origo & radix. Vocatur eadem facultas & naturalis, Græcis nunc θρεπτικὴ, nunc ἐπιθυμητικὴ, ferimurque ea in voluptates Varias eius distinctiones relinquo Medicis, in primis Galeno, à quo eas petere vnicuique licebit.

Iehoiacim vel *Ioacim* יהויקים Iehouæ resurrectionem denotans, vt אליקים *Dei resurrectionem*, nomen habet à קום *surrexit.*

Iehoua יהוה quod nomen recentiores Iudæi, crescente inter eos superstitione, ἀνεκφώνητον iudicarunt, eius loco pronuntiantes אדני, cum tamen ad mortem vsque Simeonis Iusti solitos fuisse Iudæos illud effari Doctores eorum testentur in Babylonico Thalmud, *tractatu Ionia, cap. 4.* substantiam Dei vel subsistentem Deum potius significat. Vnde sibi illud tanquam proprium & conueniens assumsit *Exod. 3. & 6.* cum ait ושמי יהוה *& nomen meum Iehoua* Addit לא נודעתי להם *non reuelaui illis* quippe Abrahamo, Isaaco, Iacobo. Descendit autem à verbo היה *fuit*, vt יהיה *fit* ὁ ὤν, *existens*, *qui est*, *qui existit*, Deus scilicet æternus, nulli mutationi obnoxius. Itaque docuit & Rabi Mo-

bi Moses Ægyptius *in libro More* cetera Creatoris nomina ab affectibus esse deriuata, solú verò nomen τετραγράμματον, id est, *literarum quatuor*, quod etiam שם המפורש *Schem hammephoras* nominant, peculiare esse & propriú soli ipsius substátiæ. Imo Rabbi Haccados probare nititur in גלי רזיא, id est, *arcanorum reuelatore*, comprehendi in eo diuæ Trinitatis mysterium. Vt haud absque ratione afferat Philo Iudæus, meritò & iustè tribui Deo: Maximè cùm Mosi sciscitanti ipsius nomen responderit: אני אהיה אשר אהיה. Sút qui existimát ex hoc loco natum nomen Iehouæ, cum היה verbum substantiuum (vnde יהוה) in tertia persona futuri sit יהיה, erit, atque adeo primitus iis literis fuisse expressum, tandem vero facilem fuisse transitum à י in ו propter literarum affinitatem. Quod ipsum quamquam affirmare nolim proponere tamen volui, vt vnusquisque de ea re cogitet magis. Et quáquam futuri temporis sit אהיה, *Ehie*, ero; tamen cùm in lingua Hebræa pro præsentibus sæpe vsurpentur futura, non existimandum est malè reddidisse Hieronymum cum septuaginta, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, vt ita efficacius & euidentius subsistentem per se essentiam diuinam exprimerent, inque eo viuere & ab eo proficisci omnia & pendere significarent. An non Platonicis Deus ὁ ὤν, καὶ τὸ ὄν? An non & olim in Ægyptiorum templis de Deo scriptum, ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς, καὶ ὄν, καὶ ἐσόμενον: τὸν ἐμὸν πέπλον οὐδείς πω θνητὸς ἀπεκάλυψε? Núquid & princeps Philosophorum redditurus animá dixisse fertur; *Ens entium, miserere mei?* Scribit de eodem Dionysius Areopagita hoc modo: οὐ ποσὸν ἐστιν ὤν, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ ἀπεριορίστως ὅλον ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν τὸ εἶναι, καὶ προειληφὼς, *Appellauit*, inquit, *seipsum, qui est, non quod secundum quantitatem aliquam aut dimensionem subsistat, sed simpliciter & infinitè totum esse in sese comprehendens.* Pertinent & huc illa Gregorii Theologi verba: Θεὸς ἦν μὲν ἀεὶ καὶ ἐστι, καὶ ἔσται, τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου τμήματα, καὶ τῆς ῥευστῆς φύσεως. ὁ δὲ, ὢν ἀεί. καὶ τοῦτο. αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζει τῷ μωϋσῇ χρηματίζων ἐπὶ τὸ ὄρος. ὅλον γὰρ ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὸ εἶναι, &c. i. *Deus & erat semper, & est, & erit: vel* (vt rectius loquar) *semper est. Nam Erat, & Erit, nostri temporis, fluxaque naturæ segmenta sunt. Ille autem semper est, atque hoc modo seipsum nominat, cum in monte Mosi oraculum edit. Vniuersum enim id, quod est in se complectitur*, &c. Orat. 38. * Literæ nominis יהוה sunt quatuor, vnde dicitur ὄνομα τετραγράμματον, sed non apices quibus propriè insigniri debet. Nam illi apices sunt nominis אדני *Adonai*. Quomodo enim efferendum erat, nomini licebat id concipere, præterquá Pótifici Maximo, idq; decima die mensis Tisri, & quidem ἐν ἁγίοις. Itaque Hebræi יהוה legunt *Adonai* & Septuaginta semper Κύριος interpretantur. quod nomen non legitur in primo capite Geneseos, sed *Elohim*. Θεός. At in secundo יהוה Κύριος: hinc argutati sunt Tertullianus, & quidam veterum, Deum non prius Dominum fuisse, quàm Adam factus esset. Atqui אלהים *Elohim* commune nomen etiam Diis Gentium. Sed יהוה quod Κύριος Græcis interpretibus, est proprium vnius Dei viui. ὄνοματοῦ ὄντος, inquit Philo, de vita Mosis, & quidem rectè. Hodie quoque nomen Dei in Synagogis ex more exprimitur, cum summa demissione. In libro liturgiarum hæc verba leguntur במקדש &c. hoc est, *In Sanctuario pronunciant nomen* (יהוה) *per scripturam eius: in vrbe autem per cognomen eius* (אדוני & אלהים. *Adonai* & *Elohim*, κύριος & Θεός. Phœnices pro יהוה Ι'ευω dixerunt, Samaritæ Ιαβαὶ, quasi יהוה *Ieheué*, ὁ ὤν. Ergo nomen τετραγράμματον illis notum. quod quidem alii Ι'αω, vt Orpheus, & Diodorus lib. 11. alii aliter enunciabant. Phœnices igitur non solùm sermone populari, sed & arcanis quibusdam nominibus religionis cum Hebræis consenserunt, Sic עליון *Elion*, ὕψιστος Deus ipsis di-

tur. Contrà legitur apud Agelliũ hostiã immolari à quouis sacerdote post cæsos hostes, victimã cadere eius, qui vicerit, manibus. Adstipulatur Ouidius Fastorum 1 h.is verbis:

Victima, quæ cecidit dextra victrice, vocatur:

Hostibus à victis hostia nomen habet.

Festus putat hostiam ex eo dictam, quòd hostire tantundem veteribus fuerit, atque nobis ferire. Atque hæc de etymo. Restat, vt si non omnes, aliquas tamen species hoc loco subijciam plenius pertractaturus eas, cùm de victimis erit dicendum. Nam earum quædam erant Eximiæ, quod sacrificiis destinatæ eximerentur de grege, vel quod eximia specie esse oporteret, quæ Diis offerebantur: Quædam præcidaneæ, quę mactabantur ante sacrificia solemnia, quasi quę cæderentur præ aliis. Erãt & *Succidaneæ*, quæ, si primis hostiis litatum non erat, cædebantur post illas. Quia vero prioribus subdebantur & quasi succedebant, piaculi tuendi gratia, ideo *Succidaneæ* sunt appellatæ. Præter has, *Amburbales* sunt dictæ, quæ duci solebant circum terminos vrbis: *Ambaruales*, quæ circum arua rei diuinæ gratia, vel pro aruis (*vt quidã volunt* mactabant à XII. fratribus, qui sunt dicti *Aruales*. At *Iniuges* nominarunt, quæ nunquam fuerant domitæ aut subditæ iugo, ex Trebatii mente *apud Macrobium Saturnal.* 3. *cap.* 5. Refero ad easdem cum *Bidentes*, oues scilicet duos habentes prominulos dentes, tum *Ambegnas* vel *Ambiegnas*, oues, circum quas statuebantur & aliæ hostiæ, *teste Varrone*. Sic per Ambegnos vervecem bouemq; intelligimus, à quorum vtroque latere agni ad sacrificium agebantur. Erant & *Cauiares* hostię, sic dictę, quod Cauiaria, id est, hostię pars duceretur cauda tenus, atque adeo in sacrificio collocaretur in Pontificũ collegio quinto quoq; anno: *Prodigiæ* vero, quæcumque prodigebantur, id est, consumebãtur. Vnde lurcones & decoctores *prodigos* vocamus. Porro *Aringam hostiã* intelligit Scaliger, cuius adhærentia inspiciebantur exsta. Donatus scribit appellasse veteres hostias maiores *Harugas* ab hara, cui includi solebant. Addo, quod apud Solinum legas, obseruatum fuisse, ne qua hostia Palilib. cæderetur, opinor, vt purus ille dies à sanguine foret. Celebrabantur enim Palilia die natali vrbis Romæ, quippe XII. Cal. Maii, quo tempore Romulus capro augurio vrbẽ designauerat aratro. Itaq; Varro: *Id moris institutiq; maiores tenuerũt, ne die, qua ipsi lucem accepissent, aliis demerent.* Quapropter nec in aliis natalibus diebus hostiam mactatam legimus.

Hostimentum, est æquamentũ, ait Nonius: Vnde & hostes dicti, qui ex æqua caussa pugnam ineunt. Plautus Asin. *Par pari datum hostimentũ est, opera pro pecunia.* Item, *Quin promitto, inquam, hostire cõtra, vt merueris, id est, æqua reddere.*

Hostis. Nominis huius origo pendet ab antiquo verbo *hostire*, quod veteribus erat ferire, *auctore Festo.* Quamquã Nonio cõprimere & recedere significet. Alii idẽ esse volunt, quod ęquare vel æquum beneficium rependere, eo quòd ad bellum procedatur ex caussa æquali, vel potius quòd legibus suis viuẽs hostis, sicut nos nostris, par nobis videatur. Olim eo nomine peregrinum notabant: At durius tandem id effecit vetustas, *vt Officior.* 4. *habet Cicero*, & propriè in eo, qui contra ferret arma, remansit. In XII. Tab. pro aduersario accipitur his verbis: *Sistatus dies cum hoste sit, venito.*

Humare, est humum miscere Isidorus.

Humilis, quasi humo accliuis iuxta Grammaticos. Atque hinc humilitas dicta, Græcis ταπεινοφροσύνη Et si eam alii ab humo deriuẽt Prima hæc secundum Hieronymum Christianorum virtus, imò reliquarũ condimentũ ac fundamentum. Eadem Chrysostomo nutrix dilectionis, vt contra mater odii superbia: Inque Christo eiusque membris præcipuè sempere luxit. Vt quidem prudenter hæc protulerit Menander:

ὕπερ

ὦ τρισάθλιοι ἀπαλῆς οἱ φυσῶντες ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα: Αὐτοὶ γὰρ οὐκ ἴσασιν ἀνθρώπου φύσιν, *O ter miseri omnes inflati, qui de sese magnificè sentiunt: Ignorant enim illi hominis naturam.* Plura & infinita de ea proferri possent, sed cõsultò supersedemus.

* *Humilitas.* Hebr. שפל *Scheppel,* à verbo *Schappel,* humilis fuit, humiliatus est, quod cognationem habet cum פלש *Palasch*, volutatus est in luto, vt deiectis & humo affixis accidit, nempe humilibus, Christus, Matt. 11. vocat se ταπεινὸν τῇ καρδίᾳ, humilem corde, id est, modestè de se suóque officio sentientem. & 1. Petr. 5. dicitur Deus dare gratiam τοῖς ταπεινοῖς, i. modestè de se suísque donis iudicantibus. Quibus locis ταπεινότης idem est quod ταπεινοφροσύνη. Spiritus humilis (inquiunt Hebræi) coram omnibus, i. animus modestè de suis donis sentiens. Est autem ταπεινοφροσύνη, φρονεῖν τὰ ταπεινά, humilia sapere, cui opponitur ὑψηλοφρονεῖν, altum sapere, efferri animo, Superbè agere. & ταπεινὸν Græci eleganter verterunt per hyperthesin, quasi ταπεινά, vt annotauit Eustathius. Sunt autem ταπεινά, protrita, humi strata, pedibus calcata, à verbo ταπεῖσθαι. Hinc ταπεινὸς idem quod πεζινίζων, humi repens. Alij deducunt à verbo τάπτω sepelio, quòd humilis videatur iamiam sepeliendus. Vide *Mansuetus.*

Humus ab humore, Honorio appellata.

Hyacinthus, flos purpureus regum nominibus inscriptus, *vt Virgilius & Ouidius canunt,* à nobili puero Hyacintho nomen arcessit secundum Isidorum. Eũ enim in hunc nominis sui florem mutatum ferunt. Theocritus in Bione: ὑάκινθε λάλα τὰ σὰ γράμματα. καὶ πλέον αἴ αἴ. Item: καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐντὶ, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος. Turnebus & Cordus volunt esse *Vaccinium nigrum*, Brunfelsius in Onomastico suo Dioscoridis *Delphinion.* Qui cùm dicat etiam habere, κόμην ἐπικεκλιμένην κυρτὴν ἄνθος πλήρη πορφυροειδὲς, rectè Virgilius *molles, languentes, & suauè rubentes* Hyacinthos vocat. Fulgentius interpretatur Hyacinthum *se-lum florem,* quòd flos Atticis dicatur *cynthos.* Sanè Ouidius Metamorph. 1.

Flosq. nouus scripto gemit *imitabere nostros.*

Item:

Ipse suos gemitus foliis inscribit, & αἲ αἲ
Flos habet inscriptum, funestaque littera dicta est.

Hyades. Scribit Hyginus Atlantem ex Oceanitide filias habuisse duodecim, & filium Hyantem, quem ab apro vel leone occisum dum lugent sorores, sunt eo luctu consumtæ. Ex his quinque primæ inter sidera relatæ locum habent inter cornua Tauri, quippe *Phesyla, Ambrosia, Coronis, Eudora, Polyxo, quæ Hyades* dicũtur à nomine fratris. Latini *Suculas* vocant. Quidam volunt Y literæ in modũ positas, atque inde *Hyadas* dici: Nõnulli à pluuia, quam, cum oriuntur, efficiunt. Est enim τὸ ὕειν pluere Latinis. Etymo ex fabulis petito fauet Ouidius Fastor. 5. his verbis:

Mater Hyan, & Hyan mœstæ fleuere sorores,
Ceruicemque polo suppositurus Atlas.
Victus vterque parens tamen est pietate sororum,
Illa dedit cœlum, nomina fecit Hyas.

Posterius etymon amplectitur Cicero, cum scribit Tauri caput frequentibus stellis esse conspersum, quas Græci Hyadas à pluendo nominarunt *2. de natur. Deor.* Sunt præterea alij, qui nomen hoc illis tributum putãt, eo quod Hyadis & Bœotiæ fuerint filiæ. Liberi nutrices fuisse, proditum à Pherecyde Atheniẽsi. Quæ omnia licet fabulosa tamen ex vsu esse poterunt iis, qui in fabulis explicandis aut Poëtis versantur. Sciẽdum quoque Latinos eas nominasse *suculas* quasi à suibus, non ab imbribus arcesserent nomen, non satis aptè, *vt & Plinius docet lib. 18. c. 26.* paulò ante finem. Nec sat eruditè ab hyeme etymon deductum à Prisciano. Stellas has esse quinque numero voluit Hesiodus, sex Proclus, septem

Hyginus. Vide Agellium *lib. 13 cap. 9.* de hoc Palilicio sidere. Sic enim veteres vocasse apud Plinium inuenio *lib. 18. c. 16.*

Hybla, ὕβλα, vrbs Siciliæ mediterranea Ptolemæo, quam Dorienses condidere, *auctore Strabone*, nomen suum deducit ab Hiblone Siculo rege, qui eum inhabitauit, *iuxta Thucydidem lib. 6.* Quia verò agri eius in circuitu floribus erant referti, & proinde mellis ibi maximus esset prouentus, idcirco *Hybleas apes* dixit Virgilius in Bucolicis, & Silius *audacem fauis Hyblam* lib. 14. Fuit & eadem ciuitas dicta *Megara*. Sed Stephanus tradit tres in Sicilia fuisse Hyblas, *Maiorem*, *Minorem*, & *Paruam*: Atque vnam quidem τέλλαν dictam, *paruam* ἥραν: Incolas verò Maioris ὑβλαίους, Paruæ γαλεώτας καὶ μεγαρεῖς. Pausanias meminit duarum, quarum vnam Maiorem, alteram γαρεάτιν appellat. Hybla Virgilij vulgo iam dicitur *Auola*, vt scribit Erythræus.

Hydromantia, ἡ ἐκ τοῦ ὕδατος μαντεία, *ex aqua diuinatio*, estque Magiæ species, ad quam accedit πυρομαντεία, *Aeromantia* & *Necromantia*. Nam in has quatuor species Magiam diuisit Varro *7. rerum diuinarum.*

Hydrops, Græcis item ὕδρωψ, ὑδρώπισις, ὕδερος, καὶ παρέγχυσις, *Absyrtho*, Latinis alio nomine aqua intercus, genus morbi, in quo totum corpus, aut solus venter iam ab humore tumet, iam à flatu, nonnunquam ab vtroque, nomen inuenit à symptomate, quod scil. aqua siue aquosus atque serosus humor hunc affectum comitetur. Imò in omni eius specie colligitur aqua. Nam licet in *Tympanite* multi flatus distendant ac premāt peritonæum, tandem tamen aqua per ἀνάδοσιν effluit ex venis in visceris spatium ac cauitatem. Habet autem τυμπανίτης vel τυμπανίας nomen, quòd flatu plurimo collecto & intercluso non vsque adeo magna humoris copia accedente, si pulsetur venter, tympani sonitum reddat. Altera eius species est *Anasarca*, quæ dicitur & ὑποσάρκα, κατασάρκα, λευκοφλεγματία, σαρκίτης, ὑποσαρκίτης, ἡ ὑποσαρκίδιος, cùm per totum corpus effusus est humor, etiamsi nonnulli accuratius distinguentes esse velint *Anasarcam*, cùm spōgiæ modo multa pituita imbuta est caro: *Hyposarcam*, cùm humor sub carne latitat: *Catasarcā*, cùm per carnem diffunditur: *Leucophlegmatiam*, cùm liuida pituita constat, sui quidem ratione alba, sed tamen immutante colorem propter mixturam aliorum quorundam humorum. Porro *Ascites* tertia Hydropis species nomen ex eo traxit, quòd aqua colligatur in abdomine, tanquam in vtre, qui Græcis est ἀσκός. Opponitur autem Tympaniti, eo quod plus habeat humoris, spiritus minus. Communis huius morbi caussa est imbecillitas iecoris eaque primigenia, aut per consensum, vnde αἱμάτωσις impeditur. Oritur & sæpe ex nimia mēstrui sanguinis vacuatione, aut hæmorrhoidum, item ex retentione menstruorum, aquæ frigidæ potu. calore & exercitio, à malo corporis habitu, Lienteria, Dysenteria, Diarrhœa, Cœliaco morbo. Interdum etiam pulmonis aut thoracis suppurationes sequitur, aut podagram coxendicumque dolores. Q. Serenus in hunc modum de eo morbo scribit:

Corrupti iecoris vitio vel splenis acerbus
Crescit hydrops, aut cū siccata febre medullæ
Atque auida fauces gelidum traxere cruorē,
Tam lympha interius vitio gliscente tumescit
Secernens miseram proprio de viscere pellem.

Hydrus, aquarum serpens, vt & hydra in fœminino genere, ἀπὸ τοῦ ὕδατος, id est, *aqua*, vocis originem trahit. Vnde *Chersydros terra marique viuens* apud Lucanum libro 9. Gazæ autem in Aristotele hydrus est natrix, quem tamen alij eundem cum Chersydro faciunt, dictūque volunt à natando, quasi *natatricem.* Sed facilè conciliari potest ista dissensio. Quia enim tota hyeme & vere in stagnis ac paludibus latet, idcirco Græci hydrum vocant. Rursus quoniam idem calorem

calorem sentiens, qui paludes & stagna exsiccat, terram incipit incolere (est quippe ἀμφίβιον animal, hinc & natrix appellatur terrestris. Scribit Aelianus *lib. 8.* *Anima tum* ex Apollodoro, Chersydri venenum adeo esse perniciosum, vt etiam eum, qui mortuum tátum attigerit, statim interimat. De hydris quoque Plinius *lib. 29. c. 4.* In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est, quod in aqua viuit, *hydri* vocantur, nulli serpentum inferiores veneno, quo Euridice vxor Orphei mortua est, *vt legitur sub finem 4. Georgic.*

Hyems videtur etiam ἀπὸ τοῦ ὕειν, id est, *pluendo* deducta, quod tum frequentes sint pluuiæ, non ab imbribus, *vt voluit Varro.* Isidorus dicit etiam brumam dici, quasi βραχεῖαν ἡμέραν.

Hymenæus nuptiarum Deus, Bacchi & Veneris filius, ἀπὸ τοῦ ὑμένος, id est, *membrana*, quæ primo congressu rumpitur à viro, nominatus fertur. Aliis hoc nomé tulisse videtur ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ναίειν, quod simul habitent vir & vxor, vel ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ νέοντας νυμφίους, quod simul vadát spõsus & sponsa. Hunc inuocare solebant in nuptiis, sicut in epithalamio Catullus: *Hymen, ô Hymenæe, Hymen, Hymen Hymenæe.* Eidé & Græci canebant hymnos, cùm celebrarétur nuptiæ. Pro ipsomet autem epithalamio aut carmine nuptiali, vt & pro Thalassio apud Martialem, accipiunt etiam nonnulli.

Quid tu me iubeas, inquit, *Thalassionem Verbis dicere non Thalassionis?*

Hymnus ἀπὸ τοῦ ὑμνεῖν, id est, *laudando & celebrando* nomen inuenit. Deorum enim vel Dei vnius eiusque veri laudé continet Tales Homeri, Callimachi, & apud nos Prudentij sunt hymni. Eustathius & Menander Rhetor volunt hymnorum aliquos esse κλητικούς, quibus inuocatur Dei alicuius auxilium, quales plerique Sapphus & Anacreontis fuerunt; aliquos ἀποπεμπτικούς, id est, *remissiuos*, si liceat dicere; alios φυσικούς *naturales*, quales nonnullos fecit Empedocles, alios μυθικούς, id est, *fabulosos*, & in se complectentes allegorias; alios γενεαλογικούς qui theogonias referunt; alios πεπλασμένους fictos, in quib. corpora affingunt Diis; alios εὐκτικούς, id est, *votiuos & precatorios*. Sunt qui addunt ἀπορητικούς, id est, *dubitatiuos*, vt si dubitemus sitne Amor Chaus & Veneris filius. Nónulli quoque mixti ex duorum, trium, aut omnium genere. Peculiariter autem offerebant & componebant in Bacchi honorem Dithyrambos & Parthenia. Iuli dicebantur cantica matris Deûm, quamquam alij Cereri attribuát, *Vpingi* vel *Vpingi* Dianæ, ab Vpi ipsius Dianæ patre, cuius libro *de Deorum natura* meminit Cicero, Pęanes Apollinis, Erotica Veneris.

Hymettia mella dicuntur ab Hymetto Atticæ regionis mõte, qui floribus semper vestitur, & (*vt Strabo scribit*) mel optimum gignit. Scribit siquidem & Plinius mellis Attici in toto orbe summam laudem existimari. Mellis autem vsum ascribit Aristæo Diodorus.

Hypallage Poëtica figura, in qua ordine rerum inuerso effertur oratio ἀπὸ τοῦ ὑπαλλάττειν descendit, quod variare & ex ordine submouere significat. Tale illud Virgilii: *Tergo sceleratam interserit hastã*, id est, *ipse met sceleratus*. Sophocles in Antigone: πῶς δῆτ' ἐκείνῳ δυσσεβῆ τιμᾷς χάριν, cur illi impio tribuis honorem. Scholiastis Græcis hoc est ἀντιστρόφως εἰπεῖν, præpostere loqui. Pertinet & huc ὑστερολογία, τὸ ὕστερον πρότερον πρωθύστερον.

Hyperborei Scythię populi supra quos, id est, vltra quos, sicut interpretatur Seruius, spirat Boreas ventus Septétrionalis. Festus tamé adfert aliam notationem vocis, ὅτι ὑπερβαίνουσι τὸ τοῦ αἰῶνος ὅρον, *quod terminum vitæ humanæ transcendebant.*

Hypocrisis, quæ est *simulatio*, vt Hypocrita *simulator*, dici videtur nonnullis, quasi ἀνὴρ τις, quod præsenti negotio aptè respódeat, veluti cum Histrio personam

ſonam alicuius in ſcena repræſentat quoad vocem, mores, habitum & geſtus. Vnde definiunt, quod ſit διάθεσις ποιητικὴ φωνῆς καὶ σχήματος πρέπουσα τῷ ὑποκειμένῳ προσώπῳ ἢ πράγματι. Alij dicunt hypocriſin eſſe ſimulationem eorum quæ non inſunt, & diſſimulationem eorum quę inſunt, quali vitio Scribæ & Phariſæi fuerũt obnoxij. Sed miſſa faciamus iſta. Quantum ad etymon, malim ſimpliciter dictam ab ὑπὸ ſub, & κρίσις, quæ vox *iudicium* ſignificat, quaſi in hypocrita iudicij quędã ſit occultatio, aliudque promtum in lingua aliud clauſum habeat in pectore, aliumque ſe prodat & venditet hominibus, quàm eſt intus & in cute, quod aiũt, per ſe fallax, doloſus. Vt non immerito חנף *Chaneph*, Hebræis, à verbo Chaneph, velatus eſt, nubilus & obſcurus fuit. Hinc νέφος nubes, νεφώδης nebuloſus, νεφέλιον nebula. Lat. nebulo, hypocrita ſanè eſt inſignis nebulo. Et ſolẽt hypocritę tetrici obſcurare & obnubere facies ſuas, vt facilius ſibi Aliiſque imponant.

Hypoſtaſis Latine ſedimentum iuxta Theophilum de vrinis cap. 8. ἀπὸ τοῦ ὑφίστασθαι, id eſt, *ſubſiſtendo* vel potius *ſubſidendo* videtur dici. Refertur hæc vox etiam in Eccleſia ad Deitatem, in qua eſt vna quidem οὐσία, ipſa ſcilicet θεότης, at tres ὑποστάσεις, id eſt, tres perſonæ per ſe in vna diuinitate ſubſiſtentes, quippe τὸ μὲν ἀγέννητον, τὸ δὲ γεννητὸν, καὶ τὸ ἐκπορευόμενον, id eſt, *Pater, Filius, & Spiritus Sanctus*. In Philoſophia generaliter vtimur τῆς οὐσίας, id eſt, *eſſentiæ nomine* pro re per ſe conſiderata, ſiue ſit in prædicamento ſubſtantiæ, ſiue ſit accidẽs: At ὑπόστασις ſignificat rem ſubſiſtentem, quæ opponitur accidentibus.

Hypotheca Latine ſuppoſitio Græca origine ab ὑποτίθημι, quod *ſuppono* vel *pignore oppono* ſignificat, deflectitur. Quin ſupponere aliquando in iure oppignerare ſignificat, & res ſuppoſitæ intelliguntur, quæ pignori ſunt obligatæ. Euidens hoc eſt ex rubrica *de reb. cor. qui ſub tutel. vel cura. ſunt ſine dec. non alie, vel ſupponendis*, id eſt, pignori obligandis. Diſtinguunt multi hypothecam à pignore hoc aut illo modo, ſed Martianus tantum nominis ſono differre dicit, *l. 5. in fi. ff. de pignor.*

Hypotheſis, Latinè & propriè ſuppoſitio, alias thema, controuerſiam & fundamentum ſignificans, etiam ab ὑποτίθημι deſcendit, eoque nomine Priſci Iuriſconſulti ſpeciem appellant, recentiores legis caſum. Vnde valde propria & vſitata eſt illa locutio: Ponamus caſum, quamtumuis diſpliceat illis, qui originem non ſatis animaduertunt. Apud Rhetores eſt hypotheſis cauſſa vel controuerſia circunſtantiis definita, quam monent tranferendam eſſe ad θέσιν, id eſt, locum communem.

Hypothetica propoſitio à conditione, quę Græcis ὑπόθεσις eſt, nominis rationem deducit, atque hæc diuiditur in *Conditionalem, Copulatiuam & Diſiunctiuam*, à Dialecticis.

Hyrcania ὑρκανία, Ptolemæo Aſiæ regio, Hebræis Hadoram [illegible] *vt cenſet Montanus in apparatu Biblico*, hodie *Diargument* Mercatori, *Caſſon* Girauæ, *Hyrach* Erythræo, *Straua* Mariæ Angiolello, Barbaris *Corcan* vt ſcribit Niger, quoad nomen primo loco poſitum cognationem quandam habere videtur cum הרג occidit. Alij ab Hyrcana ſylua natum exiſtimant nomen Hyrcanas equidem ſyluas dixit libro nono. Lucanus Fertur hæc regio mari Caſpio iuxta Mediam contermina, tam fœlix, vt vna vitis vini metretam ferat, & mella defluant ex arboribus. Prodidit hæc Strabo memoriæ *libro Geographiæ 2.* Reperitur in ea tigris animal natura ferociſſimum. Vnde Virgilius *Hyrcanaque admorunt vbera Tigres.* Ab hac porro regione dicitur mare Hyrcanum, quod Caſpium eſt aliis auctoribus. Atque hæc duo eius nomina præcipua recipit & Plinius, quamquam fateatur ab accolis diuerſis aliis nominibus

nibus

nib. appellari. A Rhutenis hodie *Chualenska Morie*, à Mauris *Bohar Corsun*, aliis *Bachu, Sala, Cunsar, Giorgian, Terbestan, Corusum*, pro variis idiomatibus aut adiacentibus regionibus indigitatur, vt iãdudum est obseruatum ex tabulis & scriptis peregrinationibus.

* *Hyssopus*, *ὕσσωπος*, אזוב *Ezob*, species herbæ fragrantissimæ, quæ apud multas gentes primæuam appellationẽ ferè retinuit. Apud Euangelistam D. Ioannem nõ vsurpatur vulgari illa significatione quã habet apud profanos scriptores, sed ex consuetudine scriptorum sacrorum, apud quos Hebrea vox propter affinitatem vocũ à Græcis reddita est *ὕσσωπος*: vt inter alia loca videre est Exod. *12. 22.* & 1.Reg.*4.33*.Psal.*51.9*. Nomine autem *Ezob* non significari herbam illam quã vulgo nominamus hyssopum intelligi potest ex loco illo 1.Reg.*4.33*. vbi *Ezob* inter arbores seu arbusta nominari videtur. Sunt qui muscum interpretantur. Sed videtur esse libanotis arborescens, qui vulgo *rosmarinus* dicitur. Primũ, quia Iudæi eo vsi sunt, ad aspergendum sanguinem victimarum, Exod, *12.22.* Leuitic.*14.6.7.* item ad aspergendam aquam, Nũ.*19,18.* Ad hunc autẽ vsum imprimis idoneus est rosmarinus propter foliorũ densitatẽ, paruitatẽ & copiam. Deinde, quia opponitur cedro tanquam arborũ minima: Libanotidem autẽ nõnullis locis arborescere notũ est. Tũ dicitur nasci in pariete: libanotis autẽ locis saxosis gaudere traditur. Postremò, quia quod à D.Ioãne ca. *19.29* v. nominatur *ὕσσωπος*: id à D. Matthæo, c.*27.5.48.* vocatur *κάλαμος*: quo nomine ipsa stirps libanotidis significari videtur ramusculis vndiquaque resectis. Tametsi (inquit Dodonæus lib.4. Pẽptadis 2. de Stirpiũ historia, cap.18.) hyssopum, veluti omnibus cognitam, multis notis Dioscorides exposuerit, extant tamen quædam de eius forma alibi, quę vulgari hyssopo nequaquam respõderit. Origanum Heracleoticum folium habet hyssopi similitudine. Chrysocome comam habet corymboidem, similem hyssopo. Plinius lib.*27.* cap.*12.* Stæchadem, ait, odoratam herbam, coma hyssopi. Concludit ille, non esse Legitimam, quæ vulgo pro hyssopo habetur.

I

IAcob Patriarcha supplantatorẽ significans nomen habet ab עקב *planta*. Cùm enim nasceretur, plantum fratris manu tenuit, *Genes.25.*

Iacchus nomen Bacchi ab ἰακχέω, id est, *clamo*: Sed aliis, qui minus probabiliter ἐτυμολογοῦσι, ab Hebræo יין *iain*, descendit, quòd Chaldaicus paraphrastes semper fere חמר, i. *vinum rubrum transtulit*. Priori etymo multo maxima pars eruditorum astipulatur. tum Eustathius ad finem Iliad.1. ἰάχειν, inquit, τὸ ἤχειν. ἤχω ἰάχειν λέγεται κατὰ ὀνοματοποιΐαν, ἀφ' οὗ καὶ ἴακχος οὐ μόνον ὁ ἐπὶ Διονύσῳ ἦχος, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος. Vini effectum hac voce veteres illi depinxerunt. In vino enim luxus & clamor,

Iaculum, à iaciendo est dictum.

Iair, octauus iudex in Israël nomen habet ab אור illuxit.

Iambicum carmen deriuatur ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, id est, *maledicendo*. Eo debacchatus est Archilochus in Lycamben, cùm ei filiam collocare non vellet, cuius tandem Poëmata Lacedæmonii publico edicto submouerũt, *vt meminit Valerius*. Hinc ille: *Archilochum proprio rabies armauit iambo.* Et Velleius Paterculus: *Neque quemquam alium, cuius operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, præter Homerum & Archilochum reperiemus.* A Iambe puella dici scripsit Hephæstio, à qua *Hipponax* versus eiuscemodi vsum sibi assumpsit eiusdemque nomine vocauit, *vt refert Iulius Scaliger Poetices lib.1. cap.45.* Sunt qui etiam à Iambis deriuãt, ex quibus solis constare solebat hoc carminis genus. Mox autem spondæum omnibus in locis recepit, præterquam secũdo & quarto, *vt in arte poetica docuit Horatius.* Claruit in hoc genere apud

Græcos *Hipponax*, apud Latinos *Lucilius, Catullus, Horatius, Bibaculus. Choliãbus* vel *Scazon* dicitur, cum carmen Iambicum in vltimo pede habet spondæum, quasi χωλὸς ἴαμβος.

Ianiculus, collis inclusus Romæ, nominatus videtur Festo, quòd per eum populus Romanus tanquam per ianuam primitus transierit in agrum Hetruscū. Alii tributum hoc nomen volunt à vetustissimo oppido, quod Ianus condidit in Italia: Macrobius, quod Ianus ibi aut sit sepultus, aut habitauerit. Cum quo Ouidius facit *Fastorum 1.* docens Saturnum cis Tybrim, Ianum trans Tybrim habitasse. Ipsamet Poetæ verba quidni producam? Sic ait:

Ipse solum colui, cuius placidissima laeuum
Radit arenosi Tybridis vnda latus.
Hic vbi nunc Roma est, tunc ardua sylua virebat,
Tantaque res paucis pascua bobus erat.
Ara mea est colli quem vulgus nomine nostro
Nuncupat, hæc ætas Ianiculumque vocat.

Hodie à flauis arenis aureus audit, & corrupto vocabulo Montorius, illustris Diui (*vt vocant*) Onophrii templo, tum Numæ Romanorum regis (*si Dionysio & Liuio credimus*) & Statii Poetæ sepulcris. Propter aeris grauitatē est hic collis ceteris infrequentior, inque eum secessit aliquādo Romana plebs à Q. Hortensio tandem reuocata. Habuit & in eo castra Porsena Thuscorum rex, de quo vide, si placet, Liuium.

Ianthina vestis est quæ colore imbuta est violaceo. Viola enim Græcis est ἴον, ἄνθος, flos. Artifices huiusmodi vestium nominantur à Plauto Violarii.

Ianua ex Isidori mente dicitur à Iano, cui gentiles introitum omnem & exitū consecrarunt. Vnde Lucanus: *Ferrea belligeri cōpescat limina Iani.* Est autem primus domus ingressus, cùm cetera intra ianuam ostia vocentur.

* *Ianua*, Suidę αἰβάλη, Hesychio αἰβάνη, θύρα. Si Suidam audimus, originem ducere videtur ab Hebr. אובל *Vbal*, quæ vox à D. Hieronymo, *porta* interpretatur seu ianuæ limen. Pergamus ad alias vocat, Dan. cap. 8. v. 2. βηλὸς etiam est ostiū ces Hebr. שער *Schahar* ianua seu porta, à verbo eiusdem soni, quod significat, Obseruauit ceu ianitor: & cognationem habet cum רעש *Rahasch*, commotus est cum strepitu. nam porta, ianua, ostium aperiendo & claudendo solet crepare. Hinc σαίρω, aperio ianuam, & θύρα, ianua, q.d. σύρα. Vnde sera, Lat. obsero, & resero, i. claudo, & aperio ianuam. פתח *Pethach*, ianua aperta & patula, à verbo *Pathach*, aperuit, patere fecit. Hinc πετάω, extendo, aperio. & Lat. pateo, patefacio. Vnde *Porta* & *Valua*.

Ianuarius dicitur à Iano, cui introitus rerū sacratur, nō secus ac per ianuam patet ingressus in ædes. Ouidius Fastorū 2.

Primus enim Iani mensis, quòd ianua prima est:

Hic est ille mensis, quem Numa Pompilius cum Februario anno Romuli adiecit, totum sui anni curriculum dirigens ad Lunæ cursum, & in XII. menses distinguens, *auctore Liuio.* At quòd Luna singulis mensibus non explet dies triginta, desuntque dies anno solido, qui solstitiali circumagitur orbe, ita quidem dispēsauit dies quosdam mensibus intercalando, vt anno vigesimo ad metam eandem solis, vnde orsi fuerant, plenis omnium annorum spatiis dies congruerent. Cur autem primùm mensem voluerit esse Ianuarium rationes proferuntur diuersæ. Plutarchus ideo hoc factum tradit, quòd in omnibus placeret rem vrbanam bellicæ præferri, contra Romuli institutum, qui homo bellicosus & Martis filius Martium prę posuerat reliquis anni mensibus, quando Ianus vitæ ciuilis & terræ colendæ auctor fuisset, quem propterea Numa inprimis venerabatur: Vel quod Numa ad naturæ potius ordinem respexerit. Cum enim Sol post brumam, fine progrediendi facto ad nos, cursum reflectens, quasi de nouo suum cursum instituat, optimū iudicauit idem anni, quod Solis, esse principium. Alii primū huic

mensi locum assignatum volunt, quòd exactis regibus ipsis Kal. Ianuarii primi consules creati fuerint. Eundem in Iunonis tutela fuisse, colligitur ex veterum fastis. Celebrabantur diuersis in eo diebus *Agonalia*, *Carmentalia*, & *feriæ Sementinæ* apud Romanos, vt apud Græcos *Ambrosia*. Quia etiam per id tempus Athenienses vina inferebant in ciuitatem, appelarunt *mensem Lenæum*.

Ianus, qui primus Italos vinum & far docuit ad religionem, primus valuas, seras, & claues ad domorũ sanctimoniam excogitauit, Deus Deorum Saliorum carminibus dictus, belli & pacis index, *iuxta Ciceronem & Macrobium* ab eundo nominatus, quasi dixeris *Eanum*, quòd cœlum & tempus semper eant, vel quod ianuis præsit, *vt docet Ouidius in Fastis*. Festus cum Chaos ex Hesiodo describit: *Chaos*, inquit, *ex eo, quod χαίνειν Græci, nos hiare dicimus. Vnde Ianus detracta aspiratione nominatur ideo, quòd fuerit omnium primus, cui primo supplicabant velut parenti, & à quo rerum omnium factum putabant initium*. Hactenus Festus, Peucerus & alii deducunt nomen à Iauan, qui pater fuit vtriusque gẽtis Græcæ & Latinæ. Goropius Becanus *libr. 4. antiquitat. Antuerpianarum* eundem esse dicit Ianum cum eo, qui dicitur Iaphet in literis sacris. Berosus, Fabius Pictor, & Cato, volunt Ogygem, qui & Noah audit, appellatum fuisse Ianum. Latii sanè Rex antiquissimus fuit, qui primus Italos aras, pomœria & sacra docuit, proinde primus omniũ nominatus in sacrificiis. Quidam, *vt scribit Arnobius*, eum mundum esse voluerunt, annum alii, solem nonnulli. Cognomina Iani fuerunt permulta. Sed nec eorum originem omittendam existimo, facto tamen eorum delectu, quæ præcipua sunt, ne aut limites mihi positos transgrediar, aut parum hîc diligens fuisse videar. Dictus est ergo *Bifrons*, & *Quadrifrons*, quòd duplici fronte à quibusdam simulacrum eius est factum à nõnullis quadruplici, vel quia prudentissimus fuerit, videritque procul ventura & respexerit præterita: Vel, *vt Ouidius & Augustinus*, quòd Ianus sit mundus gemina facie, hac ortum spectãte, illa occasum. Sed erãt ipsius simulacra sine manibus & pedibus, ex lapide quadrato ab exili basi in latum exsurgẽte: Quo ipso quidem significare volebãt Dei vim, qui pedibus & manibus opus non habet ad ea, quæ iusserit efficienda. Quadrifrõs porrò effictus fuit, quòd ei rerum principia, finesque, introitus exitusque fuerint dedicati, atque hic ipse etiã *Geminus* est dictus. Iunonius porro est nominatus, Macrobio id affirmãte, eo quòd omniũ mensium ingressus teneat non minus, quã Kalendæ omnium mensium sunt in tutela Iunonis. A conserenda etiã propagine generis humani dicitur *Cõsiuius, eodem Macrobio auctore*: Quirinus ab hasta, quam Sabini *quirin* vocabant, vel *Curin*, vnde aliquibus Curitis audit: Itẽ *Clusius* vel *Clausius* à claudẽdo, & *Patulcius* à patẽdo. Valuæ enim eius bello patebant, occludebantur tempore pacis. Hinc Ouidius Fastor. 1.

Nomina ridebis, modo nãq; Patulcius idẽ,
Et modò sacrifico Clusius ore vocor.
Scilicet alterno voluit rudis illa vetustas
Nomine diuersas significare vices.

Primum huic templum condidit Romulus, atque in eo erat Iani Bifrõtis signũ, duos populos in vnũ coiisse significans. Id autẽ vt clauderetur tẽpore pacis, & cõtrà ingruẽte bello recluderetur, & patulas haberet fores, instituit Numa, quod ipsum ter tantũ cõtigisse legitur, si tẽpora à Numa vsq; ad Augustũ reuoluãtur. *Septimianus* quoq; est dictus propter tẽplum ipsi à Septimio Seuero exstructum, & *Clauiger*, quòd cum claue & virga formaretur. In eius templo Trapezitas & fœneratores cõuenire solitos apparet ex eo Horatii: *Hæc Ianus summus ab imo perdocet*. Quamquam Lambinus intelligere id velit de via eiusdẽ nominis, quæ ducebat ad Iani templũ. Ait enim Cicero *Offic. 2. Sed toto hoc de genere,*

de quærenda de collocanda pecunia, etiam de vtenda, commodius à quibusdam optimis viris ad medium Ianum sedentibus, quam ab vllis Philosophis in vlla schola disputatur.

* *Ianus*.quem Græci & Latini Bacchum & Oenotrium vocant,eundem illũ Syri & Aramęi omnes(qui lingua Hebręa vel illi cognata vtuntur)appellant Iauum, à voce *Iain*,quæ vinum significat, qui est vitis à Noacho post Diluuium satæ fructus, & eiusdẽ in homines beneficium. Ex quo apparet. Noachum dictum esse Iainum,& postea Ianum:ptoinde eundẽ esse qui & Noachus & Ianus ille vetustissimus sit. Nam *Iani* quoq; seculis sequẽtibus plures fuere,& recẽtiores omnes antiquo,qui tamen illius inuentũ & nomen ambitiosè sibi vendicarunt. De hoc antiquissimo Iano ac proindeNoacho,vetustissimi scriptores Ethnici,pręsertim Latini,meminerunt. Hic & *Iane* quoq; in libris ritualibus Saliorum dictus est,teste Tertulliano,cap.11.Apologet.qui ante vranum,Saturnum,Iouem, Græcos, extitisse conceditur:cuiq; propterea prius quàm alii cuiquam Deo sacrificabatur.De quo multa cõficta sunt, quę D.Augustinus exsibilat lib.7.de Ciuit Dei,cap.7.& 8.Etymologias à Cicerone & Ouidio propositas reiiciunt eruditi.Ianus enim antiquissimus, à *Iain*, i vino deriuatur;estque nomẽ antiquissimum & Aramæum,ante Gręcos,& Latinos,nedum Romanos,natũ.Cuius nominis vsus vel nullus, vel rarus semper fuit apud Græcos vetustatis cõtẽptores: multus autẽ apud Latinos, quorũ testimonia citare tædiosũ foret. Ouid lib. 1. Fastot. *Quem tamẽ esse Deum te dicã, Iane biformis? Nam tibi par nullum Græcia numẽ habet*.Athenæus lib.15.exDracone Corcyreo refert,Ianum,vt fama ferebat, bifronté fuisse;altera facie posteriore, altera anteriore. Coronas illum reperisse, nauigia,rates:numum æreum ab eo primùm signatum:qua ratione ciuitates in Græcia multæ,Italia & Sicilia, monetã cudunt impressã bifronti facie & bicipiti: ex altera parte vel rate, vel nauigio vel corona.Ergo bifrons antiquissimus ille Ianus,vt qui vtrumq; Mundũ. nẽpe primũ (qui per diluuium à Deo deletus est)& hunc secũdũ,in quo post diluuiũ viuimus,vidit,teste Arnobio,lib.6.cõtra Gẽtes.Nã quod Ouidius duas illas Iano facies ideo datas interpretatur, quòd *Omnis habet geminas hinc atque hinc ianua frontes, E quibus hac populum spectat, at illa larem*:puerile est:sed quòd duplicem illũ mundum viderit, bifrons est depictus. Ratis tributa, in diluuii & arcæ memoriam qualemcunque, quæ tamen inter Ethnicos vt & Noachi, seu vetustissimi Iani,nomen in fumum abiit.

Iapetus Poetarum,cœli & terræ filius *vt fabulatur Hesiodus*, cum Hebræo Iaphet est idem. Nã & Berosus Chaldæus vocat *Iapetum*. Vtque ex Ioseph Græci fecerũt Iosephum,sic ex Iaphet Iapetum Est autem Iaphet tantundẽ ac latitudo, quod ex eo multi populi longè latéque sunt propagati. Vanum ergo & commẽtitium est, quod Proclus in Platonem nomen istud deducit ἀπὸ τοῦ ἵεσθαι καὶ πέτεσθαι,quodq; Eustathius 1. Iliad.hoc modo, ἐτυμολογεῖ: ἐκ τοῦ ἰάπτω γίνεται ἀπ... το τὸ ἀγὰν βλάπτειν, καὶ κατὰ μετάθεσιν δὲ ἐυφωνίαν ἰάπετω. ὅθεν ἰαπετός.Huius posteritas totum occasum & septentrionem repleuit, *Gomer* nomen dedit Cimbris, *Magog* Scythis, *Madai* Medis, *Iauan* Ionibus *Elissa* Æolibus. *Tharsis* Cilicibus, quorum metropolis etiam est *Tharsus*,*Cethim* Macedonibus, *Dodanim* Dodonæis in Epito, *Mosoch* Moscis *Thiras* Thracibus.

* *Iapetus* antiquissimus, nempe Noachi filius, in prouerbiũ abiit inter Græcos, τοῦ Ιαπέτου ἀρχαιότερος, *Iapeto antiquior*. Quid enim Græcis vltra Noachi tempora potuit esse cognitum? Cui Iapeto Frometheum filiũ tribuit Ouidius, Metamorph.lib. 1.nescio.hũc enim Adami creatorem fingit,nam de tellure quá putat cognati tunc retinuisse semina cæli,

&de

& de qua primus homo formatus est; subiicit, *Quem satus Iapeto mistam fluuialibus vndis, finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.* Mirum Spiritus mendacis, veritatem, à Mose propositam, euertentis, artificium!

Iberia dicta Hispania à fluuio Ibero Cantabricis iugis orto, qui primùm in ortum solis elatus tandem deflexo alueo in meridiem mediam Tarraconensem irrigat, & in Mediterraneum mare effunditur. In hac regione sita est vrbs Toletum, à qua nomen concilio Toletano. A regione dicti populi Iberi, vel potius à Tibarenis, qui metallicas venas olim scrutari in Hispaniā traieciſſe dicuntur. Qua ratione haud insulsè accōmodari poterit notio vocabuli בור, quæ vox Hebræis *puteum* & *cysternam* significat. Quoniam verò regionem hanc tandem & Celtæ propriis relictis sedibus inhabitarunt, dicti quoque fuerunt *Celtiberi*, composito ex gente vtraque nomine.

* *Iberia*, Ἰβηρία, Asiæ regio, quam Ptolemæus etiam Caucasum appellat; Strabo, Albanos & Iberos, Caucasios posse dici scribit. Iberi Asiatici à Plinio & Mela Georgi nominati, hodie Georgiani dicūtur. Gargania apud Æthicum Iberia illa nuncupatur. Iberiam Eoam vocat Eustathius ad Dionysium. Quo ad Occidentalem, vide *Hispania*.

Icarium mare inter Samum & Myconem situm vult Isidorus dici ab insula *Icaria* vna Cycladum, alij ab Icaro Cretensi, qui ibi naufragio perierit. Ouidius refert ad Icari fabulam, qui cera liquata radiis solis, atque ita defluentibus alis, est in hoc mare delapsus. *Icarus*, inquit, *Icarias nomine fecit aquas.* Totam fabulam iucundè & patheticè descripsit idē 2. de arte amandi mox in principio, & 8. *Metamorphos.* Est autem Icarium mare pars maris Aegæi Ptolemæo & aliis: Icaria verò est Ἴκαρος Stephano, cui etiā δολίχη, μάκρις, & ἰχθυόεσσα dicitur. Pergamum vocatam, antequam Icarus in eā se præcipitem dediſſet, scribit Camerarius *in suis commentariis Homericis.*

Ichneumon, alio nomine mus Pharaonis & mus Indicus, animal specie muris, rostro tamen oblongo, & magnitudine felis, caudaque prælonga ad similitudinem serpentum, *vt asserit Oppianus*, victitans vt plurimùm in arundinetis & Nili paludibus, quia Aspidis & Crocodili oua diligenter indagat, eaque, vbi inuenerit, disperdit & frangit, ἀπὸ τοῦ ἰχνεύειν, id est, *inuestigando* nomen accepit. Et quoniam nocentiſſimorum animalium istorum fœcunditas hac ratione in Aegypto prohibetur, diuinis olim honoribus Aegiptij hoc animal sunt prosecuti. Mirabilis est eius pugnā endituri cum Crocodilo solertia, quam quia elegantiſſimè carminibus suis expreſſit Oppianus κυνηγετικῶν 3. in gratiam eorum, qui fortaſſe exemplari Grēco destituentur, subiiciam:

ἰχνεύμων βαιὸς μὲν, ἀτὰρ μεγάλοισιν ὁμοίως
μέλπεσθαι θήρεσσι πανάξιος ἠνορέῃ βουλῆς,
ἀλκῇσί τε κρατερῇς ὑπὸ νηπιδανοῖσι μέλεσσιν.
ἢ γάρ τοι κερδίστοισι κατέκτανε διπλόα φῦλα,
ἑρπυστῆρας, ὄφεις τε, καὶ ἐργαλέους κροκοδείλους,
κείνους νειλώους, φόνιον γένος. ὁππότε γάρ τις
θηρῶν λευγαλέων εὕδῃ, τρίστοιχα πετάσσας
χείλεα, καὶ χάος εὐρὺ, καὶ ἄσπετον αἰόλον ἔχῃ,
δὴ ῥα τότ᾽ ἰχνεύμων δολίην ἐπὶ μῆτιν ὑφαίνει.
λοξοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἀπόξονα θῆρα δοκεύων,
αἰσόκε δὴ βαθὺν ὕπνον ἐνὶ φρεσὶ πιστώσηται.
ἄψα δ᾽ ἄρ᾽ ἐν ψαμάθοισι, καὶ ἐν πηλοῖσιν ἐλυσθεὶς
ῥίμφ᾽ ἴθυσεν, πυλεῶνα διαπτάμενος θανάτοιο
τολμηεσσῇ κραδίῃ, διὰ δ᾽ εὐρέος ἤλυθε λαιμοῦ.
αὐτὰρ ὅ γ᾽ ἐξ ὕπνου βαρυαέος ἔγρετο δειλὸς,
καὶ κακὸν ἐν λαγόνεσσι φέρων τόσον ἀσποτίαλπτον,
πάντῃ μαινόμενος, καὶ ἀμήχανος ἀμφαλάληται.
ἄλλοτε μὲν ποτὶ τέρματ᾽ ἰὼν μυχάτου ποταμοῖο.
ἄλλοτε δ᾽ αὖ ψαμάθοισι κυλινδόμενος ποτὶ χέρσου
ἄγριον ἀσθμαίνων, σπαδάμενος ἀμφ᾽ ὀδύνῃσιν,
αὐτὰρ ὅ γ᾽ οὐκ ἀλέγει, γλυκερῇ δ᾽ ἐπιτέρπετ᾽ ἐδωδῇ,
ἢ πατὶ δ᾽ ἄγχι μάλιστα παρήμενος εἰλαπινάζει.
ὀψὲ δ᾽ ἔ τοι προλιπὼν κενεὸν δέμας ἔκθορε θηρὸς,
ἰχνεύμων, μέγα θαῦμα, μεγασθενὴς, αἰολόβουλος,
ὅσσην τοι κραδίῃ τόλμαν χάδεν, ὅσσον ὑπέστη.
ἀγχίμολον θανάτοιο τιὸν δέμας ἀμφὶς ἐρύσας.

Ichneumō breuis est, verū æquiparād⁹ honore
Et magna virtute feris atrocibus vnus,
Corpore quam lateat solertia tanta pusillo:
Quippe dolis vafris cristatos enecat angues,
Et crocodilos immanes sese templice Nilo

Progenitos audax miranda fraude trucidat.
Dū mulcet recubās crocodilus mēbra sopore,
Faucesque immēsas referās, & labra trisulca
In vacuas auras ingenti pandit hiatu:
Callidus Ichneumon versutas instruit artes,
Obliquis oculis obseruat, donec anhela
Bellua tranquillo somno perfuderit artus,
Et compertū habeat dormire sopore profundo
Tum demum è cœno squallenti turbidus exit,
Lataque peruadens temerarius inuolat ora.
Hinc miser à somno tandē expergiscitur alto
Saucius, ima ferens diram per viscera pestē,
Bacchaturq; amēs animi, fluuiosq. pererrat,
Nūc limosæ petēs, ruit in vada gurgitis alti,
Littora nunc repetit, corpusq. volutat arena,
Tetro feruentes exspirans ore vapores.
Sic agitur furiis accensa feruidus ira,
Talia contemnit latus, talesque furores
Negligit Ichneumō, dum fibras tabe fluentes
Lancinat, & iecori accūbens epulatur opimo,
Optatis dapibus plusquā satiatus Ichneumō,
Exsilit ex adyto linquens exangue cadauer.
O magne Ichneumō, magna virtute stupēde,
Hui quantum facinus? quā audaci corde per actum?
Qui ambiguā obiicias in tāta pericula vitā.

Ichthyocolla, ἡ τοῦ ἰχθύος κόλλα, *gluten piscis.*

Ichthiotrophium τὸ τῶ ἰχθύος τροφεῖον, locus, in quo pisces asseruantur & aluntur, Latinis alio nomine *piscina* & *viuarium.*

Icilia lex à L. Icilio Trib. pleb est lata, M. Valerio Maximo & Sp. Verginio Tricosto Coss. Anno ab V.C. 317. vt Auentinus mons plebi ad ædificia concederetur. Meminit eius Dionysius *libr.* 10. Fuit & alia lex Icilia, quam tulit Sp. Icilius Trib. pleb. Anno 261. T. Geganio Macerino & P. Minutio Augurino Cos. ne quis tribuno ad populum dicenti cōtradiceret aut interpellaret.

Icterus morbus, qui nihil aliud est, quàm biliosi humoris per corpus effusio, χολῆς ἀνάχυσις εἰς τὸ δέρμα, *ait Galenus*, interdum etiam nigræ bilis effusio, idque sine putredine, *iuxta Auicennam*, quæ alioqui putrescente cholera tertianam committeret, ab ictero seu Galbula aue concolore, cuius Oppianus & Plinius meminerunt, trahere dicitur appellationem. Alij malunt ab ictide deriuare, quòd animalculum alio nomine dicitur viuerra, & cuniculos suis caueis excludit: Iterum alij à miluis, quos ἰκτίνους nominant Græci, *vt & in Galba memini.* Sed de prima originatione constātior auctorum sententia est. Caussa huius morbi (*vt nonnihil de ea addam*) potest esse inflāmatio hepatis, eiusdem schirrhus, intēperies, obstructio, felleæ quoque vesicæ imbecillitas, obstructio pororum, per quos flaua bilis ad ieiunum descendit, vel concreto in ea lapide aut lapidibus pluribus, aut adnato tuberculo. Tum enim bilis non patentibus meatibus regurgitat in hepar & venas, sanguinique permixta effunditur in totum corpus. Fit idem & vitio lienis, cùm non attrahit ratione frigiditatis, vel non suscipit propter obstructionem vel potius tumorem: Item ex calida & sicca intemperie totius corporis, quę sanguinem alimentitiū in bilis naturam mutat. Aliquando etiam oritur exsumtis venenis, aut pharmacis non redditis per aluum, aut ex viperæ morsu ita sanguinem afficiente, vt vertatur in bilem excrementitiam veneficam, quæ à iecore expellitur ad cutem, aut deniq; ex biliosorum morborum crisi, cùm flaua bilis secernitur & amandatur ad corporis superficiē.

Ida mons Phrygiæ, Paridis iudicio celebris, cuius cacumen *Gargarum* vocari Macrobius & Strabo tradunt, Stephanus φαλάκρας (*quamquam & alia montiū iuga sic appellari scribas*) nomen accepit ab Ida regionis regina, vel ab Ida Cretensi, *vt canit Virgilius*, vel etiam ab altitudine. Vt enim Didymus ait, ἴδη πᾶν ὄρος, ἐξ οὗ κυκλόθεν ἐστὶν ἰδεῖν. Theocritus vocat πολύδενδρον in encomio Ptolemæi. Homerus πολυπίδακα à fontium multitudine. Quare ad imitationē eius Ouidius ait Metamorph. 2.
Et tum sicca prius celeberrima fontibus Ida.

Ab hoc

Ab hoc monte nominati Idæi *Dactyli* seu *Corybantes*, qui Iouem aluisse feruntur, vel à monte Cretæ nominis eiusdē. Hesychius: ἰδαῖοι δάκτυλοι: οἱ μὲν ἀπὸ τῆς φρυγίας. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς κρητικῆς αὐτοὺς ὠνομᾶσθαι φασὶν ἴδης.

Idiota (Nonius Marcellus habet *idiotas*) trahitur à Græco ἰδιώτης, vt idem censet, inutilemque hominem significare existimat, quasi sibi tantùm, non plurimis vtilem: *Lucilius lib. 26.* Quidni & tu idem illiteratum me atque idiotam diceres?

Idololatria, τῶν εἰδώλων λατρεία *simulacrorum aut imaginum cultus*, diuina lege quidem prohibitus, at in totum terrarū orbem iampridem inuectus à Diabolo, imò in populum Dei. Scribit Augustinus *triginta idolorum millia à gentibus adorata fuisse.* Trecentos exstitisse prodidit Terentius Varro. Habebat & quæque natio peculiarem Deum, quem in hac aut illa imagine sibi adorandum proponebat, vtpote Babylon *Belum*, *Isidem & Osirin* Aegyptus, Africa *Neptunum*, Mauritania *Iubam*, Rhodus *Solem*, Samos *Iunonem*, Lemnos *Vulcanum*, Paphos *Venerem*, Delphos *Apollinem*, Roma *Quirinum*, Latini *Faunum*, Athenæ *Mineruam*, *Atergatin* Syria, Arcadia *Panem*, Ammonitæ *Molechum*, Persia *Cœlum & Iouem*, Arabia *Iouem & Bacchum*, Gallia præter *Mercurium*, *Theutatem & Hesum.* Et vt Sibylla canit de Græcis, ἔργα δὲ χειροποίητα γεραίρομεν ἄφρονι μύθῳ.

Idolum, εἴδωλον, ἀπὸ τοῦ εἴδειν deducunt Grammatici, quòd numinis forma oculis repræsentetur. Hac significatione comprehenduntur simulacra gentiliū, ex quibus sæpe Dæmones, sæpe sacerdotes sua dederunt oracula siue responsa, *vt Lactantius & alij testantur.* Variis illa nominibus depinguntur in literis sacris. Aliquando enim dicuntur אחרים אלהים, *Acarim Eloim, Dy aliens*, qui Leuit. 19. sunt אלילים, *Elilim*, id est, *idola*, aliquando תרפים, *Teraphim*, deducta origine vocis à רפא, *Rapha sanauit*, quod in rebus asperis, & afflictis præsidium exspectarent. אימים, *Emim*, terricula, ad quorum aspectum idololatræ terrentur, ac si formidandum quid eis occurreret. Accommodatur eiusdem nomen פסל, *Pesel*, quo sculptile & dedolatum vel ex ligno vel lapide idolum significatur. Itē גלולים: *Ghillulim*, à verbo *Galal*, voluit, vnde גלל *Gelel*, stercus, volutabrū à volubilitate. Et cognationem habet verbū illud *Galal* cum געל *Gahal*, abominatus est: vt etiam idola sunt abominationes: & cum לעג *Lahag*, subsannauit. Nam idola sunt veræ religionis subsannationes horrendæ. *Ghilulim*, verū idē est ac stercora & sordes, quibus homo contaminatur, & hoc nomen per contemptum idolis applicatur, vt constet, quàm stramineo & obscæno fundamento nituntur, qui Deo vero relicto ad ea sese prouoluunt. Tribuuntur eis & nomina *Vanitatis, Mendacij, Similitudinis, Abominationis, Fornicationis, Figuræ, Figmenti, & Nefas*, quod est conflatile idolum ex argēto aut auro, aut imago lapidea vel potius ligna eadē materia exornata. Huiuscemodi sanè Idolum fuit illud Priapi, quod esse volunt *Mipleȝet* i. terriculamētum, *1. Reg. 15.* & Tamuz *Eȝechiel. 8.* & Bel *Ierem. 50.* Sicuth *Amos 5.* Dagon *Iud. 16. Samuel. 5.* Astaroth *Iud. 2. Deuteron. 7.* Melcketh (cœli Machina) *Ierem. 7.* ne quid amplius de Moabitarum idolo & Moloch adiiciam. Cum etymo prius adducto facit & Isidorus aliquo modo, cum ἀπὸ τοῦ εἴδους, *externa scilicet forma*, deducit originem vocis. Ea enim in oculos incurrit nostros, & refricat memoriam eorum, qui sunt vel absentes, aut vitam cum morte commutarūt, ex quo vnico fonte prodierunt primùm simulacra, vt eiuscemodi qualicumque præsentia aut præsentatione regum & amicorum defunctorum desiderium leuarent. Ceterum tandem stulta mortalitas (*vt cum Plinio loquar*) siue nimium credula & excœcata, seu à Dæmonibus sese insinua-

insinuantibus istis idolis decepta, diuinos instituit honores, non solùm thura adolescendo, sed etiam bestias mactando, & à veri Dei cultu longissime recessit, cùm oculos ea habuerint, nec viderint tamen: aures, & tamen destituta fuerint earum vsu, *vt canit Dauid* Psal. 115. & 135.

Idumæa, regio inter Iudæam & Arabiam ab occidua Iordanis parte, inque occasum vergens, etiã γεβαλῖτις & ἀμαληκῖτις vocata, *teste Iosepho*, trahere dicitur appellationem à ciuitate Idume. Strabo scribit incolas huius regionis esse origine Nabathæos, sed eiectos ab eis seditione cum Iudæis in amicitiam & fœdus coaluisse, legibus etiam receptis. Tertius Regum in Arabia quidem fuisse, sed ad mare rubrũ submotos prodit. Passim ab Hebræis dicũtur Edom. Hinc parum deflexa voce Idumæos deducere potuerunt Græci, trahũtque Originem ab Esau Isaaci filio, qui inter coætaneos *Edom*, id est, ruffus est dictus, quod & Augustino placet. Atque ita forte non malè ab Idumæis dicetur *Idumea*.

Idus, quę singulis mensibus sunt octo, & Ioui sacræ fuisse leguntur, semper tũ flamine Diali cædente & immolante bouem, tulisse nomen videntur nonnullis origine Thusca, quòd apud Thusos eadem profecto dies *Idis* fuerit dicta. Iouis fiduciam significans, qui, *vt auctor est lucis*, ita Lucetius & *Diespiter* est nominatus. Alij arbitrantur *iduare*, quod est *diuidere*, vocem esse *Hetruscam*, datumque nomen Idibus idcirco, quòd velut in duas partes diuidant mensem, cum vt plurimum medium attingant. Plutarchus refert originem ad εἶδος, quod circa illum diem plena facie coruscet Luna, alij τὸ εἴδειν, quod est videre, eodem planè sensu. Nonnulli trahunt ab oue Iduli, quam singulis Idibus oblatam volunt. Præcipuas ferias Idibus dicatas & obseruatas fuisse apud Romanos indubitatæ fidei. Si quis id amplius confirmatum velit, Alexandrum ab Alexand. legat *Genial. dier. libro tertio capite. 18.*

Iecur nomẽ habet Isidoro, quod ignis ibi habeat sedem, qui in cerebrum subuolat, inde ad oculos ceterosque sensus & membra diffunditur. Quod etymon etiamsi mihi displiceat, nolui tamen omittere, ne de eo hic viscere nihil omnino legi malè aliquem habeat, Hippocrati dicitur ῥίζωσις τῶν φλεβῶν, *quod ex eo tanquam radice pullulent venæ.* Ab eodem peragitur αἱμάτωσις, id est, *sanguificatio.* Sitam etiam esse ibidem appetitoriam animæ facultatem existimat Galenus *3. de placitis Hippocr. & Platonis*, innuitque idem Homerus, cùm apud inferos Titii Iecur corrodi & exedi fingit à vulneribus, eo quod Latonam constuprare voluisset, cùm partem illam plecterent, quæ contumeliæ illatæ fuerat veluti origo & radix. Vocatur eadem facultas & naturalis, Græcis nunc θρεπτικὴ, nunc ἐπιθυμητικὴ, ferimurque ea in voluptates Varias eius distinctiones relinquo Medicis, in primis Galeno, à quo eas petere vnicuique licebit.

Iehoiacim vel *Ioacim* יהויקים Iehouæ resurrectionem denotans, vt אליקים *Dei resurrectionem*, nomen habet à קום *surrexit.*

Iehoua יהוה quod nomen recentiores Iudæi, crescente inter eos superstitione, ἀνεκφώνητον iudicarunt, eius loco pronuntiantes אדני, cum tamen ad mortem vsque Simeonis Iusti solitos fuisse Iudæos illud effari Doctores eorum testentur in Babylonico Thalmud, *tractatu Ionia, cap. 4.* substantiam Dei vel subsistentem Deum potius significat. Vnde sibi illud tanquam proprium & conueniens assumsit *Exod. 3. & 6.* cum ait: ושמי יהוה *& nomen meum Iehoua* Addit לא נודעתי להם *non reuelaui illis* quippe Abrahamo, Isaaco, Iacobo. Descendit autem à verbo היה *fuit*, vt יהוה *fit* ὁ ὤν, *existens, qui est, qui existit*, Deus scilicet æternus, nulli mutationi obnoxius. Itaque docuit & Rabi Mo-

bi Moses Ægyptius *in libro More* cetera Creatoris nomina ab affectibus esse deriuata, solú verò nomen τετραγράμματον, id est, *literarum quatuor*, quod etiam שם המפורש *Schem hammephoras* nominant, peculiare esse & propriú soli ipsius substãtiæ. Imo Rabbi Haccados probare nititur in גלי רזיא, id est, *arcanorum reuelatore*, comprehendi in eo diuæ Trinitatis mysterium. Vt haud absque ratione asserat Philo Iudæus, meritò & iustè tribui Deo: Maximè cùm Mosi sciscitanti ipsius nomen responderit: אני אהיה אשר אהיה. Sũt qui existimãt ex hoc loco natum nomen Iehouæ, cum היה verbum substantiuum (vnde יהוה) in tertia persona futuri fit יהיה, erit, atque adeo primitus iis literis fuisse expressum, tandem vero facilem fuisse transitum à י in ו propter literarum affinitatem. Quod ipsum quamquam affirmare nolim proponere tamen volui, vt vnusquisque de ea re cogitet magis. Et quãquam futuri temporis sit אהיה, *Ehie*, ero; tamen cùm in lingua Hebræa pro præsentibus sæpe vsurpentur futura, non existimandum est malè reddidisse Hieronymum cum septuaginta, ἐγώ εἰμὶ ὁ ὢν, vt ita efficacius & euidentius subsistentem per se essentiam diuinam exprimerent, inque eo viuere & ab eo proficisci omnia & pendere significarent. An non Platonicis Deus ὁ ὢν, καὶ τὸ ὄν? An non & olim in Ægyptiorum templis de Deo scriptum, ἐγώ εἰμὶ πᾶν τὸ γεγονὸς, καὶ ὄν, καὶ ἐσόμενον: τὸν ἐμὸν πέπλον οὐδείς πω θνητὸς ἀπεκάλυψε? Nũquid & princeps Philosophorum redditurus animã dixisse fertur; *Ens entium, miserere mei?* Scribit de eodem Dionysius Areopagita hoc modo: οὐ ποσὸν ἐστὶν ὤν, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ ἀπεριορίστως ὅλον ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν τὸ εἶναι, καὶ προειληφώς, *Appellauit*, inquit, *seipsum, qui est, non quod secundum quantitatem aliquam aut dimensionem subsistat, sed simpliciter & infinitè totum esse in sese comprehendens.* Pertinent & huc illa Gregorii Theologi verba: Θεὸς ἦν μὲν ἀεὶ καὶ ἔστι καὶ ἔσται, τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου τμήματα, καὶ τῆς ῥευστῆς φύσεως. ὁ δὲ, ὢν ἀεί. καὶ τοῦτο αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζει τῷ Μωϋσῇ χρηματίζων ἐπὶ τοῦ ὄρους. ὅλον γὰρ ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὸ εἶναι ἀεὶ, &c. i. *Deus & erat semper, & est, & erit: vel* (vt rectius loquar) *semper est. Nam Erat, & Erit, nostri temporis, fluxaeque naturæ segmenta sunt. Ille autem semper est, atque hoc modo seipsum nominat, cum in monte Mosi oraculum edit. Vniuersum enim id, quod est in se complectitur,* &c. Orat. 38. * Literæ nominis יהוה sunt quatuor, vnde dicitur ὄνομα τετραγράμματον, sed non apices quibus propriè insigniri debet. Nam illi apices sunt nominis אדני *Adonai.* Quomodo enim efferendum erat, nomini licebat id concipere, prærerquã Põtifici Maximo, idq; decima die mensis Tisri, & quidem ἐν ἁγίοις. Itaque Hebræi יהוה legunt *Adonai* & Septuaginta semper Κύριος interpretantur. quod nomen non legitur in primo capite Geneseos, sed *Elohim.* Θεός. At in secundo יהוה Κύριος: hinc argutati sunt Tertullianus, & quidam veterum, Deum non prius Dominum fuisse, quàm Adam factus esset. Atqui אלהים *Elohim* commune nomen etiam Diis Gentium. Sed יהוה quod Κύριος Græcis interpretibus, est proprium vnius Dei viui. ὀνόματος ὄντος, inquit Philo, de vita Mosis, & quidem rectè. Hodie quoque nomen Dei in Synagogis ex more exprimitur, cum summa demissione. In libro liturgiarum hæc verba leguntur בבקדש &c. hoc est, *In Sanctuario pronunciant nomen* (יהוה) *per scripturam eius: in vrbe autem per cognomen eius* (אדוני & אלהים. *Adonai & Elohim*, κύριος & Θεός. Phænices pro יהוה Ἰευὼ dixerunt, Samaritæ Ἰαβαί, quasi יהוה *Ieheué*, ὁ ὤν. Ergo nomen τετραγράμματον illis notum. quod quidem alii Ἰαὼ, vt Orpheus, & Diodorus lib. 11. alii aliter enunciabant. Phœnices igitur non solùm sermone populari, sed & arcanis quibusdam nominibus religionis cum Hebræis consenserunt, Sic עליון *Elion*, ὕψιστος Deus ipsis di-

cebatur: etiam quidam eorum deorum μημροῦμος, id eſt, ὑψουράνιος ממרומים *Mimmeromim* eſt ἀνέκαθεν, Supernè. Philo Byblienſis, Phœnicius, fingit huius *Memrumi* fratrem fuiſſe ὕσωον, manifeſtò deprauans hiſtoriam Eſau, quē ſubiicit toto corpore hirſutum fuiſſe. Præterea & ἐλωὰμ quoſdam recenſet inter illos Phœnicum Deos. Addit idem quendam etiā Deum Phœnicum ἀγρὸν, ſiue ἀγρότην vocatum. Totidem ſanè iiſdemque literis ſcribitur nomen. Dei, quot & quibus ager: ſed puncto tantùm & vocali alterum ab altero diſtinguitur. שדי *Schaddai* enim Deus eſt, aut Dei epitheton. At שדי *Sadai* eſt ἀγρὸς, quod dictum *Sadeh*, vt Threnorum 4. & Pſal. 96. Itaque hunc *Schaddai*, quem ipſe perpetam ἀγρὸν, aut ἀγρότην vocat, dicit vnum eſſe ex Diis, quos præcipuè colerēt Byblienſes populares ſui. Quòd autem in fano portatili circumferretur, adumbratum eſt ex arca teſtamenti, quam malo ſuo experti ſunt ipſi Phœnices, & Gazæi. Manifeſta enim apparent veſtigia veritatis obſcuratæ in hiſtoria 1. Sam. 6. cap. Itaque Ioſephus τὴν σκηνὴν συμπερινοστοῦντα καὶ μεταφερόμενον ναὸν vocat. Idem ergo & de arca dici poteſt. ferculo quoque τὸν Δία ἡλιοπολίτην vehi, auctor Macrobius, qui eſt idem Deus cum hoc Phœnices etiam vocābant Βετυλ, vel Βαίτυλ (Hebræis בית אל Beth-el, id eſt, domus Dei) deos quos ſpecie lapidis adorabant. Philo Byblienſis: Ετι δὲ ἐπενόησε θεὸς Οὐρανὸς βαιτύλια, λίθους ἐμψύχους μηχανησάμενος. quæ omnia apertè deprauata ſunt ex hiſtoria lapidis, quem Iacob vnxit, & poſuit in loco; qui dictus Bethel: Geneſ. 28. 18. 19. Hinc nugaces Poetæ βαίτυλον vocant lapidem, quem faſciis obuolutum pro filio Saturnus deuorauerit. Sed & ſummum omnium Deorum Ἀδωδ vocabant, qui Macrobio eſt *Adad*. Philo Byblienſis; Ἀστάρτη δὲ ἡ μεγίστη, καὶ Ζεὺς Δημαροῦς, καὶ Ἄδωδος βασιλεὺς θεῶν ἐβασίλευον τῆς χώρας Macrobius: *Deo enim, quem ſummum maximúmque venerātur, Adad nomen dederunt. Eius nominis interpretatio ſignificat VNVS. Hūc ergo vt potentiſſimum adorant deum.* Id quoque adumbratum ex veritate: quum toties totiesque Deus dicat ſe eſſe VNVM, quod Hebraicè eſt *Ahad.* Hæc clariſſimus Scaliger.

Iehu rex Iſraeliticus virum ſignificans conſtantem in ſeipſo, deriuatur ab הוה *exſtitit*, idem cum Statio vel Euſtatio Fuit & eius nominis Propheta filius *Hanani.*

Ieiunium, dictum ab inteſtino, quod vulgo ieiunū dicitur, eo quod plurimū reperiatur vacuū propter meatus bilis, quæ cito leuat excrementis ſuo influxu, dum acrimonia ſua ad ea, quæ cōtinentur, velocius propellenda inſtimulat. In idem inteſtinū diſſeminātur quam plurimæ venæ Meſaraicę, quæ celeriter ſuccum exſugunt & deferunt ad Hepar, cui id adiacet aut certe reliquis propinquius eſt.

* *Ieiunium* docti nonnulli deducunt à verbo Hebræo ינה *Iana*, id eſt, afflixit, ieiunium enim illis erat non modò corporis, ſed & animi afflictio, nec enim per horas, ſed per dies totas à cibo, potu & ludicris planè abſtinebant, ſaccis operti in cinere proſtrati iacebant: vt ex hiſtoriis colligere licet. צום *Tſom* etiam illis ieiunium dicitur, inedia, à verbo *Tſom*, ieiunus fuit, abſtinuit ſe à cibo & potu. Cognationem habet verbum illud cum מוצ *Mots*, emulſit; eo quod ieiunium venas emulgeat, exhauriatque vires corporis. Gr. νηστεύω, ieiuno; νηστεία ieiunium.

Ientaculum, ἀκράτισμα ſiue ἀκρατισμὸς, πρωϊνὸν ἔμβρωμα, id eſt *cibus matutinus* Athenæo, quem ſumere ſolebant, antequam alia aggrederentur opera, nomen inuenit ὅτι δεῖ ἱεν, vel (*vt Dores loquuntur*) ἶᾶν. Alii (*quod probo*) à ieiuno deriuant, quod eo vterentur ieiuni, ad quam originem reſpicere adhuc videntur

tur Galli verbo *desiuner*, quod illis est sumere ientaculum. Sed cur est Græcis ἀκρατισμὸς? ἀπὸ τοῦ ἀκράτου à vino mero, καὶ διὰ τὸ ἐν ἀκράτῳ βρέχειν καὶ προσίεσθαι τοὺς ψωμοὺς, *quod panis buccellas vel offulas tingerent & imbuerent meraco & matutino tempore comederent*. Etiamsi Plutarchus in conuiualibus διὰ τὴν ἀκρασίαν, id est, ob intemperantiam dictum ἀκράτισμα velit, quod probro olim daretur mane cibum sumere. Addit testimonium Theonis, qui affirmabat veteres ἐργατικοὺς καὶ σώφρονας, id est, *Laboris & sobrietatis studiosos solitos fuisse pane tantum vino macerato vesci*, & nulla alia re, ideoque ἀκράτισμα appellasse διὰ τὸν ἄκρατον vinum non dilutum. Festus *prandiculum* ponit pro *ientaculo*, nonnulli *prandiolum*, quasi paruum sit prandium. Quin & *Silatũ* sumit idem pro *ientaculo*. Verba eius sũt: *Silatum antiqui pro eo, quod nunc ientaculum dicimus, appellabant, quia ieiuni vinum sibi conditum ante meridiem absorbebant.* Est autem Sili herba, quam alio nomine Seselin vocant, cuius vel semine vel radice vinum condiebant.

* *Ientaculum*, διανηστισμὸν Athenæus lib. 1. cap. 9. τὸ ἀκράτισμα, id est, ientaculum appellat, cui respondet Francocelticum *Desiuner*, id est ieiunii solutio. Eruditissimus Casaubonus, ieiunare Græci, νηστεύειν, inquit, & νηστίζεσθαι: frangere ieiunium ἀπονηστίζεσθαι. Ex analogia igitur ἀπονηστισμὸς, Ientaculum, Ieiunii fractio. De eo qui nondum in die comedit, dicitur, Ieiunus est & ientaculo sumpto, deieiunus est, si ita loqui licet; id est, ieiunus esse desiit. Ἄριστον similiter idem Athenæus lib. 1. definit esse πρωϊνὸν ἔμβρωμα, epulum matutinum. Vnde Eumæum scribit Homerus (Odyss. lib. 2.) ἄριστον parasse, ἅμ' ἠοῖ φαινομένῃ, sub auroræ ortum. Et ex illis Palamedis versibus apud Aeschylum, Ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι τρίτα. Ientaculum prius fuisse, summo mane, deinde circa meridiem prandium, & ad vesperam conuiuium vltimum colligitur: ita vt ἄριστον fuerit ientaculum, quod à multis pro prandio sumitur, vel cum eo confunditur. Alii vero δεῖπνον ad conuiuium vespertinum referũt. Plutarchus in Symposiacis ἄριστον (quod idem vult esse quod ἀκράτισμα) dictum putat quasi ἀόριον διὰ τὴν ἑωθινὴν ὥραν, id est, propter matutinã horam, in qua fuit adornatum. Ἄριστον, inquit Athenæus sumitur auroræ exortu, δεῖπνον ad meridiẽ, δόρπον vesperi dicitur etiã ἄριστον, quasi ῥᾷστον, facile Quidã ita dictum volunt, quasi ἀόριστόν τι ὄν, indefinitum, quod nullo certo definitóque tempore agitaretur. Quidam enim prima, alii secunda, multi tertia, id est, septima, vel octaua, vel nona hora matutina ientaculum sumebant. Suidas ientaculi horã ordinariam tertiam apud veteres fuisse asserit, & παρὰ τὸ εἰς ἀρίστην πρὸ ἔρχεσθαι dictũ. Quid si vt tempus matutinũ à bonitate (nam manum idem est veteribus quod bonum: vnde mane, teste Seruio) dictum est quia illud quibusuis actionibus est accommodatissimum: sic epulum illud matutinum (siue ientaculum, siue prandium) à veteribus ἄριστον esse dictum obseruamus, quasi omnium optimum & iucundissimum? At de his plus satis.

Iephte, aperiens, à פתח *aperuit*.

Ieremias Propheta, excelsum Domini significans, recto filo deducitur ab יה quod inter nomina diuina est vnum, & רום *exaltauit*. Dictum enim est illi: *Constituam te super gentes & regna*.

Iericho ciuitas in tribu Beniamin à ריח *olfecit*. Magna enim ibi balsami & palmarum fragrantia fuit.

Ierobоam, ex Israeliticus & iudicem populi significans, descendit à ריב *litigauit vel iurgatus est*, & עם *populo*.

Ierusalem Sic ea voce vtuntur Hebræi ירושלם. Septuaginta Ἱερουσαλὴμ Ego hic cum Hebræis principium vocis, cum Septuaginta eiusdem vltimum finem, iuxta receptum scribendi atque loquẽdi modum, nomenque suum arcessere vide-

tur à pacis possessione. Nam ירש est *possidere* aut *fieri heredem*, vnde יורש *possessor* & *heres*: At שלום *pax*: Hieronymus *visionem pacis* interpretatur. Sane Iebusæum inquilinum ciuitatis Ierusalem exstirpari non potuisse à filiis Iudæ, cumque his diu communes & quietas habuisse sedes, legere est *ad finem capitis 15. Iosue*. Appellata fuit hæc vrbs primum *Salem*, vt in Hierosolyma est dictum, deinde *Iebus*. Atque hinc conflatam tandem voluit nonnulli *Iebusalem*, factaque tandem studio literarum mutatione dictam ciuitatem *Ierusalem*. Alii Græcohebraicam dictionem esse contendunt, quam videlicet componant *ἱερὸς sacer*, & *Salem*. Ad hos accedunt & illi qui prius *Salem* dictam agnoscunt, *vt ex 14. Genes. constat*, sed nominatam Ierusalem, cum Abraham ei loco nomen dedisset. Legimus enim Abrahamum, cum oblaturus esset Isaacum in monte Moria, & arrepto gladio angeli voce præpediretur, nominasse locum יהוה יראה *dominus videbit, Genes. 22.* Vt quidē ex שלם & יראה composita sit dictio ירשלם. Cetera in Hierosolyma.

Iesse Dauidis pater (*vt scribi iam solet*) si existentem significat, vt Hieronymus docet, deriuandum eius nomen à יש verbo substantiuo tam pluralis numeri, quam singularis. Si à beneficentia, referendum ad vocem שי, quæ munus & compensationem beneficii designat. Atque ita Iesse idem erit Hebræis, qui nobis *Bonifacius*.

Iesus, *Ἰησοῦς*, generis humani Saluator vnicus, originem suam, quoad nomen, refert ad τὸ ישוע, quod à ישע *descendit*, id est, *saluauit*, vnde & יהושע, quo nomine appellatus fuit *filius Nun*, qui Moysi successit, & sacerdos quidam, cuius mentio fit *Zacharia 3*. Vtroque verò nomine Iesum appellare poteris, cùm eadem vtrique sit energia, eadem origo, & proinde Christo rectè accommodetur. Itaque & Angelus *Matthai 1. Et vocabis nomen eius Iesum: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum*. Non absque caussa ergo delitias suas agit in illo nomine *mellifluus Bernardus*. Est ipsi mel in ore, in aure melos, in corde iubilus, in morte myrrha, botrus in resurrectione: Est illi lux, cibus, & medecina. *Cum nomine Iesum*, inquit *hominem mihi propono mitem & humilem corde, benignum, sobrium, castum, misericordem, & omni denique honestate & sanctitate conspicuum, eundemque ipsum Deum omnipotentem, qui suo me exemplo sanet, & roboret adiutorio. Hæc omnia simul mihi sonāt, cum insonuerit Iesus. Sumo itaque mihi exēpla de homine, & auxilium à potente: Illa tanquam pigmentarias voces, hoc vnde acuam eas, & facio inde confectionem, cui similem nemo medicorū facere possit. Hoc tibi electuarium habes, ò anima mea, reconditum in vasculo vocabuli huius, quod est Iesus, salutiferum certè & nulli tua pesti inefficax. Semper tibi in sinu sit, semper in manu, quo tui omnes in Iesum & Iesus dirigantur & actus*. Hactenus Bernardus. Beda *libro primo Commentariorum in Lucam* non tantū nominis huius etymon, sed etiam literarum numerum perpetuæ nostræ salutis mysterium præ se ferre ostendit his verbis: *Huius sacrosancti nominis Iesu nō tantum etymologia, sed & ipse, qui literis comprehenditur, numerus perpetuæ salutis nostræ mysteria redolet*. Sex quippe literis apud Græcos scribitur Ι, Η, Σ, Ο, Υ, Σ, quarum numeri sunt, X, VIII, CC, LXX, CCCC, & CC q simul efficiunt DCCCLXXXVIII, qui profectò numerus figuræ resurrectionis respondet. Octauus enim numerus in sacris literis resurrectionis gloriæ conuenit, quia Dominus octaua die, hoc est, post septimam Sabbath. resurrexit, & ipsi post sex huius seculi ætates, & septimam Sabbathi animarum, quæ nunc interim in alia vita geritūr, quasi octauo tēpore surgemus. Fertur & simile quid inter oracula Sibillæ Cumanæ de nomine Iesu, sed quia suspectum mihi illud est, & parum probatum, haudquaquam adiiciendum putaui

taui. Hoc addo, verum hunc esse Iesum, conueniente nomine ipsius officio, at alios hoc nomine insignitos in veteri fœdere huius esse tantummodo typos.

Ignis dictus, *auctore Varrone*, à nascendo: Quo in etymo quamquam nulla ἀρ*γόνης* sit, vt in plerisq; Varronis, cùm ignis potius absumat, quia naturalis calor solaris, & elementaris, fouet, generat, producit, concedi velim huic ab literarum Triumuiris tantummodo locum inter etyma retrusiorem in Ceritum (si placet) tabulis. Nam quid nascitur absque calore? An non idem propterea nuptiis adhibitus? An non Liuius tradit institutum à Numa Pompilio, vt à virginibus Vestæ dicatis seruaretur perpetua vigilia, quasi omniũ principiũ esset, viuifico motu & generatione sua? An non exstinctus concipiebatur iterũ ex radiis solis? Res per se manifesta ad confirmandum, quod dixi, pluribus opus non habet. Qui ergo à nihil gignendo ducunt, nostrum hunc ignem solum respiciunt.

* *Ignis* Sacer, in dictione Vesta, prolixè descriptus est. Sed hîc libet ex doctiss. Lipsio addere vbi locorum præcipuè cultus etiam Ignis. Dei iussu conseruatus iugiter apud Iudæos in tabernaculo. Leuitic. 6. *Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet Sacerdos, subiiciens ligna manè per singulos dies.* Et mox. *Ignis iste est perpetuus, qui nunquam deficiet in altari.* Habuerunt & Aegyptij. ac Diodorus vult seruandi ignem perpetuum, cœlesti similem, morem ab illis natum, & ad alias gentes propagatum. Item Afri: & Plutarchus auctor in Iouis Hammonis Lucernam inexstinctam arsisse. Apud Indos, Ammianus, lib. 23. *Brachmanes ferunt, si iustum est credi, ignem cœlitus lapsum, apud se sempiternis foculis custodiri.* In Persis simile. & verba Procopij, lib. 2. de bello Pers. *Magnum hîc Pyræum est* (πυρεῖον, focus, siue Vas igniarium) *quod Persæ inter omnes Deos maximè venerantur, vbi ignem perpetuum custodiunt Magi. Hic est Ignis, quem Vestam olim Romani vocabant.* Atque alij plures de hoc igne. Idem apud Cappadoces. *Sunt pyræthea*, inquit Strabo, lib. 15. *sacella quædam modica, & in iis mediis Ara, in qua cineris multus, & Ignem inextinctum Magi seruant.* Iam in Græciæ prytanæis Pausanias sæpe commemorat ipsam hanc *Vestam* & *æternum focum*: itemque Athenæus & alij. iterumque distinctè Mantineę in templo Cereris, Athenis in Mineruę, Delphis in Apollinis. Imò & Virgines ipsas aliquot locis habuere, Tertulliano teste, cap. vlt. exhort. ad Castitatem; Persæ virgines sacrarunt Soli, de quibus Iustinus ait lib. 10. *Artaxerxem regem, ne Aspasiam pellicem filio daret, & honestè negaret quod temere promiserat, Solis sacerdotio præfecisse, quo perpetua illi ab omnibus viris pudicitia imperabatur.* Simillimum nuper, priusquam Hispani totum Peruanum tractum subegissent; *ibi crebra & magna templa dicata Soli, & in iis virgines sæpe ducentas fuisse* tradunt P. Cieca & Augustinus Carata, qui viderunt: *è quibus si qua corpus polluisset, morte luebat, nisi tamen è Sole concepisse* (vide & ride credulitatem superstitiosam) *sanctè adiurasset.* Sed de igne plura vide in dictione *Vesta* & *Vestales*.

Ignis, Hebr. אש *Esch*, secundum nonnullos ab אנש *Anasch*, quòd tes insanabiliter infirmet & consumat; vnde & ei verbum deuorandi אכל *Achal* tribuitur. vel ab אשש *Aschasch*, quòd fundamenti more rebus insit. Gr. πῦρ, *Ignis à nascendo*, Varrone teste. *quod hinc nascitur omne, & quod nascitur Ignis indit.* Alij ab *in* priuatiuo, & *gigno* dicitur, quod in eo nihil generatur, sed omnia destruantur: quod de igne artificiali intelligendum, non autem de igne naturali & viuificante cuncta animantia, de quo Varronis verba.

Ileus Græce εἰλεὸς, ἴλεος, tenuioris intestini morbus *iuxta Celsum*, quod εἰλεῖν dicitur Gręcis, à quo & illi nomen: Vel forte à symptomate, quòd in eo ma-

lo videatur intestinum conuolui, quod est Græcis εἰλεῖσθαι, vnde & *volnulus* dicitur Latinis. Nominãr eũdẽ χορδάψον ἀπὸ τοῦ χορδεύειν quod est *implicare* & *irretire*, aut *inuoluere ad chordæ similitudinẽ*, vel potius ἀπὸ τοῦ τῆς χορδῆς ἅπτεσθαι, quod qui manũ loco admouerit, chordam attingere videatur propter partis affectæ tensionem, modò apparente dolore supra vmbilici regionem, modò infra. Cõtingere solet is morbus profectò acutissimus à cruditate ciborum & eorũdem corruptione, maxime si pingues fuerint carnes; quæ retentæ in tenui intestino obstructionem efficiunt: Item à scirrho, abscessu, inflammatione, obstructione stercoris sicci, à frigido tumore, vel à frigida pituita, frigidæ potione, plagis, ictibus, potione veneni, multa bile coaceruata, fungis comestis, aut si delabatur intestinum in scrotum, mox violenter retrudatur, & inde inflammatio exsistat. Intestinum à quo huic verbo nomen, dicitur & λεπτὸν, & ἴλεον, & ἴλεος.

* *Ileus*, & Iliacus dolor, Hebr. חיל & חילה *Chil* & *Chila*, à verbo חול & חיל *Chol* & *Chil*, id est, doluit, sensit cruciatus vehementes in intestinis. Si ח pronunciatur molliter vt ה, habes verum Ilei & Iliaci doloris etymon, vt etiam Græci tum ad euphóniam, tum pro more suo, aspirantem & duriorem pronuntiationem respuunt. Plærunque accipitur verbum illud Hebræum de dolore parturientis, qui est intentissimus, vt est tumor euincens in tenuium intestinorum parte, mouens tormina nec non vehementissimos dolores. Cognationem habet cum חלה *Chalac* ægrotauit, חלל *Chalal* saucius fuit, perforatus est multis ictibus, & cum יחל *Iachal* expectauit anxiĕ & cum dolore. Hinc est igitur εἰλεὸς, εἰλεὸν & ἰλεὸν, *Ileus*, morbus intestinorum, inflatio torsio ilium, ileosus qui hoc morbo laborat, εἴλω in angustum cogo, in arctum redigo; εἴλη cohors, turma, chorus item, si durius pronuntiatur, κῶλον, Laxius intestinum, & κοιλία venter, in quo sunt ilia & intestina suo ordine disposita.

Ilicet quasi *ire licet*. Nã & sacris olim peractis succlamabat sacerdos *I, Licet*, qua voce illos, qui interfuerant, missos faciebat. Ita apud Græcos, sacerdos functus sacris renuntiare solebat populo, λαοῖς ἄφεσις, vt in sua metamorphosi ostendit Apuleius.

Ilico quasi *in eo loco*. Cassius Hemina apud Nonium: *Et quia quo irent, nesciebant, ilico manserunt*. Idem: *His persuadet, vt ilico manerent*.

Ilithyia, parturientium Præses, vnica Poëtis *Iunonis filia*, Platoni *Diana*, deflectitur παρὰ τὸ ἐλεύθειν *à veniendo*.

Ilium ἴλιον, vrbs Phrygiæ, Poëtis *Troia*, decennali quondam obsidione clara, condita primum fuit à Dardano, sed ampliata ab Ilo, à quo nomen tandem obtinuit. Nunc autem, *cinis & flebile solũ* Sabino, cùm antea esset ἄγλαον ἄστυ παλαιγενέων ἡρώων, *vt scribit Dionysius Afer*. Non exstitit tempore Strabonis, & Stephanus notat à Troianis dictam fuisse ἀκτὴν.

Ilatebræ dictæ sunt Plauto apud Macrobium à non latendo *Cuius*, inquit, *ego latus illatebras reddam meis dentibus & manibus*.

Imber, ὄμβρος,

Imbecillus senex, quod ingredi sine bacillo non possit, *iuxta Sphingis ænigma*. Motiua enim virtute senes destituti & in humum vergentes bacillorum adminiculo sustentantur, *vt Alexander in Problematibus ait*.

Impedimenta, si eo nomine accipias militum arma, vestes, & similia, rectè ab impediendo nomen arcessunt. Celeriorem enim eorum profectionem impediunt. Sic C. Pompilium obsessum à Gallis, cum effugere non posset, collocatum fuisse cum ducibus scribit Cicero *ad Herenn. 4.* & ita discessisse, vt impedimenta relinqueret, exercitum deduceret.

Impostor, homo suis præstigiis fallens, ab *imponendo*, id est, decipiendo nomen inuenit. Iuuenalis: *Facile est barbato imponere regi.* Martialis: *Callidus impostus nuper mihi caupo Rauennæ.* Ab eadem origine est impostura, de qua Ambrosius: *Omnis impostura tenebras petit, & falsa pro veris ostendit.*

Inarime, insula in sinu Puteolano non procul à Neapoli sita, ἄριμοι Homero, πιθηκοῦσαι Stephano, *Aenaria* Plinio, & *Prochyta* olim ab aquarum effusione, dictionis primariæ originem apud Virgilium trahit ex duabus apud Homerum vocibus, quarum vna est ἐν Ionum præpositio, altera ἀρίμοις, quas ambas artificiosè Virgilius in vnam conflauit, numero & declinatione mutatis. Erythræ* in indice suo Virgiliano euincere conatur, contra Plinium & Hermolaum castigatorem eius, aliosque eius sententiæ scriptores, apud Homerum insulã hanc *Arimen*, non *Inarimen* vocatam. Sed Eustathius legit εἰν ἀρίμοις, qui etiam addit: Ἄριμος δέ τις ἀρτόφι λέγεται βασιλεῦσαι. Crediderim ex duabus vnam dictionem factam, vt modo est dictum à Virgilio, quem imitatus Lucanus est his verbis lib. 5.

Campanæ fremens ceu saxa vaporat.
Conditus Inarimes æterna mole Typhœus.

Pithecusæ vel Pithecusarum nomen inditum fuit non à fabulosa illa Canduli & Atlantis historia, quam Suidas refert, sed à figlinis doliariorum potius, *vt meminit Plinius lib. 3. 6.* qui & Prochytam ibidem vult appellatam, quòd ab Aenaria fuerit profusa. Ischiam denique nonnulli appellatam eam à coxendicis forma volunt.

Inauris, Græcis ἐνώτιον, Polluci ἐλλόβιον, ab auribus, quarum est *ornamentum*, appellationem recepit. Plinius *lib. 4. cap. 55.* Antonia Drusi Muænæ quam diligebat, *inaures* addidit. Plautus in Menech. *Inaures da mihi faciendas põdo duum nummum* Meminit & earum Vlp. *l. argumento. ff. de aur. & arg. legato.*

Incestus, qui, *Isidoro auctore*, cum virginibus sacris committitur, aut cum sanguine coniunctis, deducit vocabuli auspicium à cingulo Veneris, quod Græci κεςὸν vocant Peccatum istud est eisdem Græcis ἄνομος μοιχεία. Seneca *in declamationibus* non longè recedens à Domini Christi decretis, dicit *incestam esse mulierem etiam sine stupro, quæ cupit stuprum.* *Incilia*, quæ Festus esse dicit in viis facta ad deducendum aquam, quin ab incidendo sint dicta nemo ignorat. Vlpianus tamen dicit esse locum depressum ad fluminis latus *l. 1. ff de riuis.*

Incubus, ἐφιάλτης Græcis ἀπὸ τοῦ ἐφάλλεσθαι insiliendo, & inuadendo (πνιγαλίωνα à suffocando nominauit Themison) Latinis ab incubando est dictus. Qui hoc malo tentantur opprimi sibi videntur prægrandi mole & suffocari propemodum.

India regio orientalis est Asiæ terminus, quibusdam extrema orientis regio (neque enim de nouis insulis vltra oceanum hic nobis sermo) ἔθνος μέγιστον καὶ εὐδαιμονέστατον Straboni. Ctesiæ οὐκ ἐλάττων τῆς ἄλλης Ἀσίας, cum quinque oppidorum millia habuisse dicatur, nomen habet ab Indo fluuio, quem Arrianus in Periplo maris Erythræi & Cicero *2. de Natur. Deor.* fluuiorum omniũ maximum appellant. Quanquam his consensum non præbeat Strabo *15. Geographiæ*, cum Gangem esse dicit fluminum maximum, secundum Indum, tertium Istrum, quartum Nilum. Diodotus Siculus *lib. 5.* maximum esse Indum prodit, verùm post Nilum. Ceterùm in ea auctorum diuersitate nolo curiosè contendere. Hoc constat magnum illum aquarum vim in mare euomere, *teste Arriano*, qui cum Ptolemæo septem illi ostia asscribit, & Crocodilos alere affirmat animal amphibion. Elephantes Indicos commendat Strabo à mansuetudine & singulari solertia. Dicit & perdices χηνομεγέθεις esse, id est, *anseribus pares si magnitudinem species*, Dionysius canit eam

nir eam αἰνάοις ποταμοῖσι κατάῤῥυτον ἔνθα καὶ ἔνθα. Mela eiusdem maximam fertilitatem, hominumque & animaliu magnitudinem agnoscit. Nec tantum ebur mittit ex Virgilij testimonio sed etiam gemmam *Chrysolithum*, *Sapphirum*, *radicem costi*, atque adeo aurum, modò sunt vera, quæ aliqui produnt, formicas illud eruere & asseruare, magno cum attingentium periculo. Diuidit eam Ptolemæus in partes duas, nempe Indiam intra & extra Gangem: illi, qui nauigant ex Aegypto, in tres partes, Inferiorem quippe mediam, superiorem, sicut notauit Niger, & Paulus Venetus confirmat. Indi sapientes habuerunt Gymnosophistas, de quibus antea: Coluerunt arbores. Res gestas complectebantur memoria, non scriptis. Infanti nato curatorem & vitæ magistrum adhibebant, vt sub legibus & Magistratibus bonis disciplinis formatus, salutaribus exemplis erudiretur. Horum tandem partem bonam subiecit sibi Alexander, vt apud Iustinum, Q. Curtium & alios est proditum memoriæ.

Indigena, id est, inde geniti, nec aliunde venientes, quos Græci αὐτόχθονας vocant. Tales iactarunt se esse Athenienses, quos Thucydides τεττιγοφόρους appellat, eo quod pro capitis ornamento cicadas ex auro gestarent, indigenas se esse non aduenas significantes. In ea siquidem regione viuunt & moriuntur, in qua sunt genitæ cicadæ, cùm reliqua animalia pleraque alio migrēt, nec certam habeant sedem.

Indigetes. Festus Indigetes Deos esse putat, quos indigetari, id est, vocari & nuncupari sit nefas. Seruius in 2. Aeneid. duplici ratione *Indigetes* dici asseuerat, vel quia nullius rei egeant iuxta Lucretium: vel certè, ait, indigetes Dei sunt ex hominibus facti; & dicti indigetes. Tales apud Romanos fuerunt Cæsares post funera immortali memoria consecrati, quòd sua virtute & opera Romani imperij fines propagassent, sed mutatis plerunque nominibus & nouis cooptatis. Siquidem Romulus *Quirinus* est dictus, Iuno, *Matuta*, Melicerta, *Palæmon & Portumnus*: Leda, *Nemesis*: Circe, *Marica*: Rhea, *Deorum mater*. Alij dictos volunt indigetes, quasi in Diis agentes, qui ex hominibus ad honores diuinos peruenissent. Sic glossarium vetus, *testante Scaligero* t Indigetes, ἡμίθεοι κουρῆτες. Sūt iterum aliqui, qui putant nominari indigetes, quasi in loco g[illegible]os vel degētes, & magis Patriæ, loco & ciuibus propitios. Indigetem Deum factum legimus Aeneam, erecto ipsi sacello, cùm post prælium cum Rutulis & Mezentio gestū nō amplius apparuisset. Liuius scribit, *cum dictum fuisse Iouem indigetem*. Euripides appellat tales Deos in Rheso ἐγγενεῖς καὶ ἐπιχωρίους, Aeschylus, θεοὺς πολίτας, καὶ ἀγυιάτας δαίμονας, alij ἀνθρωποδαίμονας. Hinc verbum indigitare, quod est Græcis ἀποθεοῦν, id est, *inter Deos referre*, vnde ἀποθέωσις, de qua Herodianus principio *lib. 4*. Inde etiam *Indigitamenta*, libri Pōtificiales, quibus describebatur Deorum series & cultus.

Induciæ dictę, quòd in diem ducantur, id est, differantur, cum bello supersederi solet, vel quod ab vtraque parte dentur in certum diem. *Has auctore Plinio*, Lycaon primus inuenit. De harum definitione vide Agellium *lib. 1. cap. 25*.

* *Indulgere*, propriè est contrarium τοῦ vrgere, ea enim origo vocis *indulgere* pro inurgere (non vrgere) dixerunt interto d, vt *indolescere* pro *inclescere*; vnde est indoles: deinde l pro r posito. sunt enim in omnibus linguis eæ literæ facilè inuicem permutabiles. *vrgere* est seueri ἐργοδιώκτου, qui pensum morosè exegit. *indulgere* est eius qui de summo iure aliquid remittit, vt fere parentes liberis. sic dicitur princeps debitorum reliqua indulgere, quorum exigendi ius habuit. Dicitur & de aliis, vt fere Græcorum ἐπιτρέπειν. Glossarum magister exponit δαψιλεύεσθαι, i. genio indulgere

aut epu

aut epulis:nō ſimpliciter indulgere.hinc etiam obtinuit vt dicerēt indulgere,pro multum ſtudere alicui rei: vt *indulgere campo*,hoc eſt,multus eſt in campo,& eo oblectatur.ineptè faciunt qui cum venia indulgentiam confundunt è contrario enim vbi eſt indulgētia,ibi veniæ nullus locus: quippe nullū peccatū eius cui indulgetur. Hæc eruditiſſ. Caſaubonus in 5.Satyram Perſii.

Iners qui ſine arte eſt, *ait Lucilius*. Cicero itaq; mox in principio libri *de ſenectute* rectè ſcribit, ſumta metaphora à comœdiis & Tragœdiis, extremum actum ab inerti Poeta neglectum.

Inferiæ,quæ χοαὶ dicebantur Græcis,ab inferendo, eo quòd mortuorum ſepulcris inferebantur, nominis trahunt originē.Quippe lac, mel, aquā,vinū,oliuas infundebant, & floribus cōſpargebant. Huc pertinent illa Virgilii Aeneid.2.

Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte,
Sanguinis & ſacri pateras, animamque ſepulcro,
Condimus, & magna ſupremum voce ciemus.

Item:

Hic duo ritè mero libans carcheſia Baccho,
Fundit humi duo lacte nouo,duo ſanguine ſacro,
Purpureoſque iacit flores.

Notandum & inferre funebre eſſe vocabulum,ſicut etiam efferre,quod à veteri conſuetudine mortuos extra vrbem ſepeliendi manaſſe crediderim.

* *Inferi*,prolixè deſcripti ſūt à mythologicis.De his Theologi diſſerunt ad ſobrietatem. Veteres Ethnici de conſcientiæ malæ gehenna, cruciatibus variis varia notarunt. Herebus illis, tenebroſus locus ab ערב *hereb* veſpera dictus. Acheron, ab עכר *hachar*, id eſt, turbauit, corrupit. Doloris ſummi fluuius, vt Ethnici volunt. Lethe à לוט *Lut*, inuoluit, operuit: vnde Gr. λήθω & Lat. Lateo, obliuiſcor, & λήθη obliuio, quæ ſanè eſt in Sepulchro & domo ſilentii. Styx à צוק *Tſuk*, anguſtiauit, coarctauit, preſſit. Charon חרון *Charon*, id eſt, ira, furor, excandeſcentia, animas indignabundas & vi quadam ex corporibus ereptas traiiciens. חרבה *Carba* deſolatio, à verbo חרב *Carab*. Inde Cerberus. Mors impios allatrans deſolationis ſummæ initium. Paucis multa, de quibus cogitet Lector.

Inficiari eſt infectum, vel non factum aliquid teſtari, pro quo inficias ire dicunt elegantiores.

Ingeuones Germaniæ populi ſecundum Plinium, ab *invvonen* dicti videntur eidem eſſe, qui ſunt Græcis αὐτόχθονες,Latinis *Indigenæ*,quales ſe eſſe iactabant Athenienſes, & quales nōnulli exiſtimarunt eſſe Friſios,refragante Suffrido Petri ſuo illo de Friſiorum origine commentario.

Ingolſtadium ſiue *Angelestadium* ad Danubium, ab Angelis Sueuis, qui ciuitatem hanc occuparunt cum aliis,nomen accepit. Olim pagus fuit pertinens ad monaſterium *Attach*, qui deinde à Ludouico Bauaro eiuſque ſucceſſoribus auctus, nomen & formam ciuitatis adeptus eſt. Malè faciunt, qui eam *Chryſopolin* vocant. Celebris iam eſt academia, quæ à Viennenſi ſumſit initium. Anno 1410.

Ingratitudo,nomen compoſitum ex *in* particula, quæ in compoſitione ςέρησιν ſignificat,& gratia, quod velut à Gratiis ſit aliena.Huic vitio reſpōdet apud Græcos ἀχαριςία, quæ nihil eſt aliud, quàm ἀποςέρησις τῆς χάριτος.

Iniuges boues Feſto, qui ſub iugo non fuerunt.

Iniuria ex eo dicta eſt,quod non iure fiat,*iuxta Vlpiani ſententiam*.Cicero *iniuſtitiam* vocat.eamque committere maximum omnium malorum eſſe.voluit Socrates *in Gorgia apud Platonē*.Fit illa multis modis, modò ambitione & habendi cupiditate, iuxta Ciceronē:modò nimis callida & malitioſa iuris interpretatione,ex quo illud; *Summum ius ſumma iniuria*. Nempe eo modo peccant rabulæ,

populi (ſemper bonos exceptos velim) ærufcatores, qui quamuis emulgendi pecuniam & lites protelandi occaſionē ſtudioſè captant. Aliquando iniuria accipitur pro ea contumelia, quam ὕβριν vocant Græci, quando peccatur in corpus, vtpote ſtupro, verberibus, vel extra corpus conuiciis famoſiſue libellis. Aliquando pro damno iniuria dato, vt in lege Aquilia. Etymon noſtrum confirmat Imperator §. *iniuria. Inſtit de leg. Aquil. Vide & l. 1 ff. de iniur.*

* *Inops*, q.d. ſine terra, quæ Ops Ethnicis dicta eſt, pauper, egens, tenuis, miſer. Gr. πένης, quæ vox fere eadem cum Latina, per metatheſin. & ἄπορος, eiuſdem ſignificationis ac Inops, ſignificat enim hominē qui neſcit quo ſe vertat, aut per quam viam tranſire poſſit, & figuratè ad hominē inopiæ laqueis, inextricabilibus irretitum. Hebr. אביון *Ebiō*, à verbo אבה *Aba* voluit, appetiuit. Inops enim ſemper appetit, quum nihil obtineat. Vide *Egenus, Miſer, pauper.*

Intempeſta nox Virgilio *Geor. 1.* quo tēpore nil agitur. Conticiniū noctis vocauit Plautus, *vt Varro ſcribit.* Alii ſilentiū noctis, Græci *ἀκρονυχίαν* & *ἀμολγόν*.

Intentio dicta, quòd in aliud aliquid mēs tendat Eſt enim actus mētis noſtrę, diuiditúrque in formalem & obiectiuam, vt vocant. Formalis eſt ipſe actus: Obiectiua, res ipſa, in quam fertur actus huiuſcemodi.

Interdicta ab interdicendo nomen habent, idq; propriè eſt prohibere ne aliquid fiat. Atqui natura interdictorū prohibitoria eſt. Vnde nonnulli prohibitoria verè interdicta vocari volūt, etiamſi Iuſtinianus etiam *Reſtitutoria* & *Exhibitoria* eorum nomine complectatur.

Inuidia, Inuidus. Hæc coniugata volūt Grammatici deriuari à *videndo*, & *in* priuatiua particula. Probo: Cum & Cicero inuidos liueſcere ex nimia videndi cura *3. Tuſcul.* ſcribat. Hinc illud: *Inuidus alterius macreſcit rebus opimis.*

Iobas, gloriæ cupidum deſignans, deriuari poteſt à יאב auidè *deſiderauit.*

Iocchas Iſraeliticus rex deſcēdit ab אחז *apprehendit*, Dominum videlicet, Deum, qui dicitur & יה apud Hebræos.

Ioannes, Hebraice יוחנן, id eſt, *gratioſus*, quo nomine Zacharias ſacerdos filium ſibi in ſenectute natū appellari voluit, quòd ſpiritu cognoſceret ipſum futurum gratiæ præconē, quæ Iudæis ſimul & gentibus contingeret, ſi Chriſtum fide amplecterentur.

Ioas rex Iſraeliticus 1. *Reg. 13. & 14.* Hebraice יואש, id eſt, *Dominus ignis*, nomē habet ab אש *igne* vel אשה *oblatione ignita*, & יהוה *Domino.*

Iob Propheta, quem recutiti Iudæi in libris Thalmudicis nunquam in viuis fuiſſe mentiuntur, contra ſacrarum literarum auctoritatem, quippe, *Hieronymo teſte*, dolentem ſignificat, nomē accepit ab אבב *pipauit* & *eiulauit*, quaſi dixeris *Pipiaum*. Fallitur Ambroſius, cùm eū regem fuiſſe in Edom putat, quod in Geneſi legatur, reges olim regnaſſe in Edō, quorum primus fuit Balach filius Beor, cui ſucceſſit Iobab vnus & idem ipſi cū Iobo, cum tamen initiales literæ & finales in vtraque dictione plurimùm diſtent. Iobab enim Hebræis eſt יובב, altero vero איוב. Exſtat illa Ambroſii ſententia in commentariis Epiſtolæ ad Romanos.

Ionas, à יונה columba. Typus enim eſt Propheta hic Spiritus ſancti, qui in huius auiculæ ſpecie ſe cœlitus demiſit, tū Ieſu Chriſti, qui inſtar manſuetę columbæ abſq; felle & ira ſuam erga nos beneuolentiam declarauit.

Ionia Aſiæ minoris regio Straboni & Ptolemæo, *Iauan*, Hebræis Montani iudicio, *Turcis* Quiſcon, Græcis ἰωνία, ab ortu Lycaones & Lydos habēs, à ſeptētrione *Æoles*, à meridie *Cares*: à Ionibus appellationem deducit, quippe qui præter Phœnices, Aegyptios, Phryges, Pelaſgos, olim in ea conſederunt. Peucerus & alii cùm regionem ipſam tum incolas regionis deriuant à *Iauan*, quem volunt

volunt huic regioni nomen dediſſe. Iones ſe iactirarunt & appellarunt Athenienſes, cum ſe etiam αὐτόχθονας aſſererent, at ceteros Græcos ἀποίκους. *Teſtis Strabo li.14.* cum ait: τὸ παλαιὸν οἱ αὐτοὶ ἦσαν ἴωνες καὶ ἀθηναῖοι. Credo & hanc ob cauſſam *Atticam* dictam Ioniam, quod idem tradit *lib.9.* Quid mirum? Pulſi olim à Peloponneſo Megaridem & Atticam occuparunt, *teſte eodem 3. Geographiæ.* Vt quidem Ionica Dialectus cum Attica antiqua ſit eadem, *quemadmodum ſeptimo Geographiæ docet.*

Ioppe, ἰόππη Ptolemæo, vrbs Paleſtinæ & portus, Italis *Iaffo*, dicta videtur quibuſdam à *Iaphet* conditore filio Noæ, vel à יפה *formoſus fuit.* Strabo vocat τῶν λῃστῶν λῃστήριον *latronum receptaculum*, locumque adeo editum tradit, vt inde conſpici poſſit Hieroſolyma Iudæorum metropolis. Andromedam hic balenæ expoſitam fabulantur Poetæ.

Ioram rex Iſrael Hebræis יהורם *deſcendit*, à רום *exaltatus eſt*, cum quo congruit verbum ארם ſua ſignificatione.

Iordanis fluuius piſcoſus & pariter amœnus, Hebraice ירדן *Iarden*, nomẽ inuenit à ירד *defluxit*, vel à duobus fontib. *Ieor* & *Dan.* Duos hic efficit lacus, Samochidẽ, & mare Galilææ, ſeu mare Tyberiadis. Tandem effundit ſe in mortuum mare, vbi laudatas aquas cum peſtilentibus miſcet.

* *Iordanis* fluuius, Euangelica etiam hiſtoria nobilis, in Libani radicibus oritur, & quidem, vt plerifque ſcriptoribus placet, fonte gemino; dextro *Dan*, ſiniſtro *Ior.* vt ita ex iunctis iſtorum nominibus, ſicut & confluentibus aquis fiat Iordanis. Sed Hebræi recentiores aliam eius nominis tradunt rationem, quaſi ירדן *Iarden* ſignificat ירד-מדן *Iored-middan*, ac ſi dicas, deſcendens è Dan. Nam oppidum Dan, quod antiquitus Lais & Leſem dicebatur, apud Paniũ exſtabat, hoc eſt præcipuum Iordanis fontem, vt Plinius eſt opinatus. quanquam Ioſephus ex ipſa vſque Trachonitide primam Iordanis originem repetat, è lacu quodam rotundo, quem Phialam vocant, à figura. Inde enim terrâ conditas aquas ad Panium antrum, prope Dan, hoc eſt Philippi Cæſaream ferri, atque illic per ſcatebras erumpere in lucem. Cui certè rei argumento eſſe videtur ipſa etiam illius Lacus appellatio, quam ab illis, qui loca ea perluſtrarunt, accepimus: aiunt enim vulgo vocari *Maiedan*, id eſt, aquas Dan. Porrò vbi ex Paneade ad millia paſſ. circiter xv. profluxit Iordanis ad Auſtrum verſus, diffunditur in locum paluſtrem, quem Samechonitin vocant. Ibique ita reſtagnat, præſertim quo tempore niues in vicinis montibus ſoluuntur, vt paludem putes. ſed hoc ſtagnum, creſcente æſtatis calore, prope vniuerſum ſiccatur; & denſa fruticum materiæ obſitum feras nutrit atque occultat. ab hoc deinde loco longius etiam emenſus ſpatium, excipitur à lacu Geneſara. Haud longè progreſſus recipit venientem à ſiniſtris Galaaditidis montibus torrentem Iaboc, hiſtoriâ Iacobi nobilitatam. Tandem verò in mare mortuum, ſiue lacum Aſphaltitẽ, receptus, laudatas ſuas aquas cum bituminatis, & peſtilentibus (vt ait Plinius) miſcet: atque ab his ita impeditur, vt fluere deſinat. Vide de hoc fluuio Plinium lib.5.cap.15.& Ioſeph.de bello Iudaico, lib.3.cap.18.

Ioſephus augmentum ſignificans, nominis auſpicium dedicat verbo יסף *auxit*, ad quod verbum alludere videtur τὸ ἄρξω. Tulit hoc nomen Patriarcha Ioſephus, cui deſponſa legitur virgo Maria: *vt interim de Iacobi filio Ægypti procuratore taceam*, vt & de hiſtorico Ioſepho templi ſacerdote, cuius de Chriſto elogium etſi eraſum minime iam comperiatur in exemplaribus Hebræis, Græce tamen ſanum ac integrum habetur libro ἀρχαιολογίας σ, vbi σοφὸν ἄνδρα vocat, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ: Item διδάσκαλον ἀνθρώπων, παραδόξων ἔργων

ποιητήν.

Iosua. Eusebius existimat 4. *Demonstrat. Euangelic. cap. ult.* nomen Iosuæ Hebraicè compositum ex יהוה & ישע. Dominum erga saluatorem interpretatur Hieronymus.

Iotham rex Iudæ & consummatum significans, *descendit* à תמם *perfecit.*

* *Ira*, si verbi Latini etymologiam spectes, teste Donato, à verbo Eo, cuius infinitum est Ite, deducitur. Inde vocatur Ira ab effectu, quòd qui irascitur extra se eat. Vnde & qui Iram deponit dicitur ad se redire. Hebræis אף *Aph*, חרון *Karon*, כעס *Chahas*, זעף *zahaph* dicitur. *Aph* est nasus, & ira, quòd in naso & naribus iræ signum appareat, & hoc nomine indicatur ira feruens vt videmus furore correptos fumum è naribus emittere, signum flammę latentis, & nonnunquam ex ore & lingua erumpentis. *Karon* à verbo חרה *Kara*, id est, excandescere, furore succendi. *Chahas*, id est, ad indignationem commoueri, Irritari. *Zahaph*, est irasci, turbari, dolore aut macie confici. Hæ voces, originem, sedem, affectum & effecta iræ demonstrant. Quidam inde definiunt iram esse Sanguinis circa cor accensionem. Græca vox ὀργὴ, ἀπὸ τοῦ ὀρέγειν, quod appetere significat, ducitur: quod iratus vindictam appetat, & pessimè sit affectus erga eum cui irascitur, & à quo conqueritur se fuisse iniuria affectum. Ideo Posidonius dixit, Ira esse cupiditatem puniendi eius, à quo te iniquè putes læsum. Hæc quidem, de Ira hominis. At quando Ira deo tribuitur, tria nobis spectanda significata proponit. 1. Significat certam eamque iustissimam Dei voluntatem, atque decretum vlciscendi seu puniendi iniurias sibi suisque illatas. 2. Ipsas pœnarum comminationes denotat. 3. Effecta ipsa, seu pœnas, & iniuriarum iustas vltiones. Sæpius autem in homine *ira furor breuis est*: quamuis Aristoteles iram (qua impetum ad fortia iustè exequenda intellexit) columvirtutis esse censet. Sanè Veritas edicit, *Irascimini, & nolite peccare.*

Iris, secundum Seruium quasi ἔρις id est, *contentio* est appellata. Proclus eadictā existimat, *vt & Plato in Cratylo*, παρὰ τὸ εἴρειν, *quod est loqui.* Fingitur enim ἄγγελος, id est, *nuntia Deorum*, verùm ad lites, sicut ad pacem Mercurius, qui inde ἑρμηνευτικός est dictus. Præcipuè tamen illa apud Poetas Iunonis ministra. quippe pluuiæ nuntia, quæ generatur ex vaporibus in aere Iunoni sacrato. Huc refer illa Nasonis Metamorph. 4.

Læta redit Iuno, quam cœlum intrare parantem

Rorauit lustrauit aquis Thaumantias iris.

Irus apud Homerum *Odyss. Σ. in principio*, alias etiam ἀρναῖος dictus, homo sanè extremę paupertatis, cómodè sortitus id nomen, quod ἶρος cum aspiratione apud Atticos pauperem significet. Sic ἰχθὺς ἶρος *piscis pauper.*

Isachar filius Patriarchę Iacobi ex Lea, nominatus videtur à שכר *mercede conduxit*, Vnde forsan *Iudas Ischariotes.*

Isaac Patriarcha à risu, quem γέλωτα nominant Græci, nomen arcessit. Testis sufficiens vel vnus Iosephus *Orig. Iudaic. 1. cap. 12.* cum ait. γίνεται δὲ Ἀβράμῳ μετ' οὐ πολὺ καὶ παῖς ἐκ Σάῤῥας, ὡς αὐτῷ ὑπὸ τοῦ θεοῦ προείρηται, ὃν Ἴσακον ὠνόμασε. τοῦτο γέλωτα σημαίνει. Etenim nomen ipsi inditum à risu matris Saræ, cum צחק *ridere* significet, hinc צחק *risus*, & יצחק *Isaac*,

* *Isis* veterum Ægyptiorum dea, peculiari tractatu variè est à Plutarcho descripta, ex quo sequentia excerpsimus. Isis nomen obtinet ab eo quòd scienter proficiscatur atque procedat, quum sit motus animatus ac prudens. Non enim barbaricum est nomen sed sicut omnibus Diis ἀπὸ τοῦ θεατοῦ καὶ τοῦ θέοντος, i. *visibili & currente*, commune nomen θεὸς inditum est: Sic istā deā à sciētia simul & motu cùm Aegyptii tū nos Isidem appellamus. Et Plato veteres Isiā appellādo ἱσίαν, sanctam, dicere voluisse

affi

affirmat, q.d. νόησιν καὶ φρόνησιν, mentis & iudicij motũ. Hę voces autẽ ab ἰέναι (quod est ire) deductæ. Hinc συνιέναι intelligere. Tractatus eiusdem paulò initium, Plutarchus, ait, Quòd Sai est Mineruæ (quam eãdem cum Iside Aegyptii arbitrantur) fanum, hác habebat inscriptionem, *Ego sum omne quod exstitit, est, & erit: meúmque peplum nemo adhuc mortalium detexit.* Quæ de Iside à Plutarcho dicuntur, partim ad Aegyptiorum metaphisicen, partim ad physicen, referuntur. Qui metaphysicen seu sapientiam aut Theologiam Aegyptiacam interpretantur, existimant Aegyptios vetustissimos à posteris Iacobi Patriarchæ quædam de sacrosãctæ triadis mysterio hausisse, quæ temporum progressu in multiplicem idolomaniam à Plutarcho depictam transformarunt. Isis igitur illis est ὁ λόγος, seu sermo ille, ea ratione cõsideratus qua Deus est de Deo, verum Vnum de vero Vno: verum Ens de vero Ente: quod quid aliud est quam summi Opificis Sapientia, per quam ex patre omnia creantur, quæ prę ter cætera quãplurima nomina, propter quæ Myrionyma quoque vocatur, hoc etiam nomẽ habet quòd sit, & de ea verè dicatur *Erat*, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος; quam compellantes, meritò clamamus, ἦς ἔσῃ; & εἶ: id est, *Tu eras, tu eris, tu es.* N. de Comitibus nonnulla profert de Iside, lib. 8. mytholog. cap. 18. quę ad Physicen pertinent. D. Peucerus tract. de diuinatione extispicum, Isidem (ait) Aegyptij superstitiosè admodum coluerunt. Institutum hunc cultum ratiocinor ex tenui, vt ita dicam, aura famæ, quæ fuit reliqua, de virgine paritura filium generis humani redemptorem. Significat enim Isis seu *Isscha* אשה viram, virginem, fœminam.

Islandia vltima septentrionalis regio Solino, & vltra Thulen sita, quamque sex dierum nauigatione à Britannia distare scribit Plinius, à glacie deductum habet nominis auspiciũ. Perpetua enim glacie concreto mari alluitur, exceptis tribus mensibus ęstiuis. A Nouembri ad Februarium noctes ibi perpetuæ, sicut continui dies à Iunio ad Augustum.

Israel non paucis sonat virum videntem Deum, vt quidẽ Hieronymus monet: id quod factum similitudine vocum איש ראש אל. Alij à ישר *recte* & אל *Deo* deriuant, vt significet Rectum Dei, vel à שר *principe*, & אל *Deo* Etymologiã hanc amplectẽs idem Hieronymus libro Hebraicarum quæstionum taxat Eusebiũ, Hilariũ, Philonem, qui non illud virum vidẽtem Deũ significare notauerãt. Sed an nõ deduci queat à שרה *dominatus est*, vnde שר *princeps*, cuius verbi futuro si addatur אל, reddet vocem Israel Vnusquisque deputet tecum.

Ister nomen Danubij, quod *teste Tortellio*, perperam à quibusdam enuntiaũt *Hister*, adeptus est nomen (*vt aliqui censent*) ab Histris, quos Colchorum fuisse colonos tradit Iustinus, neque discernũt nomen hoc fluuij à Germanico *Oster*, quasi orientales seu ab oriẽte profectos dixeris. Atqui versus ortum fluit Danubius. Ostia eius, quibus in mare effunditur, *iuxta Strabonem, sunt septem*, eiusquẽ fontes collocat in sylua Hercynia. Dicunt nonnulli per eum subuectum Iasonem in mare Adriaticum cum Argonauti: qui in eo securi Hipparchum grauissimo errori se implicant, cum hic fluuius, *eodem Strabone teste*, in Pontum Euxinum sese exoneret, Germaniam linquens ad læuam, ad dextram verò Thraciam, Macedoniam, & reliquam Græciam.

Isteuones Germaniæ populi secundum Plinium, dicti videntur quasi *Istvvones*, ac deinde *Eestvvoners* ab orientali plaga, quam respectu aliorum habitarunt in Germania. Consimili planè ratione nomina sua obtinuerunt Orientalis & occidentalis Frisia.

Isthmus vel Isthmiacus ludus, à Sisypho institutus, pro cadauere Melicertæ reperto, vt est legere apud Scholiasten Pindari & Pausaniam in Corinthiacis,

vel à Theseo secundum Plutarchum in eius vita, nomen inuenit à Græciæ Isthmo, qui ita dictus Eustathio sub finem Odyss. 6. πλεωνάσμῳ τοῦ σ, ὡς ἰθμὸς, δι' οὗ ἴτασι τὰ σιτία, id est, Pleonasmo literæ σ, tanquam Ithmus, qua transmittitur commeatus & res frumentaria. Vnde mataphoricè in corpore humano παίσθμια dicuntur *tonsillæ*, pars illa scilicet, quæ os & gulam interiacet. Est autem Isthmus propriè terra angusta excurrens inter maria duo.

Istria Italiæ regio & terminus versus Dalmatiam, quondam (teste Plinio) dicta Iapidia, ab Istro fluuio denominata videtur quibusdam. Aliis, inter quos Cato, à duce quem miserat Ianus, ideoque priorem sententiam prorsus explodit, cùm nullus Ister aut Istri ramus eam regionem perstringat aut perlabatur. Quocirca & Annius Catoni astipulatur, quem equidem non ita deridiculum haberi velim in multis, atq; haberi solet à quibusdam rei literariæ censoribus nimis superciliosis, & nil magis admirantibus, quàm quæ ipsi pepererunt aut ediderunt.

Italia, Plinio regio omnium pulcerrima, olim *terrarum domina, forma similis Peninsulæ* iuxta Strabonem, auctoribus Timæo & M. Varrone, Græco vocabulo est appellata, quòd veteri lingua Græca ἰταλοὶ dicti sint boues. Atqui gens Romana origine est Græca, vt prodidit memoriæ Dionysius Halicarnasseus, *Romanarum antiquitatum accuratissimus scriptor.* Scribit Latinos ex Aboriginibus oriundos, qui profugi ex Peloponneso in Italia sedes fixerunt, quibus postea sese & aliæ nationes Græcæ coniuxerút, ex Thessalia Pelasgi, ex Arcadia comites Euandri, ex Peloponneso Pheneates & Epij. Affirmat etiam ipsos incolas & códitores vrbis Romæ fuisse Græcos. Certumque adeo Serui Tullij leges literis Græcis ad suam vsque memoriam exaratas fuisse. Quo mirum videri non debeat ex Græca origine deductum esse Italiæ vocabulum. Helleboro opus habere videntur, qui traxisse nomen suum volút ab Italo boue videlicet vno ex Geryonis arméntis. Alij sunt rursus, qui vocem huius regionis non dicemunt ab αἰτωλία, mutantque ω, in α, & ad imitationem Dialecti Aeolicæ, vel κατ' ἀφαίρεσιν, initialem literam abiiciunt. Romani enim qui Latinæ gentis fuere caput, lingua sunt olim vsi, quæ ad Aeolicam proprietatem quam proximè accedit, *teste eodem*, cuius paulo ante facta est mentio, Dionysio Halicarnassæo, cui Priscianus Grammaticus suffragatur, & ante Priscianum Quintilianus *lib. 1. ca. 9.* Huc accedit, quod ad Aeolum imitatio nem ex ἐλία fecerint Veliam, ex Henetis Venetos, ex ἑςία Vestam. Esse autem Aeoles Aetolorum sobolé notauit Strabo *lib. 4.* Et Theocriti Scholiastes: Αἰολεῖς, οἱ Αἰτωλοί. Sic illi. His diuersis de etymo Italiæ sententiis subiungo Strabonis verba mox in principio libri quinti de Italis, cùm ait. Εἰκάσαι δ' αὐτοὺς ἐντυχόντας τοὺς πρώτους ὀνομασθέντας, ἰταλοὺς, μεταδοῦναι καὶ τοῖς πλησιοχώροις, *probabile est eos, qui primùm Itali sunt appellati, ob res secundas, nomen cum finitimis communicasse.* Obscurè loquitur de prima vocis Italorum origine. At notandum quòd sero demum appellatam dicit regionem istam Italiam, opinor ab Italis inquilinis Prisci enim, *vt indicat ibidem*, vocarunt Oenotriam, quidquid terræ è Siculo freto vsque ad sinum Tarentinum & Posidoniatem patet, ab Oenotrio Lycaonis filio, quem tamen quidam Ianum esse Affirmant, quod is οἶνον, id est: vinum cum farre inuenerit. Sic & *Camesenam* à Camese nominatam volunt, *Ianiculam* à Iano, *Saturniam* à Saturno, *vt scribit Cato*, & ab Hespero *Hesperiam.* Virgilius. *Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicũt.* Ausoniã quoq; ab Ausone dictam declarat Seruius in istud eiusdem Poëtæ: *Ecce tibi Ausoniæ tellus, hanc accipe velis.* Confirmare videtur idé & Berosus. Canterus admonet etiam

Choniam

Choniam vel *Chonen* dictam Hesychio. *Tyrseniam* à Tyrseno Telephi filio vocatã meminit Isacius ὀρεττίαν Stephanus. Tandem & verba subiicere placet interpretis Lycophronis de nomine Italiæ, quæ sunt eiusmodi: αἰνείας ἀπὸ μακεδονίας ἦλθεν εἰς Ἰταλίαν ἢ πρὶν ἀργεσσα ἐκαλεῖτο, εἶτα σατουρνία ἀπὸ τοῦ κρόνου, σάτουρνος γὰρ ὁ κρόνος παρὰ ῥωμαίοις, εἶτα ἀπὸ τινος αὔσονος αὐσονία, εἶτα τυρσηνία, εἶτα ἀπὸ Ἰταλοῦ, ἢ ἀφ' ἑνὸς ταύρου τῶν γηρυόνου ἀγομένων, παρὰ ἡρακλέους, καὶ ἀπὸ ῥηγίου διανηξαμένου εἰς σικελίαν, &c.

* *Iter*, præsertim longum, semita protẽsa viatorũ, ארח *Orach*, à verbo ארח *Arach* iter longum fecit, ingressus est iter protensum, venit tardius ex longinquo. Cognationem habet cum אחר *Achar*, tardauit, & רוח *Rauach*, respiratio seu spacium fuit, & cum ארך *Arach*, prolõgatus est. Hinc ἔρχομαι, venio. ארחה *Orcha* etiam dicitur non tantùm de itinere, verumetiam de comitatu & turba viatorum itinerãtiũ: quorum cõmeatus & viaticum ארחה *Arucha* nominatur.

Iter ab eundo nominatum: Quippe ius est hominis eundi. Sic actus ab agendo: Vnde ius agendi iumentum dicitur. Et via (*vt hæc omnia coniungam*) à vehendo: Vnde etiam continet in se ius ducendi vehiculum. At Semita est *semis via*.

Itidem, quasi *iterum idem*.

Iubilum, gaudij scilicet per vocem significatio, cùm tamen verbis non exprimitur; item *iubilo* verbum, & *annus Iubileus*, vt vocant, quinquagesimus quisque, quo remissio concedebatur seruis à ministerio seruili, & ager alienatus ad veterem possessorem redibat, simul originem nominis trahunt à נבל *clangore tubæ* vel *cornu*. Cùm hæc vox absolutè scribitur, nẽpe יובל tum pro ipso anno quinquagesimo accipitur, qui Chaldęis dicitur יובילא. Vnde quidam nominant *Iobileum* non *Iubileum*. Septuaginta transtulerunt ἄφεσιν, id est, *remissionem*, non satis exprimentes vocabuli vim. Primus Iubilæus annus fuit primus annus ingressionis in terram Chanaan, quintus Iosuæ ducis, & mundi annus 2493.

* *Iubilæus annus*, Hebr. יובל *Iobel*, remissionem nonnullis significat, quòd eo anno, qui Iubilæus vocatur, remissio debitæ seruitutis dari seruis solebat. Alij existimant *Iobel* aditum siue accessum dici, à verbo יבל *Iabal*, fluxit, profluxit, & metaphoricè, processit, peruenit, progressus est; annumque Iubilæum inde esse nominatum, quòd eo ad suam cuique hæreditatem, quam ante vendidisset, reditus pateret & accessus, vt seruis quoque ad suam libertatem. Quidam tradunt apud Arabes arietem vocari *Iobel*: & in historia Ios. cap. 6. in arietinis buccinis mysterium quærunt. Hoc enim cornuum genus læto & fausto illo anno quinquagesimo vsurpari solere aiunt, vt & memoriam liberati Isaaci per suppositum arietem referret; & simul spe libertatis eo exemplo adumbratæ, quam libertatem olim Israeliticus populus per cornua arietina sit recepturus, animos omnium recrearet. Hæc non incommodè, sed per anagogen & mysticè dicuntur, si de eo ariete siue agno qui coram tondente se nihil mutiuit, & qui tollit peccatum mundi, dicta intelliguntur. Sed aliis vox יובל *Iobel* prisca videtur, atque inde à primo musicorum deducta inuentore Iubal, sicut etiam Latinorum vocabula *Iubilo* & *Iubilum*. Ac voces quasque canoras illas quidem & grandes, sed rusticas, duras & agrestes, quasique vlulantes significari putant; quales inchoata illa, sed non perfecta primi artificis instrumenta edebant, hoc est, quales sunt tubarum & buccinarum rauci clangores; quanquam apud Varronem *Iubilum* sit rustica quiritatio. Annum autem remissioonis ideo Iubilæum esse vocatum autumant, quod eum vt festum solemnem istius modi clangoribus longè latèque diffusis indicere sacra lex iussisset, Leuitic. 25.9.

Iudæa, quæ *Palæstina* est Ptolomæo, *terra Chanaan* olim dicta, item *promissionis terra*, & *terra sancta*, Syriæ pars principalior, sedes olim & domicilium Ecclesiæ, nunc infrugifera & maledicta, sicut testantur eorum Itineraria, qui eam perlustrarunt, appellationem accepit à Iuda Patriarchę Iacobi filio. Olim sedes eorum, qui Iudæi (i. laudantes & confitentes) dicti sunt: in qua sancta religio, veri dei cultus, templum, arca, & tot messiæ typi; regio miraculis innumeris, eximiis Dei seruis, benedictionis immensis, pacis, belli artibus clarissima. De qua tot præclara dicta leguntur in prophetis, quorum summa est Deum Iudeæ esse Regem, notum in Iudea Deum Iudæos populum esse Dei fœderatum. Dei statuta, leges audientem, &c. Quanta, bone Deus, hæc metamorphosis? Nonne terra fuit iuxta promissionem Dei lacte & melle fluens? Moses *Deuteronomij 8.* agnoscit in ea torrentes aquæ, hordei & tritici abundantiam, vites etiam, ficus, punica mala, oleum, & lapides pretiosos. Quibus suffragatur Aristoteles, *citante Cedreno*, cùm dicit τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας παντοίοις καρποῖς εὐθυνεῖν ἀμπέλωντε καὶ ἀκροδρύων καὶ φοινίκων πλῆθος ἄπλετον εἶναι, καὶ κτήνη πάμπολλα καὶ διάφορα. Sic Iosephus fœcundissimam regionem fuisse scribit δι' εὔκρατον ἀέρα καὶ πολλὴν πιότητα. *Disce Deum colere & reuereri, quicũque bene tibi hic esse vis & imposterum.* Sicut enim gratiam & benedictionem eius omnia bonorum genera sponte sequũtur, ita iram & maledictionem comitantur mala diuersa & tandem πανωλεθρία.

Iudæi vnde sint dicti, aut vnde trahant originem, variè disceptatum à gentilibus parum hic oculatis, aut certe iniquis genti Iudicæ. Ac primum quidem Dion solus dubitare se ait, quod nominis Iudæorum principiũ fuerit. Quintilianus videtur eorum origini aspergere labem: [illegible]rentes, inquit. *malos odimus, & est conditoribus vrbium infame, contraxisse aliquã perniciosam ceteris gentem, qualis est primus Iudaicæ superstitionis auctor.* Strabo vult: *Aegyptios eorum esse progenitores.* Doctorem Mosem comparat Diuinatoribus ac vatibus, quales fuerunt *Amphiaraus, Trophonius, Orpheus, Musæus, Zamolxis Pythagoræus* apud Indos *Gymnosophistæ*, apud Persas *Magi*, apud Assyrios *Chaldæi*, apud Romanos *Aruspices.* His graui blasphemia addit *Necyomanticos, Lecanomanticos, & Hydromanticos.* Scribit & Iustinus Mosen, *teste Artabano*, Musęũ nũcupatum à Græcis, quem magũ fuisse Possidonius, Lysimachus & Appolloni⁹ Molon tradiderunt. Ab Aegypto verò pulsum abstulisse furto Aegyptiorũ sacra. Tacitus *Annalium 21.* è Creta profugos nouissima Libyæ insedisse commemorat, qua tempestate Saturnus vi Iouis regno est pulsus. *Argumentum*, inquit, *à nomine petitur*, additq; *ab Ida mõte Iudæos nominare, quasi Idæos.* Plerique Æthiopum sobolẽ faciunt, quos rege Cepheo metus ac odium sedes mutare cõpulerant. Sunt qui Assyriis deferant natales *vt refert Tacit⁹.* Plurimi auctores cõsentiũt orta per Aegyptũ tabe, quæ corpora fœdaret, regem Bocchorim adito Hammonis oraculo remediũ petẽtem, purgare regnũ & id genus hominum, vt inuisum Diis, alias in terras auehere iussum. Sic conquisitũ vulgus postquã vastis locis relictũ sit, cæteris per lacrymas torpẽtibus, Mosen vnũ exsulũ monuisse ne quã Deorũ hominũue opẽ exspectarẽt ab vtrisq; deserti: sed sibimet vt duci cœlesti crederẽt. Assensere atque omniũ ignari fortuitũ iter accipiũt Sed nihil ęque atq; inopia aquæ fatigabat. Iamque haud procul exitio totis cãpis procubuerãt, cùm grex asinorũ agrestiũ è pastu in rupẽ nemore opacã cõcessit. Secut⁹ Moses, cõiectura herbidi soli largas aquarũ venas aperit. Id leuamẽ, & cõtinuum sex dierum iter emẽsi, septimo pulsis cultoribus, obtinuere terras, in quib⁹ vrbs & tẽplũ dicata sunt. Moses quo sibi in posterũ gentẽ firmarẽt, nouos ritus cotrariosque

riosque ceteris mortalibus indidit. Profana illic omnia, quæ apud nos sacra. Rursum concessa apud illos, quæ nobis incesta. Effigiem animalis, quo monstrãte errorem sitimq; depulerant, penetrali sacrauere, cæso ariete velut per cõtumeliã Hammonis. Bos quoque immolatur, quem Aegyptii *Apim* colunt. Sue abstinent memoria cladis, qua ipsos scabies quondam turpauerat, cui id animal ob noxium. Hæc omnia Tacitus, quæ idcirco prolixius referre & in hunc locum coniicere, vt cuiuis constet, quomodo Ethnici inuerterint & deprauauerint, quæcunque fama ad eos detulit aut lectione perceperunt de hac gente, vtque impulsore Diabolo in populum Dei & veram religionem conspirauerint omnes. Neque est opus vt hæc tam splendida mendacia confutentur, cùm ex literis melioribus constet ab Hebero & Chaldæis descendere. Nam Arphaxad auus Heberi & Chaldæus erat. Postea ab Israelẽ dicti sunt *Israelitæ*, & tandem à filio eius Iuda *Iudæi* יהודים *Iehudim*, laudantes siue confitentes; nempe verum Deum, à verbo הודה hoda, fecit manare, id est, promulgauit Dei gloriam, celebrauit Deum emissione vocis. Nam Iudæi, præ ceteris gentibus habẽtes veram religionem, soli erant, qui verum Deum celebrabant & confitebantur. Reliqui populi colebant idola & sine Deo miserè peribant. Sed vt ad Iudæos reuertar, iam quidem (*vt cum Tertulliano ex Apologetico loquar*) dispersi palabundi, cœli & soli sui extorres, vagantes per orbem, sine homine sine Deo rege, quibus nec aduenarum iure terram patriam saltem vestigio salutare conceditur. Quo consilio forte Hadrianus Aeliã, id est, Hierosolymam instaurans in frõte eius portæ, quæ in Betheleem tendebat suem in marmore formatum proposuit, *vt in Chronico scribit Cassiodorus*.

Iudas quartus filius Patriarchæ Iacobi & Leæ, à *confitendo*, & *laudando* nomẽ habet. Confessionem enim Hebræi nominant תודה *Toda*, *confessionem*, à radice ידה *iada*. Hinc in Hiphil הודה *Hoda*, *confessus fuit*. יהודה *Iehuda*. celebrans deũ.

Iudex ex eo quod ius dicat nomen adeptus. Dicit autem ius, qui inter partes discernit, & cuique quod suum est, tribuit. Iudicem porro, quia antistes iustitiæ est, grauem, sanctũ, sincerũ, incorruptum & æquitate terrificũ esse oportet, vt ex Iustitiæ imagine apparet apud Gellium *lib. 13. cap. 4.*

Iudith, confessionem diuini nominis significans emanauit à ידה, quod in Hiphil accipitur pro *celebrare & confiteri*.

Iugalis dicta est Iuno, quòd noua nupta & sponsus pariter iugũ subeant. Vnde & *coniuges*, quasi iuncti sub vno iugo. Seruius scribit *4. En, iugum imponi solitũ matrimonio iungẽdis.* Ab aliis verò dicitur Iuno *Iuga* & ab eius ara vicus Romæ dictus *Iugarius*: Græci ζυγίαν appellant eique *Iugatinus Deus* quod coniuges cõiungeret, merito subiungi potest.

Iugerum dictum, quod vno boum iugo exarari queat per diem. *Plinius lib. 18. cap. 3.* Mensura eius complecti dicitur in longitudine ducentos & quadraginta pedes, in latitudine, dimidium. Verum id esse liquet *ex sexto libro Columellæ*, vbi docet actum quadratum vndique finiri pedibus 120. duplicatũ vero numerum hunc iugerum dare & ab eo, quod erat iunctum, iugeri fluxisse nomen.

Iuglans quasi Iouis glans, *vt censet Caius Iurisconsultus.* Negant alii, quod διὸς βαλανὸς esse dicant castaneas ex descriptione Theophrasti, atque ita inglandem dici volunt, quasi *vistam glandem*. Ego me Caio adiungo, quòd sciam in tutela Iouis fuisse iuglandes, & sparsas eas à nouo marito, vt Iouis omine celebraretur matrimonium, *teste Varrone apud Seruium*, vel vt puerilibus imposterum renuntiandum esse significarent.

Iugum, vel à Græco ζύγος, vel à iungendo, si de pari duorum animalium intelligas. Est & iugũ seruitutis, sub quod

mittere solebant Romani hostes, qui traditis armis deditionem fecerant, *ut meminit Dionysius lib.3.* Fiebat id *teste Festo* ex hastis duabus terræ infixis, super quas ligabatur tertia, & sub his distinctos eos transire oportebat.

Iulius Cæsar ferebat se esse de sanguine Iuli Phrygii filii Aeneæ, cui nomine respondet. Vnde Maro: *Iulius à magno demissum nomen Iulo.* Hac de caussa ei spolia hostibus detracta dedicauit, vt thoracē de margaritis Britannicis, & ante pugnā Pharsalicam vouit templum *Veneris Genitricis*, quod etiam potitus victoria in suo foro erexit. Post mortem verò collocauit in eo Octauius Augustus statuā æneam Cæsari Diuo, cum stella supra caput eius fulgēte: cuiusmodi post mortem est visa, quam stulta hominum superstitio persuadebat sibi animam esse Cæsaris. Ab eius nomine non solùm datum est nomen mensi *Quintili*, qui ante à Romulo sic nominatus fuerat, sed etiā multis legibus, qualis est (*neque enim decretum nobis in latis legibus ordinem temporis hic obseruare*) Iulia de Repetundis pecuniis, quam Consul ipse cum M. Bibulo collega tulit, cuius Cicero sua in Vatinium oratione meminit. Cumque & ante Iulium L. Calphurnius, Cæcilius, Seruilius, L. Cornelius Sylla, & Acylius eadem de caussa leges scripserit ad Magistratuum auaritiam coercendā, satis equidē colligi & animaduerti potest paulatim Romanos degenerasse in peius. *Iulia* de annona iis infligebat pœnam, qui frumenta & alia, quæ pertinēt ad hominum victum, vel inita societate vel quacumque fraude cariora redderent, quales sunt, qui nundinationes frumentorum exercent, vt ipsi carius diuendant. Quod ne fieret, Cereales ædiles crearunt duos, *vt Iuuenalis Satyra 10. Fenestella, & Dionysius 7. Antiquit. meminerunt.* Iulia de Residuis scripta fuit in eos, qui publicam pecuniam in alium vsum delegatam, aut ex quacunque caussa (*vt scribit Martianus*) residentem in suam conuertebant vtilitatē cuius etiam in Digestis mentio fit. *Iulia de adulteriis* concessisse legitur patri filiam in adulterio deprehensam vnà cū adultero trucidare, quam legem Augustus retractauit, *teste Suetonio. Iulia de peculatu* cauebat, ne quis ex religiosa publicáve pecunia auferat aut intercipiat, néve in rem suam vertat, nisi cui lege licebit: Ne quis in aurum argentum, æs publicū, aliquid indat, neue immisceat, neue quo quid indatur immisceatúrue sciēs dolo malo faciat, quo id peius fiat. *Iulia de vi & Maiestate* scripta erat in eos, qui aut vim facerent, aut amplitudinem Magistratus & Reipub. minuerent, nec talibus concedebatur prouocatio. Promulgarunt quidem contraria huic legi Antonius & Lepidus, etiamsi non tulerant planè contra hanc legem, vt de vi ac maiestate damnati possent prouocare ad populum, quo nihil erat futurū perniciosius sperata scelerum impunitate. *Iulia de iudiciis* in eum finem lata fuit ab eo, vt ista Senatorib. solis equitibusq; mandaret, quo rectè fierent, cùm ante illis in iure dicendo adfuissent nonnulli plebeii, *teste Dione.* Cauebatur eadem ne inuito denuntietur, vt testimoniū litis dicat aduersus socerum, generum, vitricum, priuignum, sobrinum, sobrinam, eosue, qui priore sint gradu. *Iulia de re dotali non alienādo* prohibebat alienationē fundi dotalis inuita muliere, *l. si fundum. ff. de fund. dotal.* quā postea Iustinianus latius extendens, valere etiā voluit in rebus extra solum Italicum sitis, idq; etiamsi mulier prębuisset consensum, ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiæ earum conuertatur. *Iulia legis de modo credendi & possidēdi* meminit Dio *lib.61.* his verbis: ἐπειδή τε συχνοὶ πολλὰ χρήματά τε ἔχειν καὶ πάντα αὐτὰ ἀποκρύπτειν ἐλέγοντο, ἀπηγόρευσε μηδένα πλεῖον πεντακισχιλίων, καὶ μυρίων δραχμῶν ἐν ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ κεκτῆσθαι, *quoniam complures pecuniam multam habere & possidere dicebantur, edixit, ne quis in argento auróve*

ampli

amplius possideret, quam L.X. sestertia. Iulia de ciuitate, lata tum temporis fuit, cùm motum esset bellum Italicum seu sociale. Nam cùm in eo aliquot clades essent acceptæ, cæso etiam Lupo consule, iáq; Hetrusci & Vmbri, & alii populi finitimi molirentur defectionem, est hæc lex lata à Iulio Cęsare Cõsule, vt qui populi ad eam vsque diem in fide mansissent, ciues essent Romani. Meminit eius Appianus I. ciuilium bellorum, & Cicero pro Balbo. Memoratur & *Iulia de Cessione bonorum*, vt qui sine dolo suo malo æri alieno satisfacere non posset, bonis suis cedēdo liberaretur. *l. 4. C. qui bon. ced. poss.* *Iulia Miscella* permisit, vt coniugi superstiti legatum sibi à demortuo ea lege, ne iterum nuberet, ita capere ius esset, si intra annum iuraret, se liberorum quærendorum caussa velle nubere. Miscellam volunt dictam, quod legis Iuliæ caput tam ad virum quam fœminam pertineret. *Iulia de prouinciis* cauebat, ne quis Prętor diutius anno aut Cõsul amplius biennio à suo magistratu prouinciam obtineret. Meminit eius Dio *libro 43.* Cicero *Philipp. 1. & 8.* Iulia de *Multitudine liberorum* proposuit iis prēmia, qui multos procreassēt liberos. πολυπαιδίας, inquit Dio, ἆθλα ἐπέθηκεν. *Iulia de vigesima* inter alia hoc caput habebat, vt, quæ hereditates, legata, donationesue caussa mortis ad alienos aut locupletes peruenirent, earum pars vigesima pertineret ad fiscū. In *Iulia de sacerdotiis* etiā absentis habebatur ratio, *vt meminit Cicero libro Epistolarum ad Brutum*, in ea videlicet epistola, cuius initium: *Noli exspectare*. Fuerunt & aliæ ipsius leges quāplurimæ, quibus tamen recensendis supersedendum arbitror cum Dione propter multitudinem. Pręclaras eas omnes fuisse testatur Cicero *Philippica 1.* & satis etiam apparet ex iis, quarum hîc mentio facta.

Iulebus vel Iulepus (*Zulapiū* Actuario) qui ex stillatitio liquore fit, vel rectius ex succis cū saccharo coctis, trahit forsā appellationē à viola, quæ ἴον est Græcis, καὶ τοῦ λάβειν infundendo, quod violam infuderint in eum. Hinc ἰόλαβον primū, & deprauata voce *Iuleibon*, cum & *Iu* barbaris succum significet. Denique *Iulebum* inde procuderunt Latini.

Iumentum veteres à iungendo, vel à iugo dixerunt, quasi *iugimentum*. Nec placent, qui velut iuuamentum, quòd iuuet homines, appellatum credunt, cùm Gręcè sit ὑποζύγιον.

Iunius. De hoc mense ita Macrobius: *Iunius Maium sequitur*, aut ex parte populi (vt diximus) nominatus, aut *(vt Cincius arbitratur)* quòd Iunonius apud Latinos ante sit vocitatus & diu apud Aricinos Prænestinosq; hac appellatione in Fastos relatus sit. Adeo vt apud maiores quoq; nostros hæc appellatio mēsis diu manserit. Sed post detritis quibusdam literis ex Iunonio Iunius est dictus. Nā & ædes Iunoni Monetæ Cal. Iuniis est dedicata. Nõnulli putauerunt eū à Iunio Bruto, qui primus Romæ Consul est factus, nominatū quod hoc mense, id est, *Calen. Iuniis*, pulso Tarquinio, sacrū Carnæ Deæ in Cœlio monte voti reus fecerit: Festus etiam à Iunone vult nomen traxisse. Ouidius non solùm à Iunone verum etiam à iuuenibus Fastorum 1. Verba eius sunt.

Martis erat primus mensis, Venerisque secundus,
Hæc generis princeps, ipsius ille pater:
Tertius à senibus, iuuenū de nomine quartus:
Quæ sequitur, numero turba vocata fuit.

Retulit & Vectius Pretextatus in Theodosii Saturnalibus, Fuluiū Nobiliorem in Fastis, quos in Herculis & Musarum æde deposuerat, scriptum reliquisse, Romulum, postquam populum in maiores & minores deuisisset, vt altera pars cõsilio, altera armis tueretur Rempublicam, in honorem vtriusque partis tertium mensem Maium, sequentem Iuniū vocasse. Rursus Ouidius *Fastorum 6.* triplicem huius nominis rationem & caussā adducit. Aut enim à Iunone vult di-

ctum, aut ab Hebe Herculis vxore, quæ perpetua floret iuuenta, idque propter iuuenes: aut denique à Romanorum & Sabinorum concordia, vt dictus sit *Iunius*, quasi *vnius*. Atque hæc de nominis origine. *Calendas* autem eius quoq; *Fabarias* dictas, quòd hoc mēse fabæ adultæ rebus adhiberērur diuinis, nemo velim ignoret. Sed ad Iunonem ipsam.

Iuno, à iuuando appellationem deduxit, *teste Cicerone de Natura Deor. 2.* Alii à ianua deductum nomen volunt quod nascituris ianuam pandat. Nomen Ἥρας, id est, Iunonis apud Græcos, haud Scio an non sit idem cum vsitata Latinis voce *Hera*, id est, domina. Hebr. גבירה *Guebira*, domina, regina. Vt enim Ethnicis Iupiter dominus & rex cæli, ita Iuno domina & regina cæli dicta est. Eadem dicta *Lucina*, quòd nascentibus crederetur lucem dare, quo nomine etiam à pariētibus inuocari solebat. Glycerium apud Terentium: *Iuno Lucina, fer opem.* Plinius tamen nominatam eam existimat, à luco, in quo ipsi ædes erecta fuit, quā sententiam Ouidius quoque recitat in Fastis. Fuit & *Sospita* dicta à sospitando, id est, seruando, quā Lauinii inprimis cultam testatur Liuius: Item *Moneta*, à monēdo, quòd ante captam à Gallis vrbem vox in eius templo audita fuerit, vt de sue plena fieret procuratio: *Caprotina* à caprifico, ex qua signum Romanis est datum, aduersus hostes, vt in Romulo docet Plutarchus: *Vnxia*, quòd postes mariti nouæ nuptæ vngerent axungia, quod ipsum ad mala arcenda facere putabant: *Cinxia*, quod puellæ cingulū ponentis in thalamis, à Iunone protegerentur: *Fluonia*, quod fluoribus mensium adesset: *Calendaris*, quod omnium mēsium calendæ in eius essent tutela. Hæc regnorum præses est habita, qua de caussa malum punicum dedicatum est ipsi, quod Mycenis spectabatur in eius manu, cùm sceptrum altera teneret, vt est apud Pausaniam. Sed insidebat huic sceptro, cuculus tempus ducendæ vxoris significans. Eadem soror & vxor Iouis cuius pedibus canit Homerus Iouem appēdisse duas incudes, cùm prius ipsam aureo funiculo suspendisset. Hic Iuno est aër: Funiculus aureus, æther stellarum globis conspicuus: Incudes terra & aqua, inter quas Iuno fingitur suspensa. Fuit illi hasta sacra, vnde & *Quiris* vel *Curis* dicta. Fuerunt eidem & anseres sacri, qui Romæ seruari & nutriri solebant in eius sacello, *vt ibidem in arca lapidea libri Sibyllini*. Institutum quoque legitur Iunoni Lucinæ à Seruio Tullio ærarium, in quod pro singulis nascentibus parentes certi pretii nummos inferrent, testis Dionysius. Nec mirum, cùm Iunonem lucem tribuere putarent. Qua de caussa fuerunt & in eius tutela supercilia, quòd iis protegantur oculi, quorum beneficio fruimur luce, *vt notat Sextus Pompeius*. Iunonis aues specialiter apud ethnicos habebantur pauones. Peculiaris ipsius flos, lilium, quippe ex Deæ lacte (*vt fabulabantur*) progenitum. Culta maximè olim fuit à Phaliscis, vnde eos *Iunonicolas* appellauit Naso, *Fastorum.6.* Idem tertio Amorum: *Ille suos docuit* Iunonia *sacra Phaliscos.* Halesum intelligit Græcum natione. Atqui apud Græcos maximè colebatur Iuno, vt & in insula Samo, vbi celebre fuit ipsius templum, de quo Apuleium consule *Floridorum* 1. Sacra eius qui ferebant, illos tardissime incedere solitos indicat. Cicero *Offic. 1.* his verbis: *Cauendum est, ne aut tarditatibus vtamur in ingressu mollioribus, vt similes pomparum ferculis esse videamur: aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates.* Vnde *Iunonium ingredi*, est fastuoso & lento vti incessu. Martiis autem Calendis solebant matronæ Romanæ huic Deæ sacrificare, & cur id factum, multis rationibus docet Ouidius in Fastis. Festus dicit *eo die ædem* Iunonis *cœptam celebrari* & sacra dicta fuisse *Matronalia*. Tum mitti solebant ad amicos munera. Vnde Martialis:

Scis

Scis certè, puto, iam venire
Saturnalia, Martias Calendas,
Tum reddam tibi, Galla quod dedisti.

Sed *Februata* vel *Februali* dictę à Februario Iunoni eo ipso mense sacra fiebant secundum eundem Pompeium. Apud Romanos *agna* ipsi litari solebat, sicut Cereri *lacte*, *vino, fauis*, & postea *porca*: Pani atque Mineruæ *capra*: Veneri *colũba*, Cybelæ itidem *porca*, Dianæ *ceruа*, Fauno *agna* vel *hœdo*: Libero *melle, vino, lacte*: Ioui *Prodigiali thure & mola salsa*: Neptuno Apollini & Marti, *tauro, verre, ariete*, Heroibus *tauro, capro ariete*, Laribus *Gallo*; Soli & Marti *Equo*, Æsculapio *gallinis & capris*. Sed Aegyptij olim huic Deæ immolarunt hostias humanas, sicut Romani olim Ioui Latiali, Carthaginẽses Saturno, & apud Tauricos Dianæ. Tandem moneo Iunonios versus in Saliorum collegio dictos fuisse, qui cõpositi erant vel canebantur in laudem Iunonis, vt Ianualij & Mineruij, qui in laudem Iani aut Mineruæ erant scripti, atque ita de aliis iudicandum.

Iupiter Poëtis Diuûm pater atque hominum rex, quasi *iuuans pater* dictus Ciceroni *de Natur. Deor. 2.* Hyginus etiam *Iouis* dixit in casu recto, vt non sit dubium, quin à iuuando deducant Iouem, cùm id præcipuum Dei sit munus. Inde Plinius: *Deus est mortali iuuare mortalem.* Et notum illud *Homo homini Deus. Estque studiosè notandum, Iouem Optimum & Maximum esse dictum* & *cultum*, *inque his nominibus optimi nomen præcessisse.* Maius enim est & certe gratius, *vt inquit Cicero*, prodesse omnibus, quàm opes habere magnas. Iam verò dum alij altius in etymo nominis explicando collimant, video ipsos deducere Iouem ex Hebræorum יהוה *Iehoua*, quasi dixeris *Iouam.* Conseruatam enim volunt vocis Iehouæ memoriam. Simili modo eidem Isidis Ægyptiacæ nomen trahunt ex אשה, id est, *virgine* vel *muliere*, quòd tenuis rumor superesset adhuc de muliere humani generis redemtorem paritura. Sed reuertor ad Iouem. Neque enim prætereundum, quod & Marcus Marinus Ethnicus existimet à יהוה suum denominasse Iouem, cùm priscis omnibus vna fuerit de rebus diuinis theologia, quæ à Græcis postea est ad fabulas traducta. Sed nec planè dissentaneum videtur, quod exstat apud Diodorum *libro primo*, vbi auctor ille refert Deum Mosis nominari Ἰαὼ, Obseruatúmque ab Irenæo *Iahot* vel potius *Iaho* Hebraicum esse Dei nomen. Et Origenes *6. contra Celsum* tradit idipsum tum de Ἰαὼ, tum de Ἰαώια, duobus fortè nominibus ex יהוה & יה in vnam conflatis. Ego verò vt non planè cõfirmo, ita nec me etiam oppono dulcissimis his cõiecturis, quorundam hominum eruditorum, & ad singularia nõnulla nomina siue epitheta Iouis nõ silentio premenda venio. Dictus quippe fuit *Elicius* ab eliciendo, *teste Varrone*, cui aram exstruxit & dicauit Numa Põpilius in Auentino: *Capitolinus* à monte Capitolino quod vouerat primùm Tarquinius Priscus bello Sabino iactis fundamentis, sed exstructum fuit postea à Seruio Tullio, & planè perfectu à Tarquinio Superbo, capta Suessa Pometia, & ex hostium spoliis sumtu suppeditato. Nominatus est etiam *Latialis* à Latio, quòd Latini populi eum simul colerent cum Romanis: *Imperator* ab imperando, cuius simulacrum T. Quintus Præneste Romam deuexit. *Pistor* à pinsendo: *Victor*, quòd vinceret omnia, cui Q. Fabius ædem struxit in monte Palatino, *teste Liuio*, & P. Victore. *Lucetius* Oscorum lingua à luce. vnde nobis *Diespiter*, id est, diei pater: *Vltor* ab vlciscendo sceleratorum facta, cui Agrippa ædẽ sacrauit, quam *Pantheon*, quasi πάντων τῶν θεῶν dixit, eaque hodie sanctis omnibus dicata fertur. Quinimo *Lapis* dictus à lapide silice, quem in sanciendis fœderibus iuraturi tenebant: Idẽ *Veiouis*, cui non iuuandi potestas sed vis nocendi tribuebatur, eiusq; ædes, *teste Agellio*, exstitit inter arcem & Capitolium. Sex-

centa alia ipſius cognomina vide apud Gyraldum *Syntagmate 2.* Iouis cerebrum (ne id ignores) vocatus eſt piſcis *Scarus*: Iouis pullus dictus Q. Fabius *Eburnus*, & Ionij milites quidam ſub Diocletiano. Inſuper & illud habe, tribus Saturni filiis nomen Iouis aliquando eſſe commune apud Poëtas. De cœleſti Ioue nuſquam non obuia exempla: De Plutone Homerus *Il. α.* Ζεύς τε καταχθόνιος, καὶ ἐπαινὴ περσεφόνεια. At tridentiferum Iouem nominat Sidonius Neptunum in Burgo.

Ius deducit Vlpianus *l. 1. ff. de Iuſtit. & iur.* à iuſtitia. Valla notationem iſtam Iuriſconſulti reprehendens putat contra iuſtitiam à iure dici. Quod verum quidem, ſi Grammatica deriuatio ſpectetur. Sed Vlpianus rem ipſam ſpectans voce ſignificatam, explicare voluit cauſſam iuris. Alij à iubendo natam hâc vocem volunt, quibus Rodolphus Agricola *lib. de Inuent. 1. cap. 5.* aſtipulari videtur, eo quod iubeat id fieri, quod dictitat iuſtitia.

Iuſtitia ordine vocum Grammatico dicitur à iuſto. Nec audio Alciatum, cum *1. Paradox.* dictam vult eam, quòd vim ſiſtat per literarum metatheſin. Si iuſtitiæ ſacerdos ſcire velit quid ſui ſit muneris, diligenter expendat imaginem eius, quam Agellius ex Chryſippo lib. 14. proponit.

* *Iuſtitia* Hebræis eſt *Tſedaka*, à verbo *Tſadak*, quod eſt Iuſtificare, i. culpa abſoluere, & iuſtum aliquem pronuntiare: id quod maximè fit in iudiciis. Propriũ autem Dei eſt Iuſtificare: huic igitur propriè attribuitur etiã iuſtitiæ nomen, vnde & ab Apoſtolo Rom. 3. Iuſtus & Iuſtificans appellatur. Quum enim gratis nos iuſtificat, officium facit optimi, clementiſſimi & ſumma miſericordia præditi, Dei. Hanc omnino perfectam, & numeris omnibus abſolutam in Deo bonitatem, Scriptura appellat Iuſtitiam, & Deum *Tſadik*, i. Iuſtum, id eſt, ſummè bonum, clementem, beneficum. Ab hac voce *Tſadik*, iuſtus, quidam volunt deduci δίκαιον iuſtum, abiecta prima ſyllaba, ſeu prima litera: vt à *Dik* deducatur δίκαιος. Sed coacta eſt etymologia. Ariſtoteles melius lib. 5. Ethic. cap. 7. deducit à δίχα bipertito: quòd in duas ſuo modo æquales partes rem diuidat iuſtus & æquus homo ac iudex, neutri parti aut perſonæ plus minúſue iuſta & rata portione tribuens: vt δίκαιος ſit quaſi δίχαιος. Atque hæc etymologia optime conuenit Iuſtitiæ quam diſtributiuam vocant: qua vnicuique tribuitur quod ſuum eſt. Ideo Cicero lib. 5. de finibus, *Iuſtitia* (inquit) *eſt animi affectio ſuum cuique tribuens.* Cui autem hoc melius congruit quàm Deo? Is enim verè tanquam iuſtus iudex citra perſonarum reſpectũ, vnicuique tribuit quod ſuum eſt: bonis quidem gloriam & honorem, malis autem iram & confuſionem. Latini à iure *iuſtitiam* deducunt, & iuſtum eum eſſe affirmant qui præcepta iuris ſeruat. *Ius* autem à iubendo. Nam Ius id eſt, quod legibus iubetur atque ſancitur. Vnde & quidam ſic definiunt; Ius eſt quod vel natura, vel ciuitas, aut populus, vel gẽs, vel cõſuetudo iubet. Quare non ſolum qui iuris præcepta ſeruat; ſed etiam qui illa tradit & iubet, vtpote iuſta & recta, iuſtus appellatur. Quanquam diuerſa ratione. Ille enim ideo iuſtus dicitur, quia iuſtis legibus obtemperat: iſte verò iuſtus Iudex & legiſlator, quia iuſta imperat. Quis autem aut ius in nos maius habet, autoritatémq; iubẽdi, aut iuſtiora, æquiora, meliora, rectiora iubere poteſt, quàm Deus? *Quatuor* ſunt autem præcipua huiuſce vocis ſignificata quæ etiam apud prophanos ſcriptores vſurpantur. 1. Iuſtitia ſignificat bonitatem numeris omnibus abſolutam atque perfectam, (ſeu vt alij loquuntur) virtutum omnium Chorum. Iuſtitia illa generalis eſt virtus, qua ſimpliciter aliquis non ſolùm in ſe, omni ex parte bonus, probus & perfectus eſt, verum etiã erga alios. At talis virtus, virtutum omnium

Chorum

Chorum in se complectés, in solo Deo reperiri potest. Est enim perfectè bonus, & in seipso, & erga omnes. 2. Iustitia speciatim significat eam virtutem & probitatem, qua aliquis bonus, sincerus, rectus, & integer est, non simpliciter, sed secundum statum & conditionem, seu personam quam gerit: atque ita bonus est & sincerus in suo statu & officio, vt in eo sit irreprehensibilis, tametsi aliis in rebus peccet. Atque nullus inter homines deprehendetur, ita bene & perfectè in suo officio statu & conditione se gerens, atque Deus ipse in suo: idque iuxta varia & realia quæ ei tribuuntur nomina. Etenim est Dominus, Iudex, Pater, Doctor, sponsus. In omnibus autem iis & aliis quibuscunque, quæ de eo prædicantur officiis, talem se præstat, qualem se nemo alius præstare potest; sincerissimũ, optimum, integerrimum: ita vt nihil in eo desiderari possit, neque quatenus est Deus, neque quatenus est liberrimus Dominus, neque quatenus est Iudex, neque quatenus Pater & Sponsus est. Meritò igitur appellatur non solùm iustus Deus; sed etiam iustus Dominus, iustus Iudex, iustus Pater, Iustus Rex & Seruator. 3. Tertia Iustitiæ significatio ad specialem virtutem, quæ iustitia vocatur particularis restringetur: eaque diuiditur in distributiuam & correctiuam. Est enim hæc iustitia virtus, qua partim in distributione honoris, pecuniæ, aliarúmue rerum, & in contractibus atque commerciis debita seruatur æqualitas: partim in iudiciis citra προσωποληψίαν, ius dicitur, vitia corriguntur, sontes dãnantur, innocentes absoluuntur. Denique virtus est, ius suum vnicuique tribuens. Proinde hanc iustitiam Aristoteles, dicit lib. 5. cap. 7. Ethic. à Græcis vocari τὸ δίκαιον; ὅτι δίχα ἐστιν, quòd sit in duo æqualia diuisum. Et Iudex δικαστὴς, quasi διχαστὴς, quòd rem in duas partes æquales secet. Et hæc iustitiæ species Deo apprimè modisque cõuenit omnibus, cuius proprium est vnicuique reddere secundum opera sua; ita in hac etiam vita atrocibus pœnis atrocia punire scelera, & innocẽtes tueri. 4: Veritas ipsa seu fides, quæ in dictis ac promissis seruatur, significatur nomine iustitiæ: & ille iustus dicitur, qui quantum promittit tantum etiam præstat. nam hoc iustum est vt stetur promissis. Id autem Deo maximè competit, qui verax, fidelis & iustus est & frequenter nominatur in S. Scripturis.

Iusiurandum subtiliter Apuleius *libro de Deo* Socratis vult dictum, quasi Iouis iurãdum. Per summum enim Deum concipiendum est illud: *Atqui is Iupiter apud gentiles.* Exstat apud Ciceronẽ conueniens huic proposito versus Ennij talis: *Fides alma apta pẽnis, iurandum Iouis.* De Iuramento alij ita: *Iuramentum a iure, iuro autem à iure.* Quid enim aliud iurare quam promittere adhibitis testibus nos ita seruaturos, ac si ius esset? Iusiurandum aphrodisium seu amatorium pro nullius momenti iureiurando accipitur apud scriptores.

Iuturna Turni soror à iuuando dicta Varroni, cuius fons & lacus fuisse creditur in campo Martio, vel *(vt Seruius vult)* iuxta Numicum flumen. Aqua eius ægrotis opem ferre credebatur, imo ex hoc fonte peti solebat aqua & Romam deferri ad sacrificia. Ædem eius exstitisse in campo Martio iuxta Virginem aquã, testatur Ouidi⁹ in Fastis his verbis:
Te quoque lux eadem Turni soror æde recepit
Hic, vbi virginea campus obitur aqua.

Iuuenalia, seu ludi Iuuenales à iuuentute vel à iuuenibus sunt dicti. Vt enim tyrocinij die pueros exsuebant, vt id dicam, sic barba rasa iuuentutem, quo pacto trãsibant ad viros. Institutos autem hos ludos per caussam positæ à Nerone primæ barbæ, notauit Xiphilinus. Ludebant hoc ludo turmæ puerorum primo ætatis flore & iuueniles generosi spiritu, vt equis instratis, composito agmine, in iustæ modum pugnæ cursitarent, speciemque prælij, modò in occursum eũdo, mo

do,modo à tergo & in gyrum occurſando præberent, & campeſtrem incurſionem facerent,ſpeciemque magnæ indolis præ ſe ferrent,*vt ſcribit Alex.ab Alex.* *Iunenis.* Varro Romanorum Doctiſſimus, cum hominum vitam in partes 4. diuideret, & pueros ſtatueret ad annum vſque 15. adoleſcentes ad annum 30.iuuenes ad 45. Seniores ad exitum vitæ, exiſtimauit dictos iuuenes, quòd Rempubl. domi & foris egregie iuuare poſſent. Sunt enim ἐργάτεων, βύλαι δὲ γερόντων,vt vetus habet dictum vnde apud Homerum Neſtor: ἐχλῆ, καὶ μύθοισι, τὸ καὶ γέρας ἐςὶ γερόντων.

K

KArthago. vide *Carthago*, & *Carchedon.*

L

* LAbratha vel *Lebrathan*, Aegyptiis, Afris,& Armenis (quos Hebræi & vicini Hebrœorum Phœnices literas ſuas docuerunt) eſt decliuis vel accliuis locus, ab eo quod deſcenditur in profundum dictus. Nam illis verbum *Labara* eſt deſcendere & inde *Lubar*, τόπος ἀποβατηριος; *Labra*,tota παροικία in decliuitate poſita & ſubiecta ſynagogæ ſuæ: *Labratha*, Synagoga: *Labrathenum*, οἱ πρὸς μίαν συναγωγὴν προςήκοντες? *Labarum* ſiue *Labôrum*,vexillum ſacrum ſiue principale, λάβηρες, foſſa, profunditas: & coniugata pleraque alia, quæ omnia κατὰ πρόθεσιν Literę L, ex Hebręo deriuata ſunt.Sed iſtam exterarum vocum συζυγίαν exponamus latius. A verbo igitur *Labara*. quod eſt deſcendere,dicitur mons Armeniæ λυβάρ, *Lubar*, de quo Epiphanius in Scythiſmo, ſub Panarij ſui principium, & Ioſephus lib. 1. Antiquit. cap. 4. Ex hoc nomine formatum eſt alterũ illud λαβρὰ, *Labra*, i.tota paræcia atque vicinitas, quæ vno quaſi colle aut cliuo diſterminata eſt, & ad conuentum Eccleſiæ vnius pertinet. *Quæcunque Eccleſiæ* (inquit Epiphanius contra Ariomanitas) *Alexandriæ ad Catholicam Eccleſiam pertinent, vni ſubſunt Archiepiſcopo: ſpeciatim verò presbyteri ſiue Seniores illis præfecti ſunt, propter neceſſitates Eccleſiaſticas habitatorum ſuam Eccleſiam accolentium, regionumque circumſtantium vel paraciarum, quæ voce Patria dicũtur* Labræ *ab iis qui Alexandriam colunt.* Ex his intelligitur, qui fuerit olim Eccleſiarũ ordo in amplioribus opidis: nã opida in *Labras* (paræcias hodie vocãt) fuiſſe diſtributa liquidò conſtat;ſingulis *Labris* ſuum preſbyterium,omnibus autem ſimul Archiepiſcopum & Antiſtitem præfuiſſe. Tum plerunque in ſummo Labræ iſtius editiſſimóque loco fuit *Labratha*,ſiue *Lebrathan*,de qua hîc agitur:id eſt,Synagoga, Eccleſia, locus cõuentui Eccleſiaſtico & ſcholaſtico dictus: Atque hunc in locum ſiue conuentum familiæ contributæ (πάροικοι,parochi vulgo) appellabantur Lebrathenún,id eſt,Lebratheni, qui corruptè (vt fit in migratione exterarum vocum & trãſplantationibus plurimùm à) Grœcis dicti ſunt Λιβερτῖνοι, de quibus Lucas, *Exorti ſunt autem quidam è ſynagoga, quæ dicitur Libertinorum tum Cyreneorum, tum Alexandrinorum, & eorum qui ſunt ex Cilicia & Aſia,altercantes cum Stephano*,&c. Act.6.9.Nõnulli *Synagogæ* nomine gymnaſium,Scholam,collegium; & *Libertinos* homines olim ſeruos, tandem libertate donatos,& liberalibus artibus operam dantes intelligunt.

Labeo. Labeones & Chilones ſunt dicti veteribus à labiis craſſis & prominulis, *iuxta Plinium, Feſtum, Cariſium.* Sic *Capitones* à capitibus:*Cilones*,quorum capita oblonga erant & compreſſa, *vt ait Cariſius*, vel quorum frons eminentior erat, ita vt dextra ſiniſtraque reciſa videatur,*vt cenſet Feſtus.* Et Tuditani erãt, qui caput habebãt ſimile malleo, quod *tudites* ſint mallei à *tundendo* dicti. A capillis appellati fuerunt *Cincinnati* & *Criſpi*,à fronte *Frontones*, à naſo *Naſones*,*Simi* & *Sili*, quorum poſtremi naſo erant ſurſum verſus repando, idque Sergiorum cognomen fuiſſe teſtatur Feſtus.

Ab oculis

Ab oculis *Strabones, Pati, Coclites, Lusci, Luscini, Rauilæ, Ocellæ, Cæci.* Anniorum cognomen fuit *Luscus*, Fabriciorũ *Luscinus*, Catli Longini *Rauilla* quòd oculis esset rauis. Appij Claudij Cæcus cùm plane captus esset luminibus. Ab eminentibus superciliis tulerunt nomen *Silones, Balbi & Blæsi*, quorum illud Ciliorum, hoc Semproniorum cognomen, à vitio linguæ. A flaccidis auribus Flacci, cùm homini tantum immobiles sint aures *iuxta Plinium*. Qui nati erant cum dentibus dicebantur *Dentati*. Sed à barba *Barbati, Horatii & Scipiones*, vt & Æmilii Barbulæ; Et Aenobarbus qui ænea erat barba: A colore. *Rutili, Eburni, Aquilini, Albi, Nigri, Rufi, Flaui*. Scęua porro & Scæuola & Lęuinus, nominati nónnulli, quod manu læua, quæ Græcis est *σκαιὴ*, vterētur pro dextra, atq; hæc Brutorum, Muciorum, & Valeriorum fuerunt cognomina, sicut Mēto Iuliorum, Dorso Fabiorum, Scapula Corneliorũ, Axilla & Ahala Seruiliorum. A crutibus verò prodierũt nomina *Vari, Vatia, & Atta*. Nam Varis crura erant incurua, suntq; contrarii valgis. At Vatiis flectebantur in partem exteriorem. Attæ autē propter vitium pedum aut crurum insistunt plantis, & attingere magis terram, quàm ambulare videntur. Primo nomine appellati *Licinij*, secundo *Seruilij*, tertio *Quinctius Poeta*. Plautus eisdem fuit qui planos habebat pedes, & nullam cauitatem in medio: *Pansa*, qui pedes latos & pansos: *Plancus*, qui planos: *Scaurus* qui talos pedum tumentes & porrectos. Hæc ex Sigonio. Labeonis nomē (*vt redeam, vnde digressus sum*) inditum sibi habuit magni nominis Iurisconsultus, cuius multa in Digestis mentio, quique ita annum diuiserat, vt Romæ sex menses ageret cum studiosis, sex iterum eodem anno menses abesset, quibus libris scribendis operã nauabat. Asscribit illi quidē Gellius singularem iuris scientiã, sed nimiam & vecordem in eo libertatē reprehēdit, vt qui D. Augusto iã Principe ratum nihilominus pensumq; nihil haberet, nisi quod iustum sanctũq; esse in Romanis antiquitatibus legisset. Meminit eius etiam Suetonius.

Labium, à lambendo nominatum rectè monuit Isidorus. Subiicit: *quod autem superius est, labium dicimus: quod inferius labrum*. Alii virorum labra, mulierum labia dicunt. Labrum cũ vas significat, inde appellationem arcessit, quòd solita sit in eo fieri lauatio. Virgil. Aeneid. 12. *Hoc fusum labris splendentibus amnem Infecit.*

Labrusca, ἄμπελος ἀγρία vitis syluestris dicta hoc nomine, quòd in labris, id est, extremitatibus agrorum nascatur, cuius flos dicitur *Oenanthe*.

Labyrinthus locus multarum viarum ambagibus inflexus, vnde *σκόλιον λαβύρινθον* dixit Callimachus in Delo, irremeabilem eius errorē Virgilius, nomen habet *παρὰ τὸ μὴ θύραν λαβεῖν*, *quod ianuã habeat nullã*. Hinc *λαβυρινθώδης ἐρώτησις*, id est, *tortuosa interrogatio* apud Græcos. Fuisse dicuntur talia opera quatuor. Vnus enim Labyrinthus in Aegypto fuit, ad cuius imitationem Dædalus alterum fecit in Creta, centesimam tantum eius partem imitatus. Tertius in Lemno. Quartus in Italia.

Lacedæmon. Vide *Sparta*.

Lacerna fimbriatum vestimēti genus, quo olim soli vtebantur milites, vt bene dicat Propertius, *Texitur hęc castris quarta lacerna tuis*, quæque tandem in vrbem irrupit Senatoribus & vulgo vsurpata, à lacerando dicitur arcessere nomen. Lacerum enim dicimus, quidquid corpore minutum est, & indui potest vtrinque.

Lacertus serpentis genus donatum, hoc nomine, quod habere videatur lacertos. Existimant non pauci esse lacertum vel potius lacertam genus illud serpentis, cui nomen est *σήψ*, cuius ictu membra tacta illico putrescunt. Vt meritò Nicander canat: *ὅκεν ἐκείνου Ανδράσι δῆγμα πέλει μεταμώνιον ἀλλὰ κα-*

κινδὺς. Chalcidica tamẽ omnium perniciosissima est.

Laches senex apud Terentiũ ἀπὸ τῆς λήξεως, id est *hereditate* nomen inuenit.

Lacryma. Huius vocis origo est Græca. Vocat enim ea lingua δάκρυον. De lacrymis soli homini inter animalia datis sciendum illud, quòd quo diutiùs premuntur, eo copiosiùs erumpunt, quasi per moram collectis viribus.

Lactea via in cœlo, appellata, quòd sit lacti similis candore, notatione sumta à comparatis. Sic Græcis Galaxia est ἀπὸ τοῦ γάλακτος. Per Geminos & Sagittarium incedit, *vt explicat Ptolemæus Dict. 8. cap. 2.* Candor eius nõnullis prouenire videtur ex nimia stellarum exiguarum multitudine, quæ in ipso continentur, & visum tamen nostrum effugiunt. Aliis placet esse partem firmamenti continuã & densiorem aliis cœli partibus, ita vt lumẽ solis recipere possit, quidquid fabulentur Poetæ de lacte Iunonis, & cõbustione, quam Sol effecit. Nec audiendus est Aristoteles, qui in aeris regione eum collocauit. A Manilio perquã bellè descriptus hic est *libro 1. Visus*, inquit, *incurrit in ipsos, Sponte sua, seque ipse docet, cogitque notari.* Vult idem sedem esse Heroum post vitã. Ouidius iter vocat, quo Superi accedebant ad Iouem, *Metamorphos.* Dextra læuaque dicit esse atria nobilium Deorum, quos Macrobius *Maiorum gentium Deos appellat.* Hi sunt *Iupiter, Mars, Mercurius, Neptunus, Vulcanus, Apollo, Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus.* Sunt qui etiam hanc esse viam volunt animarum migrantium in cœlum & orcum illum cœlestem penetrantium, *vt refert Ioannes Grammaticus ex Damascio.* Verba eius sunt φησὶ δὲ ἐκεῖνος ὁδὸν εἶναι ψυχῶν τὸ γάλα τὸν ἄδην τὸν ἐν οὐρανῷ διαπορευομένων. Atq; hic ille locus, vbi Cicero fingit Scipionem Aemilianum colloquentem cum Africano maiore, quòd (*vt ante dixi*) hanc sedem Heroibus destinatã crederent gentiles, soluto naturæ debito.

Lactes intestina, auctore Marcello, nomen habent ἀπὸ τοῦ γάλακτος, id est, lacte, *vt scribit Priscianus.* Huius singulare lactis, quo vocabulo Titinius, Pomponius, & multi alii sunt vsi. Plautus in Curcul. *Ita vacuitate cibi venio laxus lactibus.* Idem in Pseudolo dicit *fugitiuũ vinciendum agninis lactibus, quasi scapis vincula ceteris valentiora sint.* Plinius videtur lib. xi. tantùm hominibus tribuere lactes. At Spartanus *murenarum* quoque *lactes* nominat, Titinium etiam *agninas.* Quoad etymon, sunt qui à licio nomen deriuant, quòd alliciant cibum quod ipsum non ausim prorsus repudiare, etiamsi illud prius Priscianum propugnatorem habeat.

Lactuca herba refrigeratrix, & proinde somnum concilians, semineque epoto libidinum imaginationes in somno compescens, aluum tamen emolliens & stomacho grata *iuxta Dioscoridem*, Plinio & Varroni à lacte est nominata. Nam cum exierit in caulem, vim quandam nanciscitur succo aut lacti syluestris lactucæ persimilem: *vt tradit idem Dioscorides.* Eadem propter vim ψυκτικὴν καὶ ἐφεκτικὴν τῆς πρὸς τὰ ἀφροδίσια ὁρμῆς vt est apud Athenæum, à Pythagoricis appellata est εὔνουχος. Et Callimachus finxit admodum scitè, Venerẽ Adonin inter lactucas abscõdisse, significãs hac fabula, ὅτι ἀσθενεῖς εἰσὶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια οἱ συνεχῶς χρώμενοι θρίδαξι. Forsan idcirco Aristoxenus homo gulosus irrigauit suas lactucas mulso mane & vesperi, quas virides appellabat placẽtas natas è terra. Veteres eius esu claudere solebãt mẽsam, quòd vim quandã ipsi tribuerent ventrem cohibendi & roborandi, quales cibi reliquis præmittendi non sunt, ne descensum prohibeant aliorum ciborum. At Plutarchi tempore in primas illa mensas fuit inuecta. Vnde Martialis:

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Dic mihi cur nostras incipit illa dapes?

Galenus

Galenus equidem nõ agnoſcit in ea vllã aſtrictionem, neque laxationem, ſed facilè dicit euinci à natura, ac proinde primis menſis præcipit eam apponi, quæ cauſſa eſſe poteſt, quòd tandem admiſerint hãc περὶ τὰς θρίδακας διαλλαγὴν, καὶ τῆς τάξεως διαφοράν. Etymon noſtrũ video etiam confirmatum ab Iſidoro, cùm ita ſcribit: *Lactuca dicta eſt, quod abundãtia lactis exuberet, ſeu quia lacte nutrientes fœminas implet.* A ſtudio lactucæ *Lactucini* ſunt dicti Valerii. Quare qui Conſ. Anno 297. M. Valerius Max. dicitur, is Diodoro eſt Μάρκιος οὐαλέριος λακτούκας. Sic Iunii dicti Bubulci, *quod optimè vterentur bobus*: Cicerones, Lentuli, Fabii, à *ciceris, lentis, & fabæ ſatione*: Pilumnus, quod pilum inuenerit Piſtrinis. Eadem ratione forte Piſo Calpurniorũ cognomen, Stolo gentis Liciniæ, Fullo Apuſtiorum, Cornicen Oppiorum, dictuſq; Pictor Q. Fabius, quod primus Romæ Salutis ædem pinxiſſet, L. Aelius Stilo Præconinus, quòd præco fuiſſet, *teſte Plinio libr. 33. cap. 1.* Serranus Attilius, quod ipſum inueniſſent ſerentem, & à piſcium ſtudio Licinius Murena, & Sergius Orata.

Lactucina Dea veteribus erat, quæ præerat ſegetibus & lacteſcẽtibus frumẽtis.

Lacuna aquæ collectio à lacu deriuatur *ſecundum Feſtum*, quam alii *Lamam* appellant.

* *Ladanum.* Vide *Ledon.*

Lana veſtimenti militaris genus, quod aliis veſtimentis iniicitur, dicta videtur Varroni à lana. Ego autem non abſurdè deflecti poſſe putauerĩ à Greco χλαῖνα, prima litera detracta, quæ ſic ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν, id eſt, *calefaciendo*, quod efficit villorum craſſitie, eſt appellata *iuxta Heſychium*: Cui & Feſtus Grammaticus bonus aſtipulatur. Strabo vocem Gallicam eſſe docet *Geographiæ 4.* vbi eius de Galliæ populis verba: ἀφ' ἧς τοὺς δασεῖς σάγους ἐξυφαίνουσιν οὓς λαίνας καλοῦσιν. At Græcã eſſe veriſimilius eſt. Quid quod nec pauca à Græcis acceperit Galli? Sed de iis alio loco commodius. Meminit huius veſtis non ſolùm Virgilius, ſed etiam Lucilius, & apud Græcos Homerus *Il. 2. vt & lib. 10.* cum ait: ἀμφὶ δ' ἄρα χλαῖναν περονήσατο.

Latus. Hæc vox reſpondet Græcę λαῖτος, quæ Heſychio eſt ἀκήρατος, *incolumis, integer, & hilarus.* Quanquam Grammatici deflectant à latitudine mentis, quæ diffundi videtur, cum afficitur gaudio.

Laici, qui illis qui initiati ſunt ſacris literarumq; myſtis opponi ſolẽt, ἀπὸ τοῦ λαοῦ, id eſt, *populo* appellationem trahũt. His Martianus prohibuit publicè de fide catholica diſſerere. Secutus eum Alexander eius nominis quartus & Põtifex Romanus decretum fecit, in quo prohibebat omnino cum publicè tum priuatim verba facere de re tanti momenti, *capit. 2. de hæret. in ſexto.* Credo anſam præbuiſſe Conſtitutioni principis Pontificiſque decreto inſulſas & imperitas indoctorum quorundam de rebus arduis diſputationes, quibus tum tẽporis Chriſtianam fidem labefactarũt magis, quàm promouerunt.

Lallo, verbum vſurpatum à Perſio *Satyra 3.* natum videtur quibuſdam à Lallo Deo, qui balbis iſtis næniis præerat, quas pueris occinunt nutrices, eóſque viciſſim reddere cogunt. Nullam enim literam faciliùs ſonãt pueri, quam λ lambda. Vnde malim factitium eſſe nomen deriuatum à ſono vel nutricum vel matrum, vt pueris ſomnum inducant. Auſonius Epiſtola 17. de filio Probino: *Nutricis inter lemmata lallique ſomniferos modos.*

Lama, quæ nihil aliud eſt, quàm lacuna vel aquarum collectio, deflecti videtur à lacu. Non deſunt tamen qui definiunt χλιδὸν καὶ πηλώδη τόπον cœnoſum locum παρὰ τὸν λαιμὸν à gula tropicõs.

Lamiæ à laniando Iſidoro, ſed quàm inſulſe? Aliis ab Hebræo לילית, *Lilith*, qua voce noctua vel nycticorax, aut deniq; lamia ſignificari ſolet. Sed diuerſitas

vocalium & consonantium id negat, neque tale etymon ὀρθότητα habet in sese, quæ constet sibi, quamque aliquis affirmet de naturæ penu depromtam. Lamiarum genus apud Romanos traxerunt à Lamo, qui, *vt apud Homerum est in Odyssea*, regnauit Caietæ. Hinc Silius: *Et cognata Lamo Caieta.* Hinc & Aelius Lamia vel ipso Horatio auctore oriundus. *Æli*, inquit, *vetusto Nobilis a Lamo.*

Lampsacenus dictus Priapus, *vt Valerius Flaccus docet*, quod oriundus fuerit ex Lampsaco Mysiæ ciuitate ad Hellespóntum, quę olim *Pityusa* est nominata. Stephanus scribit ab Homero πιτύειαν vocatam, ab Epaphrodito λαομεδοντίαν. Concilium hic habitum tempore Valẽtis scribit Cedrenus: Sed is omnia eius acta rescidit, & Episcopos, qui eo cõuenerant, in exsilium egit.

Lamyrus, Ptolemæi cognomen à scommate ortum, vt solent nonnulla. Est autem λάμυρος is, qui nobis dicitur *facetus*. Ita dictus Antigonus δόσων, quòd promittendo quidem liberalis esset, sed parum præstaret, tantùm pollicitis diues: Et Scropha Tremellius à ioco, eo quod nullam esse dixisset in villa scropham, nisi illam quæ in centronibus iaceret, lectum digito extenso monstrans. Nominatus & Cornelius Asina, quòd, cùm empto fundo, vel (*vt aliis placet*) elocata filia sponsores ab eo solemniter postularentur, asinam produxerit pecunia onustam, certum videlicet pignus sponsorum loco.

Lana, à laniando *iuxta Grammaticos*, vt vellus à vellendo. Antequam enim inuenta esset tonsura, vellebantur ex ouib. lanæ. Lana succida quæ succisa ex oue nondum est lota, à sudore est appellata Varroni, qui *de re rustica lib. 2.* scribit hoc modo: *Tonsura tempus inter æquinoctium vernum & solstitium, cùm sudare inceperint oues, a quo sudore recens lana tonsa succida est appellata.* Apulam lanam laudatissimam esse indicat Plinius his verbis: *Lana autem laudatissima Apula, & quæ in Italia Græci pecoris vocatur, alibi Italica.* Rutilam fuisse lanam legimus in pecoribus Bethicis, id est, *Hispanis*, ex quibus texere solebant vestes nullo alio adhibito colore: Vnde Bethica lacerna apud Martialem: *Non est lana mihi mendax, nec mutor aleno: Sic placeant Tyriæ: me mea tinxit ouis.* Et ad finem libri XII. *Bethis oliuifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis vellere tingis aquis.* Idẽ alibi breuibus docet, quænam lanæ commẽdabiles potissimùm sint, quæ secũdum, quæ tertiu locum obtinent, hoc modo: *Velleribus primis Apulia, Parma secundis. Nobilis, Altinum tertia laudat ouis.* Virgilius Georg. 2. dicit *Aethiopum nemora molli canentia lana & Seres vellera foliis depectere.* Vbi Seruius. Apud Indos & Seres sunt quidã in arboribus vermes, qui *bombyces* appellabantur, & in morem araneatum tenuissima fila deducunt: Vnde est *sericum*. Nam lanam arboream accipere nõ possumus, quæ vbiq, procreatur. Etiamsi alii auctores ex arboribus, non ex vermib' lanas fieri prodiderint. A lana lanificium est dictum, quod apud veteres etiam principum vxores & filiæ tractabant. Lanugo tenuis pilorum eruptio est ad lanæ similitudinẽ, vt in adolescentum genis, & pomis, quæ dicuntur *Cydonia*. Hinc idem Virgilius in Bucolicis: *Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.* Ad finẽ addo, quod notatu est dignum ex Festo, laneas effigies Compitalibus noctu solitas in compita dari, quòd lares, quorum is dies erat festus, animæ putarentur esse hominum, redactæ in numerum Deorum post mortem.

Lanerum, vestimenti genus ex lana succida Festus.

Lancea, à Græca voce λόγχη vocabuli originem habet, *secundum Festum.*

Lanio vel Lanius, qui carnes in macello proponit vęnum, à pecoribus laniandis nomen inuenit.

Lanista, qui gladiatorum familias secum habere solebat, vt eos publica edenti

dentibus munera locaret, à laniandis viris, cum dimicarent inter ſeſe, habere videtur nomen. Committi enim ſolebant aliquot eorum paria, & in arenam ſpectante populo produci. Ludos eiuſcemodi edebant aliquando Magiſtratus cum certaminibus & fabulis, vt aliàs eſt dictum. Tandem à Theodorico Gothorum rege vniuerſus huius immanitatis vſus ſublatus fuit. Quanquam & ante eum Claudius princeps Roſc. ludos, quos ex arbitrariis fecerat ſtatos, iam ſemel ſuſtuliſſet.

Lanx, à latitudine.

Laodicea vrbs Aſię ad flumen Lycum, olim *teſte Plinio Dioſpolis* dicta, *deinde Rheas*, & nobilis Hierone ciue qui populo hæreditatem diuiſit ſupra duo talentorum millia, item Apollinari Epiſcopo, qui pleroſque biblicos libros reddidit carmine Græco heroico, à Laodice Priami filia appellationem trahit, *vt quidam volunt*. Vnde id habeant, adhuc dum ſatis explorare non potui. Cedrenus ſcribit conditam ab Antiochi patre Seleuco cum Apamęa, Edeſſa, Berrhœa, Seleucia. Si id verum, à Priami filia, quo pacto nominabitur? Niſi reſtauratam ab eo dixeris, inſtar Antiochiæ, cui antea nomen erat Antigoniæ, *vt idem prodit?* Sic Byzantij & multarum aliarum ciuitatum rudera mutata & innouata legimus, & quoniã alia planè facies ſic reddita fuit reſtauratione, non ſecus habitum fuit, quàm ſi ab ipſis reſtauratoribus eſſent conditæ. Eſt & Laodicea apud Plinium vrbs Meſopotamiæ, & apud Ptolomæum vrbs Cœlæſyriæ, quæ prius & λευκὴ ἀκτὴ eſt dicta, ſeu album littus, iuxta Stephanum, apud quem etiam audit *Ramitha*.

Lapathum, τὸ λάπαθον, deflectitur (*quantum liquet ex Dioſcoride & Suida*) παρὰ τὸ λαπάττειν ἢ λαπάσσειν, ὅτι μὲν ἑψηθὲν ἀπολλύνει καὶ μαλάσσει τὴν κοιλίαν, quod *decoctum emolliat aluum, ſicut & malua facit*, vt ſuo dicetur loco.

Lapis dictus nonnullis, quòd pedem lædat. Falſa notatio: nam vis & nomen non aptè rei conueniunt. Scaliger exercitatione 108. cenſet Doricam eſſe vocem, quippe deductam à λάας. Contra ſaxum vetuſtiſſimam Thuſcorum vocem: quod non niſi ſacrificiis adhiberetur, ſicut eadem origine *Sagmina, Saga* & *Sacer*. Monendi ſumus Romanos miliaria lapidibus diſtinxiſſe. Itaq; ad primũ lapidem tãtundem ipſis erat, atq; ad primũ miliare, *vt eſt apud Liuiũ*. A lapide fit lapidare, ſolẽne apud Iudæos ſupplicium in eos, qui conuitium protuliſſent in Deum. Eſt hac pęna affectus Stephanus protomartyr.

Lapitha λαπίθαι, iuxta Euſtathium Il. μ. Γένος ἡρωικὸν ἐν θεσσαλίᾳ κενταύροις πολέμιον, ἀπὸ τινος λαπίθου υἱοῦ ἀπόλλωνος, καὶ Στίλβης νύμφης, ἔχοντες τὴν τοῦ γένους ἀρχήν. Ἰστέον δὲ ὅτι, λαπίθης ἔοικε γίνεσθαι παρὰ τὸ λα ἐπιτατικὸν, καὶ τὸ ἐπιθον χρόνου δευτέρου ἀορίστου: ἅπαν γὰρ ὦ λαοὶ πείθονται, οὐκ ἐᾶ τὸ μέτρον οἷα συστέλλον τὴν τῆς λέξεως ἀρχοῦσαν. Vel potius, παρὰ τὸ τοὺς λαοὺς εἰς ὄπιν ἄγειν, quòd in curam adducant populos. Hi enim in Pirithoi nuptiis magnam excitauerunt pugnam, cum vim inferre pararent nouæ nuptæ & aliis matronis Venere ſimul & vino incaleſcentes: Ita vt magna vtrimque ederetur ſtrages. Multa de hac mutua Centaurorum & Lapitharum laniena Ouidius *Metamorph. 12.* Pindari *interpretes*, Heſiodi *Abſis*, & alij boni auctores. Plutarchus ſcribit in Theſei templo olim fuiſſe depictam Et Horat.

At ne quis modici tranſiliat munera Liberi,
Centaurea monet cũ Lapithis rixa ſuper mero
Debellata.

Laponia vel *Lappia*, à polo ſeptentrionali tantùm quinque gradibus diſtãns, quaſi inepta prouincia ſit nomen eſt conſecuta. Quippe cuius incolæ ſunt homines inepti *Lappen*. Deſcripſit hanc Damianus à *Goes*, meminitque multis in locis Olaus Magnus.

Lar. Lares dictos à Lara Nympha & Larium matre fabulantur Poetæ. Im-

prægnatam enim canunt à Mercurio, cũ duceret eã ad Inferos iussu Iouis, eo quod prodidisset Iunoni Iouem deperire Iuturnam, peperitq; ex duce Deo Lares, qui compita seruant, *vt 2. Fastor. canit Ouid.* At à vitio loquacitatis: postea dicta est *Lala.* Tandem & Muta ob linguam ipsi exscissam. Sũt qui etiam *Maniam* appellant, item *Larundam.* Atque huius sacrificia rectè feralibus iuncta inuenio, quòd ei cum mortuis commune sit silentium. Cumque ei sacrum fieret, persuasum erat compesci linguas inimicorũ, sicut hostes arceri putabant, cum hostiã offerrent Laribus, vt intelligere licet ex Festo, qui etiam scribit: *Compitalibus ipsis suspendi solitas effigies viriles & muliebres ex lana, imo tot pilas, quot erant seruorum capita, tot effigies, quot erant liberi, vt ita parcerent viuis, & essent iis simulachris contenti.* Macrobius scribit obseruatum aliquãdiu, vt his simul & Deæ Maniæ mactarẽtur pueri pro incolumitate familiarum, quod sacrificij genus pulso Tarquinio sustulit Brutus, constituens vt alij atque papaueris capitibus supplicaretur, quo ita satisfieret Apollinis responso de nomine capitum. Callo etiam iis litatum legimus, *vt alias est dictum.* Quòd verò domi coli cœperint, inde natum vult Seruius, quod apud antiquos mortui domi sepelirentur, quos itaque venerabantur, vt Deos domesticos. Hinc Lar familiaris *Apuleio authore,* qui posteriorum suorum curam sortitus, pacato & quieto numine domum possidet. Hic ab antiquis canis figura efformabatur, eiusque filium creditum est fuisse Seruium Tullum Romanorum regem, qui ideo primum ludos his instituerit, quibus postea, *(vt scribit Macrobius)* vndecimo Cal. Ianuarij feriæ sunt dedicatæ. Bello autem Antiochi vota est ædes ab Æmilio Regillo prætore in campo Martio, Laribus *(vt vocãt)* permarinis, quos ita nominauit, quod mari sibi adfuerant. Eidem, quòd omnia oculis suis tuta præstarent, etiam *Præstites* sunt dicti, & alio nomine Hostilij, quod crederentur hostes arcere. Festus præstitem ab antiquis dictum scribit significatione eadem, qua nũc *antistitem* dicimus. Alij idcirco præstites nominatos volunt, quòd non solum priuatarum ædium & compitorum, sed & vrbis custodiæ viderentur præesse. His legimus etiam Augusti genium adnumeratum, quem scribit Porphyrio libertinos eis sacerdotes attribuisse. Lactantius autem & Diomedes Grammatici Idæos Dactylos siue Curetes Lares fuisse putant, eosque tres numero. Ornari solebant coronis & floribus. Vnde in Augusto Suetonius: *Compitales Lares ornare in anno bis instituit vernis floribus & æstiuis.* Tibullus:

Rure puer verno primum de flore coronam
Fecit, & antiquis imposuit Laribus.

Iuuenalis:

O parui nostrique Lares, quos thure minuto,
Aut farre, aut tenui, soleo exornare corona.

Sed hæ coronæ euaserunt aliquando ad amplitudinem tantum, vt cum Donatiis, quibus donabantur in ludis certare possẽt, *teste Festo Pompeio.* Dicti sunt porro lares *Grundiles*, quos *Diomede Grammatico authore*, Romulus constituit in honorem Scrophæ, quę triginta porcos pepererat. *Grũdire* enim veteribus idem erat, quod nobis *grũnire.* De simulachris eorum, quos præstites vocamus, scribit Plutarchus, solitos eos vestiri pelle canina, assistẽre etiam ad latus cane, quòd rerum domesticarum custodiam & curam sibi commissam haberent & proinde canum instar esse deberent mansueti domesticis alienis terrori. A laribus denique dicitur *Lararium* locus domesticus & sacer, in quo Dij domestici coli & adorari solebant. Refert Lampridius Seuerum Imperatorem in larario suo inter alia habuisse effigies Abrahami & Christi, ad quas matutinis horis sacris operabatur.

Lardum vel *laridum* caro suilla, quasi largè aridum, Macrobio, Isidorus sic appellatum

pellatum existimat, quòd domi repositum conseruaretur. Veteres enim domos dicebant lares.

L. *rue* noxia: Inferorum vmbræ, Græcè *μορμωλύκεια*, à laribus, iuxta Grammaticos.

Lateranus Deus focorum creditus, noméque illud adeptus, vt *prodit Arnobius*, quod ex laterculis crudis, aut ex quacunque materia focos fabricarent apud antiquos.

Latinus *Λατεῖνος*. Nomen id Antichristi fore censet Irenæus, quod numerum 666. in se contineat, *vt Apoc.13. est proditum a Ioãne.* Atque idem efficiet, inquit, vt aut emere quisquam aut vendere non possit, nisi qui habeat aut characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius. Sciendum autem Græcos ex alphabeti literis numeros conficere suos. Quæcumque ergo vox numerum hunc literis suis includet, eadem continebit in se & numerum Antichristi. Quales autem sint istæ literæ, & quod inde resultet nomen, constare hactenus absolutè non potuit. Veteres multum sese in eo exercuerunt, & simul plerasque eorum diuinationes asscribam. Nomen ergo Antichristi iuxta Hippolytum est ΤΕΙΤΑΝ, id est, *gigas*, quod eius literæ numerum hunc reddant. Nam T denotat 300. E 5. I 10. T 300. A 1. N 50. quorũ omnium summa redit ad 666. Ticonius quidam aliud effinxit nomen, quod est ΛΑΜΠΕΤΙΣ *illustris*: nã & huius vocis literæ exprimunt hunc numerum, quippe Λ 30. A 1. M 40. Π 80. E 5. T 300. I 10. Σ 200. Primasio eiusdem nomen est ΑΝΤΕΜΟΣ, cuius elementa sunt A 1. N 50. T 300. E 5. M 40. O 70. Σ 200. Sed iuxta Aretham & Irenæum nomen eius ΛΑΤΕΙΝΟΣ, cuius literę itidem Bestię, numerum exprimunt, Siquidem Λ denotat 30. A 1. T 300. E 5 I 10. N 50. O 70. Σ 200. Atque ita iam habes, ex quibus literis originalibus nonnullis placeat compositum esse Antichristi vocabulum. Ego verò suspenso iudicio nihil hîc affirmo vel statuo, aliis cedens exactius de hac re iudicium.

Latium à Latino rege appellationem trahit secundum Varronem. Hinc *sermo latialis & latinus*, & *Iupiter latialis*, quod coleretur in Latio. Alij accepisse id nominare volunt quod Saturnus a Iano exceptus hospitio, cum regno pulsus Iouis itam fugeret, ibi latuerit. Astipulatur Virgilius 8. Aeneid. his verbis.

Is genus indocile & dispersum montibus altis
Composuit, legésque dedit, Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

Et Ouidius Fastor. 1. Dicta quoque est Latium terra, latente Deo. Quamquam Varro tributum velit hoc nomen, quod lateat inter precipitia Alpium & Apennini. At melior pars auctorum priorem arripit sententiam.

Latro Festo authore appellati solebat, qui militabat conductus, quasi *λατρεύων* seruiens. Est enim *λατρεία* seruitus. At nunc mutata significatione vocabuli, viarum obsessores appellantur *latrones*, quod à latere adoriantur, vel latenter insidientur, aut denique lateant, vt opprimant alios de improuiso. Prioris significationis vestigia supersunt apud bonos auctores. Dixit enim Plautinus miles: *Latrones, quos conduxi.* Et in Pœnulo *latrocinari* extulit pro *stipendio præsente militare*. In Trinummo *latrocinatum ire dixit* pro eo, quod Terentius *militum*. Tanta vis est vsus in mutanda vocabulorum significatione, quibusdã etiã obliterandis penitus & aliis substituendis. Nam, vt inquit Horatius:

Hunc penes arbitrium est & vis & norma loquendi.

Latus à latẽdo inclinari videtur, quòd sub axilla vel brachio lateat, præsertim in iacentibus.

Lauerniones dicti, à veteribus fures, quod essent sub tutela Deæ Lauernæ, quam precabantur, vt consilia sua in furando & mentiendo fortunaret. Ab eadem dicta est, & *porta Lauernalis*. Meminit eius Horatius Epistola ad Quintiũ, & Plautus in

tus in Aulul. *Ita me bene amet Laverna, te sā, nisi reddis m hi iubes vasa, pipulo hic differam ante ades.* Festus scribit: *Scluros fures in huius luco admodū obscuro furta prædasque ante s lucre*, i. dimidere. Nomen autem eam habere volunt à *latendo.*

Laurental. Festa, solita celebrari 10. Cal. Ianuarij, ab cca Laurentia inuento nomine, quam Romuli ferunt fuisse nutricem. Sacrum illi fieri solebat in Velabro, qua itur in viam nouam ad sepulchrum Accæ. Macrobius dicit eadē hæc esse cum Iouis feriis. *1. Saturnal. c. 10.* cū inquit: *Decimo Cal. Ianuarij feriæ sunt Iouis, quæ appel antur Laurentalia.* Et paulò post: *Solenne sacrificium eidem conſtitutum, quo Diis manibus eius per Flaminem sacrificaretur, Iouique feriæ sunt consecratæ, quia existimarūt antiqui animas à Ioue dari, & rursus post mortem reddi.* Quæ verò præcedunt in Macrobio, pertinent ad alteram Accam cognomento Tarutiam vel Taruntiam vulgare scortum, cuius feriæ mense Aprili celebrabantur litante Martis sacerdoti, estque institutū hoc illi sacrificium, quod, cum opulentissima esset, populum Romanum instituisset hæredem.

Laurentina via, quæ ducebat Laurentum, vbi ancillæ Augusti Cæsaris, quæ in agro Laurenti quinque pueros pepererat, monumentum eius principis iussu erectum fuit.

Laurus μαντικὸν φυτὸν Græcis, spectatissima arbor in monte Parnasso Plinio, & grata Apollini, secundum Isidorum à *laude* vocabulum est mutuata. Ea enim cum laude coronātur capita victorum. Quapropter apud Virgilium legas de victore: *Viridique aduelat tempora lauro.* Notumque est illud, Imperatores Romanos re bene gesta solitos fuisse mittere literas lauro reuinctas, victoriarum & lætitiæ nuncios, quæ erant & dicebātur laureatæ, *vt in epistolis ad Atticum habetur.* Hinc triumphis dicata, vel gratissima domibus ianitrix Cæsarum Pontificumque, sola & domos exornat, & ante limina excubat, *vt scribit Plin.* Et paulò post: *F. s imperatorum deco at.* Ex his in gremio Iouis optimi maximi deponitur, quoties lætitiam victoria noua attul t. Victores quoque in ythiis certaminibus peculiariter coronabantur lauro. Quin illud abunde constat, imperatorum capita passim laureata conspici in nummis, eosque triumphatores laureas sibi ex laureto decerpere solitos bo ni ominis gratia, & pangere confestim eodem loco alias, quodque dignum admiratione, sub obitum cuiusque imperatoris arborem ab ipso institutam clanguisse. Quid quod nouissimo Neronis anno, in quo Cæsarum progenies defecit, totum lauretum exaruerit, & eodem porteto aurica & ingens laurus, subitò fuerit collapsa in palatio cuiusdam ciuitatis, vnde Alexander Seuerus profecturus erat ad bellum quod parauerat cōtra Germanos. Propter antiquitatem nec illud omittendum, qui vicerant olim in Capitolinis agonibus, eos donari solitos corona & ramo lemniscaris, aut torque inuolutis. Nam qui secundi erant, eorum coronę & palmę sine lemniscis erant, iisque mos obtinuit Romæ à tempore Domitiani qui instituit tales agones, ad tempora vsque Censorini, vt ibi Poëtæ, Rhetores, aliique Profe ores artium ab Imperatore laurea insignirētur corona, & proinde *Laureati* dicerentur. Quinimo pro insigni poëticę facultatis est habita ipsisque vaticiniis dicata. Qua de causa *δαφνηφάγοι* dicuntur vates. Et Lycophron: *Δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα.* Tradidit etiam Serapio Ascalonita, lauro ad dormientium caput apposita vera videri somnia. Atque huc referēdum etymon Daphnes apud Eustathium, quam ille ferre vult nomen ab intensionis particula *δα*, & *φάναι*, quod dicere aliquid & affirmare significat.

Laus, quæ est *λόγος ἐμφανίζων τὴν ἀρετὴν*, *sermo illuſtrans virtutem*, videtur nōnulis deflecti ab antiquo verbo Aco-

lico

lico λάυω.cuius composita remanserunt adhuc ἀπολάυω, παραπολάυω, συναπολάυω, *fruor, obiter fructū capio,vna fruor.* Alij deducunt ἀπὸ τ̃ λαȣ̃, quòd laus sit populi consensus & prędicatio de alicuius virtute.

Lazarus, Dei adiutorium, siue Dei attium. Nomen viri, Luc.16.& Ioann.11. *Eleazar*, Hebr.

Lebes, λέβης, vas & receptaculum liquoris,*vt Pollux censet*,τῷ λαβεῖν,id est,*ansæ*, respondere videtur secundum veteres,vel potius ὅτι λάβεται ὕδωρ εἰς αὐτὸν. Gutturnio enim effunditur aqua in manus conuiuarum ad lauandum, inque lebetem siue malluuium decidit, quod læua manu tenet minister. Accipitur eo modo apud Homerum, cùm dicit ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος νίψασθαι. Nā Pollux affirmat *gutturnium*, quod Plinio est guttus, esse πρόχοον, Homero, quippe τὸ ὑδροφόρον ἀγγεῖον,ad lebetem, τὸ ὑποδεχόμενον ἀγγεῖον, vas illud, quod suscipit guttatim effusam in manus aquam,additque etiam λεβήτιον posse dici:vtrumque verò, quod effundit & recipit, χερνίβιον. Aqua ipsa, quæ ante cœnam vel prandium suppeditabatur ad abluendum manus, ὕδωρ κατὰ χειρὸς, vel κατὰ χειρῶν appellabatur, *teste Athenæo, libro 9.* At post cœnam vel prandium dicebant νίψασθαι,vel ἀπονίψασθαι, *teste apud eundem Aristophane Grammatico.* Quamquam Pollux, τὸ νίψασθαι, intelligat πρὸ τῆς τροφῆς,ἀπονίψασθαι δὲ μετὰ τὴν τροφήν.

Lectus & *Lectica* à legendis,id est colligendis stramentis & herbis, ex quibus fieri solebant, appellantur Perotto. De Lecto nolim ipsi litem mouere, de lectica omnino. Erat enim in ea Lectulus stratus,seu puluinar,cui incumbens homo locuples à sex seruis (ἑξαφόρον hinc vocant) aut octo (eam ὀκταφόρον nominabant) extra vel intra vrbem, hac illac ferebatur, qui quidem serui lecticarij propterea sunt dicti. A lecto itaq; nomen erit Lecticæ. Notandum autem magis ea gestari solitas matronas,quàm viros primarios, & aulæis circumseptam fuisse vt plurimùm, quibus inerāt fenestræ. Scribit quippe Plutarchus in Eumene, cùm in citatis lecticariis cursu esset delatus, submouisse illum ex vtraque lecticæ parte aulæum,& magna lætitia manum protendisse. Sunt tamen (*vt prosequar, quæ pertinent ad etymon*) qui ἀπὸ τ̃ λέκτρȣ, voce Græca lectum deducunt: Alij à pannis collectis ad cubandum. Varro, cuius vestigia premit Perottus, à colligendis stramentis. Porro à lectis sternendis dicta sunt lectisternia, sacra scilicet conuiuia ex victimis Deorum. Horum crebra apud Liuium mentio, *vt est lib. 9. Decad. 3.* fiebant illa Ioui, Iunoni & Mineruæ Romæ in Capitolio hoc modo. *Iouis simulachrum statuebatur in lecto recubans: Iunonis & Mineruæ imagines in sellis considebant. Deinde multa nocte epulis appositis introducebantur epulones sępiē, qui cibos sacratos comedebant, fierique solebant impendente aut premente aliquo malo periculi pleno.* Arnobius meminit Lectisternij Cereris. Habent enim Dij lectos,atque vt stratis incubare possint mollioribus puluinorū, *inquit*, tollitur & excitatur impressio. Hinc & huiusmodi epulæ appellantur puluinaria Deorū à Cicerone *4. Tuscul.* Seruius in Virgilium dicit fuisse lectos, qui sterni consueuerint in templis in honorem Deorum,dictaque *puluinaria*, quasi *pulminaria*, quod replerentur plumis. Ius & potestatem indicendi huiusmodi epulas Ioui & cæteris Diis habuerunt primum Triumuiri Epulones (*vt testis est Liuius 3. belli Macedonici.* His additi fuerunt postea duo: Tandem Circensium ludorum ambitione sunt redacti ad septem. Ab his autem epulis vsque adeo abhorruerunt Christiani, vt mortem oppetere, quàm illa sacra celebrare maluerint, sicut Marcelli Pontificis & aliorum testantur historiæ. Nec tantùm vno die, sed per triduum continuum ea nonnunquam habita, licet

intelligere ex his Liuij verbis: *Curatum lectisternium, & per triduum habitum Decemuiris sacrorum curantibus, & puluinaria in conspectu fuere Ioui & Iunoni: Alterum Neptuno & Mineruæ: tertium Marti & Veneri, quartũ Apollini & Dianæ, quintum Vulcano ac Vestæ, sextum Mercurio ac Cereri.* Sed primum Lectisternium factũ Romæ, testatur idem Liuius lib. ab V. C. 4. quando tribus, amplissimè cum apparatis & stratis lectis placauerunt Deos immortales. Obseruatum & illud ab antiquis, vt, quoties supplicationes aut lectisternia indicerentur, à iurgiis & litibus abstinerent, & vinctis vincula adimerent, atque ita solummodo rebus occupari diuinis & actionibus bonis, sacratiores redderent dies. Post lectisternia addo lectorum apud veteres quasdam species. Archaicos enim dicebant *humiles, paruos, inelegantes, non sumptuosos*, ab Archia artifice notatos, *vt Seneca*, Sothericos de artificis nomine rudes & impolitos. *Punicanos* lectos nominat Isidorus paruos & humiles, Carthagine primũ à Pœnis aduectos. Quoad materiam lecti citrei erant ex citro, eborei ex ebore, ærati ex ære, testudinei ex testudine. Græci *ἀνακλιντήρια*, vocant item *κλίνας, κλινίδια, κλιντῆρας, σιβάδας* & *σιβάδια*.

Lectorum citreorum meminit Persius Satyra 1. At illi erant discubitorij, non in quibus noctu somnum capiebant.

* *Ledon*, paruus frutex, Cisto assimilis, sed foliis longioribus, nigrioribus & tactu glutinosis, flores paruos albicantes habet, exiguis rosis persimiles. Contrahunt folia pingue quoddam resinosum & odoratum, quod collectum teritur, colatur, & in massas formatum in medicinæ vsus reconditur. *λῆδον* & *λά-δον* ipse frutex dicitur, & cisti species est. Pingue verò quod ex foliis colligitur, *λάδανον*, & *λήδανον*. Maxime probatur Dioscoridi odoratum, *ὑπόχλωρον*, sique sub viride, facile mollescens pingue, non arenosum, nec cito fragile, sed resinosum. Ladani vis varia vt medici testãtur. Huius mentio occurrit Genes. 37. 25. ex Arabia felice à Medanæis seu Ismaeliritis in Ægyptum deportati. Quod Hebræi לט Lot, paraphrastes Chaldæus *Letum* (id est, *Ledon*) Arabes *Laten*, vel *Laden* nominant.

Legatum, quod Iustiniano: Donatio quædam est à defuncto relicta, sed ab hærede præstanda, à lege dici vult Vlpianus *in fragmentis*, quod modo legis imperatiuè relinquatur. Alii à legendo deducunt, quòd de *leg. 1. l. 116.* delibatio dicatur. Quæ autem delibantur & decerpuntur, ea leguntur. Sed præstat prius etymon amplecti, quãdo eruditiores etiam ipsum legandi verbum à lege deriuant, vt legare nihil sit aliud, quam statuere, decernere, disponere de legatis aut donationibus in testamento. Itaque valde bene in 12. tab. *Pater familias vti legasset super pecunia tutelàue suæ rei, ita ius esto.*

Legio à legendo, eo quòd milites legãtur in delectu, inquit Varro *quarto de lingua Latina*. Vox enim planè Romana, cui respondentem vocem Græci non habent. Ideo Plutarchus: *ἐκλήθη λεγεὼν τῷ λογάδας ἅπαι τοὺς μαχίμους. vocata est legio, quod lecti essent ex omnibus militares.* Gaza quidem in Catone Maiore transtulit *τάγμα*, verum impropriè, cum Græci eo vocabulo ordinem significent. Sciendum autem legiones olim nomina fuisse sortitas à numero, sicut & milites, qui sunt dicti ab illis *Primani, Secundani, Quintani, Decimani, Vigesimani.* Nonnunquam ab armis. Sũt náq; dictæ *Pilatæ*, & *milites Pilati*, à pilis, *peltati* a peltis, *Scutati* à scutis, *funditores* à fundis, *Tragularii* à tragulis, *Sagittarij* à sagittis, *Cataphracti* à cataphractis. Legimus & illis inditum nomen ab aliquo euentu, sicut in Gallia dictam legionem *Alaudam* constat à nominis istius aue, quoniam huius legionis milites galeas cristatas gererent. Huius & Cicero ad Attic. meminit. *Fulminatricem legionem* legimus apud Dionem in M. Antonino & alibi

& alibi. Quantum ad numerum, non is ſemper vnus & idem fuit. Regnante Romulo conflatam quidam volunt ex peditum millibus tribus,equitibus verò trecentis. Carolus Sigonius & hunc ſecutus Onuphrius Panuinius poſt Sabinos victos, & in vrbē receptos, auctam eam produnt ad millia quatuor,vnde & dicta fuit *Quadrata*. Liuius ſcribit *libro 6.* Anno ab V.C. 376. ſcriptas fuiſſe quatuor legiones milliū quaternûm,& *lib.7.* in maxima Senatus anxietate auctum earum numerum ſupra quatuor millia peditum vſque ad ducentos, equites tantùm fuiſſe trecentos, *& lib. 8. ſingulis 4.* legionibus quina peditum millia aſſignat. Polybus *libro 6.* ſuo tempore eas cōſcriptas tradit ex quinis peditum millibus,& equitibus trecentis. Feſtus teſtatur C. Marium primū omnium ſex millia in eam aſſumpſiſſe, quem quoq; numerum tempore ſuo vnicuique legioni tribuit Vegetius, additis equitibus ſeptingentis & triginta duobus. Vt facilè quiuis conijcere hinc poſſit,incertū aut rectè non ſemper eundem numerū militum, cuique legioni tributum fuiſſe a veteribus. Dux legionis primipilus dictus,de quo ſuo loco.

Legitima,in iure eſt portio hæreditatis iure naturali liberis debita,nomen adepta ſuum, quòd ſecundum naturæ leges relinquatur. Iure Codicis olim pars bonorum 4. in legitimam eſt computata, deducto ære alieno & funeris impenſa, *l.Papinia ff. de inoff.teſtam.l.cum quaeritur. C.eodem.* Hodie antè, cùm quatuor ſunt filij,aut pauciores, Tertia pars eſt: cùm plures,dimidia, facta inter eos, qui ſunt capaces,ex æquo diuiſione, *auth. nouiſſima.C.de inoff.teſt.*

Legumen cuius ſemen non erumpit in ſpicam,ſed continetur in ſiliquis, & ex quo panis non fit, cuiuſmodi ſunt *fabæ, piſa phaſeli,ochri,lathyri,ciceres, lentes,& eruum*. Varroni à *legēdo* vidētur dicta quod vellātur à terra, non vt fruges ſecentur. Planè hic nobiſcū facit Seruius Grāmaticus ſummus *Georgic.1.* cum dicit, quod manu legatur, dictum *legumen*. Hebræi vocant זרעונים à זרע *ſeminauit*.

Leimera dicta olim Epidaurus, ὡς λειμῶνας ἔχουσα, quòd habeat prata, *teſte Euſtathio Il.2.*

Leipothymia, quæ animi defectio eſt abſq; ſudore tamen,frigeſcētibus tātùm extremis corporis partibus, vnà cū præcipiti virium lapſu, facultate vitali non omnino diſſoluta. ἀπὸ τοῦ τὸν θυμὸν λείπειν inuenit nomen.

Lelegia, vetuſtiſſimum eſt nomen Laconiæ, nomēnque hoc inditum ei ſcribunt auctores à *Lelege* indigena, qui princeps ibi imperauit. Ita enim Pauſanias Meſſenicorum initio: ἀποθανόντος Λέλεγος, ὃς ἐβασίλευσεν ἐν τῇ Λακωνικῇ, τότε δὲ ἀπ' ἐκείνου Λελεγία καλουμένῃ, Μύλης πρεσβύτερος ὢν τῶν παίδων ἔσχε τὴν ἀρχήν.

Lemanus lacus, Melæ & Plinio, Ptolomæo λιμένη, ex quo locum Strabonis *lib.4.* emendo καὶ ἡ λεμέννη λίμνη prius enim ibi,καὶ ἡ πελαμένα λίμνη) nominatus videtur Alberto ab Alemannis, quaſi *Lemannus*,quòd hi prope ipſum habitauerint. Pertinet is locus ad Allobroges Galliæ Narbonenſis populos, qui nunc *Sabaudienſes* dicuntur, inque eum Rhodanus ingreditur,& rurſus egreditur, *teſte Cæſare belli Gallici, lib.1. & Plutarcho in vita Annibalis*. Ammianus 15. fatetur etiā Rhodanum ſeſe ingurgitare paludi nomine Lemano, ſed intermeantem nunquam ſe aquis externis permiſcere Nūc audit hic lacus *Lauſonius*, vt in Antonini Hodæporico, vel potius Loſanenſis & Genuenſis, ab adiacentibus *Lauſanna & Genua*, aut *Gebennæ lacus*, à ciuitate *Gebenna*.

Lemniſci,id eſt, *faſciolæ*, inquit Feſtus, dependentes ex coronis,propterea dicūtur,quòd antiquiſſimum fuit genus coronarum lanearum. Hæc ille.

Lemonia tribus à Pago Lemonio appellata eſt, qui eſt à porta Capena, via Latina, *vt eſt apud Feſtum*. Meminit eius

Cicero, *Philip. 9. & in orat. pro Planc.*

Lemuria sacrificia à Romanis Diis Inferis instituta qua Remuria appellata voluit Porphyrio, cùm ad placandos inprimis Remi manes sint inducta. Scripsit idem consueuisse ea celebrari per triduum ante additum anno mensem Februarium. Lemures autem vagari, & vmbras esse hominum ante diem mortuorum, dictosque eosdem quasi Remures à Remo, cuius occisi manes Romulus frater placare volebat. Quidam nominant ea Lemuralia, iamque noctu iactabant fabam, lemures ea ratione extra ianuam domo se eiicere existimantes. Hinc Festus: *Fabam nec tangere nec nominare flamini Diali licet, quod ea putatur ad Inferos pertinere. Nam & lemuralibus iacitur laruis, & parentalibus sacrificiis adhibetur.*

Leno, conciliator stupri, *inquit Isidorus*, eo quòd mentes miserorum deliniédo seducat. Festus etiam inde trahit appellationem, quòd alliciant adolescentes. Talem se describit Sannio *Adelph. Act. 2. scen. 1. Leno sum, fateor, communis adolescentum pernities.*

Lens Isidoro vocata, quòd sit humida & lenta, Græce φακὸς ἢ φακή. Nascitur tennibus cauliculis, & foliis angustis vni pediculo adnascentibus quam plurimis, Aracho aut viciæ simtlibus, sed longè minoribus. Fert etiam flores exiguos, & solum amat tenue, siccumque cœlum. Si in cibum sumatur perturbat mentem. Sed nec in aluum secedit, nec ipsam sistit. Iis duntaxat, *authore Galeno*, vtiliter in cibo præbetur, quibus aquea in carne hæret καχεξία. Si frequéter sumatur, stomachum non solùm cum intestinis inflat, vt idem cum Dioscoride affirmat, sed etiam aciem oculorum obtundit.

Lenæus nominatus Bacchus, ἀπὸ τῦ ληνῦ, id est, *torculari*, quo vinũ exprimitur. Vnde ληνοβάτης *vuarum calcator.* Et λήναιον, Festum Bacchi, quod quia mense Ianuario agebatur, dictus fuit & hic ληναιών.

Lentiscus arbor, cuius cuspis est lentus & mollis. *Isidorus.*

Leo. Inditum huic nomen Etymologici volunt, παρὰ τὸ λάειν ὃ ἐστι θεωρεῖν, quod est *videre*. Sanè somni parcissimi esse dicitur hoc animal, & oculos habere inter dormiendum quodammodo patefactos. Vnde multi insomnes crediderũt leones, *vt Manethon Ægyptius, in iis quæ scripsit ad Herodotum tr. an.* Atqui falluntur omnes, cùm leo palpebras habens perexiguas, quæ oculum penitus obtegere non possunt, etiamsi dormiat, splendoré tamen oculorum intuentibus offerat, qui plurimus emicat ab eius pupilla. Et credimus Aristoteli, esse impossibile vllum animal somni expers perpetua vti vigilia. Est etiam leo terrifico aspectu, vsque adeo vt licet nihil moliatur hostile aut ferum, intuentes tamen terreat oculorum vi & maiestate. Sed enim sunt, qui etymon prius reiiciunt, quòd haud se legisse meminerint, τὸν λέοντα βλέπειν λυγκὸς κὴν ἀλλὰ ῥινηλατῆσαι δεινὸν ἄγαν cernere acutissimè, sed odorari sagacissime, *vt scribit Ælianus lib. 17. cap. 26.* Atqui ab illa oculorum inter dormiendum apertorum persuasione oriri potuit talis nomenclatura. Retinebo eam itaque, donec meliora edoctus fuero.

* Leo, Hebr. à prædando, occidendo, & disperdédo nomé ארי *Ari* habet ab ארה *Ara*, i. auulsit, discerpsit, abstulit prædã אריה *Arié*. leo qui sẽper oculis intentus. est ad prædã. Nomen compositũ ex ארי *Ari* leo, & ראה *Raa* vidit; atque per crasin contrahuntur literæ eadẽ breuitatis gratia fortis & vegetior leo nõnullis dicitur אריאל *Ariel*, leo potens: & hoc nomen figurate tribuitur hominum potentia prævalẽti, item ciuitati & altari in tẽplo Ierusalem. Ab ארה *Ara* fit Græcis αἴρειν, aufero, destruo, interficio: item αἴρω tollo: item ἄρης Mars, bellum, homines per cædem discerpens & de medio tollens.

Leodium. De nomenclatura huius vrbis credi

eruditorum coniecturas adſcribam, in primis Huberti Thomę Leodiēſis.cuius hæc ſunt verba. *Dicitur igitur,quod eſt, Leodiū oppidū a Gallis Legiā a legione,ibi caſ. & hybernāte ab initio appellatū fuiſſe,à Germanis vero nō valentib Romanā ſiueGallicā exprimere vocē, in* Lugich,*deinde* Ludich *id nominis detortum. Dictiones autē huiuſmodi incipientes à* Lud, *quando Latinas facimus in* Leo *conuertimus,vt* Ludger. *Leodegari*⁹,Ludpolt,*Leopoldus.Hinc* Ludich, *Leodium appellatum,non video cur reformidem aſſerere. Qui vero appellationes, deriuāt ex Homero à Leode Ithacenſi procorum Penelopes vno, in eos ἄσπετον γέλωτα mouendum reor ex eodem Poeta,vt deſinant delirare.*Quid hæc ſola? Audiamus & Lipſium in poliorceticis. Totus enim in eo eſt, vt *Leodicum* dicendum ſit,non *Leodium* : id quod alludere videtur ad *Ludich.* Negat aliter appellatam vrbem ante annos tre centos. Ita ſcriptum in Sigeberti Gemblacenſis manuſcriptis chronicis, & proinde Leodicēſes audire ciues, neque aliud præ ſe ferre plumbeam tabulam, non ita pridem erutam,in qua hæc: *Nitthardus Leodicēſis Epiſcopus*, qui fuit *Anno MXLII.* Addit & aliam vetuſtiorē, cum iſta ex Caroli Magni vita: *Celebrauit Paſcha in Leodico, vico publico.* Compoſitam deniq; affirmat vocem ex *Leode-dijck*,vnde compendio *Leodeayck*,& magis vulgate *Luydk*, quod ſignificat populi aggerem aut limitem. Vrbs autē ea inferioris Germaniç eſt maxima propemodum,valde amœna, ſuóque ambitu altiſſimos montes vitibus conſitos amplectēs,adde latiſſimam in valle planiciem, trium fluminum confluxum in Moſam,ædificia magnifica templorum ſtructuras admodum ſuperbas, vndique agrum omnium rerum vbertate pręſtātem,adiacentem etiam Arduennam ſyluam, ex qua præter feras ligna quoque immenſæ (*quod ait Strabo*) longitudinis comportantur. Nobilis & ampla ciuitas, olim celebris academia tam inſigni, vt aliquando ſimul ibi literis operam dederint octo Regum diuerſorum filij.

Leouardia, Friſiæ Occidentalis vrbs primaria, ſolum mihi natale, quibuſdā nomen habere videtur à proprio viri nomine,quod eſt Leo, qui hic fundum habuerit ſuū,aut potius ædes ſuas, prope editiorem terræ locum, qui lingua noſtra dicitur *een vlier*. Alijs à portu admodum grato,nobis *een lieue vheer.* Alluebatur enim hic locus ante aliquot annorum centurias mari, inque eo portu ſatis erat proſpectum nautis à ponti ferocia. Vt minimè dici hîc poſſit,quod Philoctetes apud Sophoclem de Lemno, eſſe videlicet eam, οὐκ εὔορμον, οὔτ' οἰκουμένην. Et paulo poſt ad Neoptolemum.

ταύτῃ πελάζει ναυβάτης οὐδεὶς ἑκών.
οὐ γάρ τις ὅρμος ἐστίν, οὐδ' ὅποι πλέων
Ἐξεμπολήσει κέρδος, ἢ ξενώσεται.
Οὐκ ἐνθάδ' οἱ πλοῖ τοῖσι σώφροσι βροτῶν.
Ταχ' οὖν τις ἄκων ἔσχε.

Amœno & plano loco, & velut in meditullio Friſiæ eſt ſita.Campi circumiacent commendabiles earum rerum vbertate, quæ vitæ ſunt neceſſariæ Magna enim illic lactis, butyri, caſei, & auium diuerſarum copia.Ouiū,vitulorū, boum, vaccarum & porcorum abundātia non ſolùm exteris, verùm etiam indigenis eſt admirabilis Non parua quoque hic cuniculorum & leporum abundantia. Horti arborum fructus longè præſtantiores exoticis.Maximus ibidem tritici,ſiliginis,auenæ, hordei, & leguminum prouentus. Quinimo multi & varij generis piſces, cùm ex lacubus dulci aqua plenis, tum ex pelago huc importantur. Vndique hortos videas viſu delectabiles, at ſenticoſa,aſpera, liginoſa loca nulla. Plateæ ſunt amplæ; magnifica ſatis ædificia. Saluberrimus aër.Quo fit, vt rarò hîc graſſetur peſtis ex aëris corruptione initium trahens,at multo magis ex aliquo contagio, eaque haud ita exitialis atque alijs plerîſque in locis.Ciuium humanitas ea,vt in me-

dia Hellade natos & educatos credas, non arctois pruinis & frigori adeo vicinos. Nec mirũ Scytha erat Anacharsis, at studiis humanitatis imbutus. Erat & Epictetus Phryx, Carthaginensis Clitomachus, Cyrenaicus Aristippus, Democritus Abderita. Neque enim homines tãtum emollit cœli clemẽtia (etiam si non parum illa valeat) sed etiam studia, mores, commercia, quæ huic genti nostrę iamdudum vltro citroque agitata fuerunt cum aliis nationibus.

Lepidus. Lepidum deflectere videtur Donatus παρὰ τὴν λεπίδα à lamina polita, vnde detractus est omnis cortex & scabrities, asperitásue.

Lepus Græce λαγὼς, non δασύπους, *vt ex Plinio constat*, qui Dasipodem à lepore distinguit, *lib. 10. cap. 63.* animal formidolosum natura & vigilantissimum, quippe quod Xenophon scribit *clausis palbebris vigilare, adapertis dormire*, ἀπὸ τοῦ λάαν, quod est *aspicere*, dicitur nonnullis. Ego non absurdum crediderim, vt quasi *leuipes* dictus sit *lepus*, quantumuis in eo Quintilianus reprehendat Varronem, qui id se dixerat audiuisse à præceptore suo.

Lessus. In 12. tab. sic legas: *Neue lessum funeris ergo habento.* Quid hic esset lessus, non satis intellexit Atilius, cùm suspicaretur funeris vestimenti genus fuisse. Sextus autem Ælius *lessum*, quasi *lugubrẽ eiulationem* dici voluit, vt vox ipsa significat: Eamque Ælij sententiam probare se veram iudicare profitetur Cicero *2. de legibus.*

Lestrigones, quorum sedes antiqui existimarunt fuisse prope Caietam, quæ nunc Phormiæ oppidum est in Italia, *teste Plinio*, ἀπὸ τῆς λῃστρείας, id est, *latrocinio*, sortiti sunt nomen. Eorum rex fuit Antiphates, & vesci solebant carnibus humanis. Vnde littus cruenti Antiphatæ dixit Papinius *Syluar 1.* Etiamsi Thucydides *6. Historiarum*, vbi de Sicilia loquitur, *Lestrigones fabulosos* arbitretur.

Lethargus seu veternus, quẽ inertem seu otiosam obliuionem interpretari possis, si quidem nomen resoluas, à symptomate nomen inuenit, quòd qui eo laborant, iis marcor & inexpugnabilis dormiendi cupiditas, tantaque rerum obliuio contingat, vt matulam postulantes obliuiscantur meiere, & confestim in soporem relabantur, pituitosa materia in cerebri ventriculis, vel in ambiẽtibus membranis, aut denique in cerebro ipso putrescente, atque inde etiam generata febri. Etenim λήθη *obliuio* est, ἀργὸς *otiosus.*

Lethe, fluuius Aphricæ apud Strabonem, Lucanum, Plinium, item alter Inferni apud Poëtas, etiam ab *obliuione*, quæ mortem sequitur, & Græcis est λήθη, nomen arcessit. Semel hic monẽdi sumus, flumina illa, quæ finxerunt apud Inferos Poëtæ, Mythicos constituere in nobis. Siquidem Lethen nihil esse volunt præter errorem animę obliuiscentis maiestatem vitæ prioris, qua fruebatur, antequam demitteretur in corpus. Similiter per Phlegetontem intelligunt irarum cupiditatúmque ardores: per Acherontem, quidquid fecisse aut dixisse, vsque ad tristitiam, humanę varietatis more pœniteat: per Cocytum, quidquid homines in luctum & lacrymas compellit: Per Stygem, quidquid humanos animos in gurgitem odiorum demergit. *Author Macrobius.*

Lethum, bona pars eruditorum ab eadem origine Græca deducit, à qua deducuntur Lethargus & Lethe, ab obliuione videlicet, *vt est apud Verrium.* Alij trahunt à verbo antiquo Leo, id est, *deleo*, quòd mors omnia antiquet & deleat. Nonnulli per antiphrasin, quasi *minimè latum* dictũ estiximant, sicut lucus, quòd *minimelucear*. Parcæ, quod *nemini parcat*, sunt dictæ. Et Acacius, qui h[illegible] quam est simplex, & purus. In q[illegible] natiua nomina vim suam a[illegible]. Postremum tamen ho[illegible], sed carbone notandum iudico, cùm hic diphthon

diphthongus, illic appareat vocalis simplex. Atqui primam sententiam approbat etiam Festus Grammaticus bonus, cui (*quantum in me est*) astipulari non vereor.

Leuana credita Dea, quæ de terra leuat infantes.

Leucas, Epiri promontorium Ptolemæo, oppidum Melæ & Eustathio, qui & νήριτον appellat, Acarnaniç oppidum Stephano, Leucadia & pariter peninsula Plinio, contra sinum Ambracium sita, & accolarum opera à continente abscissa, nomen tulit à Leucade albicante petra, de qua Sappho sese dedit præcipitem, stimulante ipsam cupidine, sicut cecinit Menander; non à Leucadio Icari filio, *vt quidam fingunt*. Iuxta hunc locum, Actiaco bello, victus fuit cum Cleopatra Antonius prælio nauali ab Augusto, qui postea illic Apollini Leucadio nobile templum erexit. Longo post tempore mos ibi obtinuit, vt in Apollinis sacrificio sontem aliquem è specula deiicerent, auertendæ iræ numinis diuini gratia, sed additis pennis: at cadentem multis nauiculis conabantur excipere, vt ita seruatum & incolumen extra fines patrios amandarent.

Leucothea λευκὴ θεὰ, id est, *alba Dea*, si exprimas Latinè, quod cùm se cursu proriperet per campum albicantem, amentia & furore affecta cum filio *Melicerta*, qui deinde mutato nomine dictus *Palæmon*, in mare sese deiecerit. Exstat in eam Orphei hymnus, & aliàs audit cùm Matuta, tum Ino. Vtrumque nomen cõiunxit Homerus, Odyss. ε. his verbis: Τὸν δ' ἴδεν Κάδμου θυγάτηρ καλλίσφυρος Ἰνὼ Λευκοθέη.

Leui tertius filius patriarchæ Iacobi nomen habet a לוה adiunxit, eo quod Iacob adiunctus fuerit vxori Leæ, & ex illa coniunctione filius sit natus.

Leuitæ. Magnus & eruditus scriptor Plutarchus, at in hoc nomine quam turpiter lapsus, cùm Græcum etymum nomini affingens, à Lysio & Euio Bacchi nominibus deducit. Addit Hebræos in primis veneratos hunc Deum, inq; eius honorem abstinuisse à carne suilla, cuius & sacerdotes fuerunt Leuitæ. Falsa omnia. Docet enim Scriptura sacra à tribu *Leui* dictos *Leuitas*. Nõ possum non hic etiam ridere Porphyrium, quòd a porcina carne abstinere scripserit Hebræos, quod id animal in eorum regione non reperiatur. Sic enim se habent eius verba: φοίνικες, καὶ Ἰουδαῖοι, τῶν χοίρων ἀπέσχοντο, ὅτι οὐδὲ ὅλως ἐν τόποις ἐκείνοις εὑρίσκοντο.

* *Leuis*, intelligentia carens, ἄβαρης, à verbo אבר *Abar*, volauit, elatus est in altum. Nã leui ingenio præditi nescio quid magnum & altum spirant, quasi supra nubes elati, vnde cæteros homines despiciunt neç propterea cessant sibi plausus facere, ac si essent omnium mortalium grauissimi & validissimi. Nã etiam ab eadem radice אבר *Abar*, βάρυς grauis, fortis originem ducere videtur.

* *Leuis*, expeditus, celer, cui grauis corpore opponitur; קל *Kal*, à verbo קלל *Kalal*, leuis fuit. Hinc κέλλω celero, ὀκέλλω Leuiter curro. & Lat. celer, celero, accelero, celeres equi.

Lex, quæ, *auctore Cicerone 1. de legibus*, summa ratio est insita naturæ, iubens ea quæ facienda sunt, & prohibens contraria: Iuxta Papinianum commune præceptum, *iuxta Demosthenem*: εὕρημα καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ φρονίμων ἀνθρώπων. Stoico vero Chrysippo: πάντων βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ ἄρχων, καὶ ἡγέμων, καὶ κάνων δικαίων, καὶ ἀδίκων. Aristoteli: ὁμολόγημα πόλεως κοινὸν διὰ γραμμάτων προστάττων πῶς χρὴ πράττειν ἕκαστα. In Rhetor. ad Alexand. Platon. ἀγαθὸν μέγιστον ἐν τῇ πόλει. Pindaro Poetæ: πάντων βασιλεὺς, vt testatur Herodotus *3. rerum Græcar.* à legendo deriuatur Ciceroni, vt & Varroni, quòd ex pluribus statuendis sit lecta, vnaque & sola obseruetur. Solita est etiam publicè legi, vt omnibus foret nota, & ita seruari possit ab omni-

bus. At

bus. Atque ita omnium oculis expositas fuisse duodecim tabul. leges vel potius Decemuirales (*vt quidam nominant*) ex veterum scriptis accepimus, easque æri incisas ad Atheniensium exemplum, qui itidem Solonis leges tabulis æneis, quas ἄξονας vocabant, *Demosthene & Plutarcho testibus*, inductas habuerunt. Sunt tamen alij, qui à ligando, sed infelicius, deriuant, & eo spectare videtur Ouidius his verbis: *Nec verba minantia fixo Aere ligabantur.*: Nisi forte, *Legebantur*, substituendum existimes. Leges enim publicè legi consueuerant. Ego autem video id multis hactenus placuisse.

* *Legem* Hebræi vocant תורה *Thora*, q. d. Doctrinam atque institutionem, aptissimo sanè vocabulo. Siquidem lex est viuendi ratio præceptis tradita, quibus iubentur ea quæ facienda sunt, prohibentúrque contraria: quæ profectò minus plenè aut Græcorum νόμος, aut Latinorum Lex, significant. Nam νόμος, vocabulum dictum à distribuendo cuique quod suum est, & lex a delectu, solum naturâ omnibus insitam æquitatis rationem, quæ scriptis legibus adiuuatur, complecti videntur. at Hebræorum *Thora*, in genere, & quatenus etiam totam Dei præcipientis doctrinam in lege & Euangelio comprehensam amplectitur, Mosis & Christi institutionibus plenius respondet. Descendit à verbo ירה *Iara*. i. docuit. Nam si speciatim legis nomen consideres, docet in Dei verbo scripto viam salutis per Christum, & vitæ præsentis rectam rationem in decalogi præceptis breuiter inclusam.

Libamina à Libero vult dicta Ouidius *Fastor.3.* cùm inquit: *Nomine ab authoris ducunt libamina nomen.* A Libero autem *festa Liberalia* dicta, quòd per totum oppidum eo die sacerdotes Liberi, hoc est, Bacchi, sederent hedera coronati libis etiam & foculo sacrificarent. Constabant autem ea ex farre & melle apta sacris, *vt ait Seruius*. Ouidius eadem a Libero patre, vt & *Libamina* deduci, etiamsi Varro à *libando* trahat. Ipsamet Poëtæ verba subiicio rursus:

Nomine, inquit, *ab auctoris ducunt libamina nomen,*

Libáq; quod sanctis pars datur inde focis.

Nisi hic Ouidij auctoritas, quid obstet, à *libando* deriuare mallem, secutus Varronem, quod propriè leuiter aliquid degustare significat, dictum (*vt quidam putant*) à labiis, quasi *labiare*. Virgilius: *Purpureosque metunt flores, & flumina libant*. Proditum est memoriæ Romulū in sacris nūquam vino, sed lacte libasse. Hebraice verò talis libatio est נסך.

Libanus mons Syriæ, quibusdam dictus videtur quasi לבן, id est, *albus* quod in eo excelsa quædam cacumina sint media quoque æstate refulgentia niuium albedine. Alij à thuriferis arbusculis in eo nascentibus dictum volunt. Nam. לבנון *Libanon thus* est, Græcis λίβανος. Excurrit ab oppido, quod dicitur Sidon, stadiorum centum & quinquaginta longitudine ad Simonam vrbem Syriæ. Atque idem cum Antilibano efficit τὴν κοίλην καλουμένην Συρίαν, id est, *Cœlisyriam*, vt scribit Strabo. Inter hos duos autem labitur fluuius Orontes. Vide Plinium, lib.5. c.20.

Liber, vide *Liberalia*.

Liberalia, Liberi festa, inquit Festus, quæ διονύσια dicuntur Græcis. Nonnullis placet instituta esse hæc primùm ab Atheniensibus, & solita celebrari ab antiquissimis agricolis, in quibus Hymni canebantur Baccho, apud Græcos græca, apud Latinos lingua latina; *teste Seruio*, cùm Hymni matris Deum Græcam vbique linguam requirerent: erant & eius sacra non tacita, vt pleraque alia, sed aperta, sicut & sacra matris Deûm. Nam omnium generum instrumenta orgiis eius adhibebantur. In eisdem libera quiduis loquendi potestas erat vnicuique. Vnde Næuius: *Libera lingua loquemur ludis Liberalibus*. Tunc libera toga adolescentibus dabatur relicta pueritia, cuius rei causas quatuor comme-

moxat

morat Ouidius *Fastorum 3.* Quippe sumebant eam in Liberi patris festo, vel quòd ea ætas cum ipsius semper iuuenis ætate conueniret: vel vt commendarentur à parentibus Libero, quem Romani patrem vocant, vt, qui pædagogi cura carebant, eos numinis tutela susciperet: vel quòd ita liberioris vitæ iter ingrederentur: vel denique vt adolescentum frequentia non deesset ludis Liberalibus, cùm ad eos multi non religione, sed togæ sumendæ studio conuenirent. Varro scribit *veteres togam ad calceos vsque & talos demisisse.* Iusta autem eius mensura circumscribebatur sex vlnis, *teste Porphyrione.* Virgilius, *authore Seruio*, induit eã, cùm esset annorum sedecim. Alioqui etiam 14. anno sumi solebat. Augustus Cæsar Senatorum liberis protenus induere permisit, vt ita celerius assuescerent Reipub. Sed antequam togam sumerent virilem, vtebantur puerorum alij tantùm prætexta, quæ olim Regum fuerat & Magistratuũ, *vt scripsit Diomedes Grammaticus*; alij, nempe patricij, tũ quorum patres gesserant curulem magistratum, toga prætexta, i. cui purpura prætexebatur, vt ex eius rubore pueri ingenuitatis pudore regerentur, dictáq; fuit *virilis toga*, quam tãdem sumebant. Libera multiplices ob causas, *vt paulo ante declaratum est ex Ouidio*, cuius etiã doctissimos versus quidni subiiciam?

Restat, vt inueniam, quare toga libera detur,
Lucifer is pueris candide Bacche tuis:
Siue quòd ipse puer semper iuuenisq, videris,
Et media est ætas inter vtrumque tibi.
Seu quia tu pater es, patres sua pignora natos
Commendant curæ numinibusque tuis.
Siue quod es Liber, vestis quoque libera per te
Sumitur, & vitæ liberioris iter.

Tres causas hîc habes. Quartam verò declarant decẽ versus sequentes, quos inspiciẽdos bono, & diligenti lectori hac vice relinquo. Interim nec illud prætermittẽdum, *Liberalia* simul & *Bacchanalia*, haud eodem tempore agitata fuisse. Illa enim cùm fierent X V I. Calend. April. togæ procurabantur pueris. At hæc singulis agebantur mensibus, quæ tandem tamẽ propter dedecus sublata fuerunt à Consule Posthumio. Ab eruditis quoque notatum, *Dionysia* apud Græcos celebrata fuisse tripliciter: si temporis rationem habeas. Prima quidem per agros mense Posideone. Altera eo mense, qui inde ληναίων est dictus. Tertia mense Elaphebolione. Atque hæc de Liberalibus. Sed vnde Bacchus Liber? Augustinus dicit, appellatum hoc nomine, quòd mares in coeundo per eius beneficium liberentur seminibus emissis, quòd etiam agere dicunt in fœminis Liberã. Forsan ideo Græcus Poeta vinum appellauit, γάλα τῆς ἀφροδίτης. Apuleius *Veneris hortatorem & armigerum.* Alii appellatum volunt Liberum, quod Bœotiæ vrbes liberas reddiderit. Vnde Diodorus: *In Bœotia iussit in gratiam patriæ omnes vrbes liberas esse, ciuitate sui nominis condita, quam & liberam pronuntiauit.* Festus ita vult dictum, quòd vino vsi omnia liberè loquantur, quos ebrietas petulantiores reddit. Alii à libatione nominis auspicium trahunt. Alij à liberando, quod eius sacra, *vt Seruius ait*, ad animæ purgationem pertinerent. Nonnulli, quòd liber & vagus sit. Secũdum Aristotelem enim sunt Apollo & Liber vnus & idem Deus. Atq; hinc rectè obseruat Macrobius, ex veterum sacrificiis, Solem in supero Hemisphærio Apollinem vocari, in infero Dionysium. Plutarchus autem *Problem.* 104. quærit hoc modo: *Cur Dionysium Liberum patrem vocant? An quod bibentibus libertatis sit causa? Fiunt enim plerique ebrietate petulantiores. An quod libationem prabuit? An sicut Alexãder dicitur, quod pro Bœotia libertate pugnauit, Dionysium Liberum dictum esse putandum est?* Seneca: *Liber non à licentia linguæ dictus est inuentor vini, sed quia liberum seruitio curarum animum asserit vegetatque, & audaciorem in omnes conatus facit.* Idque volunt esse nonnulli illud Nepẽthes, quod Homerica Helena Telemacho propinauit.

Liberi dicuntur homines à libertate, & sunt seruis oppositi. Indicat illud Iustiniani diuisio, qua omnes homines diuidit in *liberos* & *seruos*. Cicero pro Cluētio ait *eum liberum dici, in cuius potestate, in arbitrio suo viuere, eatenus tamē, quatenus lege & instituto fuerit permissum*. Si per liberos sobolem ipsam intelligas, erunt liberi qui ex libero orti sunt matrimonio *secundum Isidorum*. Nam qui ex libero & ancilla sunt nati, sunt seruilis conditionis.

Libertus, cùm in iure intelligatur is, qui iusta ex seruitute per patronum est manumissus, a libertate etiam arcessit nomen, quam Cicero in paradoxis dicit *esse potestatem viuendi vt velis. Florentinus facultatem eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibeatur.* Cæterùm ciuilis hîc intelligitur libertas, non illa naturalis, aut philosophica, qua liber est animus a vitiis & prauis cupiditatibus. Itaque Vlpianus: *Libertum eum definit, quem quis ex seruitute ad ciuitatem Romanam perduxit.* Isidoro libertus, quasi *liberatus appellatus videtur. Prius enim seruitutis iugo erat subiectus. Huius vero filius est Libertinus.* Sic ille: Cum tamen Iustinianus prodat libertinos esse, qui ex iusta seruitute sunt manumissi. Antonius Vacca Iurisconsultus scribit: *Libertinorum appellationem olim in infinitum eos continuisse, qui descendissent ex manumissis.* Sanè alio atq; alio modo Libertini vocabulum à veteribus acceptum. Siquidem antiquissimis temporibus dictum apparet libertinum, qui erat natus ex duobus libertis sicut libertus appellabatur, qui iustam seruierat seruitutem. Aliquando autem post Appij Cæci censuram liberti & Libertini pro eisdem fuerunt accepti. Sed liberti dicebantur respectu patronorum. Libertini respectu Ingenuorum. Iam & illud notandum, primis temporibus ciuem quidem fuisse Libertinum, sed publico nullo nisi apparitoris aut coactoris munere functum. Apparitores autem erant *Scribæ, Præcones, Interpretes, Accensi, Lictores, Viatores, Statores*. Tulerunt etiam suffragium in quatuor tribubus vrbanis. Atque hæc vt adiicerem operæpretium duxi.

Libitina cum sit, in cuius fano instrumenta sepulturæ venum proposita fuisse narrat Plutarchus, haud alienum fuerit, *vt quibusdā videtur*, deriuare eius nomen a libis, quæ & ipsa ad sepulturas fuerunt vsurpata. Sed primæ syllabæ quantitas repugnare videtur. Quia autē Libitina sepulchris præerat, hinc ἐπιτύμβια dicta est Delphis, vt *Libitinarij*, qui curabant ea, quæ pertinebant ad mortuos, & Romæ Libitinensis porta ab eadem Dea, *cuius in Commodo meminit Lampridius*. Apud Iuuenalem *Satyra 6.* accipitur libitina pro ipsa morte & funesta valetudine, sicut & apud *Flaccum*, cùm de carminum suorum gloria loquēs ait: *Non omnis moriar, multaque pars mei vitabit Libitinam.* Dionysius Halicarnass. scribit: *Libitina nomen apud Romanos etiā Veneri tributum.* Et quoniam senes decrepiti alterum pedem in sepulchro habere videntur morti proximi, idcirco Plautus (quod haud omittendum hîc duxi) vocat eos *Libitinarios. In Bacchid.* his verbis: *Blandulæ, facetæ, pulchræ, incursos, libitinarios, veteramnos senes illorum traherent patres.*

Libra dicta Isidoro, quòd sit libera & cuncta in se pondera concludat. Ab hac nominatus est *Libripens*, quin mancipationibus libram siue stateram tenebat pendendo, hoc est, ponderando. Veteres enim primū ære graui non signato sunt vsi, neque in emptione & venditione pretium numerabant, sed appendebant. Meminerunt Libri pendis 12. tab. cum agunt de *legatis & hæredibus*.

Libya Varroni, quasi λιπία Cœlo quippe terraque aquarum penuria est, *vt ait Salustius*. Vasta hæc regio, deserta & arenosa, sita sub tropico æstiuo, ac proinde æstu intolerabili laborans. Quapropter *sitientem nominat* Lucanus.

Et ta

Et tamen (quod mirum) in tanta locorũ vastitate roscidę sunt noctes, vt ros huic terræ datus videatur imbriũ loco. Nulla etiam regio prodigiosorum animalium tam ferax. Vnde natæ & hæ parœmiæ: *Libica fera*, in hominem versipellem, moribus variis & ingenio ancipiti: Itẽ. *Semper affert Libya mali quippiam: Semper Africa aliquid noui apportat.* Significatur autem hoc nomine à scriptoribus ea ferè regio, quæ ab occasu imminet Aegypto. Neque enim semper totam Africam designat, sed eam potius regionem, quæ media est inter Carthaginem & Aegyptum. Leo Africanus tertiam facit Africæ partem, quæ lingua Arabica dicitur *Sarra*, id est, *desertum*, cuius principium orientem versus trahatur à Nilo, ad oceanum verò sese extendat in occidentem versus meridiem Nigritarum regioni contermina sit, versus Septentrionem terminetur Numidia. Græcè dicitur Λιβύη, Stephano & aliis ὀλυμπία, ὠκεανία, ἐσχατία, κορυφὴ, ἑσπερία, ὀρτυγία, ἀμμωνὶς, αἰθιοπία, κυρηναϊκὴ, ὀφιοῦσσα, κηφηνία, ἀερία: Hebræis לודים *Ludim*, *teste Aria Montana*. Primarium vocis etymon dedicant & aliqui Lipyæ Epaphi filiæ. Alij à vento, qui dicitur *Libs*, & inde spirat, nomenclaturam trahunt. Vtriusque originis meminit Isidorus, qui simul diuersas eius partes ac partium origines ordine recenset. Dignum notatu, quod apud Herodotum *libr.* 4 inuenias, esse quosdam Libyæ populos, qui omnibus pueris quadrimis ceruicem consueuerunt inurere, atque hac ratione liberari eos à morbis pituitosis. Quod si inter vrendum tentari essent spasmo, solutos eos curari scribit, *aspersione vrinæ hirci.* Mos iste inurendi pueros in quibusdam Italiæ locis seruari solet, vbicumque epilepsia correpti fuerint, vt esse solet familiaris is morbus tenellæ ætati, dictus propterea puerorum mater.

Libycus cãpus iuxta Festũ appellatus in campo Argeo, quod in eum primùm fruges ex Libya fuerint allatæ. Quam ob causam etiam Ceres ab Argeis *Libyssa* vocata est.

Licia, Quibus stamina ligantur, quasi *Ligia*, dicta sunt Isidoro. Hæc in veneficarum carminibus magnã habere vim credebant veteres, quòd ita hominum mentes implicari posse existimarent, vt ab illis implicatur stamen. Innuere videtur hoc etiã Virgilius, cùm ita canit: *Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore Licia circundo.*

Licnites dictus est Bacchus, ἀπὸ τῶν λίκνων, id est, *a cunis* in quibus infantes recubãt, *vt ait Hesychius.* In eũ est Hymnus apud Orpheum cum suffimento mannæ thuris.

Lictori a ligando datum nomen *iuxta Fenestellam.* Cùm enim magistratus populi Romani quẽpiã verberari iussisset, tum manus eius cruraq; solebant ab eo, cui mandatum erat officium, talo vinciri. Approbatum hoc etymon Valerio Ruffo. Cicero in Orat. pro Rabirio. *Lictor colliga manus.* Festus tamen à colligatis virgarum fascibus, quos præferebat magistratibus, vult dictum. Græcè dicitur: ῥαβδοῦχος, ἢ δήμιος, ἢ λειτουργὸς, ἀπὸ τοῦ λειτουργεῖν, quod nobis est *ministrare.* Vnde & publicus minister *in. de asino aureo* dictus ab Apuleio. Solebant enim & delinquentibus plagas inferre, virgis cædere, ferire securi. Sunt vsi lictoribus Consules, Prætores, Interreges, Dictatores, & si qui alij magistratus non potestatem solùm habebant, sed etiam imperium. Singuli ex his aderant etiam curiatis comitiis, singulis curiis officij causa, non autem vt ferrent suffragia, *vt ex Diodoro Liuio, & aliis colligi potest.* Ad finem adiicio, dictum etiam lictorem, qui flamini Diali sacrorũ causa præsto erat *teste Festo*, qui farra cũ sale auctiora certis ex locis ad rem diuinam petere consueuit.

Lienteria, ἡ τῶν ἐντέρων λειότης i *Leuitas intestinorũ.* λεῖον enim læue quid, hoc

eſt, *continuum & nulla parte diuulſum*, ſignificat, eſtque læuis & æquabilis inteſtinorum ſuperficies in eo morbo.

Ligo à terra liganda & conſtringenda, δικέλλα Græcis, παρὰ τὸ κέλλειν, ὅ ἐστι τέμνειν, id eſt, à ſecando.

Lignum Varroni *15. de lingua Latina* à legendo dictum, quòd in agro caducum legatur, & in focum feratur.

Ligula mẽſuræ genus apud Romanos, nonnunquã idem cũ cochleario, ſed nõ ſemper, *vt monet Agricola*, in ſe vero cõplectens cyathi partem quartam, id eſt, ſemunciã demptis ſcrupulis duobus, (nã ligula cumulata apud Columellam, *lib. 13. cap. 21.* notat ſemunciam bene plenã) nomen traxit à linguæ, ſimilitudine, in cauum intra dentes palatum verſus cõtractæ. Vnde Plinius, & pro menſuræ, & pro linguæ vtitur vocabulo. Sunt enim eius verba *lib. 20. cap. 23.* Sunt qui comitialibus morbis dandum putant (loquitur de grano ferulæ) Luna quarta, ſexta, ſeptima, linguæ menſura. Atque hæc etiam Agricola animaduertit.

Liguria regio Italiæ, nominata videtur Catoni, Sempronio, Beroſo Chaldæo à Ligure Phaetontis Aegypti filio, qui hîc ſedes ſuas habuerit. Alij à legumine nominis auſpicium deducunt. Nonnulli fabuloſè ab vno ex ducibus Iapeti, vt & illi, qui à Ligye gigante arceſſunt, quibus propterea abroganda eſt fides. Græcis ea regio eſt λιγυρία & λιγυστική: At incola ab hac ora dictus eſt *Ligur*, Græcè λίγυρος, vt *ſcribit Stephanus*. Antiquiſſimis temporibus capillatus eſſe conſueuit, at tandem tonſus, ex quo illud Lucani: *Et nunc tonſe Ligur*. Sed & ab eadem regione *Liguſtica* & *Liguſtinæ Alpes* ſunt dictæ, quarum meminerunt Ptolemeus, Dio, Liuius & Tacitus, quaſque deſcripſit orationis penicillo Simlerus. Item *mare Liguſticum*, vt Plinius vocat, quo alluitur Liguria. Quid quod ab hac ora Italiæ appellationem habeat *Liguſticum* herba, quam alij mendoſe nominant *Leuiſticum*, eo quod ibi laudatiſſimum creſcat. Idcirco Plinius *lib. 19. Liguſticum ſylueſtre eſt: In Liguria ſuæ montibus ſeritur.*

Lilium, Sunt qui hanc vocem manaſſe putant vnius literæ mutatione à Græco λείριον.

Limaces cochleæ, à limo appellatæ, *vt ſcribit Feſtus.*

Lymenarchæ portuum cuſtodes, quos Ariſtoteles in Politicis appellat λιμενοφύλακας, nõ à liminibus, ſed ἀπὸ τοῦ λιμένος, id eſt, portu, ſunt nominati. Sic intelligi volunt hanc vocem *in l. Limenarcha. de ſeru. fugit. & l. munerum. ff. de muner. & honor.* Limitanei tamen milites à limitibus ſunt dicti.

Limentinus Deus limini præfectus, vt Forculus Foribus, & Cardea Cardini.

Limes dicitur nonnullis à limine, Hygino à verbo antiquo limo, quod tranſuerſum & obliquũ ſignificat. Vnde Feſtus ait: *Limites nunc terminos, nunc vias tranſuerſas deſignare.* Aggenus Vrbicus auctor eſt *limitis nomine intelligi, quidquid ad obſeruationem finiũ in agro opera manuũ eſt factum*, neque illud negligendum, *limitum quoſdam Decumanos fuiſſe dictos, nõnullos Cardines, Prorſos, Tranſuerſos.* Decumani erant ab oriente verſus occidentem, Cardines à meridie in ſeptentrionem, Prorſi ab Occidente ad Orientem, & à Septentrione ad Meridiem Tranſuerſi. Præter hos erãt *Actuarij* & *Linearij* ſeu *Subruncini*. Si quis ſcire velit veterum ritũ in figendis limitibus ſeu terminis, Petrum Pitheum videat Aduerſarior. *lib. 2. cap. 14.*

Lingua ſecundum Varronem à ligando cibo nomen obtinuit, quem illa ſanè conglobat, deprimit, inq; ventrẽ demittit: vel quia dentium ſeptis quaſi muro vallatur, ac proinde ligata exiſtimetur. A *lingendo* deducunt alij, vel ex eo, quòd verba ſonis articulatis liget. Sunt, qui ſcribunt & notant eruditè, linguam primùm Latinis à verbo dico appellatam Dinguam; inde litera D. in L. mutata Æolum more factam *Linguam*, ſicut

& ſel

& sellam nominant, quæ antea dicebatur *Sedda*. Aiunt & veteres Grammatici Pompeium Magnum *Dinguam* semper scribere solitum. In rebus diuinis, *teste Cicerone de Diuinatione*, imperari solebat, vt linguis fauerent, hoc est, vt taciturnitatem præstarent. Sicut enim fauor in ludis, ita in sacris necessaria taciturnitas, quo ritè peragantur sacra, nulla obstrepente voce mala. Proinde Horatius, velut antistitis Musarum personam gerens, ait Carm. lib. 3. Ode 1. *fauete linguis. Carmina non prius Audita, Musarum sacerdos, virginibus puerisque canto.* Seneca lib. de vita beata: *Quando* (inquit) *mentio sacrarum literarum interuenerit, fauete linguis. Hoc verbum, non vt plerique existimăt, a fauore trahitur, sed imperatur silentium, vt ritè peragi possit sacrum, nulla mala voce obstrepente*; &c. In Gentilium & Paganorum templis religioni fuisse exspuere, aut nasum emungere, Arrian. lib. 4. dissert. Epicteti, cap. 11. scribit. Ouid. lib. 1. Fast. *Prospera lux oritur; linguis animisque fauete: Nunc dicenda bono sunt bona, verba die.*) Hinc Tibullus: *Quisquis ades, lingua vir mulierque faue.* Idque est Græcis εὐφημεῖν. Euripides in Iphigenia: στὰς δ' ἐν μέσῳ Ταλθύβιος, ὧ τόδ' ἦν μέλον, εὐφημίαν ἀνεῖπε, καὶ σιγὴν στρατῷ. Ideirco fauere tantundem Festo, ac *verba fari bona*, id quod absque strepitu & inutili garritu fieri oportebat, quippe vt possent nihilominus celebrari sacra. Hanc ob causam habuisse crediderim Harpocratem effigiem presso obsignatóque ore, tum vt ritus & ceremonias vulgo non esse propalandas significarẽt: Proinde Flaccus Carminum 3. Od. 1. *Odi profanũ vulgus, & arceo: fauete linguis.*

Idemque est apud Homerum: τὸ τὰς γλώσσας τέμνειν, incidere linguas, quod nobis *capessere silentium*, sicut interpretes exponunt.

* *Lingua*, Hebr. dicitur לשון *Laschon*, & est aggregatio omnium vocum Hebraicarum humanarum ad placitum aliquid significantium, vt dicimus, Is est peritus linguæ Hebreæ, Græcæ, Gallicæ, &c. *Il est docte en langue Hebraique*, &c. Id est nouit Hebraicè, Græcè, Gallicè loqui, &c. Appellatur autẽ idiotismus & sermo cuiusuis populi *Lingua* (quanquam sunt sermonis qui pronuntiatur, & literis ac syllabis coniunctis constat, instrumenta quinque) quòd nullum ad sermonis pronuntiationem instrumentum sit aptius lingua. Proinde & eruditorum linguæ meminit Isaias, cap. 50. v. 4 Dominus Deus dedit mihi לשון למודים *Leschon Limmudim*, linguam eruditorum. Appellatur & שפה *Saphâh*, Labium, Genes. 11. 1. *Erat omnis terra labij vnius*, id est, sermone vno & iisdem verbis omnes Nohæ posteri vtebantur, quòd labium primum & apparens sit sermonis instrumentum, & veluti ianua per quã sermo egreditur. Vocatur & פה *Peh*, Os, iuxta illud Exod. 4. 11. *Quis posuit* פה *Peh, os, homini?* id est, quis dedit homini loquendi facultatem? Dicitur & גרון *garon*, guttur: Iesai. 58. 1. *Clama in gutture*. quòd in gutture ad aërem (qui est medium in locutione) quædam fit dispositio: quippe citra aëris attractionem & respirationem ad arteriam vocalem loqui potest nemo. Nomine verò palati aut dentium non appellatur, quòd in locutione cooperari ita apparenter & sensibiliter hæc non videantur instrumenta. Quoniam verò vt plurimùm plerique ferè omnes homines, donec Spiritu Sancto veritatis ducãtur, potius garrire, nugari, delirare, vel sibiipsis vel aliis obloqui, potius quàm rectè, ornatè, sapienter recta, loqui videntur; & sæpissimè ex eadẽ lingua, vt ex medicatis fontibus calidum & frigidum quid fluere sentimus: Hebræi de maledico agentes dicunt, לשן, iisdem literis, sono parum diuerso, *Laschan*, Linguax fuit, obloquutus est, obtrectauit, detulit aliquem lingua sua, detraxit falsa accusatione. Cognationẽ habet cum verbo. שנן *Schanan*, acuit, & נשל *Naschal* eiecit: obtrectatores enim acuunt linguas suas, sicut gladium, vt

proximos exterminent; teste propheta, Psal. 64. Hinc λεσχηνίτης calumniator, obtrectator; λεσχηνεία, contumelia obtrectatio; λέσχη lingua.

Litare veteres, quasi luare, id est, luere & soluere dicebant. Varro apud Nonium in verbo Luraui: *Habes, qui & cuius causa fecerim Hecatœben, in quo ego (vt puto) quia luere est soluere.* Itaq; vt maxumꝰ & maximus dicitur, ita lutaui & litaui dici existimauit. Alij tamē litare tātundē dicūt, ac ritè sacrificare & impetrare. Vnde Suetonius in Cæsare: *Deum pluribus hostiis cæsis cùm litare non posset, intrauit curiā spreta religione.* Et Martialis *Non quacunque cadit hostia cæsa, litat.* Cicero de Diuinatione 2. *Quid, cum pluribus Diis immolatur, qui tandem euenit, vt litetur, aliis, aliis non litetur?* Et Macrobius ad illud Virgilij: *Animaque litandum Argolica, litare* inquit, *est sacrificio facto placare numen.* Denique Plautus in Penulo: *Si Hercule istud vnquam factum est, tum me Iupiter faciat, vt semper sacrificem, nunquam litem!* Et forte (ne id negligam) deductum verbum à precibus, quas Græci nominant λίτας.

Litera, secundum multos quasi *legitera*, quòd iter præbeat legenti. Melanchton: *Dictæ sunt literæ, siue quod legendo iterentur quasi legitura; siue etiam à lituris,* vt ait Priscianus *eo quod in tabulis ceratis antiqui scribere consueuerint, & postea delere.* Per compendia literarum scribēdi mos olim apud Romanos magnoperè in vsu fuit, *auctore potissimùm Mecœnate*, quem scribit Dio inuenisse primùm quasdam literarum notas, quibus celerrimè aliquid scripto mandari poterat, easque publicasse per Acilium Libertum. Iustiniani temporibus vocabant has notas *siglas.* Plutarchus in Catone vocat σημεῖα ἐν μικροῖς, καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα. His aliquando testamenta conscripta, in primis verò valere testamentum militis iis notatum, didicimus ex *l. Lucius. ff. de testament. milit.* Ab his etiam notis dicti *Notarij*, qui compēdiaria scriptura excipere poterant integras orationes, ea ipsa temporis periodo vel potius spatio, quo habebantur ab Oratore. Inseruiebant etiā in describēdis auctorum exemplaribus, quod alioqui improbi laboris fuisset opus. Quo minimè sit mirum apud Galenum 7. *de compositione medicamentorum* mentionem fieri libri ἀλογραμμάτων Medici cuiusdam Menecratis, quod integris literis esset descriptus. Sed cùm harum intelligentia obsoleuisset paulatim, nec tamen minus difficultatis legētibus exhiberent, quàm res ipsæ notis descriptę, prohibuit tandem Iustinianus graui comminatione, ne quis imposterum in describendis iuris ciuilis libris siglis aut notis vteretur. Mirè dextros in illis effingendis fuisse Mirmecidem Milesium & Callicratidem Lacedæmoniū, apud Ælianum legas. Fama enim est eos in sesamo minutissimo seminis genere, quod milio panicoque simillimum est, distichon aureis literis exarasse.

* *Litera.* De litera aūtori, veram eiusce nominis rationem ex figura emergere comperiemus, quum literas certis lineis contineri videbimus. Exemptis namque ex prisca nominis origine aliquot elemētis, quum primùm dictę essent *lineaturæ*, literæ postea factæ sunt: sicut apud Græcos γράμματα, παρὰ τὰς γραμμάς. Euenit deinde, vt quoniam album nigredine aspergeretur, atque ei quasi officeretur, vt ea significatio latius fusa [illegible], & *litura* inde etiam macula diceretur. Obliterare autem verbum non a literis, vt dixêre, sed a lituris deductum est, versa scilicet vocali. Quemadmodum a fœnus fœneror, & à pignus pigneror, & à tempus tempero: sic a lineando linere, vnde lineaturæ, & literæ, & lituræ; ex eodem fonte æque omnia. Neque enim à lituris literæ, quia delerentur: prius enim factæ, quàm deletæ sunt. At fortè æ potius atque ἐναντίας rationem, quam [illegible] teritus habemus. Ex his [illegible] veteres non rectè literam quasi legiteram commentos

mentos esse; vt extrema pars vocis ab itinere fingatur. Atque id quoque non geminata consonante, vt consueuere, scribendum esse:sub suæ namque originis forma produxit primam natura. Si igitur a lineis dicta est, & linea minima corporis dimensio est, erit profectò litera minima pars dictionis, accedit enim dictioni cuipiam, vnica vt litera continearur::ibi enim est & pars & totum idē. Sed sicuti ex elemētis cōstant mista naturalia, sic ex literis dictiones: vnde elementorum quoque nomen meritò sortitæ sunt. Hæc eruditiss. Scaliger Lib. de causis linguæ Latinæ:

Littus appellatum creditur, quod ad ipsum aqua alluat, vel allidatur: Sic volunt Grammatici, θῖνα dictum, *παρὰ τὸ τείνεσθαι ὅπερ ἐστι τύπτεσθαι τῇ προσρήξει τῶν κυμάτων, quod feriatur collisione fluctuum.*

Lituus, medium quiddā inter tubā & cornu, quia nec prorsus est rectus, vt tuba, ne totus incuruus vt cornu, quod litis sit testis, appellatus videtur Festo, qui & genus esse prodit buccinæ incuruæ, quo qui cecinerit, *Liticen* appellatur. Eius vsus in bello fuit cū Tuba & Cornu, sonitumque ipsi acutum tribuit Ennius apud eundem Festum, *vt & Statius libro sexto*: Stridulum Seneca in Oedipo. Signa tamen hæc bellica sæpe apud auctores confundi, non ignorandum facit id Ammianus, annotante doctissimo Lipsio, his verbis: *Vocum lituorumque intonante fragore cohortium.* Sed nec tantum instrumentum bellicum, verùm etiam baculus fuit incuruus, quo sedentes Augures templa auibus designabant. Eiusce modi baculum Romulus vaticinij peritus manu gerere consueuit, *vt Liuius scribit*, quo Rex idem vrbem conditurus regionem descripsit, eaque de causa Quirinalis dicitur Virgilio. dum inquit:

Ipse Quirinali lituo paruáque sedebat
Succinctus Galea. ----

Hunc Romuli lituum amissum fuisse, cùm seruaretur in Palatio, auctor Plutarchus, nempe quo tempore occupata vrbs fuit à Gallis; cæterùm barbaris eiectis integrum illum & illæsum in alto cinere inuentum, cum ignis cætera consumpsisset. Existimant nonnulli hanc ipsam virgam auguralem, qua parte robustior est, à litui, id est, buccinæ incuruæ similitudine lituum dictam maioribus, *affirmante id A.Gellio cum Macrobio.* Vox sanè pura puta Latina. Vt obnoxij sint inexcusabili errori::qui à sonitu ex versu illo Homeri, λίγξε βιὸς *insonuit neruus*, deducendam nominis originem putant.

Lix, iuxta Nonium humor cineri permixtus. *Lixam* enim veteres dixerunt aquam. Vnde *elixum*, quod aqua coctum. Et lixa in re militari, qui aquam militibus ad castra, vel ad tentoria ferre solet, eidem origini dedicat nomen. Nullus est, qui à Licho Herculis socio, deriuat, eo quod illum fuerit secutus. Nec audiendus, qui appellatus eo nomine credit, quod abliguriat quæstum. Porro ab eadem origine traho *lixiuium*. Neque enim Scythica vox est, vt *opinatur Spiegelius*, verum Latina. Meminit eius Columella diuersis locis in etymo plane nobiscum faciens, cum trahit a cinere aquę permixto, in qua ille decoquitur aut maceratur, idcoque κονία, est Græcis, cum κόνις eisdem sit *cinis*.

Loculus, ad aliquid ponendum in terra factus locus, seu ad vestes, seu ad custodiendam pecuniam. Vnde & per diminutionem dicitur *Isidorus.*

Locupletem dici vult Plinius, quasi loci, id est, agri plenum, quod etymon approbatum video calculo eiusdem Isidori. Alij tamen à plenis loculis deflectunt, sicut Græci, τὸν πλούσιον, ἀπὸ πολλῆς οὐσίας, à substantia, id est, opibus multis.

Logica, siue sub hoc nomine Dialecticam, Grammaticam & Rhetoricam generaliter complectaris, siue specialiter artem & rationem disserendi, cuius partes sunt duæ, vna τεχνικὴ inuentrix, altera

tera κριτικὴ iudicatrix, ſicut Boethius tradit ἀπὸ τοῦ λόγου vocabuli originem trahit, quæ vox & rationem & orationem ſignificat: Neque enim vllum animal brutum oratione & ratione deſtitutum has artes tractare aut percipere poteſt.

* *Logica*, ἀπὸ τοῦ λόγου, id eſt ab intellectu ſeu ratione (nam hęc æquipollent) dicta, quia dirigit iſtam excellentiſſimam hominis operationem, & bene ordinat ne aberret; non ſecus atque ars fabrilis manum regit in efficiẽdo opere. Plato poſt Zenonem Eleatem primus Διαλεκτικὴν vocauit, teſte Laertio, lib. 3. ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, quod in primo Alcibiade interpretatur per τῷ λόγῳ χρῆσθαι, id eſt, intellectus ac rationis vſum, quem hæc diſciplina dirigit. Idem facit in Cratylo, Sophiſta, Parmenide, Philebo: imprimis autem lib. 6. & 7. de Repub. vbi ait, *ſolam dialecticã eſſe viam & rationem quæ in omnibus rerũ generibus rei vniuſcuiuſque propriam definitamque naturam certo ordine eruere poſſit*. In Theæteto vocat item τέχνην λόγου, id eſt, artem intellectus & rationis. Ariſtoteles μέθοδικὴν, inſcripſit hanc diſciplinam, teſtibus Laërtio & Simplicio, quod Philoponus interpretaturus dicit ἕξιν ὁδοποιητικήν. Vocat eãdem Ariſtoteles τρόπον ἐπιστήμης, *modum ſiue directorium ſcientiæ*, 2. Metaph. 3. ὄργανον ὀργάνων *inſtrumentum inſtrumentorum*, & χεῖρα τῆς φιλοσοφίας *manum philoſophiæ* vocãt ex Ariſtotele interpretes. Alibi ab Ariſtotele vocatur παιδεία, & τρόπος παιδείας *eruditio*, & *eruditionis modus*. Διαλεκτικῆς vocem Ariſtoteles infinitis locis pro certa tantum parte huius diſciplinæ vſurpat; ea nimirum quæ præcepta tradit ſyllogiſmorum cõmunium & contingentium, quam & τοπικὴν vocat: ſicut contrà huic oppoſitam ἀναλυτικὴν & ἀποδεικτικήν. Rarius hac voce vtitur pro tota diſciplina, frequenter autem pro eadem illa certa huius diſciplinæ parte maximè vſurpat. [illegible] tamen certum eſt à Peripateticis primùm appellationem Logicæ toti diſciplinæ impoſitam vt teſtatur Plutarch. lib. 1. de placitis philoſoph. Alexander Aphrodiſ. præfat. in priora Analyt. & in cap. 9. lib. 1. Topic. & Boethius comm. in Topic. Ciceronis, ac L. Valla lib. 3 Dial. ca. 44. nec verbum λογίζεσθαι aliud indicat; quod tam latè patere ac λόγῳ χρῆσθαι, teſtis eſt Porphyrius, cap. 8. Iſagoges, quinimo Latini omnes hãc vocem generaliter vſurparunt, vt videre eſt apud Ciceronem, 4 Academ. & 1. de Orat. & 1. de finibus & 4. Tuſcul. quæſt. vbi tamen à Stoicis dicit *Logicam* appellari. Logicæ vox igitur pro tota diſciplina verè diſſerendi ſumitur, homonymiis explicatis. 1. Significat facultatem intelligendi & ratiocinandi omnibus hominibus naturaliter inſitam, fluentem ab eſſentia hominis, quæ & Logica naturalis ſolet vocari, de qua Ariſtoteles 1. Soph. Elench. 10. cap. 2. Syſtema præceptorum Logicorum ab Ariſtotele vel alio autore cõſcriptum. quod Syſtema etiam Ars dici poteſt, metonymiâ cauſæ pro effectu; id eſt, non ſumẽdo artem pro habitu in mente iam acquiſito ex præceptis & vſu; ſed pro collectione præceptôrum vniuerſalium ad operandum in certa finis latitudine, vt ex Luciano in Paraſito doctè definit Lud. Viues lib. de tradendis diſcipl. 3. Significat, ſpecialiter Ariſtoteli certam huius integri Syſtematis partem, eam videlicet quæ eſt de *Syllogiſmo communi* aut *contingenti*. 4 Sumitur pro habitu, & arte propriè dicta in mente artificis, ex præceptis & vſu acquiſita. vt cùm dicimus, hic *eſt bonus Logicus*, &c. Eo ſenſu Logica eſt ars humani intellectus operationes, ſiue hominis cogitationes, ordinandi & dirigendi in rerum cognitione. Hebræi Logicem *Higaion* appellant, id eſt *Meditationem* ſeu ſermocinationem, quam alij diſcurſum & conſiderationem dicunt. Quæ vox occurrit Pſal. 9. 17. Alibi *Hegion, Haguth, Hagig.* Meditatio autem & λόγος eiuſdem ſunt

ſignif.

ſignificationis. Vt λογίζειν Græcis, ita Hebræis *Kaſib*, Cogitare, conſiderare, arbitrari, ratiocinari, eſt ταλύσημον. Quod item Iſaias 53. 12. dicit Meſſiam cum præuaricatoribus annumeratum eſſe, Lucas, cap. 22. v. 37. interpretatur, καὶ μετ' ἀνόμων ἐλογίσθη.

Lombardia Italię regio dicta olim *Bianora, Doria, Felſina, Gallia Togata, Gallia Ciſalpennina, Ciſpadana, Aurelia, Æmilia*, randem hoc nomẽ ſuum adepta à Longobardorum diuturno imperio: Vt ſit *Lombardia*, quaſi *Longobardia*. Gens hæc ex Scandinauia Germanici oceani inſula profecta, *teſte Paulo Diacono*, tandem & in Italiam effuſa fuit, primùm quidẽ aduerſus Totilam à Narſete Iuſtiniani legato cõducta, inde iterũ ob iniuriam, qua erat affectus, euocata ibi conſedit. Quippe eam poſſederunt vſque ad Carolum Magnũ, qui ſuſtulit & Exarchatũ & regnum Longobardicum. Continet autem Ducatũ Mediolanenſem & Principatum Inſubriæ, qui vocari nunc ſolet *Pedemontanus*.

Longanimis, longus, id eſt, *Patiens animo*. Proprie id epitheton tribuitur Deo in literis ſacris, cum dicitur ארך אפים *Erech-apaiim*, i. longis naribus prçditus, id eſt, *tardus ad iram*.

Longimanus appellatus eſt Artaxerxes, à manu ſiniſtra longiore dextra, vt apud Græcos μακρόχειρ. Filium fuiſſe Darij & Eſteræ tradunt Iudæi.

Longobardi nomen traxerunt à barbis promiſſis, cùm proprie dicantur *Vinnuli*. Alii præbuiſſe volunt nomen *Alabardas*, id eſt, longas ſecures, quibus in bello ſunt vſi. Nonnulli longum tractum, quem *borrd* nominant Germani.

Lorica munimentum corporis, quale videmus in antiquis Imperatorum ſtatuis, nomen habet à loris. Quanquam enim nobis tantum ex ferro conſtet, olim tamen ex loris fieri ſolebat. Auctor etymi Varro, qui addit Gallos tandem ex ferro ſuccudiſſe. Legimus antiquis etiam lineas fuiſſe loricas, quales Iphicratem Athenienſibus pro æneis dediſſe teſtatur Diodorus, inque eius vita Probus. Talem & Alexandrum induere ſolitum legimus in eius vita apud Plutarchum, vt & Græcorum heroes *Iliad. β*. Fuiſſe etiã in vſu Hiſpanis teſtatur Liuius *libro 31*. Apud Dionẽ pariter in Caracalla, & apud Suetonium in Galba eiuſcemodi loricarum fit mẽtio. Apud Polybium *& 1. Reg. cap. 4.* lego θώρακας ἁλυσιδωτὸς loricas cathenaras ſeu Ramatas, forte eo collimat Statius *libro 12.* his verbis,

Multiplicem tenues iterant thoraca cathenæ.

Apud Dionem Caſſium in Macrino habemus θώρακας τὸς λεπιδωτὸς, *loricas ſquameas*; apud Plutarchum in Lucullo θώρακα σιδηρȣ̃ν *loricam ferream*; apud ſũmum Poetam *auro trilicem*, quod cum eſſet hamis & ſquameis ferreis cõferta, eſſet præterea tribus liciis per eã currẽtibus ornata. *Segmentatæ & laneæ* meminerunt alii auctores. In caſtris dicuntur *loricæ* illæ aggeris, ſiue etiam murorũ eminentiæ, quę pectus defendũt. Fiebant illæ plerũque ex cratibus & viminibus, interdum ex pluteis, id eſt, craſſis aſſeribus & tabulis. Cæſar *belli Gallici Comm. ſi turres contabulantur, pinnæ loricæque ex cratibus attexuntur,*

* *Lotus*, nomen arboris proferentis baccam pipere maiorem, dulcem, graui odore, Stomacho facilem, cuius cibus adeo dulcis, & palato gratus, vt aduenis incutiat patriæ obliuionem: vnde cùm Vlyſſis Socii delati fuiſſent in Africam, & lotum guſtaſſent, vix inde abducti ſunt, vt refert Homerus, Odyſſ. lib. 9. Gr. λωτὸς, Lotus: λωτοφάγοι populi Loto victitantes. Quidam deducunt à voce Hebræa לט *Lot*, quæ occurrit ſemel & iterum apud Moſem, Geneſ. 37. 25. & 43. 11. Chaldæus paraphraſtes vertit לטום Letom. Græca & vulgata interpretatio legit ſtactem, ςακτὴν, alii Ladanum. Vide *Ledon*.

Loxias nominatus Apollo, ἀπὸ τοῦ λοξοῦ *obliquo*, propter respōsa tortuosa, quæ per vates suos reddebat. Tale illud: *Aio te Æacida Romanos vincere posse.* Item, *Athenienses salui erant in muris ligneis*, id est *nauibus*, sicut interpretatum legimus Themistoclem. Et de Crœso: *Crœsus Halym penetrans magnam perdet opum vim.* Et ad Philippum Alexandri patrem: ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις. Denique illud: *Doriacum veniat* λιμῷ *commixtum duellum*, in quo respōso dubium erat, nominarétne λιμὸν, id est, *famem*, an λοιμὸν *pestem*. Infinita alia apud auctores partim Apollinis & partim etiam aliorum Deorum responsa admodum flexuosa, dubia, intricata & inuoluta lubens omitto, quòd proprio ad id comparato libello ea reseruem. Sed antequam finem facio, non ignorandum Apollinem quoque λοξίαν dictum videri nonnullis, παρὰ τὸ λοξῶς ἰέναι τὸν ἥλιον διὰ τοῦ ζωδιακοῦ, *quod sol oblique Zodiacum permeet.* Idem enim cum Sole creditus Apollo veteribus, vt dictum alias, nec pressit silentio Macrobius.

Lubentina dicta est Venus Augustino, à *lubidine*. Vt enim lubet & libet, ita *lubidinem* & *libidinem* agnoscebāt veteres. *Lubentiam* nominat Plautus, estque alia à *Libitina*.

Luca ciuitas Hetturiæ nomen ferre videtur quibusdam à scutis inauratis, quæ turribus imposita, & solis splendore illustrata valde lucebant. Aliis (inter quos Caro) à *Lucumone*. Prius enim Lucumonia est appellata, inde euphoniæ gratia *Luca*. Iterum aliis placet in illa ora olim oppidum fuisse *Lucum*, eiusque colonos Lucenses huc profectos, vrbem, quam condiderant, à se dixisse *Lucam*. Morbosam eam reddi, siue ἐπίνοσον à fluuio, qui se diffundit in proximas paludes, testatur Strabo *lib. 5*. Eius muri quondam restaurati à Desiderio Lōgobardorū rege. Libertatem sibi tandem comparauit ab Imperatore Rudolpho duodecim ducatorum millibus. Sita est autem in planitie ad montes Lunæ, magnificis ædificiis spectabilis. Gens lauta, prudens, ingeniosa.

Lucania Italiæ regio, quæ nunc audit Basilicata, *teste Leandro*, & statim initium à flumine Silaro trahit, qui Straboni est Siler, iuxta nonnullos nomen arcessit à stella quadam lucente & è diametro illi opposita. Falsa originatio. Strabo enim incolas Lucaniæ ortos affirmat à Samnitibus, qui Possidoniates eorumque socios memorabili pugna debellarunt, ductore Lucio, à quo nomen inditum huic regioni, id quod à Festo quoque referri video inter alia, quæ minus placent, in voce *Lucani*. Ab hac autem regione Lucæ boues appellati sunt elephanti, quippe visi primum illic Anno ab V.C. 472. *teste Plin. lib. 8. c. 6.*

Lucaria appellarunt Romani festa, quę celebrabant in luco, qui permagnus inter mare & Tyberim fuit, quod victi à Gallis Romani illic se occultauerint.

Lucerenses & Luceres, quæ pars tertia populi Romani est distributa à Tatio & Romulo, à Lucero Ardeæ rege sunt appellati, qui Romulo aduersus Tatium bellanti auxilio fuit. Festus.

Lucernæ à lucendo nomen. Maximum huius vsum fuisse veteribus in dispellēdis noctis tenebris, tum etiam in cœnis, candelabrorum verò paruum aut nullū ferè, docent quædam auctorū loca. Ait quippe Virgilius Aeneid. 1. *Pendēt lychni laquearibus aureis Incensi.* Petronius: *Lucerna bilychnis de camera pendebat.* Iuuenalis Satyra 6.

Cum bibitur concha, cùm iā vertigine tectū
Ambulat, & geminis exsurgit mensa lucernis.

Flaccus Carmin. 3.

Sume Mecœnas cyathos amici
Sospitis tantùm, & vigiles lucernas
Perfer in lucem.

Lucetius Iupiter, quod lucis eum crederent auctorem, auctore Festo.

Lucii fuerunt Romanis ipsa luce nati, sicut Manii, qui mane, *teste Varrone*, aut omnis

ominis caussa, quod esset bonus. Manū enim antiqui dicebant bonum. Quanquam Zosimus auctor Græcus tradiderit Manium in gentem Valeriam profectum esse, qui primus sacra Diis manibus fecit. Sed quia hæc prænomina sunt vsitata Romanis, videamus & alia hoc tandem loco, vnde suam originem trahant multorum consensu appellata, eo tamen præsupposito, vt prænomen sit, quod præponitur nomini. Cognomen, quod postponitur: agnomen, quod vltimo subiicitur. Exempli gratia. Prænomē est *Publius*, nomen *Cornelius*, cognomen *Scipio*, agnomē *Africanus*. Est vero prænomen Græcis προώνυμον, vt scribit Diomedes. Plutarchus modò primum nomen, modò propriū nominat, Diomedes nomen commune. Sed ad rem prævio duce Sigonio. Nam Agrippa vocatus (*vt recte ille ex Festo*) qui cum labore est natus exēpli caussa in pedes, non in caput, i. ab ægro partu. *Auli* dicti, qui Diis alentibus nascerētur: *Caii* à gaudio patrum: *Cnei* ob næuū insignem in aliqua corporis parte. At *Faustum* à fauore nominatum scribit Valerius. *Quintus*, *Sextus*, *Decimus*, à numero & loco, quo sunt nati post alios, appellationem habent, *teste Varrone*. Iuxta Macrobiū *Saturn. 1.* vocatus est hostis, qui erat procreatus in hostico, eoq; nomine appellat Liuius Lucretium Tricipitinum. Gentis Aemiliæ prænomen fuit *Mamercus*, de quo Plutarchus in Numa hoc modo: *Mamercus fuit Pythagoræ filius, à quo Numa Pompilius filium Mamercum nominauit.* Marcum dictum volunt, qui natus erat Martio mense. De Numerio Festus. *Numerius* prænomen nunquam antea fuisse dicitur in patria familia, quam Q. Fabius, qui vnus post sex & trecentos ab Hetruscis interfectos superfuit, inductus magnitudine diuitiarum vxorem duxit Otacilii Maleuētani (vt tum dicebatur) filiam ea conditione, vt qui primus natus esset, prænomine aui materni *Numerius* appellaretur. *Opiter* dictus, cuius pater auo viuo mortuus erat, quasi qui post obitū patris sit genitus, quod prænomen Virginio Tricosto cōsuli fuit. *Posthumus*, qui post humatū patrem. *Proculus*, qui patre procul peregrinante, *Publii*, qui prius erāt facti pupilli, quā prænomina haberēt. *Seruius* item is primum nominatus, quā seruiēs mulier primum pepererat, vt de rege Tullio scripsit Dionysius *Spurius*, qui sine patre. Antiqui enim iisdem literis S. P. Spurium & sine patre scripserunt. At *Tiberii* nomen adepti, qui nascebātur ad Tybrim. *Tullus* ominis caussa quasi tollēdus creditur dictus. *Vopiscus*, qui duobus conceptis, & vno abortu excluso ad legitimum partum erat deductus, quo prænomine vsa præcipuè est gens Iulia Prænomē *Lartis, vt tradit Valerius*, à Laribus est sumtum, inditum quondā consuli Herminio. Fuit & Lar Tolumnius Veientium rex, & Lar Porsena, de quo Dionysius *libro 5.* βασιλεὺς ἦν κλουσιανῶν Λάρ ὄνομα, πορσίνας ἐπίκλησιν.

Lucina, appellata est Iuno, à luce, quòd partum in lucem prodat iuxta illud: *Iuno Lucina fer opem*: vel quod oculis & luci crederetur præesse, *vt censet Plinius*. Vtrumque etymon confirmat nonnihil, quòd oculi superioris integumentum Iunonis tutelæ veteres commiserint. Etenim eo teguntur oculi, per quos luce fruimur, quā à Iunone tribui putabant. Macrobius scribit *Saturnal. vltimo Luna humidam aperire & relaxare.* Subdit autem: *Hinc est, quod Diana, quæ Luna est, ἄρτεμις dicatur, quasi ἀερότεμις, id est, aerem secans.* Lucina à parturientibus inuocatur, quia proprium eius munus est distendere rimas corporis, & meatibus viam dare, quod accelerando partui est salutare. Subiicio quoque Ouidii verba ex Fastis. Ait enim:

Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus:
Aut quia principiū tu Dea lucis habes.
Parce, precor, grauidis facilis Lucina puellis,
Maturumque vtero molliter aufer onus.

Quibus ille verbis, partim à luco nome

deriuant, vbi ædem habuit, & lotos exſtitit mirandæ vetuſtatis, partim a luce, de quo etymo dictum loco priore Grecis eadẽ eſt *Ilithia*. Vnde timidis parientibus eam propoſitã canit Ouidius *Metamorph.9* Et Flaccus in carmine ſeculari: *Lenis Ilithya tuere matres*. Catullus Epigram.23. *Tu Lucina dolẽtibus, Iuno dicta puerperis*. Atqui Iuno Lucina, eſt Diana.

Lucrum, à luendo appellatum Varroni.

* *Luctus*, אבל *Ebel*, ab אבל *Abal*, contriſtatus eſt, fleuit, luxit. Cognationẽ habet cum הבל *Habal*, viluit, & אפל *Apel* caliginoſus: Nam teſtabantur Iudæi luctum veſtibus atris & velata facie. Hinc per metatheſin λυπέω & λεπέομαι, cõtriſtor; λύπη triſticia. Dicitur etiam מספד *Miſpadh*, à ספד *Saphadh*, planxit, luxit, animo mœſto fuit. Hinc σφαδάζω malè habeo, diſcrucior; σφαδασμὸς cruciatus. Itẽ קין *Kin* & קינה *Kina*, lamentatio, à verbo קון *Kon*, lamentatus eſt, conqueſtus eſt. Hinc κινέω, moueo, turbo, & κινύρομαι lamentor, κινυρὸς, querulus κινυρίζομαι ploro cum ſingultu; κναίω, κνίζω, triſtor, afficior mœrore.

Lucus, per antiphraſin dictus videtur Grammaticis, quòd minimè luceat propter arborũ vmbras, *vt & Accurſius notat. l. id quod. § fin. ff. de peric. & cõmod. &c.* Et Seruius Aeneid. 1. cum ait Poeta;

Lucus in vrbe fuit media latiſſimus vmbra. Sylua enim erat non cædua, & proinde Deo alicui ſacrata. Talis Martis lucus in Ponto, & Albæ. Horatius quoque in arte Poetica coniungit lucum & arã Dianæ. Sed enim aliud ab aliis proditum inuenio etymon, qui dictum volunt lucum, quòd ſacrificiorũ luminibus, quæ ibi per noctem haberi ſolebant, quoque verſus luceret. Quis enim neſcit Lucaria feſta in lucis celebrari ſolita, præcipuè in eo luco, qui inter Tyberim & Salariã exſtitit, eo quod victi à Gallis ibi ſecurè latuiſſent. Etſi aliqui ea à luce nominata velint, quòd propter amiſſam lucẽ cultus ille ſit inſtitutus, *auctore potiſſimum Feſto*. Id notandum, conſecratos vt plurimum fuiſſe lucos circa templa Deorum, nonnunquam etiam licuiſſe ſuccidere, facto tamen prius ſacrificio, cuius formulã tradidit Cato *de re ruſtica* hoc fere modo: *Porco piaculo facito, ſic verba concipito: Si Deus, ſi Dea es, cuius ſacrum eſt, vt tibi ius ſiet porco piaculo facere, illiuſce ſacri coercendi ergo, harumque rerum ergo, ſiue ego ſiue quis iuſſu meo fecerit, vt id rectè factum ſiet: Eius rei ergo te hoc porco piaculo immolãdo bonas preces precor, vti ſies volens propitius mihi, domo familiæque meæ, liberiſq; meis. Harum rerum ergo macte hoc porco piaculo immolando eſto.*

Ludiones dicti Hiſtriones, vel à *Lidis*, id eſt, Hetruſcis, vel à *ludo*, vt obſeruant Grammatici.

Ludi vt originem, ita etymon vocaboli trahere videntur nonnulli à Lydis, qui traieciſſe dicuntur ex Aſia in Italiã, & in Hetruria conſediſſe duce Tyrrheno, qui fratri ſuo ſucceſſerat in regno. Nam inter alios ſuperſtitionum ſuarum ritus inſtituerunt etiam ſpectacula nomine religionis, quæ poſtea Romani ſunt imitati, cum ludos Gymnicos, Circenſes, Gladiatorios, & Liberalia celebrarent, etiamſi modos & ritus omnes non acceperint ab illis, ſed pleraque mutuati fuerint à Græcis. Sed cur non à ludendo deriues, quam equidem originem agnoſcit literarum ludus, qualẽ Iſocrates erexiſſe legitur Athenis, Romæ primus omnium Carbilius, tum ſaltatorius ludus Perſis olim & Lacedæmoniis celebris, quippe qui ad bellum etiam neceſſariam duxerint ſaltationẽ. Quanquam nominis ſignificatio nonnihil variet, cùm loco poſteriore exercitationis locũ ſignificet, priore publicas celebritates Deũ iræ placãdæ deſtinatas, vel pro ſalute populi editas, vel ob gratiã populi demerendã inſtitutas. Primus apud Romanos ludorũ inſtitutor legitur fuiſſe Romulus Cõſualibus celebratis, *ſicut conſtat ex hiſtoriis*. Inde eos alii reges exhibuerunt, poſt reges et actos Cõſules. Tandẽ id munus creatorũ Aedilium

dilium fuit, ita vt plebeii plebeios, Curules verò magnos potiſſimum exhiberent. Sacri autem ludi dicti Romanis, qui fiebant in Deorum honorem, quales *Florales, Cereales, Apollinares, Megalenſes, Capitolini, Martiales, Compitality & Seculares.* Sed de illis ſuis in locis

* Ludus metonimycè Latinis dicitur pro loco ludi literarũ; nã *omnem ſcholã*, inquit Aſconius, *ludum dixere Romani*, quia liberali ingenio ludus eſt, quum literas, artes, hiſtorias, ſcientiaſque diſcit. Quamobrem eleganter *ludum dicendi, non luſionis*, Tullius ad Q. fratrem appellauit.

* *Ludus* dicitur in factis, inquit Valla, iocus in verbis: ſed nonnumquam hæc diſtinctio, apud poëtas præſertim, confunditur. Spectacula publica ludi dicuntur: & ludus pro exercitiorum variorum loco accipitur. Græci *ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν*, id eſt, ab exercendo, gymnaſium dicunt. Inde ludus literarius, gladiatorius, &c. Ludi magiſter, ludum aperire, &c. Ludi, ſpectacula publica, & certamina, *ἀγῶνες.* Horum multa nomina & varia exercitia apud Orientis & Occidẽtis populos, prçſertim Græcos & Romanos. Ludus, pro ioco, riſu, cachinno, irriſione, illuſione (vt etiam latini Ludere, ludos facere quod Galli dicunt *ſe mocquer, ſe rire & iouer de quelqu'vn*, vſurpant) Hebræis שחוק *Sechok* habent, à verbo שחק *Sachak* riſit, deriſit, luſit, cachinnatus eſt. Grçcis *σιχάζομαι, σιχαίνομαι*, & *σιγχάζομαι*, derideo: & per radicis Hebreæ inuerſionem (vt ſæpiſſimè in linguarum mutatione factitatum eſſe conſtat) *καγχάζω, ἀνακαγχάζω*, cachinnor: & generali verbo *παίζειν*, illudere, ludere, ludos facere, *ἐντρύφαν, καταμειδιᾶν*. Et nomen *παιδία*. A verbo etiam צחק *tſachak*, quod in bonam & malam partem ſumitur (ſignificat etiam ſimpliciter luſit, riſit, & quidem ex ſincero affectu: nonnumquam etiam ſubſannauit) deriuatur *Tſechok* riſus, ſubſannatio. Geneſ. 21. 6. Ezech. 23. 32. Docti obſeruant verbum illud ſignif. ridere ore, lætari, iocari, ludere, & ſubſannare. Præterea Hebræi ludicra, puerilia exercitia, luſiones, vocant *Tahalulim*, id eſt, infantias, quod Galli dicunt *ieux d'enfans, en fantillages*; & per auxeſin infantes nominant hac voce Ieſai. 3. 4. העלולים *Tahalulim, infantes imperitabunt eis*. à verbo עלל *halal*, Infantiliter locutus eſt. Hinc Gr. *λαλέω* loquor, garrio. Quid autem fuerunt & ſunt ludi plerique fere omnes, tum in dictis, tum in factis conſiſtentes, aliud quàm nugæ canoræ, infantię, ludicra & ſæpius exercitia noxia?

Lugdunum Galliæ vrbs, Ptolemæo *λούγδουνον*, Stephano *λούγδουνα*, in marmoribus antiquis Lugdunum, ad Rhodani & Araris confluxum ſita, nomen acceſſit à monte Lucij. Veteres enim Galli *dunum* vocabant collem, atque adeo hodie quibuſdam in locis ſignificat aggerem, *teſte Adriano Turnebo.* Sunt etiam, qui produnt, olim ſitam fuiſſe in monte, poſtea vero incendio conſumtam, & in planitiem fuiſſe deductam. Quamquam Strabo conditam ſcribat *ὑπὸ λόφῳ*, ſub colle, qui itidem nomini huic occaſionem dare potuit. Paradinus in ſua Lugdunenſi hiſtoria, vocatam eam à veteribus ſcribit *Sequanorum ciuitatem.* Rhodanuſiam appellauit Sidonius, *Inſulam* Plutarchus & Liuius. Dictam quoq; *Nobiliſſimam* tradit Gregorius Turonenſis, eo quod vrbs eſſet Martyrum ſanguine illuſtrata. Epiſcopus eius quondam fuit Irenæus, cuius adhuc exſtant *libri 5. aduerſus monſtroſas veterũ hæreticorum opiniones.* Seneca ſcribit, illuſtraſſe eam ſuo tempore tot pulcerrima opera, vt ſingula illuſtrare res ſingulas poſſint. Edidit & hic Caligula, *vt teſtatur hiſtoria*, ludos Miſcellos Latinæ quoque & Græcæ facundiæ certamen, in quo victi cogebantur in victores præmia conferre & eorundem laudes celebrare. Qui vero diſplicuerant, eorum ſcripta incumbebant ſpongiæ, niſi maluiſſent ferulis vapulare, aut in

proximum flumen demergi. Secundum Narbonem Gallicarum eam vrbium celeberrimam olim fuisse hominum frequentia, & præfectis Romanis emporii vice fuisse, cusa quoque ibidem aurea & argẽtea moneta, apud Strabonem legas, *lib. 4.* Vbi & aræ meminit sexaginta gentium inscriptionibus & imaginibus nobilitatæ, vt & alterius, quæ ipsi *βωμὸς μέγας*. Ad harum alteram proculdubio institutum certamen illud à Caligula, ma...me cum Iuuenalis canat: Et sic

Palleat, vt nu... pressit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunẽsem Rhetor dicturus ad aram.

Est & Batauorum Lugdunum, quod Ptolemæo est λογίδουνον τῶν Βαταβῶν, nomenque suum tulisse videtur eruditis à collium humilitate, quasi dixetis *lege duynen*. Ab huiusmodi collibus descendit & appellatio ciuitatis Flãdriæ, quam *duinkerken* nominant, celebrem imprimis tempore hoc nostro nauibus Harpyarum modo inuolantibus ac rapientibus, quæcunque inuenerint in mari hoc nostro, magno cum Reipub. dispendio. Vide *Lyceum.*

Lumbus, cui adhæret ren, *à lubidine*, id est, *libidine* dictus videtur nonnullis, Veneri eandem ob caussam dedicatus.

Luna, sidus nouissimum terrisque familiarissimum Plinio, & cùm proxima sit cardini, minimo ambitu 12. Zodiaci signa percurrens, cuius cursum idem prodit d...prehẽdisse primum Endymionem, cuius sepulcrum *auctore Strabone* ostenditur ad Latmium montem Cariæ in antro quodam, vbi mons pediculo...rum est, *vt Crispsit Hecatæus*, non quidem appellata, quasi lux sit aliena, quam fœnerat a Sole, at à lucendo potius, quòd luceat noctu dicta propterea *Noctiluca*. Eadem ...nim illa cum Lucina & Diana. Itaque vt apud Græcos Dianam eamque Luciferam, ita apud nostros Iunonem Lucinam inuocant in pariendo, quæ ipsa & Diana omniuaga dici consueuit. Hebr. לבנה *Lebana*, i. Alba, seu Albedo. ...erbo לבן *Labat*, quod intransitiuè exponitur albuit, dealbatus est. Hinc λευκαίνω dealbo, λευκὸς albus. Est enim admodum alba Luna, quæ etiam argentea cognominatur. *Leb...* igitur, q. d. Albana. Deriuatur etiã a לין *Lun*, id est, pernoctauit: noctu enim lucet & apparet, ex Creatoris mandato. Inde Luna. Iouianus Pontanus *in fragmento libelli de Luna*, primum eam dictam putat Lucenam ab illuminatione nocturna, post verò litera subtracta (vt in compluribus dictionibus vsu venit) Lunam in ore hominum percrebuisse, nomẽque integrũ, siue Iunoni, siue Dianæ vna ...tum cõmutata litera permansisse. Adhibetur ea superstitione gentilium ad partus, quod illi maturescant iam septem, iam nouẽ ipsius cursu periodico. Præcipuum illa apud gentes æternitatis Hieroglyphicum. Cum enim defecisse videtur, fit interim noua & velut reiuuenescit. Cumque vitæ nostræ partes præcipuè sint duæ, τὸ αἰσθητικὸν καὶ φυτικὸν, *vis sentiendi atque crescendi*, priorem quidem potentiam consequi nos voluerunt à Sole alteram a Luna. Et quoniam præest dominaturque humoribus, qui ad fœcunditatem non solum, sed etiam ad generationem productionemque rerũ sunt necessarij, ausi quoque nonnulli sunt masc... lino genere dicere Lunum, quasi qui virilem etiam operam subministraret in excita...s seminibus & terum speciebus ...seruandis, nequid intereat, vel ha...d ...is mat...... ...fœcsat. A Luna dicti *L...* *alcei*, quos es Arcades ... ...am iactantes, gestare solebant, ... illa, qua calceamenta ... ...bantur, Lunæ in speciem fa...a, quæ cornua porrigebat. Hos & apud Romanos gestarunt generis nobilitate præstantes, sicut tradit Plutarchus. Vnde & Martialis *libro 2. Lun ...tam* nominat *pellem*. Et Statius ad Cri...pinum:

Primaque patricia ... ...igia Luna,

Rationem gestam...s huius ostendit Plutarchus *in Problematibus*, prolixa disputatio

ſputatione.Ceterùm inter omnes rationes,ea in primis placet, quæ ab Arcadibus eſt ſumta,qui cum Euandro traiecerunt in Italiam, & eo calceorum genere ſunt vſi. Errant etiam, qui cauſſam commenti ſunt eam, vt calceis his admonerentur,conſiderandam eſſe rerum viciſſitudinem, quæ præcipuè in Luna ſpectabilis eſt,ne ſolo nobilitatis nomine nimium turgidi criſtas erigerent.Sūt tamen, qui à Numa Pompilio inſtitutum affirmant, vt Senatorum calceis C. litera inſcriberetur, quæ centum ſignificat, vt per eam ſe, è numero centum patrum eſſe admonerentur: Atque eam à figuræ ſimilitudine poſtea Lunæ effigiem eſſe dictam *calceatoſque Lunatos*. Legimus porro & *acies Lunatas* apud Poëtas,id eſt, in cornua duo diuiſas, ad modum Lunæ: Ait enim Lucanus libro tertio. *Lunari fronte recedunt.* Et Propertius lib.4.

Tandem acies geminas Nereus lunarat in arcus.

Non tacendus hic etiam puerilis veterum error exiſtimantium magico carmine Lunam deuocari cœlo. Quare ne veneficarum audiret verba, æris tinnitu obſtrepebant. De qua re,omiſſis Poetarum ſcriptis, ex Plutarchi tantum Æmilio locum adduco, αἰφνίδιον, inquit, ἡ σελήνη πλήρης οὖσα καὶ μετέωρος ἐμελαίνετο, καὶ τοῦ φωτὸς ἀπολιπόντος αὐτὴν, χρόας ἀμείψασα παντοδαπὰς, ἠφανίσθη. Τῶν δὲ ῥωμαίων (ὥσπερ ἐστὶ νενομισμένον) χαλκοῦ τε καὶ παταγοις ἀνακαλουμένων τὸ φῶς αὐτῆς, καὶ πυρὰ πολλὰ δαλοῖς καὶ δᾳσὶν ἀνεχόντων πρὸς τὸν οὐρανὸν, οὐδὲν ὅμοιον ἔπραττον οἱ μακεδόνες, ἀλλὰ φρίκη καὶ θάμβος τὸ στρατόπεδον κατεῖχεν. Dicta autem σελήνη Græcis,quod σέλας, id eſt, *lucem habeat*, ἄνω id eſt, *ſuperne*, quippe à Sole, cui ſemper ſua obuertit cornua.Lunę & Soli,primus ædes ſacrauit Romæ, T. Tatius Sabinorum rex, *Varrone & Dionyſio auctoribus.* Eidem erectum templum magnum in Auentino, item in Capitolio & monte Palatino, tauroque litatum conſtat.

Lupanaria a lupis,id eſt,meretricibus, ob meretriciam improbitatem rapacitatemque appellationem deducunt, Cicero pro Milone, *Clodius ſemper ſecum ſcorta,ſemper lupas ducebat.* Plautus in Epidico, *Diuertunt mores virginis longe ac lupæ.* Eſt alias idem conuitium Comicum in mulieres & virgines improbas. Hac de cauſſa delectabatur Meſſalina mentiri nomen Lyciſcæ. Ait enim Satyricus,

Tunc nuda papillis
Conſtitit auratis nomen mentita Lyciſcæ.

Etymon noſtrum porro approbat Iſidorus, addens inſtituta a paganis lupanaria, vt pudor infelicium mulierum ibi publicaretur, & tam illi haberentur ludibrio, qui facerent, quam quæ paterentur.

Lupata frena aſperrima à luporum dentibus dicta ſunt Iſidoro, quæ, quoniam ſunt inæqualia, obeſt etiam vehementer eorum morſus.Erant ergo aſpera & inæqualia lupinorum dentium in morem,vel frena dicta lupata, quod *lupos* haberent. Eſt autem lupus ferreum inſtrumentum,vncum,dentium lupinorum ſimile.*Liuius lib.28.* In alios lupi ſupernè ferri iniecti, vt in periculo eſſent, ne ſuſpenſi in murum extraherentur.Ita & Græcis λύκος ferrum eſt freni ad os equi,quantumuis ferocis; temperādum domandumque aptiſſimi, quod notat *Turnebus Aduerſariorum lib.11.cap.28.* vbi pariter tradit, eodem modo currus dici *falcatos*, quod falces haberent: ſecures dolabratas,quę habent dolabram,falces vericulatas,quæ vericulū.Serrata quoq; & pectinatim inter ſe coëuntia, dentiū inſtar rectè dixeris eiuſmodi fræna.καρχαρόδοντας nominant Græci ab iis animalibus, quæ dentes habent ſerratos, quales Leones, *Pantheræ*, *Canes*, Lupi, & *Piſces creobori.* Itaque κύνα καρχαρόδοντα nominat Heſiodus. Κάρχαρον enim Græcis eſt id, quod *aſperum* ſimul *acutumque* dicimus. Hinc Oppianus de piſcibus 1.

καὶ ἐν

καὶ ἐνδοῦ καὶ κάρχαρον ἔργον. Meminit autem huiusmodi fræni Virgilius *Georgic. 3.* Ouidius *de trist. lib. 4.* vbi lupum nominat, & Xenoph. *lib. de re equestri*, eoque tractos equos λυκοσπάδας dictos inuenias apud Plutarchum *Sympos. 2. cap. 8.*

Lupercalia placuit Varroni inde arcessere nomen, quod Luperci sacra facerent in Lupercali. Est enim Lupercal, *teste Seruio*, spelunca sub monte Palatino, in qua capro luebatur, id est, sacrificabatur. De origine tamē Lupercalium, varia traduntur ab auctorib. Sunt namque qui ab Euandro ex Arcadia in Italiam translata affirmant, Dionysius, Liuius, Plutarchus, & multi alij. Nonnulli instituta & celebrata primum à Romulo & Rhemo tradunt propter factam sibi ab auo Numitore vrbis in monte Palatino condendæ potestatem, quā caussam explicat Valerius Maximus, *libro 2.* his verbis: *Lupercalium mos à Romulo & Remo est inchoatus, cum lætitia exsultantes, quòd his Numitor auus Rex Albanorum eo loco, vbi educati erant, vrbem condere permiserat sub monte Palatino, hortatu Faustuli educatoris sui, quem Euander Arguius consecrauerat, sacrificio facto, cæsisque capris, epularum hilaritate ac vino largiore prouecti, diuisa pastorali turba, cincti pellibus immolatarum hostiarum, iocantes, cuius hilaritatis memoria annua circuitu feriarum repetitur.* Plutarchus quoque alias scribit, lustrationis caussa instituta videri posse, eo quòd fiant diebus fastis mensis Februarij, qui nomen ab expiationibus habet. Ouidius *in fastis* eo refert, quòd Romani beneficij memores præstiti à lupa, in educandis infantibus, Romulo & Remo, templum illi exstruxerint ad ficum *Ruminalem*, quod est appellatum *Lupercal.* Sic enim ait:

Illa loco nomen fecit, locus ipse Lupercal,
Magna dati nutrix præmia lactis habet.

Templi huius sacerdotes, *auctore Varrone*, dicebantur *Luperci*, qui nudi rem diuinam agebant, perque vicos vrbis, & compita discursantes pellibus in scuticas dissectis obuias quasque fœminas verberabant, ita eas fœcudas fieri existimantes. Vnde & *Crepos* appellat Festus à crepitu pelliculatū. Sed enim aliqui rursus (*ne id negligam*) dicta voluerūt *Lupercalia* à lupis arcendis, quòd celebrato sacrificio tali in Panis honorem, qui est dictus Lycæus, lupi arcerentur à pecoribus & stabulis. Scribūt enim Plutarchus & Liuius, cùm Euander solemne hoc sacrificiū intulisset in Italiam ex Arcadia, benignè illi Faunum montem & agros assignasse, inque illius radicibus constitutū Lycæo tēplum, vbi nudum conspiciebatur Dei simulacrum, pelle amictū caprina, quo habitu currebant Romę in Lupercalibus. Proprium erat eius celebritatis, vt Luperci immolarent canem, vel expiationis gratia, quòd Græci canes adhiberent ad expiandum, vel in gratiam Lupę, quę Romulum ac Remū creditur enutrisse, vel deniq; quòd sacrificiū fieret Pani, cui propter greges amicus est canis. Sciēdū insuper agitata fuisse Lupercalia 15. Calen. Martij, (Lycęa nomināt Gręci) eorumque diem veteres februatā dixisse. Nec tantum Luperci ea celebrabant, verum & alij quandoq; viri, virisque permixtę mulieres. Quapropter scribit Plutarchus *Antonium nudum in Lupercalibus fuisse vectū per vrbem.* Diu durasse Romæ hanc superstitionem cōstat, quamquam abolitam, tandem restituit Augustus, suscepto Pontificatu maximo, *vt scribit Suetonius*, vetuitque currere imberbes. Ferias etiam has fuisse statiuas, vt Agonalia & Carmentalia, annotat Macrobius.

Lupinus, amarissimum leguminis genus, quòd sui circumactu agricolis horas etiam nubilo die ostēdit, dictus quibusdam videtur ἀπὸ τῆς λύπης: *tristitia* vel *molestia*, qua si quis edat, afficiet edētem ob amaritiem insignem. Vnde tristem dixit Virgilius, & λυπηράγιον Gręci. Etsi alij originationem deducāt a lupo, quòd non minus ac ille terram appetat, & illius sit vorax, id quod min' arridet.

Sumit

Sumpsit ab eo Zeno Philosophus, quod in conuiuio scitè admodum respondit. Quippe rogatus *cur, cùm esset natura seuerus, in conuiuio tamen hilaresceret*, respondit, *Lupinum suapte natura amarum, tamen aqua maceratum dulcescere*. Farina eius cutem liuoresque corrigit, inflammationes cum polenta & aqua mitigat, tubercula & coxendicum dolores ex aceto lenit, sicut & strumas dissipat, & carbunculos rumpit, *teste Dioscoride*,

Lupus animal ouibus infestum, τῷ λύκῳ respondere videtur nonnullis. Proditum ab Aristotele, & deprehensum cupedinariorum experimento laceratas lupinis dentibus carnes esse & dulciores, & ad pediculos procreandos aptiores, idque tactum ab Horatio volunt, vbi inter ea, quæ regiis deliciis iucundiora enumerat, hœdum etiam lupo ereptū recenset. Rapax idem & furax animal, & visu tā acuto, vt, etiamsi Luna sileat, clarissimè tamen intueatur vel imtempesta nocte, inque prædis inuadendis, post nocturnam famem antelucanum tempus obseruet. Vnde fingit Claudianus, prædones post hanc vitam à Rhadamanto lupis obiici solitos. Audax tamen hoc animal, & tā bellicosum, quàm noctiuagum, scuticæ ictum, aut lapidis sonitum timere dicitur. Ab hoc sanè vulnus inflictum putrescit, carne vermes generante, nec vnquam coalescente. Cùm maiorem sibi incumbere vim animaduertit, quàm sustinere queat, remulcere caudam dicitur conscius audacis facti, eumque pauitantem vtero subiicere, vt canit Poeta, atq; deinde se abdere in montes & syluas. Creditur quoque hactenus, imo à Platone & Virgilio proditum, hominem à lupo præuisum subitò consternari, & voce destitui. Naturale inter eum & equum odium, vsq, adeo, vt multi quoq; crediderint abortire equam, si tantum presserit eius vestigium. Idem tam est famis impatiens, vt si non inuenerit prædam, tandem ricitu deducto ingerat terram. Plura de eius natura vide apud Plinium,

Luscus, luce carens. Is enim, est qui hebeti est visu, & qui altero oculo caret. Eleganter itaque Martialis, *Oculo Philenis semper altero ploras. Quo fit istud modo quaeris? Lusca est. Hinc Lusciosus, qui parum cernit interdiu.*

Lutetia ad Sequanam sita, Galliæ totius caput, sedes regia, & vna ex maximis ciuitatibus totius Europæ, fertur nomē habere à luto. Meminit eius Ammianus *lib. 15.* Parisiorum castellum nominans. Vnde verisimile fit, olim eam vrbis amplitudinem non fuisse, quæ nunc apparet, aut potius (*vt vult Rhenanus*) oppidum tum temporis fuisse exiguum. A Iulio Cæsare magnoperè est aucta, & proinde Iulia vocata, id quod suspicionem iniecit Ioanni Baptistæ, conditam eam ab eodem Iulio. Iulianus Apostata scriptum reliquit in ea oratione, cui titulus μισοπώγων, à Gallis, quos ille Celtas appellat, vocatam eam φίλην λουτετίαν Architremius Poëta Anglus nominauit *alteram Phœbi regiā, mundi Rosam, & orbis balsamum*, diuitem agris, fœcundam mero, mansuetam colonis. Vide *Lyceum*.

Lux videtur dici quibusdam ab antiqua Græcorum voce λύκη, quæ primam illam lucem solis ortum præcedentem significabat, *teste Macrobio Saturnal. 1. cap. 17.* Etenim Homerus nominat eam lucem ἀμφιλύκην νύκτα, qua cernere incipit lupus, inque viam se dare. Quinimo Apollo idem cum Sole λυκηγενέτης eidem dictus, non ea quidem caussa, quod in Lycia genitus crederetur, verùm potius, quod λύκην generet, & matutini splendoris sit auctor, aut quod λυκόβαντα, id est, *annum suo cursu designet.*

* *Lux*, Hebr. אור *Or*, & אורה *Ora*, lumen, luminare, & in plurali ארת *Oroth* luminaria. אורים *Vrim* dicti sunt duodecim lapides preciosi in pectorali summi sacerdotis fulgentes & lucentes sicut flā-

ma ignis. אור *Vr* etiam nominatur focus in quo lucet & fouetur ignis aut flāma. Item proprium nomē ciuitatis in Chaldæa, ab igne, qui ibi custodiebatur religiosè, sicuti Romæ à Vestalibus, quem Chaldæi sacrum colebāt. Vnde *Vro*. Lux enim, אור *Or* vrit, calefacit & illuminat. A verbo אור *Or*, illuxit, quod Cognationem habet cum ראה *raah*. vidit, & נר *Ner* lucerna Hinc ὡραΐζω, ὡραΐζομαι, luceo, niteo; ὡραῖος pulcher, matutinus; ὄυρανὸς cælum lucidum; ὄρθρος diluculum ὀρθρίζω, ad lucem surgo; ἦρι, mane. Et Latinis aura pro splendore, aurora, orior, oriens, ortus, aurum lucidum. Nec tantùm Sol ipse κατ' ἐξοχὴν, quia Lucis est maximum, vehiculū & veluti fons, dux item & princeps reliquorum luminum, atque Luminare maius, ex vsu Arabum, & inde quoque Aegyptiis *Or* vel *Orus* (Orus Apollo) vel etiā Horus aspiratè ὧρος, ab eadem Hebræorū voce אור *Or*, vel *Vr* vocatur; sed etiam aliæ voces affines: vt ὧραι horæ, Solis famulæ, ὥρα pars dies ὁρᾶν videre, ὄρος siue οὖρος mons, quia luci maximè expositus ὀρίων siue ὡρίων sidus australe, quia lucidissimum, Latinis quæ supra notatæ sunt dictiones, item Ora cuiusque rei extremitas, quod magis appareat; orno, id est illustro; & per antiphrasin orcus, quòd minimè luceat, sed prorsus sit caliginosus. Hebræi etiam Antrū, cauernam, speluncā *Meurah* ab eadem radice אור *Or* nominant, vel contrario sensu, nempe quoniam ibi est obscuritas, vel quia foramen & ostium habet, per quos lux illabitur. A מאור *Maor*, quod lumen ceu lucis effectum denotat, Græci dixerunt tum μαῖραν, id est, *Lunam*, à lucēdo videlicet: tum μαῖρειν, *lucere*(à quo Latinorum mare) non tantùm quia mare purificat, vt Proclus tradit, & ideo plerisque Gentibus, Aegyptiis exceptis, sacrum habetur sed etiam quia sit pellucidum & clarissimum) tum denique μαρμαίρειν i. splendere: à quo σμαραγδος *Smaragdus* (addito σ per prosthesin, vt à φάω fit σφάζω) gēma perpetuo clarissimoque virore nitens. φῶς, & φάος, Græcis Lux, à יפע *Phaz* Hebræorum quod aurum & quodcunq; lucidū est atque iucundum aspectu significat, originē trahere videtur, de quibus amplius cogitet lector studiosus.

Lyæus nominatus Bacchus, παρὰ τὸ λύειν quòd multo vino soluantur membra, vel potius, quòd mentes hominum curis soluat, iuxta illud, *Cura fugit multo diluiturq; mero*. Horatius in Epodis *Curam metúmque Cæsaris rerum iuuat dulci lyæo soluere*.

*Lycéum, siue Lycium, vt Spartianus vocat in Adriano Cæsare, λύκειον, Græci vendicant sibi fabulosissimè. Hoc enim deducunt alii à Lycio Pandionis filio, vt Pausanias; alii ab Apolline lycei præside, qui dictus est à Græcis Lycius; alii à lupo sacro Apollini, cuius signū in Lyceo fuit: alii ἀπὸ τῆς λύκης, à luce, siue propter doctrinæ lucem quam inde percipiebant studiosi; siue quòd clarior esset locus, & plus haberet lucis vmbræque minus quàm Academia, cuius ambulationes vmbrosas Eupolis appellauit. fabulæ. Hebrēum nomen להקת *Lahakath*, 1. Sam. 19. 20. cœtum atque conuentum significans; & per Syncopen Hebræis frequentatam *Laka*. Hinc ergo Phœnices duxerunt Scholasticorū conuentuum suorum appellationem: à quibus regiones illas Ioniæ quas incoluerunt primū, *Lyciam* & *Lycaoniam*, gymnasii ipsorum exornatas, fluuiumque *Lycum* dixerunt, quòd secundum eum gymnasia opera ipsorum fuerint instituta in Asia minore: itemque in Aegypto *Lycæopolim* siue *Lycopolim*, Noménque *Lycopolitē*, &c. Deinde verò in Bœotia *Helyconem* montem Musarum, qui vulgo Helicon, & sexcenta alia. Ex hoc autem fonte manauit Græcorum Latinorumque λέγω, συλλέγω, & nomen λέγος, συλλογὴ, qua homines λογάδην, id est, turmatim vel manipulatim congregantur, & λογεῖον, ὁ τόπος συλλογῆς, &c. for

&c. forte etiam Latinorũ lucus. Atq; ex hac significatione λυκάιου, vel λογά υ, aut etiam (si ita placet) συλλογείς, hæc opidorum nomina profecta sunt; *Lucotecia* Parisiorum, quæ per syncopen *Lutecia* post dicta: & Lucodunum, in priscis lapidibus Lugodunum vel Lugudunum, vulgo Lucdunum siue *Lugdunum*, olim etiam *Lugodunium* corrupta voce (nam dunum apud veteres significabat molem, vt doctissimus Turnebus doctè monet in Aduersariis) quasi dicas molem conuentui hominum recipiendo & continendo accommodam. Hoc autem nomine appellantur, primum quidem emporium illud celebre quod nomen dedit Galliæ Lugdunensi, tum alterum Germaniæ magnæ non procul à fluuio qui Albis dicitur: itemque nobile illud hoc tempore Batauorum *Lycéum* quod *Leydam* vocant, prætereáque illud Aquitanicum ad Pyrenæos saltus, cuius in conuentu fuerunt populi *Conuenæ*, ex causa illa, quam modò diximus, appellati, & in opidum contributi, vt Plinius autor est lib.4. natur. hist. cap.19. Quod de Lygdo vel Lugdo autores prędicant quidam, id fabulosum censetur. Quòd verò à L. Munatio Planco alii princeps illud Galliæ Lugdunensis opidum dictum volũt, Strabonis narratione conuellitur. fuit autem *Lycéum* vel Lycium Athenis quidem gymnasium Aristotelis & Peripateticorum, ex quo discesserunt ab Academia. Sed propriè tamen atque vniuersè (vt iusta vocis notatio postulat) gymnasiũ significat habendo cætui & colendis studiis accommodum. Ac propterea non ineptè Tullius gymnasium à se in Tusculano suo constitutũ donauit Lycéi nomine, lib.1. de diuinatione: & constitutæ ad hanc rem scholæ eleganter eodem nomine ornari possunt.

Lycius appellatus Apollo censente ita Antipatro Stoico, παρὰ τὸ λευκαίνεσθαι πάντα φωτίζοντος τοῦ ἡλίου, *quòd omnia albescunt illucescente aut illustrante Sole*. Cęterùm Cleanthes deduxit ἀπὸ τοῦ λύκου lupo, quòd veluti lupi pecora rapiũt ita ille radiis rapiat humorem. Alii ἀπὸ τῆς λύκης, de qua actũ in luce, & vnde λυκηγένης audit. Diuersus ab his omnib⁹ Festus, cum inquit, *Lycii Apollinis oraculum in Lycio maxime claritatis fuit ob luporum interfectionem.* λύκος enim est lupus.

Lydia Asię minoris regio, *μαιονία* Ptolemæo, Herodoto, Plinio, cuius mulieres omnes meretrices fuisse scribit Herodotus, *referente Strabone*, & vnde oriũda fuit Omphale Herculis amica, nominis initium habere creditur à Lydo, quẽ Athyos regis filium fuisse idem Strabo memoriæ prodidit. Alii tamen ἐτυμολογοῦντες trahunt, cùm regionis, tũ incolarũ nomẽ à Lud, filio Sem, cuius & Arias Mõtanus meminit in biblico apparatu. Ab hac regione autẽ dictus est Lydius lapis, quem Græci βάσανον dicunt. Incolę eius molles & voluptatibus dediti, dicti sunt Lydi, (inde Ludi & vana omnia Ludicraque nec nõ turpia exercitia quę homanum genus pessundant) à quibus Tyrrheni traxerunt originẽ, quippe qui Tyrrheno duce in Italiam venerũt, *teste Herodoto*. Qua de caussa Lydiũ amnem nominauit Virgilius Tibrim. Primi illi ferũtur percussisse aureum & argenteũ nummum ad vtendũ, caupones & institores exstitisse pilæ, aleæ, & tesserarũ ludum excogitasse. Eidem Mæonii appellati, sicut constat ex fonte omniũ ingeniorum Homero, qui *Mæones* appellat.

Lympha nomen suum Nymphis acceptũ ferunt, secundũ Festũ. *Vulgo*, inquit, *memoriæ proditum est, quicũque speciem aliquam è fonte, id est, effigiẽ Nymphæ viderint, non fecisse finem furendi, quos Græci νυμφολήπτους vocant, nostri lymphatos.* Græcam vocem vsurpauit Plato in Phædro, hominemque accipit *ea furiosum, & mente abalienatum*. Sic Plinius cũ de Helleboro loquitur, mederi dicit eũ morbis comitialibus, vertiginosis melancholicis, insanientibus, lymphaticis, elephantiæ albæ, vbi nympharum nomine correptos

lius & Fuluius statuerunt, vt in domo eius obsonia venderentur. Alij à macerando deducunt, quòd pecora in eo macerentur. Isidorus vult dictum, quòd ibi pecora mactentur. Vnde Hebræis appellari solet בית המטבחות *Domus mactatorum.*

Machanaim, vrbs Leuitarum in tribu Gad, vbi Iacob Patriarcha Angelorum castra conspexit, nomen sibi vendicat à חנה *metatus est castra.*

Machaonia ars dicta est Medicina Poëtis, à medico Machaone Æsculapij filio, vt medici ipsi Machaones. Ouidius 1. de Ponto:

Vtque Machaoniis Pœantius artibus Heros
Lenito medicam vulnere sensit opem:
Sic ego mente iacens, & acerbo saucius ictu,
Admonitu cœpi fortior esse tuo.

Martialis:

Quid tibi cum medicis? Demitte Machaonis artes, sed & succos Machaonios nominat. Ouidius *2. de arte amandi*, medicinales succos herbarum, ab eodem Podalirij fratre. Meminit eius Homerus *Ili.* 4. vbi Eustathius ita: δύο ἔντων ἐπιφανῶν ἐλλησιν ἰατρῶν, ποδαλείριος μὲν περὶ δίαιταν ἐπονεῖτο. Μαχάων δὲ περὶ τραύματα ἦχε. ἦν δὲ στρατικώτερος ὁ μαχάων, ὡς καὶ ἡ κλῆσις ὑποδηλοῖ.

Machina Græcè μηχανή, *vt auctor Etymologici vult*, παρὰ τὸ μήδειν, id est, *inueniendo*, aut *sapiendo*, deriuatur. Eustathius dictam vult παρὰ τὸ χαίνειν quod hiscere aliquem non sinat, ψεκτικῶς reprehédendi caussa. Sunt qui etiam παρὰ τὸ μηχανᾶν, id est, *moliendo* siue *excogitando* deflectunt, quòd displicere non potest. Interim non omittendum, Græcos machinas etiam μάγγανα dixisse. Hesychius μάγγανα, μηχανήματα, quod & doctissimus Lipsius in Poliorceticis notauit. Est autem alia bellica machina, qualis *aries, catapulta, scorpio, testudo*, alia naualis, vt pote qua naues, vel subducuntur ad littus & nauale, vel inde deducuntur, quales *phalanges & trabes rotunda.* Is qui naues in portum, & hinc aridam subducit, *Helciarius* est dictus, quo nomine Martialis est vsus. Huic etiam Eust. thius *Il.* 2. prædicta instrumenta asscribit his verbis, σκεύη τῶν ὁλκοῦ φάλαγγες, φαλαγγία, ὁλκεῖα καὶ ἕρματα μακρὰ, *instrumenta Helciarij, phalanges, lora & fulcra.* Machinam in genere ita distinguit Vitruuius ab organo, vt hoc vnius opere perficiatur atque versetur. Illa pluribus operibus, aut vi maiore, *10. de architectura cap. 1.* Tandem hoc nomen ad fraudes & dolos ab auctoribus translatum.

Macroby apud Indos, quos Crates Pergamenus forsan Gymnetas esse voluit, quique vulgo viuere sunt crediti annos 120. ἀπὸ τοῦ μακροῦ βίου, inditum nomen agnoscunt. Pluris apud eos æs fieri solebat, quàm aurum: siquidem historiis non abrogamus fidem, quæ testantur visos esse reos illorum à Cambysis legatis in carcerem duci vinctos aureis catenis.

Macrones, quos Plinius habitare dicit ad Apsarum flumen, *Herodotus lib.* 2. Syris illis conterminos facit, qui Parthenium & Thermodontem accolunt, & quibus Apollon. *lib.* 4. Bechiras & Sapiros cóiungit, iuxta interpreté eius sunt Euboensium coloni, quod Eubœa olim *Macris* sit dicta, noménque eos tulisse existimat, vel *teste Dionysio*, ceu μακρῶνες, id est, *lóginquos.* Alij appellatos hoc modo volunt, quod multi apud eos gignantur μακροκέφαλοι, sicut apud Persas γρυποί.

Mæander, teste Nonio, picturæ genus, Labyrinthorum in moré flexuosis ambagibus implexú ad oras chlamydum, nominis originem acceptam fert Phrygiæ fluuio Mæandro admodum sinuoso & tortuoso. Vnde etiam omnia obliqua eo ipso nomine appellare solemus, vel ipso *Strabone teste*, cuius verba sunt, σκολιὸς ὢν εἰς ὑπερβολὴν ὥστε ἐξ ἐκείνου σκολιότητας ἁπάσας μαιάνδρους καλεῖσθαι, Prudent. in hymno, *O tortuose serpens, qui mille per mæandros, fraudesque flexuosas agitas quieta corda.* Ptolemæo hic fluuius dicitur μαίανδρος. Libellus *de fluminibus*

qui tribuitur Plutarcho, tradit olim eũdem dictum ἀναβαῖνον. Neque hîc fabulari verentur nonnulli, cum fluuij istius nomen deriuant à Mæandro Carum duce, in furorem verso, cùm se in eum demersisset, siue quòd ob stultum votum Dijs filium immolasset, siue quòd matri Deum Pessinunte consecrata dona militibus diuisisset. Sunt qui ecõtrario nomen ab hoc picturæ genere deducunt, quam ego cum Festo à flumine potius deriuatam opinor. Meminit huius Virgilius lib. 5. his verbis,

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura mæandro duplici Melibæa cucurrit.

Varro ἐν τῇ ταφῇ μενίππου faciem dixit mæandratam atque vermiculatam, vt refert *Nonius* Marcellus.

Mæcia tribus iuxta Festum est dicta à quodam castro, Mæcio scilicet, quæ non procul à Lanuuio fuit, *teste Liuio lib. 6.* Meminit huius tribus Cic. ad Attic. & pro Planc. & Liuius *lib. 29.*

Mænades dicũtur Bacchicæ mulieres, ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι, quod est *furere.* Vnde Hesychius μαινάδες, αἰβακχαί. Ab eadem origine est Mænoles Bacchus, græcè μαινόλης, quasi *totus furens*, cuius idẽ Hesychius meminit, & Eusebius *de prepar. Euang.* Vnde illi & Orgia sacra, quæ vult παρὰ τῆς ὀργῆς id est, *furore* deducta. Eadem de caussa, Deus ipse (Bacchum intelligo) apud Orpheum μαινικὸς audit.

Mænalus mons Arcadiæ, ἀπὸ τῶν μήλων. id est, *ouibus* est nuncupatus.

Mænia, dicta quasi *munia*, à muniẽdo:

Mæniana ædificia à Mænio sunt appellata. Is enim primus vltra columnas extendit tigna, quo ampliarentur superiora. *Festus.*

Mænalius canis, id est *Arcadicus* seu *venaticus*, qui in Mænalo monte feras insequitur. Meminit eius Ouidius *de arte amandi.*

Mæotis palus, ponti Euxini principium esse proditur à Cyllio & Scaligero, qui αὐτόπται fuerunt. Idem inuenias & apud Herodotum. Itaque rectè vult Eustathius dictam eam, quasi μαῖαν, id est, *ponti nutricem.* Quin Scythæ, *Plinio teste*, Temetindam, id est, *matrem ponti*, vocarunt; Quanquam Ioan. Tzeza scribat nominari ab illis καρπαλὰκ vel κάρμπαλὰκ, vt alij legunt. Sed & Dionysius Alexandrinus eam antea nominauit μητέρα πόντου, id est, *ponti matrem.* Ptolemeo dicitur μαιῶτις, accolis hodie *Zabuch*, Italis *mar della tana*, vel, vt Bellonius scribit, *mar biancho.* Cum etymo nostro non male quadrare videtur, quod Aristoteles *libro de mundo* (si modò eius est) μυχαίτατον, id est, *intimum põti recessum* appellat, tum quòd veteres mare mediterraneum, per fretum Gaditanum ab Hercule intromissum fabulentur, quod tamen in Mæotide palude finiri omnibus est manifestũ. Quin etiã constat inter scriptores plerosque, duos extremos maris Euxini terminos, esse paludem hanc & mare Aegeũ. Et licet nõnulli Aegeum mare statuãt eius principium, probabilior tamen sententia est caput eius & fontẽ esse Mæotim, siquidẽ audimus veteres non modò auctores, sed etiam neotericos αὐτόπτας, *vt paulò ante est dictum.* Exonerant sese in eam, *teste Herodoto*, quatuor ingentes amnes, Lycus, Hoarus, Syrgos, & Tanais. Ostiũ eius distat directo cursu ab ostio Tanais 375. mill. passuum. Accolæ sunt *Sindi, Dandarij, Toreatæ, Agri, Arrichi, Tarpetes, Ouidiaceni, Sittaceni, Desci, Apugitani,* & alij complures. Ambitum eius octo stadiorum millibus circumscribunt Polybius & Strabo, quanquam Plinius, & alij discrepent in numero. Mirum, quod idem Strabo *libro secundo* refert, in faucibus Mæotidis huiusmodi coactam fuisse glaciem, vt quo loco Mithridatis legatus barbaros in glacie superauerat, equestri prælio, eodem eos deinde æstate soluta glacie deuicerit nauali pugna.

Magalia vel mapale, villa agrestis Aforum

frorum lingua, *vt Seruius exponit*, qui tamen magaria dici debere exiſtimat. Alij vocem eſſe volunt Syriacam. Syri enim ex Hebræo מגור fecerunt *magar*. Vnde eorum coloni Afri eadem vtentes lingua caſas ſuas magaria vel magalia dixerunt. Vtroque enim modo appellari poſſunt, cùm facilis ſit harum literarum alterna migratio, vt oſtendunt *Zynziber* & *Zangebil*, *piper* & *pilpel*. Et his etiam Iſidorus aſtipulatur.

Magiſtratus à magiſtro, id eſt, rego, ſicut & Feſtus docet. Verba eius digna relatu. *Magiſtrare* inquit, *regere & temperare eſt, magiſtrare, moderari.* Vnde Magiſtri non ſolùm Doctores artium, ſed etiam pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur: quia hi omnes magis ceteris poſſunt. Vnde & magiſtratus, per imperia potentiores ſunt quam priuati. Iſidorus vult dictos magiſtrat⁹, quòd *ſint maiores reliquis officiis.* Omnium tamen vna ratio non fuit, cùm alij vrbani fuerint intra vrbem, alij extra vrbem prouinciales. Rurſus vrbanorum, alij maiores, alij minores: Vtrorumque verò alij fuere ordinarij, alij verò extraordinarij. Magiſtratus maiores ordinarii, *Rex, Præfectus, vel Trib. Celerum, Conſules, Prætores, Imperatores, Cæſares Auguſti, donati Tribunitia poteſtate, nobiliſſimi Cæſares vel Principes iuuentutis, Præfectus vrbis*: Magiſtratus maiores extraordinem, *Præfectus vrbis abſente ordinario magiſtratu, Interrex, Dictator, Magiſter Equitum, Decemuiri, Tribuni militum conſulari poteſtate, Triumuiri Reipubl. conſtituendæ.* Magiſtratus minores ordinarii, *Quæſtores vrbani vel ærarij, Tribuni plebis, Ædiles plebis, Ædiles curules, Curatores omnium tribuum, Ædiles cereales, Triumuiri capitales, Triumuiri nocturni. Triumuiri valetudinis, Triumuiri monetales, Quatuor-viri viarum curandarum, Quinque viri cis & vltra Tyberim, Decemuiri litibus iudicadis, Centumuiri litibus iudicandis, præfecti ærarij, curatores operum publicorum, Curatores alueí Tiberis & cloacarum, Præfectus prætorio, Præfectus frumenti populo diuidendi, Præfectus vigilium, Curatores regionum, Denunciatores regionum, Magiſtri vicorum 12. regionum vrbis, Aduocatus fiſci.* Magiſtratus minores extra ordinem, *Duumuiri perduellionis, Quæſtores parricidij, vel rerum capitalium, Præfectus annonæ. Quinqueuiri menſarij, Duumuiri nauales, Triumuiri, qui conquirerẽt iuuenes idoneos ad arma ferẽda, Quinqueuiri turribus & muris reficiendis, Triũuiri legendi Senatus, Triumuiri recognoſcendi turmas equitum Romæ.* Magiſtratus populi Romani extra vrbem, vel prouinciales, *Proconſules, Proprætores, Legati Proconſulum, Legati Proprætorum. Quæſtores, Prouinciales, Proquæſtores, Præfectus Ægypti, Præfecti præfecturarum, Conſulares quatuor, qui per Italiam ius dicerent, Triumuiri vel Quinqueuiri, vel Septemuiri, vel Decemuiri coloniæ deducendæ, Quinqueuiri, vel Septemuiri, vel Vigintiuiri, agris dandis, attribuendis, Quinqueviri vel Quindecimuiri agrorum metiendorum diuidẽdorumque, Triumuiri vel quinqueuiri ad inſpiciendos fines & lites dirimendas.* Qui de ſingulis plura deſiderat, Dionem legat, Polybiũ, Dionyſium, Plutarchum, Liuium, Feneſtellam & alios complures. Quæ tamen conſulto prætermitti non debent, ſubijciam quædam. Certum enim eſt, nemini magiſtratum licuiſſe Comitijs magiſtratuum creandorum cauſſa inſtitutis, de cœlo ſeruare, & ita ea comitia impedire, Centuriatis comitiis creati, fuerunt magiſtratus maiores. Comitiis tributis creatos à Conſulibus Quæſtores, teſtatur Cicero *oratione in Vatinium.* Quantum ad extraordinarios magiſtratus attinet, eos creandis Conſulibus, Prætoribus, & Tribunis plebis ius fuit. Lege Valeria lata à P. Valerio Publicola cautum fuit, vt aduerſus omnes magiſtratus ad populum prouocatio eſſet, ne quis magiſtratus ciuem Romanũ aduerſus prouocationem verberare, aut necare, aut pecunia mulctare vellet. De ætate magiſtratuum, id eſt, quænam ætas cuique

Magiſtra

magistratui capiendo esset definita, locuta fuit olim lex Villia, cuius tenorem Cicero & Liuius scripris consignarunt. Magistratuum ministri fuerunt *Scribæ, Apparitores, Accensi, Interpretes, Præcones, Lictores, Viatores, Carnifices*, de quibus omnibus suis in locis. Sit illud colophonis loco, existimasse, veteres reges & magistratus esse in Iouis tutela. Cecinit enim Callimachus Ἐκ δὲ διὸς βασιλῆες, ἐπεὶ διὸς οὐδὲν ἀνακτος θειότερον. Inde & διοτρεφεῖς Homero, meminitque Flaccus magni Cæsaris curam fatis Ioui commissam.

Magistri à monendo vel monstrando dicti, *vt monet Paulus ad l. quibus, de verbor. significat.* Si obloqui fas est, deriuandam potius vocem hanc dixerim ab epirrhemate magis, quasi appellandi sint potius magistri, qui rebus, quibus præsunt, magis diligentiam adhibuerint. Quid, quòd Festo, vox hæc eum significet, qui magis aliquid ceteris possit. Itaque & aliqui τὸ *magis* inclinatum volunt à Græco μᾶλλον.

Magmata propriè quidem vnguenti fæces, quæ relinquuntur expressa reliqua liquidiori materia, & ab hac similitudine pastilli & massæ, ipsumue etiam vnguentum & spissamētum omne, pauco liquore subactum, ne diffluat, nomē arcessunt παρὰ τὸ μάττειν, quod est *terrere, miscere, inque massam redigere.* Tale μάγμα ἡδύχροον ab Andromacho primum confectum.

Magnes lapis, alio nomine Sideritis, eo quod ferrum trahat ad se, inuentori nomen hoc suum dicare dicitur, cum esset repertus in Ida, id quod Menandrū tradidisse auctor est Plinius. Alii nomen sortitum volunt à regione Magnesia, cum Lucretio, qui ita canit,

Quem magneta vocant patrio de nomine Graij,

Magnetū quia sit patriis de finibus ortus. Est ea Plinio Macedoniæ regio Thessaliæ contigua, quæ apud Ptolemæum complectitur Pieriam cum Pelasgia. Sed & hac de caussa dicitur *Magnetis*. Audit autem Heraclius ab Hercule, vel ab vrbe Heraclea. Sicut enim Hercules tetras & inhmanes orbis beluas viribus suis oppressit atque subegit, ita magnes subigit ferrum, materiam rerum omniū victricem. Sed & ferri impoliti speciem præ se fert, inque ferrariis metallis inueniri soler. Notæ fuerunt lapidis huius vires Arabibus cum (*vt perhibēt quidam*) indito laqueari magnete in templo Mechæ ferreum pheretrum, ad tractum eius lapidis in aëre pendens fabricarūt, posito in eo cadauere Mahometici Pseudoprophetæ. Aethiopico magneti tantā vim prodit inesse Plinius, vt & alium magnetem trahat ad se. Id tamen sciendum in vniuersum, nullum omnino genus ad se ferrum allicere, si id rubiginosum, aut impurum fuerit, aut oblitum allii cæpatumue succo, aut iuxta ferrum positus sit adamas, qui eius viribus resistit. Huius porro & nauticæ pyxidis beneficio ad vltimos terrarum, & Oceani tractus est itum, demonstrata à Columbo & Vespucio nauigandi ratione. Quo quid maius vnquam exstiterit, inter hominum inuenta & opera, dixerim haud facile, etiamsi septem illa mundi miracula prætexas, aut quidquid apud Indos, & alibi rerum nouarum exstat. Sed quāquam recens inuenta est hæc nautica pyxis, haud tamen ideo putandum lapidem hunc incognitum fuisse veteribus. Meminerunt equidem eius vetustissimi scriptores, Hippocrates, Plato, Euripides, Nicander, Theophrastus, Dioscorides, Plinius, Solinus, Ptolemę*, Galenus, Manetho, Sotacus & Orpheus, sed Theophrasto dicitur ἡρακλεῖος & μαγνῆτις, Euripidi μάγνης. Orpheo μαγνῆσσα & σιδηρίτης, à virtute nimirum, qua allicit ferrum. Sed & Thales eum nouit, sicut ex his Aristotel. *1. de anima* verbis apparet, εἴπερ τὴν λίθον ἔφη ψυχὴν ἔχειν, ὅτι τὸν σίδηρον κινεῖ. Repert' ille tādē in omnibus fere regionibus, Germania, Dania, Noruegia, Suecia, Polonia, Hungaria,

Hũgaria, Italia, Hispania, Anglia, Aegypto, Æthiopia, Troade, Macedonia, Bęotia, Arabia, China: Persia, & insulis maris Erythr. sicut proditũ ab illis, qui de eo diligẽtius scripserũt patrũ memoria.

* *Magnificus*, elatus, Grauitatẽ præ se ferens, Ἁβρὸς, à verbo אבר *Abar*, volauit, extulit se in altum. βαρὺς grauis. βριάω extollo. Magnificus enĩ magnũ se facit, supra omnes apparet pro virili, quasi in altum & supra nubes euectus. אדיר *Addir* etiam dicitur ab אדר, illustris & clarus fuit instar ætheris splendidi. Nã omnia lucent & splendent circum magnificos, nempe cultus externus, sermones, ædes, totus denique vitę apparatus. גדול *Gadhol* a גדל *Gadal*, magnus fuit, magnificatus est, succreuit in magnam Staturam. Cognationem habet cum דלג *dalagh*, exiliit in sublime. Hinc μεγαλος.

Magog idem quod *habitans sub tecto vel tentorio*. Nam גג est *tectum*. Turcas autem esse imprimis *Gog & Magog* existimant eruditi, estque nomen secundi filii Iaphet, *Genes. 10.* qui sedes habuit ad Taurum vel Caucasium montem & in Asia minore. Ezechiel gentes Gog & Magog prodituras esse dicit, ab aquilonis lateribus, vbi eruditi quamplurimi quoque Scythas intelligunt, hoc est, Istri, Borysthenis, Bosphori Cymmerii, Mæotidis, Tanais, Caucasi, & Caspii maris accolas, totius mundi hostes fatales, & Dei flagella, qui vtique sub tentoriis viuere sunt soliti, nullibi fixas habentes sedes, sed in plaustris domos [illegible] ferẽtes, dicti propterea *Hamaxobii* [illegible] M[illegible].

M[illegible]. Sicut Tyrannus & hæresis, ita apud Latinos & Græcos tandem & nomen magi non nisi in vitio poni cœpit. Ol[illegible] enim Theolog[illegible] & Philosophiæ studiis vacabant, tantamque auct[illegible] conciliauerant sibi apud Persas, vt lectos quandoque reges ex numero eorum testetur Herodotus. Quod ip[illegible]m confirmat Strabo *Geograph. 1.* cum scribit *sacerdotibus Ægyptiorum Chaldæis, Magisque, qui aliis sapientia præstabant honores & imperia fuisse delata.* Ælianus testatur *libro 2. variæ Historiæ* calluisse eos artem vaticinandi & Ochi sæuitiam aduersus subditos certis ex signis prædixisse. Vnde Tiberium Thrasyllum Chaldæum de futuris maximè cõsuluisse legimus. Sanè quidquid pertinuit ad eorum professionem, quos Græci appellauerunt *Philosophos* & *Sapientes* Indi *Gymnosophistas*, Galli *Druydas*, Aegyptii *Sacerdotes*, ritus quippe sacrorum, rerum diuinarum peritia, Physices, Matheseos, ac præcipuè Astrologiæ cognitio, Rempublicam & imperia administrandi ratio, omne id iure ipsis tribui posse videtur. Hinc Plato in Alcibiade primo: Persarum σοφώτατος μαγείαν διδάσκει. ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία, διδάσκει καὶ τὰ βασιλικά. Atq; hæc omnia ad nominis etymon spectant. Videntur enim eruditis nuncupati Magi ab הגה *meditatus* est, quasi *meditatores & artium* dixeris *magistros*. Vnde forte Logica in ratiocinatione & theoria consistens ab eisdem dicitur הגיון. Peucerus refert originem ad Hebræam vocem מכשף, quæ & *magum* & *incantatorem* significat. Sunt enim artes cognatæ Magia & Incantatio, imò pars eius γοητεία ἐπίκλησις δαιμόνων κακοποιῶν ad lædendum alios, nomenque trahens ἀπὸ τῶν γόων καὶ θρήνων περὶ τοὺς τάφους: Item *Necromantia*, qua euocantur defunctorum manes, vt de certis rebus respondeant, & ἐπῳδὴ carminibus & verbis vtens, quibus addenda *Pharmaceia*, quæ medicamentis vtitur, item *Crystallomanteia*, *Hydromanteia*, *Catoptromanteia*, *Lecanomanteia*, *A*[illegible]*omanteia*, *On*[illegible]*mãteia*: & si quid aliud est maleficarum artium, quarum inane studium vanitatemque etiam Plinius *libro 30.* conuellit. Inuentor Magi[illegible] ab eodem & plurimis aliis statuitur Zoroastres Bactrianorum rex, qui sol[illegible] [illegible] mortalium, mox vbi iam natus esset, r[illegible]isse legitur Peritissimus eius fuisse legitur Simon ille

cognomento Magus de quo multa mẽtio in literis maioribus, *vt & apud Clementem.* Eandem vanitatem publicè etiam profiteri non dubitauit Carpocrates. Sed hæc magia Diabolica, quippe Diabolo auctore ad mancipandum sibi homines mundo inuecta, omnium scelerum panægyris seu Hydra potius Lernæa, Deo exosa, bonis & piis omnibus terribilis, legibusque & verbo Dei interdicta. Diuersa ab ea Naturalis Magia exculta Philosophis, vsitata Medicis, non neglecta Astrologis & aliis sapientibus viris, quales *Salomon, Daniel, Thales, Democritus, Plato Aristoteles, inter nostros Scaliger, Hieronymus Cardanus, Leuinus Lemnius,* & alii complures. Ea vt infamis non est, ita nec illicitam eandem esse Christianis haud ignorandum.

Maia Atlantis filia a Pleione Nympha, & mater Mercurii a Ioue, secundum Eustathium παρὰ τὸ μαιεῦσαι dicta, id est, *quærendo* ζητητικῶς καὶ ἐνεργητικῶς. Nam id est obstetricis, nutricis, & auiæ, pro quibus sumitur hæc vox apud auctores.

Maiestas, à magnitudine dicta, ait Pompeius. Est enim ipsa amplitudo dignitatis, maiestas clarorum virorum, *inquit Valerius*, siue tribunalium fastigio, siue apparitorum ministerio, potens in amplitudine sua obtinenda. Magna enim erat Catonis maiestas, etiam sine dignitate aliqua Est & maiestas populi Romani, cuius meminit Cicero *ad Herennium* 1. Quicunq; enim cõmisisset aliquid aduersus populum Romanũ, dignitatem eius lædendo, aut amplitudinem, denique securitatem, is crimini Maiestatis erat obnoxius, de hoc crimine intelligunt interpretes quidam legẽ illam XII. Tab, *Vt, si quis hostem concitasset, ciuemue hosti tradidisset, capite pœnas lueret*, cuius Martianus meminit *ad l. 3. ff. ad leg. Iul. Maiestat.* Franciscus Balduinus tradit *in capitis eius explicatione* maiestatem populi Romani tribus modis minui: Primo, *si quis iniussu populi, vel Principis bellum gereret, delectum haberet exercitumue compararet, cum populi esset ex Romuli lege hostibus bellum decernere aut indicere*, idque dicit significari per verba *hostem concitare*: Secundo, *si quis exercitum populi Romani hostibus traderet*: Tertio, *si quis imbellis cederet, hostemque arcere nollet, aut in castra concederet, aut exercitum desereret, aut ad hostes profugeret.* De hoc crimine variæ deinde leges, post XII. Tab. sunt latæ, quarum prima Gabinia, ne quis coitiones clandestinas conflaret; qui fecisset, capitali afficeretur supplicio. Tulit & Apuleiã L. Apuleius Saturninus Tribunus plebis per vim creatus, occiso competitore, quem Florus Annium nominat, Valerius *libro 9. capite 7.* Mumium, Orosius Mumum, Plutarchus τὸν Νόνιον, Appianus *libro primo* Nonium eaque lege C. Norbanus postulatus fuisse legitur *2. de oratore*, quem defendit M. Antonius censor. Post Apuleiam lata lex Varia a Q. Vario Trib. Pleb. qui *Hybrida* alias est nominatus, propter obscurum ciuitatis ius, vt quæreretur de iis, quorum opera consiliόve socii contra populum Romanum arma sumsisset. Existimatum est etiam pertinere ad Maiestatis iudicium, si quis induisset tyrannidis aut regni occupandi consilium, si cõiurasset aduersus Rẽpub. si hostes concitasset ad bellum, si ciues Romanos indicta caussa compegisset in carcerem, aut vltimo affecisset supplicio, plebisue commodis esset aduersatus, vel eidem maledixisset, aut denique sua culpa male pugnasset. Atque huius criminis accusati Coriolanus, Sp. Cassianus, T. Menenius, Sp. Seruilius, M. Posthumius, Ser. Galba, L. Opimius, M. Scaurus, & alii plures, prout docent historiæ.

Maiuma, festiuitas quedã, *auctore Suida*, quæ mense Maio Romæ celebrari solebat. Tandem ea ab Anastasio sublata.

Maius mẽsis, Atheniẽsib. σκιρροφοριών, Macedonib. ἀρτεμίσιος, Hebræis *Regum 6.* זו, & cuius Calendis Lares Præstite

ftites coli folebant Romæ, *tefte Ouidio in Faftis*, à maioribus nomen inuenit, vt a iunioribus Iunius. Idem Ouidius Faftorum 1.

Tertius à fenibus, iuuenū de nomine quartus,
Quæ fequitur, numero turba vocata fuit.

Et:

Hinc fua Maiores tribuere vocabula Maio,
Iunius a iuuenum nomine dictus adeft.

Quæ omnia aduerfus Plutarchum faciunt, aut eos certè, quorū mentionem facit in Numa, qui Maio nomen inditū volebant à Maia Mercurii matre, quòd hoc menfe mercatores omnes Maiæ pariter & Mercurio facrificarent. Quanquam alii Maiam, quæ colebatur hoc menfe, Terram effe voluerint, à magnitudine fic dictam, cui Cornelius Labeo fcripfit, referente Macrobio, ipfis Maii Calendis dedicatam fuiffe ædem, eandemque *Bonam* Deam, Faunā, Opē, & Fatuam dici: *Bonam*, quod omnium ad victum bonorū, nobis fit cauffa: *Faunam*, quòd vfui animantium faueat: *Opē*, quod eius ope conftet hec vita, & *Fatuā* denique a fando. Iunctus ipfi autē Mercurius, quod vox homini nafcenti ter[illegible] communicetur. Cincius vel Cin[illegible] fcriptor antiqu[illegible] M[illegible]am hanc effe voluit vxorem Vulcani, cui tamen Vulcan[illegible]is Calendis Maii, rem diuinam faci[illegible]bat. Etfi Pifo eam Maieftam, non Maiam appellari voluerit. Cæterum Ouidio m[illegible] eruditorum partem a[illegible]ftipulari video. Vt [illegible] audiendi fint hic, qui men[illegible] a T[illegible]ulanis ad Faftos n[illegible]ros tr[illegible] commemorant, apud [illegible]s Deus M[illegible]us [illegible] Iupiter) c[illegible] & m[illegible]ieftate fic d[illegible] quafi in[illegible] fit nominis [illegible] Go[illegible] Becani vi[illegible] in Cr[illegible]nis fētentia, qua [illegible] appellatione[illegible] deducit à veteri C[illegible] *Ma*[illegible], fiue *Mei*, qu[illegible] quæ hoc menfe vireut, fig[illegible] Vt [illegible] omnem paucis abfolu[illegible]n, fci[illegible] olim hunc mēfem in Apollinis fuiffe tutela, femper eti[illegible]m conftitiffe ex diebus 31. iuxta Romul. Numæ & Cæfaris conftitutionem. Idem nuptiis habitus maufpicatus, *tefte Plutarcho Quæft. Roman* [illegible] & Ouidio *libro F*[illegible] 5. Hæc de Maio.

Malabathrum folium Indicum, quod in India gigni dicitur in paludibus, lentis paluftris modo innatans aquis fine radice, dictum à regione Indica *Malaber* & *Bathrum*, quod eft ipfum.

Malachias legatum aut angelum, fiue nuntium fignificans deducit nomen à לאך inufitato verbo. Hinc מלאך *angelus* vel *nūtius*, cui *Malachiæ* nomē refpōdet.

M*alagma* proprie dictu παρὰ τὸ μαλλάττειν, quod *emollire* fignificat. Eft enim compofitio cōflata ἐκ τῶν μαλακτικῶν, ἃ τὰς σκληρότητας μαλάττουσι, id eft, *quæ duritïes feu partes præter naturam induratas emolliunt*. Medicamentum eiufcemodi, nec admodum calidum effe oportet, nec valde ficcum, *tefte Galeno*. Et quia multiplicibus affectibus accommodari folet, fciendum aliud digerere materiā, aliud extrahere, quod ἐπισπαστικὸν dicunt, & aliud aperire quod idcirco στομωτικὸν dicunt. Eft & alia pro materiæ diuerfitate, tū corporis partib. differentia. Nā aliud ex radicibus, herbis & feminibus, aliud ex metallicis, aut ex fuccis, feuo & lacrymis confici folet. Rurfus aliud lieni applicatur, aliud iecori, ventriculo & articulis. Eft prætetea, quod ad aquā intercutem eft comparatum. Sed de omnibus generibus prolixius Galenus & alii.

Maleficus qui male facit. Nomen illud olim generale. Iam vero complectitur magos illos perniciofos, Lamias, Veneficas, Incantatores, fœminas fagas, fortilegos viros.

Malleolus quidam appendicum offiū proceffus, quæ tibiam conftituunt, nomen tuliffe creditur, quod mallei fpeciem quodammodo repræfentet. Ab eadem fimilitudine nomen quoque habere creditur Malleolus nouellus palmes in vite, vel potius, quòd ea in parte prodiēs, quæ deciditur ex vetere farmē-

ro vtrinque Malleoli speciem ostendat. Nec excludendi ista origine sparsei manipuli, qui piceteeti & incensi in muros aut testudines iaciebantur, dicti etiam malleoli.

Malua, Græce μαλάχη παρὰ τὸ μαλάττειν, quod nobis est emollire, appellationem deducit. Meminit eius non solum Dioscorides, Galenus, & alij, verùm etiam Hesiodus vtilitatem eius, vt & Asphodeli, summopere commendans.

* *Malum*, sumitur nonnunquam pro infirmitate, lãguore ægritudine, vt dicimus, male se habet Petrus i. ęgrotat. hoc sensu malus seu æger, languidus valde, viribus exhaustus אמלל *ameal* dicitur Psal. 6. 3. a verbo אמל *Amal* infirmatus, debilitatus est, languit. Hinc ἀμαλός, infirmus, & ἀμαλάπτω destruo: ἀμαλλως infirmiter, ἀμαλῶς teneriter, עמל *Hamal* etiam sumitur pro Labore cum molestia dolore & defatigatione atque virium prostratione. Cui etiam respondet malum pœnæ seu afflictionis, vt de miseris dicimus grauissimis malis pessundatus est, multa perpessus est mala à verbo *Hamal*, quod proprie significat exerceri duro labore, qui corpus & animam defatigare solet, vt olim in pistrinis molam trudere: deinde transfertur ad alios duros labores. Hinc μόλος labor, μύλωρ molendinum, pistrinum. De malo culpæ, *vide Peccatum*.

* *Malus*, Improbus, scelestus, κακὸς, πονηρὸς, μοχθηρὸς φαῦλος, φλαῦρος, ab עמל *hemal* etiã deriuari potest, qđ significat exerceri Labore animam fatigãte, vt malis & prauis accidit. עקש *Hikkesch* Peruersus, prauus, à verbo passiuo primę cõiugationis נעקש *Nehekasch*, deprauatus est Actiuum autem עקש, *Hakasch* deprauauit, peruertit, cognationem habet cum עשק *Haschak* defraudauit, & עשק *Hissek*, calumniatus est, litigauit. Hæc enim fiunt à prauo & peruerso homine, qui κακὸς Græcis dictus originem trahere videtur ab Hebræis vocibus.

Malum, cùm pomum significat, à Græco μῆλον deductum puta. Sunt autem genera malorum plurima, *Matiana*, *Gemina*, *Mamiana*, *Appiana*, *Sextiana*, *Pelusiana*, *Amerina*, *Scantiana*. Alia quoque sunt a patrio solo nomẽ habentia, *Græcula*, *Persica Medica*, & *Camerica*. Aut à colore *Serica* & *Rosea*: aut à figura orbis *Orbiculata*, quæ Græci, *Epirotica* vocant. Item à recta mammarum effigie *Orthomastica* dicta. Sunt & *Pannicea*, quæ stolide tument: *Spadonia* à castrati hominis conditione nuncupata. His adde *Cydonia*, quorum tria genera commemorat Columella *lib. 5. ca. 10. Struthia*, *Mustea*, & *Chrysomeliana*. Constantinus memorat γεωπονικῶν 10. δωρακινὰ μῆλα de Persicorum genere, & ad Cydonia refert τὰ μῆλα καλλιςα, quę Athenięses nominabant μελιμηλα Martialis præcoqua mala *Armeniaca* vocat. De reliquis generibus vide Athenæum *lib. 3.*

Mamertini incolæ Messanæ in Sicilia an ita dicti, quòd sint Martij, eo quod Oscorũ lingua *Mars* vocetur *Mamers*, An potius nomen gentile, vt Camers, & inde factum Mamertinorum nomen? Nam Italicos illos aduenas fuisse & in Sicilia consedisse pro indubitato habetur. Vnde Strabo: ἐπῴκησαν δ᾽ ὕστερον Μαμερτῖνοι καμπανῶν τι φῦλον. Addit, inualuisse tandem apud Messanenses vsque adeo Mamertinos, vt in suam potestatem redegerint vrbem, ciuesque ab illis Mamertini sint dicti potius, quam Messanii.

Mamilia lex quam tulit C. Mamilius Tribunus plebis bello Iugurthino, *vt proditum a Sallustio*, in finibus agrorum quinq; aut sex pedum latitudinem præscribens, quos vsucapi vetabat Aggenus Vrbicus. Eadem lege singulos arbitros datos regendis finibus, ostendit Cicero, qui eius *1. de legibus & in Bruto mentionem fecit.*

Mamilia turris intra regionem S. buræ à Mamilio nomen adepta Festus.

Mamillæ, quia rotundæ, quasi paruæ malæ per diminutionem dictæ.

* *Mam*

* *Mamon*, est vox qua rem numariam censent veteres Orientales, Chaldæi præsertim ac Syri, ממון, & cum articulo ממונא *Mamona*, qua voce Christus, Syriace loquens, vsus est, Matth. 6. 24. & Luc. 16. 13. quam vocem Syriacã Euangelistæ καινοπρεπείας, vt multa in Euangelijs, hoc est ἐνεργείας causa, quàm Græca illi nulla responderet, retinuerunt. Vtraque vox cum simplici & duplici מ μ. scribitur. At scriptura simplex, Nẽpe *Mamon* & *Mamona* viris eruditis videtur rectior Hæc dictio Opes vel diuitias significat. *Mamonâ* (inquit Hieronymus in Matth.) *sermone Syriaco diuitiæ nuncupantur.* & Suidas his verbis, Μαμωνᾶς γήϊνος πλοῦτος, *Mamonas* (Græca Scilicet declinatione) *terrenæ diuitiæ.* Duo paraphrastæ Chaldæi, Onkelos & Ionathan ita etiam interpretãtur, cùm alibi passim, tum Genes. 13. 13. vbi Sodomitæ dicuntur in Deum peccasse *bemamonehõ*, diuitiis vel opibus suis, iis videlicet ad luxum & voluptates abusi. Quo ex abusu Ionathan eas vocat ממון דשקר *Mamõ dishchar*, opes vanitatis, id est, diuitias fallaces, & Christus μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, hoc est, diuitias iniquas, iniustas: vel quòd esse soleant hominum vitio illecebræ ad peccandum, siue irritamenta malorum: vel habita propositæ hypotheseos ratione, quibus aliquis sit contra Dei patris familias voluntatem abusus. 2. Eadem vox *Mamon* metonymicè lucrum etiam significat: multum siquidem lucrando locupletamur: & lucrum quidem significat cùm honestum atque licitum, tum inhonestum, illicitum ac sordidum, quod בצע *Betzha* Hebræi eleganter appellant a *Batzha*, id est, vulnerauit: metaphotice autem [illegible] auaritię fuit deditus, sordido lucro seu quæstui inhiauit. Augustinus Serm 35. de verbis Domini testatur lucrum lingua Pœnicá, quæ Syriacę fuit affinis, *Mamon* appellari. 3. Porrò, vt ἐπίτευγμα. siue lucrum maius nullũ fieri potest, quàm ex pecunia, & potior pars substantiæ siue diuitiarum hominis ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον in pecunia, specialiter intellecta, consistit, ideo pecunia ipsa hac voce signatur. Hinc Onkelos locũ Exod. 21. 30. vbi de pretio redemptionis pecuniá persoluendo mentio fit, exponit. Si *Mamon* (pecunię) *certam summam imposuerint ei, tum dato,* &c. 4. Nec verò tantùm pecuniam, siue Numum, sed & Numen, quod pecuniæ siue numo præesse veteres crediderunt, appellatum fuisse *Mamon* vel *Mamona*, siue etiam *Mamonam* Tertullianus asserit, qualis Numi præses ac Deus apud Ægyptios quidem creditus atque cultus fuit Serapis, siue Osiris, ideo dictus δωτὴρ ἐάων, dator bonorum propriorum & peculiarium: apud Græcos verò πλούτων, siue πλοῦτος, sic dictus quasi πολυούσιος, & cõtractè πλούσιος, hoc est multa re & facultate abundans. Hunc aduẽtantem claudum fingebant, in recessu alatum: innuentes serius opes contrahi: partas autem, nisi frugaliter dispenses, velociter dilabi. Quin etiam cæcum eũ faciebant & iudicii expertem: propterea quòd indignissimum quemque opibus affluere videas; probos autem atq; meliori sorte dignos in re tenuissima versari. Latinis generali vocabulo *Dis* dicebatur: vnde ditior, ditissimus, diues. diuitiæ, &c. speciatim verò *Aesculanus* siue *Aerinus* deus. *Argentinus* itẽ & *Aminus*, & dea *Moneta*. Cæterùm, siue Mamona, siue Osirin, siue alium, quouis tandem nomine, pro Deo vel Dea Pecunię Prisci habuerint: id nõ ἁπλῶς, sed illa ratione eos fecisse credẽdũ est, quia pecuniæ tanta esset magnitudo atque potẽtia, vt ad Deorum Numẽ proxime accederet, aut certe instar Numinis vnicè coleretur. Vnde ממון *Mamon* ab אמן *Aman*, firmititudine scilicet, deriuari posse putãt eruditi siquidem, vt scite admodum vereque dixit Salomon, Prouer. 10. 15. *Substantia diuitis tanquam vrbs munita eius*, i. præsidium est & quasi propugnaculum, quo se tuetur ac defẽdit. Hebraice equidẽ & Chaldaicè opes omnes in hoc sẽ-

חיל *Chail* חסן *Chosen*, à robore itidem ac fortitudine, sunt dictæ: vt facultates ac copiæ Latinè, quia quiduis efficiendi facultatem & copiam suppeditant, iisq; homines se solent confirmare. Prouerb. 15.7.& 27 24 Ezech 22.25.& alibi. Vnde *Dominator Seculi* Numus à Tertulliano dictus est. Et vetus hæc est sententia, Salomonis verbis & Græcorum ac Latinorum consensu confirmata, *Omnia Pecuniæ obediunt.* Quam horatius paraphrasi elegantissima illustrauit;

Scilicet vxorē cum dote, fidémque & amicos,
Et genus, & formam, regina pecunia donat.
Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, diuina humanaq; pulchris
Diuitiis parent: quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus: Sapiens etiā & Rex,
Et quicquid volet.

Alius Poëta aliquanto succinctius dixit,

----Quicquid numis præsentibus opta
Et veniet: clausum possidet arca Iouem.

Et hæc quidem ad Etymologiam Syriacæ vocis Mamon ab *Aman*, firmitudine scilicet atque potentia, confirmandam faciunt.

Mammon. De hac voce magna contētio. Sunt qui Syriacam esse existimant. Augustinus scribit Pœnorum lingua, quæ est affinis Hebraicæ, *lucrum* significare, quod & Priscianus notauit. Alij descendere volunt ab המן, quod est *diuersare*, secūdum Kimhi. Hinc המון Psalmo 37. significare videtur *diuitias*, vt & & Eccles. 5. Non mirum ה hemanticam abiisse initio, cum id frequens sit linguæ Hebrææ. Sed cur *Mammon iniquitatis* dicitur a Christo? Quod opes parentur, vt plerumùm iniustè, vel eisdem iniustè vtantur possessores. Quo sapienter dixerit Hieronymus: *Omnis diues aut iniustus, aut iniusti heres.*

Mana Dea cognomine *Geneta* videtur Plutarcho *in q. Rom. q. 52.* animando appellata, magnoque in honore habita, quod & partui & ortui præesse crederetur, [illegible] atque Hecate apud Græcos, cui canis immolari solebat. Vtque alias simul Deas parturientibus præfectas subiiciam, sciendum Menam menstruis fluoribus præfuisse, *affirmante id Augustino.* Quippe μήνη Græcis est Luna Colebatur & Partunda, sicut Latona, Iuno, Lucina & Egeria, quam in partu egerendo opitulari credebant. Ob pariēdi discrimina etiam Prosæ, Prorsæ, & Postuertæ aras & sacra constituta legimus. Sed quid com[illegible] memoro Deas? An non & Nixios habuerunt Deos ab enitendo in partu dictos. Tres etiam Deos adhibuerunt custodes mulieri fœtæ *sicut refert Augustinus ex Varrone,* id ne Syluanus ingrediens per noctē eas vexaret.

Manalis lapis, quod aquis manet, dictus. Cum enim hæc petra extra portam Capenam ob nimiam siccitatem protracta esset in vrbem, insecuta fuit statim pluuia, *vt scribit Festus.* Vnde & Varro apud Nonium: *Manalis lapis in pontificalibus sacris, qui tunc mouetur, cum pluuiæ exoptantur.* Putabant eundem esse & ostium orci.

Manasse obliuiscentem significans, originem vocis trahit a נשה *obliuius fuit.*

Mancipium, quod manu caperetur, dictum Iurisconsultis, vt à *seruando seruus.* Isidorus generalius accipit hoc nomen complexus eo, quidquid manu capi subdiq; potest, hominem videlicet, equum & ouem.

Mancus, manu carens.

Mando, quasi manu do, quèd in dādis accipiendisque mandatis manus sibi inuicem dare mos erat, vt *Ol*[illegible] *ue* [illegible]

Mane appellatum vult Varro, quod manum veteres vocarent bonum. Ita Euripides in Iphigenia. τὸ φῶς τοῖς ἀνθρώποισιν ἡδὺ [illegible]. Alij à manibus deductum volunt, quòd ab his, id est, in [illegible] exordium lucis emergat. Nonius scribit, *m*[illegible] *est, quod* [illegible]. Vnde forte [illegible] dixit, *cum mane* [illegible]

Manes [illegible]ros & inferos Deos nuncupatos volebant Augures, quod per omnia

omnia æthera terrenaque manarent. Alij a manando, quod *manium animas* intelligunt, omnia sint plena. Sapientioribus dicti videntur eo nomine, quasi boni & prosperi sint, quòd illis magis mors, quam vita probetur. Vnde *immanes* dicimus non bonos. Sunt etiam, qui à manando deriuant, eo quòd inter lunarem circulum & Lunam omnia animis sint plena. Seruius ait, manes esse animas eo tempore, quo discedentes a corporibus nondum transierunt in alia, quæ cum noxiæ sint, per antiphrasin dicuntur manes. Idem enim manum erat veteribus, vt ante monuimus, quod bonum. Solebant pro illis fieri sacrificia expiatoria mense Februario, quod nisi fecissent, existimabant eos errare circa sepulcra, & inde aëris intemperiem, tempestates ac pestem oriri. Manes autem omnes tam bonos, quàm malos & truces, eos esse, quos Græci vocant *ἀγαθοὺς καὶ κακοὺς δαίμονας*, refert Martianus Capella, *in nuptiis Philologiæ libro 2*. Plura de iis qui velit, Apuleium videat in Socratis dæmonio, & Augustinum *8. de ciuitate Dei*.

Mango proculdubio dictus, quòd manu agat, quippe qui pueros exspoliat, quo pluris veneant. Martialis: *Millia pro puero centum me mango poposcit*. Suetonius in Domitiano, *Castrari mares vetuit: Spadonum, qui residui apud mangones erant pretia moderatus est*. Mancipiorum illum negotiatorem esse, & puerorum formæ certis pharmacis lenocinari, ostendit etiam Quintilianus *cap. 12. lib. 5*. Quapropter sunt, qui id nominis deriuant *παρὰ τὸ μαγγανον*, quod inter cætera Pharmacum, præstigias & fallacias sonat, eaque notatio in hoc veriloquio minime repudianda. A mangonibus verbum *mangonizare*, quod ornare & polire significat, quo facilius emtores ad emendum alliciantur. Quanquam & Græcis verbum est *μαγγανεύειν*. Nouo illo quondã Latino verbo vsus est Plinius *lib. 22. cap. 1. & lib. 3. cap. 10*. De mangonibus ipsis ita Seneca ad Lucilium: *Mangones quidquid est, quod displiceat aliquo lenocinio abscondunt*. Plinius quoque *lib. 21. ca. 26. Radix Hyacinthi bulbacea est, mangonicis venalitiis pulcre nota*. Sed quibus in rebus consistebat mangonum lenociniũ? Galenus scribit *solitos eos abluere facies puerorum succo ptisanæ aut farina fabacea, aliquando nitro, vt tenerent nitidiores, macilentorum nates cacidide vngere, & emplastrare, vt habitiores euaderent, corporum pueritiarum cõfirmauisse fructus, vt pectora, crura amplius, latiores & altiores coxæ ad ipsam decorem, maribus etiam depilatas, quo apparerent formosiores*. Vide & Vitruuium *lib. 2. cap. 8*.

Mania Larium mater dicta Varroni *libro de Analogia 2*. vt ex eo repetiit Arnobius *libro ad nationes mentes ἀπὸ τῆς μανίας* insania. Vnde factum reor, vt vecordes & insani Laribus porco mactato mactarent, quod eisdem cum matre potestatis essent participes. Ij à manibus eius nomen deducunt. Mactari ipsi solebãt pueri pro incolumitate familiarum ex Apollinis responso, quo erat præceptum, vt capitibus supplicaretur. At Iunius Brutus pulso Tarquinio sacrificij id genus aliter celebrandum constituit, allij videlicet & papaueris capitibus, dictaq; sunt ea sacra Compitalia ex compitorum viis, in quibus celebrabantur. Atqui de illis plura alias, cum agetur de laribus.

Manicæ à manibus sunt appellatæ, siue arma intelligas con cruentis manibus destinata inter pugnandum, siue vincula, quę manibus iniiciuntur, seu denique tegumenta, quibus aduersus vim frigoris muniri solent.

Manilia lex, quam tulit Manilius Trib. plebis, vt Cn. Pompeio mandaretur belli Mithridatici administratio. Eiusdem nominis alia de suffragiis fuit, vt libera ea essent libertinis in omnibus tribubus.

Manipulus in re militari minor centuria *vel Ammiano teste libro 17*. vbi cũ post centurias

centurias constituit, etiamsi olim amplior eius numerus centuria fuerit, *teste Cincio apud Agellium libro 16. cap. 4.* auspicium nominis sui deducit inde, quòd pariter iunctis manibus dimicarent, *auctore Vegetio libro de re militari secundo.* Et ab hoc nomine descendit *miles manipularis* si modò fœni fasciculū intelligas. Ouidius Fastorum 3.

Pertica suspensos portabat longa maniplos:
Inde maniplaris nomina miles habet.

Manius Festo Pompeio dictus, quòd mane sit natus, vt *Lucius*, qui luce. Ceterum hæc inter prænomina referuntur, cuiusmodi sunt, notante Probo, & hæc sequentia, etiamsi postea abierint in cognomina. *Opiter* enim erat, qui mortuo patre, & auo adhuc viuēte, prodierat in lucem: *Opiscus*, qui in vtero matris geminis conceptis, altero ab ortu eiecto, editus erat incolumis: *Hospes*, qui peregre apud hospitem erat natus, quale prænomen habuit *Lucretius Tricipitius collega Lucij.* & *Volero*, qui nascebatur nolentibus parentibus liberis. *Laertus* Prænomen sumtum à Laribus, *Statij* à stabilitate, *Fausti* à fauore. *Tullius* ominis gratia nominatus, quasi tollendus. *Anci* prænomen à Sabinis translatum putat Varro, scribitque *Valerius* cubitum eum habuisse vitiosum, qui Græci est *ἀγκωρ.* *Auli* porro dicti, qui Diis alentibus nascuntur: *Marci*, qui Martio mense geniti: *Publij*, qui prius pupilli erant facti, quam *Prænomina* haberent: *Tiberij*, qui nascebantur ad fluuium Tyberim. *Cæsones* etiam sunt appellati, qui mortuis matribus erant exsecti: *Seruij*, qui mortua matre erant seruati in vtero. Vtque redeam eo, vnde iam sum dilapsus, omnino sciendum Manium quendam, *vt ex integris Festi codicibus colligere licet*, Dianæ Aricinæ lucum Aricinum consecrasse, quem Suetonius *in Cæsare* Nemorensem appellat, & contra prius etymon Sozymus 3. *Historiæ* deriuasse Man ū à manib. cū Festo malim astipulari. Manius etiā Papirius primꝰ rex sacrorū est institutus.

Manliana imperia, quæ sunt aspera & immitia, à T. Manlio, qui bello Latino cum Consul esset, filium suum, quòd contra imperium pugnasset, securi percussit. Idem, quia Gallis aduersus Romanos apud Anienem pugnantibus quendam ex hostibus torque & armillis insignem & ex Romanis aliquem ad singulare certamen prouocantem interfecit, torquem eius adeptus, *Torquati* nomen est consecutus.

Manna vel *Man*, Ros Syriacus Celso, *mel aereum* siue ἀερόμελι Galeno, Arabibus *Manna*, mutuato nomine ab Hebræis (quanquam altera eius species, quę liquida in vasis fictilibus asseruatur, Arabice nominetur *Tereniabin*) Hippocrati *mel cedrinum* καὶ μελιτώδης χυλὸς ἐκ τοῦ ἀέρος, quem succum quercubus insidere dixit Theophrastus ex Hesiodi auctoritate, aliis *ros Libani*, *panis angelorum* Dauidi, & *frumentum cœleste Psalmo 78.* Paulo verò *cibus spiritualis.* 1. Corinth. 10. idque ea de caussa, quod non Physice, verum miraculosè, cumque Dei singulari beneficio Israëlitis contigerit, vt hoc ipso capite docet Ambrosius. Panē cœlestem nominat Christus *Ioannis 16.* quod de cœlo, id est, aëre ceciderit, non ex terra prodierit, vere cœlestem panē Christum dico, adumbrans, cuius quidem merito & solida viuificatione efficimus in cœlo perpetuò victuri. Sed vnde nomen? Quibusdam descendere videtur à מנה *desiderauit*, quòd rem hunc cœlestem Deus in cibum destinauerit Israëlitis in eremo, aliis à מנה, quæ vox sortem & portionem significat. Vnde Chaldæus vertit מנא quem in translatione secutus est Hieronymus. Quin ea quoque Hebræorum quorundam sententia est, cum quisque sibi suam inde partem colligeret, *vt apparet ex textu Exod. 16.* Mihi tamen perplacet ortam hanc vocem ex Hebræorum interrogantium admiratione *Mane*, inquit, *iacuit ros in circuitu* castrorum id est, iuxta versionem septuaginta interpretum:

τὸ γὰ.

τὸ πρωὶ δὲ ἐγένετο καταπαυομένης τῆς δρόσου κύκλῳ τῆς παρεμβολῆς. mane fuit quiescente rore in circuitu castrorum, quæ translatio minime equidem Latinæ trãslationi, si rationem habeas textus Hebraici, ęquipollere potest. Seqtur: *Cumque terra superficiem operuisset, apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum*, Nõ Recte, cum Hebreæ reddi possint hoc modo: *Et cum tolleretur stratum roris, ecce in superficie deserti erat tenue quiddam rotundũ, quasi pruina super terra.* Rabbi Salomon exponit à verbo *collectum quid*, aut *congregatum*, cui simile non inueniri dicit in sacra scriptura aliud verbum. Chaldæus reddit כרגיר *sicut lapillum*. Septuaginta ita: *λεπτὸν ὡσεὶ κόριον λευκὸν, ὡσεὶ πάγος ἐπὶ γῆς tenue quiddam velut coriandrum, candidum, sicut glacies supra terram.* Inde habes: *Cum vidissent id filÿ Israel, dixerunt alter ad alterum* מן־הוא *mã-hu quid hoc? Non enim nouerant* מה הוא *quid hoc esset.* Harum duarum vocum energiam expresserunt & septuaginta, cũ ita verterent: *εἶπεν ἕτερος πρὸς ἕτερον, τί ἐστι τοῦτο:* At vocem Mannæ ex ea interrogatione conflatam non adnotarũt, id quod præstitit postea Theodoretus his verbis: *διὰ τί μάννα ἐκλήθη? εὐθὺς αὐτὸ θεασάμενοι ἀλλήλους ἠρώτων, τί τοῦτο, ἐπέθεσαν οὖν αὐτῷ προσηγορίαν τί τοῦτο: τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύει τὸ μάννα, οὐ γὰρ ᾔδεσαν τί ἦν, ἐγένετο οὖν ἡ ἐρώτησις ὄνομα*, quæ ita reddi poterunt Latine: *Quare dictum est manna? Cum mox conspexissent, interrogabãt se inuicem, quid esset? itaque hanc ei appellationem indiderunt: Hoc ipsum enim significat manna. Neque enim sciebant quid esset. Proinde factum, vt interrogatio vicem nominis haberet.* Etiamsi enim intertogationis verba ita iaceant מה הוא, tamen tandem vt sonus esset facilior addiderunt literam *nun*, vt dicerent מן הוא. Dixit autẽ Moses ad illos: *Hic est panis, quem dedit vobis Iehoua in cibum.* Et postea eodem capite: *Appellauit domus Israel nomen eius Man, & erat instar seminis coriandri albi, & gustus eius quasi placenta cum melle.* Si ea plura velis, Exodi 16. cap. percurre. itẽ *Num. 11. Ios. 5. & Psal. 78.*

Mannus, paruulus equus inter delitias Principum haberi solitus, Gallice *Cheualin*, quem Porphyrio in Horatiũ vulgo *Barrichum* appellari scribit; deflectitur à manu, quod mansueta porrectione manus duci possit.

Mano verbum inclinatur Festo *παρὰ τὸ μανὸν, τὸ ἀραιὸν*, ab eo, quod est *rarum, laxum, & parum solidum*, ideóque facile diffluens.

* *Mansuetus*, humilis modestus, ענו *hanau*, à verbo ענה *hana*, id est, animo seu mente considerauit & percepit. hinc *νοέω, ἐννοέω, διανοέω*, cogito intelligo cõsidero, *μετανοέω*, expendo, redeo ad animum, & ad cogitandum quid fecerim. *νοῦς* mẽs, *ἔννοια. διάνοιας ἐπινόημα, σύννοια*, conceptio, sensus, notitia cogitatio. עני *hani* miser, pauper, mansuetus dicitur, qui multis ærumnis confectus, & miseriis exercitatus, considerat & nouit seipsum. Hinc *ἐννηής, ἤπιος, προσηνής*, mãsuetus, lenis. *ἠνεια*, mansuetudo. ענוה *hanaua*, mansuetudo, animi deiectio, humilitas, Mansuetus, q. d. manu assuetus assuefactus ad obsequium, vt solent equisones caballos efferos manu demulcere & assuefacere ad sessorẽ recipiẽdũ.

Mantilia vult Seruius *Æneid 7.* à manibus ante lotis deflexa.

Mantua Cenomanorũ in Italia vrbs, Stephano etiam *μάντυα* per *α*, alias *μάντουα*, à Manto Tiresiæ filia creditur habere nomen, quæ post Thebanorum interitum in Italiam delata hanc vrbem condiderit. Galateam vocat eam Virgilius allegoricè, *vt notat Seruius*, alioque loco nomen matris fatidicæ Mãtus vrbi tributum canit his verbis: *Ille etiam patris agmen ciet Ocnus ab oris Fatidicæ Mantus, & Tusci filius amnis, Qui muros matrisque dedit tibi Mantua nomen.* Gloriatur & eodem Virgilio alumno. Vnde illud: *Mantua me genuit, Parthenope sepelit.*

Manturna Dea culta apud gentiles, vt

noua nupta cũ viro maneret, ſicut Domitius, vt eſſet in domo, Domiducus quod eſſet ducenda domum,& *Viriplaca Dea*,vt virum placaret.

M*anubiæ*,quòd manibus detrahantur, ſunt dictæ, vt exſuuiæ, quod exſuantur. Sic viſum nonnullis.

M*anubrium* quòd manu teneatur, dictum Varroni *lib.5.de lingua Latina.*

M*anumiſſio*,datio libertatis.*l.manumiſſiones ff.de Iuſtit.& iur.* quaſi de manu, id eſt, de poteſtate miſſio, Dominus enim ſerui illius caput tenens, quem in libertatem aſſerere volebat, pronuntiabat hæc verba, *liber eſto*, aut, *Hunc hominem liberum eſſe volo*,atque ita è manu ſua mittebat.Qui teſtamento manumiſſi erant, aut vindicta aut cenſu, vel ante conſulẽ aut Prætorem, ciues dicebãtur *Romani*: qui per Epiſtolam,aut inter amicos, aut conuiuii exhibitione, aut lege Iunia Norbana; dicebantur *Latini*:qui deniq; ex iuſta ſeruitute & lege Aelia Sentia, *Dedititij.* Vtque manumiſſio ſeruorum, ita emancipatio erat liberorum.

Maranatha. Meminit huius vocis Paulus ad finem prioris ad Corinthios: *Si quis*,inquit, *nõ amat Dominum Ieſum, ſit anathema Maranatha*, id eſt, *extremo anathemate percuſſus, ſit maxime exſecrabilis, ſit ab omnium diuinarum atque ſacrarũ rerum communione excluſus.*Talem hominem aut rem Hebræi nominãt חרם *Cherem.* Itaque Hierichuntini cum tota ciuitate & omnibus bonis fuiſſe leguntur חרם,ſcilic. indigni hac vita, atque adeo digniſſimi,qui ad vnum omnes perirẽt. Græci huiuſmodi etiam ἐπαράτους καὶ ἀκοινωνήτους appellãt,Apoſtolus 1.*Corinth.* 4.καθάρματα καὶ περιψήματα. Sed quænam hæc vox.& vnde eius origo?Variãt eruditorum ſententiæ (vt paucis multa complectar) & nunc in hanc, nunc in illam partem inclinant. Adiiciam tamẽ quæ alii notarunt, nec interponere ſententiam meam verebor emũctioris naris iudicium ſecutus. Sit primus Hieronymus,qui in quadam Epiſtola ad Marcellam ſcribit hoc modo: *Maranatha magis Syrum eſt, quam Hebræum: Tametſi ex confinio vtrarumque linguarum aliquid & Hebræum ſonat,& interpretatur,Dominus noſter venit Vt ſit ſenſus:Si quis non amat Dominum Ieſum, anathema ſit, & illo completo deinceps inferatur,Dominus noſter venit,quod ſuperfluum ſit odiis aduerſus eum velle contendere, quem veniſſe iam conſtet.* Hactenus Hieronymus. Quanquam & hæc ipſa habeantur in Ambroſii Commentariis. Eraſmus ita: *Hac voce ſolet Paulus extremum exitium ſignificare, quod Hebræi vocant* מראנאתא *Maranatha. Ceterum Maranatha Ambroſius putat vocem Syram eſſe potius, quam Hebraicam: licet inter has linguas nonnulla fuerit affinitas. Sonare autem apud illos, Dominus noſter venit. Quanquam inter Hebraica vocabula, quæ nullo certo auctore feruntur, reperio maranatha expoſitum. In aduentu Domini noſtri, veluti referat finem Malachiæ: Ne forte veniam, & percutiam terram anathemate. Theophylactus ad Ambroſii ſentẽtiam interpretatur,Dominus venit,vultque videri ceu iuſiurandum, quo confirmet Dominum aduenturum.*Hęc ex Eraſmo omnia.Multa etiam cõiecit in hunc ad Corinthios locum eximius Theologus,quæ arctius contraham, ne in immenſum huius vocabuli tractatus excurrat. Quoſdam dicit ſcribere μάραν ἀθὰ, quoſdã μαρανα-θὰ,vt ſit dictio vna,id quod eruditis nõnullis placet, qui eam idem Syris ſignificare volunt, quod ſignificat Hebræis חרם.Qui duas dictiones eſſe contendũt, illis מרן eſt *dominus*, אתה *venit.* Quanquam alii rurſus in tres dictiones dirimant,quippe מרן *Dominus*,א *noſter*, אתה *venit.* Quomodocunque autem legas, ſignificationem vocabuli non ſat aptè conſiderari exiſtimat, cum eo extremi anathematis ſpecies deſignetur, quam Thalmudiſtæ vocant שמתא Nam alioqui cauſſa non erat, cur Corinthios alloqueretur Chaldaicè, niſi vocabulum hoc Eccleſiis fuiſſet familiare,vt *Amen, Alleluia.* Quod ſi vera potius eſt eorum opinio,

opinio, qui vnicum vocabulum esse volunt, idem declarans, quod Hebræorum חרם, miror sanè, cur non posteriore loco posuerit ἀνάθημα, Syriaci videlicet vocabuli explicationem, vt in *Abba pater.* Quid si vel Librarij mutarunt ordinem, vel ἀνάθημα ad marginem pro Syriaci vocabuli interpretatione annotatum postea in textum irrepsit? Sed de his hactenus, inquit. Nihil enim hìc ausim aut velim affirmare. Ego autem in eo sum planè, vt significet hæc vox idē, quod *Dominus noster venit.*

Marasmus, qui nihil est aliud, quam interitus rei viuētis ex siccitate, aliquādo cum Hectica concurrens, quæ tum torrida tabes dici consueuit, ἀπὸ τοῦ μαραίνειν descendit, quod *colliquescere & tabefieri* significat.

Marchia Taruisina, sedes olim Euganeorum, qui tandem pulsi cesserunt Venetis, à quibus ea regio etiam Venetia dicitur, obtinuit nomen hoc suum nouum post euersum à Carolo Magno Longobardorum imperium, capto rege Desiderio, quod Marchionum constitutorum à Longobardis sedes ac domicilium tum temporis esset in vrbe Taruisio, sicut Blōdus & Volaterranus memoriæ prodiderunt. Alioqui in vniuersum appellare solent Marchiam eruditiores prouinciam bello partam, & vnius ditionis aut villicationis limitem, qui Germanis dicitur *ein Mark.* Hinc nomen *Danomarchiæ, Styrmarchia, Feid Marchia & Marchioni Marchia Principi*, imo Marcomanis genti vndique confluenti in vnam ditionem.

Marcia lex à Marcio Censorino est lata, ne cui bis censuram gerere liceret, *teste Plutarcho in Coriolano*, vt & alia Marcia Atinia à Q. Marcio & C. Atinio Tribunis plebis, vellent iuberentne cum rege Philippo pacem esse, *vt libro 35. testatur Liuius.* Tulit & Marciam legem Agrariam L. Marcius Philippus Trib. Pleb. *vt in Officiis Cicero ostendit.*

Marcipor, Marci puer, id est, famulus, vt Lucipor, Publipor.

Mardochæus, cuius meminit historia Estheræ amarum & contritum significans, appellationem trahit à מרה amarus fuit, & דוך contudit, detrusit, vel potius דכא, quod congruit significatione cum דוך.

Mare, quòd sit amarum, vult dici Honorius; alii à מים *Maim* id est *aquis.* Quid enim aliud quam aquarum collectio. Propriè ergo eo nomine significari videtur mare magnum siue Oceanus, quod dixerit Deus *Genes. 1.* congregentur aquæ in locum vnum: at καταχρηστικῶς de quauis alia congregatione aquarum, siue sint salsæ, siue sint dulces, iuxta illud: *Et cōgregationes aquarum vocauit maria.* Sic mare dicimus *Mediterraneum, Italicum, Hispanicum, Septētrionale, Adriaticum, Ægæum, Ionium, Creticum, Ægyptiacum*, & *Rubrum* appellatum hoc nomine, quod arena, *teste Plinio*, ei substrata rubeat. In sacris literis etiā stagna, præsertim maiora, idem agnoscunt nomen, vt mare Tyberiadis, mare Genesareth, aut mare Galileæ. item illud, quod *mortuum* vocant, eo quod nullis aut ventis aus fluctibus agitetur, alio nomine *Asphaltites* lacus, de quo alias plura.

* *Mare magnum* Hebræis dicitur mare mediterraneum, quod vbi Aegyptum alluit, Niliumque, Aegyptiacum appellatur. Vnde sinsum, versus Aquilonem porrectum, sed molliter tamen in Orientem se sinuans, vniuersam Chananæam ambit ab Occidente; & Syricum, mox etiam Phœnicium dicitur: tandem quæ in Issico sinu apud Ciliciā desinit.

* *Mare Rubrū* vocāt Hebræi ים סוף *Iam Suph* mare Suph, à cuiusdā herbę genere, qua litera illius abundāt. Mare algosum, & Iunceū, seu iuncorū à nonnullis dicitur. Stephanus, qui de vrbibus scripsit, citat Oranium, scriptorē Punicum, dicētem ideo Rubrū illud mare vocari, quòd montium quibus cingitur, præcipuum ruborem, quem radiorum solis obiectu reciprocatum vndæ excipiunt,

repræſentare videatur: atq; inſuper defluentem cũ pluuia mótes eos abluente colorem, re quoque ipſa bibat, indéque rubeſcat. Neque ab Vranio longe diſſentire videntur noſtri homines, qui per illa loca vagati refetũt, per interualla rubram ex litore arenam maris conſpici, iiſque fere locis Corallium reperiri Et certè Corallium in eo ſinu gigni auctor eſt Plinius. Græcis ἐρυθρὰ θάλασσα, ab Erithra rege, Perſei & Andromedes filio, qui ea in ora imperauit, vbi etiam ſepulchrum eius oſtendi ſolet; teſte Strabone lib. 16. Latini rati Erythræum à Græcis dictũ, quòd ἐρυθρὸν, hoc eſt, rubrum eſſet, ipſi quoque Rubrum mare appellaſſe nonnullis videntur. Ortelius in Theſauro Geographico, Rubrum mare in duos ſinus diuidi putat, Arabicum nempe & Perſicum; ptolaris in eã teſtimoniis & argumẽtis. Iſraelitas autem ſinum Arabicum, non Perſicũ, miraculosè traieciſſe poſt liberationem ex Aegypto, apud omnes pios in confeſſo eſt.

Mareſcha ciuitas Iudæ à ירש *poſſedit* nomen adepta.

Margarita à mari nominata, quòd in cõchis marinis reperiatur ex rore cœleſti certo anni tẽpore hauſto producta. vel potius nata Maris pomum nominat Tertullianus. Species huius eſt vnio inuẽto nomine (*vt quidam volunt*) quòd tãtũ vnus, non plures reperiãtur. Etſi Aelianus *lib. 13. cap. 26* refragetur, vbi tradit, *interdũ margaritas tot inueniri in vna cõcha, vt nõnulli prodiderint viginti quãdoq; in vna deprehẽſas.* Quid verò ſit vnio vel margarita, cõchæne pars, an excrementũ & morbus quidã, plenius, volente Deo ad vnionis locũ expedietur. Meliores autẽ ſunt Margaritæ candidæ, quam quæ flaueſcunt. Nomina earum ſunt, *Aſterites*, cui incluſa lux eſt inſtar ſtellæ: *Galactites*, quę margarita, ſi atteratur, ſuccũ reddit album ad inſtar lactis: *Chalayas* grandinis colorem præ ſe ferens & inuicta duritie, ſicut Adamas: *Selenites* candido colore trãſlucens, & continens imaginẽ Lunæ. Plura de iis, qui velit, Pliniũ legat *libri 9. cap. 35.* vbi de ea re agit prolixè. Verba tamẽ illa nõ poſſũ nõ adiicere, q̃ de more margaritas auribus ſuſpẽdẽdi ſcribit hoc modo: *Has digitis ſuſpendere, & binas ac ternos auribus fœminarũ, gloria eſt Cleopatra quoq; auribus gerebat vnionẽ illũ ſingulare naturæ opus, quẽ ſpectante Antonio liquefactum aceto abſorbuit.* Ecce etiã occurrit Margarita Seruiliæ matris M. Bruti, quam illi Iulius Prodigus largitor ſexagies H-S mercatus eſt, id eſt, aureis Vngaricis (*vt cenſent docti*) CXLV. CCCCLIIII. ſemũciali vno, duodenariis ſeptẽ, duplis trib⁹, ſimplo vno. Scribit & Zonaras 3. *Annaliũ* Perozẽ Perſarum regẽ in expeditione aduerſus albos Hũnos in extremo periculo detractũ auri dextræ vnionẽ abieciſſe, quem poſtea reperrũ Iuſtinianus Magnus centũ libris auri à barbaris redimere voluit. Magna quoq; Margaritarum copia in China, quarũ annua pẽſio excurrit ad vícies ſexies cẽtena millia nũmũ, *teſte Ioãne Gonzale Hiſpano in Chinæ deſcriptione.*

Maria ſoror Moſis, quo nomine cõſtat & virginẽ θεότοκον appellatã, Hebraice מרים *Miriã*, nominata videtur à מרה vel מור *amarum fuit*, quod ipſa nata pteſſi fuerint Hebræi amaro Aegyptorũ iugo & imperio. Etſi enim antea ſeruirent, nondũ tamen tantis opprimebãtur malis, *teſte Cabala.* Ea, cùm penes Iſraelitas ſtetiſſet victoria, obrutique fluctib. iacerent Aegyptii, arripuit tympanũ, quod cùm pulſaret, gratias Deo victori dixit. Habuit illa ſpiritũ Propheticũ in veteri leget, ſicut & Domini mater prima noui teſtamenti Propheriſſa, vt eſt ab Ambroſio notatũ & prioris Marię typũ per omnia explens. Vnde Tympaniſtriã nominat eã Auguſtinus. De origine nominis variæ ſunt coniecturæ, Quidã n. referunt ad מרה vel מור *fuit amarũ* & ים *mare*: Quidam ad מור id eſt *myrrham* & ים *mare.* Nonnulli quoque referunt ad מר & ים *guttam* videlicet *maris*, illi ad

רם ים

ים רם *excelsum & eleuatum mare*, facta literarum metathesi. Stellam maris nominant Bernardus & Beda, quodque de stella ex Iacobo oritura legitur, accommodat idem Bernardus ad hanc Domimini matrem. Quanquam conuenientius fortasse vaticinium illud de Christo intelligi possit, qui solus gratiæ suæ radiis illuminauit omnem hominem venientem in hunc modum, *Ioan.1.* Memorabile Gregorii Nazianzeni carmen de hac incorrupta virgine & Domini matre:

χαῖρ' ὦ κόρη παγχάρτε, μῆτερ πάρθενε,
καλλίςη, πασῶν παρθένων ὑπερτάτη,
ὀρανιώνων παγμάτων ὑπερτέρα,
θέσποινα, ταρταρέασα, χάρμα τȣ γένȣς.

Maria Porcia, lex à L. Mario & M. Portio Catone Tribunis plebis est promulgata, D. Iunio & L. Iunio Murena Coss. vt illi afficerentur pœna, qui aut hostium occisorum in prælio, aut falsum ciuium amissorum numerum per literas retulissent Senatui: Vtque iurarent apud Quæstores vrbanos, cum primum vrbem intrassent, de numero vtroque verè ab ipsis esse perscriptum. *Valerius Max.lib.2.cap 8.*

Maritus coniugem significans, à mare descendit, cuius rectus est mas. Nuces à nouis maritis spargi solitas, vt raperent eas pueri indicat Catullus in nuptiis Iuliæ & Manlii, vt & illud Poëtæ. *Sparge marite nuces.* Factum id existimat Seruius, nixus auctoritate Varronis, vt Iouis omine celebraretur matrimoniũ. Erant enim nuces in Iouis tutela, dictæque *iuglandes*, quasi Iouis glãdes. Id porro noto, etiam de brutis dici maritum apud Poëtas, vt πόσις αἰγῶν in Epigrammate.

Marmor ex nobilissimis venis erui solitum, quale *Porphyrites*, *Serpentinum* siue *Orphites*, & omnium candidissimum *Parium*, à Paro insula dictum, nomẽ suum in vniuersum deflectit παρὰ τὸ μαρμαίρειν, quod *splendescere*, & *quasi scintillare* significat. Quãquam Paulus *l.quæsitum.de legat.* 3. rudem tantum eius materiam, non elaboratam, ea appellatione cõtineri scribat. Sectio marmoris fieri solet Romæ ad Petri basilicam arena. Qui id faciunt, eos *marmorarios* appellant.

Maroneum vinum inuenio dictum, cui vicies tantum aquæ ob vim eius indomitam vigoremque misceri poterat, quale fere Mutiani ter Consulis tempore durabat, qui eius sextarios singulos octonis aquæ miscebat. Nomẽ id suum obtinuit a Maronea Thraciæ mõte, qui alio nomine *Ismarus* est dictus. Tibullus ad Messalam: *Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho*, quem locum ita quidam exponunt, vt vini istius epitheton à Marone deducant, id est, à Virgilio, quod 3. *Æneid.* Polyphemum vino sopitum scribat, cùm potius istius vini mentionem faciat, quod Vlysses secum aduexerat ex Thracia.

Marrubii populi Italiæ, nempe Marsi, quos Seruius *Æneid.7.* sub finem ingẽtem lacum circa Fucinum habitasse scribit, nomen arcessunt inde, quòd quasi circa mare habitarent. Poëtæ versus est hic: *Quin & Marrubia venit de gente sacerdos.*

Mars per syncopen dictus à Mauors, vel (*vt aliis placet*) ab ἄρης, προθέσει τȣ̃ μ, & expuncta vocali *u* Varro à *maribus* dictũ existimat, quibus in bello præest, aut quòd acceptus fuerit à Sabinis, Mamertinis obtinens nomen. Cum etymo nostro facit & Isidorus: Etsi nonnulli a morte deriuent. Vnde apud Homerum dicitur μιαιφόνος καὶ βροτολοιγός. Vide num ἄρης Græcè dictus sit ab Hebræo ערץ *Harar*, id est, destruxit, diruit depopulatus est: quod cognationem habet cum ערה *Harah*, nudauit, euacuauit. & b *Harar* etiam ἀίρω, tollo, destruo. Mars igitur, nempe ἄρης, popularor, destructor; Specularor, cũcta redigens ad nihilum. Belli horrenda effecta. Conuenit etiam cum verbo ערץ *Arahs*, id est, cõcussit cum terrore, & in voce passiua

Naarats, formidabilis fuit. Inde nomen *Hariths*. formidabilis, tyrannus. Martis perpetua epitheta. De fabulosa eius natiuitate nihil in medium adduco. Epitheta tantùm & quę ipsi cognomina af-ficta sunt quædam apponam, tum primâ eorundem originem. Dictus itaque *Gradiuus*, à gradiendo in bello, siue ab hastæ vibratione, quam exprimunt Græci vocabulo κραδαίνειν, *vt alias est explicatum*. Est & *Quirinus* appellatus Sabinis, quòd his *quiris* dicta sit hasta, qua vti existimabatur, vt *Enyalius* ab Enyo, id est, Bellona vel vxore Martis, vel sorore, & *Vltor* ab vlciscendo, cui templum in foro suo maximum ac sumtuosissimum cùm opere tum artificio exstruxit Augustus Philippico bello, quòd patris sui vlciscendi caussa susceperat. Græcis etiã αἱμοχαρὴς id est *sanguinarius* sanguine gaudens, est dictus, Pindaro χαλκάσπις ab æreo scuto, χρυσοπήληξ ab aurea galea Homero, οὖλος *perniciosus* Hesychio, βροτόκτονος *homicida* Orpheo, iterum θοῦρος *impetuosus* Homero. βρισάρματος, quod perstrepat curru, vt βριήπυος, *quod latè sonet*, Apollonio. Idem ὀβριμόθυμος Homero, quod sit *magnanimus*. τειχεσιπλήτης, ἀδάμαστος, μεγαλοσθενὴς, δορυσθενὴς, ὑπερμεγέθης, denique Hesiodo ῥινότορος pellitus, *vt & Gyraldus notauit*. A Marte porro *Martialis* est dictus pars collis *Quirinalis*, *& Flamen Martialis*, vt & ludi Martiales, qui in Martis honorem 4. *Id. May*, peragebantur in Circo cum equorum decursu. Meminit eorum Dio *libro 56* qui & ipsis Calend. Augusti Martis ludos celebratos meminit *libro 60*. Ab eiusdem nomine dictus quoque Martius campus extra vrbẽ prope portam Flumentanam, alio nomine *Tiberinus*, in quo primum conditum est lustrum, habitáque Centuriata Comitia, *teste Dionysio*. Apud Lacedæmonios offerri illi solebat sacrificio canis propter audaciam & promptitudinẽ, quam innadendo præstat, ab ephœbis inter se certaturis. Equum eidem sacrum fuisse vel inde constat, quòd equus illi, qui à dextra victor fuisset Idibus Decemb. immolaretur. Martis lucum, cuius Iuuenalis mentionem facit *Satyra 1*. locum intelligit eius interpres, in quo Romæ conuenire solebant Poëtæ sua recitaturi Poëmata, quod placuit adiicere propter loci obscuritatem.

Marsi Tacito Germaniæ populi, aliis Italiæ, gens ferocissima, alioqui & arctis finibus inclusa, iuxta Plinium referunt suam originem ad Marsum Vlyssis & Circes filium huius gentis auctorem; iuxta Siliũ ad istum Marsiam Phrygem, quẽ victũ ab Apolline Musico commigrasse in hęc loca ferũt. Verba eius sunt:

Sed populis posuit nomen metuentior hospes,
Cum fugeret Phrygios trans æquora Marsia
Trenos
Mygdoniã Phœbi superatus pectine Loton.

Alii à Marsia duce Lydorũ nominis auspicium trahunt, nõnulli à Psyllis Africæ, populis Nasamaniorũ armis pulsos ex Africa, qui se partim in Cyprum, partim huc receperunt. Memoriam horum celebrarunt, Plinius, Florus, Ptolemęus, Strabo, ac Vibius Sequester, omnium verò sæpissimè Liuius. Ab illis Marsicum appellatum est bellum, quod exstiterint eius auctores, *Picentibus, Vestinis, Pelignis, Marucinis, Lucanis & Samnitibus ad defectionem concitatis*. Celebria apud illos incantamenta fuisse apud Silium inuenias, *lib. 8*. A Capitolino traditum olim eos carminibus serpentes cõstrinxisse. Et Virgilius 7. *Aeneid* quæsitas canit à Marsis in montibs herbas, quibus videlicet vtebantur ad veneficia. Atque hanc artem accepisse creduntur ab Agnitia sorore Circes. Vnde & *Agnitij* dicti, si credimus Landino Plura de iis in *Psyllis*.

Marsicum bellum, de quo modo facta mentio, Iulio Cæsare & P. Rutilio Coss. commotum, inde nomen traxit, quod primũ à Marsis sit excitatu, *vt scripsit Strabo, Geographia 5*. Nominatur hoc modo à Cicerone *Oratione secũda, in Rullum*,

lum,quanquam pro Fonteio bellum sociale dicatur à Diodoro, Plutarcho & Appianno μαρσικὸς καὶ συμμαχικὸς πόλεμος.

Marspiter, Mars pater, *vt explicat Agellius.*

Marsupium nummorum sacculus est Isidoro, quem Graeci μαρσύπιον vocant. Apud Trallianum legitur μάρσιππος. Eidem μαρσίπποι non solùm σάκκοι sunt, sed etiã γαστρίμαργοι. quoniã forsitã τῶν γαστριμάργων ventres æquè capaces sunt sunt atque amplissimi sacci Et μάρσιππος medicis accipitur pro Sacculo, quo pars dolens fouetur. Plura de Marsupio vide in voce *Crumena.*

Marsyas Fulgentio Placiadi quasi μωρὸς οἷος *solus stultus.* Plinius scribit tiam obliquam inuentam in Phrygia à Mida, at geminas tibias *Marsiam*, Lydios modos Amphionem excogitasse. Idem prodit non longè ab Apamia platanum ostensam, ex qua hic victus ab Apolline & excoriatus pependisse dicebatur. Ibidem lacum fuisse calamos ad tibiarum linguas idoneum giguenté, libro duodecimo auctor est Strabo. Hinc figmentum contendisse cum tibiarum cantu cum Apolline.

Martius, mensis in anno primus ex Romuli præscripto, qui decem ex mensibus constituerat annum, vel à Marte, quòd is Romuli crederetur pater, vel ab illius gentis in re militari alacritate nomen inuenit. Primum etymon approbát Macrobius & Varro. Certè Ouidius:

A te principium Romano ducimus anno,
Primus de patrio munere mensis erit.
Vox rata sit, patrioque vocat de nomine mensem,
Dicitur hec pietas grata fuisse Deo.

In carminibus his nõ solum continetur etymi ratio, verũ etiã cur Romulus primũ hũc mẽsem in anno cõstituerit. Primũ mensem, inquit Macrobius, à patre suo Marte, secundum ab Aeneæ matre Venere nominauit, vt principia anni seruarent, à quibus esse Romani nominis origo. Alii, *eodem teste*, Romulum altiore prudentia primos hos menses ordinasse arbitratur, vt cum præcedens Marti esset dicatus, secũdus Veneri dicaretur, quæ vim eius quasi beneficio leniret. Fateor quidem Martii mensis nomen etiã ante conditam Romã habuisse quosdã Italię populos, at nemini eum fuisse primum ex Ouidio probo, qui testatur tertium fuisse *Albanis*, quintum *Phaliscis*, *Hernicis* sextum, iterum quintum *Laurentibus*, decimum *Aequicolis*. Rursus primum eũ fuisse Romanis, euincunt Solinus & Macrobius his rationibus; quod publicè & priuatim hoc mẽse sacrificatum abierint ad Annam Perennam, quòd Comitia auspicarentur, mercedes soluerint magistris, vectigalia locauerint, matronæ seruis cœnas apposuerint, sicut Domini in Saturnalibus. De festis huius mensis diebus nihil attinet hic dicere, nisi quòd Athenis in eo celebrata fuisse παναθήναια testetur Dionysius, Halycarnass. *ἀρχαιολογίας lib.2.* Hebræi nominarunt אדר, Macedones δύστρον, Aegypti φαμενώθ.

Maryandini gens Pontica nomen deriuant, à Thynis, à quibus etiã *Bithynos* & *Oethynos* propagant. Hi Thyni acerbitatem fortunæ tandem experti ab Heracliensibus sunt oppressi, inque tãtam redacti seruitutem, vt nomẽ postea contẽtus esset. *Hæc Suidas in suis miscellaneis.*

Masloth ciuitas in tribu Nephtali attessit originem nominis a משל *dominatus est.*

Massilia, μασσαλία Ptolemæo, μασσαλία Eustathio, *Phocais Lucano Narbonensis prouinciæ vrbs*, à Phocensibus condita, Sedechia regnum obtinẽt, apud Hebreos, apud Macedones Astyage, cũ Harpagus Phoceã ciuitaté Ionicam obsideret, fert nomen ἀπὸ τῆς ἁλίας piscatoria naui & μάσαι quod est *alligare & quærere.* Strabo scribit sitam eam loco petroso, portumque habere theatri forma, cauato saxo, & austro obuersum, solũ tamen oleis & vitibus fuisse consitum, Ionicis vti solitos institutis ac legibus, republica

per

per optimates administrata. quos ab honore, quem per totam gerebant vitam, nominabant τιμούχους. Floruit illa diu legum optimarum: imò modestiæ, frugalitatis, aliarumq; virtutum memorabilibus exemplis, vt disciplinam eius maximè commendet Cicero *in Oratione pro L. Flacco*, atque adeo Romani studio discendi pro Atheniensi peregrinatione Massiliensem amplecterentur, *vt scribit Strabo*. Verba etiam eius notatu digna ex propria asscribam lingua. ἡ μασσαλία, inquit, πόλις ἑλληνικὴ τοσοῦτον ἦν σώφρων καὶ μετρία, ὥστε καὶ νόμον ἔχειν, τὴν μεγίστην προῖκα χρυσίων. ρ. τὴν δὲ ἐσθῆτα χρυσίων ε. καὶ τῶν γυναικῶν κόσμον ὁμοίως χρυσίων ε. τοσοῦτον δὲ τοὺς λόγους, καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἔργῳ ἐξήσκησαν, ὥστε τοὺς φιλομαθίᾳ ἐχομένους ῥωμαίους μὴ εἰς ἀθήνας ἀλλ᾽ εἰς μασσαλίαν πορεύεσθαι. Vnde Valerius Maximus *libro 2. ca. de institutis antiquis* multa scribit de Massiliensis disciplinæ grauitate, prisci moris obseruantia, tum seueritate, quòd mimos in scenam admiserint nullos, ne turpia spectãdo imitandi licentiam præberent, quòd suos ad sepulturę locũ deueherent plaustro sine lamẽtatione, nulli quoque oppidum eorum intrare licuerit cum telo, sed mox illud aliquis custodię gratia acceperit, qui exituro redderet, vt aduentantibus hospitia sua non solùm humana redderent, sed etiam tuta. Quo mirum haudquaquam fit, Plautum in Casin. Massilienses mores pro optimis & probatissimis dixisse. Ob plurium quoq; linguarum cognitionem eos à Varrone *trilingues* dictos commemorat Isidorus, quod Græcè, Latinè & Gallicè loquerẽtur: Eamque vrbem studiorum magistrã habuit Taciti socer Agricola. Cæterùm bello ciuili inter Pompeium & Cæsarẽ, cum se victæ parti adiunxissent, magnã suæ felicitatis partem amiserunt, *vt scripsit Strabo*, etiamsi Cæsar, & qui eum secuti sunt Principes, recordatione veteris amicitiæ mediocres se in vindicãdis eorum delictis exhibuerint, libertatemque pristinam conseruauerint. In eo enim honore dignitateque fuerũt apud Romanos Massilienses, *teste Liuio*, ac si mediæ Græciæ vmbilicum incolerent. De laudibus vrbis & ciuiũ prolixè egit Cælius *lib. 9. c. 8. Lect. antiq. Cicero oratione pro Flacco, Iustinus lib. 43. Strabo 14. Ammianus 15.*

Mater, à materia est Isidoro, quod inde aliquid efficiatur. Nam pater est caussa. Hinc Nonius: *Mater est, quæ quoduis animal parit edit.* Ex matre porro & familia compositum nomẽ *materfamilias*. Et *matertera* matri est soror, quasi *mater altera*, inquit Festus.

Materia videtur nonnullis habere deriuationem suam à matre.

Matthæus tantundem ac donatus Hieronymo, Isidoro & aliis. Est enim נתן *donum*, vt & מתת.

Mathatias Iudę Maccabæi pater, idem significans quod *Dorotheus* seu *donum Dei*, dictus est à מתת, quam vocem *donum* exprimere Hebræis iam nunc monuimus, & יה, id est *Deo*.

Mathematica, quę scrutatur certis demõstrationib⁹ discrimina, ꝓprietates, cognationes, principia & seriem numerorũ, & magnitudines figuratũ, quæ omnia mẽs cogitatione abstrahit à corporibus, ἀπὸ τοῦ μανθάνειν, i. *discẽdo* vel *docẽdo* traxit nomẽ. In ceteris. n. disciplinis, *auctore Anatolio*, esse quis potest αὐτοδίδακτος i. *suus præceptor*, in his verò minimè. tãquã illæ essent ἐξωτερικαί, quæ citra vlli⁹ doctoris adminiculũ percipi queãt, hæ autem ἀκροαματικαί in quib⁹ auscultatione esset opus, cũ sint recõditę & abstrusę. Itaque sunt, ait Vuillichius, qui Augustinũ insimulãt, quasi is suapte Minerua vniuersas imbibisset. Obiectũ mathematicarum artium est duplex, νοητὸν ἢ φανταστὸν vnũ αἰσθητὸν alterum: Atque illud cogitatione vel imaginatione & intellectu concipitur, hoc vero cõprehendit magnitudines & quãtitates cõcretas, quę sunt in Physico subiecto Huius disciplinæ peritus dicitur Mathematicus, quod

nomen

quod nomen vsus tandẽ restriniuxit ad Genethliacos,etiáſi minus bene. Hinc enim Agellius: *Mathematicos vulgus appellat, qui & Chaldæi nominantur: Eisdem etiã genethliaci. Hominum enim natiuitates & horoſcopum contemplantur.*

Matralia. matris Matutæ Festa, *auctore Festo*. Celebrari ſolebant 4. Id. Iunii appellata hoc nomine, quòd conſtet Matutam ob bonitatem à maioribus appellatam fuiſſe matrem, quòd bona ſit ac talis, qualia ſunt natura, *vt Verrius ſcripſit*. Huic matronæ testaceum librum faciebant, ſic dictum, quod coqueretur in calida teſta. Ouidius:

Nunc quoque liba iuuant Feſtis Matralibus illam,

Rustica ſedulitas gratior ante fuit.

Inſtituebatur curſus in eius ſacrificiis, *vt ait Plutarchus in Camillo*. Templi etiam aditu prohibebantur ſeruæ, ex quibus vnam tantùm introducebant matronæ, cuius genis infringebant colaphos quod etiam ex æmulatione huius Deæ aduerſus maritum factum idem Plutarchus arbitratur. Cùm enim ſuſpicata eſſet maritum ſuam deperire ancillam, in inſaniam prolapſa perdidit filiũ. Ouidius ſcribit *Metamoph. 4.* Athamantem furore correptũ poſt horribiles angues in [illegible] ſius & coniugis ſinus coniectos à T[illegible]iphone Eumenidum vna, interfeciſſe [illegible]um Learchum quaſi in venatione pro fera, atque tum eam ſimiliter percitam furore vna cum filio Melicerta dediſſe ſe in profundũ æquor præcipitem, vbi Deorũ commiſeratione in marinũ numen conuerſa fuit, quod Græci *Leucotheam*, id eſt, Deam albam, noſtri vero *Matutam* vocant, alio nomine *Auroram*. At Melicerta *Palæmon* eſt dictus, quem Latini *Portunum* appellant, quòd portubus præſit, vel quia Deus portarum habebatur, *vt vult Festus*: Vnde clauem in eius manu fingebant. Aedes eius Romæ fuit in foro boario, quam dedicatam à Seruio Tullio, atque inde refectam Camillus ſe conſecraturum vouit, & tandem conſecrauit, *vt Liuius tradit*. Apud hanc deam porro bona, non filiis, verùm ſororum liberis, pro ſuis in vlnas acceptis, optabantur: vel quia, *eodem Plutarcho teste*, Ino (quæ eum Matuta eſt eadem) miti ingenio ſororis filio mammam præbuerit: vel quia iſta conſuetudo pulcerrima eſt viſa ad conciliandum inter neceſſarios beneuolentiam.

Matricula catalogus ſeu index militum, diminutiuum eſt nomẽ à matrice. Sed optimi auctores pro ea voce Vegetii lib. 1. dixerunt fere Album, poſteriores pittacium, Græci λεύκωμα, teſte Polluce. Nomen pittacii habet etiam Gloſſarium vetus, inque Iuſtiniani codice nõ in vno loco reperias, Græce πιττάκιον.

Matrimonium dictum à matre, vel quaſi matrem monens. Nubere enim debet mulier, vt fiat mater.

Matrix deſcendit à μήτρα vocabulo Græco, Appellant eo nomine vulgo *fœmina genitalia*, quibus concipitur fœtus.

Matrona dicta, quæ matrimonio viro eſt iuncta, etſi liberi nondum ſint nati. Ita eruditi nonnulli Iſidorus ait: *Matrona eſt mater primi pueri, quaſi mater nati*. Idem fere affirmat *libri 10. cap. vltimo*. cum ita ſcribit: *Matrona eſt, quæ iam nupſit, & dicta matrona quaſi mater nati, vel quia iam mater fieri poteſt*: Vnde & matrimonium dictum. Diſtinguitur tamen inter matronam, matrem & matrem familias. Nam dictæ matronæ, quoniam conuenerunt in matrimonium: Matres, quia genuerũt: matres familias, quia per quãdam iuris ſolemnitatem in familiam mariti tranſierunt. Feſtus Grammaticus tradit appellatas matronas, quibus ſtolas habendi ius erat, Apud eundem legas matronas à magiſtratibus non ſubmoueri ſolitas, ne pulſari aut contrectari viderentur, & ne grauidæ concuterẽtur. Sed nec viri earum ſedentes cum vxoribus in vehiculo deſcendere cogebantur. Quod vittatæ inceſſerint caſtiſſimæ matronæ, inſtita etiam hoc eſt, te-

nuissima fasciola stolam ambiente, indicat illud Ouidii 1. de arte amandi:

Este procul vittæ tenues, insigne pudoris,
Quæque tegis medios instita longa pedes.

Et alibi:

Ecquid ab hac amnes rigida submouim° arte,
Quas stola contingi sumiaque vitta vetat.

Tibullus:

Sit modo casta doce, quãuis non vitta ligatos
Impediat crines, nec stola longa pedes.

Sic & Virgilius *Aeneidos 7.* Amatæ reginæ eidemque vxori Latini tribuit Vittã eo videlicet loco, vbi fingit Furiam Alecto serpentem in illam conicere, qui omnes illius sinus omnemq; vestitum pererraret. A matronis *Matronalia* sunt dicta festa, quæ celebrari solebant Calẽdis Martiis à matronis tributa eis (*vt scribit Plutarchus*) in belli compositi monumentum, eo quod Romulo aduersus T. Tatium pugnãte & fugientibus Romanis, vbi iã ille Ioui Statori vouisset ędẽ, repẽte substiterit exercitus raptæq; mulieres in mediũ procedentes pacem conciliauerint. Atq; hinc est, quòd Mecœnatẽ mirari scripserit Horatius quid Martias Cal. celebraret, cum matronã, id est, vxorem non haberet.

Mauors, Mars magna vottens.

Mauritania Atticæ regio Ptolemæo, qui in Tingitanam & Cæsariensem diuidit. Hebræis Phut, *teste Arias Montano*, cuius incolas Strabo nominat μασαισυλίους, Plinius *Massæsylos*, gentem *Massylã* Virgilius, *Massylos* Stephanus à nigredine populorum arcessit nomen, cùm nigrum Græcis sit μαυρὸν, sicut Gallia à populi candore.

Medaba, ciuitas in tribu Ruben sortita nomen à מים *aquis*, & דבא *tepore*. Thermas rectè dixeris aut *calidas aquas*. Trãs Iordanem sita fuit, fecitque eius mẽrionem Esaias *cap.16.* & Iosephus *Antiq. Iudaic. lib.17. cap.9.*

Media, μηδία Ptolemæo, quam Ariam olim vocatam scribit Pausanias, vt & *Arios* incolas eius appellat Herodotus, *Madæos* Iosephus, videtur Isidoro trahere nominis originẽ à rege Medo, qui eã regionẽ bello fuit aggressus, etiamsi antea in gentium vocabulis à *Maday* filio Iaphet originationẽ traxerit Medorũ, à quibus & ipsũ Mediæ nomẽ deduci queat. Cedrenus nominat celeberrimã hãc Asiæ regionem *Aspracan*, & eius partem superiorem βαοπρακὰρ, nominisq; etymon deriuat à fabuloso Medusæ scypho. Sextus Rufus suo tempore *Medenam* dictam tradit. Nũc vulgo dici *Cordini* scribit Haithon°, *Seruã* Castald°.

Mediastini serui. Vide Atrienses.

Medica arbor, alio nomine Citrus, aut certè altera eius species lauri folio perperuo virens, oris graueolentiam emẽdans, & vestes à tineis præseruans, Græce ἡ μηλέα περσικὴ, vel μηδικὴ, vel ἡ κεδρόμηλος, clara etiam Mantuani carminibus, à *Media* nomen habet, vnde primùm est asportata. Poma eius Dioscorides etiam κεδρόμηλα vocat, quod cedri odorem referant. Sunt eadem venenis inimica: Atque hoc esse vult Isidorus, quod tradat Mantuanus animam ex illis foueri. Addit Dioscorides *esse oblonga, rugosa, odore graua, & aurũ colore imitari: Arborem etiam omnibus anni temporibus esse pomiferam, aliis deciduis, aliis rursus subnascentibus, quorum quædam tamẽ acerba, quædam matura, quædam adhuc in flore posita videas, quòd in ceteris arboribus est rarum.* Hæc ipsa ne putrefiant, sepeliri solent in hordei aceruo, inquit Ruellius, qui item affirmat Limones & Aurantia poma cadere in Medicorũ malorũ genus. Multa de iis præclara habet Pontanus *duobus libris de hortis Hesperidum*, vbi doctissimè præscribit, quænam loca serẽdis Citriis sint apta, quæ loca sint euitanda, quod tempus sationi conueniat, quę regiones producant & alant, altitudo scrobium quæ requiratur. quo pacto palis fulcienda sit arbor, coercẽda luxuries. procurandę propagines, instituẽda putatio & pariter dispositio, quomodo etiã topiariũ opus ex ea fieri queat, vt sit peragenda insitio, vnde in Italiã sit apportata

portata, quippe ex Media, vt in etymo est dictum. Sic enim canit intermixtis fabulis:

Nãque ferunt ob primitias quãdoq; negatas
Iunonem indignantem animo, grauiterque dolentem
Immisse & stragẽ arboribus, Citriisq; ruinã,
Hesperij generis malorum stirpe peremta.
Donec eam Venus è Medorum diuite sylua
Relliquias relegens per Aphrorum pinguia culta,
Rursus in Italiam gemi transmisit habẽdam
Æneadum, quo priscus honos, & cura nepotum
In syluis veteres renouaret Adonidis ignes,
Æternum & maneant monumenta insignia auorum.

Mediolanum, Insubrium in Italia metropolis, dicta primitus à conditore Olanum, *teste Catone in Originibus*, Ptolemæo μεδιολάνιον & μεδιόλανα, Straboni μεδιολάνιον, qui olim pagum fuisse scribit, nunc autem πόλιν ἀξιόλογον συνάπτουσάν πως ταῖς Ἄλπεσι, id est, *vrbẽ præclaram, Alpibus aliquo modo contiguam*: nomen tulisse non pauci volunt, quod inter duos amnes, quos *Lames* vocant, sit situm. Cato vult eam ab Insubrium duce Medo adauctam consecutam fuisse hoc nomen. Sunt qui etiam ex Celtarum lingua originem trahunt, quæ virginem vocabat *Medel*, agrum seu regionem *Lart* vnde Mediolanum tanquam virginis terra nomen deducit suum. Ferũt enim Mineruã hoc loco cultã, *vt & Polybius prodit.* Meminit huius etymi & Alciatus in Emblematibus suis. Zacharias Lilius *in suo orbis breuiario* credit à Maximiano Herculio Imperat. *Herculeã* quandoq; appellatam Vrbem Melanam legit Gotf. Viterbiensis pro *Mediolano.* Ad eius formam & sitũ produnt historiæ conditum *Monasterium* vrbem Ana baptistarũ rebellione celebrem. Varias eiusdẽ nominis ciuitates, præsertim in Gallia, nominat Ortelius in thesauro geographico, nempe nunc Nouiomagũ ad Eburones, Magdunũ ad Ligerim, & Santonũ metropolim. Est item Mediolaniũ, hodie Lancastria, Angliæ oppidũ. Episcopus huius ciuitatis fuit Ambrosius, cuius opera exstãt adhuc multa, etsi non omnia. Hic (ne illud omittam) à sue Heduorum insigni media parte lanata appellatum Mediolanũ putauit, cui sententiæ subscripsit etiam Sidonius Apollinaris, quanquam ego cũ Volaterrano & aliis priori etymo malim astipulari.

* *Meditatoriũ.* μελετητήριον, meditationis & exercitationis animi locus, Ludus Literarius. Meditatoriũ dicitur, vt Asceterium, phrontisteriũ, & similia. Hebr. Meditatio *hegeh, Haguth, Higgaion,* dicitur, à verbo הגה *hagah*, i. Mouit in corde, mouit in ore, meditatus est, medio in corde versauit, mussauit tam ore quàm animo. Ab hac primigeniã originẽ traxerũt. νηγέομαι, ἀφηγέομαι, διηγέομαι, i. meditor, narro, computo; ἐξηγέομαι, enarro, ἐξήγησις. enarratio.

Meditrinalia. Festi verba: *Meditrinalia, inquit, dicta hac de caussa. Mos erat Latinis populis, quo die quis primũ gustaret mustum, diceret ominis gratia: Vetus nouũ vinũ bibo, veteri nouo morbo medeor. A quibus verbis etiam Meditrinæ Deæ nomen cœptum, eiusque sacra Meditrinalia sunt dicta.*

Medium an non rectè ἀπὸ τοῦ μέσου vocabulo Græco?

Medius fidius. Et hic Festum audire necesse est. Verba eius sunt: *M. dius fidius cõpositum videtur, & significare Iouis filiũ, id est, Herculem, quod Iouem Græci Δία appellent, nos Iouem, ac fidium pro filio vsurpent, quod sæpe antea pro L. litera D. vtebantur. Quidam existimant iusiu... ndum esse per Diui fidem, quidam per d... ni temporis, id est, diei fidem* Festo a... ...tur Seruius.

Medulla Gramm... ticis inde pendet, quòd in ossium medio sit sita, vel quod eadem madefaciat. Græcis μυελὸς est, & quidem duplex, ἐγκεφαλίτης καὶ ῥαχίτης, *cerebralis* & *spinalis* præter eam, quæ continetur in ossibus.

Megalensia vel *Megalesia*, vel *ludi Megalenses* qui fuerint, non satis conuenit in-

ter auctores. Is, qui Terentii vitam conscripsit, Diis illis magnis cõsecratos fuisse vult Megalenses, quos Græci *μεγαλησίους* appellant. Cum eo facit Goueanus Iurisconsultus, qui vt tueri facilius possit sententiam suã *Megalesia* à *Megalensibus* distinguit. Sed eum refutat Antonius Muretus. Neq; enim ludi isti in honoré magnoru Deorũ, sed magnæ Deorum matris *τῆς μεγάλης τῶν θεῶν μητρὸς* sunt instituti, dictiq; sunt primùm *Megalẽsia*, inde *Megalesia* detrita litera N. Hinc *Megalesia, ludos Matris magnæ appellabant.* Idem cõfirmat Liuius cum eos primum Iuniũ Brutũ dicasse scribit, postea etiam æde erecta in Palatio. Nec dissidet Ouidius Fastorũ 4. cùm quęrit, *cur fuerint primi Megalesia ludi. Illa Deos peperit*, inquit, *cessere parẽti, Principiumque dati mater honoris habet.* Paulò ante eodem libro Pessinunte Phrygię oppido aduectã scribit. Vexante enim Italiam Annibale, cũ Sibyllinis libris inspectis carmen esset inuentum, quandocũq; hostis alienigena infestaret Italiã posse eum pelli, si mater Deum Pessinũte Romam esset aduecta, miserunt eo nomine legatos ad Attalũ Asiæ regẽ M. Valeriũ, qui bis fuerat Cõsul, & Cæcilium Galbam, cum Cn. Tremellio Flacco, & M. Valerio Falcone. Accepti ab eo humaniter & in Phrygiã Pessinũtem deducti sunt, vbi lapis erat, quem incolæ *matrem Deum* dicebãt. Deportarunt itaq; hanc Romam, sed præmisso Falcone, qui ex Delphico oraculo moneret eam ab optimo viro excipiẽdã esse hospitio. Quid multis: Habita fuerunt Comitia, in quibus P. Scipio Nasica, necdum Quæstorius, imo adolescẽs adhuc, vir optimus à Senatu est iudicatus. Is cũ omnibus matronis Hostiã ire est iussus obuiam Deæ, atq; eam de naui accipere, & in terram delatã tradere matronis deferendam in vrbem. Acceperũt itaque matronę, inq; ædẽ Victoriæ, quę est in Palatio pertulerũt pridie Id. Aprilis, tota ciuitate obuiam effusa, & positis ante ianuas thuribulis, adeoq; precãtibus singulis, vt volens propitiaque vrbẽ ingrederetur. Isq; dies vt festus fuit, ita populus frequens dona Deæ in palatiũ tulit, Lectisterniumq; & ludi fuere, quos *Megalesia* dixerunt. Hæc fere Liuius, ex quibus equidem apparet institutos esse hos ludos nõ in Deorũ, sed in magnæ matris honoré, & ab eadem accessere nomen. His accedit auctoritas Herodiani lib. 1. & Ciceronis *in oratione de Aruspicũ responsis.* Hæret tamen scrupulus, quando potissimũ celebrati fuerint, hi ludi. Ex veterum Fastis demonstratur per sex dies celebratos fuisse, quippe ab eo die, q̃ dicitur *Pridie Non. April. vsque ad V. Id.* Etsi enim pridie Id. April. in ædẽ Victoriæ Palatinæ delatã Deã & proinde festũ cũ diẽ fuisse cum lectisternio & ludis Liuius dicat, postea tamen reiectos fuisse ludos in eum, qui pridie Nonas est, diem, nõ est alienum a vero, præsertim cùm Spartiani testimonium accedat, qui cum narrat *IIX. Id. Aprilis ipsis* Megalensibus *Caracallam interemptum*, satis indicat Megalensium primum diem pridie Id. April. non fuisse, nisi forte quis mẽdosum locum Liuii affirmet, & *Pridie Nonas* non *Pridie Idus* in eo legendum arbitretur. Suspicionem facit, quòd in vetustissimo marmore festum hoc Nonis April. notatum fuerit. Deinde quod Ouidius ostendat ex Fastis Pontificum, in Nonas Apriles incidisse, quicum carmine scripserit, deprauari tam facile non potuit. Sed restat vt paucis etiam subiiciamus, quid hisce Megalensibus fieri consueuerit. Herodianus scribit *præferri solitum fuisse solemni Pompa ante Deam, quidquid erat diuitiarum, præcipuè supellectilis, ludendi licentiam omnibus fuisse permissam vsque adeo, vt etiam personas, quascunque vellent, induerent.* Alexander ab Alex. scribit *ante simulacrum Deæ solitas fuisse ludere & psallere spectatæ pudicitiæ matronas: Tum consuetudinem fuisse agere conuiuia & commessari, victu tamen frugali ac modesto, idque interdiu simul & noctu.* Nec accedere ad ludos

per

permissum erat seruis, quòd plerique Prætores & Magistratus purpurati in toga ac prætexta hos celebrarêt. Cogebant & stipem hisce diebus famuli Ideæ matris, *vt ex XII. Tabul. legibus constat*, & aliàs à nobis est annotatum. Quæ de Gallis sacerdotibus Deæ & eorum moribus erant dicenda, in suum quoque locum coniecimus.

Mel, Græcè μέλι * Hebr. דבש *Debasch*, & metaphoricè sumitur hęc vox pro omni dape dulci, pro cibo sapido & Dapsili. Cognationem habet cũ טפש *Tapasch*, adiposus fuit. Hinc daps dapis, δαψιλὴς, dapsilis, largus, δαψίλεια largitas, liberalitas. Nam dapes sunt magnifici & opipari apparatus melle cõditi seu dulcorati. Multiplex est illud, quippe *Aerium*, de quo in Manna, *Melarundinum*, quod saccharum appellant, *Atticum* bonitate aliis prælatum, & inter artificiosa *Mel Rosarum, Violaceum, Anacardinum, Passulatum, & Emblicorum*. Optimum habetur, quod adeo purum, vt totum pellucear, flauum, odorum, dulce gustãti & iucundum, cohærens sibi, haud nimis crassum aut liquidum, & quod coquendo paucam emittat spumam. Vsum mellis ab Aristęo repertum affirmat Diodorus. Multis seculis ante Aristęum natum mellis copia & vsu multiplici Iudea fruebatur, vt ex libris sacris colligere licet. Sed nimis faciles Græci in rerum omnium principiis & inuentionibus referendis ad suos. Plurimum melle vsos Pythagoricos tradidit Aristoxenus. Nec tantum calidi pânis suffitu Democritus in amicorum obsequium vitam produxit, verum etiam vapore mellis naribus admoto. Quo nemo mirari debeat, quod vulgo creditur, *mellis vsum frequentiorem vitam producere diutius, contra breuioris esse vitæ homines, qui acidis cibis delectentur*, maximè cum Cyrnios populos longæuos tradat Athenæus ob mellis vsum assiduum. Iam melle asseruari posse cadauera, sicut de corpore Alexandri in Aegypto proditum à Papinio *Syl.3.* non duxi premendum. Magisque adeo mirarer, nisi apud Plinium legissem *lib. 22. cap. 24. Mellis quidem ipsius*, inquit, *natura talis est, vt putrescere corpora non sinat, iucundo sapore atque non aspero, alia quam salis natura.*

Melampus. Medicus cuius mentionem fecit Ouidius *Metamorphos. 15.* cũ Amythaone natum vocat, quique Præti regis Argiuorum filias furore correptas liberauit, nomen inuenit à pedibus nigris. μέλας enim niger, πȣ̃ς pes. Ab hoc autem dictum est *Melampodion*, nẽpe *Veratrum nigrum*, quo ille multum est vsus ad purgãdum melancholicum humorẽ. Quòd ea herba iam non vtamur tam feliciter, atque veteres, ratio est, quòd rationem præparandi & exhibẽdi ignoremus. Neque enim *de parando Helleboro* scripta supersunt, vt nec Philonidis Siculi tecmarsis, cuius meminit Dioscorides *libro quarto*, & libellus Hippocratis, cuius tantum initium exstat. Castigatur tamẽ eius noxa ab Hippocrate de morbis acutis *libro 2.* rebus suaueolentibus. Plura de eo qui velit, Ioannem Heurnium inspiciat *libro 2. methodi ad Praxin. Melampus* canum Actæonis vnus, tracto nomine ab eodem origine.

Melancholia μέλαινα χολὴ *atra bilis*. Hęc à medicis numeratur inter quatuor humores corporis humani, terramq; imitatur, vt cholera ignẽ sanguis aër, phlegma aquam. Triplex illa censetur a medicis: *Alimentaria* & *superuacanea*, quæ aut naturalis est, aut præter naturam. *Alimentaria* ad nutriendum apta pars sanguinis est quarta, acerba, frigida, sicca, & crassa. *Superuacanea*, quæ naturalis dicitur, est crassior fex sanguinis, quæ prolectatur à liene, & confert ventriculo ad retentionem, tum ad excitandam famem. Alia præter naturam corpus & terram radit instar aceti & ebullitione fermentat, estque triplex nempe ex *bile vitellina*, vel *ex sanguine*, vel *ex melancholico succo*. Negat quidẽ Fernelius ex sanguine fieri, verùm Galenus admittit, at-

quę adeo mitiorem statuit, quàm quæ fit ex succo melancholico. Itaque tractatum Galeni de atra bile in primis legendum existimo, si quis velit melancholici humoris naturam rectè exploratam habere.

Melas fluuius Siciliæ, & alii plures eiusdem nominis in aliis regionibus ab aquarum nigredine traxerunt nomen. Celebris imprimis Melas Bœotiæ, qui epotus, *teste Plinio*, oues reddit nigras. Dictus & Nilus Melas, mox etiam Melon Ennio & Ausonio, à limo scilicet, quo mare denigrat & inficit ad longa spatia.

Melchisedech, מלכיצדק, rex Iustitię, cuius mentio Genes. 14. & mysterium Psal. 110. atque in epistola ad Hebræos explicatur.

Melibœa dicta est purpura, inquit Festus, ab insulæ nomine, in qua nascitur.

Melicæ gallinæ, quòd in Media id genus auium corpore amplissimo inueniatur, L. litera pro D. substituta. Idem.

Melicratum, potio ex melle & aqua, alio nomine *mulsum* vel *aqua mulsa*, nomen accepit ἀπὸ τοῦ μέλιτος, id est, *melle*, & verbo κεράω vel κεράννυμι, quod est *tempero* vel *misceo*. Diuersum ab hoc *Oenomeli*, quippe quod ex melle & vino austero conficitur.

Melimela dulcia poma, quæque à celeritate maturescendi mustea dicuntur. *vt annotat Perottus*, nomen hoc suum habent à mellis sapore. Est enim μέλι *mel*, & μῆλον *malum*.

Melitæi canes admodum parui, qui delicatis & ditioribus matronis sunt in deliciis, à Melita insula arcessunt nomen.

Melius, dictus Hercules aut à pomis, aut ab ouibus. Vtrumque enim μῆλον est Græcis.

Mellona, mellificationis Dea, cuius meminit Arnobius.

Memmia lex de reis postulandis cauit, vt eorum, qui Reip. causa abessent, nomina non inter reos reciperentur. Huius meminit Cicero *in Vatinium*. Valerius *lib. 3. cap. 7.* Lata fuit & alia calumniatoribus, vt iis videlicet constituto iudicio pœna imponeretur. Eius meminit Cicero pro S. Roscio. Imprimebatur hac lege fronti calumniatoris litera, quæ cum calumniatum esse significabat.

Memphis μέμφις, Aegypti ad Nilum vrbs hodie *Cairo* vel *Alcairo*, vt Sabellicus & alii nonnulli putant, etiamsi certum sit exstitisse ab altera fluminis parte è regione Cairi, videtur aliquibus ferre nomen à Memphi filia regis *Ogdoi*, qui eam restaurauit. Malim ab Hebræo מף *moph* deducere, quo nomine appellatur Oseæ 9. vt נף Esaiæ *cap. 19.* vel potius à מופת *prodigio*. Portentosæ enim magnitudis pyramides ibi sunt visæ. Ipsamet vrbs quoque quinquies maior fuisse fertur Lutetia, in circuitu complexa 14. aut 15. miliaria Germanica. Strabo nominat βασίλειον τῶν Αἰγυπτίων, ipsasque pyramides è regione vrbis vltra Nilum fuisse non obscurè significat, quas turres nominat Plinius, nihil aliud fuisse credens, quam stultam ostentationem pecuniæ regum. Addit Strabo Apidis ibi visum & ostentatum templum, vbi alebatur bos sacer, frontem & alias quasdam, easq; paruas corporis partes albus, at cetera niger. Huius templo adhæsisse scribit Vulcani templum sumtuosissime adornatum. Celebrat & Veneris fanum cum Serapio in loco valde arenoso exstructo, adeo vt arenæ colles à ventis exaggerentur. Tandem ait, πόλις δ' ἐςὶ μέγαλη τὲ καὶ εὐανδρος, δευτέρα μετὰ Ἀλεξάνδρειαν. Qua parte Arabiæ obuertitur, præceps est & abrupta, versus meridiem variorum fluminum occursu perfunditur, a Septentrione autem clauditur Nilo. Vocatur alio nomine *Babylon Aegyptia*, Arabice *Mazar* aut *Mizir*, Armenice *Mazar*, Chaldaice *Alchabyr*.

Mendacium à menda, id est, *errore*,* vel vt plerique volunt à mēte & dico: quod mendaces aliud in corde aliud in lingua gerant. Et mentiri, contra mentem ire, seu

seu dicere, significat. Hebræi mendaciū כזב *Casab* appellant, à verbo *Casab*, mentitus est, defraudauit: quod cognationē habet cum *Casaph* fascinauit mendaces enim verborum miris præstigiis illudūt & nimium credulos fascinant. Hinc per metathesin radicalium oritur κοπίζω, mentior, & per inuersionem ψεύγω, mendaciis inuoluo, ψεύδω, fallo, & ψεῦδος mendacium. Dicitur item כחש *Cakasch*, à verbo Cakasch, negauit promissis non stetit, mentitus est: cui respondet שכח *Schacak*, oblitus est, & חשך *Kaschac*, obtenebratus est. Mendaces enim sunt immemores, aiunt & negant, promissa differunt vel faciunt irrita. Inde κάκος, malus improbus quis enim mendace homine peior & iniquior? שקר *Scheker*, etiā appellatur, è *Schakar*, scurrilis fuit, perfidè se gessit, dolosè egit, & cognatio nem habet cum שרק *Scharak*, sibi lauit, Sarcasticè derisit, & cum קשר *Kaschar*, conspirauit. hæc omnia mendacii naturam graphicè depingunt, & veritatis amorem nobis commendant.

Mendicus dictus est Verrio *à mente eius quem fefellerit fortuna, vel quod precetur quemque, vt vitæ suæ medeatur cibo.* Festus hęc omnia. At Isidorus hoc modo: *Mendicus dictus, quia minus habet, vnde vitam degat, siue quia mos erat apud antiquos os claudere egeno, & manum extendere, quasi manu dicere.*

* Mendicus, vide Egenus. Hebræis רש *Rasch*, à verbo רוש *Rosch*, eguit, egenus fuit, ad mendicitatem redactus est. Opponitur verbo ירש *Jarasch* (vnde riche Gall.) possedit, diues fuit. nam is est pauperrimus qui nihil possidet. Hinc ἴρος, ἄϊρος, ἀραῖος, pauper, inops, mēdicus, miser.

Menedemus apud Terentium τὸ τοῦ δήμου μένος, robur populi ἢ μένων παρὰ τῷ δήμῳ, *apud populum manens.*

Menelaus τὸ τοῦ λαοῦ μένος, *populi robur.*

Meniana, à C. Menio Romano Crassi collega sunt appellata, qui primus vltra columnas tigna extendit, quo amplia-rentur partes superiores, absumptisque bonis paternis locum sibi seruauit, vnde ludos spectaret, non à mœnibus, *vt somniauit Accursius.* Vide *l. pen. & l. Græcam. C. de ædif. priuat. l. malum nauis. ff. de verb. significat.*

Mens quibusdam dici videtur à verbo memini, aliis ἀπὸ τῆς μήνης, id est, *luna*, quod vt hæc crescit atque decrescit, sic hominum mentes variis modis hebescant ac augeantur. Auctor est Augustinus. Porro sicut *Fidem, Pietatem, Spem, Pudicitiam, Concordiam, Pacem, Libertatem, Felicitatem, Salutem, Honorem, Virtutem*, ita etiam Mentem sciendum est consecratam fuisse, *vt ex Varrone, Lactantio, Augustino & Cicerone 2. de Natur. Deor. constat*, cultamque adeo, vt bonam mentem concederet. Mensa, cui accumbimus sumturi cibum, dicta Varroni, quasi μέσα, *quod inter duos poneretur.* Apprcbat hoc etymō Plutarchus Sympos. 8. cum ait, μηνσαν μὲν τὴν τράπεζαν τῆς ἐν μέσῳ θέσεως, mensam dici, *quod in medio ponatur.* Quo alludere videtur Virgilius his verbis. *Mediisque parant conuiuia tectis.* Et 3. Aeneid. *Aulai in medio libabant pocula Bacchi.* Hebr. שלחן *Schulchan*, à verbo שלח *Schalach*, misit, dimisit. Nam etiam ad mensam cibi mittuntur, & in ea dimittuntur. Et cibi ipsi, *Missus* (Gall. *Mets*) Dicuntur. Tres aut quatuor *Missus* i. Variorum ferculorum & ciborum genera in diuitum mensis ordine apponuntur.] Mensam & sellam primum fecisse Dædalum auctores sunt Græci, sed falsi omnino, vt & Isidorus eos secutus. Idem ab esu id vocabulum deriuat. In primis illis vrbis Romæ cunabulis, cum non pane, sed pulte victitarent Romani, non habuisse eos mensas notarunt eruditi. Inde vero deserto agresti cultu ex acere primum aut fraxino quadratas, paulo post orbiculatas fecerunt. Dehinc iterum elapsis aliquot annis, & rebus omnibus labentibus in peius, abaci & monopodia sunt facta, imo citreæ mensæ ab Athlante Mauritaniæ monte allatæ,

quarum

quarum ſumtus fœminæ *(vt 13. lib. docet Plinius)* exprobrabât viris, eũ ipſis margaritarum luxus exprobraretur à viris. Erant autem eæ in pretio præcipuè, quæ caudas pauonum vndatim imitarent. Vnde Seneca de tranquillitate: *Placet me illa non varietate macularum conſpicua.* Suſtinebantur quoque elephantinis pedibus; Pretium verò auro appẽdebatur: Tandem argenteas menſas primus habuiſſe dicitur Heliogabalus. Aureas habuerunt reges noui orbis, vt teſtantur Hiſpanorum Hiſtoriæ.

* *Menſarius* dicitur Latinis à menſa, cui aſſidet pecuniæ publicæ curandę intentus, Græcis *τραπεζίτης, ἀπο τῆς τραπέζης*, id eſt, mensâ, quæ ad numos recipiendos, numerandos, comparata eſt. Hunc Syri corruptæ appellant טרפיז *Trapiz*, & *Trapezibus*. An à trapezita verò & trapeza deriuẽtur voces Gallicæ *trape & atraper*, vt quidam autumant, iudicet lector. Qui rem numariam curat priuatã (*argentarius* Plauto, *Nundinarius* Quintiliano, Gręcis *ἀργυραμοιβὸς, καταλλακτης, ἀργυρογνώμων, δοκιμαςὴς, κερματιςὴς, χρυσαμοιβὸς, ἀργυροπράτης, κολλυβιςὶς*, à *κόλλιβος*, vnde קלבון *Kalbon* Syris, & *Collybus* Ciceroni, Græca voce retenta, hoc eſt. cùm pecuniæ permutatio, Italis *Cambio*, Gallis *Change*, Germanis *Vveachel*, ab incremento ſeu multiplicatione; tum merces ob permutationem: hunc iidem Syri nominant מצפנא *Maharphana*, *ab Harphana*, numi Specie, cuius mentio occurrit in voce Pecuniæ Tales *Maharphane*, ſiue argentarij, monetarii, menſarii, ac collybiſtæ fuerunt, qui Matth. 21.12. & Iohann. 2.14. ſcamnis in templo aſſediſſe, & quæſtum fœnerandis permutãdiſue pecuniis feciſſe perhibẽtur: quos proinde Dominus noſter, ceu peſtes pernicioſiſsimas Eccleſię & generis humani, facto flagello, inde eiecit iuſtiſſimo zelo gloriæ Patris ſui cœleſtis aſſerendæ incenſus. Conſueuerant quidem Iudæi, durante adhuc templo, ex antiquiſſima Patrum traditione, vigeſima quinta die menſis duodecim menſas collocare in templo, & numularios mẽtis præficere, vt quibus dimidius ſiclus non eſſet ex lege Dei Exod. 30. 13. in promptu ibi inuenirent pecuniam apud manularios ſiue permutatione alterius monetæ, ſiue dato pignore, & ita nulla eſſet in cenſus penſione mora, quin totus Iſrael commemorato die vſque ad Paſcha, impoſitum ſibi à Deo cenſum penderet: ex qua pecunia comparabantur animalia ad ordinarias & publicas victimas & earum libamina, itémque neceſſaria ad panes propoſitionũ & ligna pro ſacrificiis, & pro continuo igne alendo. Sed quia hæc conſuetudo poſtremis temporibus in maximum & intolerãdum abuſum degenerauit, ideo à Chriſto fuit abolita.

Menſis ἀπὸ τῆς μήνης id eſt, Luna arceſsit nomen, eſtque ſpatium illud, quo luna ſigniferum percurrit, & eodem, vnde inſtituit curſum, reuertitur. Varro: *Menſis à Luna motu dictus, dum à Sole profecta rurſus redit ad eum.* Luna, quæ Græcis dicitur *μήνη*. Hinc *μηναῖον* tempus triginta dierum. Diuiduntur menſes in Aſtronomicos & Politicos. Aſtronomici duplices *Solares* & *Lunares*. Solaris menſis medius duodecima pars eſt anni, quippe dierum triginta, horarum decem, minutorum 30. Menſis ſolaris verus eſt ſpatium temporis, quo ſol vnum dodecatemorion ſecundum verum motum percurrit. Menſis *Lunaris* aut eſt *Periodicus*, cum Luna redit ad illud ſigniferi punctum, vnde digreſſa eſt in prima coniunctione: aut *Synodicus*, quo Luna non ſolum ad punctum redit, ſed etiam Solem ipſum aſſequitur: aut eſt *Illuminationis*, quippe ſpatium aut interuallum, à primo conſpectu naſcentis Lunæ vſque ad vltimum euaneſcentis.

* *Mercator*, Hebr. סוחר *Socher*, à radice סחר *Sachar*, id eſt, cucurrit, circumgyrauit, vt ſolent mercatores perpetuis animi & corporis paſsib' huc illuc curſitare

curſitare,vel circa ædes ſuas & aliorum propinquorum, vel perambulare multas regiones ad emendum,vendendum, importandum, exportandum ſuas merces. vox gallica *marchant*, tum à mercibus tum a diſcurſationibus deduci poſſe videtur. Eſt aliud verbum,nempe מכר *Machar*,id eſt,vendidit merces, mercatus eſt, venumdedit, cui affine eſt מחיר *Michir*,id eſt, commutatio. Nam venditio aut emptio mercium, nihil aliud eſt, quàm commutatio pro pecunia aut aliis mercimoniis.Hinc Latinis per metathesin literarum mercor, mercator, id eſt, permutator, & mercatura, permutatio. Præterea mercator Hebr. dicitur כנען *Canaan*, à verbo כנע *Canaha*,id eſt, ſubmiſſus fuit. Iſtius modi enim homines blandis verbis alios compellant, vt captent lucrum קנה *Kana* ſignificat, acquiſiuit emendo, vnde *Kanaan* nonnullis. Sed *Canaan* alii dictum volunt per ſynecdochê ſpeciei pro genere,hoc eſt gentilis nominis pro communi: perinde vt Arabs pro graſſatore ſumitur, Ierem. 3. 2. Aethiops pro improbo,Pſal.120.5.Chaldæus pro Aſtrologo paſſim apud ſacros & profanos authores:quia vt Arabes latrociniis, Æthiopes improbitate, Chaldæi aſtrologiæ ſcientiâ inſignes,ita Cananæi mercaturæ dediti fuerunt. Vide Iob. 40. 25. Eſai.23.8.Hoſ.12. 8. Sophon. 1. 11. Aliquando mercator nominatur תר *Thar*, explorator, indagator, ſcrutator, à תור *Tar*, indagauit, explorauit circumeundo, conſiderauit,intuitus eſt tanquam è ſpecula. Cognationem habet cum שור *Tor*,id eſt,ordo,vnde שירה *Tira* ædificiû circolariter exſtructum,à quo τύρις, muri circuitus, τύρσω & τυρσόω cogo in ordinem circularem. Inde *Turris* Latinorum Solet enim illud genus hominum procul diſſitas regiones ſtudioſiſſimè explorare,perluſtrare, peruestigare, negotia circumſtantia diligenter intueri, adeoque perpetuo vigilare & in ſpeculis eſſe, vt rariſſima quæque aut illic cô-quirendi, aut eo inuehendi per inſtitores ſuos anſam aucupentur. Tales fuerunt,à quibus Salomoni quotannis ingens auri vis obueniebat, רכלים *Rochelim*,& סוחרים *Socharim* dicti, 1.Reg. 10. 15.& 2.Chron.9. 14. רכל *Rachal*,ſignificat Negotiatus eſt, miſcuit & comportauit merces, mercatus eſt. Inde *Rochel*, & *Rochelim*. Quoniam verò inter mercaturam exercentes non pauci reperiûtur,qui ſubdolis verbis & malis artibus ex alienis incommodis ſua captant cômoda, רכיל *Rachil* metaphoricè pro delatore,fraudulento, mendace, & impoſtore, (vt propriè pro mercatore)ſumitur. A *Rachal* deriuatur etiam מרכלת *Marcoleth*,id eſt,mercatus,negotiatio, hinc mercor Latinis & reliqua inde narrantem Mercurius mercaturę inter Ethnicos Deus; propterea venditor & negotiator cognominatus:& ſi à מכר *Macar*, id eſt, vendidit, etiam denominari poſſit. *Sochar* vero is videtur quibuſdam eruditis viris, qui veſtes aliasque merces diſtrahendas vicatim vel oppidatim circumfert; ἔμπορος Græcis, & παλιγκάπηλος ſiue παλίμπολος & ἀγυρτάτης: Vlpiano verò *Circitor* ſiue *Circuitor*, à *Sachar* שחר, id eſt, circuiuit, vt iam dictum eſt. Sed inde vtraque vox poſtea ad quemlibet mercatorem trâſfertur, qui variarum mercium comparandarum aut diſtrahêdarum cauſâ terras mariáque peragrat, & impiger extremos currit ad Indos. Hebræis præterea mercator aut negotiator vocatur נוטל כסף *Notêl-keſeph*, onuſtus argento ſeu pecunia. Sophon. 1. 11. Solent enim mercatores ſaccis, pecuniarum plenis, quaſi onuſti incedere, quibus merces ſuas ſoluant. Alii menſarios aut argentarios ſignificari putant, qui permutandis duntaxat pecuniis occupantur quos à menſis vel ſcamnis quibus aſſident *banquiers* appellamus; vnde *banqueroute*, id eſt, menſa vel ſedes rupta, vox nota vulgo, de iis qui foro cedunt, & menſæ pecuniariæ deſerunt exercitium. Πέρος-

Græcis eſt tranſitus, traiectus, à περάω, tranſeo, traiicio: & ita deriuatur ſicut σπόρος ex σπείρω, &c. Eſt etiã πόρος via, meatus, alueus, ora maritima. Et metaphoricè ratio excogitata aliquid efficiendi, πόρος χρημάτων ratio comparandæ pecuniæ: πόρον ποιεῖσθαι, quæſtum facere Eſt item πόρος reditus, Prouentus, vectigal. πορισμὸς quæſtus, ποριστὴς quæſtor: ἔμπορος vector, mercator, Negotiator, id præſertim (quorundam iudicio) qui mare traiicit & mercimonia inde aduehit, aut empta, aut permutata ſuis quæ exportauit. Plato, lib. 2. de Repub. dicit ἐμπόρους eſſe τοὺς πλανήτας ἐπὶ τὰς πόλεις, qui modò in hanc, modò in illam vrbem, mercium importandarum exportandarúmve cauſa diſcurrũt. Diſcrimen porrò conſtituunt inter καπήλους & ἐμπόρους. Nam ἔμποροι iidem ferè ſunt qui αὐτοπῶλαι, inferiores autem ἢ κάπηλοι, quippe qui ab ipſis merces emant quas reuendant, Ἐμπορία eſt mercatura, negotiatio. ἐμπόριον forum nundinariũ, vt Plinius loquitur; ἐμπορεύω, negotior, mercaturam facio. negotiator Latinis nomen generaliſsimum, mercator generale, in ſpecies varias diuiſum, de quibus conſulendi grammatici.

Merces, à mereo.

Mercurius quaſi medicurius, *quod refert ex aliis 3. aduerſus gentes Arnobius.* Inter duos enim loquentes media currit atque reciprocatur oratio, cui hunc Deum præficiebant. Ceterum Feſtus à mercibus nomen habere dicit, quod idem negotiorum ſit Deus. Fulgentius eundem Mercurium dici ait, quaſi *mercium curam*. Cicero enumerat Mercurios quinque *3. de Natur. Deor.* quorum quartus *Triſmegiſtus* fuerit, *quintus* is, qui Argum occidit, quemque Ægyptii *Theuth* appellarunt. Inueniſſe dicitur pondera, menſuras, paleſtram, Muſicam, literas, Geometriam. Simulacris eius ſimul ad pedes & caput affinxerunt alas, tum talaria, vt volucrem ferri per aera ſermonem ſignificarẽt. Idcirco Orpheus πτηνοπέδιλον vocat Horatius prædicat eum magni Iouis & Deorum nuncium curuæque lyræ parẽtem, quam Eratoſthenes ſcripſerat, *teſte Hyginio*, ex teſtudine eum feciſſe & Orpheo tradidiſſe. Iam & itinerum viarumque Deus haberi ſolebat, vnde *Mercuriales ſtatuas* paſsim in viis exſtructas ad demonſtrandum viam facientibus iter diuerſi auctores produnt. Græcè dicitur ἑρμῆς ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, quod eſt interpretari. Hinc ἕρμαι ν, σωρὸς λίθων, ait Heſychius, & ἑρμῆ ἐνόδιος. Itinerum enim eſt Deus, vt modò dictum. Denique audit λόγιος, ἀγώνιος κήρυξ, διάκτωρ, *manium ductor*, Cyllenius à Cyllene monte Arcadiæ *Camillus* apud Hetruſcos, quod eſſet Deorũ miniſter. Romani huic Deo lacte, non vino ſacrificabant.

Merenda, quam veteres, teſte Feſto, accipiebant pro prandio, ab hora mediæ diei, qua iſtum cibum capere ſolebant, eſt appellata Pro prandio enim veteres dicebant *merendam*. Poſtea elapſis aliquot annis pro eo cibo eſt ſumta, qui ſumitur poſt meridiem, quia ſit à *merendo*, ſiue *mercede*. quod operariorum ac mercenariorum ſit propria. *Anticœnium* eſt Athenæo, quaſi προδόρπιον cœnæ *lib. 2*. Iſidorus cibum eſſe dicit, qui declinante die ſumitur, quaſi poſt meridiem edenda & proxima cœnæ. Veteres Græci, *vt apparet ex Athenæi libro 1.* δείλινον appellauerunt, Hebræi מערדה בנונים *cibum intermedium*.

Mereo, παρὰ τὸ μείρειν, *à diſtribuendo*,

* *Meretrix*. Hebræis זונה *Zona*, a verbo זנה *Zana*, fornicatus eſt, ſcortatus eſt, meretricatus eſt זנות *Zenuth*. fornicatio, dicitur tam de maſculo quam de fœmina; item de fornicatione tum Spirituali, tum corporali. Cognationem habet cum זנן *Zanan*, quod ſignificat etiã epulatus eſt, cœnauit. Nam ſine Cerere & Libero friget Venus. Hinc Sannæ, Subſannare. ſanniones ſanno verbum Lat. Scortatores enim & meretrices ſolent poſt epulas & pocula ſubſannare & ludibrio

dibrio habere comminationes diuinas. Quoniam verò *Zana* cognationem habet cum זון *Zon*, quod est, diuertit in publicum diuersorium, vbi venduntur escæ, & cibi pro viatoribus exponuntur: nonnulli *zona* tum meretricem, tum hospitem seu mulierem cauponariam interpretati sunt: & locum Iosu. 2. 1. vbi de Rahab agitur quam historiam nominat זונה *Zona*, & Apostolus *πόρνην* Hebr. 11. 31. ita vertunt, *Et venerunt exploratores in domum mulieris cauponariæ*: vt etiã Chaldæus interpres habet פונדקיתא *Panddekitha*, id est, mulieris habentis *πανδοχεῖον*, quasi *πανδοχέαν* aut *πανδοκεύτριαν* dixisset: vtuntur enim sæpe Chaldæi vocibus ad Græcas accedentibus. Sed paraphrastes vt meretricis nomen vitaret, pudicisque parceret auribus, hanc vocem vsurpauit, non vt rem ipsam dissimularet, atque pro muliere meretrice tabernariam induceret. Nam plerisque aliis locis idem ab illo, verecundiæ gratia, factum esse constat. Vt enim hîc hospitem, ita alibi prostãtem, procacem & quæ se intra ædes continere nequit, sed ad fores assidet, alibi vagam & oberrantem, interdum fallacem solet pro Hebræa voce זונה *Zona*, dicere. At זניתא *Zanita*, hoc est meretricem, vix semel iterumque. Rahab meretrix clementissimi Dei gratiam omnibus seculis tanto illustriorem reddidit, atque etiam ipsos sanctorum Angelorum cælestes choros eo maiore gaudio exhilarauit, quanto vitia impuriora cum virtutibus maioribus commutauit. Præterea Hebræi scortatorem קדש *kadesch*, id est sanctum, & meretricem קדשה *Kadescha*, id est, sanctam sæpe nominant, præsertim Deuteron 23. 17. vbi vtraque vox, eo sensu accepta legitur, *Ne esto meretrix* קדשה *è filiabus Israelis, neque esto cynædus* (scortator) קדש *à filiis Israelis*. Sũt autem hæ voces deductæ à verbo קדש *Kadasch*. id est, Sacer fuit, consecratus est, sanctus fuit, & metaphoricè, præparatus est, mundatus est, in vsum sacrum deputatus est. Nam qui alieni sunt à sãctimonia & castitate dicuntur imparati. Per antiphrasin verò & contraria significatione accipitur hoc verbum קדש *Kadasch*, pro eo quod est immundum & impurum esse: quia ab impuri & immũdi consortio abstinendum est, sicut à sãctarum sacrarumque rerum contactu & aditu arcentur profani, tanquam polluti & indigni qui ad ea accedant aut ea cõtrectent, Sic sancti ac Deo consecrati homines, ab omni consortio & vsu rerum profanarum & pollutarum abstinere debent, tanquã à munere suo prorsus indignis, & quas sine labe ne quidẽ attingere possunt, vt pote quæ solo suo contactu polluant accedentes & contrectantes. Huc accedit quòd plerunq; per *χαριεντισμὸν* & *εὐφημισμὸν* verbis acceptis aut aspera molliuntur, aut malè ominata, & à quorum commemoratione abhorret animus, aliâ sermonis figura leniũtur. Hãc ob causam sæpius verbum benedicere pro maledicere & conuitiari in S. scripturis sumitur. Apostolus quum à Scortatione & immũditia Ephesios deterrere studet, simul Christianos omnes tantopere ab his vitiis alienos esse hortatur, vt ad solã vitiorum mentionem exhorrescere eos iubeat, & ab ipso etiam nomine abhorrere. Ergo Hebræa lingua, quum sit omnium sanctissima scortatores atque meretrices sanctos & sanctas nominat, id est impuros & pollutos; quo simul admoneat ab his abstinendum esse quasi à quodam anathemate, horumque fugiẽda esse cõsortia, haud secus atque præsentissimas pestes & dira portenta: tum iisdem tantam adhærere turpitudinem & obscænitatem, ac tam indignam populo Dei. vt omnibus vel sola nominis expresio horrorẽ incutere debeat. Hoc sensu Latini homines diris deuotos, & apud Græcos anathemata sacros appellant, & mysterium iniquitatis ac meretricis magnæ in nouo Testamento legitur. Auaritiam item auri sacram famem

Virgilius appellauit Græcis, in hunc fere sensum meretrix Ἑταίρα dicta est. Nam hæc vox sociam, sodalem, amicam, vt ἑταῖρος sodalis, socius, amicus, adiutor, administer, significat. Ἑταιρίζω sodalis fio: & meretriciam factito. Ἑταιρίζομαι, Socium mihi adiungo: & meretricor. Huius autem appellationis Athenienses autores traduntur, rei odiosæ speciosum dare nomen volentes. Ita enim ἑταίρα dixerunt pro πόρνη, vt σύνταξις pro φόρος, & οἴκημα pro δεσμωτήριον: Solonem imitati, qui χρεῶν ἀποκοπὴν appellauerat σεισάχθειαν. Itidem certe mutarunt Itali quidem primum, deinde verò & Galli odiosum nomē, quod πόρνην illis significabat. Vnde sunt speciosa illa vocabula, quæ vulgo nota sunt: nec tamen propterea meretricis, scorti, prostibuli nomina aboliuerunt. Græcis autem Περνᾶν & Πέρνημι, significat vendo, vnde Πόρνη fœmina quæ corpus suum prostituit & veluti vendit, quæ quæstum corpore facit. Vno verbo, meretrix, scortum, prostibulum. Cui multa cognomina à Comicis ficta sunt, vt etiam vernaculis linguis audiuntur, quæ castis oculis obiicere haud decet. Græcis etiam σκύτος est corium, à quo *Scortum*, meretrix; apud Latinos dicitur; prostat enim & teritur vile prostibulum, vt calcei solea. Et Festus pellem testium arietinorum Scortum dici scribit: & meretricem Scortum appellatam quod tāquam pellicula subigatur.

Meretrix à merendo dicta est Nonio, alio nomine *scortum meritorium*. Huic etymo astipulatur & Varro. Primus Solō in Græcia (audi hominis sapientiā) meretriculas coemtas prostituit Athenis, obuiasque in Venerē esse voluit, ne iuuentus matronarū cō[ru]gio pollueretur. Romæ Ludis Floralibus denudari solebant non obuelatis partibus obscœnis, atque ita per luxum & luxuriam discurrere. Plautus eas *Prosedas* appellauit, quòd ante stabula sederēt, inquit Festus, vnde & *prostibula* sūt dicta, quippe quod pro stabulis, hoc est, ante diuersoria posito omni pudore prostent. Differunt à meretricibus, quòd hæ honestius quæstum quærant noctu tantum sui facientes copiā, prostibula verò ante stabula steterint quæstus diurni ac nocturni gratia. Vnde Plautus: *Intro ad bonā meretricem.* Hoc etiam notandum, meretrices olim purpurisso genas inficere solitas. Plautus Truculento: *Quidque adeo istas buccas tā belle purpurissatas habes.* Mostellaria: *Tum tu igitur cedo purpurissum. Sca. Non do: Scita tu es equidem, Noua pictura interpolare vis opus lepidissimum.*

Mergus, auis Græcis αἴθυια, quod assidue se in aquam mergat, dum cibum captat dicta Varroni.

Meridianus, circulus maior, immobilis, & cuique loco proprius, transiens per loci sui verticem & polos mundi, ad quem cum sol accedit interdiu meridiem, noctu verò mediam noctem efficit, satis etymi sui originem declarat. Nisi forte inde traxeris, quòd à plaga meridionali versus septentrionalē ducatur, vnde & Græci μεσημβρινὸν κύκλον διὰ τῶν τι λῶν τοῦ ἐρίζοντος vocant. Quęnam huius circuli vtilitates sint, docent astrologi.

Meridies quasi *merus*, id est, *plenus atq; syncerus dies*, etiamsi veteres etiam de nocte hoc nomen vsurpauerint, significando eam partem noctis, quæ totius diei esset dimidium.

Mero, Prima Saulis filia nomen habet à רוּם *litigauit*.

Merula auis dicta putatur à mero, id est, solo, eo quod sola aut solitaria incedat aut volet, vt contra graculus, quod gregatim, *teste Varrone*. Isidorus scribit, nullo tamē auctore, merulam olim medulam dictam à modulando, etiamsi & prius etymon subiiciat. Fabius tamen vellicat & prius Varronis etymon *lib. 1. cap. 10.* Et nigra hāc ruffescere scribit Plinius, *æstate canere, hyeme balbutire, et mutā esse circa solstitiū.* Græcis dicitur κόττυφος traditurque ab eruditis au[t] emhanc vbi male

male habere cœperit purgare annuum fastidium lauti folio, vt & perdices, graculi & palumbes.

Mesaraica vel *Mesenteriaca vena*, quæ sparsæ in media intestina ex hepate præparant nutrimentum, vt postea concoquatur facilius in hepate, nomen habent à sua exilitate. Nam ἀραιὸν quiddam tenue significat, μέσον medium. Triplex harum officium est. Primum, vt optimam chyli partem attrahant ex intestinis, & ad hepar transmittant: *Secundum*, vt sanguinem ex hepate perferant ad intestina, vt eo nutriantur: *Tertium*, vt quædam excrementa hepatis deferant ad intestina. Sunt his venis coniunctæ arteriæ, quæ ab aorta suam originem trahunt, vt eisdem intestinis spiritum vitalem & calorem impertiant. Imo & nerui orti à sexto pari neruorum cerebri his coniunguntur, qui sensum tactus, iterum dico, his intestinis communicant.

Mesenterium, quod Cicero *medianum intestinum* vertit, Gaza *lactes*, sed malè, pessimè autem inter formas intestinorum numerauit Macrobius, inde nomen trahit, quod in intestinorum medio sit situm plenum venarum, arteriarum & neruorum, & vndiquaque constans ex duabus sibi inuicem incumbentibus membranis, quæ obsitæ pinguedine oriuntur à peritonæo. Etenim μέσον est *medium*, ἔντερα sunt *intestina*. Vsus huius est, vt intestina connectat & dorso alliget, ne motu violento rumpantur, tum vt venas mesaraicas, arterias & neruos excipiat, quo numerosa sobole propagentur in intestina. Vocat eam partem Galenus 6. ἀνατομικῶν etiam *mesaraon* à tenui substantia. Tenuis enim panniculus est, angustarum venarum congeries.

Mesopotamia μεσοποταμία Ptolemæo, Stephano ἀδιαβηνὴ, in sacris literis Arã, *teste Molerio*, recentiores vocabulo *Inter amna*, *Azamut*, *Helapia*, Mercatori *Diarbech*, eademque Asiæ regio, nomen suũ hoc primarium inuenit, quòd sit μεταξὺ ποταμῶν μέση, *media inter flumina*, Tigrim dico, & Euphratem. Regio hæc tam vbere & pingui est solo, vt a pastu repelli pecora dicantur, ne satietas perimat. Caussa fertilitatis est humor, qui ex vtroque amne manet, toto fere solo per venas aquarum redundante. *Hæc Curtius*.

Mespilus arbor spinosa, cuius fructus instar pomorum aut pilæ rotundus, vnde nomen illi donatum vult Isidorus.

Messalarum familia florẽtissima olim apud Romanos denominata à Cornelio Coruino, qui in Sicilia occupauit Messanã à qua Messala est dictus, *vt habet Seneca ad Paul*. Inde Ouidi[us] in Fastis: *Hic Numidæ faciunt, illum Messana superbum.*

Messias Hebraicum nomẽ (audit enim משיח, Caldaicè משיחא, Græcè χριστὸς, hoc est, *vnctus*, descendit a verbo משח *vnxit*. Ioannes Damascenus explicat hoc nomẽ libro *de Orthodoxæ fidei traditione* elegãtissimis his verbis suis τὸ χριστὸς ὄνομα τῆς ὑποστάσεως λέγομεν, οὐ μονοτρόπως μὲν, ἀλλὰ τῶν δύο φύσεων ὑπάρχον σημαντικὸν. αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν ἔχρισεν χρίων μὲν ὡς θεὸς ὃς ἔχρισε τὸ σῶμα τῇ θεότητι αὐτοῦ, χριόμενος δὲ ὡς ἄνθρωπος. αὐτὸς γὰρ ἐστι τοῦτο κἀκεῖνο, χρίσις δὲ ἡ θεότης τῆς ἀνθρωπότητος. Hic ea est stella, quæ oritura erat ex stirpe Iacobi *Numer. 24.* Chaldaicus interpres ibidem disertis verbis nominat Messiam. Sic enim ait; *Consurget rex ex Iacob, & pullulabit Messias de Israel, & interficiet principes Moab, & dominabitur omnibus filiis hominis.* Quanquam enim in veteri fœdere sacerdotes & reges dicti fuerint Messiæ, quòd vngerentur oleo, cùm inaugurarentur, sicut de Aarone & eius filiis legitur *Exodi 29. Leuit. 6. 7. 8. Iudic. 9. & 1. Samuel 10. & 15.* tamen proprium eorum nomen non fuit, sicut fuit nostri saluatoris Christi, cui attributum per ἐξοχὴν ad designandũ eius mun[us], quòd sit verus Messias, vnct[us] oleo lætitiæ, & cuius veteres illi tantùm typi & figuræ fuerũt, quem venisse iam con-

ſtat, cùm receſſerit ſceptrum de Iuda tẽpore Herodis Aſcalonitæ, ſub quo natus eſt Chriſtus. Pertinet enim huc vaticinium, de quo legis *Geneſ.10.* hoc modo *Nõ auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat* שילה *ille ſcilicet, qui eſt mittendus, & ipſe erit exſpectatio gẽtium.* Chaldaicus textus, habet pro *Silo* משיחא qui alioqui in ſentico ſis & obſcurioribus locis inſtar *aſyli* eſſe ſolet Iudæis. Et Rabbi Salomon locum iſtum exponens ait, *donec veniat rex Meſſias, quia regnum eius.*

Meſſis. à metendo, id eſt, recidendo dicta. Iſidorus.

Meta à metendo eſt dicta, vel quòd poſita ſit in ſpatio dimenſo vel quia illam metiantur quadrigę, aut naues circumcurrant. Per tranſlationem ponitur pro quolibet termino. Feſtus hinc deriuat *metari caſtra*. Metis enim diriguntur, inquit.

Meta in ſtadio nominata Grammaticis inde, quòd qui in ſtadio currũt, eam metiri videantur, dum ſeptuplici quadrigarum circumactu celerrimè eam luſtrant. Vnde curricula Circenſium ludorum ſeptem eſſe dicuntur. Ode tamen Olympiorum Pindari 2. meta videtur dici τέρμα δωδεκάγναμπτον, quod duodecies currus deberet circumagi. At rurſus Auſonius *Epitaphio 35.* curſum ſeptenario definit. Græcè rectè dici poterit καμπτὴρ, quod ibi circumflectantur currus.

Metallũ dura materia ex terræ viſceribus erui ſolita, ἀπὸ τοῦ μεταλλᾷν ſeu μεταλλεύειν, id eſt, *perſcrutando* nomen inuenit, aut *vt aliis placet*, ἀπὸ τοῦ μετ᾽ ἄλλα ἑυρίσκεσθαι. Alludit Plinius *capit.6. lib.33.* *Vbicumque, inquit, vna inuenta vena eſt, non procul inuenitur alia.* Hoc quidem & in omni materia. Vnde Metalla videntur Græci dixiſſe. Non malè, Cum & 1. Iliad. Euſtathius ſcribat: μέταλλα λέγονται, διὰ τὸ μετὰ τὰ ἄλλα πάντα ἐπιζητεῖσθαι.

* *Metallum*, Hebr. מטיל *Metil.* Cognationem habet cũ נטל *Natal* id eſt, tulit põdus aliquod, portauit. Item cum מלט *Malat*, id eſt eruit. Nam metalla eruuntur ex terræ fodinis. Hinc μέταλλον, metallum, μεταλλικός, metallicus, μεταλλεὺς, qui metallis effodiendis operam dat, μεταλλάω, ſcrutor metalla, μεταλλέω μεταλλεύω effodio matalla Legitur tantùm ſemel hæc vox M *u* מטיל, in veteri teſtamento, nempe Iob. capit. 40. verſic. 13.

Metaphora, tropus dictionis, Ariſtot. tamen *genus non ſpecies tropi*, in qua propter ſimilitudinem, vocabulum transfertur à propria ſignificatione, ἀπὸ τοῦ μεταφέρειν deſcendit, quod eſt Latinis transferre, vt ſcrupulum alicui mouere, aut animo euellere. Theognis dixit, φαρηχθεὶς οἴνῳ, Plato βεβαπτισμένος, Lucianus ὑποβεβρεγμένος. Breuem ſimilitudinem nominat eam Cicero. Quatuor autem modis fieri notauit Iſidorus. Non debet illa nimis eſſe remota, ſed admouebitur ad ſenſum. Spectanda etiam in ea non ſolum ſignificatio cum propria, tum aliena, verum etiam ὁμοιότης, vel potius ἀναλογία.

Metaplaſmus, Latinè transformatio, ἀπὸ τοῦ μεταπλάττειν, quod eſt *transformare*, nomen deriuat.

Metelli dicuntur in re militari, quaſi *mercenarij*, ait Feſtus. Obiter hoc loco monitum id velim, apud Romanos ex Metellis vnum dictũ fuiſſe cognomento Vittatũ, quòd cùm vlcus haberet in fronte, vittam geſtauerit, ad occultandam deformitatem.

Meteora dicuntur, quæ velut ſublimia ſunt, aut in ſublimi generantur loco, hoc eſt, in aëre, de quibus Philoſophus ſcripſit. Nam μετέωρον eſt Græcis *ſuſpenſum, clarum, ſublime*. Hinc μετεωρολογία, μετεωρολογεῖν, μετεωρολογικός. Cauſſæ Meteororum adferuntur à Philoſopho duæ, vna efficiens ac mouens, corpus nimirum cœleſte. Altera cauſſa, velut materia, ex qua fiunt. Suntque hęc corpora mixta & imperfecta.

Methym

Methymnaeus vocari solit' est Bacchus, *testante id Athenaeo lib. 8.* Verba eius sunt: εὐοχλίας vocabant nō ἀπὸ τῆς ὀχῆς, quod est *nutrimentum*, sed ab eo, quod est τὸ ἔχειν, id est, *bene habere*. Celebrantes enim has, & simul venerantes diuinitatem, potum quidem μεθύειν, id est, *ebrietatem*, Deum verò hæc ipsa largientem *Methymnaeum*, & *Lyaeum*, & ἴκιον appellabant. Eustathius tamen vult appellatum *Methymnaeum*, παρὰ τὸ μεθιέναι εἰς τρυφὴν καὶ ἄνεσιν διάνοιαν τῶν ἀνθρώπων: Ita *Methymnaeum palmitem* dixit Virgil. Georg. 2.

Metilia lex est, quam tulit M. Metellus siue Metilius, tribunus plebis Cn. Seruilio Geminio, & C. Flaminio II. Coss. vt magistri equitū & Dictatoris ius æquaretur, *teste Liuio libr. 22* diciturque lata in gratiam M. Minutij Rufi, qui equitum magister contra edictum Dictatoris sui Q. Fabij Maximi temerariè pugnauerat, cùm Annibal ipsum dolo & insidiis circumuenerat non solùm, sed etiam ad internecionem delesset, nisi Fabij opera postea ab imminente periculo liberatus fuisset, vt diserte cùm Liuius, tum quoque Plutarchus meminit.

Mensor, verbum à Græcoram μετρῶ, quidni defluxisse videatur?

Metoposcopus qui ex frontis inspectione iudicat de hominis natura, ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν τὸ μέτωπον, id est, *fronte considerandi* nomen habet. Est illud Agellio etiam φυσιογνωμεῖν *lib. 1.* cum de Pythagora scribit hoc modo: *Iam à principio adolescentes, qui se ad discendum obtulerant ἐφυσιογνωμόνει, id est, mores eorum, naturamque ex lineamentis cū vultus, tum corporis considerabat.* Vt bene dixerit Cleanthes ex sententia Zenonis, *hominis mores ex specie deprehendi posse.*

Metropolis, vrbs, quæ ceu parens alias ex se vrbes genuit (*maior* vrbs Augustino) quales fuerunt Athenæ, *Miletus, Lacedæmon, Tyrus, Roma* ἀπὸ τῆς μητρὸς καὶ πόλεως, id est, matre & vrbe nominata. Ex illis enim Coloniæ fuerunt deductæ in diuersas Prouincias, habétque se metropolis ad Coloniam non secus ac mater ad filiam. Idem ferè sentit & scribit Suidas. Est & Metropolis Sarmatiæ Europææ vrbs Ptolomæo, quam Plinii *Miletopolim* esse affirmat Villanouanus. Porro à Metropoli dicti sunt Metropolitani Episcopi, qui iuxta Canonem 9. *Concilij Antiocheni*, adeo reliquis singularum prouinciarum Episcopis, honore præstabant, imò auctoritate, vt sine illis nihil hi gerere possent. Dicebantur etiam vnà cum Patriarchis πρῶτοι, πρωτεύοντες, προεστῶτες apud Græcos, eorumque sedes πρῶται καθέδραι, nonnumquam etiam μείζονες πόλεις, quæ omnia notatu digna subiicere placuit hoc loco.

Michael tantundem nobis ac si dicas: *Quis sicut Deus?* Affirmat id Hieronymus, & ex Hieronymo Isidorus, qui etiā subdit: *Quando enim aliquid in mundo miræ virtutis fit hic mittitur archangelus, & ex ipso opere, eius est nomen: quia nemo valet facere, quod facere praeualet Deus.* Hæc ille: Hebraica scribi possunt hoc modo: מיכאל. Ecclesiæ dei Michael, Christus, verus deus, & sicut Deus, id est, æqualis Patri æterno.

Michol altera Saulis filia. Significare volunt hoc nomen, *quis omnia?* Non repugno. At origo pendet à verbo יכל *potens fuit.*

Midas vel Mida rex, Fulgētio Placiadi dictus quasi μηδὲν ἰδών, *nihil videns aut sciens*. Innuit hoc etiam optio illi à Baccho ob redditum famulum Silenum data, qua quidem petiit atque optauit, vt aurum fierent quæcunque attrectaret. Vnde factum, vt etiam cibus & potus verterentur in aurum, vt nihilo amplius vesci posset. Quid, quod eius aures Apollo ob nimiam stoliditatem conuerteret in asininas, vt est in fabulis? Rex Phrygum fuit, & Gordij bubulci filius. Reliquos autem omnes pecuniæ vi antecessit. Hinc forte initium fabulæ.

Midian vrbs sita ad rubrum mare, regum

gum Edomitarum olim arx & velut palatium, sic nuncupata à Midian Abrahami filio, qui natus erat illi ex Ketura. Alioqui deriuari poterit à מדד *mensus est*. Est & eiusdem nominis vrbs Medianitarū Metropolis, vbi Iethro socer Mosis habitasse legitur *Exod 3.*

Miles, vide militiam.

Miletus multarum vrbium colonia, & inter alias oppidi Tii in Paphlagonia, quod condidit Tius Milesius sacerdos, teſtātibus id Philone & Stephano, creditur habere nomen, (sed fabulosè) à Mileto Apollinis, vel Solis filio, referēte id etiam Herodoto. Vrbem hanc pretiosissima lana nobilitauit, vnde stragula Milesia ob insignem mollitiem cōmendata fieri solebant. Quin imò ciues eius luxu & delitiis diffluere soliti vsq; adeo, vt inoleuerit prouerbium, οἴκοι τὰ μιλήσια, μὴ γὰρ ἐνθάδε, & de eorum luxuria composuerit libros Aristides, dictos Milesios, *vt Plutarchus & Appianus tradiderunt.* Meminit eius Ouidius *Tristium 3. Elegia 9.* Iuuenalis *Satyra 6.* Arrianus in *Periplo Ponti Euxini*, fuitque patria Philosophi Thaletis, qui etiam inter septem sapientes Græciæ numeratur Eadem ciuitas alio nomine Anactoria est dicta, ab Anacte quodam Cœli & Terræ filio. item πιθυοῦσα, & λελεγῆς, Plinio, Stephano, & Eustathio testibus.

Militia, à Militibus dicta. Hucusque rectè in Originibus Isidorus. Quod verò sequitur, si quid aliud, ineptum sane. Ait enim *Aut à multis, quasi multicia.* Tria huius apud Romanos fuisse genera, quippe Sacramentum, cùm singuli iurarent se facturos esse pro Republica, nec discessuros, nisi confectis stipendiis. Coniurationem, cum propter exercitatum tumultum, id est, Gallicum bellum aut Italicum, prolato ex Capitolio à duce exercitus cùm roseo, tum cœruleo vexillo, sequebantur, qui rempublicam volebant saluam. Et Euocationem, cùm ad diuersa loca cogendi exercitus gratia mittebantur diuersi, scribit Seruius *Æneid. 8.* At quia à militibus rectè deducta est origo nominis, dicamus porro de illis hoc loco, adiectis etiam iis pro more nostro, quæ aliquo modo literatum hominem afficere queant. Quibusdam ergo à mollitie per antiphrasin videtur dictus miles, cum minimè sit *mollis*: aliis, quasi *millesimus*. Quapropter cū 1. Aenei. *Penthesilea medeis in millibus ardet*, tantundem apparet hoc illis, atque inter medios pugnare milites. Fauet huic sententiæ Eutropius, quòd cùm Romulus initio mille ex populo delectos armasset, à numero appellauerit milites. Obseruandum hoc loco inprimis, apud Romanos nullos ante decimum septimum annum, & post quadragesimū sextum in militiam legi solitos, nisi summa cogente necessitate. Quinimmo lata lex à Sempronio Graccho Tribuno plebis, *teste Plutarcho*, ne quis ante annum decimum septimum ad militiam cogeretur. Nec habebātur prius numero militum, quàm adacti iuramento, & cincti, & in matriculam essent relati. Quòd soliti fuerunt cingi, patet ex *l. Titius. leg. quod dicitur. ff. de milit. testament.* Hinc *in procinctu stare* dicunt *Latini*, & *in procinctu facta testamenta*, leguntur apud Iurisconsultos Militum autem alij erant Hastati, alij Pilani, principes & Triarij, quippe, qui constituebantur in acie ordine tertio ad extremorum subsidium. Itaque *ad Triarios rediisse* res dicebatur, cum extrema necessitas imminens eorum quoque auxilium requireret. *Ferentarios* ab auxilio ferendo dictos vult *Festus*, vel quia fundis & lapidibus pugnabant, quæ tela feruntur, non tenentur. *Funditores* erant, qui fundis magnis dimicabāt, *Tesserarij* qui tesseram per contubernia militum nuntiabant. *Limitanei*, qui in castellis & munimentis, seu ciuitatibus, ad tuendos imperij limites disponebantur. A Liuio vna dictione appellantur præsidia: a Græcis φρούρια. Hinc & *ciuitates limitaneæ*, & *exercitus limitanei*. In expeditione porro fer-

ro ferre secum cogebantur dimidiati mẽsis cibaria, item vallum, scutum, gladium, galeam, quæ omnia non plus numerabant in onere, quàm humeros, lacertos, manus, *vt scribit Cicero Tuscul. 2.* Scribit & Ammianus *libro 17.* decem & septem dierum annonam, ceruicibus suis vexisse, milites in expeditione. Positis castris, statim suum quisque locum agnoscebat, idque vsu longo metationis castrorũ. Priuato autẽ sumtu se milites aluisse ad id vsq; tempus, quo Roma capta fuit à Gallis, auctor est Festus in *priuato.* Etiamsi Liuius *lib.* 4. memoriæ prodat Anxure occupato, anno ante vrbem captam 17. decreuisse Senatum, vt stipendium miles de publico acciperet. Cui verò stipendiũ propter ignominiam non soluebatur, hic ære dirutus erat, *teste Varron.* Sæpe illud auctum fuisse testantur boni auctores, quippe sub Cæsare Iulio, sub Augusto, Tiberio, & denique Domitiano, qui amplissimum hoc reddens, auxit ad aureum vsque quartum, *teste Suetonio.* Quicumque laudem aliquam virtutis & fortitudinis promeruerant, illos ciuitate donari solitos Calpurnia lege, *testatur Nonius ex 4. historiarum Sisennæ.* Eiusdem virtutis ergo donabantur coronæ *Ciuicæ, Murales, Obsidionales, Castrenses, aureæ, rostratæ,* item *torques, armillæ, phaleræ, hastæ puræ, cornicula,* & id genus alia. Sed & pecuniã ipsis distributam ante triumphum colligi potest ex 28. Liuii, vbi eius verba sunt hæc: *pecuniam in ærarium tulerunt sestertium tricies octoginta millia æris: M. Liuius militibus quinquagenos senos asses diuisit. Tantundem C. Claudius absentibus militibus suis est pollicitus, cùm ad exercitum rediisset. Siquidem deliquissent, animaduertebat in eos nonnunquam leniter, grauius aliquando, cùm postularet ita necessitas.* Animaduersio leuis tantum ignominiam inurebat, vt cùm spoliarentur legitimo stipendio, cùm hastas darent, cùm foderent solutis interioribus tunicis, cibum stando caperent, hordeo pascerentur, cumque sanguinem mitterẽt iis, qui cũ gloria fundere pro patria noluissent. Grauius plectebantur, cùm vite cæderet eos centurio, aut cum cęderentur fustibus aut virgis, cum percuterentur securi, cùm decimarentur, in crucem tollerentur, rotę imponerentur brachiis & cruribus distractis, vel equis in diuersa nitentibus (*vt de Suffetio legimus*) distraherentur. Qui etiam Sacramentum non obseruabant, eos indicta caussa à ducibus occisos scribit Dionys. Halicarn. *lib.* 11. Militare etiam apud Romanos nemini licebat, nisi ciuibus & ingenuis, nec nisi extremo vrgente periculo armabãtur seruitia. Missio eorundem fiebat suo tempore, eaque dicebatur *Honesta & Iusta*, cùm quis legitima iam confecisset stipendia, aut maior esset annis 50. & proinde vacare liceret: aut caussaria vel necessaria, cum sontico morbo & infirma valetudine impediti non possent esse in castris.

Milium, κέγχρος, ex vna radice numerosos caules fundere geniculatos & arũdinaceos, dici videtur ab eo, quod dixerunt *mille.* Eius grana ac paleæ siccant, ventremq; sistunt, & cum ficubus conferunt magnis doloribus.

* *Mille*, Hebr. אלף *Eleph*, vsurpatur adiectiuè, & in regimine substantiuè. Obseruandum præterea, quòd numeris denariis & centenariis iungitur singulariter: at numeris monadicis iunctum scribitur pluraliter. A verbo אלף *Alaph*, didicit in magna frequentia hominum vel inter mille ferè studiosos versatus est. In 2. coniugatione *Illeph*, docuit, instruxit, assuefecit. In tertia, *heeliph*, produxit millia *Alluph*, doctor, antecessor, dux, qui multis aliis solet præire. *Aleph* prima litera, reliquas omnes præcedẽs: & bos, qui præcedit gregem. *Alaphim*, boues qui magno numero, instar milliũ pascuntur. *Alaphim* etiam pro multis millibus ad finem v. 9 cap. 2. Numer. legitur. Græcis χίλιοι, adiect. Mille, & χιλιάς, numerus millenarius, seu simplici-

ter mille, seu mile, vt Quadrigarius apud Gellium lib.1. cap. 16. ibi occiditur mile hominum,&c.Hic mile hominum non pro eo ponitur quod Græcè χίλιοι dicitur, sed quod χιλίας & sicuti vna χιλιάς,& duæ χιλιάδες, ita vnum mile, & duo milia certa atque dicerta ratione dicitur.Hæc Gellius:

* *Millenarii* χιλιασταὶ, hæretici olim dicti, qui post mille annos Ecclesiam in terris triumphantem, non militantem, & Christi regnum quoddam florentissimum somniabant. De his Augustin. lib.20.de ciuit.Dei, cap 7.& Hieronym. Comm.in vlt.cap.Ieremi.Philastrius itẽ Epiphanius & Irenæus.

* *Milliare*, siue *Miliare*.Hebr. מיל *Mil*, & כברה *Chibra*, est itineris spacium, continens circiter bis mille & quingentos passus geometricos, hoc est, quantum itineris homo pedes horæ spacio conficiat, vsitato progressu, quanquam est, vbi pro mille passibus positum hoc verbum ab Hebræis inuenias.Græcis μίλιον, quòd nonnulli dicunt esse mensuram seu spatium viæ continens septem stadia.Alii verò octo stadia ei tribuũt:quẽadmodum Suidas quoque scribit decem milia conficere stadia octoginta. Vocãt idipsum etiam Μιλιάριον, miliarium seu miliare, à mille passibus: nec non lapidem, quòd lapidibus miliaria essent distincta.

Miluius ex eo videtur dici, quod molliter & suspensè in aere, tanquam suspẽsus in molli lecto volet, aut, *vt alii volunt*, quòd vitam degat millenariam. Vnde à Gallis vocatur *le milan*, estque è genere accipitrum, Græcè dictus ὁ ἰκτῖν, quòd veris aduẽtum nunciet, de quo vide Aristophanis Scholiasten *in Auibus*.

Mimallones Bacchi sacerdotes dicti sunt Suidæ, ἀπὸ τῆς μιμήσεως, id est, *imitatione*, quò Bacchum imitentur. De his Ouid.in arte ad hunc modum: *Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis, Ecce leues Satyri præuia turba Dei*, & quæ ibidem ordine sequuntur.

Mimus seu histrio, qui mores, gestus, naturam hominum imitatur cum quadam lasciuia, ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι, *Diomede auctore*, nomen accepit. Donatus trahit à diuturna imitatione vilium rerum, & leuium personarum. Hinc Pantomimi *rerum omnium imitatores*, & Archimimi dicti *principes mimorũ*. Ab imitatione autem ista Prouerbii vice dixit Theophilus, μῖμος ὁ βίος, *similis mimo seu actæ fabulæ est vita nostra*. Apollonius Tyanæus affirmabat, *tyrannos similes esse mimorum regibus, qui modò sunt summi, modò imi*. Solebant enim inter fabularũ actus introduci.Tandem verò, cùm valde placuissent populo, suis auspiciis laudem venati sunt.At quia nudis & planis agebant pedibus, quemadmodum Comœdi *socco*, Tragœdi *cothurno*, nominati fuerũt *Plani pedes*, & fabula eorum *Planipedia*. Actores appellabantur δεικηλισταὶ, quod verbum figulos & imitatores significat.Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis scripsit idem. Sane δείκηλον dictum à Lacedæmoniis simulacrũ prodit Eudemus. Addendum porro & illud *non personatos egisse mimos, sed oblitos fuligine amictosque pellibus agninis*. Tegumenta manuũ ex floribus erant cõfecta. Tunicæ ad medium vsque albo distinctæ à cinctura ad talos imos erant demissæ.A Publio verò & Laberio præcipuè originem trahunt.

Mina vel Mna, commune vocabulum Græcis, Latinis, Hebræis, descendit ab Hebraico מנה *numerauit*. Sæpe illa vox deprehenditur in textu Græco, imo in Hebræo testamenti veteris, nempe *Ezech.45.Esdræ 2.Gen.31.* vbi habes עשרת מנים *10. minas*. Apud Septuaginta legas τὸν μισθὸν τῶν δέκα ἀμνῶν, *10.* agnarum mercedem. Plane corruptus locus librariorum incuria.Nam cùm illi vertissent μνῶν, ab imperitis ἄλφα adiectum fuit ad caput, vt vox ista commutaretur in ἀμνὰς. Qua ratione Laban & Iacob non de decem agnis, sed assibus decem pactum inierunt. Quantum verò value

fuerit, controuertitur apud auctores. Dauid Kimhi dicit continere sexaginta siclos, Rabbi Sal. *Exo.38. 25.* At Siclus continet obolos 20. sicut asserit Propheta à quo discedere nō licet. Atq; hęc eadem mina nominatur Hebr. ליטרא, id est, *libra*, sumto vocabulo à Græcis, qui etiam λίτραν scribunt. At Rabbi Salomon Græcam libram significare voluit, Rabbi Kimhi Hebraicam. Ita pro regionum diuersitate variat eius valor. Exactius illud cognosci poterit, si & reliquas addamus. Mina enim vel libra Romana nonaginta sex pendebat drachmas, Attica verò μνᾶ pentum, *vt & Fannius apud Priscian. testatur.* etiamsi illa antiquitus drachmarum tantum septuaginta quinque fuerit, vtpote tempore Solonis. Græci Medici cum mentionem faciunt τῆς μνᾶς, Atticam intelligunt, vt & Philoxenus medicus, cuius emplastrum est apud Asclepiad. *vt scribit Gal. 4. de cōpositione medicamentorum secundum genera recipiens*: κηροῦ δραχμὰς ρ. ὁ μνᾶν ἐπιγράφει, στέατος ταυρείου δραχμὰς ρ. ῥητίνης τερμινθίνης δραχμὰς οε. ὃ τρία τέταρτα ἐπιγράφει, *ceræ drachmas centū, quod minam scribit: Seui taurini drachmas centum: resinæ terebinthinæ drachmas septuaginta quinque, quod tres quartas scribit.* Idem Galen. tradit Alexandrinam Minam, iuxta nonnullos vnciarum fuisse viginti. Budæus æstimauit eam ad Gallicæ monetæ æstimationem reductam coronatis decem. Verum plus, quam satis de ea impræsentiarum. Plura qui volet, doctissimum Georgii Agricolæ librum *de pōderibus* legat, vbi facilè inueniet, quod sitim expleat, & scrupulum eximat, si quis modo dimidat amplius, & distrahat in partes diuersas animum.

Minerua, quæ belli inuentrix non solùm fertur, sed & artium respectu, primò à minādo dicta est Cornificio, dum modò Bellona audit, modò Pallas, ab Hastæ vibratione: altero autem à monendo, quod & Festus affirmat.* Græci, pręcipuè Athenienses Mineruam, Ἀθηνᾶν & Παλλάδα vocarunt atque coluerunt. Ita dictam volunt, quasi ἀθρήναν τινὰ οὖσαν, παρὰ τὸ τὸν νοῦν ἀθρεῖν, quòd mentem ad certum fixúmque & euidentem contuitum rerum dirigat: vel ἀπὸ τοῦ θῶ, quod est θηλάζω, vnde ὄνομα ῥηματικὸν ἡ θηλάζουσα, & si præponatur τὸ στερητικὸν α, ἀθηνᾶ, quòd sine matre è cerebro Iouis nata sit. Ridiculæ sunt deriuationes istæ. Appellatio Ἀθηνᾶς cognata est vocabulo *Adonai*, quod nomen est veri Dei: ita vt pæne non dubitem originē inde esse vocabulò, post agnitionem veri Dei amissam, translato in aliud numen commentitium. Vel est à *Thanim*, quæ vox Draconem significat, vt alludat ad historiam seductorū à serpente primorum parentum, cuius memoria vt propagaretur ad posteros, consentaneum est certa sacrificia à Patribus instituta fuisse, quibus agerentur gratiæ Deo de promisso Mediatore, qui conculcaturus esset serpentis caput. Cōstat autem Athenienses coluisse idolum effigie draconis, vel Mineruam cui draco subiiciebatur. Et de his dictum est, quòd exhiberent cultus diuinos, atque obsequia præstarent tribus pessimis rebus, draconi, noctuæ, populo. vide *Pallas.*] Arnobius *3. aduersus gentes* vult nominatam Mineruam, quasi *Memineruā*, quòd veteres eam dixerint *memoriam*. Cum quo congruit illud Afranii apud Agellium: *Vsus me genuit, mater me peperit memoria.* Si cum Cicerone & aliis à *minuendo* deducas, quòd *minuat* ventorum vim (sic enim quibusdam placet) conueniet cum eo, quod Græcorū quidam nominauerint ἀνεμῶτιν. Scribit de ea Isidorus hoc modo: *Mineruam gentiles multis ingeniis prædicant. Hanc enim primam Lanificii vsum monstrasse, hanc etiam telam orsam esse, & colorasse lanas perhibent. Oliuæ quoque hanc dicunt inuentricem & fabricæ, multarumque artium repertricem. Ideoque illi vulgo opifices supplicant. Sed & hæc Poetice fingitur. Non enim Minerua istarum artium princeps est, sed quia sapien-*

tia in capite esse dicitur hominis, & Minerua de capite Iouis nata fingitur, id est, ingenium, ideoq; sensus sapientis, qui inuenit omnia, in capite est, &c. Cicero etiam belli inuentricem statuit. *3. de natura deorum.* Vnde Virgilius: *Armipotens belli, præses Tritonia virgo.* Quin clypeum ipsi affingunt Poetæ mirabilem, cuius descriptio Aeneid. 8. est talis:

Aegidaque horrificã turbatæ Palladis arma
Certatim squamis serpentum auroq; polibãt,
Cõnexosque angues, ipsamq; in pectore Diuæ
Gorgona desecto vertentem lumina collo.

Quotiescunque autẽ cõcuteret hoc scutum, incutiebat in bello terrorem velut minitabūda parti aduersæ. Vt à minãdo rectè quibusdã appellata videri queat. Interim nõ satis tribui illi artium liberalium inuentionẽ, belli porro pacisq;, & lanificii rationem deferri, quando & viam ædificandi ab ea traditam testatur Lucianus in Hermotimo his verbis: φησὶ γὰρ ὁ μῦθος ἐρίσαι Ἀθηνᾶν, καὶ ποσειδῶνα. καὶ ἥφαιστον εὐτεχνίας πέρι, καὶ τὴν μὲν ποσειδῶ ταῦρόν τινα ἀναπλάσαι, τὴν ἀθηνᾶν δὲ οἰκίαν ἐπινοῆσαι. Sed nomina eius quædam & cognomina subiicio. Nam Aegyptiis illa *Sais* est dicta. Strabo *lib. 13.* καὶ ἡ σεβεννιτικὴ δὲ πόλις, καὶ ἡ σάϊς μητρόπολις τῆς κάτω χώρας, ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν ἀθηνᾶν. Dicta eadem ταυροπόλα, & apud Andrios ταυροπόλος. Nã cùm Anthropius Agamẽnoni & Menelao donasset taurũ, iussit vt vbicũq; taurus prosiliisset è naui, ibi simulacrũ erigerẽt Mineruæ, quòd ita numine conciliato prospera iis nauigatio esset futura. Accidit autẽ vt is exsiliret in insulam Andrum. Apud Homerum Iliad. α. dicitur γλαυκῶπις ἀθήνη. Vbi Eustathius: γλαυκῶπις ἀθήνα, οὐ μόνον γραφικῶς, ὡς ἁπλῶς γλαυκοὺς ἔχουσα τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀλλὰ καὶ ὡς ἂν εἴποι τις δεινὴ τὴν ὄψιν καὶ ἐκπληκτικὴ κατὰ τὰ γλαυκωπὰ τῶν θηρίων. γλαυκοὶ γὰρ οἱ λέοντες οἱ βασιλικοὶ, καὶ ἰδεῖν δεινοί. Paulò post deducit idem τῆς ἀθήνης nomen ἀπὸ τοῦ ἀθρεῖν, id est, *videndo*, ὡς προαθροῦσα τὰ ἐν σκότει καὶ μέλλοντα. Eadem *Tritonia* & *Tritogeneia* nominata à Tritone palude, vel quòd edita credatur ex capite Iouis, cum Bæotica lingua caput sit τριτὼν vel τριτώ. Hesiodus in sua Theogonia:

αὐτὸς δ' ἐκ κεφαλῆς γλαυκώπιδα τριτογένειαν,
δεινὴν, ἀγρεκύδοιμον, ἀγέστρατον, ἀτρυτώνην,
πότνιαν, ᾗ κέλαδοί τ' ἅδον, πόλεμοί τε, μάχαι τε.

Vel dicta Tritonia, quòd eadem cũ Luna sit, tertio à coitu die apparens, vel quòd nihil ab aere differat, qui tertium est elementum. Quãquam Democritus tradiderit ideo nominatam *Tritonida*, quod tria hæc elargita fuerit mortalib⁹, βουλεύειν καλῶς, κρίνειν ὀρθῶς, καὶ πράττειν δικαίως. Seruius scribit 11. Aeneidos hoc modo: *Tritonia, quasi terribilis* ἀπὸ τοῦ τρεῖν, *quod est timere.* Alalcomenia etiam nominata ab Alalcomenio oppido Bœotiæ, *Nedusia* à loco vel vrbe Laconiæ, *Lyndia* ab vrbe Lyndo in Insula Rhodo. Arnobius meminit Mineruæ, quã Messenii *Corisasiam* nuncupabant. Gyraldus *Coresiam* legit Sunt etiam, qui (*Polyphe*) legerunt pro *Coryphe*, quæ tamen lectio dudum est antiquata. *Corisasia* certè erat legendum. Etsi interim non neget Gyraldus legi posse *Coresiam*, cùm etiã Stephanus *templi Coresiæ Mineruæ* mentionem faciat. Parthasius apud Claudianũ *de raptu lib. 2.* videtur eorum lectioni astipulari, qui *Poliphen* legunt, nec sine auctoritate. Citat enim Mnaseã & Harpocrationem. Addit eam bigas (Cicero habet *quadrigas*) inuenisse, atque inde *Hippiam* dictam, id quod tueri conatur his Suidæ verbis: ἱππεία ἀθηνᾶ. ταύτην ποσειδῶνος φασὶ θυγατέρα καὶ πολύφης τοῦ ὠκεάνου. Noctuas illi sacras volebant veteres. Vnde & Palladis auẽ nominat Ouid. ipsaq; noctuæ imago conspici solebat in nomismatis Atheniẽsiu, *teste commẽtatore Aristophanis*, vbi inprimis colebatur Minerua. Sed & Gallũ Operatrici Mineruæ sacrũ fuisse testatur Pausanias.

Vnde

Vnde in arce Eleorũ olim ſimulacrũ Palladis, quod Phidiæ erat opus, exſtitiſſe crediderim cum Gallo in galea erecto, quod pugnacitatis ſymbolum eſſe arbitratur idem Pauſanias. Præter noctuam & Gallum draconem propter vigilantiam viſuſque acumen conſecratum ei inuenio. Quapropter Demoſthenem legimus cum e carcere elapſus fugeret, reſpectantem ſubinde ſublatis manibus dixiſſe *O Pallas vrbium Domina, cur trib. infauſtiſſimis beluis delectaris, Noctua, Dracone, Populo?* Aegyptij eidem tertium cuiuſque menſis diem dedicarunt. Decimo tertio autem Cal. Aprilis celebrari ſolebant feſta eiuſdem Deæ, quæ dicebatur *Quinquatria* vel potius *Quinquatrus*, ſecundum Feſtum, vt *triatrus, ſexatrus*, & ſimilia. Primus eorum dies expers erat ſanguinis: Reliquis vero gladiatores nudis enſibus in arena pugnabant. Nomen inditum nonnulli volunt à *quinque* & *atro die*, qui inuenitur poſt Idus. Sed refragatur Gellij auctoritas, qui hoc nomine appellari docet, quòd ab Idibus quinque dierum numerus ſit, ſyllabaſque duas extremas nihil planè ſignificare. Quam ſententiam amplecti videtur Naſo his verbis:

Vna dies media eſt, & fiũt cum ſacra Mineruæ,
Nomina quæ à iũctis quinque dieb^s habẽt.
Sãguine prima vacat, nec fas concurrere ferro,
Cauſſa, quod eſt illa nata Minerua die.
Altera treſq; ſuper ſtrata celebrãtur arena,
Enſibus ex ſertis bellica læta Dea eſt.

Octo eius ad minimum templa fuiſſe Romæ apparet ex Liuio, Plinio, Dione, Ouidio, Plutarcho & aliis. Inter ea imprimis commemorandũ Mineruæ ſiue Palladis Auentinæ delubrum antiquiſſimum *in Auentino monte*, & Liuij Andronici donariis celebre, quibus ipſe ab aliis Poetis & Hiſtoricis donatus fuerat immo tandem grata pietate eadem ad Mineruam præſidem ingeniorum detulerat Mineruam cuſtodem domi cultam à Cicer. eamq; poſtea, cum abiturus eſſet in exſiliũ, ab eodem in Capitolium delatam ac conſeruatã refert Dio lib 38.

Minotaurus, qui ex Paſiphae Minois regis vxore natus fingitur, cum taurus eam iniuiſſe (nomen id fuit adultero) ad humeros vſq; referebat taurum cetera hominem. Itaque ſemibouem virũ nominat Ouid. *Triſt. 9.* Ex reſolutione nominis facile apparet eius origo. Fuit & ſignum militare apud Romanos, ſicut aquila & porci effigies, quo indicarent non minus occulta eſſe debere Ducum conſilia, quàm abditus fuiſſe creditur Minotaurus in Labyrintho. Vnde ſolitus eſt dicere Q. Cæcil. Metellus, *nec tunicam conſiliorum conſ[...]am eſſe debere.*

Minucia porta appellata eſt Romæ, ꝙ eſſet proxima ſacello Minuci, vel ab ara Minuci, quem Deum putabãt. *Feſtus.*

Minyæ ab Orpheo d[...]i ſunt Argonautæ, tum etiã ab Apollonio, Pindaro, Valerio Flacco. Ouidio, à Minya Theſſalo, qui Orchomenum cõdidit Homero πολύμηλον, Pindaro καλλίπωλον, vel quod plerique eorum orti erant ex Minyæ filiis *vt cenſet Feſtus.*

Miracula, quę ſimpliciter dicũtur opera Dei, alias θαύματα, *quod ſuperent captũ ingenii & hominis incutiãt ſtuporẽ*, alias τέρατα, i. *portenta vel prodigia*, quòd limites naturę trãſgrediãtur, nõnuquã σημεῖα ὅτι τὰ μέλλοντα σημαίνουσι, quod [...] cẽt *futura*, à mirãdo ſuã trahut appellationẽ. Quædã ex illis pertinent ad artẽ, ad naturam alia, nõnulli ad [...] eum. Artificioſum miraculũ fuit ſepulcrum Mauſoli. Naturæ miracula Cometa, ſanguinolẽtæ pluuię, & alia ſimilia. At Dei miracula ſunt multiplicia, & omnia vera eaque aut externa, aut interna, vtpote facta prædicatione Euãgelii, qualis cõſ[...] ictæ tranquillitas & Dęmonum expulſio At falſa & mala, ſunt Diabolica, quæq[...] ab eius miniſtris, vt p[...]te Antichriſtis & Magis Aegyptiis permiſſione Dei fiãt. Quo pertinent omnes præſtigiæ à Cacodæmone & eius organis oculis hominum exhibitæ.

* *Miſceo*, à Gr. μίσγω, & vtrũq; ab Hebr.

מסך *Mafac*, Mifcuit, admifcuit, commifcuit, infundendo liquorem immifcuit, & fæpe pro infundere accipitur: nam in calidis regionibus.Palęftina nēpe & aliis,vino nō vtebantur homines, nifi mifto, & aqua multa temperato. Cognationem arctiffimam habet cum מזג *Mezeg*, id eft,mixtio, temperatura, & cum נסך *Nafac*,Libauit.מסך *Mefech*, etiam eft miftio, infufio, quam Græci vocāt μίξιν. Quemadmodum verò Gallis *Mefler*, Germanis *Mifchen*, ita Hebræis *Mafac*, & Græcis μίσγω, varias habet fignificationes metaphoricas.

* *Mifer* variè defignatur ab Hebręis, 1. דל *Dal* nominatur, id eft, exhauftus facultatibus & viribus, à verbo דלל *Dalal*, extenuatus, exhauftus, euacuatus, confumptus eft. Hinc Gr. ἀθλίνω mifer fum, ἄτλιος mifer: item τάλας mifer, calamitofus; & δείλαιος, δειλὸς, mifer. 2. חלכה *Chelca*, voce compofita ex כיל *Cil*, facultas & כהה *Caha*, obfcurus fuit; ac fi dicas hominem ob miferiam aliis ignotum,contemptum, qui veluti in tenebris degat, tanquam vilis & ignobilis:cui illuftres viri ob diuitias & fplendidum ac profperum vitę ftatum opponuntur. Hinc Latinis *Calcatus*, nempe mifer qui Diuitum pedibus fuperbè cōteritur. 3. Quoniam verò mifer homo crebris afflictionibus,quas videt & pręuidet,torquetur,nec inopię tela longius præuifa poteft auertere, עני *Hani*, dictus eft, id eft, afflictus, mifer crebris ærumnis in animo primum deinde in corpore concuffus & fatigatus; à verbo ענה *Hana*,id eft, animo feu mente confiderauit & percepit, cogitauit, vnde Gall. *ahanner*) & in fecunda coniugatione,afflictus eft: nam per afflictiones reducimur ad mentem, vt vias noftras videamus, deferamus, vt Dei vias ante derelictas ingrediamur ac fequamur. 4. Mifer dicitur שומם *Schomem*,id eft,defolatus, & veluti defolatio ipfa, à verbo שמם *Schamem*. defolatus eft, quod cognationem habet cum אשם *Afcham*, ignominiosè deuaftatus eft,& cum נשם *Nafchan*, anhelauit. De mifero enim hæc vt plurimum prædicantur. Græcis Δύστηνος, παρὰ τὸ στένειν, vt fit grauiter gemens:fecundum alios παρὰ τὸ στῆναι, vt fit qui vix locum inuenire poteft vbi confiftat; quod etymon verifimilius eft & fynonymo ἄστηνος conuenientibus. Δυστηνία,miferia,calamitas ab Hefychio exponitur μοχθηρία, Improbitas: vt δύστηνον idem exponit non folùm ταλαίπωρον, feu etiam μοχθηρόν. Sed ex aliorum hypothefi: nam plærique ferè omnes de miferis & afflictis miferè iudicant,eofque (amicorum Iobi exemplo) improbos effe opinantur. Ἄθλιος, mifer, ærumnofus, malis exercitus, ab ἆθλος, quod certamen & laborem fignificat. Conflictatur enim mifer cum ærumnis quibus arctè premitur. τάλας, ανος, ὁ ταλαὸς, οῦ idem cum ταλαίπωρος & ταλαίμοχθος,id eft,cui multæ ærumnæ fubeundæ ac tolerandæ funt, mifer; à verbo ταλάω,fuffero perpetior. Hefychio ταλάρς idem quòd ὑποστατικὸς, ἰσχυρὸς, βίαιος, & idē ac ταλακάρδιος,ταλάφρων feu ταλασίφρων, inuictus, robuftus, Patiens ærumnarum & laborum, Qui forti & inuicto animo labores ac ærumnas fubit atque fubftinet.De quo dicitur, *Fortiter ille facit, qui mifer effe poteft.* Vnde Egenus,Inops.Pauper.

* *Mifericordia* a Cicerone ita definitur, Dolor eft animi & ægritudo, ex miferia alterius iniuria laborantis conceptus. Sed etymon vocis hanc definitionem impugnat. Sæpius enim cordatis hominibus aliorū miferia cordi eft, cui opem ferre hilariter feftinant, & iubet Paulus,Rom.12.8.vt qui miferetur, id eft, qui ἐλεημοσύνην largitur mifero, in hilaritate faciat.Non fignificat igitur triftitiam cordis, fed opus benignitatis & clementiæ ex amore ortum, cum hilaritate cordis, ipfi mifero præftitum. Cæterùm,neque Hebraica vox רחם *Racham*, 1. Mifereri, amare, diligere,vnde רחום *Rachum*,mifericors,& Gręca ἔλεος,

vllam

vllam animi ægritudinem sua notatione significant: sed tantum aut amorem, & cordis propensionem erga miserum, aut ipsum amoris effectum. Sunt qui à visceribus verbum illud *Racham* factũ existimant, quasi *Inuiscerare* dicas, hoc est, intimo affectu, qui visceribus inditus est, tãgi, & commoueri erga aliquẽ, intimo commiserationis effectu quempiam prosequi, quo scilicet Matrix, quæ רחם *Rechem* dicitur, fœtum complectitur, tuendo & fouendo. Ac opponitur verbo חרם *Charam*, quod est deuouere, ab vsu communi, & e medio, sine commiseratione, tollere. In Cal semel inuenitur *Racham*, Psal. 18.2. vbi significat diligere: at in Pihel est misereri, & passim occurrit apud Prophetas, item intimis visceribus amplecti, commiserari. Matth. 9.36. redditur, misericordia affici, commiseratione intima commoueri Syrus interpres ait *Ieschua ethrecham*, & Græcus contextus, ἐσπλαγχνίσθη. Idem repetit Marcus, cap. 6. v. 36. Σπλάγχνα non intestina dicuntur, sed præcipua interanea & vitaliora: vt cor, pulmo, iecur, & similia, quæ in cæsis victimis aruspices considerabant, siquid portenderent. Sumptum enim est ab aruspicinis id vocabulum, deinde ad omnes animalium partes intrinsecas trãslatum. Celsus Viscera, Latinè vocat, & ab intestinis distinguit. Σπλάγχνος masc. & Σπλαγχνίς, ίδος, ἡ, Cor. καρδία etiam dicitur. Viscera misericordiæ Dei, σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ videntur, Luc. 1.78. & Christiani vocantur εὔσπλαγχνοι, misericordes, Ephes. 4.32. 1. Petr. 3.8.

Mispa vrbs trans Iordanem in terra Gilead, & speculam significans, apud quem Iephthe propriam mactauit filiam. *Iudic.* 11. nomen habere videtur à צפה *speculatus est*. Hic Samuel obtulit agnum lactentem, & Philistæos fulmine percussos in fugam vertit 1. *Sam.* 7.

Missa, quam aiunt esse sacrificium, idem cum sacrificio crucis, in qua obtulit seipsum Christus, vt quidem nobis hic applicetur, quod Christus perfecit pendens in cruce, idque panis & vini conuersione in corpus & sanguinem Christi Saluatoris, vnde originem nominis arcessat, nondum conuenit inter eruditos. An ergo à veterum moribus & institutis desumtum vocabulum, quod affirmare videtur de *invent. rer. lib.* 5. *cap.* 12. Polydorus, eo quod in Isidis sacris vnus ex sacerdotibus quem *Grammatea* vocabant, solitus fuerit renunciare præ foribus ritu & sermone Græco, λαοῖς ἄφεσις, *populis missio*: Solebant enim vsurpare hæc verba post celebrata mysteria, vt omnes se demitti aut abire fas esse intelligerent. An à Deo Mahusla, vt voluerunt hoc tempore non pauci: An verò potius à מנחה *munere siue oblatione*, quæ manu offertur, id quod Reuchlinus existimat *libr. de rudimentis Hebraicis*, deducto nomine à מס tribuit? Vt me paucis absoluam, sciendum hæc etyma, quantumuis probabilia, permultis displicere, sicut etiam illorum sententia, qui sufficientiam audẽt interpretari, nimirum vt daretur, quod esset satis, eo quod Dominus *Deuter.* 15. præceperit Israelitis, vt manum suam aperiant pauperi, eique mutuent, quod sufficit, id quod Chaldæus reddidit *Missath*. Placet potissimæ eruditorum parti vocabulum esse Latinum, & à mittendo deriuatum. Tradit quippe Plutarchus in primis solitos suo tempore Romanos peractis votis venerari Deos, inque templis sedere ac permanere consuesse, at re diuina peracta sacerdotem, I *Licet* pronunciasse, vel potius proclamasse, quasi innueret iis iam abire licere, qui sacris interfuissent. Apuleius quoque ostendit *in Metamorphosi sua* Aegyptiis simul ac Græcis verba illa Græca accini solita, quorum modò mentionem feci. Sic Rhenanus *in suum Tertullian.* vbi aduersus Marcionem, & de militis corona scripsit, euincere conatur ex Isidoro, traxisse originem suam hanc vocẽ ex Catechumenorum, Energumenorum & Pænitentium demissione an

ne, antequam sacerdos consecrationis mysterium, cui interesse haudquaquam licebat illis, auspicaretur. Sonora n. voce clamabat: *Catechumeni exeunto.* Itaq; ab ea demissione tandem vulgus cœnæ Dominicæ attribuit appellationē missæ. Testari volunt id quoque Dionysiū iuxta Scoti translationē his verbis: *Soli v. sacris expelluntur choris Catechumeni.* *Addamus ex Brissonio, ad *L. Dominico, de spectac. in C. Th.* quæ sequuntur. Ab altari penitus exclusos, & dum sacris operarentur Ecclesiæ ministri, procul ire eos leuitarum voce iussos, indeque *Missæ* vocabulum fluxisse, Isidorus lib. 6. etymologiarum tradit, cap. 19. *Missa,* inquiens, *tempore sacrificij est quando catechumeni foras mittuntur clamante leuita,* siquis Catechumenus remansit, exeat foras: & inde missa, quia sacramentis altaris interesse non possunt, qui nondum regenerati noscuntur. Quod & Dionysius lib. de Ecclesiast. Hierarch. testatur, qui post psalmorum cantus, & sacræ scripturæ lectionē ἔξω γίγνεσθαι τοὺς ἱερᾶς περιοχῆς τοὺς κατηχουμένους scribit, vt & arreptitios ac Pœnitentes: remansisseque duntaxat τοὺς τῆς τῶν θείων ἐποψίας καὶ κοινωνίας ἀξίους.] Hugo de sancto Victore *lib. de sacram. ii.* vult dictā Missam. quasi *transmissam,* quo populus per sacerdotis ministeriū, qui vice mediatoris fingitur inter Deum & homines, preces, vota, oblationesque Deo transmittat. Alii variata paulum sententia vsos volunt Latinos voce *Missa,* vel quod significet hostiā in cœlū missam, tāquā *holocaustum* à Deo sumi, vel quia Christiani singuli ad altare panem suū consecrandum per manus ministrorum mittebāt. Quibus ex omnibus cōsequitur vocē potius esse Latinā, quam exotericā, hoc est, ex fontibus linguæ Hæbraicæ, aut aliunde deductam: Maximè cum etiam Cyprianus remissam dixerit peccatorum *lib. de bono patientiæ* pro remissione, *vt & Tertull. contra Marcionem* 4. Quomodo & alii pro *missione* dixerūt *missam.* Grecè dici poterit λειτουργία, nempe *publicum ministerium,* quod vocabulū Domini cœnæ alioqui tributum cōplectitur totam actionē, *concionem* dico, *distributione, inuocationē & gratiarū actionē.* Nec ignorandū, quod aliqui nomē hoc ortū velint à cōtributione Eleemosynarū, quæ olim fieri solebat in celebratione cœnæ Dominicę. Iis quippe collectis dici solitum: *Ite missa est,* i. *collecta eleemosyna.* Alii hoc modo intelligunt: *Ite missa est,* i. *remissio peccatorum certò vobis annūtiata est.* Melanthō vult ab hac collectione, vel missione nominatam, *Agapen.* Quod enim ἀγάπας nominauerint eleemosynas, colligi potest, inquit, ex epistola Iudæ, cuius hæc sunt verba: οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες, συνευωχούμενοι, ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες. Sed fallitur vir magnus. Quamquā enim negari non potest, collatas fuisse à piis donationes in pauperum vsum, cū haberentur ἀγάπαι, atque adeo fuisse mutuæ caritatis signa, tamen cœnā propriè hoc nomine nunquam appellatam constat. Erant sane ἀγάπαι, *fraterna ecclesiastici cœtus conuiuia,* quæ pulcrè admodum in Apologetico cap. 30. descripsit Tertul. In his quidam versabantur epulis vescentes, vt videri possent vera ecclesiæ membra, cùm tamen essent σπιλάδες, id est, *maculæ & labes,* vt scripsit Iudas. Plura de his suo loco.

Missilia, à mittēdo dicimus variarum rerum donaria, quæ in perpetuam memoriam & liberalitatis gratia spargere solebāt olim colligēda à populo Cōsules, & tandē Imperatore. Suetonius Domitiano: *Deinde proximo omne genus rerū missilia sparsit.* Id Caligula: *Sparsit & missilia variarum rerum, & panaria cum obsonio viritim diuisit.* Et in Nerone: *Sparsa & populo missilia, omniū rerum, per omnes dies singula quotidie millia, auium cuiusque generis multiplex penus, tesseræ frumentariæ, vestis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, iumenta, atque etiā mansuetæ feræ, nouissime naues, insulæ, agri.* Xiphilinus

philinus etiã Nerone : σφαῖρα καὶ μικρὰ γεγραμμένα ὡς ἑκασα κύτων ἔχοντα ἐς τὸν ὅμιλον ἔρριπτεν, καὶ ἐδίδοτο ὅτι τὶς δὲ ἐκείνων ἥρπασεν. Meminit quoq; eorum l 9. §.pen.ff. de acq. rer. domin l. 8. ff. de cõtrah.emt.& §.pen Instit.de rer. diuis.

Missus cibi, *teste Nonio*, inde est appellatus, quod mittatur seu inferatur mensæ. Vnde Lãprid. *in vita Heliogabali*. *Sybariticum missum semper exhibuit ex oleo & garo*. Est & ex Suetonio notãdum, quod is in Domitiano *centũ missus Circenses* dixerit, quos Seruius *cẽtum currus, qui mittebantur*, interpretatur.

Mithridatium vel antidotũ Mithridatis, nomen inuenit à Mithridate Bithyniæ & Ponti rege, qui primus inuenit, *test.Gal.lib.2.de antidotis*, Ab illo solo, inquit Plin. *lib. 17*. excogitatum, quotidie sumere venenũ præsũptis remediis, vt consuetudine ipsa innoxium fieret. Ab illo primo antidoti genera inuenta, ex quibus vnum, & iã nomen retinet *Mithridatium* appellatum. Ipsum verò nomen מתרדת decretorum exploratorem significans, appellationem quibusdã habere videtur à תור *explorauit*, & דת *mandato*. Vsus est ille aduersus Romanos curribus falcatis: Armorũ fabricas oppidatim instituit, suumque exercitum patientia laboris duratum inuictum & inexpugnabilem propemodum reddidit, *teste Iustino lib. 37.*

Mitio in Adelphis Terentii dictus, videtur plerisque ἀπὸ τοῦ μικκοῦ *exiguo*, vnde & μίκυλος, *quod omnia in eo exigua humilia ac depressa fuerint*. Nimis longè petita originatio. Equidẽ Poeta diuersam exprimere voluit naturã in Mitione & Demea. Nam vt hunc seuerum durum & tetricum, ita illum placidum & mitem finxit, vnde *Mitioni* nomen.

Moab, quòd ex patre sit, etymon eius designat. Cõcepit enim eum primogenita filia de patre. Hinc *Moab.* [illegible]

Modest a dicta à modo *M. Tullio auctore de Officiis 4. vt & Nonius affirmat*. Idẽ *cap.12. Modestia, mod. ratio, modus, modicum, mediocre, hunc habet ordinẽ, quod modestia fundamentũ, soliditas, basis ipsa virtutis est, è qua gignitur: Moderatio, quæ temperat, aurigatque modos, qui ex supra memoratis disciplinis, in factis, & in dictis, & in ceteris talibus quæ agẽdi officia sunt, iũgũtur.*

Modicum vult dictũ Scaliger *in Theophrast.de caussis plant.* quasi mediũ. Quid si à modo deductum dicas, cum (*vt Nonius Marcellus scribit*) Modicum veteribus fuerit, quod alias est moderatum, quodq; fit cum modo quodam, Plautus Persa: *Modice & modeste est melius vitam viuere*: Et Milit. *Modicè sapis*. Varro περὶ τύχης: *Sapiens & bonum ferre potest modicè, & malum fortiter ac leuiter*. Salustius bello Iugurth. *Animus belli ingens, domi modicus, libidinis & diuitiarum victor*. Porro idem Nonius non obscurè approbare videtur idem etymon capit. 12. quo modicum à moderato distinguit his verbis: *Modicum verò moderatum est: Mediocre, quod medium.*

Modius Latinorum, si non descendit ab Hebræorum מדה quæ illis mensuram quantitatis continuæ significat, sicut משורה mensuram quantitatis discretæ, sed omnino vox est latina, vt ego reor, rectè deriuari poterit à modo. Continebat hic, quoad res aridas duos semodios, semodius sextarios octo, sextarius heminas duas, hemina acetabula 4. acetabulum sesquicyathũ, cyathus ligulas quatuor. Exactius distingui poterũt mẽsuræ hoc modo: *Modius cõtinet libras viginti sex, vncias octo; Semodius libras tredecim, vncias quatuor: Sextarius vncias viginti: Hemina decẽ: Acetabulũ duas & dimedia: Cyathus sescunciam, drachmã, & scrupulũ: Ligula drachmas tres & scrupulum vnum.* A modio dicitur vas modiale. Plautus in Captiuis. *Aulas calicésq; omnes cõfregi, nisi quæ modiales erãt.* Et sesquimodius legitur apud Varronẽ *lib. de re rustica 1.* & trimodium apud Plinium *lib. 33. c. 1. Neque enim aliter*, inquit, *potuissent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitti*. Falluntur autem

qui à medimno vocabulo Græco tractū putant. Atticus enim medimnus capiebat octo & quadraginta Chœnicas, at modius Romanus octo quo medimnus ſex caperet modios. Fannii in hoc auctoritas nonnihil valebit. Sic enim ille in amphora:

Huius dimidium fert vrna, vt & illa medimni
Amphora, terque capit modium: Sextarius iſtum
Sexdecies haurit, quos ſoluitur in digitos pes.

Loquitur de Italico medimno, quem etiam Suidas octo chœnicas capere ſcripſit hoc modo: ὁ δὲ μόδιος ὁ ἰταλικὸς ἔχει χοίνικας η. Siculus autem medimnus complectebatur ſex modios, *vt ex Auſonii gripho de numero ternario intelligi poteſt.*

Modius videtur Grammaticis quibuſdam dici παρὰ τὸ μέδειν *curando* vel *regendo*, fieriq; à preterito medio μέμοδα *ſum moderatus.*

Mœchus Græce μοιχὸς dictus Euſtathio παρὰ τὸ μὴ οἰκὸς· τόδε οἰκὸς καθ' Ηρόδοτον ἐοικὸς, δι' ὃν οὐκ ἔοικε τὰ γένη, id eſt, *ab eo quod minimè deceat*: οἰκὸς autem ex Herodoti ſententia conflatur συναιρετικῶς ab ἐοικὸς. Mœchi autem cauſſa diſſimiles ſunt liberi. Minus placet, quod aliqui dictum putent ἀπὸ τῶν μυχῶν, id eſt, *receſſibus & abditis locis.*

Mœnia, Hebr חמה *Choma*; murus propriè qui ex coctis ſeu aduſtis lateribus conficitur; deinde vſurpatur quoque de omni muro ciuitatis, quem Latini *Mœnia* vocant, à munienda vrbe Nam veteres mœnire pro munire dixiſſe videtur: & mœri mœrorum pro muris חומות *Chomoth*, Virgil. Aeneid. lib. 10. *Quin intra portas atque ipſa prælia miſcens Aggeribus mœrorũ* Græc. τείχη, & τεῖχος murus.

Moguntia Germaniæ ſuperioris ciuitas Epiſcopalis Metropolitana Typographiæ inuentione celebris (*etſi reclamet Iunius, vt alias dictum*) multis etiam antiquitatibus clara & ſita ad Rhenum, exſtructa dicitur, ſed incerto auctore, à Trebata Nini Aſſyriorum regis fillo, vel à Mogũtio quodam Troiano, vnde illi videlicet nomen. Primi eius Epiſcopi fuiſſe dicuntur *Creſcens* & *Creſcentius*, primus Archiepiſcopus *Bonifacius*, primus Academiç erector Epiſcopus *Theodoricus*.

Mola mulieris, quæ eſt inanima, rudis, & indigeſta moles, addita vtero ex cruditate & ſeminis corruptione (neque enim virgines eam egeſſiſſe vnquam cõpertum) vnde corporis partiumque eius diſcretio & accretio eſt impedita, imo quæ eſt velut μέλλησις quædam, in qua vis gignendi & deſcernendi à ſemine exoleuit, nomen ſuum adepta videtur, quod referat characterem lapidis molendinarii, cui & tardo motu ſuo reſpõder. Ariſtoteles ſcripſit ex ſolo mẽſtruo ſanguine compingi molam, *4. de gene anim.* *l.* 7. eo quod ſola mulier ex animantibus, & menſtruis tentetur, & mola laboret. Verum contradicit Hippocrates originem eius ſemini deferens, interdum ſanguini craſſo, in corpore redundanti. Demonſtrat etiam Galenus nunquam eam deprehenſam in virginibus, id quod haudquaquam ita futurũ, ſi ſolo ex ſanguine turgere aut combinari poſſet. Solam illam in ſe vitam hęc habet, quæ ſatis arboribuſq; contingit, *teſte Plinio lib. 10 cap. 64.*

Molæ, ſiue illæ vento circũmagantur, ſeu fluuio quodam, ſimpliciter à *molendo* deduci poſſunt, vel quod his molæ velut quadam res minutatim confringantur. Alii à Græca voce μύλος vel μύλη deducunt. Sunt autem illę multiplices, vtpote *manuariæ, aſinarię, vel Truſatiles, Frumentariæ, Oleariæ, & Aquariæ*, & quarum alæ ventorum flatibus in gyrum agitantur. Iabolenus *l. dolia. ff. de fund. inſtr.* refert manuarias ad ſupellectilem, iumentarias ad inſtrumentum. Offilius tradit Aquarias, quantum lectione percipere potuit, ante Iuſtiniani tempora non fuiſſe in vſu Truſatiles, quas & Verſatiles dicunt, Volſi-

niis

niis inuentas tradit Plinius *libr. 36. cap. 18.* At apud Priscos nullum omnino earum fuisse vsum scribit Seruius nobilis Grammaticus. Nam pistrinum tum dicebatur locus, in quo molebatur farina, à *pinsendo*, id est, *contundendo* inuento nomine, quod ante molarum vsum frumenta contunderentur in pila. Hinc nomen Pilumni, *vt suo dicetur loco*. Priusquam tamen facio finem, quidni referam absurdum hic Isidori etymon, cùm ait, *appellatam molam a sui rotunditate, vt mala pomorum*? Festus scribit molam quoque vocari far tostum & sale sparsum, quòd hostiæ eo molito aspergantur. Denique à mola dictus, *lapis molaris*. Ad antiquitatem pertinet quod ipsis Vestalibus, cum virgines Vestales Vestæ sacrificabant, soliti fuerint ornare molas floribus & sertis, feriantes etiam hoc die à labore.

Moles, à mouendo.

Molestia, à mole. Grauis enim est is, qui est molestus.

M*olucrum*. Totum hoc Festi, cuius sũt verba: M*olucrum non solùm quo molæ vertuntur dicitur, id quod Græci μύλικρον appellant, sed etiam tumor ventris, qui etiam virginibus solet euenire, cuius meminit Afranius in virgine.* Cetera idem Festus suppeditabit.

M*onachium*, vulgo M*eunchen* ad Isaram profluentem in Danubium situm, & exstructum ab Henrico Bauariæ duce, Anno 962. nomen traxisse creditur à *monacho*, quod dum iacerentur fundamenta, caput inuentum sit monachi.

M*onachus*, *ἀπὸ τοῦ μονάζειν*, quòd *solus agat*, vel quòd *solus tristitiam habeat*. *μόνος solus. ἄχος luctus* vel *tristitia*, qua contabescit cum mundo repudium misit, & ab omnibus voluptatibus se abdicauit. Id enim à multis veterum monachis factum quis nescit? Hieronymus ad Riparium: M*onachus non doctoris, sed plangentis habet officium, qui vel se, vel mundum lugeat, & Domini pauidus præstoletur aduentum.* Et Bernardus super Cantica sermone 64. *Scimus monachi officium esse non docere, sed lugere.* Idem Epistol. 42. paulo ante finem: *Labor & latebra, & voluntaria paupertas, hæc sunt monachorum insignia. Hæc vitam solent nobilitare monasticam.* Tales quondam (de optimis loquor) esse solebant, aut certè esse debebant. Vt non sine ratione Theodosius Imperator apud Cedrenum beatos hos prædicet, quòd essent *ἀμέριμνοι τοῦ κόσμου curis huius mundi vacui.* Summopere etiam eos commendat Nicephorus ex vita & institutis, cùm nondum rerum omnium copia affluerent, nondum sese in voluptatum cœno polluerent, momẽtaneis magis addicti, quàm rebus æternis, pietati, religioni & cultui Dei sæpe in superstitionem & horrenda alia peccata prolapsi, vt solent omnia degenerare paulatim in peius, struente insidias & peruertente omnia Diabolo.

M*onarchia* Reipublic. forma, in qua *μόνος ἄρχων, solus & vnus princeps*, commendata à multis sapientibus præ populari vel Optimatum est imperio. Nã in Cyro instituendo visus est eam probare Xenophon. Approbat & multis in locis Plato: Multis rationibus confirmat Isocrates, vt apud Herodotum Darius, atque adeo laudat Homerus hoc dicto; *οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.* Vt taceam de multorum populorum consensu in quatuor monarchiis & aliis regnis, deque naturæ instinctu, vno Deo & sole, de vno apum rege, vno armenti duce, & vno Dictatore, si quid periculi Reipub. immінebat apud Romanos.

M*onasterium μοναστήριον*. Qui in monasteriis olim versabantur, olim dicti fuerunt non solùm monachi, sed etiam *ἀσκηταί* ab operum exercitatione, ipsaque monasteria dicebantur etiam *σεμνεῖα* à grauitate vitam ibi degentiũ. * vt pietatem, semoti à reliquo mundo cõmodius exercerent, seq; in contempla-

nione rerum ſacrarum occuparent, donec legitime ad ſacras functiones & miniſteria apta vocarentur כמר *Camar*, Hebr. eſt exardeſcere, aduri; Contrahi, ab effectu, quia aduſta contrahuntur. Vnde Syris eſt claudere & contrahere. Hinc monachos Elias in Tiſvire כומרים *Cumarim* dici putat, quòd in clauſtris degant. Multa de iis Philo Iudæus, qui ipſa Apoſtolorum ętate vixit, cuius etiam verba, vbi de monachiis Ægypti agit, quoad etymon nominis adiiciam: ἐν ἑκάστῃ, inquit. δὲ οἰκίᾳ ἐστὶν οἴκημα ἱερὸν, ὃ καλεῖται σεμνεῖον καὶ μοναστήριον, ἐν ᾧ μονούμενοι τὰ τοῦ βίου σεμνοῦ μυστήρια τελοῦνται. Nominauit & eadem σεμνεῖα Euſebius, *vt meminit Cedrenus.* Laudes eorum, etiamſi in illis nonnulli, vt & Athanaſius, nimium fuerint prouecti, vt idē Cedrenus refert, in controuerſiam vocare nequaquam hoc loco conſtituimus, ne quid extra oleas, cùm maxime in etyma intenti ſimus, & qualemcunque originem attuliſſe delectet, iis porrò adiectis, quæ ex philologia & ipſa antiquitate petita illuſtrare queant propoſitum noſtrum. Neque ægre laturum exiſtimamus Lectorem pium, ſi poſitis affectibus neque excurramus, aut ea adiiciamus, quæ videntur facere οὐδὲν πρὸς ἔπος.

* *Moneta*, qua res numaria ſignificatur ab Hebræis, Chaldæis atque Syris, dicitur מטבע *Matbéha*, quæ & ſi ſpecialiter aliquando idem eſt quod *Bikbha* id eſt dimidium ſicli, generaliter tamen & plurimum ſumitur pro pecunia ſiue moneta, eáque notis ſuis affabrè expreſſa atque percuſſa. Hanc Rabbini ציור *Tſiiur*, quaſi figuratam, à *Tſur*, vel *Tſaiar*, figurauit, formauit; Græci verò ἔντυπον, χαραγμένον, ἐπίσημον, παρατετυπωμένον, aliiſque nominibus appellant. Vnde à radice טבע *Tabha* deducitur, quæ præter propriam immerſionis ſiue demerſionis ſignificationem, metaphoricè figere ſeu infigere, imprimere item & exprimere ſignificat: propterea quòd, vt reliquæ gentes numis ſuis impreſſas habuerunt varias inſcriptiones & imagines, vel perſonarum (vnde numiſma, quaſi nomiſma, à nominibus ſcilicet & effigiebus Principum, quæ ei imprimebantur, Iſidorus dici putat) vel locorum, vel fluminum, vel ædificiorum, vel virtutum, vel numinum, vel inſtrumentorum, vel armorum, vel veſtimentorum, &c. ita apud Hebræos & veteres Orientales ſigna certa inſcriptioneſque numis impreſſæ ſpectātur, vt vel vnica ſicli Hebræi imago inſcriptióque teſtatur, quibus partim Imperii Iſraelitici vim atque robur, partim ſacerdotii ſui dignitatem ſignificabant: perinde vt veteres illi Aegyptii per notas ſuas hierogiyphicas, quæ in tota rerum vniuerſitate comprehenduntur, deſignabant atque explicabant: & Romani ſui imperii molem numis illis à ſe ſignatis variis inſcriptionibus & imaginibus, toti orbi notam ac teſtatam eſſe voluerunt. Nec verò tantùm monetam hæc vox ſiue ἄσημον, quam סמיא *Suma*, id eſt, cæcam, Chaldæi appellant, ſiue ἐπίσημον, id eſt, effigiebus expreſſam, ſignificat: ſed ampliori ambitu complectitur rem ſiue perſonam adprobatæ vel improbæ notæ? prout moneta alia proba eſt, alia verò improba ſeu adulterina. Proba, quæ νόμῳ, id eſt, rite & iuxta leges (vnde νόμισμα dictum vult Ariſtoteles) cuſa atque percuſſa: improba verò, quæ vitiata & adulterata eſt, quam Syri peregrino vocabulo פרדיגמא *Paradigma*, i. exemplum ſeu notam, monetæ ſcilicet reprobatæ; Græci verò κίβδηλον, ἀδόκιμον, παράτυπον, ὑπόχαλκον, & παραχάραγμα conuenienter appellant.

Moneta, ſcilicet nummi nota, quòd moneat, eſt appellata. Tributum & idem nomen Iunoni, quod (*vt Tullius ſcribit libro de Diuinatione*) ex arce templi commonuerit populum Rom. vt propter terræ motum, qui acciderat, plena ſue tem procurarent. Poteſt & nominis etymon

etymon eo referri, quod in æde Monetæ seruati olim fuerint libri, in quibus continebantur fata pop. Romani, vtpote monentes de rebus futuris. Quanquam verò Plutarchus & Val. Max. referant ad imaginem Iunonis Monetæ, quam eo tempore colebant Veii, cum Camillus suis auspiciis ciuitatem occupasset, tamen nihil obstat, quo minus vocem ab eadem origine trahas: Maximè cum captis Veiis milites per otium eam rogassent, velletne vna Romam abire, & ipsa annuens se velle respódisse dicatur. Ecce Diaboli præstigias. Ita Veterator semper conatus est offusis tenebris & caligine obducta veritate, a vera maiestatis Dei notitia genus humanum auocare, ne adipiscatur beatam immortalitatem, qua ipse excidit. Inde est, quòd ab augure lapis incisus fuerit nouacula, quòd fortuna muliebris periculum denuntiarit, quòd Claudiæ manum nauis secuta sit, quod serpés vrbem Romam peste liberauerit accitus Epidauro, *vt eleganter a Lactantio relatum vide ca 17. lib.2.de origine erroris.*

Monile deriuat Isidorus à munere, additq; ornamentum esse ex gemmisquod ex fœminarū soleat pendere collo, quale Eriphylen habuisse ferunt. Sed & ad illud ornamentum referri solet, quod ex equorum collo propēdet, *vt docet Festus.*

Monychus centaurus, à *μόνος solus*, & *ὄνυξ vnguis* est dictus Iuuenali *Sat. 1.* Pedes enim equinos habuisse feruntur Centauri. Sed & *μώνυχες* dicuntur *ἵπποι* Græcis.

Mons videtur nonnullis ab *eminendo* dictus: Quare omne, quod eminet, mós dici potest. Virgilius: *Praerupt us aqua mons.* Bartolus Iurisconsultus à mouendo deducit per antiphrasin, *quasi qui minime moueri queat*, quod salua tanti viri auctoritate probare non possum. In scripturis appellantur hoc nomine regna per metaphoram, & regnum Christi *Esai.2.Psal.68.* & Ecclesia *Esaie 56.* imò ipsemet Christus, qui alias dicitur *Panis, vitis, flos, via, ostium, petra, lapis angularis, lapis offensionis fundamentum, agnus, aries, hœdus, vitulus, leo, vermis, aquila, vt constat eruditis.* Montes seu colles præcipuos habuit antiqua Roma septem, *Capitolinum, Palatinum qui quadrangulum 1200. passuum constituebat, Cœlium primum a Romulo munitum & a Cœlio Vibenno Thuscorum Duce nominatum, Auentinum templo Dianæ olim insignem, Esquilinum ab excubiis Romuli aduersus Titum Tatium sic appellatum viminalem & Quirinalem*, de quibus loco suo.

Monstra à monendo vocarunt nonnulli, à monstrando Cicero, ex effectis ducta notatione, cū aliquid mōstrét. Astipulatur ipsi Nonius, cum inquit: *Monstra & ostenta similiter intelligūtur, quod imminentia monstrent & ostendant.* Huic sententię aggregare me malim, quam priori etiamsi Isidorus quoque à monitu descendere velit, prout habent libri impressi, nisi forte macula adhæreat, & proinde legendum sit à monstrando. Sequitur enim: *Quod aliquid significatum demonstrent, siue quod statim monstrent, quid appareat.* Ad quid enim monstrandi verbum, si monstra à monitu sunt dicta? Fateor quidem: Aelius Stilo dicta voluit mōstra, quasi monestra, à monédo videlicet, nec paruā esse eius Grámatici auctoritatem, at maior apud me Ciceronis, Nonii, & aliorum cōsensus. Quidquod Poëtarū Princeps monstrationem quādā innuat *Aeneid. 2* his verbis: *Monstra Deum refero.* Sunt autē illa, iuxta Physicas duntaxat caussas, naturæ *ἁμαρτήματα*, id est, *peccata*, cū a fine suo aberrat. Caussa ipsa est debilitas & deprauatio naturæ id est, *τῆς διαπλαστικῆς δυνάμεως* vel *materiæ seminalis vitium* quę peccat iuxta Medicos aut quantitate, quippe excessu vel defectu, aut qualitate tum calida nimis, tum nimis frigida, aut deniq; motu & mixtione, id est, inordinata seminum cōfusione. Astrologi proferūt cœlestes caussas, cū infausto siderū positu inferior materia fermētatur

aut cum illa aliter agunt in materiam impeditam atque corruptam, quàm in integram.

Monumentum dicitur, quidquid est scriptum aut factum memoriæ caussa, ait *Varro 5. de lingua Latin.* deriuaturque à monendo. Quod etymon non minus placet, imò magis, quàm illa Seruij notatio *ad finem 12. Æneid.* vt dictum sit ab eo, quod mentem moueat. Græce nominatur μνημεῖον καὶ μνημόσυνον, atque adeo γνώρισμα.

Mora à Græco μονὴ, quæ vox *mansionem* significat, deflecti videtur, ν litera in ρ mutata.

Morbus quasi μοῖρα τοῦ βίου, *fatum vitæ.* Morborum hîc species varias & infinitas referre, eorundemque naturam inutile foret, vnde tamen diuersa nomina descendant & suam originem trahant, si hic paucis ex *2. Methodi Galeni* perstrinxero, non omnino extra propositum fore existimo. *Morborum nomina*, inquit, *fuerant indita partim à læsa particula, vt Pleuritis, Peripneumonia, Ischias, Podagra, Nephritis, Arthritis, Ophthalmia, Cephalalgia, Dysenteria. partim ab ipso symptomate, vt Ileos, Tenesmus, Spasmus, Palpos, id est, Palpitatio, Tromos, Paralysis, Apepsia, id est, cruditas, Dyspnœa, Apnœa, Agrypnia, Paraphrosyne, Coma, id est, sopor. Sæpe ab ambobus, vt Cephalalgia, Otalgia, Cardialgia, Odontalgia, Hysteralgia. Sæpenumero à caussa, vt Melancholia. Subinde a similitudine alicuius exterius positi, vt Elephas, Cancer, Polypus, Staphyle, id est, vua, Leuce seu alba vitiligo. Myrmecia, id est, formica, Atheroma ne ape tuber, cui pulticula quid simile inest, Steatoma cui quid inest simile seuo, Staphyloma oculi morbus, cum quid eminet in tunica summa acino simile, Meliceris, id est, capitis vlcus, Anthrax carbo, Alopecia, Ophiasis vitium formam serpentis referens, S[illegible], Satyriasmus, Priapismus. Forum verò morborum, qui neque locum affectum, neque caussam nomine repræsentant, sunt Phlegmone, Gangræna, Sirrhus, Erysipelas, Apostema, Oedema, Empyema, Vlcus, Exanthema, Statagma, Rhegma, Coloboma, id est, mutilatio, Dothien, id est, furunculus, Ionthos, Phyma.* A morbo porro dicitur morbosus homo & animal morbosum. *Morbus sonticus* apud Iurisconsultos, perpetuus scilicet, & qui est cuique rei impedimento, à *sontibus*, id est, nocentibus, quasi perpetuò nocens, & propterea hominem absentiá excusans nomen accepit. Plinius pro *epilepsia* accepit. Alcæus dixit νόσημα ταλαντιαῖον, quasi *magni momenti.*

Morea hodie Peloponnesus, dubium ad quam linguam referat originem. Nō pauci ad Henetam inclinant. Infusos enim posterioribus in Græciam Henetos est certum. Est illa regio hodie Venetiarum horreum, vt olim Sicilia & Ægyptus Romanorum.

Moretū, quo intelligitur omne intritū, in veteri glossario exponitur τρίμμα. Etymi ratio à Græcis petenda est. Apud eos enim μυσωτὸν & Attice μυττωτὸν: Inde Mosetum υ in ο conuersa, vt φύλλον *folium*, μύλη *mola* Deinde pro *moseto moretum*, vt pro *Papisio Papirius*, pro *Valesio Valerius. Herbosum moretum* apponi solitum conuiuiis in magnæ matris sodalitatibus, constans ex multarum rerum mixtura, didicimus ex 4. Fastorum, vbi ait Poëta:

Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretū.
In dominæ mensis, an sua caussa subest?

Dioscorides docere videtur quid sit *lib. 2. cap. 182.* cum dicit esse τὸ ἐκ σκορόδου καὶ τῆς μελαίνης ἐλαίας γινόμενον τρίμμα, quod ex allio & oliua nigra sit intritum. Ruris pulmentarium nominat Plinius, voluntque hoc παρὰ τὸ μυσάττεσθαι dici, quod Eustathio est oculos præ fastidio claudere.

Morio, qui aspectu, moribus, & gestu se fatuum declarat, Græcam agnoscit originem. In ea quippe lingua μωρὸς hominem eiusmodi significat, alio nomine μαμμάκυθος. Vnde apud Tranquillum *morari* prima longa pro *infanire*. Latini alio nomine *Sannionem* dicunt Cicero

2. de

2. de Oratore: Quid porro tam ridiculum, quàm Sannio est? qui ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipso?

* Morio, μωρὸς, ὡς μώρων, inquit Eustatius ab Hebr. מהר, Mahar, id est, accelerauit, festinauit, instar aquæ fluentis de monte præcipiti, originem trahere videtur, vel quod moriones, id est, homines stulti, morosi, vani, sint elato animo, præcipites in consiliis, dictis & factis, eodem fere momento supra nubes euecti & dein animo deiecti, vecordes & instabiles. A *mahar*, igitur μωραίνω, μωρία, μωρότης. Vnde Gallis *ma. ote*, id est, sceptrum ligneum stulti, vel stultitiam simulantis. Per antiphrasin Latini moror, id est, tardo, verbo morari, i. insanire, prima lõga, opposuerũt, & his verbis eleganter ludunt variis locis. אליל *Elil*, ab *Alal*, significat id quod vanum, nihilum, & nullius momenti est. De idolo sæpius dicitur, quasi אל-אל *Al-El*, non deus. Syrus interpres, Matth. 5.22. vocẽ Græcam μωρὸς exponit *Lele*, ab Hebr. *Elil*, ac si Dicas hominem nihili, idolum, vanum, morionem. הלל *Halal* & in prima coniugatione הל *Hal*, id est gloriatus est, laudauit seipsum. הולל *Holel*, vanus, morio, insanus qui sese effert. הוללים *Holelim*, insanientes, stulti. *Holel*, Gall. *fol*. Græ. ἀλαιὸς, ἠλὸς, stultus, ἀλεόσσω ineptio, ἠλαίνειν insanire. Hominum enim sunt ineptissimi, morisophi isti qui in Ecclesia, aula, curia, superbiunt, aliósque nihili faciunt, & φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν. Vide *Stultus*.

Mors omnibus hominibus communis, vltimaque rerum linea, formidanda malis non bonis, cum nõ vna cum corpore anima iuxta Epicurum intereat, ac proinde ærumnosam hanc vitam bonis cum meliore commutet soluto naturæ debito, dicta videtur Isidoro, quod sit amara, vel à Marte, qui est mortis effector, vel à morsu primi hominis, quo mortem meruit. Alij trahunt à mora, nonnulli ἀπὸ τῆς μοίρας fato, quod & Scaligero placet. Addam & hic cũ Græcum tum Hebraicum mortis vocabulum ἐτυμολογικῶς. Græci enim θάνατον appellant quasi ἄνω εἰς θεὸν φερόμενον, vt θανεῖν nihil sit aliud, quam ἄνω θεῖν, quod nos mors reducat ad Deum. Dicitur eadem τελευτὴ quasi τελετὴ *initiatio*. Hebræi nominant מות *Muth* a מות *Moth mortuus est*. * Inde *Methim*, mortales, à מתה *Matha*, mortalis fuit. *Mors* Latinis, & Gall. *Mot*. qui enim mortuus est, nihil amplius dicit vel effert, *il ne dit plus mot*. Et sepulchrum domus vel locus silentij dicitur. Silentium mortis species. Hæc Habræ vocis proprietas nobis suppeditat. *Mauth etiã* Hebr. מות dicitur mors ab eodem verbo *Moth*, cui affine est תמם *Taman*, morte cõsumptus est. Inde Græcis θανῶ morior, & θάνατος, mors.] Inuerte vocem transpositis literis, & habes תום, id est, *perfectionem* siue *integritatẽ*, quod imperfectionem tollat mors, & ex ea transferat ad vitam meliorem. Hic enim obnoxij viuimus peccatis, illic absque peccatis & nævis: Hic ex parte cognoscimus, illic de facie ad faciem: Hic conflictamur cũ malis, illic nihil in nos valebit quoduis fortunæ ludibriũ siue paupertatem, siue famem aut gladium, aut rupes denique, & æquoris tumentes fluctus, appelles. Triplex autem est mors: *Corporalis* vna: altera *animæ*, cũ vitiis immersa diabolo se addicit à Deo discedens: tertia piorum, qui mundo se crucifigunt. Hæc quorundam diuisio, sed imperfecta, cùm mortis æternæ nullam mentionem faciat. Ad corporalem & naturalem redeo, quæ cum fati necessitatem in sese habeat, æquo animo ferendam arbitror, & proinde obnitendum non esse Dei vocantis imperio, si quando ea est oppetenda. Semper cogitandum, quod ait Plutarchus aduersus Colotem Epicureum: μεταβολὴ, τῆς ψυχῆς ὁ φθορὰ ὁ θάνατος. Methodius Tyri Episcopus apud Epiphanium dixit esse eam, φαρμακευτικὴν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος,

σώματος, quæ purgatio cuilibet bono est expetenda. De mortuorum cura, funeribus, sepulcris non est quod multa adiiciam, cum id ante me Doctissimi viri abunde & eleganter præstiterint, neque longè vltra etymi fines excurrere debeam aut velim, & ad alia quoque sit properandum.

Mortarium, in quo aliquid teritur, suspicatur Turnebus quasi *moretarium* dictum, quòd in eo *moreta* fierent. Itaque *inquit*, in nonnullis auctorum libris vetustate corruptis moretarium scriptum reperimus nonnunquam: Vnde contractum in *mortarium* vocabulum tandem est ipso vsu.

Morus arbor, cuius fructus stomacho inutilis aluum sistit & egregiè facit ad fluxiones, nomas, & tonsillarũ inflammationes, an à mora seu tarditate deriuat nomen, eo quod omnium postrema & non nisi frigore peracto germen emittat? An quod μαυρὸν Græcis est *nigrum*? Longè melior sententia prior. Quapropter & sapientissima arbor audit apud nonnullos, per antiphrasin, quæ minime μῶρος, sed sapiẽs sit & frugifera.

Mos, qui dicitur institutum patrium non lege, sed iudicio & opinione maiorum comprobatum, per ἀφαίρεσιν videtur à νόμος deflecti. Et certe quamquam νόμος παρὰ τὸ νέμειν *distribuendo* vel *tribuendo* dicatur, reperitur tamen pro more & consuetudine. Herodotus in Clio: αἰνέω μὲν νῦν τοῦτον νόμον, nunc equidem probo hunc morẽ. Oppianus lib. 3. οὐ γὰρ ἔστι θήρεσσι νόμος, nõ est mos feris.

Moschus. Moschi, quos lib. 4 sçuos appellat Lucanus. incolæ Moscouię, dicti videntur nõnullis à casis ligneis, vt scribit Apollonius in carmine Argonautico, quæ vernacula eorum linguæ olim μόσσυνοι dicebantur, quamquam alij μοσύνας scribant. Orpheus etiam ipsos Moschos μοσσύνους vocat, Apollonius μοσσυνοίκους, id est turricolas. Rursus alij, quod pariter haud quaquam est improbandum, deriuari volunt a Mesech, quasi dicas *hominem extendentem arcum*. Attribuunt enim Scriptores illis crudelitatem, & morum feritatem. Inque ea sentẽtia versari video Mõtanũ in apparatu biblico. Etsi Vadianus scribat, Moscouitas corrupta voce dictos, quos veteres *Hamaxobitas* dixere. Terra quadringentorum milliarium spatio patet, argẽti diues & valido vbique præsidio septa, nõ mõtosa quidẽ, at nemorũ plena, & paludosa. Moscua totius regionis metropolis duplo maior est Praga, tribus amplissimis curiis insignis, & Ducis palatio, tũ arce sita in vrbis meditullio.

Moses vnde appellationem trahat obseruari potest ex Philone Iudæo, qui de eo scribit: ὄνομα θεμένη Μωυσῆν ἐτύμως, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὕδατος αὐτὸν ἀνελέσθαι, τὸ γὰρ ὕδωρ μῶς ὀνομάζουσιν αἰγύπτιοι, nomenq; illi indidit Mosen, eo quod ex aqua eũ extraxisset. Nam Aegyptij *Mos* aquam appellant. Testantur equidem literæ sacræ cõiectum fuisse eum admodum adhuc puerum aut depositum in aquam, regij edicti metu, & in cistula diuina prouidentia seruatum, inde vero exemtum a filia Pharaonis & tandem educatum. Sunt autem alij, qui à verbo משה deducere malunt, quod attrectando attrahere significat. Legitur enim Exodi 2. *& vocauit nomen eius Mosem, quia ex aqua attraxi eum*. Aben Esdra tamen in priori etymo conuenire videtur cum Philone, translatum est ex lingua Ægyptiaca in linguam sanctam. Nomen autem eis Ægyptiacè est *Monios*.

Mulciber à mulcendo dictus Festo *Vulcanus*, quòd mulceat, hoc est, molliat ferrum Ignis enim, ex[illegible], vt latius suo loco dicetur. Egnatius de rerum natura lib. 1.

Denique Mulciber ipse ferens altissima cœli
Contigit.

Ideo & Aetnam incolere fingitur apud Virgilium, vbi fabricæ ferrariæ præest, & Ioui fulmina cudit. Plautus Amphit.
Quo ambulas tu, qui Volcanum in cornu conclusum geris.

Mulcta

Mulcta, vt M. Varro lib. 1. quæstionum epistol, scriptum reliquit, Oscum vocabulum est, pœnamque pecuniariam significat. Differt à pœna, quod ea qualibet sit coercitio, mulcta verò pecuniæ solius, quodque pœna à quolibet iudice possit infligi, cui criminis exsecutio sit demandata, mulcta tantùm ab ordinariis & iis qui sedēt pro tribunali. Mulcta etiam nō irrogat infamiam, quemadmodum pœna quandoque.

Mulctrum, quod in eo mulgeatur lac, *secundum Isidorum.*

Mulier iuxta Grāmaticos à mollitie est appellata. * Gr. γυνὴ, quasi γονὴ, pariens, si Platoni credimus. Et certè primæ mulieri alias omnes repræsentanti dictum est, *In dolore paries.* Hebr. אשה *Isscha*, Vira, nēpe à viro (Adamo) desumta, viro adiumentum futura, & quæ animū minimè mollem, sed virilem in familia regēda exerceret. Quod etiā mulier data sit viro vt ex ea prolem suscipiat. dicitur נקבה *Nekeba*, à verbo *Nakab*, excauauit. In vtero enim mulier, veluti in loco concauo, qui deinde aperitur, proles latet ad tempus constitutum: & inde in lucem exit. Quondam mulieribus vsum vini interdictum fuisse Romæ, ne in dedecus aliquod prolaberentur, quia proximus à Libero patre ad Venerem est gradus, docet Valerius Maximus *libr. 2. cap. 1.* Itaque Egnatii vxorem interfectam a marito quòd vinum bibisset è dolio, cædisque illum absolutum legimus apud Plinium. In 12. Tab. de eisdem exstat huiuscemodi lex: *Mulieres genas ne radunto, neue lessum funeris ergo habento.* Omnium verò rerum, spei præcipue frugū aduersabatur, mulieres per itinera ambulātes torquere fusos, aut omnino detectos ferre, *vt refert Plinius libr. 18. cap. 2.* Mul a de earum impudentia, lasciuia, impudicitia, improbitate, garrulitate, audacia, sumptu, superbia, legas apud Philosophos, Poetas, & alios mulierum osores, quæ tamen vitia in viros non minus cadunt. Velim his opponi exempla virtutum, quæ in fœmineo genere exstant quamplurima, tum de laudibus earum quas legimus apud eruditos, gnomas siue sententias imo viuas eicones, vt his edoceantur, quonam demētiæ progressi sint in exaggerandis imbecilli generis erroribus, seque ipsos intueantur potius, nec indiuiduorum peccata transferant in totum genus sine discrimine amplius aut vllo iudicio sano. A muliere porro mulierositas est dicta, cupiditas scilicet voluptatis fœmineę quam Græci, vt auctor est Cicero in Tuscul. vocant φιλογυνείαν. Varro etiam in γνῶθι σεαυτὸν mulierauit dixit pro *effœminauit*, ἀρχαϊκῶς.

Mulsum Græcè οἰνόμελι, quippe quod potio sit constans ex melle & vino, à *mulcendo*, id est, *molliendo* est appellata, vt & *aqua mulsa* ὑδρόμελι Græcis. Non solum enim recreat vires, sed & stomachum mulcet. Optimum mulsum fieri solebat, *vt docet Dioscorides*, ex melle & vino austero. Commendabatur & illud, quod ex Massico vino & Attico melle fiebat, sicuti Martialis affirmat, cùm ita canit:

Tā bene rara suo miscentur cinnama nardo,
Massica Theseis tam bene vina fauis.

Quo mirari iam queas, quid Vlpianus scribat vini appellatione mulsum non contineri, *œnomeli* contineri, quod idem interpretatur *dulcissimum vinum*. Antiqui in conuiuiis primam sitim mulso sedabant, quod ipsum principio cœnæ vel confectum apponi solebat, vel eius loco separatum vinum & mel, vt quilibet conuiua id pro arbitrio temperans mulsum sibi conficeret, id quod haud duxi prætermittendum. Antecœnā quoque nominabant *promulsidem*, quod ante mulsum exhiberetur.

Mundus, quem Aristoteles definit σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων, vnde & veteres τὸ πᾶν nominarunt, id est, *vniuersum*, imò sub Panis Dei symbolo, qui capripes e-

iat, intellexerant, humana leuitate & mollitie superius tranquillum & defæcatum in æthera, inferius hispida & hirta eius parte terram significante. ex Augustodunensis Honorii mente, quasi vndique motus nomen suum adeptus. Nō probo. Nam cur à munditie & ornatu non potius cum Varrone & Plinio deducas; cùm & ideo κόσμος sit Græcis? Errant & illi qui a muniendo deducunt. Creatum autem illum à Deo, vt & solem, cũ reliquis corporibus sensit Trismegistus Mercurius post Trismegistum Plato, qui & corruptibilem sensit, potestate tamen opificis haudquaquam interiturum, id quod extrema parte cum sacrarum literarum auctoritate pugnat. Pugnat cum eisdem tum Aristoteles æternum eum censens, tum Simplicius interpres, qui Mosaicam Theologiam de Luce & Sole creato non intellexit potius, quàm contemsit. Sed Aristotelis rationes de motus æternitate doctissimè refutauit Ioannes Philoponus. Melanchthon, & alii, ad quos Lectorem remitto.

Murcia desidiæ Dea existimata, quòd redderet hominem *murcidum*, id est; nimis desidiosum. Huius sacellum fuit sub monte Auentino, qui antea *Murcus* est dictus.

Murex, alio nomine buccinum videtur Petro Bellonio Cenomano *de aquatilibus lib. 2.* prodiisse à Græco nomine κήρυξ, κ litera mutata in *m*, η vero in *u*, & υ in *e*. *Buccinum*, inquam, *nominant alii, vel quod buccis admotum sonos musicos edat, vel quod buccas inflare tibicines cogat.* Concha enim eius antiquis tibicinibus fuit idonea, deque eadem Ouidius:

Caua buccina sumitur illi
Tortilis, in latum quæ turbine surgit ab imo.

Muria, salsamentorum aqua, à mari nomen habere creditur.

Murmur, obscurus sonitus turbæ populi aut syluæ, vnde & irrepsit fictitium nomen. Virgil. *Georg. 1.* dicit, *idcirco freta ponti agitata tumescere altis montibus audiri fragorem, resonantia litora longe misceri, & nemorum increbrescere murmur.*

Murus erat olim, qui muniendi gratia manu struebatur, & quo sepiebant oppidum, *ait Varro 4. de ling. Lat.* vt facilè videas à muniendo deductum. Paulatim tractum id nomen per metaphoram ad exercitus instructionem. Quare nō malè accommodari huc potest illud Lucani: *Parthoque sequenti Murus erit, quodcũque potest obstare sagittæ.* Pro muris vrbiũ passim vsurpant boni auctores coronam, quòd muri sint instar coronæ. Hinc Anacreon: Νῦν δ' ἀπὸ μὲν πόλεως στέφανος ὄλωλεν.

Musæ, quæ nouem sunt numero, & quibus Herodotus suos libros inscripsit, dictæ sunt iuxta Phurnutum ἀπὸ τῆς μώσεως inquisitione: Alii ἀπὸ τοῦ μυεῖν deriuant, quod quidem verbum *initiare* vel *honesta disciplina instituere* significat, atque horum in numero etiam Eusebius est. Religionem enim eas hominibus mōstrasse Orpheus & Proclus in hymnis tradiderũt. Eustathius initio Iliad. deducit παρὰ τὸ μῶ τὸ ζητῶ. Ioannes Tzetzes in Hesiodum scribit hoc modo: καὶ περὶ μὲν τῶν λοιπῶν μουσῶν, ὥσπερ φασιν, ἴσθι γυναῖκας ταύτας εὑρετικὰς γενέσθαι τεχνῶν, καὶ βιωφελεστάτων τινῶν: καὶ διὰ τοῦτο μούσας κληθῆναι ἀπὸ τῆς ὡς ἀληθῶς μούσης, τῆς γνώσεως. Et paulò post: μοῦσα μέν ἐστιν ἡ διὰ παιδεύσεως γνῶσις, οὐχ ἡ αὐτοφυὴς καὶ ἀδίδακτος φρόνησις. Rursus Orpheus in hymnis dictas vult μούσας, quasi μελούσας, vt nihil sint, nisi μέλος ἁρμονικὸν, alii quasi ὁμοιούσας, quod omnes disciplinæ vno teneantur nexu, atque ita fiat ἐγκυκλοπαιδεία. Sunt & quidam, qui trahunt hoc nomen ἀπὸ τοῦ μέμαα, τὸ προθυμοῦμαι καὶ ἐφίεμαι ζητητικὴ γὰρ ἡ μοῦσα καὶ ἡ γνῶσις, καὶ ἀπὸ τῆς ζητήσεως, καὶ προθυμίας γίνεται. * Hîc addamus nobiliss. *Scaligeri* Sententiam, *lib. 1.* poetic. *cap. 2.* Nullũ sane momentũ vocis est, inquit, quod non habeat qualitatis nodum & quātitatis. Est in eo sita qualitas, quòd acutum & grauem sonum

num appellamus. Est in temporis tractu quantitas: Tempus, mẽsura motus. Vox autem, aer motus. Infans quoque prius canit, quã loquatur. videmus enim plerosq; haud aliter somnum captare. Postea quum maiore spiritu res nouas veteribus inuentis addidissent: illi, qui hac gloria inferiores numerose meditarentur simplices narrationes, versificatores tantùm dicti sunt: hi autẽ Poetæ quare soli sibi musarum tutelam vindicant atque patrocinium, quarum spiritu quæ alios lateant, ab ipsis inueniãtur. Nam musæ παρὰ τὸ μαιῶσθαι a Platone deductæ sunt: quibus scilicet inuentio attribuatur. Alii ἀπὸ τοῦ μυεῖσθαι. vnde Mystæ & Mysteria: quo verbo iudicium designetur. Arcana enim selecta sunt: electio autem ab iudicio, nempe omnia quæ in opere posita sunt, ab intellectione, aut ab inuentione, aut ab iudicio proficiscuntur.] Sed de numero Musarum lis est. Ex eorum enim numero, qui tantum tres prodiderunt, *Cephionα, Apollonida, & Eurysthenida*, fuit Eumilus Corinthius, qui etiam fabulatus est Apollinis fuisse filias. Aratus *5. de astris* quatuor enumerat, *Argẽ, Meleteam, Thelyonem, Acten*. Qui quinque numerant, nomina indiderunt à quinque sẽsibus. Epicharmus in nuptiis Hebes septem posuit, quarum nomina sint, *Nilus, Tritone, Asopus, Heptoporta, Achelois, Titoplus, & Rhodia*. In Hesiodi Theogonia sunt nouẽ, vbi Tzetzes: καὶ ἐννέα μὲν εἶναι μυθεύονται, ὡς τρὶς τρεῖς. κατὰ γὰρ πολλάκις πολλαὶ, ὁ γὰρ τρὶς ἀριθμὸς, πλήθους ἀρχή. κἂν γὰρ ἡ καθόλου γνῶσις μονοειδής ἐστι, καὶ ἁπλῆ, ἀλλ᾽ οὖν ταῖς κατὰ μέρος περιγνωστέεσί τε καὶ ἐφευρέσεσιν ὡς ἄπειρον παρεκ... ἐστι. αἱ γὰρ ἐν ἀνθρώποις γνώσεις, ἀμυδραί τε καὶ μετρικώτεραι καὶ ὄχεια παρὰ τῷ θ..., ἐν ... καὶ ὁλόκληρος. γεννῶνται δὲ καὶ παρ᾽ ἡμῖν αὗται γνώσεις αἱ μοῦσαι ἐν τῇ πιερία ... τοῦ διος, κατοῦν τοῦ νοὸς οἰκητηρίῳ τῷ περὶ τὴν κεφαλὴν ἡμῶν τόπῳ ἔνθα τὰ πίονα, καὶ πιμελῆ, καὶ ἀγχινοῦ φαντα ῥέουσι, τοῦ δ᾽ ὃς ἐννέα ἡμέρας μιαγὲν τῇ μνημοσύνῃ, τουτέστι τοῦ νοὸς πολλάκις ἀναπολήσαντος καὶ μνημονεύσαντος, ἃ ἀνέγνωκε. γεννηθεῖσαι δ᾽ αἱ γνώσεις ἐν τῇ τοιαύτῃ πιερίᾳ, οὐκ ἐν τῷ ὄρει χορεύουσιν ἐν τῷ ἑλικῶνι τὸν αὐτῶν πατέρα δία, τουτέστιν ἐγγραφεῖσαι ταῖς βίβλοις ἐλιασσονται καὶ περιφέρονται πανταχοῦ, δίκην χορείας κηρύττουσαι τὸν αὐτὰς γεννησάμενον νοῦν. Idem auctor paulò ante etiam παρὰ τὸ μῶ τὸ ζητῶ cum Eustathio deriuauit nomen. Musarum enim αἱ πάντα ζητοῦσαι καὶ ἀνευρίσκουσαι τῇ ἑαυτῶν ἀγχινοίᾳ. Harum autem nouem Musarum feruntur toni tres, ἁδρὸς, μέσος, ἰσχνὸς, *plenus, medius, tenuis*, vt & totidem accẽtus, *acutus, grauis, circumflexus*, & tempora tria, *præsens, præteritum, & futurum*. Nec desunt, qui nouenarium numerum pro pluralitate positum contendant, eo argumento, quòd scientiæ plurimæ sint, non nouem tantùm, at vnicuique sciẽtiæ suam præsidem esse oporteat Musã. Sic Nicander de Scorpii cauda σφονδύλοις ἐννεάδεσμος dixit, *quasi nouem spondylis esset compacta*, quæ tantum septem nodis est insignis. Quin idem ἐννεάκεντρον dixit de eo, qui duos tantum haberet aculeos, *vt obseruauit Apollodorus*. Ita apud Maronem nonies Styx interfusa, & porrectum nouem per iugera corpus. Item ἐνναγήρα κορώνη, nõ quòd nouem ætates viuat, sed sit longæua, *vt Theon in Arati carmine obseruat*, & apud Alcæũ Hydra ἐννεακέφαλος, quæ πεντηκοντακέφαλος est apud Simonidẽ, quem imitatus est Maro. Nouenarius certe numerus ex iis est, qui multa significãt, sicut & quinquagenarius, *vt & ex eo Maronis liquet*: Quinquaginta intus famulæ. Quo etiam haud malè referas, quod Hesiodus scribit, nouem noctes Iouem iacuisse cum Mnemosyne, vnde *prolem Musarum* susceperit. Vnde enim memorabile doctrinæ testimonium, partusque ingenii, nisi ex memoria? Quapropter scitè & eleganter nonnulli ex nouem literis μνημοσύνη conflatam, atq; has totidẽ Musas, quippe sobolẽ eius, significare tra-

diderunt. At nomina earum quoque referenda videntur mihi subiecta earum origine. Clio itaque ἀπὸ τοῦ κλεῖειν laudando, scil. & celebrando nomē inuenit. Euterpe ab εὖ & τέρπειν bene delectando, Thalia ἀπὸ τοῦ θάλλειν, quod eruditorū laus in multū tēpus virescat; Melpomene ἀπὸ τοῦ μέλπεσθαι *canendo*, Terpsichore ἀπὸ τοῦ τέρπειν τοὺς χόρους, quòd *delectet choros*, Erato ἀπὸ τοῦ ἐρᾶν *amando*, quod docti amentur ab omnibus, Polymnia à πολὺ *multū* & ὕμνῳ *cantu*. Vrania, quòd eruditos ad cœlū tollat, quod οὐρανὸν vocant, vel quasi τὰ ἄνω ὁρῶσα, quæ scilicet superna videat ac cōtépletur. Clius inuentum esse volunt historiam, Thaliæ plantandi rationem. Vraniæ astrologiam, Calliopes poeticam, coniugalia & saltationem Euterpes, agriculturam Polymniæ, & ita deinceps, etsi Virgilius *in Epigrammatibus* paululū diuersus abeat, cum ea carmine cōplectitur, quæ à singulis Musis feruntur inuenta. Atq; hæc de nouem Musis quas (*vt ante dixi*) tres esse voluerunt nōnulli, idq; ob ternarii numeri perfectionem, alii quatuor ob totidem olim instrumētorum sonos; imò nonnulli duas, ob vitam contemplatiuam & actiuam.

* *Musæū*, vel Museū, vel Musiū vt Spartian* vocat, gymnasiū est, & Musarū locus priuatus publicúsve, à Musis dictus, vt vana Græcia credidit. At Musæ ipsæ, vnde? hîc aqua hæret. μῶσαι, μυῆσαι, μελεδῆσαι, ὁμοῦ οὖσαι, inquiunt illi. & quid non? Sed frustra. Phœnicium est verbū *Masar* מסר Hebr. Sermone tradidit. Inde Phœnicium verbum מש *Mus*, quod perscrutari & inuestigare significat, Græcorum & Latinorū Musas produxit. Nos meditari & muginari, *Muser* dicimus. Literarum studia, atq; studiorum duces eiusmodi nomina apud veteres obtinuerunt, quæ autores suos prædicant. Quòd autem appellationis origo ignota esset, simplex vetustas in deas ignotas stollidè transformauit. Sic Dei nomine luditur, quod alicuius viri nomine facere vix quisquā impunè audeat.

Musculus, bellica machina Isidoro *lib. Etymolog. 18.* Verba eius sunt: *Musculus cuniculo similis fit, quo murus perfoditur, ex quo & appellatur quasi muruſculus.* Lipsius æui præsentis decus in *Poliorceticis* legēdum putat *sub quo*, apud Isidorū. Addit *exiguum fuisse, & muris quasi facie oblongiorem, sed lignis validis structum, ne desuper perfringi posset.* Itaq; credidit dictum musculum, quod instar eius animalculi foderent sub eo terram, aut quod milites, vt mures, cauum subirent. Ideo Vegetius: *Musculos dicunt machinas minores, quibus protecti bellatores, si lutum obfuerit, ciuitatis fossatū etiam apportatis lapidibus, lignis, ac terra non solùm complent, sed etiam solidant, vt turres ambulatoriæ sine impedimento iungatur ad murum. Vocantur autem à marinis beluis musculi.* Hæc Vegetius. Quænam autem illa marina belua? μυστίκητον appellant Græci. Cùm enim Balæna non tantum sit lusciosa, sed prope cœca, est hic pisciculus præuius illi dux in vasto mari, necubi in scopulos impingat, dum leui motu & flexu caudæ vastam illam molem hac illac ducit atque reducit. Meminit eiusce rei Claudianus *libro 2.* & Plinius *libri 9. cap. 52.* Descriptionem bellicæ huius machinæ vide apud Cæsarem *lib. 2. de bello ciuili.*

Mustaceus libi genus ex musto, farina siliginea, aniso, fœniculo, adipe.

Mustela cōposita videtur Isidoro ex mure & τηλὸ, quod *longè* significat, quasi *longum* dixeris *murem*. Aues illa omnes tam altiles, quā sub tecto nidū faciētes, capitali odio prosequitur. Dimicare dicitur cū basilisco, & osseo genit[illegible] esse prædita, quod singulare strāguriæ remedium est, si rasum tritumq; detur, *vt Aristoteles in historia animalium tradit.*

Muta Dea, Alcinonis fluuij filia, vt fabulantur, quæ etiam ex linguæ vitio *Lalara* est dicta. Cùm enim Iupiter Iuturnam Nympham arderet, hæc autem Iuturnam moneret, vt sibi caueret à Ioue, indignatus Iupiter abstulit [illegible] lin

linguam, iubens, vt Mercurius eam duceret ad inferos. Atqui hic inter eundum etiam eius amore captus grauidam reddidit, tandemque peperit Lares, qui compita seruare credebantur, à quibus Compitalibus datum est nomen, quo iis in compitis hæc sacra fierent. Fabulosa omnia, non omittenda tamen, cùm in ea incidimus.

Mutia Lex, quam tulerunt L. Licinius Crassus & Q. Mutius Scæuola Pontifex Maximus, vt in suæ quisque ciuitatis ius redigeretur, cùm multi ex aliis Italiæ locis oriundi se gererent pro ciuibus Romanis. Ea lege autem adeo sunt alienati Principum animi, vt triennio post exortum fuerit Italicum bellum.

* *Mutus*, cuius lingua ligata est, vt loqui non possit אלם. *Ellem*, ab אלם *Alam*, Ligauit in manipulos, colligauit strictim. Et sæpe accipitur de forti colligatione linguæ, qua quis languidior & impotens redditur ad proferendum vllum verbum. Cognationem habet cum אמל *Amal*, languit, impotens fuit. דומה *Duma*, & דומם *Dumam*, Silentium, Sepulchrum, vbi omnia silent, à verbo דום *Dom* aut *Dum*. Per inuersionem radicalium occurrit מוד *Mud*, vnde μύδος. μίνδος. μυττὸς, μύτης, mutus, qui perpetuò tacet, nec fari potest מת *Meth* Mortuus, moriens; מות *Muth*, mors: quoniã verò mutus, sermonis respectu, veluti mortuus est inter viuentes, idcirco à verbo מות *Moth*, id est, mortuus est, deriuatus non incommodè videtur. Iudicet Lector. Alias etymologias Latini Grammatici comminiscuntur. *Mutus*, à mugiendo: nam quamuis mutus loqui non possit, prorumpit in vocem, quæ mugitus potius quàm sermo dicenda est. Vel *Mutus*, quasi minutus, quòd eo sensu minutus sit. Vel à mussando, quòd nescio quid inconditum, nempe, *Mu, mu, mu*, ferè semper proferat. Ἄφωνος, quòd sonum confusum edat, & κωφὸς, qui & surdus; quoniam & τὸ ἄλαλον consequens τοῦ κωφοῦ. Ἄλαλος item, quòd loqui non possit.

Mutuum appellatum ex eo, *teste Iustiniano*, quòd ex meo fiat tuum, inque iis consistit rebus, quæ genere suo functionem recipiunt, vt non eædem, sed aliæ eiusdem naturæ in pondere, numero, mensura, ad mutuantem reuertantur. Etymon nominis accepit Imperator à Paulo Iurisconsulto: Non placet Cuiacio coniectura Varronis, qui deflexit a Siculo verbo μοῖτον, cum potius *Siculi*, quòd Roma sint orti, hinc nomen acceperint, quàm illinc *Latini*. Existimat autem à mutatione potius habere nomen quòd mutetur hoc genere pecunia, dum par quantitas accipitur & redditur, quodque in his rebus consistat, quæ facile mutationem recipiunt. Quam eius sententiam haud quaquam reiiciendam arbitror,

Mycena vrbs Peloponnesi (*Inachias* appellat Papinius, quod sitæ fuerint iuxta Inachum fluuium, *Plethõ* πολύφηγγον iuxta Pausaniam) ἀπὸ τοῦ μύκητος, id est, *capulo gladij*, qui Perseo eo loco exciderit, nomen adeptæ. Nam & Hesychio μύκης ὁ τοῦ ξίφους λαβή. Vrbis istius incrementa & decrementa siquidem scire quis velit, Strabonem legat *Libro 1.* qui originationem trahit à μυκάομαι, quod Bos ibi locum vrbi determinans dederit mugitum, vel, (*quod alij volunt*) Bos Io ibidem stabulata sonum reddiderit formæ suæ conuenientem. Atqui missis his omnibus, quod sint fabulosa, placet nonnullis notio Hebræa, quasi composita sit dictio à מים *aquis*, & קנה *arundine* quod suffragio meo tamen confirmatum haudquaquam velim. Eustathius *Iliad. 2.* deducit à Nympha Mycena, aut à Mycone filio Sparconis.

Myrmidones, ἀπὸ τῶν μυρμήκων formicis dicti, quòd in Ægina insula incolis omnibus morbo absumptis Æacus optauerit tot sibi socios, quot erant formicæ in arbore fico, vel (*vt Ouidius*) quercu; & mox illa, exauditis à Ioue precibus, in homines esse mutatas? Quam-

quam Eratosthenes à rege Myrmidone appellatos voluerit, vt *Seruius scriptum reliquit*.

Myrrha arbuscula, caudice duro & intorto, cubitorum quinque altitudine, cui solum natale est Arabia, ab Hebraico מר *mor*, (*quod eius in ista lingua nomen*) descendit. מר autem deducitur à מרר *marar* fuit *amarus*.

Murrina potionis genus, quæ Græce dicitur nectar, *vt scribit Festus*. Mulieres vocabant eam *murriolam*, quidam *murratum* vinum, deriuato nomine ab vua nomine *murrina*. An hæc illa murrata potio, quam Ædiles per supplicationes Deorum puluinaribus addebant, quamque Tabulæ 12. cauent, ne mortuo indatur? Eandem esse existimant non pauci. Sed an artificialis? Censet Hieronymus Mercurialis, quem vide *variar. Lect. lib. 5 cap. 1.* vbi simul vinum hanc non fuisse demonstrat.

Myrtoũ mare dicitur à Myrtilo Mercurij filio nomen habere, qui in istud fertur proiectus, siue (*vt Plinius tradit, lib. 4. cap. 11.*) ab exigua insula non procul à Caristo EubϾ oppido. Sic indita sibi nomina habent maria diuersa quandoque ratione, vt *Icarium*. quod Icarus in illud deciderit, vt fabulantur, *Asiaticum* & *Phœnicium* à Prouinciis, *Carpathium*, *Ægæum*, *Cyprium*, *Balearicum* ab insulis à gentibus *Ausonium*, *Dalmaticum*, *Ligusticum* & *Thuscum*: ab oppidis *Adriaticũ Argolicum*, *Tyrium*, *Corinthium*: à memoria regis *Ionium*, à fabuloso bouis transitu *Bosphorus*, ab incolarum moribus *Pontus Euxinus*, antea *Axenus* dictus: ab ordine denique fluenti *Propontis*.

Myrtetum locus consitus myrtis, sicut *rosetum*, *buxetum*, *quercetum*, *coryletum*, loca einsmodi arboribus consita. Veneri consecrata est Myrtus, dictaq; ea propterea *Myrtea*, *Murtia*, Plinio atq; Plutarcho testibus. Candet illa b[illegible] bus multis insuper mulierum necessitatibus accommodata, inque Paridis Iudicio astitisse eam myrtea corona ornatam. Nec apud Maronem incassum legas.

Quos durus amor crudeli tabe peredit
Secreti celant valles, & myrtea circum
Sylua tegit.

Imò pudēdi mulieris significatum eam habere volūt, sicut perforata folia apud Trœzenios vulnerum amoris tristitiæq; qua vt plurimùm ex desiderio conficiũtur amantes. Per eandem porro designari potest oratio, quod, *teste Gellio*, Imperatores myrtea vterentur corona, cum vrbem intrarent, eo quod incruenta obtigisset victoria: Cui felicitati aptam esse Veneris frondem crediderunt, quod non *Martius*, sed quasi *Venereus* ouantiũ triumphus foret. Coronam hanc myrteam aspernatus est insolenter M. Crassus fugitiuorum bello, cùm ouans rediret. Quamquam Papirius ea vti non recusauit, cum Sardos in campis myrteis superasset, *vt meminit Festus*. Ferunt Romanos Sabinosque, cum propter raptas virgines dimicare voluissent, myrto, armis interim depositis, pacem firmasse, eoque adeo in loco, qui postea habuit Veneris Cluacinæ signa. Cluere enim antiquitus erat pugnare, *teste Plinio*, qui ideo dicit electam tum temporis myrtum, quod coniunctioni & myrto præesset Venus. Notandum porro arboris huius ramum non solum inferri sacris Bonæ Deæ, quod ea maxima puritate peragerent, aut peragenda censerent. Itaque myrtum non solum vt Veneri sacram, sed omne etiam ger[illegible] [illegible] ædibus e[illegible]terminabant. Sol[illegible]bant & Poëtæ, qui amatoria scribebant, ea coronari. Frigoris impatiens arbor & [illegible] ra amans. Vlcera nata in mēbris extremis sanat seminis eius dec[illegible]ctum & o[illegible]ulorum i[illegible]flammationes [illegible] illi [illegible] cum polline, *aut D[illegible]* Græ[illegible]is dicitur μυρσίνη, Hebræis הדס, Arabibus *A[illegible]*.

M[illegible] [illegible] vrbs & re[illegible]onis A[illegible]æ, quæ oli[illegible] & [illegible] est dict[illegible] *Pli[illegible]* [illegible]

Mes, vt *scribit in apparatu suo Montanus,* primum hoc nomen creditur adepta παρὰ τὸ μυσιᾶς, quod *respirare*, aliquibus *satiare* significat. In maiorem & minorem distinguit Ptolemæus. Incolæ sunt Mysi, quos καπνοβάτας nominauit Posidonius. Strabo tradit *libro* 7. Olympienos dici ab Herodoto, scilicet à monte Olympo. Hi olim venisse leguntur in tantum contemptum apud omnes, vt quoties nullius pretij hominem significare vellent, cum dicerent vltimum Mysorum.

Mysterium, μυστήριον, Græcis Latinisq; vox vsitata, & rem significans, sub qua latet aliquid arcani, quæ etiam paucis communicanda sit, vel quam efferre sit nefas: Vnde Paulus *Ephes. 1.* γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ, nomen habet παρὰ τὸ μύειν, quod est docere, aut honesta aliqua disciplina imbuere, vel ὅτι δεῖ μύσαντας τηρεῖν ἔνδον, *quod occludere oporteat intus*, vel ἀπὸ τοῦ μύειν τὸ στόμα, *ab obsignando ore* vt vult commentator *in Ran. Aristophanis*, vel denique à סתר גסתר *absconditi*: Hinc נסתר *absconditus est*, & verbale מסתר *absconsio*, nempe in qua retrusum & absconditum, quid latet. A qua quidem origine nonnulli etiam trahunt nomen Saturni, *vt suo dicetur loco*. Quod nonnulli sumptum mutuo hanc vocem putant à 70. qui vt plurimum reddunt hac voce nomen סוד, alienum à vero existimauerim. Vsus enim ea est Cicero, tum Plutarchus, Aristophanes in Ranis, & Apuleius. Latinus bibliorum interpres vertit plerumque Sacramentum, *Ephesior. 5. Colossens. 1.* & *1. Timoth. 3.* forte, quod Græci Theologi nonnunquam μυστήρια dixerint ea, quæ Latinis dicuntur *Sacramenta*, cum tamen sæpe res arcana & tantum cognita initiatis hoc nomine significetur. Quin imo Antichristi occulta origo & incrementum notatur hoc vocabulo à Paulo *2. T[illegible]* 2. & Babylonicæ meretricis mysterium dicitur *Apocalyps. 17.* Rem istam ergo acutius venticulandam Theologis relinquo.

* *Mythologia*, μυθολογία, à quibusdam ambulatio, id est, fabulæ explicatio, dicitur. Mythologiæ etiam sunt sermones fabulosi, & a variis ingeniis confictï, vt sibi alijsque illudant. Heb בדא *Bada*, fabulas confinxit. Inde Galli *badiner*, μυθολόγος fabulator. בטא *beta*, effutiit temere, quod nugigerulis accidit. Hinc Græci pro ב vsurpat, literam eiusdem instrumenti, & dicunt, μυθεύω, fingo; μυθέω, fabulor, conficta loquor, μῦθος fabula, μυθώδης fabulosus, μυθολογέω fabulas propono.

N

Naaman Syrus qui profectus fuisse legitur ad Elisæum Prophetam, vt mundaletur à lepra, & iucundum significans, nomen habet à נעם *iucundum fuit*.

Nabathea regio Arabiæ, & Syriæ conterminata ναβαταία Dionysio ναβαθηνη Stephano, cuius incolas ἀχαρηνοὺς vocatos scribit Eustathius. nomen habet a נבה *vaticinatus est*, quod Arabes olim fuerint insignes Astrologi. Dicitur & alio nomine *Petræa* ab eius metropoli Petra. Sita est ad auroram vel orientem iuxta illud Poetę *[illegible] Nabathæaque regna re[illegible]*. Sed tamen ne id omittam, qui nomen regionis arcessunt à Nabath, quem inter Ismaelis filios numerat Iosephus & cum vndecim fratribus suis omnem terram ab Euphrate ad mare Erythræum, vsque tenuisse scribit.

Naboth Israelita vir honestus & bonus, qui regi Achab vineam vendere noluit, ideoq; impetitus Iezabelis calumniis obrutus fuit lapidibus, *4. Reg. 1.* significat Prophetam, deducto nomine a *prædixit* נבה *futura*.

Nabuchodonosor vel *Nebucadnezar* nomen adeptus à נבה, *Dan indicauit*, צר *angustias re[illegible]*.

* *Nabuchodonosor* Græcis & Latinis, *Nebucadnesar* & *Nebucadrezar* Hebr.

Ex

Ex clariſſimo Scaligero, lib. 6. de emendatione temporum quæ ſequuntur, obſeruatu digna, hîc ſubiicimus. Omnia Aſſyria & Chaldæa nomina compoſita ſunt ex ſimplicibus: quæ quidem fere omnia ſunt deorum Babyloniorum nomina. Vt Mero, Nebo, Bel. Iſai. cap. 46. Scheſchach (Latino interpreti Seſac) nomen Deæ apud Ieremiam ca. 51. Neque enim Scheſchach Babylon eſt per modum, quem *Atbaſch*, ineptiſſimi Rabini vocant. (Ac ſi Propheta vt בבל *Babel* indicaret, pro literis Alphabeti Hebraici in ordine ſecundo directo, retrogradum ordinem notaſſet duplici שש & arithmericum vel grammaticum ænigma proponere voluiſſet.) Aut igitur ex duobus componuntur, & *Nebo-Naſſar*, vel *Nebu-leſſar*, quod & ipſum ex tribus compoſitum dicitur, *Nebo-pul-letzar*, Ναβοπολάσαρος Euſebio & Ptolemæo: & *Nebu-cad-netſar*, Ναβουχοδονόσορος Beroſo, & *Nebu-cad-retſar* Ieremiæ. Vides etiam literas inter ſe commutare, *Letzar*, *Retzar*, *Netzar*. Sic Nabu & Labu: vt qui Labunitus vocatur Herodoto, is ſit Nabunidus Beroſo. Hæc omnia nomina ſimplicia ferè ſunt Deorum propria. Sic *Bel* & *Belti* ſunt nomina deorum vtriuſque ſexus. Megaſthenes: ὅτι Βῆλος ἐμὸς πρόγονος, ὅυτε βασίλεια Βῆλτις. Tamen apud Danielem Βῆλτις eſt Deus non Dea, cap. 4. *Daniel, cuius nomen Belti-ſchatzar, iuxta nomen Dei mei.*

Naca dictus eſt fullo, quaſi *nauci homo*, qua dictione vſus eſt Perſius, cum inquit: *Non pudet ad morem diſcincti viuere Naccæ?* Gallicè homo nauci, *naquet* dicitur.

Nænia, lugubre carmen, quod, *vel ipſo Pompeio teſte*, in funere laudãdi gratia ad tibiam cani ſolebat, originem trahit à dictione νήατον, quæ vltimum & poſtremum ſignificat, vel quòd voci ſimilior flentium querimonia ſit, vel quòd νήτη chorcarum vltima, & una acutiſſimi ſit ſoni. Nænia quoque funerum Dea, meminitque eius ex Varrone Auguſtinus, cuius ſacellum extra vrbem fuiſſe non longe à Viminali porta, tradunt auctores. Næniam verò canere, inſtitutũ dicitur primùm à Simonide Lyrico Poëta. Vnde *næniam Ceam* dixit Horatius *in carminibus* ab inſula, in qua natus fuit Simonides, & Catullus, *Lachrymas Simonideas*. Sed auſpicari querulum illud & inconditum carmen ſolebat *mulier Præfica* dicta, maximè in iis funeribus, in quibus deſiderabãtur propinqui. Egregiè Scaliger ex Plauti Trucul. locum profert conuenientem etymis feſti. *Næniam dixit pro ſupremum dixit vale, & abire iuſſit.* Idem ſecundum etymon magis probare videtur, quod proximè accedat ad vocem Hebræam נהי *nehi* lamentum, à qua voce non abludit τὸ νύννιον *Heſych.*

Naiades fontium Nymphæ nomen ſuum acceptum ferunt, à τῷ νάειν, quod eſt *fluere*, vnde & πηγαῖαι & κρηναῖαι ſunt dictæ. Homero etiam ſunt κοῦραι διός. Porphyrius, ἀπὸ τῶ ναμάτων, id eſt, *aquis & fontibus* nomen arceſſit, quod veteres exiſtimarent animas aſſidere aquis diuinitus afflatis, vt *inquit Numenius.* Neſcio itaque quid venerit Iſidoro in mentem, quod eas campis præfecerit.

Nanus, homo paruæ ſtaturæ, alio nomine *pumilio*, Græcis eſt νανος, vel νάννος. Suidæ tales ſunt οἱ κολοβοὶ, τῶν ἀνθρώπων.

Napææ, Nymphæ, quæ ſaltus & ſyluas credebuntur incolere, nomẽ trahũt, ἀπὸ τῶν νάπων, id eſt, *locis, quæ ſunt conſita arboribus, vbi flores optime prouenin t.* Quapropter eædem herbarum & florum Deæ ſunt dictæ. Faciles ea vocat Virgilius, hoc eſt, συγγνωμονικάς.

Narbonenſis Prouincia Galliæ, olim dicta *Braccata*, *teſte Plinio*, καὶ Κελτογαλλατία Ναρβωνησία Ptolemæo, hodie *Languedoc*, nomen accepit à Narbone olim nobiliſſimo Galliæ Braccatæ emporio, *teſte Strabone lib. 4.* iam verò tutiſſimo aduerſus Hiſpanos propugnaculo. Eius incolas

incolas nominat Lycophron Bebryces, *vt refert Tzetzes ex Cocciano.*

Narcissus flos dictus videtur peritioribus non à fabuloso adolescente, cuius in metamorphoseωn libris meminit Ouidius, sed *ἀπὸ τῆς νάρκης* torpore, quod odor eius mirum in modum aggrauat caput. Plane cum his nostris facit Plinius, *libro 21.cap. 9* Graueolentiam eius, exprimit etiam Dioscorides his verbis: *Probatissimus nascitur in montibus suaui odore: Cæteri porrum imitantur, atque herbaceum vim olent.* Plinius refert duo eius genera, atque addit inimicum esse neruis. Atqui *νάρκη* vel *νάρκημα*, talem quoque neruorum seu membrorũ torporem significat. Ab aliis dicitur *λείριον.*

Nathan Propheta donatum significans rectà descendit à נתן *dedit.*

Natio genus hominũ, qui non aliunde venerunt, sed ibi nati sunt, *ait Festus.* Vt latius eius significatio pateat, quàm gentis. Quid, quòd bonus quoque fœturæ prouentus in pecoribus, bona dicatur natio, *eodem teste.*

Natura mater rerum omnium, vt *in Georg. ait Seruius*, quòd ex ea nascantur omnia, est appellata, teste vel ipso Thoma Aquinate præter infinitos alios, sicut *παρὰ τὸ φύειν, ἡ φύσις.* Nominis huius significatio multiplex. Doctissimi quique definiunt esse causam primam, quæ nos efformauit & conseruat, perpetuò insidens operi suo, & omnes facultates conciiat ad actiones auctor earum existens. Nonnulli Medici dicunt esse calorem parti innatum, influente spiritu à partibus solidis perfusum; à quo ad energiam vocetur. Aliquando (*vt ex Seneca apparet*) naturæ nomine Deus ipse vniuersi architectus intelligitur, nonnunquam instrumentum quoddã istius Demiurgi, quo omnia scitè summóque consilio & prudentia εἰς τὸ εἶναι producit, fouet atque adeo vegetat. Ac non nascitur Deus, sed nascendi potius legem rebus vniuersis impertiuit. Quò maxima dementia sit Deum naturæ auctorem & dominum subiicere naturæ. Quid, quòd aliqui grauiore errore Deũ ipsum dixerint esse naturam, vt modò memini, vt videre est apud Lactantium; modò non ita accipias, vt est declaratum paulò ante, quod legem nascendi rebus omnibus præscripserit & impertiuerit. Apud Philosophum per naturam intelligitur *principiũ motus eius, in quo est*: Idẽ *ordo & connexio causarum cum effectibus in mundo.* Qua ratione docet nos diuinus Hippocrates esse naturam ordinariam Dei potestatem. Ait enim *libro de aere & aquis*: Οὐδὲν ἄνευ φύσεως γίνεται, ἅπαντα καὶ πάρη θεῖα. Et *1. de ratione victus*: φύσιν πάντες θεοὶ διεκόσμησαν. Atqui de ea satis.

* *Naturæ* consideratio quum sit maximi momenti, superioribus sequentia subiicere visũ est. φύσιν, ἀπὸ τοῦ φύεσθαι, i. plantare, producere, gignere, creare, ortum dare, deduxit Aristoteles: sicut *Naturam* à nascendo Latini deriuarunt. Ita multi Deum vocãt *Naturam* actiuè: quòd ipse omnia nasci faciat, & omnis creatæ naturę sit autor. duplicem enim Naturam esse dixerunt Philosophi: vnam factam; alteram non factam, imò rerum omniũ effectricẽ, quæ est Deus. Quo sanè modo Plato Deũ appellat φύσιν δημιουργόν: & Plinius passiuè Naturam, opificẽ rerũ vocat; Deum scilicet intelligens. Hanc distinctionem sequitur etiam D. Augustinus, Tom. 7. de anima & eius origine, lib. 2. cap. 3. Nam ex eius verbis colligitur Naturæ nomẽ præstãtissimũ Theologum attribuisse primùm κατ' ἐξοχὴν ipsi patri, à quo filius genitus est, & Spiritus Sãctus (vt & à filio) procedit. Deinde ipsi etiam filio & Spiritui Sancto: quòd hi tres vna sint Natura, id est, Essentia. Postremò verò, rebus etiã creatis, quatenus principiũ in se habent à Deo, sui actus, suæque quietis, atq; omnium naturalium facultatum. Tria porrò significata huius vocis posuit Aristoteles 1. Nomine Naturæ significatur nonnũquã rei cuiusq; generatio, seu natiuitas.

Eo sensu, qui aliquam habẽt qualitatem ab ipsa sui conceptione, & generatione, dicuntur tales esse Natura. Ira filii iræ natura dicimur; quia tales nascimur. Ac iuxta hanc significationem, Cicero pudenda fœminę, vnde prodimus in lucẽ, & per quæ fit generatio vocat Natura. 2. Sumitur Natura pro intrinsecis Principiis cuiusque rei: tã pro materia, quam pro forma, ex quibus & constant res naturales, & cuiusq; rei fit generatio maximè verò pro forma, per quam vnumquodque est quod est: cum vnaquæque res habeat esse per formam. Hinc fit, vt cuiusque rei essentia nominẽ Naturæ significetur. Quid enim aliud est humana Natura, quam ipsa humanitas φύσις ἀνθρωπίνη idẽ quod ἀνθρωπότης. Et Natura diuina quid aliud quam ipsa Deitas essentiaque diuina? 3. Quia cuiusque rei essentia principium est & causa omnis in ea re motus, & naturaliũ qualitatum: idcirco nomine etiam Naturæ significãtur sæpenumero qualitates naturales, quibus vnaquæque res naturaliter esse dicitur. Etenim quia frigiditas & humiditas in aqua qualitates sunt propriæ & naturales ipsius aquæ, ideo dicimus aquam natura frigidam esse & humidam. Hoc etiam sensu quodammodo tribuitur nomẽ Naturæ ipsi Deo: dum dicimus Deum esse natura bonũ, clementem, misericordem, &c. dicimus quodammodo: quia nullæ sunt, si propriè loquamur, qualitates in Deo, quibus talis esse dicatur. Est enim bonus & misericors, & quicquid est denique, sua essentia. Interim tamen ad captum nostrum sese accommodans S. Theologia solita est tanquam certas & proprias qualitates hæc attribuere Deo: quia iis qualis sit illa Dei essentia declaratur. Hinc fit, vt hæc à Theologis verius proprietates, & attributa Dei, quàm qualitates appellentur. Ita etiam fit, vt iuxta hanc significationem, qua significatur qualis sit Deus? vnam tantum esse dicamus Dei Naturam, non autem multas: tametsi videantur diuersæ esse qualitates, misericordia, bonitas, sapientia & reliqua attributa. Ratio est; quia Deus vnica sua essentia est misericors, sapiẽs, potẽs, & omnia. Hebræi duobus verbis, nempe *Hara* & *Ialda* vim Naturæ in fœminis ad concipiendum & pariendũ exprimunt. Qui autem vim illam tribuit Deus, Naturæ (vt ita dicam) naturantis nomen habet, Naturam naturatam seu creatam fouet, vegetat, iuuat, & promouet pro sua benignitate.

Nauis descendit, vel ἀπὸ τοῦ νάειν, quod est *fluere*, vel à no, quod est tantũdem ac *nato*, aut denique à ναῦς, quæ Græcis significat nauem. Isidorus testatur aliquos existimare nomen inde accersere, quod gnauum quærat rectorẽ, id est, peritum, sapientem, strenuũ, qui continere & gubernare nouit propter casus & pericula marina. Vnde illud Salomonis: *Intelligẽs gubernacula possidebit.* Subdit Lydios primos (credo inter gentes) nauim fabricasse, & peruium mare vsibus humanis reddidisse. Etiamsi alij primam nauẽ haud minori errore existimẽt fuisse Argo, à qua nomen est *Argonautis*, qui ad aureum vellus rapiẽdum profecti sũt Colchos. Atqui ea in Thessalia fabricata legitur, sic dicta ab Argo inuẽtore, vel à celeritate, vt *Hyginus & Diodorus* docent. Alii credunt primum Danaum ex Ægypto in Græciam naui aduectum, cùm antea dudum nauigatũ fuisset in Erythræo mari Erythræ regis inuento, cuius rei meminit & Plinius 7. *Natur. Histor.* Sunt etiam, qui primum excogitatas naues, affirmant à Troianis & Mysis aduersus Thracas. De locis illis, vbi hæc contigerũt, intelligi possunt, quæ sunt allata. Alioqui eius rei inuentum Noæ deferendum esse apparet ex literis sacris. Fieri illam solitam primu in Nilo ex papyro, scyrpo, & arundine, testatur idem Plinius *lib. 7. cap. 51.* Quidquod proditum sit a Solino, Diodoro, Mela, & aliis, inueniri in India tantæ proceritatis arundines, vt ex singulis internodiis

ternodiis nauiculæ fiant, quæ alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Quantum ad partes nauis, pars infima eius dicitur carina à facili cursu, quasi *currina*: *Statumina*, quæ latera nauis suppingunt, ligna videlicet arrectoria in aluo interiore, à stando: *Prora*, pars anterior, quasi cuius sit reliquam nauẽ præire, nomen adepta, *Rostra*, quibus intelligitur pars nauis in prora exporrectior, à rostris auium, ad quorum similitudinem fiebant, sunt nominata. *Puppis* nauis pars posterior. *Acroteria* Plutei nauales vel tigna comparata ad proræ ornatum: *Oculus*, locus ille, cui nomen nauis inscribebatur. *Fori* autem spatia illa, quæ iter nauem perambulantibus præbent, à ferendo onere sunt appellati. *Sentina* pars inferior, quod ibi teter odor sentiatur defluentibus eò sordibus. *Antlia* machina haustoria *ἀπὸ τοῦ ἀντλᾶν*, id est, hauriẽdo. *Malus* arbor nauis, quod instar mali se habeat in summitate. *Remi*, qui & palmæ dicuntur Poeris, quod veluti in palmam desinant *ἀπὸ τ̃ ῥᾶν*, vel à remouendis ac discutiẽdis fluctibus sunt appellati, vt *tonsæ* a tõdendo. *Bolis*, linea cum massa plumbea, qua exploratur fundus & altitudo maris, *παρὰ τὸ βάλλειν*, id est, *iaciendo*, nacta est nomen. *Ancora*, quasi *ἀγκύλη* à sua incuruitate. *Velum* ad celeritatem nauiũ repertum, quasi ala est nauis. *Aplustria*, nauium ornamenta, quæ quia erant amplius, quam essent necessaria, *amplustria* quoque sunt nominata. Multa & varia earum genera apud auctores, *vt apud Agellium libro 10. cap. 25* quarum quędam maxime vsitata subiiciam. Quãdo *Hippagines* fuerunt, quæ agebantur, *ἀπὸ τῶν ἵππων*, *Celoces* à celeritate nomen habuerint, vt & *Oxia*, & ab agendo *Actuariæ*. *Pontones* Gallici nauigii genus nominarunt, quod in omnibus traiiciendis vice pontium fuerint. *Paro*, nauigium pyratarum, & ex his ita vocatum, *vt meminit Isidorus*. Eidem *μυοπάρω* minor est paro, in quo fallitur vir diligens, cum Græce dicatur *μυοπάρων*, nõ *μειοπάρων*. Naues ad bellum paratæ *galeam*, pro insigni habebant: ad celeritatem, *Mercurij* petasum: *Pacificatoriæ* caduceum. *Nauis* quoque vocabulum Græcum naumachiæ, id est, nauali prælio originem dedit, quod ante primum bellum Punicũ non commiserunt Romani. Tum enim coacti fuerunt comparare classem, & belli naualis periculum facere, cùm plurimùm mari valerent Carthaginenses. Instituta fuit & naumachia in ludis Circensibus, cùm nauale certamen repræsentabatur in mari, fluuio aliquo, stagno aut lacu. Si quis in naumachia primus omnium vi armata transiliisset in hostium nauem, is nauali corona propterea donabatur. Quod si deuictis hostibus omnino feliciter res esset gesta, concedi solebat triumphus naualis, quem primus omnium egit C. Duilius. Anno vrbis 593. *teste Valerio lib. 3. cap. 6.* Sed nec illud silendum in nauali prælio signum pugnæ dari solitum, vexillo ex prætoria naui in sublimi elato. Nonnunquam concussu veli aut chlamydis designabatur aduentus, excussu discessus, sicut noctu lumen, de die fumus insidias aduentumque hostium & occulta consilia indicabat. Naualia porrò dicuntur loca, in quibus naues & remi, nauticaque instrumenta fiunt, & vbi naues senescentes iamque multis itineribus confectæ reponuntur & requiescere dicuntur. Vnde Naso:

In caua ducuntur quassæ naualia puppes.

Naupegus Græcolatina dictio, nec tantùm Nicolai olim Rectoris Groningani & Medici cognomen, sed etiam vsurpatum à Firmico *lib. 4.* componitur, *ἐκ τῆς ναὸς* naui, cuius rectus est *ναῦς*, & *πήγνυμι* compingo. Quanquam alioqui & Græci idem nomen agnoscant.

Nautij. Horum familiã scribit Festus à Troianis esse oriundam, quòd eorum princeps fuerit *Nautes*, qui Romam detulit æneum simulachrum Mineruæ, cui postea *Nautij* sacrificare sunt soliti.

Naxos insula maris Ægæi;ex Cycladibus vna apud Ptolemæum, quæ & olim *Strongile*, *Dia*, *Dionysia*, *Callipolis & Sicilia minor est dicta*, vt Plinius testatur, & apud Diodorum *Syme*, trahere dicitur appellationem ἀπὸ τοῦ νάξαι *sacrificando*, vel ἀπὸ τοῦ νάξου cognomine Bacchi, (vel quod nonnulli comminiscuntur) à Naxo Endymionis filio.

Nausea nomen omnino Græcū. Nam ναυτία καὶ ναυτιάω communiter, & ναυσία καὶ ναυσιάω Ionicè dicuntur propriè de nauigantibus correptis affectu excernendi, quæ sunt stomacho molesta, vel potius inani quodam vomendi conatu, vbi ventriculus vel copia grauatur vel qualitate mordacis cuiusdam rei offenditur, & eorum excretionem natura molitur.

Nazareth ciuitatis appellatio originem habere videtur à voce Hebræa נצר quæ *germen* vel *surculum* significat. Sita quippe erat in loco floribus & arboribus consito: vel potius quia surculus Isai *Esaiæ 9.* & germen Domini, *Ieremiæ 23, Ezech. 34.* verbum, *inquam*, incarnatum Dominus Iesus Christus in hoc loco est natus, qui & angelica salutatione, tum Iosephi nutritii memoria inclaruit. Hinc & Nazarenus dictus est Christus, & Christiani Nazareni per contumeliam, sicut apostata Iulianus Galilæos, nominabat, ipsumque Saluatorem Galilæum etiam in ipsa vitæ cum morte lucta, cùm iaculo ictus in pugna, & ex vulnere lethali sanguinem in cœlum eiiciens, *vicisti*. inquit, *Galilæe*. Nazaræi autem, de quibus multa in sacris literis & apud Iosephum *Antiquitat. 4. cap. 3* qui se voto aliquandiu obstringebant abstinentes à vino, sicera, carne, aliisque delitiis, qualis Samson fuisse legitur *Iudic. 13.* nomen habent à verbo נזר *separauit, amouit*, vnde נזיר, In hisce Nazaræis, & illud notandum, quòd soliti fuerint comā nutrire, vt vna cum ea virtutes augendas esse intelligerent, vel (*vt Cyrillus tradit*) vt ea ratione Deo cōsecrati ab iis disiungerentur, qui apud Ethnicos Dæmoniis, aut Oreadibus, aut fluuio alicui non solùm consecrabant comam, sed etiam offerebant.

Neapolis Campaniæ ciuitas pulcherrimo situ ad mare mediterraneum exporrecta, Stephano & aliis παρθενόπη dicta, sicut & in Epitaphio Virgilij. Græcā agnoscit originem, videlicet nouā vrbem τὴν νέαν πόλιν. Nathā Chytræus *nutricem eam* vocat *magnorum virorum, diuitē agris, iucundam loco, portu, aggere, cœlo*. Nouum campum Herculis eam ab Oppiano vocari in venationibus scribit Hacius. Ex Stephano videtur nominatam quoque fuisse quondam φάληρόν.

Neapolin nobili epigrammate illustrauit Iul. Cæs. Scaliger quod adscribimus:

Parthenope Varii statuit discrimina mūdi:
Quæ tria diuerso tempore secla dedit.
Aurea Pythagoras communis cōmoda vitæ,
Et docuit Sophiæ Gracius magna procos.
Altera succedens studiorum mollior ætas
Admisit Musas debiliore sono.
Tertia vulnifici quæsiuit præmia ferri,
Atque equitum potuit sola tenere decus.
Sic ex priuata, & serua, regina supersum.
Roma, quod es, fueram: quæ modò sum,
quod eras.

Nebo Moabitarum vrbs in tribu Ruben, item nomen idoli & Deum vaticinij designans deriuatur à נבא *vaticinatus est.*

Nebula, inquit Isidorus, ab *obnubendo*, id est, *operiendo* dicta, quòd terram operiat, siue quod nubes volans faciat. Alii descendere volunt à Græco νεφέλη.

Nebulo appellatus videbatur Aelio Stiloni, quòd non pluris esset quam nebula, aut quòd non facilè perspici possit, qualis sit, *nequam, nugator, vt est apud Festum*. Nonius scribit: *Nebulones & tenebriones dictos, qui mendaciis & astutiis suis nebulam quandam, & tenebras obiiciunt, aut quibus ad fugam fugitiuis & furta hæc erāt accommodata & vtilia.* Lucilius in Satyris nominauit *Publium Pauium lucifugum nebulonem.*

* *Nebulonē* à נבל *Nabal* Hebræo verbo deriuamus. Id significat floccifecit contumeliis affecit. Inde nomē substantiuū Nabal. homo flocci, vilis abiectus. Nebulo, inquit Festus, qui non pluris est quàm nebula, q.d. nabala. Ab eadem radice per inuersionem βλέννος βλένος, blennos, blenus, fordidus, fatuus, stultus, vilis: & Gall. *vilain*. Alia nomine Hebr. nebulonem designāt, nempe עונן *Lonan*, qui idem est ac præstigiator, hominum oculos obnubens. *hanan*, nubes, à verbo *hinnem*, Obnubilauit, præstigiis vsus est vt obnubilaret oculos adstantiū Magni equidem nebulones, qui sensibus nostris imponunt, & nebula illusionum suarum tecti quidlibet ex quolibet faciunt.

Necem deducit Festus à Græco νέκρον.

Necromātia, vel (*quod rectius*) necyomātia, Græce νεκυομαντεία, quid aliud, quā ἡ τῶν νεκύων μαντεία *vaticinium elicitum ex mortuis euocatis ex orco, idque sacrificiis sole ni ritu institutis & peractis, additis diris execrationib⁹*: Hinc sanè νεκυομάντεις sūt etiā dicti ψυχαγωγοὶ & ψυχοπομπαῖοι *animarum euocatores*, seu νεκροπόμποι, quod epitheton etiam Mercurio tributum cōstat apud Poetas, vt & Pitho ψυχαγωγοῦ sed diuersa ratione, eo quod ducat & flectat animas, dictaque propterea *Flexanima* Poëtæ. Ipsum verò mortuorum oraculum νεκυομαντεῖον est dictum. Huiuscemodi multa fuisse apud ethnicos discere licet ex veterum monumentis. Nam Homerus Cimmericum celebrat ad Auernum Campaniæ lacum. Habuit & Roma aliud iuxta ripas Tyberis. *Thesprotium* notum ex Orphæo, *Heracleum* ex Pausania Spartiacæ historia, *Lipare* tumulus inter Æolias iuxta Italiam ex Aristotele.

Nectar. Eustathius scribit *Iliad. α.* nectar & ambrosiam esse nomina τροφῆς θείας, *alimenti diuini*. Nectar quidem alimentum est humidum, vino respondēs, sic dictum à νη priuatiua particula, & κτῶ possideo, tanquam ἄκτητον, *quod nullius mortalis esset* κτῆμα, id est, *possessio*. Alij sic dictum malunt, quasi νεοκτέαρ, quòd *iuuenum veluti possessio sit*, *quod qui inde biberint, iuuenes euadant*. Mythici arcanam vbertatis vim intelligunt, quam Fauonius satis arboribusque infundit. Sunt qui etiam Nectar, quasi neocctar, ἀπὸ τοῦ νέαν ἔχειν, quòd iuuentutem contineat, appellatum existimant. Vnde & Heben iuuentutis Deam id ministrare produnt Poëtæ.

Nefrens, quasi *farre*, id est, victu & alimento indignus.

Negligens, qui in rebus suis diligens non est, nonnullis, & Isidoro, *quasi non eligens* dictus.

Nehemias, id est Dei consolatio, à נחם quod est *consolari*, nomen arcessit.

Nemæus Leo interfectus ab Hercule appellationem est nactus à sylua *Nemæa* in qua etiam in illius honorem celebrari solebant ludi seu certamina quædam ab eadem sylua Nemæa dicta, instituta que primùm ab ipso Hercule, *vt quidam censent*. Nonnulli enim referūt ad alios. Coronabantur in istis victores apio, *vel ipso Luciano teste*, qui Dialogo de Gymnasiis hæc scribit Ὀλυμπίασι μὲν στέφανος ἐκ κοτίνου, Ἰσθμοῖ δὲ ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ σελίνων πεπλεγμένος, Πυθοῖ δὲ μῆλα τῶν ἱερῶν τοῦ θεοῦ, *in Olympicis, inquiē ex oleastro, in Isthmiis e pinu, in Nemæis ex apio corona connexa, at in Pithiis mala Deo consecrata victoribus erant proposita* De omnibus vel potius quatuor certaminū generibus elegantissimum illud Archię Epigramma dignum relatu.

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν᾽ Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί.
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ᾽ ἀθανάτων.
Ζηνὸς, Λητοΐδαο, παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο.
Ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Nemæorum agones etiam Argis exhibitos singulis quadrienniis quaternos, ex veterum didicimus monumētis. Sed & armatorum hominum cursu decer-

rantium agonem in iis propositum, docet Pausanias in Corinthiacis scribens hoc modo: θύουσι δὲ ἀργεῖοι, τῷ δ' ἰ καὶ ἐν τῇ Νεμέᾳ, καὶ νεμέου Διὸς ἱερέα αἱροῦνται, καὶ δὴ καὶ δρόμου προτιθέασιν ἀγῶνα ἀνδράσιν ὡπλισμένοις νεμέων πανηγύρει τῶν χειμερινῶν.

Nemesis Noctis & Oceani filia, *vt ait Pausanias in Achaicis*, vltrix scelerum, quæque honores & præmia dignis rependit, rerum arbitra, causarum regina, imò Iustitiæ filia iuxta nonnullos, sicut & Amianus ex Orpheo notat, nomen inuenit, ἀπὸ τῆς διανεμήσεως, à *distributione*, quæ fit vnicuique. Pomponij Læti verba de ea sunt hæc: *Romani profecturi ad bellum Nemesi sacrificabant & munus gladiatorium edebant, quod non sine ratione factum arbitramur. Virgo & victrix Nemesis numen fuit, quo qui ex malefactis delinquebant puniebantur. Unde victores Nemesin non frustra inuocabāt. Romani enim semper iusta mouere arma: Cæteræ nationes odio & maleuolentia, liuoreque, quod imperium tantæ vrbis iustitia augeretur, tela in populum Romanum capiebant. Nemesis, quam plerique existimauere esse vim fortunæ, alij filiam Iustitiæ, alij vim quandam inter cœlestes discurrētem, prima rerum semina, quæ fatorum & sortium vires temperat atque emendat, rebus humanis trutinam adhibens, eque cœlo terrena dispectans, nocentes punit, bonis præmia largitur: & cum sit velocissima, quia diu non permittit impios praeesse atque grassari alata fingitur a veteribus, & eius pedibus supponitur rota, cum citissime discurrat. Sed tandem multitudine scelerum indignata, oculos iam diu a rebus humanis auertit, & cum genitrice in remotiore parte cœli, vltra terrarum regiones non reditura renascentem orbe exspectat. teste Plin. lib. 11. & 28.* vbi & templum habuit. Superborum eandem nominatam vltricem, vel ex eo prouerbio apud Suidā constat: Νέμεσις παρὰ πόδας βαίνει. Nemesis iuxta pedes graditur, quo significatur sontes celeriter puniri à Dea Nemesi, quam ἀλαζόνων τιμωρὸν vocant. Alio nomine Rhamnusia est à pago Rhamnunte, vbi templum eius celebrat Pausanias in Atticis. Ait enim: Μικρὸν δὲ ἀπὸ θαλάσσης ἄνω νεμέσεως ἐστιν ἱερὸν, ἢ θεῶν μάλιστα ἀνθρώποις ὑβρισταῖς ἐστιν ἀπαραίτητος. Itaque nō desunt, qui etiam proprium ipsius nomen ἀπὸ τοῦ νεμεσᾶσθαι quod Græcis est *indignari* deducant. Scilicet insolentibus atque superbis credita est illa *indignari spémque eorum immoderatam punire ac prohibere.* Quin & Adrastea est nominata ἀπὸ τοῦ δρασμοῦ, id est, *fuga*, & litera priuatiua, eo quòd nemo malus vindictam Dei possit effugere. Antimachus Poëta dictam voluit ab Adrasto, qui primus omnium ad fluuium Aesopum aram ipsi erexit. Verba eius sunt.

Ἔστι δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεὸς, ἣ τάδε πάντα

Πρὸς μακάρων ἔλαχεν βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος

Ἄδρηστος ποταμοῖο παραὶ ῥόον Αἰσήποιο.

Ἔνθα τετίμηταί τε καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται.

Quod Nemesin à Ioue in Cignum mutato compressam fabulatur Hyginus, relinquendum ipsi non autem huc transferendum existimo.

Nemo, idem quibusdam, quod ne homo quidem. Composita namque videtur dictio.

Nemus plane cecidit è fonte Græco παρὰ τὸ νέμειν, quado pascere significat. Græci enim inde τὸ νέμος deflectunt & definiunt τόπον σύνδενδρον καὶ νόμην ἔχοντα locum arboribus consitum & pascuum, quo vtitur Homer. Il λ. *fere in libri medio.* Atque hinc est quod sylvam amœnam definiat Festus: Falsa ergo Isidori notatio, qua id nominis à numine deflectit.

Neocæsarea νεοκαισάρεια, Cappadociæ in Ponto vrbs Ptolemæo, quam Lycus amnis præterfluit patria Gregorij Neocæsariensis, qui ob excellentiam doctrinæ τρισμέγιστος est dictus, compositionem dictionis est nacta, ex τοῦ νέος noua, & Cæsarea.

Neoptolemus Achillis ex Deidamia filius,

lius, cuius, multa mentio in Sophoclis Philoctete, alio nomine *Pyrrhus*, quid aliud, quam nouus aut iuuenis bellator in armis, Quippe νέος, iuuenis, πόλεμος. Poeticè πτόλεμος, *bellum*, & πολεμῶ *bellum gero*.

Nepenthes herba, cuius succus vino permixtus tristitiam discutit, *vt tradit Galenus*, omniumque maiorum obliuionē inducit, ab νη priuatiua & πένθος luctu nominis trahit originem quasi ἄλυπον vel ἀπενθὲς dicas. Sunt qui contēdunt esse *buglossum*, alij *Helenium* esse volunt, cui & easdem vires tribui testatur Plinius *lib.21.cap.21.* Sed priores Galenum habent sibi fauentem, qui in ipsius historia adiicit hæc ipsa verba: καὶ τοῖς οἴνοις ἐμβαλλόμενον εὐφροσύνης αἴτιον γίνεται. Subiungo etiam Homeri descriptionem ex 4 Odysseæ, vbi Helenæ mentionem facit his verbis:

Ἔνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησ' Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα.
Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον,
Νηπενθές τ', ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων,
Ὃς τὸ καταβρόξειεν ἐπὴν κρητῆρι μιγείη
Οὐκ ἂν ἐφημέριός γε βάλοι κατὰ δάκρυ παρειῶν,
Οὐδ' εἴ οἱ κατατεθναίη μήτηρ τε πατήρ τε.
Οὐδ' εἴ οἱ προπάροιθεν ἀδελφεὸν, ἢ φίλον υἱὸν.
Χαλκῷ δηιόῳεν, ὁ δ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῷτο,

quæ reddi poterunt Latinè hoc modo:

Hic iterum diuersa Helena Ioue nata reuoluens.
Pharmacon iniecit vino mox: vnde bibebant,
Expers Nepenthes luctus, mala cuncta refrænans
Vsque adeo, vt possit superesse memoria nulla
Quisquis crateri immixtū hoc asumserat ore
Non lachrymis maduere genæ huic, licet improba fata
Abripiant matremq́, patrē, licet impia ferro
Germanū gnatiue manus abrumpere vita
Fila paret, videatq́; oculis hæc omnia mœstis.

Nepos videtur deflecti posse à Græco νέπους, id est, ἄπους, *pedibus carens*, Deinde sumitur metaphoricè pro eo, qui non est *generis pes*, id est basis seu fundamentum, sed ἐμφύας τις appendix quædam, vel ἀπόγονος. Eius me sane monuit Gualterus Chabotius ad Horatium.

* *Nepotem* non sine caussa Romani prodigum, & quē Græci vocant ἄσωτον, dixerunt. Nam vt docet philosophus in 4. Nicomach. raro sunt obnoxij ei vitio qui suo sibi labore pararunt opes. sunt enim experti paupertatis incommoda: præterea, vt scribit idem, natura ita est comparatum, vt opera sua ament omnes artifices, sicut patres videmus liberos ac poetas carmina sua. Eandem ob caussam sæpe & filij, qui prioris paupertatis parentum fuere conscii, & sudoris participes, sunt frugi. at horum nepotes, qui neque sudarūt ipsi in quærendis opibus quibus abundant, neque inopiam sunt experti, proni sunt ad luxuriam, & alia asotorum vitia, quæ propterea Romani *Nepotatum* nuncuparūt, & *nepotes* qui sic viuerent. Hæc eruditiss. Casaubon. cōmentar. ad Persii satyrā 6.

Neptunus Saturni & Rheæ filius, Deus maris dictus Ciceroni, *Cæruleus* frater Ouidio, quibusdam à *nando* accersere videtur nomen, Varroni à *nubendo*, quod nubat, id est, cooperiat terras, quod etymon refert etiam Arnobius *3. aduersus gentes* Ex quo illud: *Caput obnubito.** Sed vt à verto Vertunus, a portu Portunus, sic a Νίπτω, id est, lauo, alluo, abluo. *Neptunus*, à quo etiam nitor.] Græcis dictus Ποσειδῶν, quod pedibus terram quatiat. ποῦς enim *pes* est, σείω *quatio*, & δᾶ pro γῆ *terra*. Huc pertinent illa epitheta, ἐνοσίχθων, ἐννοσίγαιος, σεισίχθων, τ. παντοφαγαῖος. Est enim Nuptunus: ἡ ἀπεργαστικὴ ἐν τῇ γῇ καὶ περὶ τὴν γῆν ὑγροῦ δύναμις, *vt scribit Phurnutus, & Marcellinus agnoscit*. Socrati apud Platonem in Cratylo appellatus eo nomine videtur, quasi ποσίδεσμος *pedibus vinculum*, quia cum mare pedibus iter instituere prohibeat, vinculum illis iniicere videtur: vel quasi πολλὰ εἰδὼν, *multa vidēs*: vel ab eo, quod

dicitur

dicitur σάειν quatere. σάων enim, id est, *quatiens* est nominatus, cui π. ac δ. fuit adiectum. Aliis deductum videtur nomen à potione, quæ Græcis est πόσις. Fulgentius nominatum eum vult, quasi ποιοῦντα εἶδος faciētem imaginem, quòd sola ex quatuor elementis aqua spectātium in se formet imagines. Ex eodem etiam fontes promanat, quòd vt hastam & clypeum, in quo erat Gorgonis caput, tribuerint Palladi, sceptrum Ioui, arcum Appolini, ita Neptuno fuscinam siue tridentem detulerint. Nempe triplex aquæ natura, liquida, fœcunda potabilis. Hinc & ὀρσοτρίαιναν & ἀγλαοτρίαιναν nominat eum Pindarus, & Amphitriten sibi habet copulatam cōiugio apud Poetas. Hippius vel ἵππιος dictus Neptunus, *auctore Pausania in Achaicis*, quòd τῆς ἱππικῆς, id est, *equitationis fuerit inuentor*. cui & Diodorus astipulatur. Quidam Salaciam eius vxorē faciunt à *salo ciendo*, id est, mari mouendo sic nominatam, *auctore Festo*. Iungebant & ipsi Veniliam, quam Augustinus ex Varrone vndam intelligit, quæ venit ad littus, Scaliger apud Varronem accessum maris siue exæstuationem interpretatur, sicut eius recessum per *Salaciam* intelligit. Haud ineptè dixeris incrementum & decrementum maris. Sed & idem Neptunus nuncupatus est cùm ταῦρος, tum μυκητὰς à mugitu. Etenim mugitus pelagi taurino non est absimilis, ideoque tauros immolabant in eius sacrificiis, atq; eos quidem nigros, vt ita pelagi colorem exhiberent. Alij tamen ταύρειον dictum malunt, quòd Neptunus taurina induebatur Galea, vel quia ita eum Bœotii vocabāt à tauri sacrificio, quod illi erat institutum iuxta illud Maronis: *Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo*. At piscatores passim ipsi thunnum sacrificasse spe raptura inuenio, vt Phaselitæ Lyciæ populi Cilabræ Heroi salsamenta offerre solebant. Sacrum ipsi quoque Delphinum fuisse apparet ex celebri Corinthiorum signo, apud quos æneus erat Neptunus, sub cuius pedibus Delphinus fontis aquam effundebat. Et in nummo Agrippæ læua Neptunus innitebatur tridenti, at dextera Delphinum exporrigebat. Templum huius Romæ cū æde extitisse scribit Victor vrbis regione nona. Antiquum Neptuni templum fuisse etiā legitur in arce Byzantina, similiter Græcos ipsi aram erexisse, vt σωτῆρι, quòd existimarent eum Græciam à Persarum seruitute liberasse.

Nequitia, quæ nihil aliud est, quàm libidinosa inertia, *vt scribit Donatus*, dicta quòd nihil queat, nullique rei sit apta. Intelligitur illa etiam de impudica nimis procacitate, amore & voluptate, quali flagrauit Heliogabalus, brutum potius quā homo, qui profligato prorsus pudore nullum nequitiæ genus intactum reliquit, *vt historia testantur*.

Nereus, omnium liberorum Ponti maximus, quique nymphas genuisse fingitur ex Doride Oceani filia, nominatus videtur à verbo νήχω, quod tantundem ac vrinare. Phurnutus autem ἀπὸ τοῦ νῆξαι, id est, *natando* deducit, quod per ipsum mare natemus. Alij deducunt παρὰ τὸ ναῦ κ' ῥᾶν, οἱονεὶ νηχόμενον θεὸν, *Deum natantem*. Meminit eius Hesiodus in Theogonia his verbis: Νηρέα δ' ἀψευδέα κ' ἀληθέα γείνατο Πόντος. Fingitur hic grādæuus, Quocirca ἅλιον γέροντα, id est, *marinum senem*, nominant Græci. Hymnum cecinit huic Orpheus, cum myrrhæ thymiamate, inque mari Ægeo præcipuè sedes habuisse suas apud Apollonium legis. Delectari quoque eum filiarum puellarum choreis numero quinquaginta & mari præesse apud eundem Orphea inuenias. Quod in varias formas transmutare sese potuerit, testantur Poëtæ alij. Trahunt verò ab ipso nomen Nereides, quippe Nerei & Doridis natæ, inter quas *Halia*, *Spio*, *Pasithea*, *Lysia*, multæque aliæ, quarum *Iliad.* 6. mentionem fecit Homerus, deductis earum nominibus à paludibus, insulis, speculbus, flu-

bus, fluctibus, glauco maris colore, cursu, aspectu, & aliis rebus similibus. Plura adhuc earũ nomina pertexit Hesiodus in Theogonia, quæ inde velim petat Lector curiosus. Fabulosa quidem hæc sunt, attamen visas aliquando Nereides testantur monumenta veterum. Vidit enim Theodorus Gaza eiectam Nereidem ad littus Peloponnesi, vidit Georgius Trapezuntius *referente id 3. Genialium dierum Alexand. ab Alexandro.* Sic conspectos olim Tritones & homines marinos proditum à Plinio, inque Flandriæ annalibus, ne quid amplius addam de isto marino homine, quem in Frisia eiectum prius ad littus, inde attractũ viuentemque multos annos patrum memoria hominum aliorum vtentem consuetudine, attamẽ expertem loquelæ magna cum admiratione fouerunt ac aluerunt.

Nero, Sabina lingua fortis & strenuus, *iuxta Suetonium.* Verus enim lingua Sabina à Græca diuersa non fuit. Atqui Græci bonis lacertis hominem vel neruosum nominãt *νευρώδη*. *Νεῦρον* autem est neruus. Hinc itaque Neronis nomẽ. Quinimo vetus Glossarium. Nero, *ἀνδρεῖος*. Innuere videtur & illud Agellius lib. 13. cap. 21. cùm inquit: *Nerio Sabinũ verbum est, eoque significatur virtus & fortitudo.* Itaque ex Claudiis, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erant egregia atque præstanti fortitudine, *Nero* est appellatus. Id nominis postea datum gratulantium blanditiis Saluio Othoni testatur idem Suetonius. A suo nomine quoque certamen quinquẽnale & more Græco triplex, *Musicum, Gymnicum, equestre*, Neronia appellauit hic ipse Nero, *vt idem prodidit Tranquillus.* Quin *cantica Neroniana* legimus, cum Musicæ esset peritissimus, & *Mensem Neroneum*, Romamq; a se dici voluisse *Neropolim*.

Neruus νεῦρον. Sciendum de neruis, præstare eos motum & sensum corpori vniuerso, ideoque per totũ corpus disseminari. Eidem ex cerebro producti musculis suum largiuntur motum, & sunt habenis similes, quemadmodum equis musculi, affirmante idipsum Galeno, *libro de causis respirationis.* Subditi sunt etiam arteriis & venis, cumque vulnerati fuerint, nihil tam frigidum admouendum esse existimant Medici. Septem eorum paria oriuntur a cerebro. Qui vero originem trahunt à spinæ dorsi medulla vertebris conclusa, triginta complectuntur *Ζυζυγίας* siue *coniugia*, quorum septem ceruicis dedicantur vertebris, duodecim thoraci, quinque lumbis, sacro ossi sex, nullo tamen neruo à coccyge osse præsiliente. Recurrentes neruos à Galeno inuentos testatur ipsemet *de locis affectis, lib. 1.* Quænam sint eorum pathemata, quæue medicamenta sint adhibenda, cæsim aut punctim inflicto vulnere, ab aliis copiosè est adnotatum.

Nerytius dictus Vlysses à Nerito, siue is Ithacæ mons est, *vt ex 1. Odyss. apparet*, vbi Homerus *εἰνοσίφυλλον ὄρος ἀριπρεπὲς* vocat, siue per se est insula, vt innuere videtur Virgilius, cum inquit: *Et Neritos ardua saxis.*

Neustria, regnum olim ex Burgundia, Prouincia & tractu transiurano conflatum, quasi *Neuu-rich* dici videtur. Eadẽ & *Vvestrasia*, id est *Vvesten-ich* audit. Lazius in Austria sua comprehẽdere eam Gallicam regionem à Rhodano & Sequana fluminibus ad Oceanum & mare Britannicum vsque existimat.

Nicena Synodus à ducentis & quinquaginta Episcopis in Imperatoris Cõstantini palatio celebrata, Anno Domini 323. qui omnes Dei filium *ὁμοούσιον*, id est, *eiusdem cum patre substantiæ* cõfessi fuerunt aduersus Arrium sex tantum Episcopis pertinaciter hæresiarchæ astipulantibus, nominis originem ducit, ac Niceæ Bithyniæ metropoli, ne quis putet à Nicæa Plinio & Ptolomæo Liguriæ oppido deriuari. Meminit eius Imperator *in l. nullus. C. de summa trinitate & fide Cathol.* Sozomenus scribit interfuisse

ibi Concilio Macarium Hierosolymæ antistitem, Eustathium Antiochiæ Episcopum, & Alexandrum Alexandriæ propter lacum Maream sitæ, additque duo, quæ ibi contigerunt, insignia miracula, quippe Philosophum vnum arrogantia dicendi, maniter sese iactantem, à simplici quodam sene & confessore vi veritatis propositæ conuictū repente, & ad Christianam fidem conuersum: item alium Philosophum disputaturum cum Alexandro Episcopo subitò obmutuisse, cum Episcopus ipsi in nomine Iesu Christi præcepisset, *ne loqueretur*. Porro Nicæni Concilij decreta strenuè propugnata fuisse à Basilio Magno & Gregorio Theologo, proditum ab eodem Sozomeno, etiamsi eius assertatores variè fuerint vexati tempore Valentis, ipséque Eusebius tādem & Theognis post Constantini mortem ausi fuerint id vellicare, vt confirmarent Arrij opinionem. Quam quidem rem facilè perfectam iri arbitrabātur, si modò Athanasium in exilium eiectum reditu intercluderēt. At ille nihilominus reuersus Aegypti Ecclesias denuo administrauit, id quod Arrianos malè habebat.

Nicolaitæ Hæretici, quorum *Apocalyps. 2.* fit mentio, nomen arcessunt à Nicolao vno ex Diaconis, qui ab Apostolis cum Stephano administrandum egenis erant ordinati. Refert de eo Alexandrinus Clemens 3. *Stromateωn* hæc fere: *Hic cum vxorem haberet formosā, post assumtionem Saluatoris reprehensus ob vitium Zelotypiæ, productā in mediū vxore, si quis ei nubere vellet, permisit. Arripuerunt hoc eius factum sine vllo iudicio & pudore alii, vt liberè possent scortari, etiamsi quam plurimi velint hoc modo vitium obiectum ipsum reiicere voluisse, vt continentia à voluptatibus refrenandam esse carnem doceret.* Idē vult Augustinus in Epistola ad Quoduultdeum, quamquam Epiphanius aliam tam furiosæ impietatis & turpitudinis adferat caussam. Reponit hanc hæresin Platina sub Cleto Romano Episcopo. Cæterùm nō diu durauit mox cum ipso nomine extincta.

Nicomedia Bithyniæ ciuitas, Ptolemæo ἄσακος olim dicta, *auctoribus Pausania, Ammiano, Cedreno, & Trebellio Pollione*, item ὀλβία secundum Stephanum, etiamsi Strabo *lib. 12* diuersam faciat Astacum à Nicomedia. eodem hoc teste irrefragabili & certo, nomen habet à cōditore suo aliquo Bithyniæ rege. Sūt enim eius verba: ἐγῷ ἡ νικομήδεια ἐκτίσθη ἐπώνυμος ἑνὸς τῶν Βιθυνῶν βασιλέων τοῦ κτίσαντος αὐτήν. In vrbis huius vico legimus mortem obiisse Constantinum Magnum, cùm in Iordane Saluatoris instar baptizari voluisset. Floruit Nicomediensis Ecclesia sub Traiano præcipue, cui summa cum laude præfuit, cùm Eusebius Episcopus Iuliani apostatæ Præceptor dogmatisque Arriani suspicione nonnihil infamis, tum Anthimus doctrina simul & pietate summo iure anteponendus Eusebio, qui sub Diocletiano pro Christo fortissimè mortem oppetiit. Quanta verò tyrannide ea Ecclesia afflicta fuerit, apud Eusebium *lib. 8. cap. 6.* & Ruffinū *lib. 1. cap. 5.* legas. Nunquam interim defuerunt viri hij & nostræ religionis athletæ fortissimi. Cum enim tēpore Diocletiani persecutio esset mota à Veturio aduersus milites Christianos, ausus fuit nobilis aliquis zelo Dei impulsus propositum Cæsaris edictum multis spectātibus lacerare. Postea multi aulici martyrio affecti, *teste eodem Eusebio Eccl. histor. libro octauo, capite sexto.*

Nilus. huic nomen à limo factum aiūt Etymologici, quo mare in longa inficit spatia. Nam ἰλὺς Græcis est *limus*. Cumque sit aqua eius colore nigra, dictus est etiam *Melas*, & mox *Melon* Ennio, Ausonio, & multis aliis: idque etymon Festus & Seruius agnouerunt. Aethiopum lingua dictus est *Siris* & *Triton*, vt scribit Plinius. Sunt qui volunt hunc omnium fluuiorum esse maximum, qui

exeunt

exeunt in mare nostrum, quod Gellius τὴν ἔσω θάλασσαν nominat. Tametsi parem ipsi Istrum faciat Salustius. Singulari hic Dei prouidentia rigat singulis annis aliquot oras & partes Aegypti cùm rarò propter calorem nimium, qui & mediam aeris partem inuadit, pluuiæ de cœlo cadant. Oriri dicitur in lunæ montibus apud Aethiopes: vnde Philostratus *lib. 1. Iconum suarum*: Νεῖλε μὲν αἰγύπτιοι ἔχουσι τὰς ἐκβολὰς, Αἰθίοπες δὲ τὰς πηγάς. De fluuij augmento habes & Plinij verba *ex libro 18*. *Nilus*, inquit, *coloni vice fungens euagari incipit a solstitio, aut noua luna, ac primò lentè, deinde vehementius, quamdiu in Leone sol est: Mox pigrescit, vbi virginem transgressus residet in libra.* Sic enim restituendam lectionem arbitror. Hinc forsan est, quod in hæc vsque tempora obtineat consuetudo, vt ostiorum clausuræ, claues, annulique foribus affixi leoninis rictibus ornentur, id quod factitari solitum apud Aegyptios prodidit Theon *in commentariis Arati.* Centum dies durare exundationem eius, apud Ammianum inuenias. Quod imbribus Aethiopicis augeatur, Asiæque & Africæ sit terminus, imò ex maximis fluminibus totius orbis terrarum ordine sit quartus, prodidit Strabo diligens scriptor. Nolo prolixior esse in iis omnibus commemorandis, quæ à diuersis authoribus de eo prolixè sunt adnotata, cùm à nullo fere nobilitatus sit. Tantùm hinc inde varia subscribam eiusdem nomina in veterum scriptis inuenta, adiectis etiam ostiis, quæ reuera numero sunt septem. Nam olim etiam nominatus fuit *Aegyptus*, item *Oceanus*, *Siris*, *Triton*, ἀετὸς & ἀγαβέρας, *auctore Plinio.* Inditum & ipsi nomen ἀετὸς, id est, aquilæ, *vt quidam volunt*, etiamsi alij malint Hieroglyphicum eius signum fuisse aquilam apud Aegyptios, propter cursum eius pernicem. Quoniam enim maxima eum profunditate insurgere obseruatum primum fuit tempore Promethei, existimauerunt nonnulli eam esse aquilam, quæ discerpserit Promethei cor. Quando enim incrementi causas peruestigare non poterat, demum ab Hercule cohibita fuit aquila, qui impetum fluminis partim aggeribus, partim fossarum deriuatione coercuit, & Promethea omnes inundationis causas docuit. Ego tamen tributum hoc illi nomen inuenio apud Lycophronem & Diodorum. Vitruuius appellauit *Dyrim*, Cedrenus & Epiphanius *Chrysorrhoam*, nempe aurifluum. Iosepho idem est γεών, in literis sacris *Phison & Sihor*, si Ariæ Montano credimus. Silius Italicus videtur, *libro tertio*, in Libyæ descriptione, appellasse Lageum, *vt & Lucanus libro primo, a Ptolemæo Lago primo Aegyptiorum rege post mortem Alexandri.* Ioannes Barrius scribit ab Abyssinis nominari *Tacui*. Vbi verò in duo se brachia findit Meroen insulam efficiens, ibi *Astapi* & *Astabore* nomina, quorum ante meminimus, sortitur, *auctore Ptolemæo.* Ostia eius septem commemorat *Herodotus, Diodorus, Strabo, Pomponius, & Poetæ*, qui propterea septemplicem dicunt, etiamsi nouem numeret Ptolemæus, Plinius vndecim ex quibus quatuor sunt falsa.

Nomina eorum sunt, *Heracleoticum*, *Pelusiacum*, *Sembenniticum*, *Thaniticum*, *Phatniticum* (Ptolemæo παθμητικὸν, Straboni & Diodoro φατμικὸν) *Mendesium*, *Bolbitinum*, *Naucraticum*, *Diolcos*, *Pineptimi*, *Phagneticum*, quod tamen falsum esse affirmat Diodorus. Atqui idem ab Herodoto appellari videtur βουκολικόν. Sciendum & Heracleoticum nominari à Pomponio *Canopicum. Taniticum*, *Strabone teste*, aliquibus nominatur, *Saiticum. Tanicum*, habet Mela. Hæc sunt fere, quæ impræsentiarum de hoc fluuio nobis erant annotanda.

Nimbus, densitas vaporum conglobata & aquæ fœcunda Aristoteli, deducitur παρὰ τὸ νέφος, quæ vox & Græ-

cis *... mbum* significat.

Nimrod nepos Cham filiæ Noæ, amarum imperatorem significat. Etenim מרה *amarus fuit*, רדה idem quod *imperauit*.

Ninive vel Niniue, ciuitas perampla, quã & *Ninum* appellat Ammianus sita in Asia, Hebræis *Kahaboth*, & נינוה Niniue. *νινὲν*, à Nino Semiramidis filio; Ptolemæo *Νίνου* & *Νῖνος*, Straboni *Νίνον* Iosepho *Νῖνος βασιλεία*, Tacito *Ninos*, p.., hoc tẽpore *Mossel*, quibusdã *Mosse*, & ad quã missum Prophetã Ionã testãtur literæ meliores, composita videtur ex *Nin* & *Naue*. Ex *Nin* autem fit *Νῖνος*, Et *Naue* est *domicilium* seu *habitaculum*. Cõdidit enim eam Ninus Assyriorũ & Babyloniorũ Monarcha, qui Rex maximus dicitur Orosio & Plutarcho, paulò post Abrahæ natiuitatem, floruitq; annos circiter mille quingentos *πόλιν μάζων τῆς Βαβυλῶνος*, *iuxta Strabonem*, primæque monarchiæ Assyriorum metropolis, aut potius regia sedes. Condidit, *inquam*, eam defunctus bello Ninus, aduersus Zoroastrem Bactrianorum regem, & eo in aliud tempus delato. In circuitu complexa dicitur turres mille quingentas. Alta fuerunt mœnia pedes centenos & latitudine tanta, vt fastigia eorum ternis plaustris essent peruia, deducta huc etiam ex Assyriorum primoribus colonia. Cætera multitudo innumerabilis propemodum fuit, quæ hunc vberrimi agri partitione proposita spõte confluxit. Etymon nostrum confirmat Ammianus his verbis: *In hac Adiabena Ninus est ciuitas, quæ olim Persidis regna possederat, nomen Nini potentissimi regis quondam Semiramidis mariti declarãs.* Alia ab ea est ciuitas Ninoe in Caria sita, iuxta Suidam & Stephanum, quippe à Pelasgis Lelegitibus ædificata, vnde & *λελέγων πόλις* est dicta, inde *μεγαλόπολις*: Tantum abest, vt illi auctores Niniuen significare voluerint, quod aliqui censent. Scribitur hæc vrbs etiam Hebraice נינוה. Tandem deam Cyaxates diruit & solo æquauit. Excidium illud prædixit Propheta *Naum*, additque causas, *idelolatriam*, *καὶ ὕβριν ἀκολασίαν*, *καὶ τόλμαν*, *καὶ δίκης αἰσχρὰν καταφρόνησιν*, in quę vitia hæc ciuitas post tempora Ionę iterum fuerat prolapsa.

Ninus Beli filius, Assyriorum & Babyloniæ Rex, pulchram significat prolem, respondens voci נין. Niniues hic conditor fuit, *vt diximus*. Etiam natus sub eo Abraham *teste Eusebio*.

Niphates Armeniæ mons, in quo *τῆ τίγριδος πηγαί*, id est, Tigridis fontes, *vt scribit Strabo*, nomen habet iuxta Arcadium *ἀπὸ τοῦ νίφειν*, nempe niuium perpetuo casu.

Nix, quæ nihil aliud est, quam humidus vapor in mediam aëris regionem subuectus, vbi in nubem condensatus & congelatus descendit, videtur Isidoro nominata à nube. Festus niuem interpretatur nouum ex Græco. quod illi dicunt *νέον*. Terram illa fœcundat & turbidum reddit aerem. Nutrit oues & alia animalia, augmentat segetes, imò calefacit terram, quam tegit, idque per antiperistasin, seminumque germina, ne adurantur, præseruat.

Nixi Dij appellabantur, quos parientium nixibus præsidere putabant. *Festus.*

* *No*, נא proprium nomen vrbis celeberrimæ in Aegypto, non procul a Nili ostio, quæ ob commoditatem maximã fuit totius vrbis emporium. Hanc bello vastatam à Chaldæis instaurauit Alexãder Macedo. eamque à suo nomine Alexandriam vocauit. Hinc paraphrastes Chaldæus pro נא No, vertit vbique Alexandriam. Septuaginta plerũque reddunt per *μεμφις*, aut *No* relinquũt. Huius meminit Ieremias propheta, cap. 46. 25. Ezechiel itẽ, cap. 30. v. 14. & 15. Apud Nahum, cap. 3. v. 8. vocatur *No-Amo*, ab Ammone Ioue, vt putat Ortelius. Et teste Diodoro Amoni Ioui templum aureum fuit erectum in Thebaide. Alicubi Septuaginta verterunt diospolin, Iouis vrbem, fuit Thebæ Aegypti.

* *Nod*,

* *Nod*, Caini post Abelis parricidium sedes & habitatio, tametsi hoc tempore ex scriptis Geographorum non ita commode ostendi potest, tamen ita definitur à doctis viris. Cùm in illo tractu qui Babyloniæ Assyriæ subest, gentes feræ sint in tuguriis & mapalibus habitantes, tum in Arabia deserta, tum in extrema Babylonia ad sinum Persicum, tum in Susianæ contermina, quæ gentes Nomades appellantur, totum illum tractum appellari terram *Nod*, quā Caini posteri plerique incoluerunt, eruditi iudicant. Sed quia latè patebat ille Nomadum tractus, distinctionis ergo Moses Genes. 4. Subiicit, Cainum se in eam terram *Nod*, recepisse, quæ ex aduerso Hedenis orientē versus sita est: ac proinde concludūt sedem Caini fuisse in vna Susiane, vbi Characeni & Eulei à Geographis habitasse dicuntur. נוד *Nod*, cōmotio ad fugā, demigratio, profugiū. ניד *Nidh*, motio, commotio, iactatio. נידה *Nidha*, (vt & מנוד *Manodh*) illusio, quę fit cōmotione capitis, Radix נוד *Nodh*, Motus est, nutauit, vagatus est, fugit. Quę significationes sceleri istius parricidæ, vt & habitationi, maximè conueniunt.

Noe Patriarcha obtinuit nomen suum à verbo נוח *quieuit*. Cedrenus appellatum eum scribit a Chaldæis. ξίσυθρος. Vide N*oachus*.

N*omades* Asiæ populi vel potius Africæ, si cum Numidis confundas, ἀπὸ τοῦ νέμειν, id est, *pascendo* adepti nomen quod vxores, liberos & animalia veherent secum, quæ vbi vno in loco herbas essent depasti, inde degressi curtus papilionesque vna cum suis transferebant in alium locum, & inde rursus in alium pabuli plenum. Strabo scribit regionem vniuersam inter Borysthenem & Istrum maxima ex parte Nomades incolere, eosque vti tentoriis centonum instar, pilo contextis, plaustris vitam degere, circum tentoria pecora, à quibus victū capiant, comitari, ideoque pascua sectactari permutādo loca herbosa cum aliis, in quibus quoad alimoniam nihil iam amplius restat. Quo fit, vt multi eos inter Scythas ponant, qui galeis vtebantur in bello ex crudis coriis, sagittas autem sanie viperina tingebant & sanguine humano immedicabili veneno quippe quo à leui tactu mortem infert, *teste Plinio, lib. 11.* Vnde Lucanus: *Tinxere sagittas Errantes Scythæ populi.* Et libro 9. *Noxia serpentum est admixto sanguine pestis.* Vbi nomine pestis intelligit venenum, sanguinem vero humanum.

N*omen* dictum quasi notamen, quòd vocabulo suo nobis efficiat notas, *vt est apud Isidorum.* Festus vult dictum, quasi *nouimen*, quod notitiam faciat. Apud auctores nonnunquam significat propriū singulorum vocabulūm, vt apud Virgiliū nomen aui referens *Priamus*, nonnūquā decus aut dignitatem, *vt apud eundē aut sumque humeris caput, & sine nomine corpus*, aliquando debitum, *vt notauit Marcellus diligens Grammaticus.*

* *Nomen*, ὄνομα, ab Hebræo נאם *Naam*, id est, dixit, certò asseuerauit ait: nam in nomine quouis efferendo, nisi sit multiplicis significationis quæ ex circunstantiis dicernitur, oportet inesse certitudinem immotam. שם *Schem*, nomen, frequentissimè occurrit in lectione veteris Testamenti. Quum de Deo dicitur, nonnunquam eius essentiam, vt plurimùm attributa, nempe quicquid de Deo dici dignè potest & debet, significat. De creaturis, vel est proprium, vel appellatiuum: de quo prolixè Grammatici. Propriè N*omen* dicitur, teste Nonio, proprium vocabulum singulorum, hoc est, quo singulæ res appellantur.

N*omenclator* à nomine *calando*, id est, vocando. Tales enim esse solebant, qui nomina trāseuntium ac salutantium Domino suggerebant *l. 7. §. dabitur. ff. de operis Libertorum.* Apud Senecam, *libr. 7. Epistola 16.* Etiam is est, qui litigantes in foro nominatim vocabat. Quin & eum dictum nomenclatorem inuenio, qui Candidatis seu magistratuum petitori-

bus solebant esse ad manum. Voluntatis enim populi conciliatio quatuor habebat partes, *nomenclationem, blanditiam, assiduitatem, benignitatem.* Noméclatio verò eam habebat vim, vt petitor suo quéque ciuem nomine salutaret & appellaret. Fuit ergo illi cum primis elaborandum, vt singulorũ ciuium nomina teneret. At quia fieri non poterat, vt tãto in populo tantisque occupationibus omnes cognitas haberet, minister est comparatus, qui singulorum nomina suggereret, & auribus insusurraret, eumque Nomenclatorem vocabant. Cicero pro Muræna monitorem appellat. Idem ad Atticum: *Ad vrbem,* inquit, *ita veni, vt nemo vllius ordinis homo* Nomenclatori *notus fuerit, qui mihi obuiam non venerit. Cato iunior persuasit Senatui, vti ipsos, qui Consulatum peterent, per se Romanum populum appellare iuberet, non opera* Noméclatorum. *Lex ergo lata, quæ* Nomenclatores *candidatis adesse vetabat: Eaque lege Cato non exiguam laudem est cõsecutus, etsi primum multos offendisset.* Primus omnium nomenclator haberi potest Adam, quem agri bestiis & auibus cœli nomina propria imposuisse legimus, eámque ὀνοματοθεσίαν, tatam habuisse sapientissimum Deum, quòd rebus conuenirent suis, quarum naturam & energiã explicabãt.

Nomius νόμιος dictus Apollo, non ex officio pastorali, quo fingitur cœlo extorris Admeti pecora pauisse, sed quia sol, cum quo idem habetur Phœbus, pascit omnia, quæ terra progenerat. Vnde non boum tantùm, sed & equorum pastor audit *Iliad. 2. & 21.* Idem est etiam Græcis ἀγρεύς, id est, *agrestis*, eandem ob causam. Poetæ fabulantur cum Homero boues illi à Mercurio fuisse surreptos quorum restitutioné cùm vrgeret vultu minaci, simul & pharetram furto sublatam animaduertens, ridere fuit coactus. Dedit hæc fabula occasionem, vt haberetur pastorũ Deus cum ipsa Pale. At enim Maro: *Te quoque magna Pales, & te memorande canemus Pastor ab Amphryso.*

Nonæ non, *vt Isidorus existimat*, à nundinis trahunt appellationem, sed a noua potius Luna, quòd principium Lunæ in eas concurreret, *vt censet bonus Grammaticus Festus Pompeius.*

Nonaria Meretrix dicta est Persio *Satyr. 1.* ex quorundam sententia ab hora nona, qua se venditabat, & aphrodisia exercebat. Alij *(quod verius)* deducunt noméclationem à *Nonis*, quæ inter dies atros à veterib. numerari solebãt: Vt illis *Nonaria* sit infausta & infelix, damnosa quippe iuuenum Charybdis. Diobolare scortum ab obolis duob. arcessit nomé.

Noriberga vrbs ad amnem Pegnitiũ, eidem videtur nonnullis, quod *Noricus mons*: à Noricis, qui ibi sedem fixerunt, ducto vocabulo. Castrum Noricum olim ibi constructum à Claudio Tiberio Imperatore: Vnde & *Neronis Castrum* est dictum. Sub Carolo IV. aucta est fossis profundioribus & amplioribus muris, ita vt hodie ciuitas sit omnium ferè amplissima totius Germaniæ.

Nosco deductũ a Græco γινώσκειν: Ab eo vero ex parte τὸ γνῶθι σεαυτὸν Deo. olim tributum Egregie Cicero *Tuscul. 1.* Est illud quidem vel maximum, animo ipso animum videre, & nimirum hanc habet vim præceptum Apollinis, quo monet, vt quisque se noscat. Non enim, credo, id pręcipit, vt membra nostra, aut staturam figuramue noscamus. Neque nos corpora sumus, neque ego tibi dicens hoc, corpori tuo dico. Cum igitur, Apollo *Nosce te*, dicit: Hoc dicit, *nosce animum tuum.* Nam corpus quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum. Iuuenalis quoque eidem dicto diuinam tribuens originem, e cœlo descendisse canit. Quanquam Plato in Protagora prodat septem sapientes communi consilio, aureis literis consecrasse Delphis, τὸ γνῶθι σεαυτὸν, *Nosce te ipsum*, καὶ μηδὲν ἄγαν, *ne quid nimis.*

Nosocomium ἀπὸ τοῦ νόσου morbo, καὶ τῆς κομῆς.

Notarius dictus à nota vel notis, quibus

bus olim scitè & celeriter excipiebant dictata non solum, sed etiam testamenta scribebant, imo ad alios perscribebant, quæ celari volebant. De his Martialis:

Currant verba licet, manus est velocior illis,
Nondum lingua suũ, dextra peregit opus.

Meminit & harum Suetonius in Octauio. Cicero quoque *in Oratione pro Murena* scribit: *cum promulgata esset a Cn. Flauio dierum ratio, vel eos Iurisconsultos, ne sine opera sua lege posset agi, notas quasdam composuisse, vt omnibus ipsi in rebus interessent.* Itaque formulas actionum scribebant notis, id est singulis aut binis literis integrum aliquod verbum significantibus, ne à populo possent intelligi, atque ideo semper earum interpretatio peteretur à Iurisconsultis. Hanc scribẽdi formulas rationem ad Constantini vsque tempora seruatam colligunt nonnulli ex isto Constantini rescripto: *Iuris formulæ aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus, radicitus amputentur. C. de form. & Impetrat. act. sublat.* Rursus earundem meminit Cicero *ad Atticum li. 13. Et quod*, inquit, *ad te de decem legatis scripsi, parum intellexi: credo, quia διὰ σημείων scripseram.* Inde etiam haud dubie Iurisconsulti ab eodem *primo de Oratore* aucupes syllabarum dicuntur, quod ipsi Leguleij interdum ob variam & incertam vnius literæ aut syllabæ interpretationem hallucinẽtur. Cuiacius *12. Obseruat. cap. 40.* profert nonnullas ex antiquissimo libro notas, dicitque inuentum esse Notariorum, quod signo *ff.* notauerint *Pandectas*: Vt inanis sit labor alias rationes quęrere. Militare autẽ testamẽtum potuisse notis scribi, patet *ex l. Lucius. ff. de testament. milit.* Facit & Abbas Tritemius mentionem sexto Polygraphiæ notarum, quibus integrum librum à M. Tullio scriptum iamque situ & puluere squallentem in Bibliotheca quadã inuenit. Quid de Valerij probi notis dicam: & Pauli Diaconi? Eruit & hoc nostro tempore in lucem multas iuridicas notas Mango quidam, industria & labore singulari. Plutarchus in Catone nominat: σημεῖα ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα. Quamquam nec Romani solum, verum etiam & aliæ gentes hominésque concisum hunc scribẽdi modum in vsu habuerint. Cui enim Ægyptiorum Hieroglyphicæ literæ non sunt notæ ex Horo Apolline & Ammiano Marcellino. Quod vero quidam extiterit, referente id Marc. Tullio, qui vniuersum Homeri poema in membranis descriptum leui nucis putamini includere potuerit, quique Æliano teste Mirmecides Milesius & Callicratides Lacedæmonius distichon elegiacum aureis literis inscripserint sesamo, de notis intelligẽdum reor, quibus vtebantur veteres more adeo recepto, *vt apud Galenum 7. de Compositione medicamentorum* mentio fiat Menecratis cuiusdam, qui scripserit ὁλογραμμάτων libellum, hoc est, non compendiose literarum quibusdam signis, sed literis integris conscriptum & exaratum. Iustiniani tempore dictæ fuerunt hæ notę siglæ, traditq; Dion *in Augusto* primum earum apud Romanos inuẽtorem fuisse Mecœnatem, qui eas publici iuris fecit per Acilium libertum.

Notatio, quæ est rei notatæ ex origine nominis significatio Ramo nominis interpretatio, alio nomine etymologia, à notãdo deducit nominis auspicium vel inde, quod (*vt Boetius scribit*) rem, de qua prædicatur, notam faciat.

Nothus, quid sit, nondum sat conuenit inter Iurisconsultos. Ioannes Andrææ, *ex adulterio natum* intelligit: Isidorus *ex matre ignobili, patre tamen nobili*: Hostiensis *ex incestu*: Alciatus *ex ancillis & meretricibus*. Ripa eum, qui vulgo expositus est, quique nullam parentum habet notitiam. At Cuiacius *libro quinto Obseruationum capite sexto*, docet naturales filios seu nothos non esse spurios aut vulgo quæsitos sed eos, qui progeniti sunt ex cõcubina domi sine nuptiis

rales filios seu nothos, non esse spurios, vxoris loco retenta, quam Græci παλλακὴν vocant. Porro spurios dici, qui & σκότιοι, alias & terræ filij dicuntur, patre quippe incerto genitos, quasi σποράδην & scortatione, stupro, adulterio, incestu, quæ vitia in concubinam non cadunt. Hæc præmittere placuit Quoad etymō: videtur quibusdam per ἀντίφρασιν dictus, quasi minime sit notus. Aliis à νω & θεῖος, quasi minime diuinus: θεῖον γάρ τι γνήσιον, ἐν τοῖς κατ' ἀνθρώπων τέκεσι. At Nothus est ἐστερημένος τοῦ θείου, vt ait Suidas. Itaque per oppositionem definire solet, ὁ μὴ γνήσιος, ἢ μὴ νομίμης γυναικὸς γεννηθεὶς, ἀλλ' ἐν παλλακίδος, qui non est genuinus, aut è legitima muliere, sed è pellice procreatus.

* Nothus, Hebr. ממזר *Mamzer*, spurius, natus ex aliena muliere, à verbo מזר *Mazar*, illegitimè natus est. ex alieno fluxu seminis prognatus, dicitur. Cognationem habet verbum illud cum alio, nempe זרם *Zaram*, fluctuauit, à quo זרמה *Zirma*, fluxus seminalis. Affinitate respicit etiam ad זור *Zor*, alienus fuit. *

Notus ventus alio nomine auster, ab humiditate, quæ Græcis est νότις, appellatus videtur, vnde *vdus* dicitur Flacco, Græcis ἔνυδρος, ὑγρὸς, καὶ διερός. Sunt tamen alij, qui deflectunt nominis auspicium, παρὰ τὸ νέειν, καὶ τὸ βλάπτειν. ὅτι ἄνεμος βλαπτικὸς ἐστι τῶν καρπῶν καὶ σωμάτων, quod sit venius, qui facile fructus & corpora ledat, id est, putrefaciat.

Nouacula culter rasorius à verbo nouandi deriuat nomen: Isidorus inde. *quod innouet faciem*. Nimis audacter hoc vltimum addit vir alioqui diligens, & multæ lectionis.

Nouember mensis, Suidæ vel potius Macedonibus Δῖος, nōnullis ἀνθεστηρίων, modò non errent, Hebręis חשון, quod nonus à Martio sit, nomen inuenit. Dicitur Hebræis quoque בול quasi מבול inundatio à crebris pluuiis 3. *Reg.* 6. vt bene dixerit Virgilius *Æneid*. 7.

Saeuus vbi Orion Hybernis conditur vndis.

Primo enim die dextrum eius genu mane occidit, octauo sinister: humerus decimoquarto: nebulosa in eiusdem capite stella Nunquam hic mensis nomen mutauit suum apud Romanos, nisi quod sub Commodo Exuperatorius sit dictus, *vt in eius vita testatur Lampridius*. Celebrabantur hoc mense ludi plebæi in circo, equorum probatio, Mercurialia & epulum Iouis; Athenis ἀνθεστήρια; modò hic mensis cum Anthesterione sit idem.

Nouerca, cùm sit ea, quam maritus defuncta vxore de integro nouam ducit arcendæ familiæ gratia, facile est videre, vnde Originem ducat. μητρυιά, quibusdam nouerca, quasi νέα ἀρχή, id est, noua domina vel princeps.

Nox, νύξ. Diratum hanc matrem facit Hesiodus, vt & Virgilius Æneid. 15. *Aeternam noctem* idem nominat mortem. Græcè etiam dicitur εὐφρόνη, παρὰ τὸ εὖ φρονεῖν, a bene sapiendo. Hinc illud: *De nocte consilium, quod animus tum sit liber, & vacuus a curis*. Sunt qui à nocendo deriuant, quod oculis noceat.

Nubes, quæ nihil aliud est quàm crassior vapor in media aëris regione suspēsus, qui tandem vi solis in aquam resoluitur, ab *obnubendo*, id est, operiendo, quòd cœlum operiat, suam appellationem habet. Hinc & *noua nupta*, quæ vultum nubent, imò Neptunus quod nubat, id est, nube & mari terram cōtegat, est dictus. Sed de noua nupta propter antiquitatē paulò plura adijcere operæpretium existimauerim. Caper libro de Orthographia: *Vir ducit, mulier nubit, quia pallio obnubit caput suum genasque*. Velum autē, quo caput operiebatur, flammeum erat lutei coloris, quod ea assidi è vteretur flaminica, cui diuortium facere non licebat. Institutum tamen illud pudoris gratia, scribit Ambrosius. *libro primo, de Abrahæ coniugio*. Comam porro nouarum nuptarum discriminare solebant hastæ cuspide, vel quòd monerentur bellicosis iunctæ maritis simplici

vri ornatu, & à mollitie alieno, vel quia pleraque ad nuptias pertinentia ad Iunonem referrentur, cui sacra habebatur hasta, vt *docet Plutarchus quæst. Romanarum quæstione 87*. Eædem redimiri solebant corona, *teste Tertulliano, libro de corona militis* recta etiam indui tunica, qualem prima texuit Caia Cæcilia. Cingebantur quoque cingulo ex ouis lana facto, quod maritus in lecto soluebat. Hoc modo ornatæ ducebantur ad maritorum ædes sub vesperam à patrimis pueris tribus iisque prætextatis, quorum vnus facem præferebat ex spina alba, vel in honorem Cereris, vt *tradit Festus*, vel quia non nisi in tenebris solita fuerit deduci sponsa ad domum mariti. Dum verò deducebatur, colus fuso & stamineo compta comitabatur. Adde & vtensilia mulieris à puero impubere in vase operto gestari solita. Postes verò ianuæ istarum ædium, in quibus mariti agebant, attingebātur à nubentibus lana, adipe etiam lupino oblinebantur aduersus veneficia. Quapropter vxores, quasi *vnxores nominatas* volunt. Peracta vnxione transiliebant limen, eoq; modo ædes intrabant. Quippe religioni habebant in transcendendo contingere limen, ne sacrilegium committerent, si virginitatem depositura limen Vestæ castissimo numini consecratum calcarent. Statui quoque solebant nouæ nuptæ in pelle lanata propter vetustum hominum morem, & aqua aspergi, vt puræ castæque accederent ad viros. Adhibebantur & his ceremoniis singuli Dij, nempe *Iugatinus*, vt iungerentur mas & fœmina: *Domiducus*, vt nouæ nuptæ ducerentur domum: *Domitius*, vt essent in domo: *Manturna*, vt cum viro manerent, vtque postes vngerent, *Vnxia Iuno*. Solebant pariter ad aram Iunonis Iugæ vinculis iungi nubentes veteri ritu in omen futuræ concordiæ. Sed nec illud ignorandum, non solitas fieri nuptias, nisi captatis auspiciis, sicut docet Valerius, *lib. 2. cap. 1.* vbi antiqua instituta persequitur. Nec nisi Diis testibus coibat coniugii fides. Quos autem Deos inuocauerint, docet Plutarchus *in problematibus* his verbis: πέντε δεῖσθαι θεῶν τοὺς γαμοῦντας οἴονται, διὸς τελείου, καὶ ἥρας τελείας, καὶ ἀφροδίτης, καὶ πειθοῦς ἐπὶ πᾶσι δὲ ἀρτέμιδος, ἣν ταῖς λοχείαις καὶ ταῖς ὠδῖσιν αἱ γυναῖκες ἐπικαλοῦνται. Mense verò Maio nubere religiosum dicebant, vel quòd Maius inter Aprilem & Iuniū esset interiectus, quorum alter Veneri, alter Iunoni Deabus nuptiarum præsidibus erat dicatus, ideoque paulò ante esset ducēda vxor, aut expectandum paulisper: Vel quod hoc mense hominum effigies maximo piaculo iacerentur de Ponte: Vel quia Maiores, à quibus Maio datum est nomen, infensam haberent Venerem: Vel quod hoc mense pleriq; Latinorum mortuis parentarent. Sed nolo esse prolixior etiamsi me illa hîc subiecisse nemo sanus vitio dederit.

Nugæ à non agendo, vel quòd nihil agant, *aiunt Grammatici*. Quanquā Hieronymus Sophoniæ 3. aduersum illum, *nugas quæ a lege recesserunt, congregabo*, Hebræum esse moneat vocabulum, cum illic scriptum sit נגי Kimhi dicit esse passiuum & significare *afflictos* à radice יגה *afflixit*. Ab hac voce *Nugigeruli* & *Nugiuendi* sunt dicti veteribus.

Numen Festo quasi *nutus* Dei, à verbo *nuo*, quod erat veteribus *volo*. Apud Poetas pro ipsomet accipitur Deo, qui etiā quædam numina faciunt propitia, quædam aduersa, placanda nihilominus & adoranda, *vt ex Apollonio didicimus*, qui inducit Phineum monentem Iasonem, vt Venerem propitiet, sicut Homerus Tiresiam inducit adhortātem Vlyssem, vt sacrificet Neptuno ad expiādam Polyphemi excœcationem. In quam sententiam dictum est quoq; à Xenophōte Παιδείας 3. ἐπεὶ δὲ τάχιστα διέβη τὰ ὅρια, ἐκεῖ αὖ καὶ γῆν ἱλάσκετο χοαῖς, καὶ θεοὺς θυσίαις, καὶ ἥρωας ἀσσυρίας οἰκήτορας εὐμενίζετο. Sic Helenus monet Hectorē apud

Homerũ, vt ſit auctor matri, Palladem votis & ſactificiis vt placet. Sacra autem propitiatoria Apollonius vocat *λωφήϊα*, hoc eſt *ἐξιλαστήρια*. Neque hîc omittam propter antiquitatem, quòd à diuerſis auctoribus proditum, non licuiſſe iſtius numinis nomen, quod vrbi Romæ præeſſet propalare, quòd in eo eliminando perierit Valerius Soranus, vel quia elicitum illud iri ab hoſtibus ſibi perſuadebant, *vt tradit Plutarchus ἐν τοῖς ῥωμαϊκοῖς*, atque ita mutãdo ſuas ſedes, ad hoſtes ſimul tranſire poſſet vrbis fortuna. Marcellus notat apud Virgilium numẽ accipi pro ornatu, in eo verſu, *vadimus immixti Danais, haud numine noſtro*. Propter politiores & criticos adiicere hoc volui, etiamſi alii non ita intelligant, & Brodæus deſumtum velit ex eo Euripidis: *ἐγὼ γὰρ δαίμονες τοὐμὸν μετὰ στρατηλατῆσω κλεινὸς ἐν κλεινῷ δορί*.

N*umidia* à paſcuorum fertilitate deducit nomẽ *Νομὸς* enim cũ paſcuũ agrũ, tum pabulum ſignificat. Plinius ſcribit *lib. 5.* incolas regionis Nomades dici à permurandis pabulis, eo quod mapalia *domos plauſtris circumferrent*. At O. in V. mutata facilis ſit declinatio ad Numidas. Equidem ante Maſiniſsã pecuariam eos tantùm exercuiſſe, conſentiunt omnes. Vnde & Athenæus eos *Libyæ Nomades* vocat ad ſeptentrionalium Scytharũ differentiam, quorum mores etiã hodie referũt incolæ Tartariæ. Regio hæc recens ante bellum ciuile debellata facta eſt Romanorum prouincia, *teſte Dione*. Solet eadem & *Metagonitis* vocari, *teſte Plinio*.

N*umus* à numiſmate dicitur, ꝙ Græcis eſt *νόμισμα*, idq; *ἀπὸ τοῦ νόμου* id eſt, lege, eo quod cùm antea homines vterentur permutatione, tandẽ numi vſus ſcripta lege ſit introductus. Equidẽ prima hominum ætate pecuniam vel numum ſignatum non exſtitiſſe, tradit Plin. *lib. 33. c.1. & c.3.* Budęus *l.1.ff.de Contrah.emp. Tiraq.de retract.ligna.§.1.l.20.n.20.* Eutropius *l.1.* Forcatulus *Dialog. 48.* A Seruio primũ æs ſignatum eſt Romæ, cùm ante vterẽtur rudi: ſignatum, *inquam*, pecudũ nota, vnde & pecuniæ nomen. Argentum verò ſignatum Anno vrbis C D X X C V. Q. Ogulnio & C. Fabio Coſſ. quinque annis ante primũ bellum Punicũ. Notæ argenti fuere, *bigæ, quadrigæ*, vnde & *Bigati* numi & *Quadrigati* sũt dicti. Aureus deniq; percuſſus, elapſis 62. annis poſt ſignationem argentei. Si quis eum raſiſſet, tinxiſſet aut vitii quid indidiſſet, adde ſi quis argenteum numum adulterinum conflaſſet, ſtanneum quoque, & plumbeum dolo malo emiſſet aut vendidiſſet, illi lege Cornelia damnato aqua & igni interdici ſolebat, *vt ex Digeſtis, Suetonii Auguſto, & 3. Ciceronis de natura Deorum apparet*. An verò hæc dictio duplici M. ſcribi debeat, diſputatur à Tiraquello de *Retract. à Zaſio Conſilio 16.*

N*ucetum*, locus nucibus conſitus, à nuce, vt *Lauretum* à lauro. *Roſetum* à roſis, *Quercetum* à quercubus. Meminit huius vocis Statius Syluarum *l.1.* Tertullianus *aduerſus Valentinianos*.

N*untius*. Huius vocis ratio pẽdet Varroni *παρὰ τὸ νέον, à rebus nouis ferendis*.

N*undina* Dea, à nono naſcentium infantium die eſt dicta. Nundinæ item à nono die, quaſi *nouendinæ*: quipqe eum in finem inſtitutę, vt ruſtici octo diebus eſſent in agris, nono vrbem repeterent legum accipiendarum gratia. Quod ipſum vt à quouis intelligatur, neceſſarium omnino, vt quædam hîc de legum rogatione annotentur. Legem laturus magiſtratus primùm eam ſcribebat domi, cumque iuris peritis conſultabat, ne quid contra populi rẽ aut voluntatem ſanciret, aut ea, quæ à ſe inuicem diſſiderent, ſcriberet: ne ſua lege aliquod ſibi ſuiſque commodũ videretur quærere, id quod *Licinia & Æbutia* leges fieri vetuerant: ne vna rogatione res plures ſimul complecteretur cõtra Cœciliam & Didiam: addita exceptione, *ſi quid ius non eſſet rogari, ne eſſet rogatum*:

Item

Item *si quid latum esset contra alias leges, vt hoc esset ei impune, qui eam legem rogasset.* Scripta lege referebat eam Legislator ad Senatum, vt ex illius sententia ferens maiorem suę legi conciliaret auctoritatem. Inde verò publicabatur, vt cuiuis eam inspiciendi esset potestas, tum vt intercedi posset ante quam ferretur, & cuiuis ante statuere liceret, antiquanda suffragiis an accipienda lex esset. Spatium promulgationis cuiuscumq; legis erat trinundinum, id est, *trium nundinarum tempus*, vel dies viginti septē. Cùm enim nundinarum caussa ex agris conuenirent in vrbem, *vt antea dictum*, ad tantùm vsque tempus patere voluerunt leges, vt ter à rustica plebe cognosci & legi possent. Nundinarum originē quidam iuxta Macrobiū Rómulo assignāt, quem communicato regno cum T. Tatio, institutis sodalitatibus & sacrificiis, nundinas quoque adiecisse affirmant. At alii Seruium Tullium eas instituisse existimant. Geminius verò prodidit nūdinarum diem cœptum celebrari regibus exactis, quod plerique de plebe, repetita Seruii Tullii memoria, ei in nundinis parentarent, cui sententiæ etiam Varro astipulatur.

Nuptiæ. Vide Nubes.

Nux nomen Latinis generale, atq; ita omnia duro operimento recta, quippe *castaneas, amygdalas, pistacia, pineasque nuces* complectens, specialiter *iuglandes* & *auellanas*, à nocendo habere videtur nomen. Grauis enim est, *vt tradit Plinius*, capiti humano iuglandium vmbra, omnibusq; iuxta satis, vt & taxi, & inter flores narcissi. Quin Græci ab hac capitis grauedine *iuglandes* καρυα, & auellanas λεπτοκαρυα vocāt. Optimè ergo Plutarchus de hac arbore in nostrā sentētiam *Sympos. 3. cap.* . πνεῦμα, inquit, βαρὺ καὶ καρωτικὸν ἀφιεῖσα λυπεῖ τοὺς ὑπ' αὐτὴν παρακεκλιμένους. Et Ouidius in Elegia de nuce: *Me, sata ne lædam, quoniā sata lædere dicor, Imus in extremo margine fundus habet.* Minus ergo rectè sentiunt, qui ideo à nocendo dictam volūt, quòd noceat, dum frangitur dentibus. Præseruat aduersus pestem electuarium de nucibus comparatum ex ioglādibus, foliis rutæ, ficubus, & salis pauxillo, vel croci. Recentes commendabilis sunt saporis & minus noxiæ: Vetustiores autem non planè innocentes. Tenerescunt tamen, si quis nucleos putamini exēptos in aquā frigidam coniecerit, & per noctem vnā macerari permiserit. Arbor ipsa frigidū amat solū, & perticis percussa fructum dicitur reddere copiosiorem in annum futurum. Apud Persium relinquere nuces, tantundem ac pueritiam relinquere. Ludunt enim pueri nucibus, quas & olim gratas illis in ludendo fuisse, testis est Seneca *1. de ira.*

Nymphæ an sint iuxta Phurnutū fontes aquarum dulciū sic dictæ ἀπὸ τοῦ ἀεὶ νέας φαίνεσθαι, *quod sēper iuuenes appareāt*, an verò nomen habeant, cùm virgines sint, à pudendi muliebri parte (sit dictis venia) quæ ad virilis interdum membri similitudinem excrescit & arrigitur, *vt Pollux scripsit*, bonis & eruditis diiudicādum relinquo. Ego iam porro earū genera nominumq; originem persequor. Quædā itaq; illarum sunt dictæ οὐρανίαι, ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, id est *cælo*, aliæ ἐπίγειοι *terrestres*, ἀπὸ τῆς γῆς, quarū quædā versātur in montibus dictæ propterea ὀρειάδες, ὀρεστιάδες, & ὀρεσδεμνιάδες, ἀπὸ τῶν ὀρεσδάμνων, id est, *ramis & stirpium germinibus*: quædam in pratis & lacubus, dictæ propterea λειμωνιάδες in Sophoclis Philocteta, & λιμνάδες, vel λιμνακίδες. Aliæ rursus ποτάμιαι, ἀπὸ τῶν ποταμῶν, id est, *fluuiis*, θαλάσσιαι, ἀπὸ τῆς θαλάσσης, id est, *mari*: Δρυάδες & ἁμαδρυάδες, ἀπὸ τῶν δρυῶν, à quercubus; Napeæ, ἀπὸ τῶν ναπῶν, id est, *saltibus & locis*, quæ sunt consita arboribus: *Naiades fontiū Nymphæ*, παρὰ τὸ νάω, quod est fluo: Aliâs etiam πηγαῖαι & κρηναῖαι appellatæ. Sophocles in Philoctete in vniuersū nominat ἐνύδρους. Addi his possunt Nereides, de quib suo loco: *Ephydryades*, quæ versantur in

aquis πηγαίαις, ἀπὸ τῶν πυρσῶν, id est, *facibus*. Quæ præterea eorum nomina cũ generalia, tũ propria quãplurima recensentur ab auctoribus, relinquo Gyraldo, Natali & aliis cum hæc nostra sint illa, quorum vt plurimum meminerũt boni auctores. Hoc addendũ. Nymphas quãdoque dictas non solùm Musas, sed etiã sponsas, *vt est videre apud Ouidium in epistola Penelopes ad Vlyssem.*

Nymphæa, siue eo nomine cum Zonara Monacho publica intelligas palatia, in quibus celebrari solebant nuptiæ ab iis, qui habitabãt angustius, siue loca publica delectationis & voluptatis gratia ędificata, certè à Nymphis ipsis, aut earũ statuis appellationẽ trahunt. Mirũ quid de Nymphæo iuxta Apolloniam inuenias apud Dionem *lib. 41.* Est & Nymphæa Ptolemæo insulæ nomen *iuxta Sardiniã.*

Nysæus dictus est Bacchus, quòd ad furorem sit stimulus. quo nomine vini immoderatè sumpti effectũ veteres demonstrarunt. Etenim νύσσω est *pungo*. Ita nonnulli. At alii malunt deriuare nomẽ ab antro inter Phœniciam & Nilũ, vbi, auctore Diodoro, à Nymphis educatus est Bacchus, cum eo missus esset à Ioue per Mercurium. Vnde ab *Ioue Nysaque Dionysium* dixerunt.

O.

Obadia Propheta dictus ab עבד *seruiuit*, & יה *Domino*.

Obed Ædom agricolam significans terræ inseruientem, deriuat nomen ab עבד *seruiuit* & ארמה *terra*. Huc refer & nomen Obed filii *Ruth* & *Boos*.

Obeliscus, saxum ingens & asperũ, specie quadrata, in excelsum consurgẽs, sed gracilescens paulatim, læuigatum tamen artificis manu, multasq; notas Hieroglyphicas vndique ei incisas repræsentans, nempe volucrũ & ferarũ, à veru similitudine, quod ὀβελὸν nominãt Gręci, est nuncupatus. Ammianus Marcellinus meminit *libro 17.* obelisci ex Hermapione quodam cum sua inscriptione in circo maximo, constitutum quidem ab Octauio Augusto, sed excisum à rege Semneferteo, quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit. Altus ille erat cẽtum viginti quinque pedes & dodrantẽ præter basim, *vt refert Plinius lib. 36. c. 9.* Vbi etiam alterius obelisci mentionem facit in campo Martio, vt & aliorum regum Aegypti opera excisorum & erectorum. Soli eos dicatos constat ex eodem Plinio, primumque eorum auctorem Mitrem vel potius Mestrem somno monitum, qui olim in Solis vrbe regnauit. Sunt autẽ ab illis erecti, qui vel sibi ipsis, vel aliis nomẽ æternũ & gloriam comparare volebant, vt Græci ἄξιον ὀβελίσκου dixerint eũ, cui maximi quique debebãtur honores. Meminit & Isidorus primi obelisci erectoris, quem male nominat Mesprem, aliamque etiã caussam adfert, quam Plinius, *Origin. lib. 18. cap. 31.* Ἐκ παρέργου addendum, obeliscum fuisse incussum veteri Atheniensium numo.

Obesus ab obedo, quod est circũrodo ἀνίερως καὶ κατ' ἀντίφρασιν. Nobis enim *pinguem & torosum* significat, cũ alioqui iuxta notationem *macilentum & gracilem* significare deberet.

* *Obesus*, ab Obeso, i. Sagino, pinguefacio; vnde Columel. obesare auem, i. obescare seu cibo farcire, dixit, et obesitas apud probatos authores Latinos, i. Pinguedo, vel ipse obesorũ status siue habitus אבס *Abas* i. Saginauit. obesus & pastus fuit tantum dicitur de aminalibus ad præsepe ligatis quæ vel stertẽdo & subsistẽdo vel pedibus stramẽta cõculcando, pascuntur & obesãtur. Cognationem habet cũ בוס *Bos*, calcauit pedibus. hinc βόσκω & βόσκομαι, pasco & pascor: item βοσκὸς, altile. Obesus igitur, id est nimio cibo distẽtus, & cui vẽter Deus est, non homo, sed pecus dicatur Festus, habitior. pinguior, ab eodem verbo אבס *Abas*. בריא *Bari* etiã dicitur obesus à בר *bar*, i. far. Vnde *barah* cib. sapidus & lautior,

tior, farreum, βορὰ, vnde deuoro, βρῶμα, βρῶσις. Et ברה barah verbum, id est, comedit cibos delicatos, delegit cibos lautiores. דשן, Daschen, densus fuit & obesus; inde δασυς, δασύτης, densus, densitas, denso, condenso, & דשן Deschen, densitas, obesitas. Alio nomine designatur obesus, nempe שמן Schamen, & שמנא Schemana, in fœm. genere, à Schamen, id est, pinguis & obesus fuit, pinguefactus est. Cognationem habet cum נשם Naschām, exhalauit: nam pinguia corpora multum solent exhalare & suspirare; præsertim si peregrinantur aut laborāt. Hinc Lat. sumē & suminale, id est, pinguedo infra vmbilicum. Gr. obesus λιπαρὸς, πιμελώδης, πίων. Neutro genere τὸ πῖον, & τὸ λιπαρὸν (à λίπος, id est, pinguedo, substātiuè effertur, sicut pingue Lat. pro eo quod pingue est) dicitur vnum ab altero differre, & πῖον vocari in quo plus est solidi quam humidi, vt in adipe animantium; λιπαρὸν verò, in quo magis dominatur humidum, vt in oleis, &c.

Oblatio ab offerendo deducitur, sicut vox Græca προσφορὰ ἀπὸ τοῦ προσφέρειν, Hebræi nominant קרבן Corban, omne donū seu munus Deo, siue de frugibus, seu de pecoribus aliisue rebus oblatum eo nomine comprehendentes. Est enim nomen generalius quam מנחה. Vnde & donaria in gazophylacium templi illata, appellauit hac voce Dominus Christus apud Marcum. Etiamsi & ipsummet ætarium sacrum patria Iudæorum lingua appellauerit Corbonam, *teste tripartita historia, libro.3. cap.6.* Descēdit autem à קרב *appropinquauit* vel *adduxit.*

Obolus, numi genus minutum nomen hoc tulit, quòd Atheniensium nummis ὀβολὸς obeliscum incussum ostētauerit.

Obrizum aurum, quod Plinius *lib. 33. c.3.* simili colore cum igni rubere dicit, quodq; quo sæpius arsit, eo magis proficit ad bonitatē, vt Hieronymus in Hieremiā, sic appellatum quasi *Ophirizum,* quod ex Insula Ophir laudatissimum adueheretur aurum. Isidorus vult accepisse nomen, quod obradi atq; ita splēdescere sit solitum. Hermolaus Barbarus trahit à Græco ὄβριζον quod est *sincerum.* Turnebus quoque notat ex veteri Onomastico: *Obrisum, splendor auri.* Danielem etiam apud Danielem legis: *Et ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo,* annotat interpres aurum obrizum dici *mundissimum,* quale & purum putum aurum dicimus, Græci ἄπεφθον χρύσιον, vel quod multipliciter sit coctū atque purgatum. Qua ratione & pustulatum *argentum* dicitur Suetonio.

* *Obrizum,* aurum præstantissimum, ob auri Ophirini bonitatem, Græci ὀφείρυζον, & contractè ὄβρυζον, hoc est *Ophiryzum,* & Latini Græca voce retentā *Obrizum* dixerunt, teste Hieronymo, comment. in Ieremiam. Fluit dictio Græca & Latina ab Hebræa אופיר *Ophir,* cuius frequens mentio in scripturis. Alij dicūt ὄβρυζον, quasi ἄβρυζον, Græca origine ab ἁβρὸς, pulchrum significante. Siquidem aurum metallum est lōgè pulcherrimum: & vndè cùm aurum ipsum τὴν πρὸς ὄψιν ὑπερήδιστον, *aspectu iucundissimum,* & δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς vocatur; tum quæ pulchra venustáve sunt, dicentur aurea, vt aurea Phœbe, Venus aurea, id est, pulchra, venusta. Obrizum dici putat Isidorus, *quod obradiet splendore, siue luciditate, ignis nimirum in colorem.* Et Plinius, lib. 33. cap. 3. *Auri experimento,* inquit, *ignis est, vt simili colore rubeat quo ignis: atque ipsum obrizum vocant.*

Obscœnum (vt Varroni placet) dictum à scena, quod ibi omnia turpia fierent & dicerentur, sicut præcipuè constat ex ludis floralibus. Vel *secūdum Pompeium* ab Oscis, quibus spurcarum libidinum frequens fuit vsus, quod essent αἰσχροποιοί. Hinc & verba impudentia nominantur *obscœna,* interposita dictioni litera B. ob euphoniam. Scribit & Nonius *obscœnum* esse *immundum.* Dixit enim Virgilius, *obscœnas pelagi ferro fœdare volucres.*

Obses quia dicitur, qui à patria prin-

cipibus fidei ſeruandæ gratia cum honore cuſtodiendus traditur, vult Feſtus dictum obſidem quaſi ob fidem, quod detur ob fidem patriæ præſtandam.

Obſidio ciuitatis aut propugnaculi alicuius ab obſidendo. Hinc & obſidionalis corona, quæ (*vt de verbo ad verbum ex Feſto repetam*) datur Imperatori, ei, qui obſidione liberauit ab hoſtibus obſeſſos. Ea fieri eſt ſolita ex gramine viridi ferè ex eo loco decerpto, in quo erant incluſi. Herbam autem victoriæ ſignum fuiſſe apud antiquos, ideoque victos herbam porrigere ſolitos, quaſi qui terra & altrice etiam humo cederet, idem breuibus attingit. Dixit *eiuſmodi duas P. Decio datas: Vnam quidem ab vniuerſo exercitu, alteram ab iis, qui fuerāt in præſidio obſeſſi.* Accepit & eam L. Sicinius Dentatus, qui Achilles Romę fuit exiſtimatus, quòd cēties & vicies pro Repub. depugnaſſet, coronis donatus viginti ſex, & in iis aureis octo, ciuicis quatuordecim, muralibus tribus, obſidionali vnâ. Meruit & hanc coronam Qu. Fabius Maximus, præfertque eam Plinius *lib. 22. ca. 3. & 4.* omnibus aliis: quod reliquas Imperatores militibus dent, aut ipſi milites militibus: Hanc verò miles det Imperatori. Spectatiſſimum itaque virtutis illa fuit inſigne, primúſque omnium ea fuit donatus à Minutio & toto exercitu Cincinnanus, quòd eſſent ab obſidione liberati ipſius opera.

Obſonium Latinis, vt Græcis ὄψον, propriè eſt omne id, quo veſcimur præter panem, vel quod vna cum pane comedimus. Cum vero obſonia ſint multa, obtinuit tamen piſcis, *teſte Plutarcho 4 Sympoſ. Problem 4* vt vel ſolus, pel præcipue obſonium (*opſonium* alij) appelletur per antonomaſiam, cum reliquis omnibus antecellat virtute. Neq; enim ὀψοφάγους vocamus, qui bubulis delectātur carnibus, *vt Hercules*, nec qui ficubus veſcuntur, *vt Plato*; aut vuis, *ſicut Arceſilans*; ſed potius eos, qui multū verſantur in foro piſcario, vnde & ὀψοφάγοι ſunt dicti. Etiamſi veteres etiam obſonia vocauerint militum cibaria, quæ antiquiores nominabant τροφὰς, Latini *ſtipendia*, cum numeraretur pecunia ad victum. Atque hinc ὀψωνιάζειν *ſtipendiū præbere* Diodoro *lib. 16.* Dicunt etiam Latini *obſonare* vel *obſonari* deducta voce à Græcis: Hinc porro *obſonium*, Apud Hebræos viri potius quam mulieres obſonare ſolebant, quas domo exire inhoneſtum habebatur. Ideoque vxores ſæpius in publicum prodeuntes per contumeliam nominarunt יוצאות *exeuntes & vagas.* Notandum & illud ex Athenæo, Domino conuiuij apud veteres, ſimul ac decubuiſſet, ſchedulam offerri ſolitā, quæ deſcripta ordine obſonia omnia haberet, vt ſciri poſſet, quid primo & quid poſtremo eſſet miſſurus coquus. Sed de his ſatis.

Obſtetrix, quæ fœminæ parturienti eſt præſto, dicta ex eo, quod opem ferat, vel (*vt Ambroſius interpretatur*) quod obſiſtat, ne recens editus fœtus defluat in terram. Plinius & Ariſtoteles ſæpe obſtetricum teſtimonia citant, vtpote eiuſcemodi rerum peritiſſimarum. Quid, quod ſæpe contingat, diutino vſu exercitatas callere eas nonnulla, quoad mulierum affectus, melius quibuſdam medicis.

Oceanus, cuius nomine magnum illud mare, quod terram ambit, & in quod ſeſe exonerant maria mediterranea, intelligitur, à celeri fluxu vendicat nomen. Etenim ὠκὺς eſt *celer*, τὸ νᾶσθαι eſt *fluere* vel *natare*. Patrem eum appellarunt rerum omnium, qui cuncta ex humiditate conſtare & ali ſuſpicabantur. Id quod etiam Metaphyſ. 1. annotatum ab Ariſtotele, & Thaletis ſententiam reiicit, qui principium rerum fecit aquā. Hinc fortè & Orphei illud, Νηρέα μὲν πρώτιςα καλῶ πρέσβυςον ἁπάντων: & quod de prima illa rerum confuſione (Heſiodus nominat *Chaos*) eſt adnotatum ſuo loco. Homerus equidem diſertis verbis *Iliad. 4.* canit ὠκεανόντε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα

μητέρα τηθὺν. Et 21. *Iliad.* ad nominis etymō veluti alludens, ait: Ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρέιατα μακρὰ νάουσι. Eadem ratione & ποσειδῶνα γενέθλιον vocat Apollonius. In Euripidis Oreste audit ταυρόκρανος, quòd *taurino sit capite*, dicitur & βαθυδίνης *quod è profundo moueatur.* Obseruatu dignum hoc loco, maris Atlantici nomen olim multò latius acceptum quàm nunc accipi solet, pro Oceano videlicet. Legimus enim in somno Scipionis omnem terram, quæ colitur à nobis, Atlantico mari circumfundi. Scribit & Strabo, Indiam desinere in mare Orientale, & in Austrinum, Atlantici partem, qui etiam auctor, & alio in loco in se coire testatur Atlanticum mare. Et Aristoteles *libro de mundo*, si modò est eius, το δὲ πέλαγος τὸ ἔξω τῆς οἰκυμένης ἀτλαντικὸν καλεῖσθαι, καὶ ὁ ὠκεανὸς περιῤῥέων ἡμᾶς. Herodotus quoque tantùm duo vniuersi maris nomina nouit, cum *Atlanticum* mare & *Rubrum*, tum quod Græci nauigant, dictum postea *Mediterraneum*, vnum esse, & idem scribit, Caspium verò esse alterum. Quo sensu forte Zosimus Rhenum se in Atlanticum mare exonerare tradit.

October mensis ὁ ὀκτώβριος Græcis, Macedonibus ὑπερβερεταῖος Atheniēsibus πυανεψιών, Ægyptiis Ἀθὺρ, Hebræis תשרי *&* האתנים *3. Reg. 8.* Bœotis quoque Δαμάτριος, *teste Plutarcho, libro de Iside*, quasi *septimus imber*, appellatus, videtur Latinis, vel quod à Martiò esset *octauus.* Nominauit & eum Domitianū à suo nomine Domitianus, *teste in eius vita Suetonio.* Quin & Faustinum dictum in honorem Faustinæ vxoris, M. Antonini Imperat. & à Commodo Inuictū, ex Iulio Capitolino, & Ælio Lampridio didicimus. Celebrari solebant hoc mēse Meditrinalia, à medendo dicta iuxta Varronem, quod tum nouum ac vetus vinum medicamenti caussa libarent & degustarent, sicut Athenis θεσμοφόρια, *vt testatur Plutarchus in Iside* his verbis, Καὶ γὰρ Ἀθήνησι νηστεύουσιν αἱ γυναῖκες ἐν θεσμοφορίοις, χαμαὶ καθήμεναι, ἐστὶ δὲ μὴν οὗτος περὶ πλειάδα σπόριμος, ὃν ἀθὺρ Αἰγύπτιοι πυανεψιῶνα δὲ Ἀθηναῖοι, Βοιωτοὶ Δαμάτριον καλοῦσι. Varinus eodem mense testatur acta Athenis Ἀπατύρια per tres continuas dies, quarum primā, δορπείαν nominabant, alteram ἀνάῤῥυσιν, tertiam, κουρεῶτιν. Ipsis Idibus Octobris immolabatur Romæ equus Marti, in campo Martio, de cuius capite nō leuis esse solebat contentio inter Saburranos & Sacrauienses, *teste Festo.* Agebatur & armilustrium, in quo rem diuinā faciebant armati, & inter sacrificandum canebant tubis. Tum quoque iaciebant coronas in fontes, & puteos coronabāt, ludosque victoriæ celebrabant, à P. Cornelio Silla primùm bello ciuili institutos. Coniicit & Dio in hunc mensem Augustalia propter reditum Augusti, compositis rebus in *Græcia*, *Asia*, *Syria*, *Parthia*, *& Sicilia*, olim celebrata. Sed & Iudæi, diuino mandato in hoc mense celebrabant festum Tubarum, septimo videlicet die. Recentiores primum eiusdem diem nominant ראש השנה *anni caput vel initium*, & primos decem dies, עשר הימי תשובה id est, decem pœnitentiæ dies, Itaque in illis multas dant eleemosynas, quibus se Dei iram placaturos existimant; vt & *Eberus notauit.*

Oculus ab occulendo Grammaticis dictus, Græcis ὀφθαλμὸς παρὰ τὴν τοῦ ὄπτεσθαι δύναμιν, *à videndi facultate.*

Ocymum, quod conuitiis lacessitum vberius & celerius nasci tradidit Theophrastus, vt per autumnum durare, & tonsum regerminare, nomen suum deriuat à nascendi celeritate, *teste etiam Festo Grammatico*, vel potius, quod aluum celeriter cieat, *vt Varro & Plinius testātur.* Nam τὸ ὠκὺ celeritatem significat Græcis. In vinea illud seri iubebant veteres, quòd pabuli instar esset, & vmbræ patiens, celeriter tamen proueniret. Chrysippus censuit stomacho esse inutile, sicut &

cur vrinæ, & oculorum claritati

Ode modulatus sermo, nomen est deductum ab ἀοιδὴ voce in ᾠδὴ contracta. Etymologicon magnum deflectit ab εἴδω τὸ γινώσκω, cui addita intensiua particula fit ἀείδω. Hinc autem nomen ἀοιδὴ,& facta crasi ἀοι in ω. ᾠδὴ.

Odullam, oppidum in tribu Iuda, nomen inuenit ab עד *testimonio*, & דלים *pauperibus*

Oeconomus οἰκονόμος, pecuniæ frugum, imo omnium, quæ dominus possidet, dispensator, ἀπὸ τοῦ οἰκονομεῖν, quod est, *domesticæ rei curam habere*, nomen arcessit. Alias latius significationem extendit. Nam œconomi dicuntur, quibus Ecclesiasticarum rerum gubernatio, & dispẽsatio cõceditur Episcopi consensu, *Iubemus, in princ. C. de sacrosanct. eccles.* Capite vltimo Epistolæ ad Romanos fit mentio οἰκονόμου, τῆς πόλεως quem Hieronymus transtulit *ciuitatis arcariũ*. Quanquam Scæuola I C. *procuratorem vel curatorem vrbis* exponat Nazianz. dixit τὸν τῆς ψυχῆς οἰκονόμον, id est, *animæ dispensatorem*. Item τοῦ μυστηρίου οἰκονόμον, *mysterii dispensatorem*.

Oenophorum, vas ferens vinum, vnde & illi nomen. Nam οἶνος est *vinum*, φέρω fero. Vtitur ea voce, cùm Persius, tum Iuuenalis. Plautus ad eundem modum, formato vocabulo, pro *vinaria cella*, dixit Oenopolium, Lãpridius, *Oenophylaces*, cellæ vinariæ custodes, *Oenophorus* autem, non tam vas vinarium est, quàm minister vinum ferens, qualem inter reliqua Praxitelis opera commemorat Plinius.

Oecumenicum Concilium ex vniuerso terrarum orbe collectis hominibus celebratum nomen habet ἀπὸ τῆς οἰκουμένης, *terrarum orbe*. Tantundem ergo atque vniuersale Concilium. Discrimen huius à quolibet particulari, quia Cedrenus in Historiarum compendio disertè & eleganter exposuit, placet & eius subiicere verba: *Sciendum est*, inquit, *etiam alia certis in locis fuisse synodos, quarum decreta habemus, tametsi eæ, in numero sex istorum conciliorum (œcumenicorum) non exstent. Tale fuit, quod Ancyræ est actum: Item Neocæsareæ, Gangris, Antiochiæ, Laodiceæ, Sardicæ, Carthagine. Hæc enim coacta sunt ob quæstiones certis locis obortas, neque iussu Imperatorum, neque iis præsentibus. Quin etiã horum quædam habita sunt, priusquam Christiani exsisterent Imperatores. Ceterum illa œcumenica fuerunt dicta, quia iussu imperatorum sacerdotum principes, qui per imperium Romanum diffusi habitabant, conuocarentur, & quia in quouis horum, præcipuè sex istis, de fide fuit quæsitum, & actum suffragiis, editumque decretum, seu dogmatica definitio, quã nominat, ὅρον δογματικόν.* In vltimis his verbis, quibus auctor explicare conatur nominis originem sciẽdum illum, non tam proposuisse τὸ ἔτυμον, cum nullam τῆς οἰκουμένης fecerit mentionem, quàm rem ipsam.

Oedipus Laij Thebanorũ regis & Iocastæ filius, ἀπὸ τοῦ οἰδήματος τῶν ποδῶν, id est, *tumore pedum*, nomen arcessit, vt & Euripides vult. Et Seneca, *forata ferro gesseras vestigia, tumore nactus nomen, ac vitio pedum*. Quod ipsum quidem, quo pacto se habeat, vt à quouis intelligi possit, necessarium omnino, vt ab initio rẽ totã repetamus. Laius ergo sumta vxore Iocasta Creontis filia, cùm diu caruisset liberis, oraculum consulit, essetne filios habiturus. Tulit responsum, *non concedere sibi prolem habere, quòd qui ex eo filius proditurus esset, patrem esset neci daturus, aduersaque fortuna domum funestaturus.* Accepto responso, cùm tandem natum sibi infantem cognouisset, præcepit primum exponi, ferro traiectis pedibus. Vnde cùm pedes intumuissent, Oedipus est nominatus. Verùm cùm domestici nequaquam exponerent, tradiderunt eum seruilis conditionis mulieri, Polybi vxori, quæ filios hactenus habere non potuerat. Cùm iam adoleuisset, de infante exposito rursus Deum consulere consti-

tuit

tuit Laius. Quo tempore Oedipus quoque certiori factus status sui sorte ad Pythiam ibat, de suis parentibus inquisiturus, illi contingebat apud Phocidem incidere Oedipum in patrem Laium, qui tum de via eum cedere superbius cùm imperasset. Oedipus ira commotus interemit patrem, ignorans tamen esse patrem, idque accidit, quo tempore Sphinx in agrum Thebanum erat immissa, ab irata Iunone. Eius celebre est ænigma, *Primum Bipes, inde quadrupes, cum sola ipsi vox est.* Deinde tripes, *mutans solummodo vocem ex omnibus animalibus istis, quæ vel reptant per terram, vel errant in fluctibus, aut denique per æthera volant. Verum ubi gressum accelerat, tum illi vires deficiunt & segni languore torpent membra.* Proponere solebat ænigma illud prætereuntibus, residens in colle Phyceo, & si quis soluere non potuisset, eũ Sphinx vnguibus dilacerabat. Sed has ambages soluit Oedipus, vnde Terentii illud: *Dauus sum, non Oedipus.* Meminit & eius Plautus in Penulo. Dictum verò Sphinga Grammatici putãt, παρὰ τὸ σφίγγειν, qđ hominũ mores suis ænigmatib constringeret. Hominem autẽ illa ænigmate suo significare voluit, qui primũ infans manibus simul & pedibus, instar quadrupedis repit, firmior hinc factus, est bipes. Demum senex & imbecillis, tanquam tripes baculo innixus progreditur. Adiecisse me etiam illud propter celebritatem, quanquam fabulosum sit, nemo (opinor) bonus & eruditus vitio dabit, quando hisce etymologicis semper aliquid adiicere placuit ex perenni Musarum fonte, quod bene doctos, nõ nasutulos & semipaganos, oblectet, quales inuenias hoc tẽpore quàmplurimos, sibi tamen in sua ignorantia mirificè placentes, propter huius aut illius loci in quopiam auctore, aut legis cognitionem.

Oenotria dicta Italia non à vino, quod Græcis est οἶνος, *vt visum Seruio*, sed ab Oenotro Arcade Lycaonis filio, qui primus traiecto sinu Ionio Italiam incoluit, vt *scribit Halycarnasseus*, cui Pausanias in Arcadicis subscribit. Verba Dionysii sunt hæc: πρῶτοι γὰρ Ἑλλήνων οὗτοι περαιωθέντες τὸν Ἰόνιον κόλπον ᾤκησαν Ἰταλίαν, ἄγοντος αὐτοὺς Οἰνώτρου, τοῦ Λυκάονος.

Oestrus insecti genus horrisono strepitu circumsonans, & bobus infestum (*Tabanum* vocat Plinius) ἀπὸ τοῦ οἰστρᾶν, quod insanire significat, deducit nomen, quod armenta in furorem agat. Meminit eiusce rei Virgilius *Georgic. 3.* his verbis:

Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem
Plurimus Alburnũ volitãs, cui nomẽ Asylo
Romanũ est (œstron Grai vertere vocantes)
Asper, acerba sonãs, quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther
Concussus, syluæque, & sicci ripa Tanagri.

Seneca ad Lucilium: *Hunc quoque Græci œstron vocant pecora totis saltibus dissipantem, asilũ nostri vocabant.* Meminit eiusdẽ Apollonius *lib. 1.* cùm taurum dicit aliquando percussum ab œstro edere mugitum erecta ceruice. Verba eius sunt: ἄλλοτε δ' ἱστάμενος καὶ ἀνὰ πλατὺν αὐχέν' ἀείρων ἵησιν μύκημα κακῷ βεβολημένος οἴστρῳ. Et Homerus Odyss. χ. οἱ δ' ἐφέβοντο κατὰ μέγαρον βόες ὥς ἀγελαῖαι, τὰς μέν τ' αἰόλος οἶστρος ἐφορμηθεὶς ἐδόνησεν ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ.

Officium quin ab officiendo, quod veteribus erat efficere, sit deriuatum, non est quod dubitet aliquis. De officiis itaque libros inscripsit Cicero, quibus quid in tota vita cuique agendum sit pro ætate, conditione, vitæ genere, pro temporum, locorum, personarum diuersitate, vnumquemque docere nititur. Atque hoc opus primum omnium aliorum (quod forte maxime ita necessarium arbitrarentur) inuenta typographia, æneis characteribus impressum fuisse Moguntiæ à Petro Gernshemio, Ioannis Fustei puero accepimus. Græce dicitur *officium* τὸ καθῆκον vel κατόρθωμα, quod definiunt esse πρᾶγμα-

κέλευθον ὀρθῷ λόγῳ, ἢ νόμῳ πρόσταγμα, quæ vox etiam ad bella se extendit Καθῆκον autem dicitur à κατὰ & ἥκω venio, vsitate magis quam commode vsurpata voce, cuius tamen auctorem faciunt Zenonem, Laertius & Suidas, etiamsi apud Demosthenem & Xenophontem quoque legatur. Cicero duo officiorum genera statuit ex Stoicorum sententia. Vnum, quod perfectum vocant, Græce κατόρθωμα, coniunctum cum fine boni. Alterum medium seu inchoatum, Græcè καθῆκον μέσον, quod per se nec sit bonum, nec malum. Isidorus multa officiorum genera enumerat in rebus diuinis, nomenque deriuat nobiscum ab efficiendo. Nec refert, primam siue initialem literam esse diuersam, cùm veteribus idem fuerit officere, quod nobis efficere. Quapropter rectè & Festo ab efficiendo dictus officiosus. Sunt tamē multi, qui per antiphrasin dictum volunt officium, quòd prosit multis, officiat nemini. Minus tamen probata grauioribus Criticis eorum sententia. Singulare illud, nec omittendum, officium apud bonos auctores quandoque accipi pro nuptiis, vt *ad officium venire*, tantundem sit, atque *ad nuptiarum celebritatem venire.* Scribit enim Tranquillus in Caligula, eum imperasse ad se deduci Liuiam Horestillam C. Pisoni nubentem, cùm & ipse ad officium venisset. Vnde & Iuuenalis *Satyr. 2.* loquens de nuptiis, ait, *Officium cras primo sole mihi peragendum in valle Quirini. Quæ caussa officii, quid quæris? nubit amicus.*

Ogygia dicta est olim Attica, quam Stephanus ab Ogyge rege fabulosè deriuat, cùm præstet Aegyptiacam esse notionem. Etenim inter Aegypti cognomenta memoratur *Ogygia*, certúq; adeo est, Atticā tenuisse Aegyptios. Celebrat & eiusdem nominis Insulam Homerus cōtra Africam sitā, alio nomine *Ææā*, quam inhabitauerit Calypso filia Atlantis. Fuit & ὠγυγία vrbs maximum Hæmi spatium complexa, alio nomine iuxta Nicetam *Peristhlaba.* Forte ab eisdem Ogygiis siue Aegyptiis colonis aut conditoribus hęc nomina, vt & *mœnium Ogygiorum seu Thebanorum*, quæ Festus alios secutus etiam ab Ogyge conditore dicta existimat. Audiendus & hîc Pausanias, qui in Bœoticis scriptum relinquit, τὴν Θηβαΐδα ὁ κήσαι πρῶτον Ἐκτηνας, βασιλέα δὲ εἶναι Ἐκτήνων ἄνδρα αὐτόχθονα Ὤγυγον καὶ ἀπὸ τοῦ δε τοῖς πολλοῖς τῶν ποιητῶν ἐπίκλησις ἐς τὰς Θήβας ἐστὶν Ὠγυγίαι.

Olitor ab oleribus id est, hortensibus herbis nomē inuenit. Commendant ea in cibo Christianorū, præcipue Paulus Apostolus & Hieronymus, cùm ille infirmos olus vult manducare, hic verò languentium cibos vocat olera. Suadet idē Hieronymus in Epist. *esse ea moderatè edenda, quòd noceant sumta immodice.* Numerantur inter ea. *Lactuca, Intubum, Beta, Sonchus Malua, Brassica, Atriplex, Spinachia, Blitū, Portulaca, Rumex, Apium, Buglossa, Eruca, Nasturtium, Scandix, Ocymum, Anetum, Anisum, Fœniculum, Vrtica, Hyssopus, Origanum, Satureia, Maiorana, Pulegium, & alia sexcenta.*

Olor vox creditur Latina, vt cygnus origine græca descēdens ἀπὸ τοῦ κύκνου. Haud desunt tamen, qui eam inclinent παρὰ τὸ ὅλον καὶ ὡραῖον. quasi *totus sit pulcer.* Quo mirum non sit, fingere Poetas Veneris currū ab oloribus trahi. Aquilā hic, si prouocatus fuerit ad pugnā (vt solet) robore alarum vincit. Multa huius auis copia in Frisia est, vbi & in mari, & in fossis mediterraneis viuit, maximè ferox & sæua in alios cygnos cùm nidificat, & ouis incubat. Crebras itaq; tum videas pugnas ac dimicationes, interdū ad necem vsque, nisi dirimatur conflictus, aut alter confligentium in fugam abeat. Solebāt & in Phrygia reperiri ad fluuium Scamādrum, *teste Homero.* Strabo etiam Hispaniæ tribuit. De agro Engolismensi in Gallia cui non constat? Quippe educatos ibi quamplurimos opera regis Francisci, vt & quondā multos

tos legimus coniectos in piscinã, quam Geloni Tyranno Agrigentini struxerant longe magnificentissimam fontibus & fluuiis in eam deductis? Et Ouidius, *Ad vada Maeandri concinit albus olor.* Sed & aliis in locis agunt. Hoc autem mirum, quòd veteres ferè omnes, maximè apud Platonem Socrates affirmet, *dulci eos modulo canere quasi lætantes, vbi se breui moriturospræsentiunt*, etiamsi nõnulli id negent, vt alias à nobis est adnotatum Vtcunq; Hanc equidem ob caussã Phœbo consecratos & dedicatos arbitror, quòd velut exsultãtes lætitia & diuinatione prædìti cãtu & voluptate alterius vitæ bona præsagiant, nec quidquam mali in morte esse præuideant.

Olympici ludi, qui celebrari solebant quinto quoque anno redeunte, vt *docet Censorinus*, magna hominum frequẽtia, & in quibus oleagina corona donabantur victores, ab Olympio Ioue in cuius honorem erant instituti, nomen accessunt. Fuit Olympia iuxta Strabonem lucus oleastro vestitus, flumini Alpheo adhærens in agro Pisano, ab Elide distans stadiis plus minus trecentis, vbi & templum Iouis Olympii fuit celebre scriptorum monumentis, ante quod agebantur hi ludi, tota prope Græcia, ad spectaculum confluente. Primus ex iis Hercules palmam reportauit eorundem institutor. Post Herculem, qui victoriam obtinuerunt quãplurimi, tanto in pretio apud suos sunt habiti, vt velut triumphantes quadrigis inueherentur in ciuitates suas. Eo sp ectant illa Vitruuii libro 9. *Nobilibus Athletis, qui Olympia, Pythia, Isthmia vicissent, Græcorum maiores adeo magnos honores constituerunt, vt non modo in conuentu stantes cum palma & corona ferant laudes, sed etiam cum reuertuntur in suas ciuitates cum victoria, triumphantes quadrigis inuehantur, è reque publica, perpetua vita, constitutis vectigalibus fruantur.* Hinc & à Solone institutũ scribit Plutarchus, vt drachmæ quingentæ darentur ei, qui Olympia vicisset. Quòd si Herodoto etiam & Diodoro credimus, fuerunt Olympici ludi, simul & gymnici & equestres. Cùm enim Xerxes ex perfugis paucis, qui ex Arcadia venerant, quæsiuisset, *quid rerum agerent Græci*, respondit, *eos agere Olympia, & spectare certamẽ equestre ac gymnicum.* Equidem si primæ institutionis eorum habeatur ratio, nihil in iis agitatum, meritò quis dicat, præter certamẽ equorum & palestræ. At si posteriora respicias tempora, etiam carmina ibi à Poëtis recitata inuenias. Scribit enim ex Dicæarcho Athenæus Cleomenem Rhapsodum Olympicis ludis memoriter reddidisse Empedoclis expiationes. Quin Neronem agona Musicum præter consuetudinem apud ipsam Olympiam commisisse, tradit Philostratus *lib. 5. de Apollonio Tyaneo.* Vetus etiam Horatii interpres, *Oda 2. lib. quarto*, Poetas olim in decantandis Heroum laudibus, accepto themate, eisdem in ludis certasse, & coronatos fuisse tradit. Ibidẽ legimus, & Herodotũ senẽ suas recitasse historias, præsente cũ patre suo Thucydide, admodum puero qui cum diuinitus commotus illacrymasset, gratulatus est patri Herodotus nomine sobolis his verbis: *μακαρίζω σε τῆς εὐτεκνίας ὄλορε, beatum te prædico Olore ob sobolis felicitatẽ*, fuitque auctor ei, vt erudiendum diligenter curaret filium quod iam gliscere inciperet in animo eius bonarum artiũ cupiditas ac amor. Præterea sciendum & illud, *in Iouis Olympici templo fuisse eius Dei simulacrum solidum ex auro, picturasq; plurimas & mirabiles, vt docet Strabo.* Item simulacrum Iouis ex ebore, Phidiæ Atheniensis opus, cuius Plinius meminit *libro 34. Strabo 8. Fabius 16.* quod transferri nõ potuisse in ciuitatem Romanam, scribit Iosephus, dicentibus architectis, *si moueretur simulacrum, posse malũ aliquod accidere.* Iouis enim simulacrum erat imo collocatum in tẽplo Olympici Iouis, vbi ludi Olympici in Iouis Olympici honorem, ab Hercule instituti, non

ab Iphito, vt vult Paterculus, agebãtur. Fuit enim is intermiſſi agonis potius reſtaurator, quam inſtitutor, & autor. Sit illud hoc loco anctarium, interdictu fuiſſe fœminis Olympicum agonem. Pauſanias Eliacis κατὰ δὲ τὴν ἐς Ὀλυμπίαν ὁδὸν, πρὶν ἢ διαβῆναι τὸν Ἀλφειὸν, ἔστιν ὄρος ἐκ Σκιλλοῦντος ἐρχομένῳ πέτραις ὑψηλαῖς ἀπότομον. ὀνομάζεται δὲ Τυπαῖον τὸ ὄρος. κατὰ τούτου τὰς γυναῖκας Ἠλείοις ἐστὶν ὠθεῖν νόμος, ἢν πειρατῶσι μὴ ἐς τὸν ἀγῶνα ἐλθοῦσαι τὸν ὀλυμπιακόν. ἢ καὶ ὅλως ἐν ταῖς ἀπειρημέναις σφίσιν ἡμέραις διαβᾶσαι τὸν Ἀλφειόν.

Olympus iuxta Herodotum, Theſſaliæ mõs altiſſimus, (quãquã & alii eiuſdem nominis montes numerentur in *Arcadia*, *Elide*, *Cilicia*, *Cypro*, *Myſia*, *Macedonia*) ipſaſque nubes vertice excedens, ita vt non feriatur a ventis & pluuiis, id quod indicat cinis intactus integro anni ſpatio, *referente Solino*, *Claudiano in Stilicone*, *Lucano Pharſaliæ 2.* dictus eſt iuxta Heſiodi interpretem, quaſi ὁλόλαμπος *totus ſplendens*, cui Euſtathius aſtipulatur *Iliad. 8.* Idem & Deorum habitaculum vocatum dicit, & allegoricè accipi pro ipſomet cœlo, quod etiam eſt ὁλόλαμπον, vt & Heſiodi interpres agnoſcit. Sed quod addit de capite eodem nomine donato, vt elegans inprimis, omittere nequaquã poſſum. Verba eius sũt: ὁμοίως δὲ τῷ οὐρανῷ καὶ ἡ σφαιροειδὴς ἡμῶν κεφαλή. ἐν ᾗ τὸ ὁλολαμπὲς λογιστικὸν ἵδρυται. ὄλυμπος λέγεται. Sunt qui in hoc monte noſtro tibicinẽ habitaſſe tradunt nomine Olympum, & ab eo tãdem tuliſſe nomen, cuius equidem meminit in Minoe. *& 3. de legibus* Plato. Inter hunc & Oſſam ab eo diuulſam (quod fabuloſè aliqui tribuunt Herculi) labitur impetu vaſto fluuius Peneus.

Omen ab ore deductum Varroni, quaſi *oramen*. Et Feſtus: *Omen quaſi oremen, quod fit ore.* Quid quid enim ore dicitur, vel egreditur, eſt omen, vt quidem Donato placet. Itaque veteres, eodẽ teſte, aggreſſuri aliquid, quod felix fauſtumque ſit, dicebant, vt *omen* ita dicendo ſuſciperent. Etiamſi Nonius omen eſſe non ſolùm oris, ſed etiam mentis exiſtimet. Vnde à ſacrificantibus ſolitum dici, *Bona habete omina.* Nullam his adhibẽdam eſſe fidem docet Chriſtiana religio, at quantum tribuerint Ethnici, vel vnus Valerius Maximus euicerit, *lib. 1. cap. 5.* quod ominibus prorſus eſt dedicatum. Et Ouidius *Amorum elegia. 2. Omina ſunt aliquid, modo cùm diſcedere vellet, Ad limen digitos reſtitit icta Nape.*

Omophagia feſta, de quibus poſt Græcos Arnobius *lib. 5.* mẽtionem fecit, *crudiuora*, latinè rectè appelles. Crudu enim eſt ὠμὸν, *vorare* vel *comedere*, τὸ φαγεῖν.

Onager quaſi ὄνος ἄγριος, *ſyluestris aſinus.* Eſt & tormentum bellicũ, *teſte Ammiano Marcellino libro 23.* vbi poſt copioſam eius deſcriptionem, tandem hæc ſubiicit verba, *Et tormentum quidem appellatur, quod ex eo omnis explicatio torquetur.* Scorpio autem, quoniam aculeum deſuper habet erectum, cui etiam Onagri vocabulum indidit ætas nouella, ea re, quod aſini feri, cùm venatibus agũtur, ita eminus lapides poſt terga calcitrando emittunt, vt perforent pectora ſequentium, aut perfractis oſſibus capita ipſa diſplodant.

Opalia inquit Varro, *libro de lingua latina quarto*, die tertio poſt Saturnalia feriæ Opis. Et Feſtus: *Opalia dies feſti, quibus ſupplicatur Opi, appellantur.* Celebrabantur ea, (*vt ſcribit Macrobius*) menſe Decembri, quemadmodum & Saturnalia, omni iam fœtu arborum coacto: quoniam Saturnum & Opem, repertores frugum ac fructuum crediderunt, quos & nonnulli cœlum eſſe & terram ſunt arbitrati, Saturnumque à ſatu dictum, cuius cauſſa de cœlo eſt, & terram *Opem*, cuius ope humanæ vitæ alimenta quæruntur, vel ab opere, per quod fructus frugeſque naſcuntur. Huic Deæ ſedẽtes cõcipiebant vota & de induſtria terram tangebant, vt innuerent quidem ipſam matrem terram appetendam

dam

dam esse mortalibus. Primum omnium Cecropē statuisse in Attica aram Saturno & Opi tradidit Philochorus, *referente eodem Macrobio*. Eandem autem esse Opem cum Cybele, de qua aurea est a ctum, ostendit alibi Ouid cum ita canit,

Ipse quoque Ausonias Caesar Matresque nurusque.

Carmina turrigerae dicere iussit Opi.

Opes creduntur nomen trahere ab Ope Saturni vxore, qua terra significatur, *vt scribit Pompeius*. Recte itaque Ouidius,

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Ophir אופיר citis vel est propriū nomē filij Iectan, qui fuit nepos ipsius Sem, fratrique eiusque habuit Hauilam, cum quo Indiae regiones incoluit, ad fluuium Gangem de nomine ipsorum dictas, aurique & lapidum pretiosorum ditissimas. Hauilae mentio fit, *Genes. 2.* auri Ophir. 1. *Reg. 9.* nempe illa Indiae regio est, ex qua Salamonis classis Ophirizum aurum, iam corrupto vocabulo *obrizum*, olim aduexit. Quid, quod nec desint qui Peru eandem regionem esse velint cum Ophir, eo quod vtraque dictio eisdem literis radicalibus constet, quarum in Peru facta metathesis est. Sic & Postello videtur, cui suffragatur Goropius in sua Hispania, item Arias Montanus. At Caspar Lusitanus, qui de hac regione Ophir peculiare edidit opusculum, persuadere conatur, Ophyrā sacrae scripturae esse auream Chersonesum, aut potius omnem eam, oram quae *Pegusus, Malaca & Samotra* continetur. Tzezes legit ὄφαρ. Iosephus *auream terram* vocatam scribit tempore suo. Eupolemus apud Eusebium appellat Οὐφῆ *lib. 9. capit 4. praeparat Euangelic.* additque insulam esse maris Erythraei. Alij sub hoc nomine intelligunt Aethiopicam regionem Cephalam Scribit enim Thomas Lopesius (*vt & ab aliis est annotatum*) in sua Indica nauigatione. Cephalenses habere libros scriptos Indicā linguā, in quibus legitur etiamnum, tertio quoque anno Salomonem regem hinc aurum tulisse, atque hodie etiam eam regionem habere eas aurifodinas.

* *Ophir*, à Iosepho Iud. Antiq. lib 8. cap. 6 perhibetur fuisse Aurea Chersonesus, in India sita supra Gangem, Ortum versus, iuxta situm quem Magnum appellat Ptolomaeus, quae regio, quod a Iudaea remotissima, diues & auri ferax gstimata, à rebus & moribus Iudaeorum aliena, Orphira, Chauilae fratri obuenisse, & ad Persiae Orientalis fines circa Susianos fuisse putatur Iob. 22 cap. v 24. legimus, *Pones super puluerem* בצר *Lezer*, lectissimum aurum, *& in Petris ad torrentes* אופיר *Ophir*, id est Ophirinum aurum, ex Ophir allatū. Ortelius in Theatro Geographico ad Lopesij sententiam accedit, nempe *Ophir* esse *Cephalam*, vel (vt alij pronunciant) *Sofalam*. Ex *Ophir* et am ebur habuisse Salomonem sacrae referunt literae. At hoc non ex Peruuiana regione, vbi nullus vnquam Elephas. Iosephus à Costa, lib 1. cap. 14. de natura noui Orbis, *Ophir* Indiam Orientalem interpretatur. Scribit praeterea Ortelius Ioannem de Barros in decadibus suis testari Sofalam esse admodum auriferā, adeo vt etiamnum nihil praeter aurum mercatoribus exteris communicet, vt testantur Lusitanorum peregrinationes. Chersonesum auream prouerbio de montibus aureis locum fecisse nonnulli scribunt. Et vt sit, Ophir regionem auri feracissimam & quidem auri praestantissimi fuisse constat ex Salomonis historia & Iobi loco. de regionis situ & recentiori nomine cogitet lector studio sus Vide *Obrizum*, & *Ophaz*.

Ophitae haeretici ἀπὸ τοῦ ὄφεως, id est, *serpente*, quem colebant, appellationem trahunt. Colebant enim serpentē, quem dicebant induxisse in paradisum cognitionem virtutis.

Ophiuchus dictus Aesculapius Astrologis, quòd anguem teneat, ὄφις enim est *serpens*, ἔχω *habeo* vel *teneo*. Signum equidem coeleste designare & describere volunt. Fertur enim Aesculapius (*ne & fa-*

bulas suo loco negligamus) Apollinis caussa inter sydera relatus à Ioue, cùm Hippolytum antea iniquitate nouercæ, & insania parentis interfectum, in lucem reuocasset, *vt ex Eratosthene refert Hyginus*. Alij tamen volunt, hunc Ophiuchum esse Phorbantem Triopæ filium, quidã Glaucum Minois filium, sanitati restitutum ab Æsculapio. A quibusdam dicitur *Ophiuleus*, παρὰ τὸ ἕλκειν τὸν ὄφιν, quod anguem trahat. In capite stellam habet vnam: Singulas etiam in humero vtroque: In manu sinistra tres, in dextra quatuor, totus constat stellis 23.

Opiconsiua dies, sic dicta à Dea *Opicõsiua*, cuius in regia erat sacrarium, quod ideo actum, vt eo præter virgines Vestales, & sacerdotem publicum introeat nemo. Varro.

Opimum dixerunt veteres, quidquid magnificum erat & amplum, ab Ope Saturni coniuge, quæ terra credebatur, *vt antea dictum*. Sic opima spolia dicta, quæ dux duci detrahebat, vt *Romulus Acroni, Cossus Tolumnio, Marcellus Viridomacroro*. Prima legũtur suspẽsa *Feretrio Ioui*, secunda *Marti*, tertia *Quirino*.

Opiter vt inquit *Valerius*, dictus, qui est natus auo viuo, patre mortuo, & quasi obito patre, vt Iupiter à *iuuando*, quasi iuuans pater.

Opium liquor ex inciso papauere nigro profluens, originem refert ad ὄπον vocem græcam, quæ significat liquorẽ. Et quanquam multi & varij sint ὀποὶ, id est, *liquores*, vt opobalsamum, quod Simeon Sethi vocari scribit, βαλσαμίλαιον, Opopanax ex Panacis Heraclij radice incisa emanans liquor, & alij plures: tamen solus nigri papaueris ὀπὸς obtinuit apud Græcos, vt peculiariter neutro genere ὄπιον diceretur, quod optimum censetur, si sit *graue, densum, gustu amarum, laue, non asperum, neque grumosum*, quodque intercolandum, non vt cętera coëat, aut diffundatur in sole, admotúmque lucernis, non atra luceat flamma, extinctũ denique vim sui odoris seruet. Est illud validissimum inter ea, quę sensum stupefaciunt, & soporem conciliant. Itaque Opiata medicamenta, quod opium recipiant dicta, in hunc finem aut propinari, aut applicari solẽt, quale Philonium est, cuius Galenus *9. de compos. medicam. secundum loca* meminit, Tryphera quoque Athanasia, Micleta, Andromachi. Theriaca, Mithridatis antidotus, Esdra, Diacodion, Nicolai requies, & similia. Cautè his est vtendum, vt & Galenus monet *de arte curandi ad Glauconem lib. 2*. Statim enim post compositionem iis vtendum non esse suadet, verum potius post tempus compositionis annuum, aut omnino semestre. Quid, quod id genus medicamenta dolorem quidem tollant, dispositionem tamen relinquant, imo sopitus aliquandiu dolor cum graui iactura nonnunquam redeat.

Oppia lex de matronarũ cultu est lata à C. Oppio Tribuno Plebis, Q. Fabio Max. & T. Sempronio Graccho [illegible] coss. anno V. C. DXL. in medio ardore secundi belli Punici, ne videlicet, *qua mulier plus semunciam auri haberet, ne vestimento vteretur versicolore, &c.* Lex tamen illa aliquot annis post est antiquata, M. Fundano, & L. Valerio tribunis pl[illegible]. Quinimmo abolita fuisset euestigiò, nisi acerrime restitisset Porcius Cato [illegible] luxuriæ & superbiæ grauissimus [illegible], testis Liuius *lib. 4. decad. 4. Sabel. lib. 5 Ennead. 6* Pomponius Lætus *pa. 27. de legib.* Aymarus *lib. 2.* & Plinius cum de Catone scribit hoc fere modo. *Matronis ornamenta erepta Oppia lege repetentibus restitit.*

Oppidum, ab ope dictum existimant, quod *opis caussa fossa muroque cingatur*. Oppidorum condendorum ac describẽdorum veterem morem habet Plutarchus in Romulo, quæ quia sunt prolixa nimium relatu, & fere eadem sunt cum iis, quę scripsit Varro *4. de lingua lat.* tantum huius verba subiciam, *Oppidum*, inquit *condebant in Latio, Hetrusco ritu multa, i.*

ta, i. iuncti. bobus tauro & vacca interiore aratro circumagebant sulcum. Hoc faciebant religionis caussa, die auspicato, vt fossa & muro essent munita. Terram vnde exsculpserant, fossam vocabant, & introrsum factum, murum postea quod fiebat orbis, vrbs. Principiũ quod erat post murum, pomarium dictum, eiusque ambitu auspicia vrbana finiuntur. Non tamen omnia oppida mox à principio muris erant cincta apud veteres, sed iis carebant, *vt in proœmio sue scriptũ reliquit Tucydid. vrbium Græcarum mentionem faciens.* *Spartam* quoque nullis septam fuisse mœnibus, testatur Plutarchus *in Lysandro*, & Plato *dialog. 6. de legib.* Vnde & *immunita* vocat Ouidius *10. Metamorph.* Imo octingẽtos steusse annos, absque mœnibus prodidit Liuius *lib. 9. decad. 4.* At tandem clauserunt muris, cum viribus suis & armis diffidere inciperent Spartani, *vt docet Iustinus lib. 14.* Oppida condere habitum olim inter ingentia facta obseruasse mihi videor. Nam ideo etiam Liber pater & cum Castore Pollux Deorum in templa recipi meruerunt, *vt est apud Horat.* Et Dido, cùm apud Virgil. mortem voluntariam excusaret, quasi ea omnia absoluisset officia, quæ a se exigi potuissent, atque ideo nihil vlterius ad apotheoseos gloriam requiri queat, inter alia dicit, *Vrbem preclaram statui, mea mœnia vidi.* Sic in magnifica & vasta ciuitate sua gloriatus fuisse legitur Nabuchodonosor. In ducendo autem primogenio illo sulco, quando condituri vrbem primum designabant totum ambitum aratro, obseruatum est, boni ominis caussa, id est, fertilitatis ergò iunctum fuisse vaccæ bouem non castratum. Mos etiam fuit primum editis ea ponere locis non tam metu diluuij quod diu hominum animis infixa sit, quàm vt difficilis esset hostibus accessus. Rectè Varro, *Natura dedit agros ars humana ædificauit vrbes.* Sunt qui existimant, primos mortalium Ægyptios condidisse oppidum nomine *Diospolim*, quanquam alii istam prærogatiuam tribuunt Niniuæ. Apud Græcos volunt primum Cecropem conditum à se oppidum *Cecropiam* appellasse. At alij Argos, Phoronei regis opus præcessisse volunt, nonnulli *Sicyonem*. Mox enim à mundi exordio, nondum vsque adeo inualescente malitia, oppidis non erat opus. Vnde Ouid. *Nondum præcipites cingebant oppida fossæ.*

Opiter, qui patre mortuo, auo viuo gignebatur.

Opsonium vide *Obsonium*.

Oraculum Græce *χρησμὸς, χρησμῳδία, μάντευμα, θέσπισμα θέσφατον*, quod reddi solebat apud Ethnicos sciscitantibus ab iis, quos *δαιμονολήπτους* dicimus, vel ab ipsis dęmonibus, idque per somnum, vocem, gestum, sonitum, aut aliquem nutum ad diuinorum oraculorum imitationem, vt semper solitus est veterator ille, & diuinæ maiestatis simia, obscurare eius laudes diuersis & infinitis modis. Ab ore nomen accepit, vel (*vt Cicero*) quod ei insit Deorũ oratio. In hoc tamen differebant eius responsa a diuinis responsis, quòd hæc intelligerentur ab iis, quibus directa & patefacta erant, illa nequaquam. Hæc diuinam voluntatem aperirẽt, illa ab eius norma discreparent. Hæc idololatriã statuerent nullam, aut deflecterẽt à veritate, illa econtrario inueherent & confirmarẽt prohibitum à Deo cultũ. Hæc denique integra essent, immota, certa, indubitata, illa incerta, subdola, flexuosa, multis erroribus & obscuris Labyrinthis vbique plena, sæpe conficta in gratiam eorum, qui dæmonem consultum venerãt. Vnde Demosthenes *Pythiam*, *φιλιππίζειν* conquestus fuit. Primã illis occasionem dedit consensu multorum eruditorum in superstitionem, falsamq; religionem, prona hominum natura, ita vt facilius Diabolo fuerit, mox obscurare veram de Deo doctrinam, inque mundum suos furores inuehere, vt ita secum periret genus humanum, inuolutum & implicatum suę impietati. Celeberrima ipsius

oracula

oracula fuerũt Iouis Hammonis in *Lybia*, de quo multa Lucanus *libro nono*: Iouis Dodonæi in *Epiro*; Panis in *Arcad.*; Pythij Apollinis *Delphis*, cui sceleton æneum dedicauit Hippocrates, adde Dyndimæi Apollinis oraculum Sebenniticum in *Ægypto*; Amphiarai *Atticæ*; Serapidis ad *Canopum*; Trophonij in *Bœotia*, Martis apud Mysos & Thraces in *Asia*; aliaq; innumera, quæ in præsentem paginam nõ cadant. Obscuritates autem & fraudes inextricabiles facile erit vnicuique deprehendere ex nonnullis eorum exemplis. Moliente in Græciam, maximè in Athenienses, expeditionem Xerxe, responsum tulerunt illi, saluam fore ciuitatem Atticam in muris ligneis, quod Themistocles vir prudens & ingenio acuto interpretatus est de nauibus, & quidem feliciter, quẽadmodum euentus postea ostendit. Philippo Alexandri patri consulenti, de futuro belli euentu redditum fuit & adytis, *ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις*. Notum & illud: *Crœsus Halim penetrãs magnam perdet opum vim*: Item illud Seleuci de morte sua percontantis: *Ἄργος ἀλευόμενος τὸ πεπρωμένον εἰς ἔτος ἥξεις: Εἰ δ' ἄγρει πελάσσαις, τότε κεν παρὰ μοῖραν ὄλοιο.* Multa alia einsdem notæ recensent Pausanias, Plutarchus, Herodotus, Liuius, Strabo, Suidas, Lactantius, Eusebius, & alij: at maxima eorum pars conticuit circa aduentum filij Dei, vt constat non tantùm ex eo, quod tum temporis nunciatum fuerit magnum Pana esse defunctum, sed etiam ex eo, quòd Augusto Pythiam interroganti de successore est datum his verbis:

παῖς Ἑβραῖος κέλεταί με θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων

τόνδε δόμον προλιπεῖν καὶ ἅδην αὖθις ἱκέσθαι.

λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετέρων.

Me puer Hebræus Diuos Deus ipse gubernãs,

Cedere sede iubet, tristemque redire sub orcũ:

Aris ergo dehinc tacitus discedito nostris.

Orata dictus est Sergius, vir quidam nobilis, quòd duobus annulis aureis & grandibus vteretur. Vulgus enim aurum enunciabat orum. Sic Festus scribit genus piscis *oratam* appellatum ab auri colore, quod rusticiores dicebant, vt *auriculas, oriculas*.

Oratio appellata quibusdam, quasi *oris ratio*, alijs *παρὰ τὸ ὀαρίζειν* loquendo.

Oratores iuxta Festum, quasi *ἀρατῆρες* sunt dicti, quòd missi ad reges nationesque Deos solerent *ἀρᾶσθαι*, id est, testari. Hi modò appellantur legati. Nunc autem oratores, qui iuxta artis oratoriæ præcepta orationem habent, in eo diuersi à Rhetoribus, quòd hi Rhetoricam doceant, & artis præcepta in scholis tradant. Fabius vult *Oratorem esse virum bonum, dicendi peritum*, ex sententia Catonis. Idem Æschini *ἀνὴρ εὐγνώμων, δυνατὸς εἰπεῖν*.

Oratorium dici aliquando inuenias templum, ab orando deducto nomine, Augustinus. In oratorio nihil fiat, nisi hoc ipsum, à quo nomen habet.

Orbona Dea, ne orbos faceret, coli solebat. Scribit itaque Arnobius *lib. 4.* in eius tutela fuisse *orbatos liberis parentes*. Ara eius conspiciebatur ad Larium ædem, *teste Plinio cap. 7. lib. 2.* Vbi licet vocabulum Orbonæ non exstet, restituit tamen Adrianus Iunius. *3. Animaduers. cap.*

O*rcades* Cyclades vide.

O*rchestra*, locus in theatro, vel scena, vbi honoratiores, vt apud Romanos Senatores, sedebant, ab *ὀρχέομαι* nomen habet, quod nobis est *gesticulari* & *saltare*. Solebant enim scenici artifices per orchestram suas exhibere actiones: estpropria chorisi, sicut histrionum scena, *teste Polluce*. Vitruuij verba de Orchestra sunt hæc: *In Orchestra autem Senatorum sedibus loca designata, & eius pulpiti altitudo sit, ne plus pedum quinque, vt qui in Orchestra sederint, spectare possint omnium agentium gestus*. Pulpitum item, cuius Vitruuius mentionem facit, Græci vocant

ci vocant θυμέλην, vnde dicti *Thymelici* id eſt, *citharœdi*, *aulœdi*, *ſymphoniaci*, & ſimiles artifices, quotquot perſonam ex fabula non agebant, actioni autem ſubſeruiebant abditis in ſcena hiſtrionibus, vt interim populum detinerent præſtando ſuas actiones. Ibidem verſari ſolitus tragœdiarũ atque comœdiarum chorus, quamdiu chorum habuerunt comœdiæ. Conceſſiſſe olim Claudium Germanorum legatis, vt hîc ſederent, prodit in eius vita Suetonius, cùm eſſet eorum ſimplicitate atque fiducia motus. At Auguſtus idem liberarum ſociarumq; gentiũ legatis ante vetuerat. Dio ſcribit *lib. 5. 4.* eundem prohibuiſſe, ne non modò patritiorum liberi, ſed etiã nepotes eorũ, quique equeſtris eſſent ordinis, amplius in orcheſtra ſaltarẽt, cùm antea id factitare conſueſſent. Iuuenalis poſuit hoc nomen pro ſeſſione Senatus & primorum, cùm ait; *Similémque videbis Orcheſtram & populum.*

Orchia lex ſumtuariarum lege prima, à C. Orchio Tribuno plebis de ſentẽtia Senatus eſt lata, quæ numerũ conuiuarũ præſcribebat. Meminit eius Macrobius. *3. Saturn. cap. 17.* Hanc ſecuta lex Fannia, inde Didia, Licinia, Cornelia, Aemilia, Iulia Cæcilia, de quibus ſuo loco.

Orcinus ſeruus eſt dictus qui patrono vel Domino in Orci familiam aſſcripto eius teſtamẽto eſt manumiſſus, vel quẽ teſtator liberum eſſe iuſſit poſt obitum ſuum, *iuxta Alexandrum ab Alexandro*, ita vt heres patronatus ius haberet, non Dominus. De hoc vide *l. ergo ff. de fideicom. l. ſi is. ff. de fideicom. libert. l. tutela. §. plane ff. de legitim. tutor. l. directis C. de Teſtam. libert.* Directè hic manumittebatur *teſte Vlpiano*, alioqui e nomine dicebatur *Charonita*, quaſi *Charonitis libertum* dixeris, vt à Cuiacio in notis ad Vlpianum eſt demonſtratum. Theophilus. *§. qui autem. Inſtit. de rebus ſingul. per fideicom. relict.* nominat χαρωνίτας ἀπελευθέρους. Nullius nãq; viuẽtis eſt libertus, *l. 4. ff. de bonis libert.* Denique & illud de Orcino notandum, appellatum quoque eum familiæ libertum, *leg. ſi ſocius. ff. de manum. teſtam.* Vide & Beroaldum *3. Apuleii*, & Cœlium Rhodig. *c. 18. lib. 10.*

Orcus inferorum locus, non paucis ἀπὸ τοῦ ὅρκου, id eſt, *iuramento*, trahere videtur nomen. Deos enim per Stygiam paludem iuraſſe fabulantur Poetæ. Alii ab vrgendo deducunt, quòd vrgeat ad mortem. *Statutum eſt enim omnibus hominibus ſemel mori. Omnes vna manet nox, & calcanda ſemel via lethi*, Item *Serius aut citius, ſedem properamus ad vnam.* Accipitur & hoc nomen pro Plutone ipſo, cui, quare veteres inferorum imperium tribuerint, docet Diodorus *libro 6.* his verbis *Plutonem ſepulcrorum, funerum, atque honorum qui mortuis impẽduntur, vſum introduxiſſe ferunt, cùm antea nulla earum rerum apud homines eſſet cõſuetudo. Idẽ Deus ab antiquis Quietalis eſt dictus, quòd quieſcant huius vitæ munere defuncti.*

Oreades. Vide *Nymphæ.*

Oreſtea Dea culta quoq; legitur inter reliqua plus quam delira Deorum figmenta, quippe ſoror Oreſtis. Ait enim Ouidius 1. de Ponto: *Cultaque Oreſteæ Taurica terra Dea.*

Oreſtes filius Agamemnonis & Clytemneſtræ, qui in vltionem paternæ necis procuratæ, cum à matre, tũ ab Ægyſtho, rurſus illam occidit, mox autẽ ſcelere patrato furore correptus, cùm ſemper ipſi videretur irruẽs imago matris, eademque facibus & colubris armata exitium minitari, *teſte etiam Virgilio Æneid. 4.* ἀπὸ τοῦ ὄρεος, id eſt, *mõte* eſt ita dictus, vel vt ita magna & monſtroſa corporis ipſius magnitudo ſignificetur, quod ſeptẽ cubitos longitudine æquaſſe Herodotus & Solinus prodiderunt, vel vt immanes ac feros eius mores exprimerent, id quod Euſebius vult *de præparat. Euangelica lib. 4. & ante Euſebium Plato.* De furore Oreſtis multa Sophocles *in Electra*, Euripides *in Oreſte*, Valerius *Flaccus, lib. 7. & alii auctores.* Probus

ſcribit diu illum hoc furore vexatũ didiciſſe tandem ex reſponſo, non prius ſe liberatum iri, quàm flumine eſſet ablutus. quod ſeptem fluminibus cõfunderetur, atque ita tandẽ in Rhegini agri flumine purgatum ad priſtinam mẽtem rediiſſe, cuius & Varro meminit *rerum humanarum 10.* Neronẽ etiam de Oreſte Tragœdiam cantaſſe, idque in ſcena, apud Tranquillum inuenias.

Oreſtiades. Vide *Nymphæ.*

Orexis, quę medicis nihil eſt aliud, quã *comedendi appetitus*, qui, *cenſente Galeno*, ortum habet à ſenſu penuriæ, cùm venę ex ipſo ventriculo trahunt, veluti mulgentes ſugentesque, quoad originem ab ὀρέγομαι deſcendit, quod eſt *appetere* Latinis. Hæc, eodem teſte, aboletur nonnunquam, cum ventriculus ſuctionis ſenſum, qui reuera eſt fames, amiſit, vel quia acidus ſuccus non incidit in os vẽtriculi, obſtructis viis à liene ad ventriculum tendentibus, vel quia reſolutus eſt neruus, qui attingit œſophagum. Aliquando diminuitur nõ perdito omnino ſuctionis ſenſu, ſed fere iã pereunte, aut corrumpitur vel qualitate, vt in mulierum κίττα, qua res appetũt abſurdas, vel quantitate, vt in βουλιμίᾳ aut canina appetentia, quæ oritur contrahente & mordente acido ſucco ventriculũ, vel corpore immodicè exhauſto aut refrigerato ore ventriculi, vt fieri ſolet in peregrinationibus per niuem factis, atque adeo Bruto mouenti exercitũ Dyrrachio Appolloniam verſus per niues cõtigiſſe refert Plutarchus. Deiicit orexin in ſenibus nimia frigiditas, eo quod oris ventriculi ſenſificam vim ſopiat ac fere proſternat. Vt certè affirmet Galenus *3. de Symptom. cauſſis cap. 1.* omnem intemperiem deiicere vires, ſi vehemẽs & immodica fuerit. Nouum illud & inauditum fere, pro vomitu accipi, quandoque *orexeos* vocabulum. Dabo exemplum, ne quid deſit ſtudioſis & eruditis, dum hanc ego tenui filo leuidenſam, vt vocant, contexo. Plinius ad Priſcum de Fannia ægrotante. *Hoc diſcrimine implicata eſt inſidens febris, tuſſis, orexis, ſumma macies, ſumma defectio. Miror ſummopere.* Id hîc reponendum exiſtimaui.

Orgia Bacchi ſacra, alio nomine *Baccharalia Dionyſiaca*, *Trieterica*, de nocte celebrari ſolita omni poſthabito pudore, *vt meminit Liuius*, & in Thracia primùm ab Orpheo inſtituta, à quo etiam Orphica fuerũt dicta, affirmãte id Diodoro, aut traxerunt nomen ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id eſt, *furore vel ira, vt cenſet Euſebius de preparat. Euangel.* Phurnutus & alii, vel ἀπὸ τῶν ὀρῶν i. e. mõtibus iuxta Maronis illud, nocturnuſq; vocat clamore Cytheron, quòd in hunc montem ſacra illa ex Thracia primum tranſtulerit Orpheus, apud quem etiam hymnos inuenias Trietericos, vel ἀπὸ τῶν ὀργάδων cõſectatis alicui Deo locis, aut denique ἀπὸ τοῦ εἴργειν, id eſt, *arcendo*, quòd prophani arceantur à ſacris, id quod Apollonii interpres *libro primo*, etiam affirmat his verbis: ὄργια μυστήρια, παρὰ τὸ εἴργειν τοὺς ἀμυήτους αὐτῶν. Addit κ τὰ ἐν ὀργάσι γινόμενα, ὀργάδας δὲ συμφύτους τόπους καλοῦσι, καὶ ὑγροὺς. Eſt & verbum ὀργᾶν, idem Græcis quod ἐφίεσθαι *appetere*, qua in ſignificatione vſus quandoq; eſt Ariſtoteles, *vt problem.* τμήμ. δ. ſi quis forte & inde auſpicium nominis deducere velit, cùm conſtet omne eos turpitudinis genus exercuiſſe in iis ſacris. Vt quidem nec flamini Diali ingredi ea licitũm fuerit, ſicut nec hederam tãgere, arborem non ſolùm ſterilem, ſed ad quã etiam Bacchicæ mulieres furoribus deditæ ferantur. Ab iis ſactis deſcendit verbum ὀργιάζειν, quod idem eſt cum θύειν id eſt, *rem facere diuinam, ſiue ſacrificare*, teſte Suida, & ὀργεῶνες Bacchi *ſacerdotes* in ſpecie & eorum cœnæ, δεῖπνα ὀργεωνικὰ, Athenæo. Nam alias etiam aliorum ſacrorum antiſtites ὀργεῶνας dictos inuenio, nomenque Orgiorum indultum aliis ſacris, quippe generalius acceptum. Scribit enim Seruius omnia apud Græcos ſacra ſignificaſſe, ſicut ce-

reino

ermoniæ apud Latinos, additque propriè dicta *Orgia* caussa turpitudinis à populo Romano fuisse antiquata. Facit quoque nobiscum Strabo in hac generali Orgiorum significatione *libro 10*. Cũ ita scribit: *Plurimi Græcorum totum cerimoniale negotium, quod Orgia vocant, tum Bacchanale & Choricum, & sacrorum mysteria Libero patri attribuerunt.* Ceterùm Orgia pro omnibus ceremoniis capiũtur. Vnde idem Strabo: *Cybelem præcipuo venerantur honore, eius Orgia frequentantes.* Legimus & ὄργια μυσῶν Apud Aristophanem & ὄργια πόθων id est *amorum sacra* in Epigrammate. Dixit quoque, Plato in Phædone generaliter, ὀργιάζω τὸν θεὸν, *sacrificiis placo Deum.*

Orichalcum ὀρείχαλκον, præstantissimum æris fossilis genus, quod ob præcipuam bonitatem diu admirationẽ obtinuit, vocatum videtur παρὰ τὸ ἐν ὄρεσι μεταλλεύεσθαι, quod in montibus eruatur ex terra. Vt admodum imperitè nonnulli aurichalcum scribant, quasi ex auro & ære, quod Græcis est χαλκὸς, cõflatum illud sit, cùm auri potius speciẽ, siue colorem referat, vt erudite nono fossiliũ docet Agricola his verbis: *Natura tingit metalla alieno colore, cùm enim æs suo modo rubet, id, etsi rarò, interdum gignitur fuluum, quod Græci ὀρείχαλκον appellãt, interdum candidũ, quod ψευδάργυρον. Hoc argenti speciẽ exprimit, illud auri.* Aes fuluũ bonitatem admirationẽq; diu obtinuisse scribit Plinius, & candidũ factũ fuisse in Teuthrania circa Anderam, & in Lydia iuxta Timolũ mõtẽ Strabo. Naturã ars imitatur, & æs vtroq; colore tingit. Etenim Cadmiam fossilem combibens fit Orichalcum. Quondã æs Liuianũ, *vt auctor est Plinius*, maxime sorbebat Cadmiã, & post ipsam Marianũ, &c. Valde fulgidum fuisse apparet ex Hesiodo, qui in Herculis scuto φαεινὸν vocat id, quod Daniel. 10. &. Exechelis 7. dicitur קלל, id est, *refulgens.* Tribuit & idem illi cum Hesiodo epitheton Apollonius *lib. 4.* Quod autem interpretes eius dictum putat ἀπὸ ὀρέως τινος, id est, Orio quodam inuentore, planè ridiculum.

Origeniani hæretici, qui nuptias & cõiugia damnabant, semen humanũ inter cocundum deiiciebãt in terram, vt Onã ille maledictus à Deo fecisse legitur, à quodam origine sunt appellati, non ab illo omnibus noto, à quo *Origenistæ* & *Adamantii* originẽ trahunt. Multi ipsius errores recẽsentur, de quib. Ecclesiastica vidẽda est historia, præcipuè Epiphanius. & Augustinus ad Quoduultdeum.

Orion nymbosus dictus poetæ, Manilio cœli pars maxima propter insignẽ magnitudinẽ cùm 138. cõstet stellis, ex Iouis & Mercurii Vrina in ædibus hospitis Hyrei natus proditur in fabulis. Est quippe οὖρον *vrina.* Dictus itaque Vriõ, & postea facta cõmutatione diphtongi ου in ο. vocalẽ Orion. Ouidius Fastorũ 4.

Hac Hyreus, quia sic genitus, vocat Oriona
Perdidit antiquum litera prima sonum.

Quanquam Strabo appellatum eum velit. Oriona, quòd esset educatus in Oræo oppido Eubœæ. Vtcumque. A scorpio tandem ictus, quem terra immiserat, commiseratione Deorũ in cœlũ est translatus. Fabulæ vel ictus scorpii ratio est, quòd eo occidẽte oriatur scorpius. Occidit autem sub hyemis principiũ, sicut Pleiades & Hyades, *teste Hesiodo 2. operũ & dierum.* Vis eius nimbosa & procellosa. Vnde quibusdam dici παρὰ τὸ ὀρίνειν, id est, *concitandis tempestatibus, & imbribus diffundendis.* Alii denique deflectere malũt, παρὰ τὴν ὥραν, id est, *decore.*

Orizon terminator in sphæra, aut globo, aut ipso etiam cœlo circulus, descendit à Græco verbo ὁρίζειν, quod est terminare. Neque enim vltra prospiciunt oculi. Vnde Arati Scholiastes, ὁρίζων μὲν γάρ ἐστι, μεθ' ὃν οὐδὲν ... ἡμῖν ὁρᾶται. Diuiditur ab Astronomis in rectũ & obliquũ pro rectæ & obliquæ sphæræ differentiis, item in sensibilẽ & rationalem, de quibus differentiis forte alias.

Orismada Persicum idolum, & ignem significans sanctum, ex Orim hesed des-

cendit Peuceto. Græci ἑςίαν vocant, *Vestam Romani*. Hinc illud. *Nec tu aliud Vestam, quam viuā crede flammam*. Eādem significare voluit. *Lucan.lib.9. Et quorum iacet Vestalis Ignis adhuc Phrygius*.

Orge. Vide Metum.

Orthographia Grammaticæ pars ab ὀρθῶς recte & γράφω scribo, nominis habet originem.

Orithyia. Erechthei Athenatum regis filia ob miram formæ elegantiam a Borea non solum adamata, sed etiam rapta cū flores colligeret iuxta Chærilū Poetam, inque Thraciam asportata, ex qua postea filios suscepisse fabulantur Zethē & Calaim, Argonauticæ profectionis socios, nomen habet ἀπὸ τοῦ ὄρεος monte, & θύω [illegible]. Quidam tradunt eam raptam a Borea Strymonis filio inter quos Hesiagoras, idq; Poetas ab homine translulisse ad vētum. At Hermias Platonicus scripsit aquilonis impetu eā ex alto præcipitatam atq; inde datā fabulæ occasionem. Eleganter descripsit hunc raptū Apollonius Argonaut. primo, quam potissimum 6. *Metamorph.* imitatur Ouidius. Meminit & Plato *in Phædro*, vbi Socrates quoque fabulam refert ad ventum borealem, qui ipsam cum Pharmacea ludentem de proximis petris deiecerit.

* *Oryza*, genus leguminis notum, Hebræis עריסה *harisa*. Iudæi hanc vocem sumunt pro pasta seu farina cum aqua strata vel cōspersa. D. Hieronymus vertit pulmentum, item cibum. &c. Oryza est ex qua fit pulmentum & cibus instar pastæ. Hinc Græcis & Latinis ὄρυζα oryzæ & per aphæresin ryza; Germanis Reis, Gallis riz.

Oscilla. Audiamus Gyraldum: *Oscilla ab os cillendo, id est, mouendo dicta, si Seruio credimus. Alii ab osculo diminutiuum volunt, vt a baculo bacillum.* Sanctra tamen vetus scriptor: *Oscilla, ait, quod oscillant, id est, inclinant, præcipitesque in os ferantur.* Suspēdi hæc solebāt ex alta pinu, *teste Virgilio Georg. 2.* eratque id genus purgationis, qua vtebatur idcirco, quòd Latinus Rex præno, quod et fuit aduersus Mezentium Ceritum regem, nusquam apparuerit, iudicatusque sit Iupiter factus Latialis, *teste Festo*. Itaq; per sex eos dies feriatos liberos seruosque requirere cū non solum in terris, sed etiam qua videretur cœlum posse adiri per oscillationem, velut imaginem quandā vitæ humanæ, in qua altissima interdu ad infimum, infima ad summum efferuntur.

Oscines aues dictæ Grammaticis, quòd ore cantuque auspicium facerent, vt *coruus, cornix, picus*. Quæ verò futura tantū volatu portendebāt, vt *Buteones, Sagranæ, Aquilæ, Vultures*, si felices fuissēt, prępetes vocabant. Sin aduersa ac ominosa, *Inebras*, quod aliquid fieri inhiberēt. Vel *Præpetes* dicebantur, *auctore Agellio*, cum superiora tenebant; cum inferiora, *Inferæ*. Aut rursus præpetes cū Seruio, quòd omnes aues priora petant volantes,

Oschophoria celebritas, cuius crebra apud Plutarchum mētio, ἀπὸ τῶν ὄσχων, id est, *ramis & palmitibus*, qui Athenis in templum Mineruæ Sciriados a pueris ingenuis pubescentibus deferebantur, appellationem acceperunt. Hinc oschophorica carmina Hesychio & interpreti Nicandri *in Alexipharmacis*,

Osculum deflectitur ab ore per diminutionem. Apud veteres autē oscula non solùm imprimebantur ori, sed etiā oculis. Nec solum in reditu, sed etiā in discessu, *teste Suetonio in Tiberio, & Nerone*. Paulus Apostolus sancti osculi mentionem facit. Cōtrarium illud hypocritico Ioabi & proditorio Iudæ. Mos osculādi amicos in congressu & digressu etiam apud Persas in vsu fuit, *vt testis est Xenophon 1. Pædiæ*. Solebant & milites re feliciter gesta osculari manus & genua Imperatorum. Donatus in Eunuchum ita distinguit à basiis & suauiis, vt hæc quidem esse dicat officiorū, altera pudicorum affectuum, postrema libidinum & amorum. Seruius Aeneid. 1. tribuit *oscula* religioni, *suauia* voluptati

Osiris, cuius nomine nō solùm Sol intelligebatur apud Aegyptios, verùm etiam Dionysius seu Bacchus. Iupiter quoque, pater, iustus, & dux, qui quē vna cum Anubi Gigantes Italia expulisse legitur, quibusdam virum beatum significare videtur, & proinde rectissimè deriuari ab אשר *Ascher* quæ vox *beatum*, & איש *Isch*, quæ *virum* significat. Aliis Aegyptiacum placet etymon. Scribit enim Plutarchus os apud Aegyptios designare *multum*, ἶρι *oculum*, libro de *Iside & Osiride*, quod etiam approbat Eusebius, cui propterea, vt Dionysio, dicitur πολυόφθαλμος, id est, *multos habens oculos*. Idque cum Solis significato congruit. Quapropter sacerdotes olim ita eius effingere solebant sceptrum, vt complicaret ramusculos sic in cōplexum coeuntes, vt oculi speciem in medio spectandam exhiberent, quasi *multoculum* dicere volentes Osyrin. Imaginem quoque eiusdem fulgenti admodum amiculo ornabant ad declarandam vim Solis. Vt quidem sapienter canat Homerus: Ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷ, καὶ πάντ' ἐπακούει. Eadem ratione iustum esse dixerunt. Quid ita? An non Orpheus affirmat Solem esse δικαιοσύνης ὄμμα? An nō Theologi veteres iustitiam prodiderūt e medio Solis throno per cuncta propagari, omniaque dirigere? Simul ergo & Sol & iustus est Osiris. Porro Solem per eū significatum indicant & eius tæniæ, hoc est lanea capitis ornamenta, quæ vndecunque nitidissimum splendorem præ se ferebant. Cum Baccho coniunxit eum Tibullus, cùm de Messala canit. Et Eumolpus: ἀστροφαῆ Διόνυσον ἐν ἀκτίνεσσι πυρωπόν. Ex Plutarchi libro colligitur etiā, Osirim Nilum vocatum, & nigro fuisse corporis colore: Hellanico teste ὕσιριν, appellatum à sacerdotibus, proprio vero nomine *Arsaphem* dictum, quod Plutarchus tamen parum probat, qui & eum nomen accepisse ait ἐκ τοῦ ὁσίου ἱεροῦ ex sacrosancto. Hinc Suidas: *Deum hunc alij Ionem esse dixerunt, alij Nilum, propter modium, quod* [illegible] *mensuram* [illegible]. Sed & [illegible] dictus & *Pan*, & *Serapis*, & *Ammon*. Cultus tandem & Romæ fuit, pluresque ei ædes & templa exstructa fuisse ex P. Victoris & Onuphrij Panuinij descriptionibus XIV. regionum Vrbis apparet. Columnæ eius, *teste Diodoro*, huiusmodi fuit inscriptio: *Mihi pater Saturnus, Deorum omnium Iunior: Sum vero Osiris Rex, qui vniuersum peragraui orbem vsque ad desertos Indorum fines.* [illegible] *Ad eos* [illegible] *profectus sum, qui Septentrioni subiecti erant, vsque ad Istri fontes. Item alia orbis parte* [illegible] *vsque ad mare Oceanum. Sum Saturni filius antiquior, germine ex pulchro & generoso ortus, cui non semen genus fuit, neque vllus est in orbe ad quem non accesserim locus, omnes docens, quorum ipse inuentor fui.* Apud Thebeos per hunc Deum iurare solebant, vt per Isidē soli inter Græcos Athenienses.

Ostentum ab ostendendo, sicut & Isidorus agnoscit. Veteres Grammatici fatentur monstra & ostenta Deorum esse monita, sicut prodigia Deorum minas & iras. Aliquando pro portento vsurpari solere id nominis ostendit Festus ex Pacuuio & Attio Poetis. Prodigiis esse agnatum scribit Sabellicus, *Ennead.* [illegible] 9. Tale contigit Flaminio Consuli Aretij, cum is indignè ferens per mediam iam Italiam vagari Pœnum, atque obsistente nullo omnia vastare, imò ad mœnia Romana oppugnanda proficisci, cum primum in equum insilijt, is repentè corruens Consulem super caput effudit inauspicato admodum signo, cui [illegible] post ipse cum toto exercitu [illegible] clade ad Cannas victus periere. Quod si cœlitus apparuissēt ostenta, ad placandas iras piacularia instituebant supplicia, aut indicebant ferias aut lectisternia Ioui, Vulcano, Mineruæ, aut diebus ludorum celebritatem Pontificum decreto procurabant Romani.

Ostia, Latij vrbs ab exitu Tiberis F. sto est appellata, quæ Anco regnante est cōdita, vsquè ad mare imperio prolato.

Ostium qui dictum volunt ab osse, errant summopere: Malim ab *arcendo* nominis deduci originem, quod ab eo arceamur ingressu.

Ostracismus ὀστρακισμὸς, *quindecennale* aut *decennale* apud Athenienses exsilium in nouarum rerum molitores, vel temporaria relegatio in certum locum, ciuitate adempta, non bonis, nomen inuenit ἀπὸ τοῦ ὀστράκου, id est, *testula*, per quã suffragia ferebant. Cùm enim potẽtiam & opes ciuis alicuius formidare inciperent, testulis inscribebant eius nomen & inferebant comitiis. Tum cuius plures testæ in vrnam erant coniectæ, is de cõcilij sententia ab aris atque focis proiectus quindecim aut decem annorum spatio vertere solum compellebatur. Irrita tamen erant & nulla comitia ista, nisi supra sex ciuium millia concilio interfuisset. Hinc ὀστρακίζεσθαι verbum apud Thucydidem de *extorribus & exsulibus*. Abibant autem tales exsulatum Argiuam, vbi quia bos æneus erat visendæ magnitudinis, per iocum dicebantur seruare bouem. Tãdem hoc more damnãdi adeo abusus est populus multorum capitum hydra, vt etiam optimos ac bene meritos ciues sæpe eiiceret, qualis Theseus, quem exegerunt in Scyrum, Solon legislator, Aristides quo iustior nemo, Miltiades clarus victoriis, grauis orator Pericles, liberalis Cimon, qui agrorum suorum sepes sustulit, vt hospites & ex ciuibus quicumque opus haberent fructibus, impunè possent frui.

Ostreum & ostrea Fœminino genere, Græce, ὄστρεον καὶ ὄστρεον, piscis tectus ὀστράκῳ, id est, *testa* loco cutis, quam Plinius *operimentum testaceum* vocat, exprimens ὀστρακόδερμα Græcorum. Ostrum vero illud conchyle, ex cuius plaga purpurea sanies manat olim ad vestes tingendas comparata. Omnia autem ἀπὸ τῶν ὀστῶν, id est, *ossibus* dicuntur, interiecta ρ litera.

Otium Græce σχολὴ, ῥαστώνη, ἀπραγμοσύνη, ἀμέλεια, ἀεργία, Hesiodo ἀεργίη & paroicer, ὀκνηδος, ἀπὸ τῆς ὀκνίας arcessere videtur quibusdam nomen eiusdem significationis vocabulo, vel ἀπὸ τοῦ ὄκνου *homine tardo & pigro*. Suaue malum, sed detestabile & noxium inprimis Reipub. Itaq; Hesiodus Diis simul & hominibus inuisum canit esse hominẽ desidiosum, imò indiuiduum eius comitem esse famem. Et Draco capite plectendos censuit ignauos: Mulctabant & Areopagitę, Massilienses in ciuitatem non admittebant, aut admissos non ferebãt. Damnarunt & alij sapientes cùm re tum exemplo. Plato dicit *dormientem nulla re dignũ*, καὶ ἐμβάλλειν φεύγων, ἄλφιτα φεύγει. *Otio corpus corrumpi* canit Ouidius. *mentem eneruari* Boetius. Damnant Christus, Paulus, Salomõ & Sirach, post hos Augustinus, Hyeronimus, Gregorius. Quid ergo Socrates appellat ἀργίαν τῆς ἐλευθερίας ἀδελφήν, & Seneca solos otiosos sapiẽtes dixit? Audi. Est otiũ honestũ & bonũ, est otiũ turpe & malũ. *Bonũ* otiũ Scholasticũ & Philosophicũ appellarũt. Vnde & Schola Græco est dicta nomine, *Iusta laboriferis tribuãtur vt otia Musis*. Feriamur quidem in eo à manuũ labore, sed habet tamen suas occupationes ingeniũ, dum rebus inquirendis dat operam. Vt rectè Cato asseruerit, *non minus otij quam negotij rationem viris claris esse reddendam*. At inhonestum & turpe otium est illud, de quo loco primo c[illegible]que malarum cogitationum sentina, diaboli puluinar, sordium cloaca, & [illegible] literis viui hominis sepultura. Sed de eo plus quam satis.

Ouatio, triũph⁹ minor, quid sit & vnde nomẽ habeat ex aliorũ scriptis, qu[illegible] lectione colligere potui, huc trãsferam. Ouãtes scribit Fest⁹ esse *lætãtes, ab eo clamore, quem mittũt redeũtes è pugna victores milites geminata litera O, quod & Dyonysio Halicarnasseo placet quasi Romani εὐασμὸν Græcorũ vocẽ, quæ clamorẽ significat, ouationis interpretari voluerint*. At Plutarch⁹ in Marcello ab oue deductũ nomen putat, quam in hoc genere triumphi sacrificabant

bant. Caussæ ouationis hæ fere traduntur: *Si non penitus debellati essent hostes, at pericula tantum depulsa: Si iusti essent, fugati, perculsi, consternati, non tamen magnis cladibus affecti. Si eleuata esset accepta cladis ignominia: si in aliena prouincia res gessissent, si bellorum superessent reliquiæ, bella non iustè essent indicta, vel cum hoste non legitimo gesta: Si incruento prælio pugnatum esset.* Pompa vero ouantis eadem fere, quæ triumphantis, sed tamen minor. Quippe qui myrtea insignis corona nõ aurea, purpura non aurata & triumphali veste decorus, pedibus aut equo vrbem ingrederetur, non curru quadriiugo, nec tubis concinnentibus sed modulantibus tibiis, vt Dionysius, Plutarchus, Plinius, Festus, AGellius, Blondus, Sabellicus, & Alexander ab Alexandro meminerunt. Myrteam illam coronam M. Crassus bello fugitiuorum est aspernatus, factumque Senatusconsultum, vt lauro, non myrto coronaretur. Notandum quoque in ouatione turmas equitum non lauro, sed olea ornatas cum militaribus iocis & inconditis versibus præcedere solitas ouantem, non subsequi, vt in triumphis solebant, illum etiã oues coronatas mactasse, non candidos tauros aut boues instar triumphantis. Vt vel eam ob caussam Plutarchi etymon maximè probare cogar.

Ouicula dictus Fabius Max. qui Annibalem mora fregit, ex morum clementia, quod nihil eo esset placidius. Dictus idem *Cunctator.* Ennius: *Vnus homo nobis cunctando restituit rem*: Item *Verrucosus* à verruca premente labia.

Ouinij Romę sunt dicti à studio & cura ouium, vt alij *Suilli, Bubulci, Bupecij, Caprarij, Porcii, Caprilij, Equitij,* & *Tauri.* *Ouis,* à Græco ὄϊς.

Ouum, quod aut rotundum fœminam edit, aut oblongum marem, *testibus Columella & Plinio*, quamquam Aristoteles (malè hic tamẽ) ex acuminatis fœminas prodire censuerit, si credimus (*vt par est*) Isidoro, Grę cam nominis originem habet. Appellant enim illi sua lingua ὠόν, vnde deflexum est ouum. Prius enim etymon non æque probari video, cùm dicit: *Oua dicta ab eo, quod sint vuida.* Vnde & vua, quod intrinsecus humore sit plena. Nam *humidum* est, quod exterius humorem habet: *Vuidum*, quod interius. Omnibus ouis animaduersum est velut sanguineam quãdam guttam inesse in medio vitelli, quam cor auium esse existimant. Gallinarum oua maxime inter omnia sunt esculenta, etiamsi in Frisia diuersa, nempe à syluestribus auibus exclusa, ante Paschatis festum mensis inferri soleant ad voluptatem & delectationem. Sunt & omnium præstantissima gallinarum oua. Generosæ minus fœcundæ. *Hadriana* paruo quidem sunt corpore, sed pariunt quotidie, nõnullæ ex cortalibus bis de die. *Subuentanea* autem, quæ ὑπηνέμια sunt Græcis, nobis etiam *irrita* & citra coitum edita, quippe mutua fœminarũ Venerea imaginatione, quæque nondum absoluto putamine sunt deiecta, minus iucundi sunt saporis oua, ἀπὸ τοῦ ἀνέμου, id est, *vento* accepto nomine. Vnde & *zephyria* sunt nominata. Quoad cocturam, eorũ alia dicuntur ἑφθὰ, id est, *assatim cocta*, alia τρομητὰ, id est, *tremula*, καὶ ἁπαλὰ *tenera*, quædam ῥοφητὰ *sorbilia* ἀπὸ τοῦ ῥοφᾶν accepto nomine, nonnulla quoque ταγηνιστὰ *frixa*, sic dicta, quod inspissentur ἐπὶ τῶν ταγήνων in *sartaginibus*, quæ pessimum dant nutrimentum & tardè transeunt. Sunt & πνικτὰ, quasi dixeris *suffocata*, quæ rupto putamine in patinã, quæ butyrum liquatum continet, coniiciuntur atque coquũtur subiectis prunis, in medio coeuntibus vitellis, in ambitu putaminibus. Ea volunt nonnulla assis & elixis esse vtiliora. *Decumana oua* omnium maxima dicebant, vt & *Decumanus fluctus* maximus. Chæremõ scripsit Ægyptios olim diuino cultui dediros rarò panem esitasse, nisi permixto hyssopo, & ouorum esum idcirco vitasse, quòd sanguinem alterum esse dicerent,

colore tantùm mutato. Inauſpicatarum auium oua, vt *cornicum*, *bubonum* & *cornicum* infelicia credebant veteres. Vt prouerbio fit ſparſum: *Mali corui mali ouum*. Neque prætereundum ab eiuſdem expiationibus ſimile adhibita. Apuleius libro vndecimo de aſino aureo: *Summus ſacerdos tæda lucida*, & *ouo* & *ſulphure*, *ſolemnißimas preces de caſto præfatus ore quã purißimè purificatam Deæ nũcupauit*. Et Ouidius: *Et veniat, quæ luſtret, anus, lectumque locumque Præferat & tremula ſulphur & oua manu*. Eam vero luſtrationem Græci καθάρσιον vocabant.

Oxybaphum intinctus aceti. Etenim τὸ ὄξος *acetum*, *tingere* βάπτειν. Quanquam alias vas quoque acetum continens ſignificet, *vt docet Suidas*. Meminerunt oxybaphi *Ariſtophanes* & *Pollux*. Ab eadem origine Oxypora dicuntur condimenta quibus ineſt acetum, quæque diluuntur *aceto*. Ex quo genere oxygarum eſt. Sic enim vocant liquamen gari aceti mixtura conditum. Meminit eius Epigrammatiſta *lib. 13. cap. 95*.

Oxymel Græcanica vox ſed communicata Latinis, ab aceto, quod Græcis eſt ὄξος, & melle, quod eiuſdem eſt μέλι, nomen deriuat. Fieri ſolebat ex mellis libris decem, aceti verò Heminis quinque. Ferueſcebant decies illa ad ignem, atque ita inueterare ſinebant. Scio Themiſonem olim damnaſſe oxymel, & hydromel, at Medici tamen commendant nobis ſummopere cũ ſimplex oxymel, tum compoſitum, ad incidendos humores craſſos, lentos, & pituitoſos, atque adeo obſtructiones tollendas. His addunt oxymel ſcylliticum, compeſcendæ oris putredini, dentibuſque firmandis idoneum. Veteres quoque celebrarunt *omphacomel*, quod ex vuæ acerbæ, quæ ὄμφαξ eſt Græcis, & melle validius trito, conficiebant.

Ozænitis, quæ eſt nardus Gangetica, dicta videtur cum Dioſcoridi tum Plinio [illegible] odore, nempe ἀπὸ τοῦ ὄζειν,

Oc.. [illegible] Domini. Etenim τὸ

fortitudo, τὸ *Deus* vel *Dominus*.

P.

PAbulum, à paſco.

Pachynus promontorium Siciliæ Ptolomæo, ad ortum vergens & Græciam ſpectans, vt Lilybæum Africam, Petorum Italiam (*eſt enim eius regionis forma triquetra*, atque ideo Latinis *Trinacria* dicta, Græcis τρινακρίη, Lycophroni τρίδειρος) nomen habet ab acris craſſitudine, *vt placet non ſolùm Seruio, ſed etiam Iſidoro*. Nam Græci παχὺ appellãt, quod nos pingue. In eo tamẽ iuxta nonnullos aberrat Iſidorus quòd auſtrum ſpectare dicat, cùm ortum ſpectet, vt modò dictum, & Polybius confirmat, bonus hiſtoriographus. Etſi Ouidium ſibi fauentem habeat *13. Metamorphoſ.* Tradut nõnulli Vlyſſem hoc loco exagitatum nocturnis terriculamentis Hecubę cẽotaphium erexiſſe. Fuit & dimicatum illic à Sexto Pompeij filio prælio nauali, ſed victus fugit in Aſiam ad hoſtium arbitrium ſub percuſſore moriturus, quod fortibus viris miſerrimum eſt, *vt ait Florus*.

Pactum à pactione deriuat Vlpianus *l. 1. ff. de pactis*. Iſidorus vult dictum quaſi *ex pace factum*, ab eo quod eſt *pango*, vnde & *pangere fœdus*. Quo ſpectat, quod paulò antè dicit. *Pactum eſſe inter partes ex pace conuenientem ſcriptura legibus ac moribus comprobatum*. Scio etymon eius acerbè reprehendi à Forcatulo, ſed quãtum mihi apparet, [illegible] aliquo modo, cum [illegible] pactum, quam duorum vel plurium conſenſus in re, quæ parti vtrique placet, [illegible] *l. 1. ff. de pactis*, vel [illegible], quod inter aliquos conuenerit, quod iam ita iuſtum putatur, vt iure præſtari dicatur. Id autem quo pacto fiet niſi placide atque pacifice inter ſeſe conueniant partes?

Padus fluuius aur[illegible] (etiamſi Strabonis tempore [illegible] ferre [illegible]rit ſicut T[illegible], [illegible] Thraciæ, *Pactolus* [illegible]ges Iudiæ, *vt l. 23.*

docet

docet Plinius, alio nomine Eridanus ἠριδανός. olim Liguribus Bodincus, auctore Scepsio, Polybio βόδεγκος, Betigum Catoni, ex imis radicibus montis Vesulii ortus, & triginta in se fluminibus aliis breui spatio receptis, teste Solino, in Adriaticum mare excurrens, omnium etiam (si credimus Straboni) fluminum Europæ circa ostia longè maximus, excepto Istro, nomen accepit iuxta Catonem & Plinium, qui id habet ex Metrodoro, ab arbore iuxta fontem picea, quę Gallicè vocatur Pades. Isidorus vult eű Alpium iugis effusum ex tribus fontibus oriri, ex quibus vnus dictus fuerit Padus, qui fluuio quoque nomen indiderit. Multa de eo fabulati sunt Poetæ non digna tamen quæ hūc transferantur. Collocatur & inter sidera à sinistro Orionis pede proficiscens, & ad Pistricem perueniens, vbi rursum diffunditur ad Leporis pedes, atque hinc ad circulū antarcticum, cuius copiosa descriptio exstat in Arati φαινομένοις. Omnium copiosissimè agit de eo Leander in Lombardia sua Cispadana ex Plinio, Solino, Mela, Polybio, Ptolemæo, & aliis. Ego tantum ex Strabone illud adiecero, quòd duos agnoscat fontes, ex quorum vno Druentia fluuius Rhodanum versus defluat per confragosa loca, ex altero Padus copiosus & rapidus, progressu verò μείζων καὶ πραότερος maior atque placidior. Nam hæc verba videntur nonnihil Isidori de nominis origine sententiam confirmare.

Padusa, Palus Italiæ prope Rauennam, cuius & Virgilius meminit à Pado vicino iuxta Vibium Sequestrum obtinuit nomen, quippe in quem sese exonerat. Olim illa tractum omnem inter Padum & Aemiliæ viæ finitima loca occupabat, flumina & torrentes plurimos ex Apennino demissos in se recipiens. At insequentibus seculis adeo fuit exsiccata, vt exiguum eius spatium fuerit relictum. Quo factum, vt ne modica quidem nauigia è Pado sine magna difficultate per eam duci, & subuehi potuerint. Leander in Romanula.

Pæan, dictus Apollo ἀπὸ τοῦ παίειν, i. feriendo, quòd sagittarum ictu nocere crederetur, vt scribit Festus Pompeius, vel ἀπὸ τοῦ παύειν, id est, sanando, quod in Festi Codice corrupto suspicor desiderari. Eam enim significationem huius quoque vocis esse non obscurè exprimit Eustathius Iliad. α. his verbis: ἔστι δὲ καὶ παιήων ὄνομα ἰατροῦ τοῦ παρὰ θεοῖς, ἀπὸ τοῦ παίω τὸ θεραπεύω. τινὲς τὸν αὐτὸν εἶναι νομίζουσι τῷ Ἀπόλλωνι. Hinc παιωνία χεὶρ, ἡ θεραπευτική. Item ars Pæonia, Medica. Sic opem Pæoniam dixit Ouidius. Eandem ob caussam idem Appollo ἀλεξίκακος est dictus Atheniensibus, Eleis Acesius, παρὰ τὸ ἀκέσασθαι, id est, medendo, sicut Lindiis λοίμιος peste sedata, οὔλιος Milesiis, & ἰήιος ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι sanando, quod ipsum nomen tamen aliquando in contrariam partem sumitur, vocabuli origine ἀπὸ τοῦ ἱέναι, i. immittendo sagittas deducta. Est enim Mythicis idem cum sole Apollo, cuius & effectus maximi sunt duo. Vnus, quod temperato calore vitam inuerat: alter, quòd radiorum iactu pestem interdum immittat, ἑκηβόλος inde dictus Homero. Proinde sagittis ferire creditus Apollo & arcum sonantem ferre. Vtrumque effectum & vim significasse videntur etiam Vestales, cùm ita eum inuocarent in sacris: Apollo Medice, Apollo Pæan. Obtinuit etiam vsus, vt, cùm sanitatem sibi dari precarentur apud gentes, ἰὴ παιὰν, per η enunciarēt, quasi dicerent medere Pæan. Cum verò ἰε Pæan aspirando dicerent, quasi vt immitteret aut feriret, econtrario exoptarent. In vtramque partem deflectitur etiam Apollinis nomen, cum iam deducitur ἀπὸ τοῦ ἀπολύειν, id est, soluendo, quod soluat & liberet à morbis, iam ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id est, vibrando apud Platonem. Hinc & Hesychius ἰήιεν cum afflatu dictum affirmat ἀπὸ τῆς ἀφέσεως, id est, missione sagittarum, cum tenui spiritu ἀπὸ τῆς ἰάσεως, id est, medela. Quo

nō inepte Thucydidis scholiastes τὸ Ῥᾳ- δίως τοῦ παίειν, id est, s.dando deflect. t.

Padia lex, quam Q. Pædius cum C. Octauio Consule tulit nominatim de Cæsaris interfectoribus. Meminit eius Velleius *lib. 2*.

Paon percussorem significat, ἀπὸ τοῦ παίειν, id est, *percutiendo* tracto vocabulo, vt sit idem quorumdam iudicio, qui Hebræis est *Cethim*.

Pæstanæ rosæ, quæ apud Pæstum Lucaniæ oppidum nasci solebant. Vnde Virgilius cecinit *bif. ... que rosaria Pæsti* De rosaru generibus multa Plinius *libro 21.* à ciuitate Pæsto dictus & *sinus Pæstanus* Straboni *libro quinto*. Possidonia appellata fuit a Græcis, condita primùm a Doriensibus *vt docet Plinius idem*.

Patelia lex de ambitu fuit à C. Pætelio Tribuno plebis, auctoribus patribus, & *teste Liuio*, ad populum lata, vt nouorum maximè hominum ambitio, qui nundinas & conciliabula soliti erant obire comprimeretur. Sed eam tacito cōsensu post abrogatam existimant non pauci, eo quod cōstet magistratuum petitores etiam in prouincias solitos abire ad captandam coloniarum & municipiorum gratiam.

Pagana lex in plerisq; Italiæ locis viguit, qua cauebatur, *ne mulieres in pagis per itinera ambulantes fusos torquerent, aut omnino detectos ferrent, quod id frugibus aduersum aut noxium haberetur.* Plinius *lib. 28. cap. 2.*

Paganalia Festa agriculturæ caussa sunt instituta in pagis, a quibus & illis nomen. Solebant tum temporis, vt & in Sementinis festis, solemni pompa circumire atque lustrare pagum, & liba quotannis Deorum aris inferre, id quod haud obscure etiam Ouidius indicat Fastorum ... ita canit:

Pagus agat festum, pagum lustrate coloni,
Et date paganis annua liba focis.
Placentur matres frugum, Tellusque, Ceresq;,
Farre suo grauidæ, visceribusque suis.

Regem Tullium horum auctorem esse, proditum vidi non tantum a doctissimo Varrone, sed etiam eius seruo Dionysio Halicarnassæo *lib. 4.* conscriptis sacrorum ritibus ac ceremoniis, singulisq; pagis eius iussu certu num. smatis genus conferentibus ad tabem conuentum. Celebrabantur autem mense Ianuario, & quidem post Sementinas. Iosephus Scaliger notat *in Coniectaneis suis* Varroni addictis, moris fuisse in his sacris Cereri offerre, *ut nos.. Burranicā*, sic dictam a colore burro, id est, rufo, quem multum lacte dilutum reddit. Festus Pompeius etiam nominat *Burranicam* potionem lacti cōmixtā sapa, quod *teste Nonio*, Mellaceū est, seu mustum ad mediam partem decoctum. Neutraliter vtitur hoc nomine vterq; Grammaticus, etiamsi Varro *lib. 1. de vita pop. li Romani* dixerit sapam, mustum ad mediam partem decoctum intelligens. Eandem potionem significare voluit Ouidius Fastorum 4. his verbis:

Tunc licet apposita, veluti cratere, camella,
Lac niueum potes, purpureamq; sapam.

Camellam esse dicit Scaliger, quā pollux vocat σκαμίλλαν. At Petronius docet esse vas ligneum, cùm inquit: *Et Camellam etiam vet... ate ruptam pice temperata refecit. Tum clauum, qui detrahente ... cutus cum camella lignea fuerat, fumosi parieti redd...* Quo minus placeat vas illud esse vimineum, vt aliqui arbitrātur.

Paganus à pago nomen inuenit, cum ... ustitare solitus, qui sacramento militiæ nō erat addictus. Inscriptus enim militiæ dicebatur miles. Vide *l. si dum ff. ad leg. Falcid.* Alioqui *paganus* in vniuersum quilibet rusticus dici poterit, a pago deducta voce.

Pagasæ, locus in ora Magnesiæ 20. stadiorum spatio ab Iolco dissitus, vbi prima Græcorum nauis creditur cōpacta, à re ipsa accepisse videtur nomen Straboni & Callimacho, nempe παρὰ τὸ πήγνυμι, quod est ...o, vel com...o. Aliis *a fontium propinquitate*, quos πηγὰς nomināt Græci. Priori etymo astipulatur interpres

pres Apollonii Argonaut. 1. his verbis: *παγχασαί, ἀκρωτηρίῳ μαγνησίας, ὡς ἐμαθη δὲ ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ ἐπιπήχθαι τὴν ἀργώ.* Subdit inde: *οἱ δὲ σκήψεις ἀπὸ τοῦ πηγαῖς περιῤῥεῖσθαι τοὺς τόπους.* quibus verbis stabilitur etymon posterius. Neq; enim ista sunt referenda ad Pegasæum Apollinem aut cognominis eius originationem, vt perperam doctissimus Gyraldus refert *syntagmate septimo historiæ Deorum.* Imò Paulò post idem interpres scribit distinctè: *ἔστι δὲ καὶ παγασαίου ἀπόλλωνος ἱερόν.* Vt quidem Apollo tulerit hoc nomen à loco, qui templum eius habebat, non a fontibus, quibus irrigabatur. Ab eodē loco dictus & *Pegasæus Iason* præcipuus auctor huius nauis cōditæ apud Ouidium *3. de arte amandi*, & *Pegasæa ratis* Lucano. Sunt qui pegasa scribunt, sed minus rectè.

Pagina, à pangendo, quòd in eo versus pangantur. Ab eadem origine plantæ. Vnde Plinius: *Nascenti & depacto surculo natura incurioſius ſemen dedit.*

Pagus, ἀπὸ τῶν πηγῶν, *fontibus.*

Palæstra genus exercitii, in quo vnctis corporibus colluctabantur, vel etiā locus huiusmodi exercitio destinatus, videtur nōnullis arcessere nomen ἀπὸ παλαίειν, quod nihil aliud est nobis, quam *luctari*, vel ἀπὸ τῆς πάλης *lucta*, quā produnt auctores fuisse duplicem: *Vnam erectam*, in qua ὀρθοστάδην pugnatū monet Lucianus: *Alteram* super pauimento volutatoriā, qualis fere fuit Romanorū pugna cum Iazygibus apud Xiphilinū in Adriano. Rectā in sua Republica tantum retinendam censuit Plato 7. *de legibus* cuius hæc, effectus exprimit his verbis: *τὰ δ' ἀπ' ὀρθῆς πάλης ἀπ' αὐχένων καὶ χειρῶν καὶ πλευρῶν ἐξειλήσεως μετὰ φιλονεικίας τε καὶ καταστάσεως, δ' ἀποτυόμενα μετ' εὐσχήμον ... ἕνεκα ταῦτ' εἰς πάντα ὄντα χρήσιμα οὐ παρετέον.* Alii deriuant nomē a Palæstra, quam filiam Mercurii fingunt, qui præses non solum, sed etiā auctor luctæ vel palæstræ prædicatur cū a Flacco, tum à Philostrato & ἐκτέρων in Antæo. Seruius Grammaticus deducit *ἀπὸ τοῦ πάλλειν vibrando*, quod qui luctaturi erant, soliti fuerint sortiri vrna cōmota, & inde educta sorte conserere manus. Sic Heroes apud Homerū sortiūtur demissis in galeā sortibus, quis esset cum Hectore cōgressurus. Et apud Virgil. *Æneid. 5.* duces in nauali certamine loca sorte legūt. Sed primū etymō magis arridet, vbi nota & illud, quod Plautus artem Palæstricā nominauerit *Palæstram* Græca voce, ad Simonidis imitationem. *Apalæstros* vocat Cicero cum Græcis *ignaros palestræ* in Oratore. Palæstrita Apuleio 4 *Metamorph.* luctationis magister, vel qui eius luctationis est gnarus. Huiusmodi homines ceromate inunctos fuisse discere licet *ex 2. Sympos. quæst. q. 2. apud Plutarchum.*

* *Palamedes*, παλαμήδης tēpore Troiani belli floruisse & Vlyssis artibus periisse dicitur vulgo. fertur præterea quatuor literas Græcas inuenisse, θ, ξ, χ, φ: calculorum ludum, mensurarum & ponderum rationem excogitasse, Astrologiæ peritus fuisse, annumq; ad Solis, & menses ad Lunæ cursum accommodasse, primusque in astris visam atque reformidatam solis eclipsin naturalem miniméque timendam esse docuisse affirmatur. præterea aciei ordinem, tesseras militares & vigilias inuenisse dicitur. Hebræi doctores & professores publicos מורים *Morim* & מלמדים *Melammedim*, vnde natum nomen Palamedis, appellant. למד *Lamad*, i. didicit, & in secunda coniugatione *Limmad*, docuit. Inde *Lamad* doctus, eruditus, & למודים *Limmudim*, eruditi, discipuli. Phœnicii, quorum lingua Hebraicæ fuit affinis, hæc non ita Græcis tradiderūt, qui suo idiomati accommodarunt ea & de rerum inuentoribus suo more sunt gloriati. Vide *Academia.*

Palatinus mons Romæ, inhabitatus longo tempore ante conditam vrbem à Valentia Iouis filia, inde ab Euandro, qui & arcem in eo constituit, idem interſe-

item colles præcipuus, ideoq; celebris præ reliquis, varias sui nominis caussas habet apud auctores bonos. Nā & palatium dictum constat, quod Arcades cū Euandro palantes, id est, nullo ordine vagantes in illum venerint locum, *teste Varrone*. Quanquā alii nomē trahant a Palatinis, id est, *Aboriginibus*, quod hi venientes ex agro Rheatino, qui appellatur Palatium, ibi consederint. Addit Varro, existimare nonnullos inditū hoc illi nomen à Palatia Latini vxore. Sūt, qui a Palante Euandri proauo deducūt. Alii a Palatho Hyperborei filia, quæ ex Hercule Latinū susceepit, nonnulli à sepulto Palante quē a Turno occisum canit Virgilius. Liuius primum vocatum censet *Palantium* à Palanteo Arcadiæ, vrbe inde *Palatium*. Prçter hos omnes sūt, qui a pecorū *balatu*, quæ ibi solebāt pasci, antequā incoleretur, nomē eius deriuant. Quapropter *Balantiū* nominauit Poeta Næuius, cui & Festus astipulari videtur his verbis: *Palatium mons, Romæ est appellatus, quòd ibi pecus pascens balare cōsueuerit*. Solinus scribit quosdā auctores esse, datum ei nomen à Pale pastorali Dea. In tanta diuersitate originationis quidnam potissimùm sequaris, incertum. Producere tamen volui omnium sententias, vt quilibet eam amplecti posset, quæ præcipuè arrideat.

* *Palatiū*. φαλάντιον. Ita vocabāt summa iuga veteres Latini & Grçci. vnde falç & falantū Hetruscis erat cælū. Scaliger in Varronē *Palatiū*, domus regia. ἀρχεῖον, Hebr. בירה *Bira*, Arx. Locus munitus. Hinc βάρις, turris, validū propugnaculū. Dicitur etiam היכל *Heical*, cui affine est verbū כלה *Cala*, perfectū & absolutū est, vt in palatiis regū nihil ad ædificiū & ornatum requiritur.] Restat vt, quæ hic notatu sunt digna, pauca adiiciam. Collocatā primū in hoc monte inuenio statuam Romuli, vnde Romuleum vocauit Tremellius: Et si alii hanc eius appellationem eo referant, quod ille hunc montem muro cinxerit, inque ipso Romam quadratam condiderit. Cuius rei caussas duas adfert Dionysius: *Primam* quidem, loci fortunam, quæ fratribus expositis incolumitatem & educationem præbuerat. *Alterā*, quod in eo XII. vultures visi Romulo addixerint imperium. Habitauit etiam in eo Romulus, inde Tullus Hostilius, deniq; Augustus & Imperatores alii, vt inde cuiusuis splendidi hominis aut Principis domū Palatium dicant *Latini*. Templa habuit Victoriæ post res multas feliciter gestas (*Veneris*, *Iunonis Sospitæ*, *Matris Deum*, *Iouis Statoris*, *Libertatis*, *Fidei*, *Apollinis Palatini*, *Deæ Viriplacæ*, *Vi*[illegible]*æ*, *Latonç vero & Mineruæ delubrū*, *ne* [illegible]*. Orci*, *Rhānusiæ*, *Diiouis*, *Consi*, *Lunæ*, *Fortunæ Vicinæ*, *Augusti*, *Quirini cū Lariū sacello in Velia*. Hodie subterraneis specubus totus quasi est pensilis, & aut ruinis deformis aut hortis occupatus. Ab eodē quoq; mōte tulit nomen tribus Palatina secundum Varronem 4. *de lingua Lat.* Hunc enim cum foro & Capitolio obtinebat. Meminit eius Cicero 4. *in Verrem*.

Palea, ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id est, *vibrando*, quod & Scaliger approbat *Exercitat*. 325 Cum autem legitur in Pontificum Decretis *Palea*, sciendum insigne ibi erratum committi, cum sit legendum *Palæa*. Nam παλάιος Græcis est vetus. Itaque passim, vbi occurrit hoc nomen, vetus habetur canon, vt quilibet facile obseruare poterit diligenti lectione.

Palilia, vel, *vt alii*, Parilia, sed minus rectè, sacra fuerunt nominata à Pale Pastorum Dea, cui pro partu pecoris rem sacram facere solebant. Ad quam sententiam accedit etiam Dionysius. Fuisse autem illi sacrificatum libo ex milio, lacte, & sapa confecto, additis etiam aliis ceremoniis & precibus, est annotatum in Fastis ab Ouidio. Eusebius prodit, diem illum, quo celebrabantur *Palilia*, fuisse Romæ natalem. Vnde Propertius Elegiar. 4.

Vrbi festus erat, dixere Palilia patres,
Hic primus cœpit mœnibus esse dies.

Solinus dissentit à nobis in etymo, etiam ab illæ partu inuentum existimat hoc nomen, quod etiamsi non probem, tamen haud omittendum, quod inde notat, obseruatum in hoc die, ne qua victima cæderetur, vt ille dies purus esset a sanguine. Festinitans autem ritus erat, vt rum ignem transilirent acceflis stramen titiis fascibus, atque lac biberent, pecoris videlicet fructum.

Palinodia, ἐκ τοῦ πάλιν καὶ ἀείδειν compositum nomen, quod iterum canat. Talem cecinisse legitur Stesichorus.

Palladium à Pallade, cuius effigies fuit, nomen arcessit. Vnde in Epigrammatibus dicitur τριτογενοῦς εἰκελον ἐνδαπίης. Ferunt illud regnante Ilo, à quo conditum ferunt Ilium, cum in arce summa ædificarent templum, delapsum fuisse cœlo, mouens oculos & hastam. Consultus Apollo ea de re, futurum ciuitatis eius exitium respondit, *si Palladium extra mœnia ferretur*. Seruarunt itaque diligentissime illud Laomedō & Ilus. Regnante autem Priamo, cum Helenus apud Arisbam captus Græcis indicasset fata Troiana. Vlysses & Diomedes per subterraneas cloacas subrepserunt in arcem, & occisis custodibus Palladium abstulerūt. Diruta postea Troia, cùm illud teneret, Diomedes & multis casibus iactatus minime sibi conuenire crederet transeunti Æneæ offerre conatus est. Quem cum velato capite sacrificantem offenderet, ne ordinem sacrificij turbaret, obtulit cuidam ex Troianis nomine Nauti. Tandem illud Romam fuit delatum, inuentum tamen prius à Fimbria quodam bello Mithridatico, & indicatum Romanis, consultoque oraculo responsum, illic imperium, vbi & Palladium, fore. Pluta itaque fimilia sunt facta. Sed cœleste illud ex hastæ & oculorum mobilitate cognosci poterat, & ab vna tantum sacerdote asseruari in æde Vestæ, Troianam soli cui fas vidisse Mineruam, *vt ait Lucanus*. De eo ipso intelligit Seruius ea verba Virgilij: *Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis Virgineas ausi Diuæ contingere vittas*. Sunt tamen, qui ab Ænea verum Palladium cum magnis Diis in Italiam aduectum scribunt, & ex Alba longa, siue (*vt Varro putat*) ex Lauinio Romam esse translatum & collocatum in æde Vestæ.

Pallas. Eadem hæc cum Minerua de qua antea. Ceterum dicta ne Pallas, quod ab ea *Pallas* sit interemtus, an παρὰ τὸ ἀναπεπλάχθαι ἐκ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διός, *quod ex cerebro Iouis sit formata*: Anne etiā quod orta feratur ex Pallante palude iuxta Festum? Quid, quod aliqui datum velint nomen ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ, id est, *à vibranda & concutienda hasta*: Alij à saliendo siue saltando in bello? Sed longè elegantissime Eustathius Iliad. 1 παλλάδα τὴν ἀθηνᾶν λέγει κατὰ ἀλληγορίαν, διὰ τὸ τῆς προνοίας κ φρονήσεως ἐξυκίνητον, ὡς ἀπὸ τοῦ πάλλω τοῦ δηλοῦντος τὸ κινῶ. οἱ δὲ παλαιοὶ καὶ τὰς μείρακας παλλάδας ὠνόμαζον, ὅθεν καὶ ἡ παλλακις παρωνόμασαι. καὶ παλλαντες δὲ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ νέοι, ὡς φησὶ φιλιστίδης ἐν συγγενικοῖς. τὸ δὲ λέγειν οὕτω καλεῖσθαι αυτὴν, ἐπειδὴ ἐν τῇ γιγαντομαχίᾳ πάλλαντά τινα πεφόνευκε γίγαντα, ἢ ὅτι ἐκ τῆς τοῦ διὸς συνέπαλτο κεφαλῆς, ἢ ὅτι κεραυνῷ τῆς σεμέλης βληθείσης, καὶ τοῦ διονύσου διεκπεσόντος ἰμβρύου, πάλλουσαν τὴν τοῦ ἀμβλώματος καρδίαν κτεινε τῷ διί. μῦθός ἐστι παραπλήρωμα, ἤθικῶς δὲ φρόνησίς ἐστιν ἡ ἀθηνᾶ, ἣ καὶ διός μητὴρ εἶναι λέγεται, ἤτοι νοός καὶ βουλῆς. φησὶ γὰρ ὁ μῦθος, ὅτι ἐγκυος οὖσα τὴν ἀθηνᾶν ἡ μῆτις κατεπόθη ὑπὸ τοῦ διός. ἐν δὲ τῷ ὡρισμένῳ ταῖς κυούσαις καιρῷ ἐξέφερεν τῆς τοῦ διὸς κεφαλῆς ἡ ἀθηνᾶ. Omnes tamen etymologiæ istæ reuera sunt fabulosæ & ex parte ridiculæ. Nimis etiam longe petitum etymon eorum, qui fingunt dictionem esse Græco-Hebraicam, & proinde compositam ex *Pale*, quę vox Hebręis admirabile quiddam significat, & *Dis*, id est, *Ioue*, cui sententiæ tamen astipulatur Peucerus vir alioqui prudens & doctus. Digna &

hîc relatu Ioannis Tzetzis verba in Hesiodi Opera & Dies de Palladis etymo seu fabula tota, propter doctrinam & elegantiam: Quippe ait: παλλὰς, ἡ παλλομένη καὶ εὐκίνητος ἢ ἐν τῷ ἐκ τῆς διὸς νόου κεφαλῆς γεννηθῆναι, πάλλουσα τὰ ὅπλα. ὡπλισμένη γὰρ ἡ φρόνησις λέγεται διὰ τὸ καταπληκτικὸν καὶ ἐπανδρον, καὶ τὸ σταθηρὸν. τὰ γὰρ γλαυκὰ τῶν ζώων καταπληκτικὰ καὶ θυμοδέστερα. Cùm autem hanc Deam armatam prodiisse fingant ex cerebro Iouis, *vt antea dictum*, simul ecce armorum bellique præsidem prodiderunt. Vnde & Deam armiferam nominauit Ouidius, item impauidam, Homerus ἀτρυτώνην, hoc est, indefatigabilem indomitamque, id quod tali Deæ maximè est conueniens. Quin Cicero belli inuentricem & principem fuisse scribit *libro de Natura Deorum*. Phurnutus δορυκέντορα dictam notat, quasi dixeris *hasta pungentem*. Pindarus ab hastæ concussione ἀγχεμάβρομον nominat. Valerius Flaccus tribuit eidem pectus ægisonum *lib. 3.* Nam ęgidos eam cum Ioue participem esse docuit Phurnutus. Quæ omnia eundem in finem spectant, bello quippe præsidere hanc Deam. Quid? quod eadem artibus ingenuisque præficiatur *teste etiam Ouidio 3. Fastorum*, vbi ait:

Ipse vides manibus peragi fera bella Mineruæ,
Non minus ingenuis artib. illa vacat.

Forsan & ideo oleæ inuentum ipsi delatum quòd vt hæc arbor symbolum est pacis, ita ferueant artiũ studia, cum horridus ille Mars abest & quidquid secum fert mali agminis. Etsi alij dedicatam hanc arborem velint propter pudicitiam, quod innupta & virgo permaneat. Itaque Græci, *vt scripsit Rutilius Taurus*, iubent oliuam, cùm plantatur aut legitur, à mundis pueris atque virginibus esse tractandam. Sic Florentinus *libro de re rustica* puros eam collectores amare tradit. Vnde & *Anazarbi*, quæ Ciciliæ ciuitas est, felicissimas esse oleas, dum coluntur à castis tantummodo pueris, proditum inuenio. Atque hęc de Pallade.

* *Pallas.* Quæ de Pallade prudés & dôctus Peucerus protulit, tract. de diuinatione extispicum, quum sint obseruatu digna, repetemus. Græci, inquit, Palladis nomen deriuant, vel παρὰ τὸ ἀναπεπλάχθαι ἐκ τῆς κεφαλῆς τοῦ διὸς, quòd ex cerebro Iouis prognata sit & formata: vel παρὰ τὸ ἀεὶ πάλλειν κραδαίνειν τὸ δόρυ, quòd hastam indesinenter vibret. Ridiculę deriuationes. Nam dubium nó est appellationes peregrinas esse, & ex Patrum religione acceptas ac conseruatas. Palladis appellatio est à *Pale*, quæ vox Hebreis significat admirabile quiddam, seu miraculosum. Et Δὸς Græcis, Iouis apud Latinos, nomen idem est cũ Hebræorum Iehoua, [פלא & פלה, *Pala*, id est, velatus fuit, absconditus fuit, miraculum fuit in oculis hominum arduus & excellés fuit supra captum hominis.] Cum auté in fabulis Græcorum sit Mineruam progenitam esse ex cerebro Iouis, moueor & appellationibus, & fabuloso ænigmate vt existimem huic occasionem dedisse obscuram memoriam doctrinæ sanctorum Patrum de Dei essentia & tribus personis in Deo, sed non intellectæ ab Ethnicis. Videtur omnino alludere ad æternam & vere cum stupore admirandam generationem filij diuinitus patefactam Patriarchis. At sistamus gradum, & magnum pietatis mysterium silentio colamus. Palladis mythologiam prolixe persequitur Natalis de Comitibus, libro 4. cap. 5. Ad sapientiam & sapientem omnia quæ Poëtę de Pallade finxerunt, reuocemus.]

Pallium, sicut & palla, nomen inuenit, quod sit *palam & foris*, cum sub eo sit tunica. Philosophorum propria hæc vestis fuit *vt apparet ex dicto Herodis Attici apud Gellium libro nono Video*, *inquit, barbam & pallium, Philosophum non video.* Apud Græcos etiam hic vsu præcipue fuit. Hinc palliati sumuntur pro Græcis,

sicut pro Romanis togati, quòd vterentur toga quam tandem cum victu Romanorum Galli simul atque Hispani receperunt, teste Strabone. Dictæ propterea & fabulæ Palliatæ, in quibus inducebantur Græci, sicut Togatæ, in quibus Romani. Scribit Tranquillus in Augusto distribuisse eum inter varia munuscula togas & pallia, proposita lege, vt Romani Græco, Græci Romano vterentur habitu. Ita paulatim mutantur omnia, cùm Scipioni obiectum sit, teste Liuio, quod cum pallio crepidisq; inambulasset in gymnasio, probroque sit datum Rabirio, quod Alexandriæ palliatus fuisset visus, auctore Cicerone in orat. pro Rabirio. Fuisse quoque in vsu pallia cœnatoria, indicat Martialis libro XI iterum in suis Apophoretis. Communem vero vtrique sexui fuisse vestem, colligi potest ex Vlpiano, tum Cornelio Tacito, qui promiscua appellat pallia. Martialis: *Hanc volo, quæ facilis, quæ palliolata vagatur.* Scripsit quoque Lampridius, *matronas regias contentas esse debere vnico pallio, auro sparso.* Sed & in lecto vsos fuisse veteres, significare videtur Ouidius, 1. *Amorum Elegia* 2 his his verbis: *Nec in lecto pallia nostra sedent.* Quoniam verò tunicis imponebantur, inoleuit prouerbium: *Tunica pallio propior*, de quo vide Erasmum in Chiliadibus. In etymo diuersus est à nobis & multis aliis grauissimis viris Isidorus, cuius tamen verba subiiciam. *Dictũ*, inquit, *pallium a pellibus, quia prius super indumenta pellicea veteres induebantur, quasi pellea, siue à palla, per deriuationem.* Non possum a nostro etymo discedere, fultus magnorum virorum auctoritate. Pallium pilosum dicitur fuisse vestitus Prophetarum *ex Zacharia ca. 3.* Hos videntur imitari voluisse pseudoprophetæ eodem vestitu, vt ita simplicioribus imponerent.

Palma arbor, qua Pausania & Plutarcho auctorib⁹ ex Thesei è Creta Delum reuersi instituto victores in multis certaminibus coronari solebant, quæque perpetuò viret nunquam depositis folius, ἀείφυλλος καὶ ἐμπεδόφυλλος appellata propterea, & in contrarium fornicata etiam ponderibus resistit, si Varroni credimus, nomen inuenit, *quòd ex vtraque parte natura vincta paria habeat folia.* Sed aliter Isidorus: *Palma*, inquit, *victa, quia manus victrice ornatus est, vel quod expassis est ramis in modum palmæ hominis,* Est enim arbor insigne victoriæ, proceroque ac decoro virgulto diuturnisque frondibus vestita, & folia sua sine vlla successione conseruans * φοῖνιξ Græcis dicta ab Hebræo verbo פנק *Pinnek*, id est, delicatè pauit, tenere & suauiter cibauit, vt dactylis aliisque fructibus exquisitis. Nam dactyli recentes admodũ placent palato, & succum delicatissimũ continent. Maxime huius est ferax Iudæa, etiamsi creuerit in aliis regionibus. Eadem, ne quid elegans dissimilem, in fœminam & marem distinguitur. Quòd si hæ duæ palmæ species propter se inuicem ponantur, deprehenditur mas attrahere ad se fœminã, fœmina verò non auersari eius complexum, sed ramis exporrectis ad eius quodammodo osculũ se explicare: Vt ideo nonnulli coniugalis amoris & nuptiarum esse voluerint signum: *Innocentiam* ea significari voluit Ambrosius alii *iustitiam*. Iustus enim vt palma florebit. Sunt qui etiam ea piorum vitam adumbrari intelligunt; quòd vt corticum scabritie tum perplexitate caudex eius minime iucundus est visu, pars vero superior ramorum amplitudine amœnam quandam pulchritudinem ostendit: ita prima facie contemptibilis videatur piorum conditio, sed demum in mirabilem exeat morum virtutumq; pulcritudinem ac venustatem, maximè cùm in tertio cœlo gloriæ immortalis erunt participes. Huc accedit, tanto meliorem esse fructum palmæ, quanto illa annosior est: quo modo etiã iusti post diuturnitatem laboris ad fructum consolationis perueniunt. Græcè dicitur φοῖνιξ, quo nomine appellatur &

auis, nempe à palmæ quodam genere, *auct. Plinio* quæ moritur, iterumque renascitur, *vt de hac aue Plinius idem, Lactantius, & alij prodiderunt*, cui propterea Christum Dominum resurgentē a mortuis compararunt. Notandum denique arboris huius non solùm fructum sed etiam *medullam*, quam Græci ἐγκέφαλον vocāt, hominum inseruire vsibus, etiāsi hæc Plutarcho capitis inducat dolorē. Meminit & eius Theophrastus 2. περὶ φυτῶν, vbi de palmarū generib. agit hoc modo: *καὶ γὰρ ἐξαιρεθέντας τοῦ ἐγκεφάλου ζῶσι, καὶ κοπέντες ἀπὸ τῶν ῥίζων παραβλαστάνουσι* Galenus 2. *de alimentis* etiā verticē eius vescū esse affirmat. Præter hæc prorsus dignum memoratu, quòd nuper ex eo accepi, qui ex Guinea non ita pridem red-erat rei totius αὐτόπτης. Affirmabat *incolas regionis ex palmis suis admodum succulētis habere oleum, vinum, panem, & vestes.* Fit autem oleum ex fructu (*botrum specie refert*) tanta quandoque magnitudine, vt vix duo viri alioqui robusti sint ferundo. Quanquam alij fructus minores sæpe ferri queant ab vno. Ratio comparandi hæc est: *Diuellunt & auellunt primum particulas, inque mortarium coniiciunt: Inde pistillis ligneis contundunt, donec cortices abscedant ab interiore fructu, seu nuce illis inclusa, quæ tanta duritie est, vt nullis cedat malleorum ictibus: Igni tamen exposita sponte fatiscit. Vbi iam cortices sunt satis contusæ, conduntur Samia olla, & addita aqua ad ignem bullire permittunt, donec ebulliens oleum in superficie natet, quod despumantium excauatis cucurbitæ fructibus includunt.* Vinum ex ea admodum dulce & inebrians comparant illato arboris caudici foramine, cortice videlicet cultro aliquo discissa vel aperta. Huic inserunt eiusdem arboris folium cōtortum & conglobatum. Tum paulatim solis calore tractum & elicitū defluit in ollam infra pendentem, quam vocant *Calabassem*. Tales ollas aliquando 8. aut 9. appendunt, distillantibus sæpe ex vna arbore 30. aut 40. libris. Panem conficiunt ex interioribus fructuum nucleis, quos attritos cum aqua redigunt in massam, quam manibus subactam oleaginorum librorum instar coquunt in feruente palmarum oleo. Vestes denique parant ex folijs siccatis & ita præparatis ad texturam.

Palpebræ Isidoro à *palpitatione*, quia semper mouentur, sunt dictæ. Reficiunt enim visum assiduo motu. Sunt quoque capillorum vallo munitæ, vt & apertis oculis si quid inciderit, repellatur, & somno conniuentibus tanquam inuoluti quiescant latentes. Exstant autem in superiore simul & inferiore oculorum parte iuxta Aristotelem, qui βλέφαρα vocat. Dici volunt nonnulli βλέφαρον, quasi φάρος τοῦ βλέποντος, id est, *indumentum oculi*. Substātiam eius cartilagineam esse fatentur medici. Atque hanc cartilaginem Galenus nominat ταρσὸν, cui pinguedinis nonnihil adnatum est propter humectationem oculorum quæ cum absumitur in ægrotis, exsiccari eas necesse est. Inde verò ægri interitum præsagit Hippocrates, nominatq; βλέφαρα, alibi περιτεταμένα, alibi καμπύλα, id est, *retorta*. Cernuntur in eisdem, quæ Græcis dicuntur ἐλιγγες.

Palpo, quasi a palpando dictus Nonio. Est autem palpare *contrectare*, aut *manu mulcere* iuxta Porphyrium, quasi hoc adulatoribus peculiare & proprium sit. Certè nonnunquam idem, quod *blandiri* & *mitigare*. Nam *palpare iram* dixit Apuleius, & *palpo percutere* pro *adulari* Plautus. Et Flaccus: *Cui male si palpere, recalcitrat, vndique tutus.* Eodem modo vsus Lucilius.

Paludamentum insigne Imperatorum pallium *iuxta Isidorum*, cocco, purpuraque, & auro distinctum. Nonius vult *eā fuisse vestem, quæ nunc chlamys dicitur*, Festus ait: *omnia ornamenta militaria paludamenta vocari.* Varro quoque insignia & ornamenta militaria appellat. 6. *de lingua Latina.* Ideo, inquit, *ad bellum cùm exit Imperator ac lictores mutant, & na-*

quæ inciuerunt, paludatus dicitur proficiſci. quæ propterea quod conſpiciuntur, qui ea habent, ac ſunt palam. paludamenta ſunt dicta. Propriè tamen, veſtis hæc erat Imperatorum, *vt & Iſidorus animaduertit.* Vt rectè ſcriptum reliquerit Apuleius *Apologia 1.* Veruntamen hoc Diogeni & Antiſtheni pera & baculus, quod regibus diadema, quod Imperatoribus paludamentum, quod pōtificibus Galerum. Tranquillus quoque in Cæſare paludamentum cum mordicus traxiſſe meminit, ne ſpolio potiretur hoſtis. Plutarchus ſcribit in Cæſare eodem, *Pompeium in prælio Pharſalico, cùm videret perterritum & pulſum equitatum, cui maxime fidebat, receptiſſe ſe in Prætorium, equumque nactum aufugiſſe detracto prius paludamento.* Græcus textus habet: ἀπεδύσατο ἐναγώνιον καὶ στρατηγικὴν ἐσθῆτα. Idē auctor in Lucullo ἐφεστρίδα poſuiſſe videtur Baytio pro hac veſte, in Craſſo φοινικίδα cùm lugubri & infelici die collaturus ſigna cum Perſis proceſſiſſet ad milites non purpureo paludamento, ſed pallio nigro. Bene is etiam animaduertit (id quod cum Nonio conuenit) Macedones paludamenti loco Chlamyde fuiſſe vſos, cum Plutarchus ſcribat Alexandrum, vbi vidiſſet Darium interfectum à ſuis, inieciſſe ipſius corpori τὴν ἑαυτοῦ χλαμύδα. Denique notandum hoc loco Liuium in hiſtoria Horatii paludamentum accepiſſe pro eius veſte, qui Imperator nō eſſet, ipſaſque etiam Auguſtas paludamento fuiſſe vſas, *vt conſtat ex aureo Agrippinæ paludamēto.* Placuit ſanè & his floribus exornare etymon noſtrum, vt ſimul habeat ſolidus lector, quod grauius dictum animum eius delectet & paſcat, cúmque aliqua ſaltem vtilitate hæc noſtra inſpiciat & legat.

* *Palus*, paludis, aquæ ſtatinæ receptaculū, אובל *Vbal*, per metathesin, mutata litera o. in p *balu*, palus. Et אגם *Agā*, copia aquarum ſtantium. Vide *Stagnū*. Gr. ἕλος, id eſt, iuxta Heſych. τελματώδης καὶ σύμφυτος τόπος, & ποταμοῦ χεῖλος.

Pāphilus apud Terentiū dictus ὡς πᾶσι φίλος τις ὤν, ἢ πάντας φιλῶν, id eſt, *omnibus amicus exiſtens*, aut *omnes amans.*

Pan Arcadiæ Deus, quem aliqui *Mercurii & Penelopes filium* fabulātur, alii *ex promiſcuo procorum cum Penelope concubitu natū* ineptiunt quique ἄγριος θεός. id eſt, *agreſtis Deus* dictus fuit veterib⁹, ἐφιάλτης, id eſt, *incubus* Artemidoro, τῆς ὕλης κύριος, id eſt, *vniuerſæ ſubſtantiæ materialis dominator*, olim Arcadib⁹, *teſte Macrobio*, Pindaro ὀπαδὸς μεγάλης ματρὸς *comes magnæ matris*, nomen accepit Phurnuto, quod vniuerſi (τὸ πᾶν nominant Græci) exiſtimaretur Deus. Itaque fingunt *ipſius pedes eſſe caprinos* (inde *ſemicaper* dictus Ouidio) quo terræ oſtendatur ſoliditas, eoſdem pariter hirſutos, ſiue piloſos, id quod conuenit eiuſdem terrę aſperitati. At ſuperiorem huius partem hominem repręſentare volūt, quòd in æthere verſetur, τὸ ἡγεμονικὸν mundi, id eſt, *pars rationalis.* Quocirca & pectus radiabat ſideribus. Facies autem rubebat ad ætheris imitationem. Cornua erant hirta, inque radiorum Solis & cornuum Lunæ ſimilitudinem facta. Aſſcribebant & illi fiſtulam ſeptē vocum diſcriminibus diſtinctam, ob cœli harmoniā: Atque inde συριγκτὴς eſt nuncupatus, ſicut Phurnutus prodit. Porrò libidinoſum finxerunt hunc ipſum Deum, propter ſpermaticarum rationum copiam, ideoque Nymphas non ſolùm inſequi, ſed etiam pueros formoſos. Macrobius quoniam etiā Solem intelligi vult per Panem, ſcribit *ideo fingi in capræ pedes eum deſinere, quod materia, quæ diſpenſante ſole in omnem ſubſtantiam porrigitur diuinis de ſe corporibus effectis in terræ finiatur elementum.* Ad huius ergo extremitatis ſignum pedes huius animalis electi ſunt, capræ *inquam*, quòd & terrenum eſſet, & tamen ſemper alta peteret paſcēdo, ſicut ſol, vel cū radios ſupernè demittit in terras, vel cū ſe recolligit, in montibus viſitur. Huius amor & delitiæ ἠχὼ creditur, nullius oculis obnoxia, quod ſignificat harmoniā

cœli,quæ Soli amica est,quasi sphærarũ omnium, de quibus nascitur, moderatori: Nec tamen potest nostris vnquam sensibus deprehẽdi. Fuisse hunc Deũ in comitatu Dionysii *libro de responsis* tradidit Porphyrius,quẽ cũ in bonorũ dæmonum numero collocat, agricolis tamen quibusdam apparuisse confirmat, qui repẽtè postea sunt mortui. Alii Magnæ matris famulum faciunt, & quasi quẽdam πάρεδρον illius. Nam Pindarus vocat ὀπαδὸν μεγάλης ματρός. Idem dictus *Lycæus* ab Arcadiæ monte Lycæo, quẽ creditus fuit incolere. Quapropter & illic templũ eius exstitisse refert Pausanias *in Arcadicis*, adiecto hippodromo eius numini dicato. Habuit & templum Romæ in Palatini montis radicibus,sacraque dicta sunt *Lupercalia*,sicut Græcis Lycæa,quod λύκος Romanis sit lupus. Canit de eo Virgilius Ecloga 1.

Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit,Pan curat oues,oviũq; magistros.

Admonet Nannius respicere Poetam μόναυλον καὶ πάναυλον, vtrumque Panis inuentum.Composuisse fabulãtur fistulam primùm ex arundine,in quam apud Ladonem fluuium commutata fuisse dicitur nympha Syrinx, cùm eam seruandæ virginitatis gratia fugientem prosequeretur. Sed nolo nimius esse in fabulis.Redeo autem ad etymon,in quo planè etiam nobiscum facere videtur Orpheus vniuersam sub eius nomine naturam intelligens.Verba eius sunt:

πᾶνα καλῶ κρατερόν γε θεὸν,κόσμοιο τὸ σύμπαν,
οὐρανὸν,ἠδὲ θάλασσαν, ἰδὲ χθόνα παμβασίλειαν,
καὶ πῦρ ἀθάνατον.τάδε γὰρ μέλη ἐςὶ τὰ πανός.

At Homerus in Hymnis: πᾶνα δέ μιν καλέεσκον, ὅτι φρένα πᾶσιν ἔτερψε, quibus verbis *Deorum omnium mentes eum delectasse* intelligit, cùm citharam pulsaret. Mirabilem illam historiã de Pane,quòd Thamo cuidam Ægyptio nauis gubernatori ab incerta voce mandatum sit,vbi ad Palodes fuisset delatus, vt tũ nunciaret magnũ Pana obiisse,id quod circa tempora veri Panis,& omnium mortalium Pastoris Domini Iesu Christi à Iudæis in crucem acti contigit, leges apud Plutarchũ ἐν τῷ περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων.

* *Pan*, dictus videtur à verbo Hebr. פון *Pon*, Attonitus est,ita vt dubius sit animi ne planè pereat,vel à פעם *Paham*,obstupuit,turbatus est. Hinc Panicus terror, qualis est Lymphaticus metus. פן *Pen*, aduerbium dubitantis; fugiendum(inquit, ne forte hoc vel illud mihi accidat, quod panico terrore perculsis accidit.vel à פנה *Pana*,respexit, vt fit in trepida fuga.Dicitur amasse Syringã nympham Hæc autẽ Græcis σύριγξ ab Hebr. שרק *Scharak* i.sibilauit,fistula cecinit,fistula à פצל *Patsal*. decorticauit, detraxit corticem ex ligno viridi Inde פצלה *Pitsala*,i. fistula cuius adeo frequens mẽtio apud Poetas, de Pane fistularum seu calamorum repertore,canentes.Ab eo hirsuto fauni & Satyri שעירים Sehirim, pilosi dicti ab Hebræis: Syluani item & eiusmodi mõstra profanæ antiquitatis, quæ à vera religione Hebræis familiari recedens sermonis proprietatem & res ipsas amisit:atque innumeris idolis exhibuit nefarium cultum.Vide faunus.

Panacea, πανάκεια, herba scilicet,quæ & πάνακες dicitur,& Panax(vnde *succus opopanax*)ipso nomine omniũ morborũ remedia promittit,*vt scribit Plinius*. Etenim πᾶν est *omne* Latinis,ἄκος *remedium*. Potentem eam vocat Lucanus *libro 9.* Virgilius *odoriferam 12.Æneid*.forte Lucretii insistens vestigiis, qui ait libro *4.Odorem.*

Exspirant acrem panaces,absinthia terra.

Traduntur apud auctores tria ipsius genera. *Heraclium*, ex quo manat opopanax; alterum *Asclepium*, tertium *Chironium*, quod descriptum est eleganter à Poeta Nicandro. Meminit & eius Callimachus in hymno Apollinis. Omnium vero trium generũ distinctè meminit Galenus simplicium medicamẽtorum

torum 8. adiectis eorundem facultatibus. Nam *Heraclio* Panaci calorem in tertio ordine afscribit, ficcitatem in secundo, adde aliquam abstergendi facultatem, & singulares ad vlcera contumacia vires. *Asclepium* verò prodit minus esse calidum priore attamen egregiè facere ad vlcera, phymata, & phagedænas, cui porro postremum facultate vult respondere. Facit & trium horum generum mentionem Dioscorides *libro 3. capit. 46. 47. 48.* Heraclium valere dicit ad scabiem vesicæ, stillicidium vrinæ, tormina, ciendos menses, dolores dentium, Ischiadicos & vuluæ strangulationes: *Asclepium* ad tubercula & phagedænas: at Chironium serpentum veneno resistere radice in potu assumta. Inde *capite 49.* etiam λιγυστικὸν à quibusdam hoc nomine donatum affirmat, quod plurimum nascitur in Apénino Liguriæ mōte, qui est Alpibus cōterminus, vnde & illi nomen, *eodem Dioscoride teste.* Mentionem denique & Hippocrates fecit τῆς πανακέας in iuramento suo, siue herbam hanc, siue rem aliquam sacram diuinámque significet, quod potissimùm reor, cùm addat καὶ θεοὺς πάντας καὶ πάσας.

Panathenea Athenarum & Mineruæ inprimis festa, singulis quinque annis celebrari solita & ab Erichtonio Vulcani filio instituta, nomen etiam arcessunt à Minerua, quæ Græcis dicitur ἀθήνη. Meminerunt eorum Isocrates, Pausanias, Plutarchus, & alii. Fiebat in illis lāpadum cursus (λαμπαδοφορίην nominat Herodotus *in Vrania*) sicut etiam in Prometheis & ipsis Vulcani festis, ita vt cuius fax esset exstincta, cum infamia discederet, victus ab insequente lege certaminis lampadem suam sequenti traderet.

Panda Dea culta legitur stulta gentilium superstitione apud Arnobium, quod T. Tatio, Capitolinum vt caperet collem, viam pandere atq; aperire permissum fuerit.

Pandecta sunt nuncupatæ à πᾶν καὶ δέχομαι, quòd *omnia comprehendant, quæ pertinent prom scite ad veteris prudentiæ ius vniuersum.* Vnde Gellius scribit *noctium Attic. XII.* Tullium Tyronem Ciceronis libertum *libros de variis & promiscuis quæstionibus* composuisse, quos Græco vocabulo inscripsit Pandectas tanquam omne rerum ac doctrinarum genus cōtinentes. Quo vix satis ridere queant eruditi, cum legunt Accursium in proœmio Digestorum ita ἐτυμολογοῦντα: *Pādecta dic. tur a Pan, quod est totum, & decten, quod est doctrina.* Vide lector, in quā turpem lapsum impellat acutissimum virum & de iuris scientia optimè meritum imperitia linguarum, quamq; difficulter sæpenumero se extricent à difficultatibus, qui cognitionis Græcæ linguę experies in salebris & crassa versantur barbarie. Alienū ergo dedecus cautiorem te reddat, imò studiosum magis eius literaturæ, sine qua nullus vnquam in facultate aliqua magna cum laude versatus fuit. Est enim ea Latinæ linguę veluti matrix, vt nec hāc absolutè quisquā didicerit, nisi Græcorum pedamētis suffultus animū ad professionem aut studium adiiciat, sicut præstantissimorū virorum exemplis satis euinci potest.

Pandora quasi πάντων τῶν θεῶν δῶρον *Deorum omnium donum.* Hesiodus fabulatur, mulierem hanc à Vulcano factam missam fuisse à Ioue cum omnibus malis vasculo inclusis ad Epimetheum, qui dēto operculo, cū euolare sentiret omne malorum genus, vix in imo residentem spē occlusit, vnde fit vt sperent homines vel ad vltimū vitę halitum. Sunt, qui *Euam* sub huius fabulæ velo nobis expressam putant.

Panicum Græcis ἔλυμος, Diocli medico *mel frugum*, exsiccante natura & facultate prædit um *iuxta Galenum*, parū quoque nutrimenti reddens, & ventris fluxum nonnihil sistens, ceu milium, cui etiam Plinius vult conuenire ipsius affectus, à paniculis nomē accepit, in qui-

lus continetur semen. Isidoro dictum videtur, quod in multis regionibus eo vtantur homines vice panis.

Panis a pascendo nonnullis cum Varrone videtur dictus, vt aliam non posse dari putent nominis originem. Sed enim nec illos dixerim male iudicasse, qui nominis proprietatem habere censuerunt ab eo, quod Græci dicunt πᾶν id est, *omne*, eo quod *omnibus cibis adhibeatur*, vel *omne animal appetat eum*, vt etiā traditu ab Isidoro. Athenęus innuere videtur nomē panis esse deflexū, cū a satietate quā Messapii dixere πανίαν tū repletione, φ πανία ... nominauerint τὰ πλησματα. Idē tradit *panem refertum a Cerere frumentaria dicta & Simalide Syracusiorum Dea*. Ceretis enim fertur inuentum frumenta molere & inde panes conficere, cùm antea glandibus vescerentur mortales. Qua re quidem nihil vtilius vnquā præstari potuit vitæ humanæ, cùm maximè roboret panis, nec sine eo pulmēta aut alia edulia summopere prosint, eiusque beneficio feræ gētes in India vt plurimùm destituantur, simul alienæ ab omni humanitate. Sed eius genera, quæ partim nobis, partim veteribus fuerunt in vsu, operæpretium erit referre. Est ergo *Gregarius* vel *Cibarius*, qui haudquaquam delicatus seruis in cibū solebat dari; *Fermētarius*, fermēto confectus; cui contrarius est ἄζυμος *fermento carens*. Furnaceus Græce κλιβανίτης à clibano & furno, in quo coquitur, nomen inuenit. Ex eius genere *ἰπνίτης in minoribus furnis coctus*. Est & panis *subcinericius*, hoc est, coctus sub cineribus, qui in vsu fuisse legitur Hebræis. Græcis ille est ἄρτος σποδίτης, cuius Athenæus meminit *lib. 3*. Ibidem fit mētio panis, qui dicitur ἀπανθρακίας, & coquitur supra carbones, Porro δίπυρος siue διπυρίτης, quem pro pane delicato accipit Athenæus, Latinè *bis coctus* & *panis nauticus*, est Spartiano *buccellatum*. Græci interpretantur ξηρὸν ἄρτον, quo videntur vsi Christiani in suis Xerophagiis, *vt nominat Tertullianus*. Dicitur & παξαμᾶς & παξαμάδιον nostratib. *tvvichael*. Suidas δίπυρος ἄρτος, παρὰ ῥωμαίοις λεγόμενος παξαμᾶς αὐτοπύρος panis qui Athenæo dicitur αὐτοπυρίτης, ξηροπυρίτης & πύρινος, nō ab igni nomē accepit, sed a tritico, q͂d Græcis est πυρός. Idem συγκομιστός audit apud Deipnoso. histā quasi *confusaneum* dixeris, quod partes oēs tritici recipiat minime castratus, ἀλευρίτης aliis, φ ex farina fiat, additq; Athenæus: ὄντα πολύτροφώτερον ἄνευ δεινοῦ. Brabātini nominant vulgo *grofferrnen broo*, *Frisii bolle*. Similagineus est, qui fit ex simila, Græci dicūt σεμιδαλίτην. Athenæus: φιλίσιον δ' ὁ λοκρὸς τῶν χονδρῖτῶν τοὺς σεμιδαλίτας πρὸς ἰσχὺν φησι μᾶλλον πεφυκέναι, μεθ' οὓς τοὺς χονδρίτας τίθησιν ἅπαντας ἀλευρίτας. Siligineus σιλιγνίτης nō Græco nomine, *vt inquit Galenus*, Grecis dictus, ex purissima farinæ parte paratur furfurib. & recrementis caret, nomenq; accessit non à filigine infirmiore tritici genere, sed à tenuissima farinæ parte, quam *florē & siliginem* appellant Eadem quippe siligo veterib. est dicta. Ex Celso euinci id potest, qui siliginē, similā, & pollinē inter se cōfert, quod ille quidē nō faceret bene nisi triticeæ farinę pars quędā esset tā ea (*siliginē* dico,) quàm aliæ duæ, atq; ita similitudinē quādā & cognationem inter se inuicē obtinerent. Locus exstat apud auctorē *lib. 2. cap. 18*. Sed & Plinius *li. 18. Siliginē proprie dixerim tritici delitias*. Et Seneca, ni fallor, idcirco optimum hinc panem confici innuit his verbis: *Malum panem exspecta, Bonum fiet, etiā illū tene tibi, & siliginem fames reddet*. Verba hæc legas in Epistolis ad Lucilium. *Collyræ* generis panis mentio fit apud Plautum in Persa. Grammaticorum senatus interpretatur *paruulos panes*, item *genus fictorum farinaceorum*, quæ vt lagana interdum frigūtur in sartagine, interdum cocta per se eduntur, interdū comedūtur ex iure. Meminit eius generis & *Athenæus lib. 3*. Grāmatici Græci volunt esse ἄρτους πλακοῦντας, & κολλυρίζειν explicant

cant τὰ λάχανα τηγανίζειν, id est, *lagana in sartagine frigere* Menander. & liber *Reg. 2. cap. 6.* λάγανον, inquit, διατετριμμένα ἄρτου. Sunt qui tortum panem interpretantur. Alibi pro pulte accipitur. Panem prætereà ex hordeo confectum vsitatum fuisse veteribus, etiam si imbecilliore & nutrimenti minoris, ex Christi Domini constat historia, qui quinque panibus hordeaceis & paucis piscibus ingentem hominum multitudinem pauit. Canibus eum dandum voluit Varro *de re ru. i. lib. 2.* Panem ex milio confectum, antequam refrigescat, sine fastidio posse absumi, traditum à Columella *cap. 9. lib. 2.* *Speusticum* panem ἀπὸ τοῦ σπεύδειν, id est, *accelerando* dictum, quomodo facias docet Cato. *Speusticum panem*, inquit, *sic facito: Manus mortarium que bene lauato: farinam in mortarium indito, aquam paulatim addito, subigitoque pulcre, vbi bene subegeris, defingito coquitoque sub testa.* In caritate annonæ inuenio & panes tentatos ex oryza, fabis & pisis. Quinimo in Frisia nostra atro & secundario pani ex secale addere video rusticos tertiam, aliquãdo etiam dimidiam farinæ fabarum partem, quem exhibent in pastum robustioribus illis operariis polyphagis, propter grauem & assiduum laborẽ. Hesiodus seruo aranti tribuendum esse monet ἄρτον τετράτρυφον ὀκτάβλωμον. Ex Panico, Zea, & alica olim factos fuisse panes tradit apud Athenæũ Tryphon Alexandrinus *Obeliam* panem vel quia vendebatur obolo vel quia assabatur in obeliscis sic dictum nominauit Aristophanes *in Agricolis*, referente id Atheneo, recẽset & alia genera, de quibus ipsemet reconsulendus est auctor. Denique notandum etiã, *papaueris semen ad panificiũ fuisse veteribus in vsu*. Est enim inter genera papauerum hortẽse quoddam (θυλακῖτιν nominant) accommodatissimum panificiis ἀπὸ τοῦ θυλάκου deducto nomine, quo vas pani ferendo destinatum significatur. Atq; ea de causa appellauit Virgilius *vescum*, id est, *edule* siue ἐδώδιμον, & cereale *Georgicorum 1.* Quapropter non solùm Cereris simulacra manu id gestare solebant, sed etiã Cereris antistites, cùm sactum offerrent Deæ, sicut ex Callimacho notauit Turnebus, cuius ea sunt verba: γεντεοὶ χερσὶ σέμματα καὶ μήκωνα. Quantum ad bonitatem, plurimùm alimenti præstare siligineum, *inde* similaceum, *tertio* loco medium, *quarto* sordidum *post* *imo* furfuraceum, affirmat Galenus. Optimi quoque sunt *Clibanitæ*, proximi *ipnitæ* in minori furno assati. At qui super craticulam in calidos cineres aut foci pauimentum assantur, omnes sunt praui sicut & illi quos vocant subcineritios. Lauti autem panificij curam fuisse veteribus Romanis, indicant Varronis verba, quę leguntur in ipsius satyra περὶ ἐδεσμάτων. *Si quantum operæ sumpsisti*, inquit, *vt vnus pistor bonum faceret panem, eius duodecimam Philosophiæ dedisses, ipse bonus iampridem esses factus. Nunc illum qui norunt, volunt emere milibus centum. Te qui norit, nemo centussis.* Peruasit hodie apud vulgi animos, animam iis grauiter infici, qui pane abstinent in cibis. Mirũ illud, ad Persicum vsque bellum in vrbe Roma non fuisse pistores, elapsis fere ab V. C. annis super quingentos octoginta, quod ipsimet Quirites panes facerẽt, tum Quiritum mulieres, etiamsi ex veteri cum Sabinis fœdere nec molere eas nec coquere permitterent, *teste Plutarcho in Problematibus*. Ateius Capito scriptum reliquit pistores tantum eos dictos qui far pinsebant, etsi illud munus nec à sua dignitate alienum existimauerit vxor Catonis, *teste eodem Plutarcho*. Vtque latius & profundius demittam falcem meam in messem antiquitatis, sciendum quoque panem insigne fœderis ac amicitię symbolũ fuisse veteribus. Apud Macedones enim si quod fœdus ritu patrio sanctissimum vellent haberi, inibant illud libato pane, quẽ gladio vtrimque erat diuisus. Noti & mystici veteris testamenti Propositionis panes,

Christi proculdubio & fœderis istius symbola, quod inter Deum & homines est contractum. Notum quoque Pythagoræ symbolum, *panem ne frangito*, quo admonebar, non esse dirimendam amicitiam, quæ antiquitus pane conciliabatur. Quid? An non Christus distributo pane perpetuam inter suos amicitiam consecrabat? An non Paulus docet symbolum esse Christianæ φιλαδελφίας: An non in primitiua quoque ecclesia Catechumenis, antea quam admitterentur ad eucharistiæ communionem, sacratũ quendam panem communicabãt Christianæ caritatis symbolum, quem Græci ἀντίδωρον & εὐλογίαν vocabant, Augustinus *Epist. 36. buccellatum fraternitatis?* Morem porro apud Orientales fuisse frangendi panes, non scindendi, non solum constat ex literis sacris, quæ monent *esurienti frangẽdum esse panem*, Christumque in vltima cœna panem fregisse, sed etiam ex modo & ratione conficiendi panes nõ equidẽ eleuatos, sicut à nobis parari solent, verum latos in modum placentæ atque subtiles, & proinde ad frangendum idoneos. Inde frangere idem quod *distribuere*. Vtramque verò significationem habet το שבר apud Hebræos; Inde Sceber *f.umentum*, quòd frangatur molendo, postea verò *vendendo* distribuatur. Marcus sanè Euangelista vsus est verbo μερίζειν, quod est *partiri* vel *diuidere*, cap. 8. pro verbo κλᾷν, quod est *frangere*, Matth. 14. Chaldæus Paraphrastes vsus est pro verbo *benedicendi* his verbis: חואפרים, *ipse frangebat*. In sacra scriptura quoque panis & aqua per synecdochen pro quouis cibo & potu accipi solent eo quod præcipuus, maximè parabilis, communis & necessarius hic cibus sit, vt & potus ille tam brutis quam hominibus à natura concessus. Legimus itaque Genes. 43. *Non poterunt Ægyptij cum Hebræis comedere panem*, id est, cibum capere. Et 2. Reg. 6. *Pone panẽ & aquam coram eis, vt comedant*, id est, *cibum & potum*. Hebræis ergo rectissimè dicitur לחם *lechem* à לחם *lachã*, quod *comedere* & *consumere* significat. Taceo porro de pane cœlesti, & angelorum, de pane doloris, afflictionis, de pane abscõdito, mendaciorum, pigritiæ. lacrymarum, de pane filiorũ *Matth 11. & Marci 7.* ne actũ agã: Tantum illud addendũ particulas panis Græcis dici τὰ τῶν ἄρτων θραύσματα. Minores particulas nominat Homerus ψίχια & ἀκόλους, id est, σμικροτάτους ψωμοὺς, *interprete Eustathio.* Alij minores illas particulas nominant τρύφη, mendicos verò, qui eos colligũt, ἀγύρτας quasi ἀγείροντες, id est, *colligentes*. Chaldæus Paraphrastes appellat דלרכא פרא, id est, *buccellã panis*. Panaria legimus apud Papinium *1. Syluarũ* vasa, quibus panis inferri solebat in mensam. & apud Varronem *Panarium caf ful.m*, in quo recondebatur panis, *& panariam ebrietatem* apud Plinium, quæ Græcis est ἄειρος μέθη, cum mens dulci fortuna ebria nimia morum licentia vitæque superbia, imò temeraria & pertinaci garrulitate insolescit, ea peragens & loquẽs sæpenumero, quę vellet se nec cogitasse quidem, aut per iugulum posse redire, aut certè obliterari obliuionis spongia, quod dici solet Atque hæc de pane.

Pannonia, Παννονία Ptolemæo. Europæ regio, duobus satis vehementibus torridisque fluuiis vallata, Drauo videlicet & Sauo, cuiusque initium mons Cœtius est ab Alpibus recta in septentrionem porrectus, atque adeo excelsis iugis ad Danubium vsque pertingens, ab Alpibus Appenninis iuxta Isidorum nominis auspicium deducit. His enim ab Italia secernitur Alij à rege Pannone cuius apud Methodium fit mentio: Nõnulli à Pæonia (*sic n. primum est dicta ab incolis Pæonibus.*) vocem arbitrantur esse deflexam. Diuiditur in Pannoniã superiorem & inferiorem. Superior hodie complectitur *Austriam, Carinthiam. & Carniolam.* Vrbium, quas habet cultissima & ornatissima est *Vienna*. Inferior, quam alteram Pannoniã nominat Ptolemæus

lemæus *lib.2.* ab occasu fluuio Arrabone terminatus, ab ortu Danubio, versus meridiem Drauum excipiens, nostro tempore tota est sub Hungaria. Variæ huius pro diuersis partibus appellationes. Est enim Sirmiensis Pannonia à Sirmio oppido nomen arcessens, in quo Constantinus cōcilium habuit, quamquam Gothorum sedem nominat Cassiodorus *3. Variarum.* At quia in Sauiensi tractu situm est oppidum illud, forte Pannonia hæc eadem cum Sauia vel Sauiēsi, quòd in Sauum fluuium porrigatur, sic dicta. Quanquam & *Valeria* appelletur, qua parte a Danubio recedens ad Draui ripam procurrit. Lazius Amantinam nominat *Pannoniam*. Hanc nomen accepisse reor ab Amantinis, quibus Sextus Rufus locum facit inter Drauum & Sauum. Supra Sirmium versus occasum & iuxta Saui fluenta pars quoque Pannoniarum est, quam *Croaciam* vocant, Illyrico & Lyburnis imminens. *Pannoniæ Bubaliæ*, item *Sabariæ* meminit Aurelius Victor *in vita Decij & Didij Iuliani Impp.* Sed posteriorem quidam eandem faciūt cum Sauia. Ptolemæus quoque ponit in parte inferiore Cibaliensem Panoniā à Cibali vrbe vocatam. Tota verò regio veteribus Græcis dicta Pæonia, cuius pars versus Thraciam, vbi Rhodope est sita, nunc κλακενιτζα nominatur, sicut Eustathius scribit. Hinc & incolæ eius Pæones sunt Græcis, quorum in Illyrico meminit Appianus Alexandrinus. Ait idem, *nullas suo tempore ab illis vrbes, ast agros tantum & villas inhabitatas fuisse.* Regionem totam suam sub potestatem redegit Augustus per Vibium, *vt tradit Florus*, vt autem Liuius per Tiberium Neronem Drusi fratrem: Bellumque istud iuxta Suetonium grauissimum omnium externorum postea, quæ cum Pœnis sunt gesta, per quindecim legiones paremque auxiliorum copiam triēnij spatio confectum fuit. Ab eodem Augusto in prouinciam redacta legitur apud Eutropium *libro 7.* & apud Velleiū *in posteriori volumine Romanæ historiæ ad M. Vinicium Coss.* A Vitellio postea defecisse scribit Suetonius in eius vita. Occupauerunt & eam postea Marcomanni, Sarmatæ, Vandali & Quadi, sed ab eorum seruitio vindicauit M. Antoninus Philosophus, *teste Iulio Capitolino.* Partem eius superiorem Gallieno in dotem datam à Marcomanorum rege, cum Pipam eius filiam sub specie matrimonij suscepisset, pro concubina tamen habens, apud Sextum Aurelium Victorem legas.

Pannus appellatus videtur nonnullis à *Pano.* hoc est, inuolucro tramę, quo panni texuntur. Inde *Pannosus* Iuuenali, crassioribus indutus vestibus, vt *Pannucia* Persio vilioribus vestibus induta. Apuleius: *Nummularius, pannosus alioqui & sordidus, aureos folles incubabat.*

Pansis, Plancis, Plotis & Plautis nomen fuit apud Romanos à pedibus planis.

Panomphæus dictus est Iupiter ἀπὸ τῆς ὀμφῆς *fama*, quę nihil vani nuntiat. Quicunque enim vaticinabantur siue Dij, siue mortales, à Ioue quænam essent futura, discebant, & quidem ex fide. Vel *Panomphæus*, παρὰ τὸ πᾶν καὶ ὀμφή, quòd omnium voce & lingua colatur, & omnes voces exaudiat: vel *iuxta Phauorinum*, quòd omnis in eum feratur vox. Meminit Panomphæi Iouis & Ouidius *in Metamorph.* & Orpheus *in Argonauticis.*

Pantheon vel Pantheum, templum ab Agrippa Ioui Vetori (sceleratorum dicatum, quasi πάντων τῶν θεῶν, id est, *omnium Deorum nomen accepit.* Aliam rationem etymi adfert Dio *lib.53.* vbi porticū Neptuni ab Agrippa exstructam prodit Argonautarum picturis exornatam, vnà cum sudatorio Laconico & hoc templo, quod Pātheon vocant. Verba eius sunt: τότε πάνθειον ὠνομασμένον ἐξετέλεσε. προσαγορεύεται δὲ οὕτω, τάχα μὲν ὅτι πολλῶν θεῶν εἰκόνας ἐν τοῖς ἀγάλμασι, τῷ τε τοῦ ἄρεως καὶ τῷ τῆς ἀφροδίτης, ἔλαβεν ὡς δὲ ἐγὼ νομίζω, ὅτι θολοειδὲς ὄν, τῷ οὐρανῷ

ὅρα τῷ πρεσέοικεν, Pantheum quoque perfecit Agrippa: Id sic dicitur fortassis, quòd in simulacris Martis & Veneris multas Deorum imagines acciperet: Vt verò mihi videtur, inde id nominis habet quod forma conuexa fastigiatum cœli similitudinem acciperet. Meminit & eius Plinius, cùm scribit *Diogenem Atheniensem & Caryatidem id exornasse columnis*. Fabricius in sua Roma *altum fuisse* dicit *pedes 144. & totidem latum: Valuas fuisse ingentes, trabes ex ære Corinthio & inauratas, aras duas marmoreas, intersititia sex columnarum spatio distantia, testudinem templi laqueatam vacuis circumquaque spatiis relictis, fenestram penitus nullam, tantum in medio ... foramen æreis trabibus fultum, quod lumen præbeat, eique in pauimento subiectum impluuium ad imbres excipiendos*. Marcellinus lib. 16. nominat Pantheum *regionem teretem speciosa celsitudine fornicatam*. Laminis nunc plumbeis est tectum, olim argenteis, quas Constās iunioris Constantini filius detraxit. Parietes nunc lateritij, olim marmoribus incrustati. Gradus etiam ænei sublati sunt & permutati cum saxeis. Duodecim quoque gradibus ad illud ascendebant. Inter omnia sanè vrbis opera nullum eo admirabilius fuit, nec Gothi planè iniectis ignib⁹ corrumpere & abolere potuerunt. A Bonifacio postea Mariæ Rotundę & omnibus sanctis dicatum fuit, promouente conatus eius Imperatore Phoca. Fere cum Panthei nomine conuenit nomen Drusillę, quæ M. Lepido nupsisse legitur. Cum enim ipsi mortuæ fanum esset erectum, πάνθεα est dicta & per vrbes omnes diuinis honoribus culta. Quo factum vt in foro Veneris imago eius statuę equalis collocaretur, iisdemque honoribus coleretur, eam mulieres iurarent, quoties sacramento aliquid confirmarent, die quoque eius natali ludi fierent Megalensium similes, epulumque Senatui eshiberetur, *teste Dione Roman. Hist. l. 59.*

Panthera, qua nullum aliud animal varietate ... speciosius est, cuiusque odore miro sollicitari & allici dicuntur quadrupedes omnes etiamsi terreantur toruitate capitis, quod ipsa id docente natura occultat in venando, ob omnifaria feritate, adde etiam venatione deducit nomen, vel inde potius, quòd omnium pene ferarum coloribus variegata spectetur. Siquidem πᾶν *omne* est, θὴρ *fera*, Græcúmque omnino vocabulum agnoscit Varro. Admodum dicitur appetere vinum, sicut & elephantus: Vnde ebria plerunque capitur à venatoribus, fontibus illis, ad quos potatum abit, veteri & suaui potētique vino medicatis. Notandum quoque apud Latinos pro Pantheris receptum nomen Variarum, quarum in Africa ingens multitudo. Eas in spectaculis exhibuit Claudius Cæsar *apud tranquillum*, tandem eas Prætorianorum equitum turba conficiente.

Pantolabus, ὁ πάντα λαβὼν, *omnia ad se capiēs*. Tales scurrę voraces. Quāquam & eo nomine appellatus est Manlius, quòd ab omnibus ineptis sermonibus aucuparetur pecuniam.

Pantomimus, qualis ille Paris, quem *teste Tranquill.* perdite amauit vxor Domitiani Domitia ob id ab Imperatore tandem repudiata, παρὰ τὸ πάντας μιμεῖσθαι quòd *omnes imitetur*, nomē inuenit. Ob eandem caussam existimandum ... omnes ab illo Pantomimos fuisse sublatos. mox à Nerua restitutos, demum à Traiano eiectos. Lucianus à varietate imitationis nomen deducit. Omnium enim aliarum personarum mores gestusq; imitabantur & effingebant. Meminit horum *l. 3. § N... f. de cond... causs. ... l. Iulianus l. ... liberus ... ff. de Oper. libert. Paulus l. Titius in fin. de act. e. emt.* Nobilitati ea arte Mnester, Pylades, Batyllus & Paris.

Papa summi iam Pontificis nomen, vnde descendat, ambigi solet. Nam aliqui tractum volunt ab interiectione Papæ, quæ admirationem significat. Aliqui à παππα, quæ vox filiorum est patribus blandi

blandientium Eustathius enim de blandioribus agens vocibus Ilia. ε. scribit hoc modo: ἔςι δὲ τὸ μὲν τέττα, φίλε. τὸ δὲ ἄττα, τροφέως. τὸ δὲ πάππα, πατρός. τὸ δὲ ἠθεῖε ἀδελφοῦ. vt Papa dictus videatur, quasi Christianorum πάππα, id est, *Pater*. Apud Syracusios quoque, eodem auctore, παππᾶς ὁ πατὴρ per anadiplasiasmū παππας, προσφωνησις τιμητικὴ υἱῶν πρὸς πατέρα. Hinc verbum παππάζειν, quo vtitur Homerus Iliad.ε. cum inquit: οὐδέ τί μιν παῖδες ποτὶ γούνασι παππάζουσιν. Pappare dixit Persius. Sed & παππίζειν ἀντὶ τοῦ πατέρα καλεῖν vsurpari solet, πατερίζειν, est Aristophani. Affine priori nomen παππῷ *auiu siue paternus siue maternus*. Leguntur & in Ignatii Epist. ad Mariam hæc verba, παρὰ τῷ μακαρίῳ πάπα ἀνακλήτῳ, modò non sit proprium nomen vt esse reor apud Iustinum *Epist. ad Zenam & Serenū in principio*. Sunt porro, qui ab Arabum *baba* nominis auspicium trahunt. Nonnulli quasi patrem patriæ, ex prioribus syllabis conflato nomine vocatum arbitrantur. At nimium hi a regia via deflectūt, dum nimis longe originationem quærūt. Apud Bithynos Iupiter olim dictus est pappa, *vt notat Genial.2. Alexander ab Alexandro*, id quod duxi adiiciendum ad calcem, vt nec diuinatio forte aliqua desit eruditis.

Papæ βαβαί.

Papauerata vestis, à candido papaueris albi colore.

Paphia Venus a Papho Cypri vrbe in littore orientali, quæ vetus Paphos est dicta, propter multo recentiorem aliam mari proximam & conditam ab Agapenore, vbi & celebre fanum Veneri dicatum fuit, quòd accolæ crederent τὴν ἀναδυομένην ibi egressam mari fuisse atque sepultam, *vt tradit Pomponius Mela*. Inde Virgilius:

Ipsa Paphum sublimis adit, sedesque reuisit
Læta suas, vbi templum illi, centumque Sabæo
Thure calent aræ, sertisque recentibus halant.

Salamina postea dicta a Constantia, hodie *Famagusta*. Diuersa itaque hæc ab altera Cypri vrbe, quæ Ptolemæo est παφὸς νέα. Hæc enim postea Erythræa est dicta, *vt Stephanus scribit*. Dio prodit *libro 54*. nominatam Paphum ab Augusto Augustam, veterem an nouam, non discernit. Strabo priorē Palæpaphū vocat. Veneris Paphiæ meminit & Tacitus *libro 18*. quem leget, qui plura volet.

Paphlagonia Asiæ minoris regio, Homero incognita, olim *Palæmenia* dicta, quæ vrbem habet Sinopen Cynici Diogenis patriam, nomen tulisse creditur à Paphlagone Phinei filio. Hinc & Cappadoces nonnulli deducunt, quibus tamen Plinius fluuium Cappadocem nomen dedisse existimat, id quod in medio relinquo, cum constet ex Iosepho antea *Meschinos* dictos à *Mesech* à quo & Mazacæ vrbis appellatio fluxit, quæ tandem nominata Cæsarea, Episcopum habuit Basilium Magnum. Straboni appellantur lib. 4 ἐνετοὶ & οὐένετοι, Stephano sine aspiratione ἐνετοί.

Papia ciuitas Lombardiæ Transpadanæ Straboni & Plinio, Cornelio Tacito verò & Ptolemæo dicta *Ticinum*, Academiā in primis nobilis, & memorabilis Gallorum strage, conditaque à Gallis Boiis & Cenomanis, Ticini amnis accolis, vt quidam volunt, *iuxta Plinium* à Leuis atque Maricis Ligustica gente, cui & Liuius astipulatur: videtur Luitprando Historico nomen traxisse a papæ significationis admirandi copula, quòd vrbs sit mirabili rerum omniū copia abundans. Alii ex patre & pia vocem conflatam conantur demonstrare, quos suo sane iudicio relinquere pstat. Iam & à Papyrio regis Francorum nepote qui circa 704. annum à C.N. appulerit in Italiam, eiusque vrbis imperium sibi pepererit, nonnulli deriuant nomē. Equidem hoc tēpore fere tenuisse Longobardos Galliæ Transpadanę regnum, testatur Paulus Diaconus, aliique scriptores plures, atque adeo sedem in hac vrbe habuisse suam. Idem cum Platina

prodidit memoriæ, direptam fuisse eam ab Attila Hunnorum rege. Erexit & hic quondam ἐπορτέφωον Ioannes Galeatius primus Mediolanensiū dux, circunducto muro, qui in circuitu viginti milliaria Italica complectebatur. Sed de hac vrbe satis.

Papia Lex de peregrinis vrbe expellendis à C. Papio Tribuno plebis est lata, L. Aurelio Cotta & L. Manlio Torquato Coss. Meminit eius Cicero *Offic.* 3. pro Archia, pro Balbo, *vt & Dio libro* 37. Eadem cauebatur, vt socii Latini redigerentur in ciuitates suas, vt iudicium sociis & ciuitatibus exteris statueretur repetēdi eius gratia, qui in ciuitatis Romanæ censum irrepsisset. Item cautum Papia lege, vt, qui coniuges non haberent filios, quod alter alteri legasset, decima parte fisco applicaretur. Id tamen postea abrogauerunt Arcadius & Honorius Imperatores, *titu. de infirmandis pœnis cœlibatus.* Eadem porro lege non licuisse senatū haberi comitialibus diebus aut tetris atque nefastis, aut cùm tonuisset, ventorúmque procellæ & tēpestates essent exortæ, apud Alexan. ab Alexand. *Genial. 4. cap. 11.* legas. Prohibebatur & Senatoris filius, aut nepos, pronepósue ex filio vel filia natus, libertinā vxorem ducere. *l. si quis sen. orio. de ritu nuptiar.* nisi tamen essent confecta matrimonialia munimenta, aut dignitas senatoria esset amissa. Lege Papia de caducis, si quid relictum erat aut legatum, deficiente conditione viuo aut mortuo testatore, ad ęrarium deuoluebatur Cui quidē legi bella ciuilia dedere caussam, quibus plurima legata fiebant caduca, pereūtibus testatoribus, quibus relictū, legatumue quid fuerat. Emēdata postea lex est, vt non ad ærarium aut fiscū perueniret, sed ad eos, qui proximo gradu attingerent. Abolita postremò penitus, sicut constat ex Codicis *tit. de cad. toll.* A. gellius refert *lib. 1. cap. 12.* legem Papiá se inuenisse, qua cauebatur, vt Pontificis Maximi arbitratu virgines è populo legerentur viginti, sortitioque fieret in concione ex isto numero. Loquitur autem de capienda Vestali virgine, inque atrium Vestæ deducenda & Pontifici tradenda, quæ mox eo tempore, etiam sine emancipatione, exibat e patris potestate, atq; ita adipiscebatur condendi testamenti ius quod alias cōpetere ipsi non potuisset.

Papiliones in castris tentoria, testibus *Virgi. 10, Plinio, Tertulliano*, nomen habent secundum Isidorum a paruuli animalis volantis similitudine, quod ex erucis brassicæ foliis insidentibus generari volūt, & maxime abundare florentibus maluis.

Papyria lex, iuxta Hotomannum, à C. Papyrio Carbone Tribuno pleb. lata, L. Cornelio Scipione & C. Lælio Nepote Coss. vt asses, qui erant vnciales, fierent semunciales. Aliam tulit L. Papyrius prætor A. Cornelio Cosso Aruina 2. & Cn. Domicio Caluino Coss. de ciuitate Acerranis sine suffragio danda. Vt eundem tribunū plebis, quoties quidem vellet creari liceret, ab eodem C. Papyrio Carbone, cuius primo loco facta est mentio, promulgatum legitur *apud Florum & Cicero. in Lælio.* Eidem asscribit Cicero 3. *de legibus* aliam Papyriam P. Popilio Lænate & P. Rupilio Coss. latam, *vt in iubendis legibus aut vetandis, populus tabella suffragium ferret.* Tales etiam leges fuerunt *Gabinia, Cassia Papyria, Cælia, Maria, Valeria, Manilia, Sempronia, Fusia, Antonia*, dictæ propterea *Tabellariæ.* Papyria tribus, vt & *Pupinia* & *Pupilla*, à suis progenitoribus est appellata. Papyrianum ius ab isto Papyrio nomen accepit, qui leges Curiatas à Romulo & aliis regibus latas, maxime tamen à Seruio Tullio, primus omnium in vnum collegit.

Pappia Poppea lex, lata à M. Pappio Mutilo & Q. Poppæo Coss. suffragante Augusto Imperatore, cuius mentio fit apud Tacitum *libro tertio*, item in iure *titu. de ritu. nupt. de vulg. substit, de iure Patron.*

tron. Habuit tum eadem illa, quæ lex Iulia de connubiis, tum verò hæc: *Vt ne quinquaginta annis minor nuberet sexagenario, aut vir hac ætate iunior quinquagenariam fœminam duceret in uxorem. Vt Patronis, qui ius trium liberorum haberent, contra Tab. testamenti liberti, aut ab intestato contra suos hæredes non naturales bonorum possessio daretur. Vt Patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ, libertinæ tribus, idem concederetur ius, quod patronis ex edicto. Vt liberis ingenuæ iure trium liberorum honoratæ idem ius, quod ipsi patronæ, tribueretur. Vt omnibus ingenuis præter Senatores eorumque liberos uxores libertinas habere liceret.* Lata fuit hęc lex Anno ab V.C. 762. a prædictis Coss. quamuis vterque neque vxorem neque liberos haberet. Vnde animaduerti potest quam necessaria lex ista fuerit. Quin imò per Senatum est lata, fene iam Augusto, quem legimus apud Dionē aspe ram orationem habuisse in cœlibes, in qua cum maximis quoq; flagitiis cōferebat cœlibatū, molestias cōiugii extenuabat, Romuli studium in prole suscipienda cōmendabat. Quanquam postea perpetuam virginitatem seruātibus eadem, quę matribus, prēmia largitus fuerit Refert & Dio inter alia id legis caput, vt *quicumque coniuges essent ἄτεκνοι, quod alter alteri legasset, decima parte applicaretur fisco, id quod postea* Honorii & Theodosii rescripto est antiquatū, *l. fin. C. de infir. Pœn. cœlib.* Tiberius Cæsar illud adiecit: *Sexagenarium uxorē ne ducito, quod ætas ista generandis filiis penitus inutilis sit visa.* Sed & hoc legis caput primū abrogauit Claud. Cæs. *auctore Tranquillo,* inde Iustinianus. *l. sancimus. C. de Nuptiis.* Nam alioqui Masinissa Numidiæ rex procreauit filium 80 annos natus, vt & Cato Censorinus, cum 80. explesset, M. Catonem Salonianum genuisse legitur. Singula legis huius capita siquis velit accuratius digesta, ex Lipsii illa commentario in Tacitum *Pagina* 152. & *seq.* decerpet.

Papyrus appellatur nobis charta ab arbuscula vel frutice quodam eiusdem nominis, qui nasci solet in palustribus Ægypti locis decem cubitorum ad summum altitudine, inque philyras tennissimas diuidi, vt eum tum temporis præstaret vsum, quem nobis nunc charta præstat ex contusis linteolis & glutine comparata. Optimum erit hic asscribi Plinii verba ex *libro* 11. *cap.* 13. *Prius tamē,* inquit, *quam digrediamur ab Ægypto & papyri natura dicetur, cū chartæ vsu humanitas vitæ constet & memoria.* Nō lōgè distat ab his verbis τὸ ἔτυμον τοῦ βίβλου, id est, papyri, quod exstat in etymologico magno hoc modo: βίβλος, διὰ τὸ τοὺς βίους βάλλεσθαι αὐτῇ. Pergit Plinius: *Et hanc Alexandri Magni victoria repertā, auctor est M. Varro, condita in Ægypto Alexandria, ante non fuisse chartariū vsum: Palmarū foliis primo scriptitatum, inde quarundā arborum libris, postea publica monumenta plūbeis voluminibus, mox & priuata linteis cōfici cœpta aut schedis. Pugillarium enim vsum fuisse ante Troiana tempora inuenimus apud Homerum.* Hæc illę. Sed & pellibus caprinis ouillisque præ penuria biblorum siue scirporum veteres vsos indicat Herodotus *libro* 5. Vnde Iones interdum βίβλους vocant διφθέρας, id est, *pelles.* Persas item membranis vsos, argumēto est, quod res ab illis gestę, quę literis cōsueuerunt mandari, redigerentur in mēbranas, qualibus regiorum Annalium codicibus se vsum in Persicis rebus describendis ipsemet Ctesias professus est, *teste Diodoro lib.* 11. Vt minimè mirum sit cum papyri tum chartarum vsum olim ipsis fuisse incognitū. Sed Pliniū porro audiamus. *Papyrum,* inquit *naturaliter nascitur in palustribus Aegypti aut quiescētibus Nili aquis, vbi euagatæ stagnant duo cubita, nō excedente altitudine gurgitū, brachiali radicis obliqua crassitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem fastigiatū thyrsi modo cacumen includens, semine nullo, aut vsu eius alio quā floris ad Deos coronādos.* Radicibus incolę pro ligno vtūtur, nec ignis

tantum gratia, sed ad alia quoque vtensilia valorum. Ex ipso quidem papyro nauigia texunt, & e libro vela tegetesq; necnon & vestem, atque stragula ac funes Nuper & in Euphrate nascens circa Babylonem papyrũ intellectum est eundem vsum habere, quem chartæ diuisæ acu in prætenues sed quàm latissimas philyras. Dicuntur autẽ incolæ fruticẽ hunc crudũ & assum manducare deuorato tantummodo succo, cùm tamẽ mãducare non exspuerent. Eodem victitabant illi, qui omnibus aliis curis & negotiis posthabitis, rerum naturam siderumq; rationes & caussas scrutabantur in templo. Solebãt & sacerdotes Aegyptiorum papyraceis calceis, non ex alia materia contextis, insigniri. His enim puritatem affectabant, vt & lineis vestibus, & corporis totius polita rasione. Eidem papyri flore coronasse leguntur Deos, sicut Thraces hedera, Hermionenses hyacintho

Parabola, cuius multus in nouo testamento & apud Homerũ est vsus, quæq; sententiam significat aut doctrinam similitudine aliqua aliarum rerũ vestitam & propositã, nomen accepit ἀπὸ τοῦ παραβάλλειν, quod est cõferre. Quapropter Cicero *collationem* transtulit τὴν παραβολήν. Hebraicũ quoq; משל præter dictũ & ἀξίωμα etiam significat similitudinẽ, ideoq; Salomoni prouerbia propter similitudinem aut dissimilitudinem adiũctã dicũtur משלי. Etymõ nostrũ approbatur ab Hieronymo *quæstione 6. ad Algasiam*, nec pugnat cum ista definitione: *Parabola est comparatio rerum genere differentium*. Optimæ sunt parabolæ, quæ ex re præsenti & ὑποκειμένῃ sumũtur *iuxta Eustathium Iliad. 15.* Nulla autem rerum caducarum similitudine ad increatarum rerum excellentiam demonstrandã esse vtendum, ostendit Gregoras *lib. 10. cap. vlt.* Iustinus autem Martyr in *quæstionibus & Responsionibus suis* dicit παραβολὴν εἶναι λόγον περιέχοντα ὁμοιότητα τοῦ γενομένου πράγματος πρὸς τὸ ἐσόμενον, *orationem rei factæ complectentem similitudinem ad eã, quæ est futura*. Qua descriptione probare nititur de Lazaro & diuite institutam narrationẽ in Euangelio nõ esse parabolam. Denique obseruandum ab vno Ioanne vbique dici παροιμίαν, quod a ceteris Euangelistis dicitur παραβολή Caput eius decimum vide, paulò post principium.

Paracentesis. hoc est pũctura ventris in aqua intercute, qua aliqui sanati feruntur, quamq; exercere non licet, nisi vbi alia remedia non profuerint, nomẽ habet a παρὰ *inter vel trans* & κεντεῖν quod est *pungere* Latinis. Cum illa instituitur, fit primum in abdomine scissura: Parum autem supra hanc fit sectio peritonæi, vt abdomen eius sectionem operiat. Omnis autem operatio illa iuxta nonnullos quatuor digitorum spatio sub vmbilico fieri debet, versus eam visceris partem, ex quo malum originem traxit, iuxta Asclepiadem 4. digitorum spatio supra talum. Aetius tribuit Archigeni *Sermon. 10. cap. 3c.* vt in hydrope supera internum crutis oedemate turgentis malleolum quatuor digitorum spatio paulò altius, quam in phlebotomia, scalpellum adigas, idq; sæpius & in orbem cucurbitulæ, tum vt vulnuscula confricentur sale, ne sanguis concrescar, ea quippe ratione omnem aquam intercutem in aluo sub peritonæo, vel in testiculorum osse reconditam, sensim educi & elici posse, quod Langius verum esse comperit aliquoties. Quia tamen illa ventris paracentesi pauci liberantur, nec parum periculi sibi coniunctum habet, haud desunt qui prorsus eam reiiciunt ac damnant.

Paracletus παράκλητος, idẽ quod *aduocatus*, nomẽ arcessit παρὰ τὸ παρακαλεῖν, quod est *accersere & vocare aliũ, qui tibi in iudicio assistens patrocinetur*. Quia verò officia aduocati sunt, *docere instruere, consolari, animare, exhortari, & pro eo apud iudicem intercedere* spiritusque sanctus nos consolatur, τὰς πάντων παρακλήσεις

σεις δέχεται, id est, *omnium supplicationes suscipit*, imò docet, etiam παράκλητος audit Ioann. 14. 5. 16. ait enim Dominus: ὁ δὲ παράκλητος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑμᾶς διδάξει πάντα. Ducit equidem & dirigit gressus nostros in omnem veritatem. Quin consolatur, præbétque testimonium conscientiæ, quòd Dei simus filij, eumque nobis habeamus propitium, & proinde in studio pietatis minime torpendum sit, at potius promouendus alacriter gradus. Intercedit etiam pro nobis inenarrabilibus gemitibus, clamans assiduè *Abba pater*. Vnde & idē nomen Domino Christo, qui vt Aduocatus est noster, ita perpetuò pro nobis intercedit *1. Ioan. 2.* apud Euangelistam Ioannem *cap. 14.* tributum legimus, sicut facilè ex his verbis euinci potest: καὶ ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν.

Paradisus, quem Dominum Deum in Heden plantasse meminit Moses his verbis: גן בעדן ויטע יהוהאלהים *Gan. behéden vajittah Iehoua Elohī*, transferentibus id septuaginta, ἐφύτευσεν ὁ θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲν, vt non tam voluptatem, quàm nomen proprium istius loci accepisse videantur; origine Persica vox est, sicut Xenophon non solùm testatur hortos à Persis Paradisos appellari dicens, verùm etiam Plutarchus *in Demetrio*, & Philostratus *in vita Apollonij Tyanei*, cùm ita scribit: μάλλων ὁ δαμὶς πρὸς θήραν γίνεσθαι τῶν ἐν τοῖς παραδείσοις χωρίων εἰς οὓς λέοντες τε ἀπέκειντο τοῖς βαρβάροις, καὶ ἄρκτοι, καὶ παρδάλεις, cum rex venaturus esset in Paradisorum locis, quibus leones, vrsos, & pantheras includere barbari solent. Et Pollux: οἱ δὲ παράδεισοι, βαρβαρικὸν μὲν δοκοῦν τὸ ὄνομα, ἥκει καὶ κατὰ συνήθειαν εἰς χρῆσιν, ἑλληνικὴν, ὡσπὴ ἀλλ᾽ α πολλὰ τῶν περσικῶν. Etenim Persę nominabāt Paradisos ampliores hortos δένδρα ἔχοντας ἥμερα, interdum etiam viuaria, vt quibusdam placere video. Quocirca Vandalorum regum paradisum in Africa pulcerrimū & amœnissimum fontibus non tantùm irriguum, sed etiam, arboribus pomis onustis plenum fuisse scribit Procopius. Tandem illam vocem receperunt & literæ sacræ. Ait enim Salomō Ecclesiast. 2. *feci mihi hortos & paradisos*, (ganoth veparddessim) *& plātaui in eis omne lignū fructiferum*. Canticorum quoque 2. & *Nehemiæ 2.* eandem reperias vocem. In nouo testamento est translata à Luca & Paulo ad æternam illam & beatam Dei, angelorum & animarum felicium sedē, vt cum Christus inquit latroni: *Hodie mecum eris in Paradiso.* Eadem significatione accipitur *Apocalyps. 2.* vbi *vincentis lignum vitæ* promittitur, *quod est in Paradiso*. Vnde forte Seleuciani negarūt fuisse olim Paradisum terrenum, vt & Origenes 4. περὶ ἀρχῶν, vbi pueriliter ratiocinatur, haud fore aliquem vsque adeo stupidum, vt Deum putet agricolam fuisse & arbores plantasse in Paradiso. Sed eum confutat Epiphanius. Quin ipsa creatio verbo Dei facta redarguit ineptias tales, nec esse in Paradisi historia semper quærendas allegorias monet Hieronymus. Fuit itaq; Paradisus aliquis terrenus, sed vbi fuerit, disputatur ab eruditis. Sunt qui sub æquinoctiali circulo constituunt & nomine gladij torridam accipiunt zonam. Alij in altissimis montibus ponunt, vt ad lunarem vsque circulum pertingat, aquarum diluuij expers. Nonnulli extra orbem nostrum locum illi faciunt, mysticè intelligentes omnia illa, quæ de eo commemorantur. Philo quoque Iudeus cœlum intelligit. Sed hanc eius opinionem improbat & reiicit Theodoretus multis modis, tum pariter his verbis: Ἐδὲν οἱ μὲν τὸν παράδεισον αὐτὸν λέγεσθαι φασιν, οἱ δὲ τόπον παντα, ἐν ᾧ ὁ παράδεισος ἦν, ὅθεν καὶ ὁ Ἀδὰμ ἐπλάσθη. καὶ ὁ ἀδὰμ ἀπὸ τῆς γῆς ἐν ἐδὲν γεγεννῆσθαι προσηγορεύθη, ἐδὰμ γὰρ τὸ πύρρον, quāquam posteriora hæc minimè sint vera, eo quod Adamus nomen tulerit à terra, quæ Hebræis dicitur אדמה *Adama*. In qua ergo regione plantatus est hortus hic voluptatis?

Probabiliter loqui & scribere videntur, qui locum eius designant in Mesopotamia inter Iudæam & Arabiam, maximè circa Babylonem & Seleuciam, vbi Tigris&Euphrates quatuor flumina cõstituunt suo concursu, supra Babylonem autem vno recipiuntur alueo, & infra rursus diuiduntur in flumina duo, aut potius in Chaldæa vel Assyria. Sed & hanc sententiam euertere conantur nonnulli, non satis animaduertentes vbi primi isti homines vixerint, vbi turrim cõdiderint, vbi Niniuen prius conditam ab Assur, à quo circumiacens regio Assuria vel (quod idem est) Assyria est dicta. Suspicionis etiam nonnihil inicit, quod inter Magorum pręcepta, quorum in Chaldęa & proximis regionibus magna fuit auctoritas, Paradisi quoque mentio fiat his verbis: *ζήτησον τὸν παράδεισον.* Quamquam mysticè eos de Paradiso loqui intelligat Psellus, qui disertis verbis *χαλδαϊκὸν παράδεισον*, vocat, & alio loco *ἱερὸν παράδεισον κατὰ χαλδαίους*, quasi fuerit indubitatum tum temporis esse aliquem Paradisum Chaldaicum. At quia perierat aquis diluuij vastatus, atque ideo digito mõstrari non poterat, mysticè intelligendum existimarunt, sicut & nonnulli Christianorum Theologi. Adde quòd versus orientem habitauerint, Adam, Cain & Abel, & ab eodem tractu coloniæ fuerint deductæ in alias regiones. Post cataclysmũ enim venit in Ægyptum Mizraim, id est, Ægyptus, *vt Chus in Æthiopiam.* Atqui orientalis regio est Chaldæa, cuius incolæ quoque non falsò, Arcadum instar, sed magno iure se omnium hominum antiquissimos iactare solent. Iam & ipse hortus voluptatis plantatus fuisse legitur à Deo *Genes.2.* מקדם, *Mikedem,* Quam vocem licet Onkelos *a principio* vertat, Hieronymus *ab exordio*, Aquila *ἀπ' ἀρχῆς*. Theodoretus *ἐν τοῖς πρώτοις*, Symmachus *ἐκ πρώτης*, quasi ante conditum mundum exstiterit Paradisus, tamen horum sententię omnino standum non est, cum eadem vox ab oriente quoque significet, *teste Aben Ezra & aliis.* Atque hac adeo de caussa Septuaginta verterunt *κατὰ τὰς ἀνατολὰς*, id est, *ad orientem.* respicientes ad locum non ad tempus. Hoc certum, ante hominem formatum exstitisse Paradisum. Ante mundum verò creatum non exstitisse, vel inde probari queat, quòd terrestris fuerit, arbores in se fructiferas habens, fluuiorumque & regionum Orientalium mentio fiat in eius descriptione. Quin ipsa Noæ arca requieuit in montibus Armeniæ, non procul scilicet ab Eden, id est, prima hominum habitatione, vbi & Noah sedes habuit fixas. Credibile quoque est, temperatissimam fuisse regionem hanc, atq; ideo priscos illos homines vitam in plures, quam nos, annos produxisse, cùm nondum immanis illa ventris ingluuies verè Hydra Lernæa irrepsisset in mundum, quæ iam & morbos complures generat & manes anticipat. Ceterum periit Paradisus euersus aquis diluuij, horridus iam & incultus, aut certe pristina amœnitate destitutus. Quo stulte faciant prorsus, quicunque eum inquirunt, eo quod ab illis locis quoad splendorem culturámque dignosci haudquaquam possit. Fallũtur etiam Iudęi, qui in terreno paradiso etiamnum versari putant Thesbiten Eliã & Enoch, cum in cœlestem reuera translati sint, de quo Saluator locutus est pendens in cruce, & Paulus *2.Corinth. 12.* vbi se raptum esse affirmat in Paradisum in tertium adusque cœlum atque ibidem multa audiuisse verba arcana, quæ homini aperire non licet.

Paradoxon, inopinatũ, vel *τὸ παρὰ τὴν προσδοκίαν, τέρας, Sophocli in Trachin.* Æschini *ἀπροσδόκητον*, ex duabus dictionibus, *παρὰ* & *δόξα* conflatum, complectitur in se *θαυμασμὸν* admirationem, *τὸ ἀδύνατον*, impossibile, *καὶ τὸ ὀξύμωρον* dictum acutum, si latius accipias.

Paralysis Latinis *Resolutio*, quæ & *πάρεσις* quasi *remissio* seu *actionis defectio*

omina

nominatur, aliquando latius sumta ἀποπληξίαν complectens quæ totius corporis motus & sensus, adeoque mentis est læsio, aliquando proprio nomine dimidiæ partis corporis resolutionem, sensu motuque interceptis, significans, alio nomine παραπληγία siue παραπληξία & ἡμιπληγία, aut etiam priuatim alicuius partis, vt linguæ, brachij, vesicæ, nomen habet ἀπὸ τοῦ παραλύειν, quod resoluere significat nobis, eo quod neruosum genus resolutum facultate animali defluere prohibita, sensu motuque destituatur. Imperfecta ea est cum motus perit seruato sensu, multò imperfectior, cum sensu aboletur motu incolumi, ideoque hæc à nonnullis ἀναισθησία potius censetur, quàm Paralysis.

Paranymphus, παράνυμφος, qui iuxta sponsam sedebat, Latinis auspex, à παρὰ iuxta καὶ τῆς νύμφης *sponsa* deducit nomen.

Parapherna bona, quæ propter dotem dari solent sponsæ, nomen agnoscunt à παρὰ propter, καὶ τῆς φερνῆς *dote*. Harmenopulus nominat ἐξώπροικα, & quidem rectè. Nam vt Pollux scribit, λέγοις δ' ἂν, προῖκα καὶ φερνὴν, τὴν παρὰ τῆς γυναικὸς δόσιν. Addit: αἱ δὲ πρὸς τὴν προῖκα ὑποθῆκαι ἀποτιμήματα ἐκαλοῦντο. τὰ δὲ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς διδόμενα δῶρα, ἕδνα, ὀπτήρια, καὶ ἀνακαλυπτήρια. Fit Paraphernorum mentio *l. pen. ff. ad leg. Falcid. l. si ego Seia §. dotis autem causs.a. ff. de iure dotium.*

Parasitus. Vocabulum illud olim venerandum & sanctum, imo ἱερόν τι χρῆμα, *teste Athenæo lib. 6.* & quo nomine significare solebant τὸν αἱρούμενον ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκλογὴν, id est, *cui sacrarum epularum eligendarum cura mandata erat*, cuiusmodi apud Romanos Epulonũ erat collegiũ, iam verò amicũ ollarem siue adulatorẽ significans, nomen suum trahit, quod παράσιτον, i. *cibũ* versetur, vocabulo longo vsu in ignominiosam appellationem degenerantes sicut idem Athenæus docet. Plautus omnes in vniuersum *molossos* appellat, ab edacitate eorum canina. Pollux vult Epicharmum primò, deinde Alexim vsurpasse hoc nomen pro homine guloso vel adulatore. Veteres sane Poëtæ κόλακας eos nominabant, *vt probat Athen.* dictos vel ἀπὸ τοῦ κόλου, quod τροφὴν, id est, *cibum* significabat. Vnde ψωμοκόλακας, ψωμοκόλαφος, vel ἀπὸ τῆς κόλλης, siue ἀπὸ τοῦ προσκολλᾶσθαι ταῖς ὁμιλίαις *vt volebat Andro ides medicus*, vel quasi κόλους, id est, *mutilos*, vel ἀπὸ τῆς κόλης *ventre*, cuius mancipia sunt, vel denique ἀπὸ τοῦ κολάζειν, id est, *puniendo & cruciando*, quod sint pestes & pernicies principũ & rerum publicarũ Tandem ergo post honestam eamque longam vsurpationem huius vocabuli altera illa paulatim se dans in medium, ita irrepsit, vt iam prior exsoleta, imò ignota sit multis etiam eruditis. Posteriori autem nos inhæremus. Atque eius generis Parasitos iam passim versari & primas obtinere non ignorandum, pro mundi & horum temporum corruptela. Quo pertinent isti Menandri vers.

ὁ βίος μάλιστα τοῖς πονηροῖς ἥδεται
πράττει δ' ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων δεύτερος.
ὁ συκοφάντης, ὁ δὲ κακοήθης τρίτατος.

Bene quoque dixit Philosophus, melius esse incidere ἐς κόρακας, ἢ εἰς κόλακας, corui enim mortuos tantum deuorant: at hi quoq; viuos. Socrates rogatus, *quæ omnium pessima essent animalia*, respõdisse legitur, *si de feris sentis, tyranni: si de cicuribus, adulatores.* Diphilus: κόλαξ στρατηγὸν, καὶ δυνάστην καὶ φίλους, καὶ τὰς πόλεις ἀνατρέπει λόγῳ κακούργῳ. Anaxillas: οἱ κόλακες ὡς σκώληκες τῶν ἐχόντων οὐσίας. Optimè sane Suidæ κόλαξ videtur ἀπατεὼν *deceptor*, κολακεία ἀπάτη deceptio. Appellati quoque sunt hi homines δειπνολόχοι, τραπεζεῖς, ἐπιτραπεζίδιοι, κνισολοχοί, κνισοφύλακες, *quod nidore delectentur*, item τραπεζορήτορες, γελοιασταὶ, γελωτοποιοὶ *a studio captandi risum.* Itaque multis regibus gratos illos fuisse legimus, quippe Philipp. Macedoni, Alexandro

eius filio, Dionysio Siculo, Hieroni, Demettio, Dario Persarũ regi, Syllæ Crasso, Neroni, Herodi. Non pauci tamen propere ex hac vita discesserunt, iuxta illud Alexidis apud Athen. κολακὸς βίος μικρὸν χρόνον ἀνθεῖ. οὐδεὶς γὰρ χαίρει πολιοκροτάφῳ παρασίτῳ. Cui tragicus quorũdam exitus quadrat. Legimus enim Thutinum adulatorem fumo necatum ab Alexandro Seuero, proclamante præcone: *Fumo punitur, qui vendidit fumum.* Timagoras capite mulctatus, quod Darium adorasset Persico more. Euagoras occisus Atheniensium decreto, quod Alexandrum adorasset. At Demagoras 10. talentis mulctatus, quod eundem Alexandrum appellasset *Deum.* Sed Philippi regnum euertit Proclides, Alexandrum dementarunt adulatores adeo, vt se etiam Deum crederet, Xerxem aduersus Græcos magno cum damno incitarunt, Canopi regnum euerterunt, Augustum prodiderunt, Crassum in manus Parthorum tradiderunt. O tetram & omnibus vitandam luem. Monendi principes, monendi boni, probi, docti, ab hoc malo vt sibi caueant, quàm possunt maximè.

Parcæ, Lycophron γηραιὰς κόρας appellat, Orpheus μοίρας καὶ νυκτὸς φίλα τέκνα, Homerus ἐρέας, per antiphrasin dictæ sunt Seruio, quòd *nemini parcant*, [* Nos, inquit Magnus Scaliger, Poetices lib. 3. cap. 90. *Parcas* dicimus, quia parcant. Vna enim tantùm dicitur filum incidere, duæ verò, altera vitam dare, altera vitę tractum continuare. A pluribus igitur fit nominatio quin illa quoque parcit: sustinet enim aliarum opus, quoad factotum iussibus pareat.] vt lucus quod *minimè luceat*, id quod approbare videtur Isidorus, etiamsi Varro vna commutata litera à partu nominatas putet. Nascentibus enim hominibus bonum, malumque conferre censentur, Porro quia partus nono decimoq; mensę est tempestiuus, idcirco Nonã Decimamq; Parcã nominauit vetustas. Vindex Cesellius adiicit *Maram* (sic enim legendum reor, non, *ut apud Agellium est, Morta*) quanquam hoc commune trium Parcarum nomen, non vnius, vt ille existimat. Nam μοῖρα Græcis est fatum, *vt inquit Apuleius*. Tres parcæ tria sunt fata numerum cum tẽporis ratione facientia. Quod enim in fuso perfectũ est, præteriti temporis habet speciem, & quod torquetur in digitis, momẽti præsentis habet spatia, & quod nondum ex colo tractum est subactumque digitorum cura, id futuri & consequentis seculi posteriora videtur ostendere. Hæc illis conditio ex nominum proprietate contingit. Nam ἄτροπος ἀπὸ τοῦ ἄτρεπτον εἶναι, *quod immutabile sit quidquid præteriit, nomen accepit*. Lachesis futurum significans tẽpus, ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν, id est, *sortiẽdo* τὸ πεπρωμένον iuxta Chrysippũ, *eo quod nendo filum ducat, rebusque futuris finẽ dederit Deus*. Clotho, quæ fusum torquendo filũ tradit & in ipso fuso colligit, ἀπὸ τοῦ κλώθειν, quod *est torquere & circumagere vel circum... lucre Latinis*: Vt vna earum vitam ordiatur, altera contexat, tertia abrũpat. Incipimus enim, cum nascimur: Sumus, cum viuimus: Desinimus, cum morimur. Totum earum opus nominat Lycophron Poeticæ λιτεργὴν κλῶσιν. Parcas ipsas ab hoc compete, *lanificas sorores* Ouidius. Martianus Capella fingit eas *Deorum scribas*. Aristoteles refert totã fabulam ad seriem rerum necessariam & prouidentiam *lib. de mundo*. Herodotus arbitratus est etiam Diis ipsis dominari fata, cum inquit: τὴν πεπρωμένην μοῖραν ἀδυνατόν ἐστι ἀποφυγεῖν καὶ θεῷ. Et Æschylus de eius necessitate. τὴν πεπρωμένην χρὴ αἶσαν φέρειν.

Parcum, inquit Phauorinus apud Gelliũ, *lib. 3. c. 9.* neq; ab arca neq; ab arcẽdo, sed ab eo q; est paru & paruũ, est nominat^9.* Alij a parcẽdo dictũ volũt, q; parcat numis & facultatib^9 suis, vt qui præ nimia tenacitate nihil audeat attingere, sed tãquã captiuis ... suppliciis, ipse miserrim^9 hominum parcat. Vel a πι-

φαλλῶ s,

φραςικῶς,ꝙ proximorũ reb⁹minimè par cat:sed rapaces manus in quæuis,ſi non reipſa, ſaltem voluntate iniciat.Hebr. כילי *Cilai*,vel *Celai*, auarus, qui aliquid totũ appetit.Semel occurrit hæc vox in ſcripturis,nẽpe Iſai.32.v.5.& 5. *Parcus*, vel tenax, (inquit Propheta) *non dicetur Liberalis*.Item:Tenacis inſtrumenta mala ſunt,qui ſcelerata conſilia init ad perdendum humiles ſermonibus falſiatis, etiam quum egens eloquitur ius. a verbo כלה *Calah*,conſumptus eſt totus. Nã ardet amore habendi:& *quo plus ſunt potæ,plus ſitiuntur aquæ*:neque ſedari poteſt affectus ille.Lat Celo,celare,quod parco homini proprium eſt,deriuatum videtur. alii deriuant à verbo כלא *Cala*, concluſit ex toto, prohibuit omnino: quod tenacitatis effectum vel potius defectum demonſtrat.Et Hebræi carcerẽ כלא *Cele*, vel כליא *Celua* vocant, quæ voces ab eodem verbo fluunt.Parcus enim pecunias in arca velut captiuas in arctiſſimo carcere cõcluſas retinet,graui cum ſolicitudine & pauore. Græcis φείδωλος,& φειδωλιτος,fatinæ parcẽs. Alii legunt φείδυλος & φειδωλὸς, & φειδὸς apud poëtas, à verbo φείδομαι, Parce vtor,ſum parcus, abſtineo,id eſt, attingere nõ audeo. Inde φειδωλία tenacitas, cui μετάδοσις, erogatio; ꝙ λανθρωπία, charitas; ἀφειδωλία profuſio & munificentia,opponitur.

Pareas Serpẽs,Græcè παρείας,nomen accepit ἀπὸ τῶν παρειῶν,id eſt,maxillis, quod ſit grandi ore, vel malis plenioribus.Parcæ.(παρεῖαι)inquit Suidas, quidam ſerpentes nominantur, quòd buccas vel genas maiuſculas habeant Hyperides in oratione contra Demadem dicit. rhetores ſimiles eſſe ſerpentibus: ſerpentes enim omnes quidem odio dignos eſſe. ex ipſis verò viperas nocere hominibus:παρείας autem deuorare viperas.Ait rabulas forenſes omnes malos eſſe, ſed ex ipſis alios aliis nocentiores hominibus:non impunè tamen,quoniã hi quoque ab aliis vincantur aut deuorentur rhetoribus. frequens hoc ſerpẽtis genus in Syria & Africa, caudáque ambulans ſulcum facere videtur, oculis velox, ore prælargo, colore fuluo, vt prodit Volaterranus, quanquam altera eius ſpecies nigricat, morſu etiam non enecat,ſicut nec amphiſbæna, nec ſcytala,ſed demorſam partem ſolùm inflãmat,vt docet Aëtius.Meminit eius Lucanus poëta lib.vlt. Et *contentus iter cauda ſulcare Parcias*.Ariſtophanes item in Pluto, vbi Scholiaſtes eius pareiam dictum vult ab eo quòd erigat maxillas,& addit,hunc ſerpentem non mordere:vel ſi mordet non obeſſe.

Parenchyma, παρέγχυμα, in hepate, liene, ac pulmone craſſior circumfuſio, ex ſanguine, ſiue fibris neruorum, contexta coagmentatio, componitur ex παρὰ, extra vel trans, ἐν in, & χύμα, quòd ſcilicet ſit χύσις τοῦ αἵματος παρὰ τὰς φλέβας ἔνδον σώματος.Et ſi Galenus ſanguinis è venis effuſionem & circum vaſa concretionem exponat, 11.ſimplic.medic. vt περιέγχυμα legiſſe videatur, Eraſiſtrati opinionem ſupra allatam negligens, & hepatis, renum, ſplenis propriam ſubſtantiam, non παρέγχυμα,ſed carnem ſæpè appellans. De his autem Medicorum filii viderint.

Parens,à pariendo.quo nomine quamuis propriè parens vterque, nempe pater & mater,ſignificemur,apud Iuriſcõſultos tamen, teſte Feſto, etiam auus & proauus, aliique ſuperiores vtriuſque ſexus, vſque ad tritauos & tritauias intelliguntur. vltra hos qui non habent certum ac proprium nomen maiores appellantur.Gr. ὁ γεννήσας, ἡ γεννήσασα, genitor & genitrix, & Γεννάω genero. Hebr. *Ioledh*, à verbo ילד *Ialadh*, id eſt, peperit,genuit: propriè dictum de mulieribus, & de viris procreauit, generauit. Cui vtcunque cõuenire putatur Gr. θηλέω pario, gigno.tributum terræ naſcentibus ſignificat germinauit. *Ieledh*, natus,gnatus,infans:*Ialedda*,Iuuencula; *Toledoth*, generationes, genituræ. Non

licet iure ciuili (multo minus Diuino) parentem in ius vocare. Id leges humanæ concesserunt, prius impetrata à prętore seu iudice venia, quæ tantùm grauissimas ob causas concedebatur. Huic edicto causa dedit naturalis pietas, qua vnus quisque parentes suos, & eos qui parentũ sunt loco, prosequi debet: *Leg. Parentes, ff. de in ius vocando*, mulctaque addita quinquaginta aureorum: quos qui non haberet in ære, tanquam inofficiosus, persolueret ex præfecti vrbis sententia: *l. iij, eum. l. pænal. ff. de in ius vocand.* Digna relatu hoc loco illa Hesiodi ἐν ἔργοις:

Ὅς τε γονῆα γέροντα κακῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ
Νεικείῃ χαλεποῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν.
Τῷ δή τοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται, ἐς δὲ τελευτὴν
Ἔργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν. hoc est,

Quique parentem senem misero in senectæ limine
Probris affecerit, grauibus incessens verbis;
Huic certe Iupiter irascitur: ad extremum vero
Pro operibus iniquis grauem exhibet talionẽ.

Exstat & Senarius; ἱκανὼς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς. Notum quoque τὸ ἀντιπελαργεῖν ex Erasmo, sicut & illud Isocratis, ad Dæmonicum, τοιοῦτος γίγνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σ' αὐτοῦ παῖδας, idest. *Sic te gere erga parentes tuos, quemadmodum optares vt liberi tui erga te se gererent.* Ex quibus omnibus satis apparet, etiam Ethnicos, naturæ tacito instinctu edoctos, ostendisse quales nos erga parentes pręstare debeamus. A parẽte & cæde dictus est *parricida.* quanquam Festus qualemcunque homicidam hoc nomine accipi scribat, id quod conuenit cum veterum legibus de parricidio scriptis, hoc est de cuiuscunque hominis cæde in genere. Sic enim accipiebant parricidium, quòd neminem arbitrarentur prisci Romani & Græci iam nefarium fore, vt parentibus necem inferre vellet. At Lex Dei, disertis verbis longe antea edixit: *Qui maledixerit Patri suo, vel matri, aut percusserit eos, moriendo moritor. Sanguis eius in eo esto* Exod. 21. 15. 17. Leuitic. 20. 9. Deuteron. 27. 16. Vide etiam Duteron. 21. 18. de supplicio in parricidas apud Romanos Cicero præclarè disserit Orat pro Roscio Amerino. Et Iustinian. §. 6. Institit. de public. Iudic. *Parricida* (inquit) *neque gladio, neque ignibus, neque vlli alii pœnæ subiicitur, sed insutus culeo, cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus (secũdum quod regionis qualitas tulerit) vel in vicinũ mare, vel in amnem proiicitur, vt omnium elementorum vsu viuus carere incipiat, & ei cælum superstiti, & terra mortuo auferatur.* l. 9. ff. de Lege Pompeia de parricidiis, parricidam, prius quàm culeo insuatur, sanguineis virgis verberari iubet. Alia lex damnato os folliculo lupino obuoluebat, & ligneas soleas pedibus inducebat, inque carcerem detrudebat, vt ibi tantisper moram traheret, dũ culeus pararetur. Iudæi parentum contemptores & cõtumaces filios lapidibus obruebant. Bestiis parricidæ obiiciebantur, constitutione D. Hadriani. Vide Platonẽ lib. 9. & 11. de Legibus de variis parricidarum & liberorum rebellium pœnis. Item L. 1. in princip. ff. de obsequiis, &c. & l. 3. C. de patria potestate.

Parentationes & Parentalia, Gr. περίδειπνα, ἐναγίσματα, κτερίσματα, ἔννατα, νεκύσματα, sacrificia vel epulæ funebres, iuxta Pollucem, qui περίδειπνον (inquit) ὁ ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσιν ἑστίασις. Nomen inuenerunt inter Ethnicos, doctrinę de resurrectione carnis & vita æterna, nec nõ de vera animarum immortalitate ignaros, à parentando, quòd parentibus *iusta celebrare* significat: licet etiam transferatur ad alios. In his fieri solebant προσκλήσεις τῶν νεκρῶν, euocationes mortuorum. Aderant propinqui, qui parentes ob defunctum consolabãtur. Coquebant in iis lentem, nonnullis fabam, sicut in peruigiliis cicer. Latini

etiam

et iam feralia nominarunt, à ferendis epulis, vel à feriendis pecudibus. *Feralia* (inquit Varro, lib. 5 de Lingua Latina) *ab inferiis & ferendo*, quod ferunt tunc epulas ad sepulchrum, quibus ius ibi parentare. Ouid. in fastis originem aperit Latinorum respectu

Hūc morem Aeneas, pietatis idoneus autor,
Attulit in terras iuste Latine, tuas.
Ille patris Genio solemnia dona ferebat.
Hinc populi ritus edidicere nouos.

Numæ hæc sacra tribuuntur apud Liuium lib. 1. & Ausonius in præfat. Parētal. *Antiquæ appellationis* inquit *hic dies & iam inde ab Numa cognatorum inferiis institutus: nec quicquam sanctius* habet reuerentia superstitum, quàm vt amissos venerabiliter recordetur. Erat autem solēnis ac status harum publicarum feriarum mensis Februarius: vnde eū *κατάρσιον* appellat Plutarch. in Numa. Dies autem eiusdem mensis decimus nonus, hoc est XI. ante Kal. Martii, teste veteri Kalendario Rom. & Ouid. lib. II. fastorum, his verb.

Non tamen hoc vltra, quam quum de mense supersunt
Lucifer quot habēt carmina nostra pedes.
Hinc quia Iusta ferūt dixere feralia Lucē,
Vltima placandis Manibus illa dies.

Atqui Elegiacos versus constare vndecim pedibus, vel pueris notum est. *Iusta* etiam dicebantur, quòd iure fierent iis, qui (cùm viuerent) bene meriti erant de nobis. Notādum verò ad tumulum ferri solitam feralem cœnam. Apul. 4. Florid. *Exclamauit viuere hominem, procul ignes amolirentur, rogum demolirentur, cœnam feralem à tumulo ad mensam referrent.* feram enim veteres appellarunt mortem. Hinc feralis pompa Apul. Metamorph. 8. id est, exsequialis, quæ cadaueri ferendo & defuncto funerando exhibebatur. Quia autem mortuorum sepulchris inferebatur aqua, lac, vinum, sanguis, & vnguentum; inde ortum nomē Inferiarum, quæ Festo teste, erant sacrificia diis Manibus oblata. dictæ *inferiæ*, ab inferis, vt Seruius in 10. Aeneid. vel ab inferendo, quòd mortuorum vmbris hæc sacra inferantur, vt vult Turneb. lib. 4. aduers. cap. 22. Constabant autem liquoribus præcipuè ac victimis. Inferiæ, quæ liquoribus constabant, à Græcis propriè *χοαὶ* vocabantur, a fundendo. Aristot. de mūdo, *θυόντι θυσίας, καὶ ἱερῶν θεραπείας, καὶ χοαὶ κεκμηκόσιν*. Quod Apuleius ita vertit, *Diis sacrificatur, Geniis ministratur, Obitis libatione persoluitur.* Sed parentationum ritus persequi non fert huius etymologici ratio. Id abundè post varios nuper abūde præstitit libris 4. Io. Kirchmannus, de funeribus Roman. quibus multa inseruit de Græcorum ceremoniis. Hebræorum ritus non attigit, qui cum variis scripturæ S. locis occurrant, diligentiæ lectorum meditandos in præsentia relinquimus.

Parenthesis, *παρένθεσις*, *παρεμβολὴ* Plutarcho, Scholiastis *τὸ δ᾽ ὰ μέσε*, nomen traxit à *παρατίθημι*, i. in medium adduco, vel interpono. Iaque interpositionem & interclusionē nominat Fabius lib. 9. cap. 3. alii interiectionem. Capella vertit digressionem lib. 5. verùm impropriè. Talis illa Virgilii:

Aeneas (neque enim patrius consistere mentē
Passus amor) rapidum ad naues præmisit
Achaten.

Cauendū in ea, iuxta Rhetores, ne plus æquo extendatur: quòd talis sit *δυσπαρακολούθητος*. Vitanda quoque minuta subtilitas & anxia intersecandi affectatio, vt ita oratio sit *εὐκρινής*. *Parenthesis (inquit Valla) est interiectio orationis in sermone, qua remota sermo manet integer. Ea cùm semper venusta est, tum plurimùm venustatis habet, quando fit per qui, aut per is, aut per vt. quod tamen neque à poetis, neque ab oratoribus semper est obseruatum: sicuti ex Virgilii & Ciceronis lectione constat.

Parma, ciuitas peruetusta in ipsa via Aemilia, quinque ab Apenino passuum millibus, iuxta nonnullos nomen suum deducit à fluuio Parma præterlabente.

ex aliorum mente à Parma, id est, scuto, verùm contra rationem, cùm exstructa sit ab Hetruscis, nondum ibi incolis vtentibus lingua Latina. Quapropter malunt deducere à voce Hetrusca, quæ quid principale significat. Ager circumiacens est amœnus, pascua vndique lætissima, obtinetque summum commendationis gradum caseus Parmensis cum Placentino & Laudensi. * Ptolemæo Galliæ Togatæ vrbs. In Goltzii thesauro est Colonia Iulia Aug. Parma. Chrysopolin appellatam Parmam scribit apud Leandrum Albertuzzius, ex quadã inscriptione Lapidea antiqua. Parmam nobili epigrammate nobilitauit nobilissimus Scaliger:

Inuentum medus præclarũ nomen in armis,
Prædita quo sit gens ignea Marte docet.
Ingenium rapidum facili flammatur ab ira,
Sed viget in patulo pectore purus amor.
Magnanimo, precium est, non displicuisse pudori.
Hoc satis. Officiis cedere turpe putat.

Parnassus Græciæ mons, Musis, Apollini, Baccho sacer, cuius iugum aut verticem ab Herodoto τιθοραία appellari scribit Pausanias: quanquam alii (inter quos Ouidius, Metamorph. lib. 1.) duo ipsi iuga tribuant, Cirrham & Nisam. Eidem Pausaniæ sic nominatus videtur à Parnasso Cleodoræ Nymphæ filio, auguriorum inuentore, Peucero ab Hebræo *Har*, & *Nahas*, litera p loco h adscripta in compositione. *Har* autem est mons. *Nahas* augurium & diuinatio; ac si dicatur mõs diuinationis; vel rectius, hiatus diuinationum. Nam oraculum Delphicum sedẽ habuit ad radices Parnassi, vbi templum condiderant incolæ inter Græcos famosissimum. Etymologicon magnum dicit prius nominatum λαρνασσόν: inde per enallagẽ literæ λ in π παρνάσσον. Iuxta alios nomen illud ab arca fictitii Deucalionis (quæ Gr. λάρναξ) sumptum est. Hæc autem arca post inundationem orbis terrarum appulisse putatur ad eum montem, vbi Themidis oraculum à Deucalione consultum, de generis humani reparatione admodum solicito. * Sed hæc conficta sunt à Græcis & Ouidio Metam. 1. Nec enim Deucalionis fuit Thessalicum diluuium, & si fuit, Larnacem non habuit in montibus, nec orbem terrarum inuasit. Erroris Spiritus diluuii sub Noacho & Noachi arca historiam abolere studuit eiusmodi commentis. Nec mons Parnassus in Græcia cum montibus Ararat in Asia fuit confundẽdus. Cùm è priscis narrationibus Græci accepissent, Arcam siue Larnacẽ Paropaniso appulisse, pro eo Parnassum dicere maluerunt. Nec verò ob nominis conuenientiam solùm sic crediderunt, sed propterea etiã quod quæ de Deucalione falsò ferebantur, Græciæ mendaciorum parenti adscriberent. Non igitur mirum fuit, si nihil de Paropaniso Asiæ cogitarint, ridiculà diluuii Thessalici fabulà præoccupati. Adeo verò constans opinio fuit ad Parnassum arcam appulisse, vt Andrõ apud Phauorinum, & Stephanus in Compẽdio de vrbibus, auctores sint, Parnassum dictum esse quasi Larnassum, vt antea ex etymologico. Sed ex similitudine nominum Paropanisi, & (per Syncopen) Parnisi, ac Parnassi fabula sumpsit initium. Addo quæ eruditissimus Casaubonus scripsit in Persium de Parnasso. Græcos variè scribere hoc nomẽ obseruamus: Παρνασός, Παρνασσὸς, Παρνησός, Παρνησσὸς, & Παρνηθὸς quoque, sit fides Hesychio, nec vicinitate duorum nominum deceptus, Parnethem Atthidis montem cum hoc Phocidis confundit. Nugantur Græci Grãmatici Parnassum quasi Larnassum fuisse dictum: quòd in eo mõte diluuii λάρναξ, hoc est arca, constitisset. Nos alibi dicebamus & Bœotiæ & vicinæ Phocidis pleraque loca à Cadmo & aliis Phœnicibus aut Syris fuisse condita. Cuius rei etiam si Plutarchus atque alii historici siluissent, appellationes tamen ipsorum manifestam fidem facerent, ab ea origine

origine est huic monti nomen. פרנס *Parnes* Syris est νέμειν: & פרנסין *Parnasin*, Pastores. inde Parnassus ἀπὸ νομαί. Sic mõtem dixerunt, vbi greges suos pascebãt. Similiter à verbo פרנק *Parnak* siue *Pharnak* fuit in Asia vsitatum nomen Pharnaces: cui respondent Græca Hedycharis & Hedyllus. Nam Syrum verbum significat ἡδυπαθεῖν. Mons quoque Helicon ab הלך *Halac* videtur appellatus, quòd eo loci conuenirent: Citheron à קתר *Kathar* rupes. Omitto similia nomina in eodem tractu multa, quæ ad eandem originem facilè fuerit reuocare. Hæc Casaubonus.

Parochi, πάροχοι dicti veteribus, quorum munus erat peregrinis, qui publicè mittebantur, ligna, sal, & similia præbere, ἀπὸ τοῦ παρέχειν, id est, præbendo, arcessunt nomen. Horum meminit Horatius Satyr. 5. lib. 1. vbi Lambinus Parochum vult poni per translationem pro eo qui cœnam præbet: Turnebus in aduersariis, παρόχους etiam dici vult equos qui cursus publici gratia præbentur. ξενοπαρόχους nominat Arcadius qui peregrinis res ad victum necessarias præbebant. Eodem quoque nomine Paranymphus est appellatus. Scribit enim Pausanias moris fuisse in Græcia, vt in nuptiali curru, quo sponsa vehebatur, tres duntaxat sederent, media sponsa, à lateribus sponsus, & quem vocabant πάροχον, qui amicitia & sanguine esset illi coniunctus, cuique plurimùm deferret, sicut Suidas tradit. Pollux ita; ὁ δὲ καλούμενος παρανύμφιος, νυμφευτὴς ὀνομάζεται καὶ πάροχος. Nec omittendum, nonnullos velle Ecclesiæ antistitem Parochum dictum à Sacramenti exhibitione, & Parochias certas vrbis partes, quibus singuli ministri destinati sunt, sicut Romani suos & Curiones & Curias habebant. Quanquam primùm Parœcias dictas censeat Budæus, non Parochias. * πάροικοι enim sunt accolæ, quare qui fanum aliquod accolunt parœci dicti sunt, eiusdem scilicet fani consortes: & parœcia, accolarum conuentus & accolatus, sacraque vicinia. πάροικοι dicuntur etiam οἱ πρόσοικοι, id est, vicini. Hæc ille. Ὄχος autem, à quo πάροχος est currus, vehiculum: Παροχέω, præteruecho, transuecho, iuxta alterum veho, à latere alterius veho. Pass. παροχέομαι, vehor à latere, ad latus in vehiculo seu curru sedeo. πάροχος, qui à latere alterius vehitur. Hebr. רכב, & רכבה, & רכוב, & כבר, & מרכבה, & מרכב, & מרכבת. *Recheb*, & *Richbba*, & *Rechub*, & *Mercab*, & *Mercabbah*, & *Mirchebeth*, Currus, carpentum, vehiculum, à verbo רכב *Rachab*, equitauit, vectus est curru, equo, &c.

Parœmia, celebre dictum aliqua nouitate insigne, à παρὰ & οἶμος, id est, ὁδὸς, quasi tritum & passim per ora hominũ vagans. Latinè etiam adagium, quasi circumagium. Sunt huic vicinæ γνῶμαι & apophthegmata. Multa aliàs prouerbia sunt congesta in prouerbiorum farraginem à nobis, & luce donata, præter ea quæ apud Erasmum, Iunium, Polydorũ, Gilbertum, Vlpium, & alios inuenias. Nunc de iis plura dicendi non est locus. * Hebr. משל *Maschal* est Prouerbium, parabola, parœmia, sentẽtia præpollens & habens dominiũ inter reliquas à verbo משל *Maschal*, Imperauit, dominatus est. Nomen in plurali *Mescalim*, & in regimine, *Mischlej*, paræmiæ, prouerbia.

Paropsis, genus patinæ parùm concauæ, in qua apponuntur obsonia, nomẽclaturam suam arripuit à præpositione παρὰ, & τοῦ ὄψου. In veteribus exemplaribus semper fere parapsis legitur: & Hesychius non tantùm parapsidem appellari, sed etiam parapsidem obseruat, vt annotauit Turnebus. Baptista Pius, in commẽtariis suis in Sidonium, *Paropsis*, legit: cuius sententia propius ad verum accedere videtur, si etymon spectes. Et Iuuenalis, *Quam multa magnaque paropside cœnat*. Apud Athenæum non modò vas significat, sed etiam παρόψημα, id est, pulmentum. Pollux lib. 10. scribit

iusculi quoddam genus esse, vel mazæ, vel vilis obsonij, quod παροψηματιον dici possit: fit & huius vasis mentio *leg. 21.ff. de aur. & arg.* * Hebræi frixorium, paropsidem, seu scutellam aut vas in quo carnes commodè coquuntur vocant צלחית *Tselochith*, & צלחת *Tsallochath*, à verbo *Tsalach*, quod est commodè aliquid agere. Metaphoricè sumitur nomen illud pro sinu, vel axilla, quum Prouerb. 19 24. piger dicitur abscondere manum in sinu; nam quidam exponunt sub axilla: alij in scutella, vt pigritiem cum voracitate coniunctam sapiés voce æquiuoca indicasse videatur.

Paroxysmus, Latinè irritatio, exacerbatio, medicis accessio febris, ἀπὸ τοῦ παροξύνειν, id est, exacerbando vel concitando descendit. In paroxysmo Hippocrates abstinendum monet à cibo, quòd is naturam occupatam circa morbi materiam distrahat, humoréſq; morbum efficientes adaugeat. Galenus docet hoc nomine intelligendam esse deterius totius circuitus tempus, quippe à prima accessione ad vsque vigorem, vt remissio seu ἄνεσις, quæ & διαλίμμα dicitur nequaquam eo referri possit, vt pote tempus quod sequitur accessioné. Idem aliis locis nominat ἐπισημασίαν, προσβολὴν, εἰσβολήν. Vt autem paroxysmus fiat in morbis non continuis, opus est non solum materiæ congestione, verum etiam putredine & motu. * Habet autem & illa sua quatuor tempora; principium, incrementum, summum vigorem, & declinationem, tum caloris motu, tum symptomatum vehementia distincta, quemadmodum & totus ipse morbus caloris quidem motu. Principium accessionis fit calore omni toto ex corpore ad cor thoracémque concurrente: incrementum, cùm ille ad extremas corporis partes sese expandit: status, quando ex æquo totum corpus occupat: de[clina]tio verò, perspirante caliditate, atque [i]nedium corporis relinquente, symptomatum verò vehementia fit, quando mala quæ principio inuadunt, incremento augentur, in vigore vehementer excruciant, in declinatione autem paulatim mitiora redduntur & euanescunt. Hæc Gorræus *in defini. medic.*

Parrhasij, vetustissimi Arcadiæ populi, cum Azanibus, teste Strabone, nomé suum tulisse feruntur à Parrhasia vrbe Arcadiæ quàm Stephanus quoque παρρασίαν vocatam asserit.* Regio Parrhasia vocatur apud Euripidem in Oreste. Parrhasium nemus ibidem, & Parrhasius mons, & Parrhasius Apollo, cui quotannis Arcades agnum in foro mactabant. Parrhasios populos Curtius collocat in India vltra Gangem: & Plinius Parrhasinos circa Sogdianam.

Parthenius Poëta Chius, ita videtur appellatus à moribus pudicis & planè modestis ac virgineis: παρθένος enim virgo dicitur. Hoc cognomen Virgilio viri doctissimi tribuerunt; quòd præ aliis Latinis purioribus Poëtis sit purissimus & eximia quadam temperantia in descriptione rerum excellat. Parthenius apud Græcos primus omnium iusto Poëmate trãsformationes rerũ tractasse legitur. Vt in metamorphoseωn libris illius vestigiis institisse videatur Ouidius, sicut Virgilius Homeri, Hesiodi, & Theocriti; Horatius Pindari, Valerius Apollonij. Nonnulli Nicæum fuisse volunt, eiusdem nominis Poëtam. Libri metamorphoseωn meminerunt Plutarchus & Eustathius. Artemidorus meminit Parthenii, vt elegiaci poetæ, lib 4. Eius Herculem citat Stephanus. Exstat quoque libellus Græcus ἐρωτικὰ inscriptus, oratione soluta, ad Cornelium Gallum, quo varias amantium historias fuerat complexus. * Iuno παρθένος primùm vocata est, dein cùm Ioui nupta fuisset, τέλεια, id est, adulta & perfecta. Demum, quum à Ioue dissideret, χήρα, vidua fuit appellata. Stephanus apud Hermionem Iunonis παρθένου, celebre fuisse templum affirmat. fabularum in-

uolucra

uolucris multa naturæ & metaphyſices arcana veteres Græci poetæ & alij ſcriptores populo præpoſuerunt, vt N. de Comitibus oſtendit in ſua Mythologia. Idem cognomen Dianæ tributum eſt.

Parthenope, potentiſſima Italiæ ciuitas appellationem habet ab vna Syrenum, quæ ibi præ dolore in mare ſe præcipitaſſe dicitur, tandem ſepulta; quòd Vlyſſem eiuſque ſocios delinire cantu non potuiſſet. Indicat id Silius his verbis.

Sirenum dedit vna ſuum memorabile nomen
Parthenope, muris Acheleias, æquora cuius
Regna te- dix cantus, cum dulce per vndas,
Exitium miſeris caneret nō proſpera nautis.

Eandem primùm ab Auguſto appellatam *Neapolim*, cùm eam refeciſſet prodit Solinus, cui neſcio an fides habenda ſit, cùm vetuſtiſſimi ſcriptores huius nominis meminerint: inter quos Lycophron, qui Ptolemæi Philadelphi ætate claruit. Neapolitanorum meminit Liuius, nempe lib. 8. & 20. vbi ea referuntur, quæ dudum geſta ſunt, ante natum Auguſtum. * Regia & maritima vrbs Neapolis, caput totius Campaniæ, & illius regni metropolis, olim Parthenope à Syrenæ tumulo atque etiam Palæpolis dicta à Græcis Chalcidenſibus qui ex Eubœa venerant, condita, trianguli forma, laterum inæqualium, ea qua mari alluitur parte curuatur in modum dimidiatæ Lunæ. Hāc elegāti epigrammate celebrauit Nobiliſſimus Scaliger.

Parthenope varijs tantis diſcrimina mundi:
Quæ tria diuerſo tempore ſecla dedit.
Aurea Pythagoras communis cōmoda vitæ,
Et docuit Sophiæ Græcia magna procos.
Altera ſuccedens ſtudiorum mollior ætas,
Admiſit Muſas debiliore ſono.
Tertia vulnifici quæſiuit præmia ferri:
Atque equitum potuit ſola tenere decus.
Sic ex priuata, & ſerua, Regina ſuperſum.
Roma, quod es, fueram: quæ modo ſum, quod eras.

Parthi, à Scythis dicuntur trahere originem, à quibus fuerunt eiecti & ſolum excedere coacti, Scythico enim ſer mone exſules parthi dicuntur. Ab his tandem inditum generatim nomen ab Indię finibus ad vſque Meſopotamiam. Propter inuictam enim virtutem Parthorum, & Aſſyria, & reliquæ proximę regiones tranſierunt in eius nomen, vt Arachoſia quoque & Media. Sita eſt in Aſia, teſte Ptolemęo, eſtque Arach Mercatori, Coraſan Nigro. Euſtathio incolæ ſunt, Παρθυαῖοι, quo nomine etiam eos Strabo appellat. Genti huic admodum bellicoſæ vſitatum fuit in bello ſimulare fugam, & tam dextra manu ſagittas à tergo mittere, vt fugientes non minorem calamitatem hoſtibus inferrent, quàm conſiſtentes. Quapropter dixit Virgilius *fidentemque fuga Parthum, verſiſque ſagittis.* Ab Arſace Scytha, qui Parthium inuaſit, omnes eorum reges *Arſacidæ* dicti ſunt, vt Ægyptiorum Ptolemæi. Hiſce D. Thomam & Hircanis Chriſtum prædicaſſe ſcriptum reliquit Sophronius.

Partunda, Romanis parturientium Dea. His enim idola præfuiſſe quamplurima docent veteres. Talis namque *Mena* menſtruis fluoribus præfecta, vt & Iuno *Fluonia*. Sic *Egeria* egerendo præfuit partui, Iuno *Lucina* luci, *Prorſa* & *Poſtuerta* rectè aut prępoſterè edito partui propter infirmitatem. Ita Dij *Nixij* ab enitēdo, id eſt. pariendo nomen ſunt conſequuti. Sed & *Latonia* inuocabatur, quod parientibus crederetur opem pręſtare. * His technis mendax ſpiritus vnius veri Dei prouidentiam & omnipotentiam lacerauit, gloriamque diuinam conſcidit, cuius poſtea partes, idolorum nominibus relatas, ſibi blaſphemè tribueret.

Paſcha impropriè ſignificans agnum Paſchalem, dies feſtos, totamque illam celebritatem & obſeruationē, imò apud Paulum ipſummet Chriſtum per agnū Paſchalem adumbratum, propriè verò tranſitum, nō trahit originem nominis à verbo πάσχω, quod Latinis eſt patior; affirmante id inter alios Lactantio, verùm

rùm à פסח *Pasach*, transiliuit, vel transiuit (per interualla de loco ad locum, vel de latere ad latus, vnde *Pisseach* id est, Claudus, qui ad latus alterum saltat & declinat, qui ex vno pede in alterū transilit.) Inde *Pasach* transiens, & *Pasach* transitus, Græcis πασχα, Latinis Pascha, nempe Festus dies Iudæorum in memoriam, quòd transiit seu præteriit Dominus ædes filiorum Israel, & non percussit primogenita eorum. Agnus qui die illo festo mactabatur & comedebatur per familias vocatur metonymia sacramentali *Pasach*, transitus, quòd Israelitis esset symbolum sacrum tam eximiæ liberationis. Institutio festi prolixe exstat Exod. 12. cap. Nazianzenus ora. de Paschate, *cùm quidam* (inquit) *Pascha nomen esse putarent salutaris passionis Domini, conuertentes vocem Hebræam Græcè Pascha, hunc Diem nominarunt. Quòd cum vsus recepisset, vsitatior̄e quoque reddidit hanc vocem, vel ut sanctiori nomini assentientibus auribus.* Philo Iudæus existimat significari eo nomine διαβατήρια, id est, sacrificia, quę transituri libamus: sed fallitur. Melius Symmachus vertit ὑπέρβασιν, id est transgressum, seu transitum. Theodotion φάσεχ reliquit ad פסח *Pasach* omnino alludens Drusius, vir diligēs & doctus existimat lib. quęst. & Resp. 4. vocabulum istud concinnatū à Græcis, ita vt pro Hebraico ח scriberent χ, sicut in aliis multis; ad finem vero adiicerent א a, vt solent Chaldæi & Syri in nominibus propriis, ipsamque aspiratam פ mutarēt in tenuem P. Sunt alij, qui in etymo nominis reddendo compendium quærunt, atque à verbo פסח, seu errore, seu imperitia, trāsposita vocali, deriuatum putant, dum pro nomine verbali ipsum verbum obtruderent, confirmante errorem consuetudine, festus hic dies appellatur Luc. 22. 1. *Appropinquabat* (inquit) *festum azymorū, quod dicitur Pascha.* Cogebātur enim lege Iudęi tum temporis comedere panes ἄζυμους, id est, infermentatos, vnde illis septem diebus nomen. Metonymicè autē accipitur Pascha pro agno Paschali, quem Christus comedit pridie eius diei quo comedere solebant Iudæi, vt nonnulli colligunt, nempe quinto die hebdomadę, qui nobis est dies Iouis. Marcus sequentem, qui nobis est dies Veneris, nominat παρασκευὴν, ὅ ἐστι προσάββατον. parasceuen, id est, diem quæ sabbatum præcedit & antegreditur: ca. 15. v. 42 De Paschatis festo prolixè Theologi, quos consulat studiosus lector.

Patauium, Venetæ regionis & ditionis oppidum, Ptolemæo & Aeliano. Padua nunc, academia celebre. Ptolemęi interpretes Poetouium legunt; & idem ipse Ptolemæus lib. 8. pro eodem Bætobium habet. Liuio clarissimo scriptore clarū, & ab ipso Antenore conditum, Virgilio teste. Alio nomine *Padua*, quasi Padauium, à Padi vicinitate nomen accepit: vel à Græco πέτασθαι, quod est volare, quia capto ex auium volatu augurio condita creditur.

--- *doctiloquis sedes aptissima Musis,*
Magna loco, spatiosa foro, placidissima cœli
Temperie, muróque triplex, latissima fossis,
Et magnis celebrata viris.

In ea enim nati sunt, & docuerunt eruditissimi viri quamplurimi, per totum orbem fama celebres. Patauium à veteribus Troianis conditum celebrat nobili epigrammate nobilissimus Scaliger: quod adscribimus.

Huc antiqua Deū dom⁹ Iliū, & inclyta bello
Robora, Dardanios exposuere Lares.
Decepti patrias, non victi, amisimus oras.
Perpetuis res est Graca valere dolis.
Qui vicere, suos ideo amisere Penates:
Ast noua sunt profugis regna parata viris.
Arma decēt Teucros, vafros sapiētia Graios
Victis Euganeis pectus virumque dedi.
Regna vides Veneto Phrygiis maiora ruinis
Atticáque à Patauo pectore terra sapit.

Patellarij Dij dicti videntur à Pateris, vel patellis, quibus veteres Ethnici diis suis sacra faciebant. Ouid. in fast. *fert missi Vesta*

ſos Veſtæ parua patella cibos. Apud Plautũ in Ciſtellaria *Patellarÿ Dii* appellantur Dii minuti, vt Lares & Penates: vel quòd in patellis epulæ apponerentur, & eiſdem colerentur Deaſtri, vel à piſcibus minutis, qui in patellis apponebantur non in pateris, quemadmodum cibi tenuiores & viliores, vt oluſcula & terra nata in patellis apponebãtur. Vnde Horatius. *Nec modica cænare times olus omne patellâ*. Citatur & illud ex Varrone; *oportet bonum ciuem legibus parere, & Deos colere, inque patellam dare, μικρὸν κρέας. Patinas à patulo dixerunt, vt puſillas, quòd his libarent cænis patellæ. Patera eo quòd pateant, Latinis ita dictæ*, A πατανὴ patina, Scaligero. Eſt autem πατανὴ ſartago.

Pater, ὁ πατὴρ, παρὰ τὸ πατεῖν ἐν τῇ συνουσίᾳ, quòd in congreſſu calcet, iuxta etymologicon magnum, hinc πατὴρ, q. d. calcator. Sed inepta & parum honeſta etymologia. At potius pater, quòd per eum pateat ſemen. Ideo nonnullis pater παρὰ τὸ σπείρω. q. d. σπατὴρ. ſeminator deinde ſublato σ πατὴρ. vel παρὰ τὸν ἦχον τὸν γινόμενον ἐν τῷ καταφιλεῖν τὰ παίδια, à ſonitu, qui fit in filiolis deoſculãdis. Aliis dictus videtur quaſi παιτὴρ, id eſt, παῖδας τηρῶν, id eſt, filios ſeruans, ſi de homine intelligas. Si de Deo, ὡς τὸ πᾶν τηρῶν, quicquid eſt ſeruans, cui ſentẽtiæ aſtipulatur Euſtathius Homeri interpres. Etymologicon magnum autem Deum patrem dictum exiſtimat, παρὰ τὸ πάντα ὁρᾷν, quod omnia cernat & ſpeculetur. * Hebræis Pater אב *Ab* dicitur. vnde *auus*, proauus, abauus, atauus, tritauus & omnes maiores qui longo tempore nos anteceſſerunt. Eſt item nomen honoris, atque de omnibus dignioribus vſurpatur. Hinc *Abbas*. אב autem à voluntate & multo affectu erga liberos. Nam verbũ אבה *Aba*, ſignificat voluit, conſenſit, acquieuit, affectũ & propenſionem habuit erga aliquem. Cognationem habet cum verbo אהב *Ahab* dilexit: item cum יאב & תאב *Iaab* & *Tabab*, appetiuit. Hæc enim omnia generali ſignificatione non longè inter ſe differunt. Hinc ἠπάω mitis ſum, mitigo, ἤπιος, beneuolus, benignus; ἵμερος, deſiderium, appetitus. Latinũ item *aueo* cupio. Gr. etiã ἀβιάζω, volo, percupio.

Patres appellantur, inquit Feſtus, ii ex quibus Senatus conſtat, quos initio vrbis conditæ Romulus centum delegit & ſic appellauit, quorum conſilio atque prudentia Reſpub. adminiſtraretur atque gubernaretur, quique agrorum partes attribuerẽt tenuioribus perinde ac liberis, pecuniaſq; diuiderent. Etenim ſolebant iam inde à Romulo, numis auri atque argenti ſignati vltramarinis vti, id quod publicæ & priuatæ Commentariorum rationes docent. Alii teſtantur appellatos Patres ob venerationem, vel ætatis, vel ſapientiæ, & ex eis natos patricios, familias quoque eorum patricias dixerunt. Qui verò poſt illos centum ſunt adſcripti ſenatui, *Patres conſcripti* nominati ſunt. Erant item multitudinis patroni ſeu defenſores, quos peregrini nominabant Principes in ciuitate, teſte Pomponio Læto, Feneſtella in tres ordines diſtinguit. Horum primos *Patricios* fuiſſe dicit, eos nempe qui ex centum illis Patribus à Romulo lectis ſunt geniti: *Conſcriptio*, qui Regum, Conſulum, Cæſarúmve decreto aſſcripti erant Senatui: *Pedarios*, qui pedibus in aliorum ſententias ibãt, vel potius, qui pedibus iter faciebant. Quis fuerit in iis rogandis mos obſeruatus, apud eundem inuenias. Illud autem, quod aliquatenus ex Feneſtellæ quoque verbis collegeris, inprimis notandum, plus fuiſſe tãdem apud Romanos inter Patricios cenſeri, quàm inter Senatores. Teſtis mihi Cornelius Tacitus lib. 7. his verbis: *Iiſdem diebus in numerum Patriciorum aſcinit Cæſar vetuſtiſſimum quemque ex Senatu, aut quibus clari parentes fuerant*. Sueton. in Aug. *Ea gens à Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes allecta in Senatum, mox à Seruio Tullo in*

Patricias traducta, procedente tempore ad *plebem se cōtulit*. Iustinianus dicit quoque Instit. lib. 1. *Senatorem non liberari a patria potestate, patricium penitus solui*: ex quo apparet digniores fuisse patricios Senatoribus, nec eosdem, verum diuersos. Longe etiam aliter accipiuntur in constitutionibus Imperatorum, quàm ante eorum tempora, quippe pro Consiliariis, quòd essent eorū veluti Patres. Vide, *l. fin.* Cod. *de Consul.* Suidas: πατρίκιος πατὴρ τοῦ κοινοῦ. Luitprand. lib. 3. c. 8. nominat πατέρα τοῦ βασιλέως. Patriciorū liberi insignes erant aureâ bullâ, cui purpura prætexebatur, ex instituto Tarquinii, qui filium suum impuberem, ob fortitudinem in bello cum Sabinis gesto præstitam, his præmiis insigniuerat.

Pater patratus, fecialium vnus apud Romanos erat is, cui pater & filii erant, & maximus habebatur, teste Plutarcho, qui appellationis causas inquirens has adfert, vel quod & liberos reuereatur suos, & timeat genitores; vel quod sit perfectus, vt nomen sonat. Patratum enim esse dicit, quasi perfectum & absolutum; perfectionem autem esse in eo, quòd viuo patre factus esset pater: vel quod iurisiurandi & pacis præsidem oporteat simul prorsum & retrorsum videre: Id verò maximè eum præstare posse, qui & filium habeat, de quo consultet, & patrem qui cum deliberet. Alii à iureiurando patrando, id est, sanciendo, nomen habere volunt. Hic ipse, cùm bellum erat decretum, proficisci solebat ad hostium fines, inde præfari quædam solemnia verba, hastamque mittere seu torquere in hostilem terram. Erat autem hoc belli indicti signum. Idem fœderibus præerat, in quibus feriendis effari solebat hæc verba: *Vter prius populus ab illis Legibus defecerit, illum Diespiter sic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam; tantóque magis ferito, quanto magis polles potésque*. His dictis, porcum silice percutiebat.

Patera, à patendo dicta Varroni.* Poculi genus latum ac patens, vnde & nomen accepisse videtur, quasi patula. Gr. κρατὴρ, à κεράω, misceo. Hebr. גביע *Ghabiba*, à *Ghebaba*, & *Ghibbha*, id est, collis, colliculus: nam Scyphus seu patera est instar parui colliculi. Tribuitur quoque hoc nomen candelabro habenti partes extantes instar calicis. Hinc κύφος vas concauum ad formam nauis. Galeri etiam, seu pilei latiores instar petasorum habentium in medio colliculum dicuntur *Ghibbahoth*.

Patria, à patre deducit nomen, vel quod pater in ea habitauerit, vel quòd patris sit loco, quòd nos edat, alat, foueat ac tueatur. De ea Cicero, Offic. 1. Homerus, Euripides, poëtæ ferè omnes & gnomologi præclara multa. Græci idem etymon cum Latinis agnoscunt, nempe ἀπὸ τοῦ πατρὸς deducta voce, quod & Hierocles affirmate videtur apud Stobæum, serm. de patria. Est enim illi πρῶτος καὶ μείζων γονεύς. Sunt tamen qui τῆς πατρίδος, vel patriæ vocabulum inde deriuant, quòd πάντα τηρεῖ omnia seruat. Id, licet longius petitum conuenire videtur cum Ciceronis sententia, Cari sunt (inquit) parentes, cari liberi, propinqui, familiares; sed omnes omnium caritates patria vna complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus. * Hebræi per circunlocutionem patriam, id est quemuis locum in quo nati sumus, cōmunem omnium parentem ארץ מולדת, *Eréts molèdbeth*, terram generationis, id est, natale solum, appellant.

Patriarcha, propriè stirpis alicuius & gentis primū parentem significat, quales præcipuè tres commemorant Iudæi, Abrahamum, Isaacum, Iacobum. * Sed Adamus est generis humani patriarcha, quem multi ante & post Noachi diluuium propter longæuam vitam sequuti hoc nomine cohonestati sunt. Sub Mose in deserto populus Israeliticus in XII. tribus diuisus est, singulæ tribus in multas familias. Atque vt totus populus nomen

men accepit ab Iſraele,& ſingulę tribus à filiis Iſtaelis, ſic ſingulæ familiæ à nepotibus eius. Has familias Græci & Latini interpretes variis nominib. expreſſerunt, quemadmodum ex primo capite Numerorum colligi poteſt. Item ex 7.& 19. Ioſ. item. ex 1. Sam. cap 10. & prioribus capitibus 1. libri Chronicorum. Perierunt autem omnes fermè ex decem tribubus in Aſſyriaco exilio. Conſeruatæ ſunt autem reliquæ in Babylonico, vnde domum regreſſæ populum Iudęorum reſtituerunt. Quemadmodum verò aliqui fuere principes tribuum, ſic quidam etiam principes familiarum extiterũt, variis appellationibus, & vno nomine Patriarchæ inſigniti. Horum mẽtio frequens, Numer. 1. Ioſu. 14. 21. 1. Chron. 8. 24. Officium eorum fuit, vt familias quibus præerant, conuocarent, ad easque referrent quæ ad Rempub. pertinerent, & duces earum in bello eſſent. præterea à regibus ad conſilia & iudicia peragenda adhibiti ſunt. De relatione liquet ex eo, quòd ſoli ex omnibus magiſtratibus in exilio Babylonico principatum ſuum aliqua ex parte retinuerunt, vt cum familiis ſuis agerent, quæ ad Reipub. commodum facere viderentur. Quare cùm populus fuit a Babylone reducendus, ſoli principes familiarum appellati, atque exciti per tribus dicuntur. quæ tres tantùm erant, nempe Iuda, Beniamin, Leui, ſicut ex Nehemia colligimus. De militia conſtat ex eo quod in exercitu, familiarum principes fuerunt tribuni militum. In conſilio regũ fuiſſe adhibitos elicitur ex 2. Chron. cap. 5. & 19.

Patriarchæ quatuor, in Eccleſiis, longè poſt ſeculum Apoſtolorum conſtituti ſunt, qui archiepiſcopis pręellent, & patres patrum dicerentur. Initio, ordinis conſeruandi gratia inſtituti ſunt, non vt violentum dominatum in conſeruos exercerent. Quid autem poſtea acciderit, non eſt huius operis, in quo controuerſias tractare haud decet, neque patriarcharum ſedes, incrementa, decrementa pingere.

Patriciani Hæretici dicti ſunt Iſidoro, à quodam Patricio. qui carnis humanæ ſubſtantiam à diabolo conditam dicebat, ſicut de ipſo & ſectatoribus eius etiam Auguſtinus affirmauit. Cœnoſũ Marcionitarum & Manichæorum riuulum eſſe hanc hæreſin putant nonnulli. Propugnatoribus eiuſdem adſcribitur impia illa ac Ethnicis multũ probata ſententia, eſſe non ſolùm glorioſum, ſed etiam licitum homini Chriſtiano ſibi ipſi mortem conſciſcere. Mutilaſſe quoque & truncaſſe vetus teſtamentum dicuntur.

Patripaſſiani veteres hæretici dixerũt cum Praxea & Sabellio, ſicut vna eſt eſſentia diuina, ſic etiam vnam tantùm eſſe perſonam, quæ vocetur Pater, filius & Spiritus Sanctus. ſimul etiam prædicarunt, qui ſumſit formam ſerui fuiſſe ipſummet Patrem, qui in forma aſſumpta, etiam paſſus ſit, vnde dicti ſunt Patripaſſiani, innumeris ſcripturæ Canonicæ teſtimoniis, de trib. diſtinctis perſonis, & de Chriſto θεανθρώπῳ pro nobis in carne paſſo, conuicti.

Patulcius vel Parucius, Clauſius item vel Cluſius, Romanis Ianus dicebatur, quòd dui ante bello valuæ eius paterẽt, pace clauderentur, vel ab aperiendi & claudendi ſecundum anni partes, præſertim veris & hyemis, viciſſitudine. Ouidius lib. 1 faſt.

Inde vocor Ianus, cui cum Cereale Sacerdos
Imponit libum, farráque miſta ſale,
Nomina ridebis, modò námque Patulcius idem,
Et modo ſacrifico Cluſius ore vocor.
Scilicet alterno voluit rudis illa vetuſtas
Nomine diuerſas ſignificare vices.

Pauentia Dea Rom. Auertere credebatur ab infantibus pauorẽ, vt refert Auguſtinus, Lib. 4 de Ciuit. Dei, cap. 11. * Cùm commiſſo prælio inter Romanos & Veientes, Tullio Hoſtilio regi nunciatũ eſſet Albanos deſciſcere, pauesce-

que & pallere Romanos ob eam ré videret, ipse in re trepida templum vouit Pauori & pallori. D. Augustinus etiam, Hostilius certè rex (inquit) deos & ipse nouos Pauorem atque Pallorem propitiandos non introduceret, si felicitatē deam nosceret ac coleret, &c. Apud Lacedæmonios nō Pauori tantùm seu Timori, sed Morti etiam & Risui, aliisque huiusmodi affectibus templa dicata fuerunt. Timorem verò non sicut alios dœmonas, quos tāquam noxios abesse procul à ciuitate volebant, coluerunt: sed huius intercessione & interuentu Rempublicam maximè contineri & cōseruari arbitrati sunt. Vide Plutarch. in Cleomene.

Pauimentum domorum, à pauiendo, id est, feriendo deflexum est: quòd dū fieret pluribus simul diebus feriretur, siue percuteretur, vt quidem redderetur solidius, nec ageret rimas. Verbum illud antiquum *παρὰ τὸ παίειν* percutere deriuatum videtur. Hinc depuuere, i. cædere, dixit Lucillius. *Palmisque miscellam depuuit me.* Et Afranius opuuia dixit verbera, ab oppuuiendo. *Opuuiis pueri coercentur.* Isidorus deriuat hinc vocabulum Pauoris, quippe sic dictum quod pauiat, id est, percutiat & feriat cor. Multa de pauimentis Plinius, Vitruuius, Palladius *τὸ ἔδαφος* etiam dicitur Pauimentum, vt *ἐδαφίζω* pauio. Hebr קרקע *karkaha*, Pauimentum, firmamentum inferius ædificiorum. Compositum enim nonnullis videtur ex קיר *Kir*, id est, paries, & רקע *Rakaha*, expandit; nam pauimentum est instar parietis expansi. Cicero lib. 2. de diuinat. *Sed quia quum pascunt, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripauium primo, post terripudium dictum est. hoc quidem nunc tripudium dicitur.* Cato, cap. 18. *Ibi de testa arida pauimentum struito: vbi structum est, pauito, fricatoque, oleo perungito, vti pauimentum bonum fiet.* Columel. lib. 1. c. 6. *Sed vtrumque more piscinarum deuexum leni cliuo & extructum pauitumque solū habeat.*

Paulus Apostolus, mirificum quoddam præ cæteris vocationis Gentium organon, à modico seu pusillo, dictus videtur nonnullis. Παῦλος, Latinè modicus seu pusillus Primasius ait, *Paulus*, id est, *pusillus & vltimus: ex Saulo Paulus, sicut ex Abram Abraham.* Idem alii. * Ex. 13. cap. Act. Saulum & Paulum vocatum fuisse constat. Quo ex loco colligi potest, aut duplici hoc nomine fuisse à parentibus appellatum, priori Iudaico, quia Iudæus erat natione; posteriore Latino, quia ciuis erat Romanus, sicut & eius parentes, Romanorum priuilegio: aut vnum tantùm fuisse illius nomen, nempe Sauli; Sed cùm venisset ad Gentes, nomen illud mutatione tantùm vnius literæ facta, ad consuetudinem pronuntiationemque Romanorum accommodatum fuisse; vt plerunque fieri solet. Alii ita sentiunt. Quemadmodum si quis inter Hebræos *Iochannam*, inter Græcos & Latinos *Iohannes*, apud Gallos *Iean*, in Germania *Hans* nominetur, nemo tamen totidem hæc esse diuersa nomina dixerit, sed idem potius, pro idiomatum ratione variatum: Sic quem Hebræi & Syri שאול *Schaul* vocant, eundem à Græcis, qui eo tempore Romanis nominibus magis assueuerant, Paulum fuisse dictum, propter summam horum nominum affinitatem. Quum igitur ab historia certaminis cum Elyma Act. 13. incipiat Paulus suo inter Gentes Apostolatu defungi (prius enim nonnisi inter Syros & Iudæos erat versatus) meritò incipit ab hac historia Lucas illud nomen ei tribuere, quod ipsi perpetuum postea fuit inter Gentes, quibus videlicet nunquam postea destitit Euangelium prædicare ac facilè nobis quidem persuademus, primùm à proconsulis Romani Sergii Pauli, cuius præclara mentio fit eodem capite, familia hoc nomine vocari cœpisse.] Cùm Primasio consentit Isidorus. *Paulus*, inquit, *minimus omnium*

nium Apostolorum quando enim Saulus, superbus, elatus: quando Paulus, humilis ac modicus. Ideo sic loquimur, Paulo post videbo te, id est, post modicum. Quid, quod ipsemet modicus iam factus ita loquatur; Ego sum nouissimus Apostolorum, & alio loco se minimum Apostolorum nominet. Hactenus Isidorus. Sed & affine nomen *παῦρος paucus*, & *παυρίδιος pauculus*. Qui verò *ἀπὸ τῆς παύλης*, id est, *cessatione* deriuant non probantur, etsi hic sibi placeant, ratione prorsus nulla. Tandem addit & Isidorus, Cephæ Paulóque immutata fuisse nomina, vt ipso quoque nomine essent noui. Rectène porro deflectatur hoc nomen à Pauli proconsulis conuersione, quo tamen inclinare videntur Hieronymus & Augustinus, diiudicandum relinquo aliis. Hieronymum vide *Actor.13.* Augustinum confess. *lib. 8.cap.4.*

* Pauo, *ταὼς, τάως*, Æolicè. Pauo, t in p, vt *στάχυς* spica: & *τίς*, Oscè, pis. *τί* pit. & pitpit quicquid. *τετάρες, πίσυρες, πέτορες*, Oscè Petora, vnde petoritum, quatuor rotarum. Latini p, in q, aut c. pit, quid. pitpit, quicquid. petora, quatuor. *πέμπε*, pro *πέντε*, quinque. *πότος*, quotus. *ἕπεσθαι*, sequor. *ἵππος*, equus. *λίπω*, liquo, vnde linquo, & contra; vt *λύκος*, lupus.

Pauper à paruo lare dictus videtur Terentio Varroni Grammatico veteri. Communiter is est, cui non suppetit, vnde viuat. Iure ciuili autem censetur hoc nomine, qui quinquaginta aureos non habet in ære, iuxta hæc Harmenopuli verba: *πένης δὲ ἐστὶν ὁ μὴ ἔχων πεντήκοντα ἐς περιουσίαν, qui quinquaginta aureos non habet in bonis*, id quod & Bartolus tuetur *l. qui accusare. ff. de Accusator.* Alias etiam pauper, qui pro qualitate rei non habet satis.

* *Pauper*, à *παῦρος*, prima reduplicata. vt populos à *πολύς*, susurrus à *σύρος*, vnde *σύριγξ*; Cacula à cala, ligno Lucill. *Scinde puer calam, vt caleas.* Propero à *περῶ*. nisi sit *προπερῶ*, aut *προπορεύομαι*, quæ reduplicatio notat celeritatem sic *..* vt uus cucurbita, à *ior* Syriaco & Pœnico, turtur, à tur turfur. Mars Mamers. Hæc Scaliger in etymologico.

Pausa cessatio Latinè, à Græco *παύομαι* deflexum nomen. Vtitur ea dictione Lucretius *lib.3.* cùm inquit: *Inter enim iecta est vitai pausa.* Item: *Frigida, quem semel est vitai pausa secuta.* Et libro 2. dixit, *Nec dare pausam*

Conciliis & dissidiis exercita crebris.

Nonius fatetur eamdem dictionem quietem alicuius rei significare. Accius Amphilocho: *Sed iam Amphilochum hic quadere cerno, & nobis datur bona pausa loquendi.* Luc. Satyrarum. lib.1. *Hæc vbi dicta dedit, pausam dedit illa loquendi.*

Pax, Euripidi in Bacchis *ὀλβοδότειρα, κουροτρόφος, προσφιλεστάτη ταῖς μούσαις*, à pactione dicta est Isidoro. De ea elegans Silii encomium etiam in triuio notum. Non minus præclarè Diodorus *lib.3 μηδὲν ἐστὶ μᾶλλον δυνάμενον εὐδαιμονία βίου παρασκευάσαι τῆς εἰρήνης, καὶ δικαιοσύνης, καὶ εἰρήνης.* Eandem laudant Herodotus, Euripides & Bacchilides, vt missos faciam reliquos. Sed consulendum suadet Cicero quę nihil sit habitura insidiarum. Præstat enim hostem habere manifestum, quàm fraudulentum amicum, qui quo arctius se nobis iungit. eo magis nocere potest, obruens & obterēs de improuiso. Etymon nostrum probatur Iurisconsulti suffragio, *leg.1.ff. de pactis. in princip.* Etenim fœderibus & pactis pangitur illa, id est, figitur siue firmatur. Græcis dicitur *εἰρήνη παρὰ τὸ εἴρειν, ὅ ἐστι συμπλέκειν*, id est, *a connectendo*, quod fit intermediis fœderibus, quibus homines inter sese iunguntur. Si verò *εἴρω* idem fuerit quod *λέγω*, rectè pariter id etymon paci conueniet, quòd ius tempore pacis dicatur, at tempore belli opprimatur.

Pectenatum tectum Pompeio dictum à pectinis similitudine in duas partes deuexum, sicut *testudinatum* in quatuor.

Pectus quod sit pexum inter partes

mammarum eminentes, dictum est Isidoro. Vnde & *pectinem* dixerunt, quòd pexos faciat capillos.

Peculatus publicæ pecuniæ furtum si propriè accipias: Si impropriè, quoduis furtum, nomen suum deflectit secundū Festum à pecore, vt pecunia quoque ipsa. Itaque noxij cum præter pecus veteres haberent nihil, mulctabantur pecore, pœnáque tum temporis grauissima erat ouium triginta, boum duorum. Vbi autē populus Romanus vti cœpit ęre signato, cautum fuit lege Tarpeia, vt bos centussibus, ouis decussibus æstimaretur. Primis temporibus non habuit peculatus, vt & ceteræ quæstiones, certum Prætorem aut Quæsitorem, sed lege, prout incidebat, mandabatur Prætoribus aut Consulibus inquisitio. Tandem verò vbi quæstio Repetundarum proprium Prætorem est nacta, simul de peculatu quæstio præcipuo Prætori est demandata, *iuxta Carolum Sigonium* Hotomannus citat legem Petiliam de peculatu ex Liuij 38. à Q. Petilio Tribuno plebis latam, M. Æmilio Lepido, & C. Flaminio Nepote Coss. Proposita & promulgata tandem à C. Cæsare lex Iulia, quæ peculatus & sacrilegij pœnas complectebatur. Eius fit mentio *leg. vnica, C. ad legem Iuliam peculatus, & leg. 1. ff. eod. titul.* Pœna autem peculatus in Iudice eiusue ministro delinquente est supplicium capitis, *leg. peculatus. ff. ad legem Iuliam peculatus.*

Peculium. Nomen illud complectitur, quidquid seruus aut filiusfamilias domini aut patris permissu sibi pepererit, separatum tamen à domesticis & paternis rationibus, noménque suum inuenit à pecore, *vt Festo, Isidoro,* & aliis videtur, quod vniuersa veterum substantia in eo consisteret. Confirmabit & illud Plautus in Asinaria, vbi inquit: *Etiam opilio qui pascit, mater, alienas oues, Aliquā peculiarem habet, qua spem soletur suam.* Fieri hoc posse existimauerūt veteres legum latores, vt ita, qui sunt aliis subiecti, non solùm alacriores essent ad rem faciendā, verùm etiam specimen ederēt industriæ suæ, quales tandem futuri essent facti maiores, quamque vtiles Reipub. negotiis administrādis. Alij peculium volunt dictum, quasi pusillam pecuniam, siue pusillum matrimonium, *leg. depositi. §. fin. leg. quam Tuberonis. leg. peculium. ff. de pecul.* Quantum ad liberos attinet, quadruplex hoc est Iurisconsultis: *Profectitium, Aduentitium, Castrense, & quasi castrense.* Profectitium, *quod est profectum ex bonis paternis:* Aduentitium, *quod aliunde, puta a matre, auo, vel cognatorum testamentis aduenit, competēte dominio eius filio, vsufructu patri:* Castrense, *quod occasione militiæ filiusfamilias in castris comparauit leg. Castrense. ff. de Castrens. peculio.* Quasi castrense, *quod acquisiuit ex forensi militia, vel bonarum artium professione, leg. fori. Codic. de aduocat. diuers. iudic.* in quibus bonis parentes nullum ius habent, tantum abest, vt in communem & paternam hęreditatem cum reliquis fratribus cōferre id debeant. *leg. fin. Codic. de collat. bon. leg. certum. Codic. famil. ercisc und.* Peculiatus seruus dicitur. *leg. 33. ff. de action. emt.* is, qui peculio est instructus, vt peculiatus libertus Apuleio, cui contrarius expeculiatus apud Plautum.

* *Peculium*, Hebr סגולה *Seghulah*, in genere ac propriè omnem hominis substantiam, opes, fortunas, & quicquid is peculiare habet, significat, vt Genes. 13. 6. & 14. 16. & 36. 7. in specie ac synecdochicè numos notat ac pecuniam. Priori ac propria significatione quadrat in Latinorum Peculij vocē, quæ apud Virgilium occurrit, *Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.* Et apud Ciceronem in paradoxis, *An eorum seruitus dubia est qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis?* Significat ergo, vt Hebræi ipsum explicant, Quicquid labore, molestia, defatigationéque nostra partum est. Posteriori significatione respondet ei voci quę pecunia dicitur, pro numis scilicet, auro & argento, item pro

κομή

κειμήλια in quo aurum, argentum in numis,vasis, gemmæ,lapilli preciosi, & aliæ eximiæ opes. Interdum à rebus ad personas restringitur. Hinc etenim in Scripturis Scghulah, i. *Peculium*,de Dei populo vsurpatur:vt Exod.19.5.Deuter. 7.6. Psal. 135. 4. Malach. 3. 17. quibus omnibus locis significatur λαὸς περιούσιος, & peculiaris Deo populus præ omnibus populis, genus electum,regale sacerdotium,gens sancta,populus quem sibi Deus vt proprium vendicat:vt Apostoli loquũtur: quo sensu Latinis etiam *Peculiare* dicitur, pro proprio & præcipuo,non cum aliis communi,sed speciali.Denique peculiaris conditio hominis hac voce signatur vt, ea conditio iusti, qua perseuerare debet in bono, dicitur *Segulah*. Similiter quoduis proprium ac peculiare rerum personarúmve attributum tam brutorum quàm hominum: vt שם סגולה *Sehem Segulah*, nomen proprium bouis est mugire, canis latrare, &c. id ei peculiare & proprium est. Hebræis etiam quicquid inuenitur in omni indiuiduo speciei semper,nec cõstituit speciem ipsam, vocatur *Segulah*, id est,proprium & peculiare. Peculium item, seu substantiam & opum facultatem רכש *Rechusch*, appellant à רכש *Rachasch*, id est, comparauit opes,collegit facultates. Vide Genes.31.18. vbi de Iacobo dicitur, quod abduxit vniuersum pecus suum, omnesque facultates suas, quas comparauerat,pecus acquisitionis suæ.Hîc facultates רכש *Rechusch*, vocantur Pecus, vnde Latinis Peculium. In multitudine enim pecorum & armentorum facultates, diuitiæ veterum vt plurimùm consistebant.Postea,moribus immutatis, & vt res humanæ vicissitudine feruntur varia factum est vt peculii nomine comprehenderetur illud præcipuè quod seruus aut filiusfamilias, dum adhuc in potestate Domini esset, vel patris,industria sua vel labore lucrifecisset. Græcis Peculium τὸ ἴδιον, proprium,τὸ ἰδιόκτητον,quod quis iure suo possidet,τὸ κτῆμα,lucrum, emolumentum,bona(vt vocant)mobilia & immobilia dicunt.

Pecunia à pecore nomen inuenit, quòd * omnis veterum substãtia in pecuariæ Sic Græci πρόβατα à prouentu.πρόβασις Homero,prouentus:quòd eorum copia in pecu.Pecudes, πεκάδες, quòd tonderentur:vnde πέκος apud Græcos, vellus apud nos remansit. Latini verò pecudes potius quàm pocudes dixerunt, more suo.cùm & Apellinem pro Apolline dicerent:item temperis, pigneris, & elera pro olera. Sic etiam hemonem pro homine. Hæc Scaliger. Pecuniæ nota primùm signata fuit à Seruio, *teste Plinio*. Quáquam primam significationem Iano tribuat Macrobius.Appellatione autem eius non solùm æs, argentum, aurúmue signatum, sed & omnia corpora continẽtur,quorum æstimationem metimur nummo. Hinc est, quod Varro scribit in pecore pecuniam tunc constitisse, quòd Festus testetur apud veteres factum fuisse pecunia sacrificium,quod ex his rebus constabat (*fruges & fructus intellige*) quam nunc dicimus pecuniam. Sic enim purior textus se habet.Plutarchus quoque cùm scribit in Publicola, *mulctam eum constituisse quinque boum & ouium duarum*,addit: *Nedum enim eo tempore infrequenti vsu apud Romanos erat pecunia.sed pecoris & iumenti copia diuites censebantur.* Itaque adhuc facultates *peculia* nominantur, & antiquissimo nomismati *bos* erat insculptus,aut *ouis*,aut *sus*. Nomina quoq; suis filiis inde imposuerunt *Suillorum*, *Bubulcorum*, *Caprariorum*, & *Porciorũ*. Appellationem eius iam latius accipi, quàm olim, resque omnes tam soli, quàm mobiles,& tam corpora, quã iura complecti, docet etiam Vlpianus *in lege pecuniæ verbũ.ff.de verb.significat*: Notandum hoc loco, primam pecuniam & monetã fuisse æream. Vnde Naso: *Æra dabant olim.* Ab ære itaque ærarium est dictum, *teste Varrone*,quod populus Romanus in æde Saturni habuit, quòd eo regnante

regnãte nullum fuerit commiſſum fur tum, aut ſub eo nihil fuerit alicuius priuatũ, *iuxta Macrobiũ*, vel quia hic Deus fructibus & agriculturæ creditus fuerit preeſſe, ex quorũ vẽditione naſcitur pecuniæ copia, aut denique, quòd hic locus munitus, cõſpicuus, & ab inſidiis fuerit tutus, *iuxta Plutarchum*. Iam & ab ære dicuntur oberati, qui multũ pecuniȩ debẽt, & auari, ȩris auidi, *iuxta Nigidiũ*. Nota ſunt & militũ æra, cũ tribunis ærarij, auctoribus Feſto & Plinio, tũ verbũ *æruſcare*, id eſt, æra ſine pecuniã vndiq: colligere. Sed operȩ pretium erat hìc aſſcribere propter ſingularẽ vtilitatẽ integrũ Plinij locũ ex *ca.3.lib.33.* vbi ita ſcriptum inuenio: *Populus Romanus ne argẽto quidẽ ſignato ante Pyrrhũ regem deuictum vſus eſt. Libralis, vnde etiã nũc libella dicitur, & dipondius appẽdebatur aſſis. Quare æris grauis pœna dicta. Et adhuc expenſa in orationibus dicũtur item impendia põdera. Quin & militum ſtipendiorũ, hoc eſt, ſtipis põderandæ pẽſatores libripendes dicũtur. Qua cõſuetudine in his emtionibus, quæ mancupi ſunt, etiam nunc libra interponitur. Seruius rex primus ſignauit æs. Antea rudi vſus Romæ Timæus tradit. Signatũ eſt nota pecudũ, vnde & pecunia appellata. Maximus cenſus C.X.M. aſſiũ fuit illo rege. Et ideo hæc prima claſſis. Argẽtũ ſignatũ eſt Anno vrbis CDXXCV. Q. Ogulnio & C. Fabio Coſſ. quinque annis ante primum bellũ Punicum. Et placuit Denarius pro decẽ libris æris, quinarius pro quinque, ſeſtertiũ pro dupõdio ac ſemiſſe. Libræ autem põdus æris imminutum bello Punico primo, cũ impenſis Reſpublica non ſufficeret, cõſtitutumque vt aſſes ſextantario pondere ferirentur. Ita quinque pars facta lucri, diſſolutumque æs alienum. Nota æris fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera roſtrũ nauis. In triẽte vero & quadrante, rates. Quadrãs antea Triuncis vocatus à tribus vnciis. Poſtea Annibale vrgente Q. Fabio Maximo Dictatore aſſes vnciales facti, placuitque denarium XVI. aſſibus permutari, quinarium octonis, ſeſtertium quaternis. Ita Reſpublic. dimidium lucrata eſt. In militari tamen ſtipẽdio ſemper denarius pro decem aſſibus datus. Notæ argenti fuere bigæ atque quadrigæ, atque inde bigati quadrigatique dicti. Mox lege Papyriana ſemũciales aſſes facti. Liuius Druſus in tribunatu plebis octauam partem æris argento miſcuit. Qui nunc victoriatus appellatur, lege Clodia percuſſus eſt. Antea enim hic nũmus ex Illyrico aduectus mercis loco habebatur, eſt autẽ ſignatus victoria, & inde nomẽ. Aureus nũmus poſt annũ LXII. percuſſus eſt quã argẽteus, ita vt ſcrupulũ valeret ſeſtertiis vicenis, quod effecit in libras ratione ſeſtertiorũ, qui tũc erãt, ſeſtertios nõgentos. Poſt hæc placuit quadrageſima millia, ſed ſignari ex auri libris, paulatimque Principes imminuere põdus, minutiſſimus vero ad quadrageſima quinq, millia.* Hactenus Plinius. Apud Atheniẽſes inuenio boũ effigie ſignatos fuiſſe nũmos: Vnde prouerbiũ apud Pollucem: βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκεν, *bos per linguã inãbulauit*: De iis, qui accepta ab aduerſariis pecunia, mox prȩuaricati ſuſceptas cauſſas deſeruerũt. Habuerunt & Græci Ciſtophoros & Philippeos, in quibus mulæ cum curru videbantur efficta. Poſtea noctua cum Mineruæ facie Athenis incudi cœpta. Trœzenii, cùm Neptunum præcipuè colerent, repræſentarunt nummis ſuis tridentem. Perſicus ſagittarium pro nota habuit, Germanicus *ſerram*, vnde *ſerratus* dictus. Dardani duos inſculptos habuerunt *gallos*, Rhegini *leporem* & *currum*, Cephalenes *equum*, Thaſij *Perſen*, Argiui *murem*, Mithylenei Sapphus *imaginem*, Aſpendii *palæſtras*. Peloponneſii *teſtudinem*, Tenedii *ſecurim*, Corinthiaci, qui poli dicebantur, *Pegaſum*. Troianorum temporibus vſi videntur Græci, neque pecunia, neque ære ſignato, ſed merces cum mercibus permutaſſe, vt etiam videre licet Il.7. vbi ita canit Poëta:

ἔνθεν ἄρ οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοί,
ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσιν,

Ex quo loco Sabinus & Caſſius malè

emtio

tionem, venditionémque probare conabantur, cùm veram permutationem significet, *teste Paulo leg. 1. ff. de cõtrah. emt.* Herodotus scribit inter externos omnium primos aureum nummum signasse Lydos, etsi Plinius hoc penitus latere dicat. Pecuniam porro ab Imperatoribus in populum fuisse sparsam, neminem ignorare existimo, modò pedem tulerit intra limen antiquitatis, aut iuris ciuilis. Inter omnes Nero non solùm aurum argentúmque, sed etiam gemmas & margaritas effudit: Heliogabalus aurea & argentea pocula, & vestes magno comparatas pretio. Ad finem id addo, funestam & exitialem multis fuisse pecuniam, *vt meritò dicat Plinius*, aurum esse repertum ad vitæ perniciem. At sapienter Sallustius: *Auaritia studium habet pecuniæ, quam nemo sapiens concupiuit, ea quasi venenis malis imbuta corpus animumque virilem effœminat, semper infinita atque insatiabilis est, neque copia, neque inopia minuitur.*

* *Pecuniæ* mentio varia apud Hebræos, vt & totius rei numariæ, prout in voc. Argentum, Aurum, Æs, Ophir, Siclus, Talentum, Vphax multa occurrunt dicta. Hac sectione verò non pauca collegimus ex D. Vvaseri lib. 1. de Numis antiquis Hebræorum càp. 15. & 16. quæ cordato lectori gratissima fore confidimus. אגורה *Agorah* & si propriè species est minutæ monetæ argẽteæ, cuius meminit hist. 1. Sam. 2. 36. tamen generatim accipi posse pro monetâ siue pecuniâ docet duplex eius etymon: Hebræum quidem ab אגר *Agar*, collegit, corrasit: Syrum verò vel Chaldæum, quatenus significat mercatus est, siue mercede cõduxit: idem videlicet quòd תגר *Thegar* Chaldæorum & *Sachar* Hebræorum. Et certè illa inprimis ratione à colligendo videtur dicta, quòd collectionis pecuniæ in toto vitæ commercio cum sacro & profano, tum publico & priuato vsus est maximus. Quo ex vsu nata illa apud Hebræos, Syros & Chaldæos nomina, quæ rem præsentem luculenter illustrant, videlicet Hebr. מס *Mas*, בלו *belló*, פקודה *Pekudah*, מדה *Middah*, & similia, quibus collectio pecuniæ, à qua *Agoráh* dicta, manifestè insinuatur. Nam מנדה *Mindáh* (vt ὕϛερον πρότερον progrediar) cuius mentio Esrę 4. ca. pecuniã significat collectam & oblatã Regibus vel Principibus Reipublicæ nomine, & honoris causa, non tanquam debitum (vnde Syri eam appellant יקר *Iekar*; Græci πρεσβεῖον, γερούσιον, γέρας, τίμιον, φιλοτίμημα; Latini *honorarium*, quod vel consulibus olim in prouincias venientibus, vel patronis à cliẽtibus dabatur:) פקודה *Pekudáh* verò eam, quæ Regum vel Principum ministris, præfecturas obeuntibus, colligitur & offertur: בלו *beló*, quæ viritim siue per capita colligitur (nonnullis *Ceseph gilgoleth*, id est, pecunia cranii seu capitis, Latinis dicta *Capitalis*, seu *Capitatio*:) מס *Mas* denique eam quæ non tantùm olim à singulis tributim (vnde *tributum* Latinis) nunc autem per singula territoria colligitur, (vnde *Ceseph Hammedínoth*, prouincialis pecunia, siue prouinciis imposita:) sed etiam quæ colligitur in itinere (vnde Hebræis הלך *halách*, ab eundo, Syris & Chaldęis פיים *Paiiés*, à פס *pas*, id est, passu vel gressu; à quo *peage, payer*, & similia Gallorum, & *vectigal* Latinorum à vehendo, dicta:) vel portu, vnde portoriũ, quod pro importatis vel exportatis mercibus præstatur. Quam postremam collectionem Hebræi voce מדהבה *Madhebah* exprimũt: Esai. 14. 4. origine ducta à Chaldeorum דהב *dehab*, auro, hoc est pecunia, tanquam si dicas *auream pẽsionem*, vt Pagninus vertit: nisi malis simpliciter interpretari *auream*, siue *inauratam*, scilicet Babylonem, quæ auro, id est, diuitiis, abundabat. Apud Chaldæos deinde vel Syros sunt ista: מגביתא *Magbeta*, munus vel officium colligendi tributi, siue tributum ipsum collectum, 2. Reg. 23. idem quod גב *Gab* simplex (vnde *gab*, munus, donum Germanorum;

& *gabelle* Gall.) & גביא *Gabbia* collecta, seu collectæ, collectio, stips collatitia, quam proximo egenti ex misericordia damus: ideo חסד *Chesed* Hebræis, ipso scilicet misericordiæ vocabulo, appellant metonymice: vnde *Chesed hassa*, misericordiam facere, est stipem vel eleemosynam dare Matth. 6. 1. quod Syri vna voce זכא *zaca* exprimunt. Sed hæc παρέργως Græci collectionem istā varie reddunt: modo ἐλλιμένιον, vt Aristoteles: modò φορὰν, vt Plutarchus: modò τέλος, vt alii passim: & τέλος quidem a τελλειν, quod inter alia est *mandare*, tanquam si mandatam, hoc est, imperatam, vt Vlpianus vocat, pecuniā dicas. Inde qui pecuniam istam sui quęstus causa redimit, conducit, exigit, τελώνης siue τελώνης, & generali voce *Publicanus* Latinis, aliísque nominibus est dictus. Ab אגר *Agar* igitur, *Agorah*, Hebræa quidem significatione, tanquam pecunia collatitia, siue collectiua, conuenientissime sanè est appellata. 2. Chaldæa deinde origine, ab eodē verbo *Agar* vox illa duci potest, quatenus hoc verbum Chaldæis mercari, & mercede conducere, siue locare significat, vnde natæ voces, apud Syros & Chaldæos vulgatæ, *Tegurta*, quæstus præcipuè ex mercibus, & *iggereth* vel *igartha*, literæ vel epistolæ, quibus similiter merces præcipuè, inter hasque pecunia (vnde literæ Collybi, *lettres de chāge*, Gall.) curantur ad eos, qui locorum distantia sunt disiiti. Et certe in genere omnis pecunia ob id inuenta est, Plinio teste & iureconsultis, vt pro mercibus traderetur, quum videlicet prisci mortales rerū permutatione, vt hodie barbari, nouarum insularū habitatores, negotiationem exercerent; quam Salomon *Mischar Ceseph*, negotiationē argēti, id est, pecuniæ, nuncupauit, Prouerb. 3. 14. Moses autem Genes. 23. 16. *Ceseph hober lassocheb*, pecuniā trāseuntē ad mercatorē, id est, quæ inter mercatores transit, & in cursu est, recipiq; solet ab omnib⁹ mercaturam passim exercentibus. Græci eodem respicientes, non tam quod in genere omnis pecuniæ, quàm in specie numuli Hebraici *Agorah* sûmus ad mercimonia vsus esset, suam etiā monetæ speciem, ἀγορὰν dictam & mercaturæ peculiariter addictam, ab eodem illo deduxerunt. Hinc metonymice postea dicta ἀγορὰ *forum*, mercatus, platea; locus scilicet, in quo pecunia exercebatur; & ἀγορὰ πλήθουσα, tēpus siue hora, qua forum frequentabatur ad pecuniam illam tractandam & numerādam, quæ tunc erat ὥρα τρίτη, vt inquit Suidas: item ἀγοράζω *mercor* emo, negotior: ἀγόραιος, *dies* in quo forum agebatur, qui nonus fuit apud Romanos, vnde *Nundinæ*, quasi *Nouendinæ*: ἀγοραῖς τέχνη, emendi & vendendi ars: ἀγόρασμα, merces, res venalis. ἀγορασμὸς, emptio: ἀγοραστὴς, obsonator, emptor, forensib. negotiis intentus, idem quod ἀγοραῖος: quanquam hoc non tam emptorē nobilem & authoritate fideque pollentē quam vilem & tenuem, quem circumforaneum Erasmus vertit, & aliter iidē Græci ab Hebræo vel Chaldæo אגר *Agar* ἀγύρτην & Latini *Agyrtam* appellāt, qui præter alias merces Lararia circum pagos circumuehit, præstigiisque verborum vulgi aures onerat. Quæ omnia à nostra hac pecuniæ voce אגורה *Agorah* orta esse nemo negare potest: quanquā sua origine Gręci ἀγορὰν ab ἀγείρειν id est, cōgregādo, ducant. Ἀγείρειν autē ab ἄγαν & ἄρειν, quod inter alia significat cōtrahere, & colligere, quia ibi homines, vbi congregantur, arctè consistunt. Verùm & ipsum ἀγείρειν ab אגר *Agar* deduci, extra dubium est. Denique à *præmio* etiam siue *mercede* hæc pecuniæ vox *Agorah* eleganter denominatur: quia quod pro variis vitæ operis vel beneficiis dari solet præmium, id moneta plurimùm, siue pecunia, penditur: è qua significatione natæ quoque sunt voces אגר *Agar*; & אגרא *Agra* pręmium; & אגירה *agirah*, mercenarius, qui

agit

agit(vnde *agere* Latinorum)opera mercenaria, opifex, & qui operas mercede locat, quem Græci μισθωτὸν appellant Atque ab hac ipsa cõsuetudine præmia constituta plurimùm pecuniâ soluẽdi, illæ tum Hebræorum, Syrorũ & Chaldæorum tum Græcorum & Latinorum voces sunt natæ, rei præsenti accõmodatissimæ: vt præmium obstetricis, Hebr. שכר מילדת *Secar Meialédeth*, Græcè μαίωτρον: nutricis, Hebr. *Secar menéketh*, Gr. τροφεῖον, θρέπτρον, Θρεπτήριον. Lat. *Nutritia*: Præceptoris, Hebr. *Secar metammed*, Gr. ἀναγωγικὸν, διδακτρα, siue διδασκάλια, Lat. *Minerual*. à Minerua artiũ præside: Medici, Hebr. ברכה *Beracah*, quasi *benedictio*, id est, præmium ob recuperatam valetudinem dei beneficio, Gr. σῶστρον, σωτήριον, ἰατρεῖον: Læta nũtiantis, בשורה *beschorah*, Gr. & Lat. εὐαγγέλιον, Euangelium: meretricis, Hebr. נדה *Nedáh*, à נדה *Nadah*, id est, vt profanum & indignũ ex cœtu sacro amouit, siue ἀποσυνάγωγον fecit, quũ sit detestabile præmiũ: baiuli pro diurna opera, Hebr. vel potius Persicè רונגר *rungar*, Gr. κόμιστρον: nautæ pro vectura & traiectu Gr. ναῦλον vel ναῦλος, & πορθμίον, item ἐπίβαθρον, quod Hesychius exponit μισθὸν τῆς εἰς τὴν ναῦν: cuiusmodi præmium Ionas propheta generali mercedis voce שכר *Secar* expressit, cap. 1. v. 3 Hæc igitur & alia præmia, quum maximam partem pecuniâ soluantur, ideo אגורה *Agorah*, ab אגר *Aga*, mercede scilicet seu præmio, rectè dicta sũt. Præter commemoratas voces, quibus Hebræi, Chaldæi atque Syri vtuntur ad rem numariam, his trita etiam est vox מנא *Mená* quam exponunt מטבע *Matbeha*, id est, monetam. Hæc etsi in hac forma Hebræis inusitata est, videtur tamen eius origo manare ab eorum verbo כסס *Casas*, quod idem est ac מנא *Mana*, id est, supputauit, Numerauit: quæ quia rei monetariæ siue pecuniariæ præcipua actio est, ideo non male *Mana* pro *Moneta* vsurpari consueuit: sicut econtrario apud Latinos numero *Numus* à sui frequentatione nomẽ indidit, reste Isidoro. Sed & trita vox est ערפנא *hurphana*, qua Syrus interpres vtitur, Marc. 12. 41. & alibi quæ etsi proprie significat minutorũ numorum genus, quo denarii aliiue numi grauiores à collybistis in ipso templo permutabantur, Iohan. 2. 15. tamen pecunia generatim exponitur à Munstero, Guidone Fabricio & aliis: credibiléque est hanc vocem natam esse ab ערב *harab*, id est, miscuit, commiscuit. *Miscetur* enim alterius pecunia cum nostra, maximè quæ permutatione exercetur. Pecuniæ species alias suis locis, quantum opus fuit, reperiet lector. Addo tantum Hebræos recentiores vsos fuisse vocibus מנטון *Moneton* & מוניאה *Monéah*, quas fortasse à Latinis mutuati sunt quibus *Moneta*, & Gallis *monnoye*, in ore manibus, crumenis & cistis.

Pecus a pascendo Sic pascua loca, in quibus pascuntur pecudes. De iis Virgilius Georg 3.

At vero Zephyris cum læta vocãtibus æstas,
In saltus vtrumque gregem, atque in pascua mittes.

Pedarii senatores dicti, vel *quod non haberent sententiæ dictionem in Senatu, sed pedibus irent in aliorum sententias*. Vel *quod pedibus iret facerent, cùm alii in Senatum veherentur sella curuli, vti legas apud Fenestellam.* Agellius tradit reiectis hisce prioribus explicationibus, *libr. 3. cap. 18.* equites quosdam *pedarios Senatores* appellatos, qui nondum à Censoribus in Senatum erant allecti, atque ita proprie nó fuerint Senatores, populi tamẽ honoribus sint vsi, & propterea in Senatum venerint, & sentẽtiæ ius habuerint, & quia in postremis habebantur, non rogati fuerint sententiam, sed in alienam iuerint sententiam. Festus tamẽ priori etymo assensum præbens intelligit *pedarium Senatorem*, qui tacitus trãseundo ad eum, cuius sententiam probet, quid sentiat, iudicet.

Pedica à pede deriuatum vocabulum. Eſt enim vinculum, quo vincinntur & conſtringuntur pedes, vt manica, qua manus, *iuxta Nonium.*

Pegaſianum Senatuſconſultum factum (vnde & illi nomen) *Pegaſo* & *Puſione Coſſ.* quo hęredes rogati hę reditatem reſtituere, perinde quartam partem retinere poterant, atque ex lege Falcidia. Huius vim totam in Trebellianum eſſe transfuſam, apparet ex *leg. 2. §. ſolum. Codic. de vet. iur. enucl.*

Pegaſus equus alatus & prognatus ex ſanguine Meduſæ, cui Perſeum caput abſtuliſſe legimus apud Poëtas, nomen tuliſſe fertur ἀπὸ τῆς πηγῆς, id eſt, *fonte Hippocrene* (Caballinum fontem appellat Perſius) quem ille forte conſiſtens iu monte Helicone, cum eo veheretur & vteretur Bellerophon ad conficiendum Chimeram, vngula excitauerit ſua: Vel quod ſit genitus παρὰ τὰς πηγὰς, *apud fontes*, quippe Oceani, *vt in Theogonia ſcripſit Ouidius.* Neptuni & Meduſæ Gorgonis hunc filium fuiſſe ſcribit Aratus. Sunt qui nauem per eum intelligant ἀπὸ τοῦ πήγνυσθαι, id eſt, *compingendo* dictam, qua vectus fuerit Bellerophon, qui *Chimæram Lyciorum ducem* crudelem, admodum hac inſecutus tandem ſuſtulit è medio, cùm diu piraticam exercuiſſet. Plinius ait *equos pennatos & cornibus armatos pegaſos vocari*, de quibus videntur intelligenda quoque hęc Ciceronis verba pro Quintio: *O hominem fortunatum, qui eiuſmodi nuncios ſeu pegaſos habeat.* Ad extremum omnino ſciendum, è fonte eo, quem vngula ſua excitaſſe Pegaſum fabulantur, quemque proprie appellatum κρήνην annotat interpres Arati, dictas fuiſſe Muſas Pegaſides, *ſicut Feſtus affirmat.*

Pegma moles, cui imponitur, vel potius infigitur coloſſus aut ſtatua, deſcendit à verbo πήγω vel πηγνύω, quod *compingere* vel *infigere* ſignificat,

Pelagiani appellationem habent à Pelagio monacho. Hi ſine diuina gratia hominem credebant facere & præſtare poſſe omnia diuina mandata, quo pacto abolebant planè gratuitam Dei miſericordiam, nimium freti ſuis operibus: Id quod ab Ethnicis potiſſimùm Philoſophis traxiſſe videntur, qui docent, hominem ἀντεξουσίως bonũ eſſe poſſe aut malum. Sparſerũt & alios errores, quippe Adami peccatum ipſi ſoli nocuiſſe: bonum eſſe, hoc eſt, rem bonam concupiſcentiam illam, quæ nobis ineſt natura, omneſque homines etiamnunc poſt peccatum li brum habere arbitriũ. Sed de illis conſuelendus Auguſtinus.

Pelagus mare profundum per antiphraſin eſt dictum à πέλας *propè*, & γῆς *terra*, qua *prope terram* ſit. Alii etymon deducunt à τῆλε τῆς γῆς, *quod ſit procul à terra.*

Pelamys, cuius inprimis admirabilis copia eſt in Propontide & Boſphoro Thracio, *teſtibus Gyllio & Bellono*, nomen inuenit à luto, quod Gręcis eſt πηλὸς, in quo ille plurimùm moratur. *ſicuti Feſtus affirmat.* Hinc & *limoſus* audit. Tradunt auctores primum hoc genus piſcis dici *Cordillam*, cùm autumno redeuntes in mare fœtas comitantur: Pelamydem vero, cùm verno tempore traiicit è mari in pontum Euxinum, vbi etiam Plinius teſtatur *libr. 9.* omne genus piſcium adoleſcere præcipua celeritate. In cauſſa creditur eſſe amnium multitudo, qui dulces inferunt aquas. Piſces enim, qui etiam alia incolunt maria, non aqua ſalſa, ſed dulci potiſſimũ ali à Theophraſto, Ariſtotele & Æliano proditum inuenio.

Pelaſgi ab Arcadibus oriundi, *vt docet Strabo*, & per vniuerſam Græciam celebres, quique, *vt Herodotus ſcribit*, habitauerunt permixti Athenienſibus, dicti videntur quibuſdam quaſi πέλαργοι, *quòd ritu & more ciconiarum vagati ſint.* Vnde Euſtath. Il. β. φῦλα πελασγῶν, μέγα δὲ ἔθνος, inquit, οἱ πελασγοὶ κατὰ τὸν γεωγράφον. πλανῆται δὲ ἦσαν

καὶ σποράδες πανταχοῦ τῆς γῆς, πολύπλανον γὰρ ἔθνος, καὶ ἕτοιμον εἰς ἀπανάστασιν. Peucerus existimat Hebræam esse originem, vocémque deriuatam à פלח *Palah, dirupit, auulsit*, vt gentem significet coloniarum deductionibus auulsam à reliquis, & hinc inde dispersam ac riuulorum instar distributam. Quo prorsus idem significet Pelasgus, quod ἄποικος *colonus*. Vel denique deductum id nomē ἀπὸ τοῦ πέλας ἄγεσθαι, *quod prope feratur & adducatur*: Dionysius nominat eos Dodonęorum cognatos. Quò spectat, quod Strabo Epiroticas gentes Pelasgicas vocatas scribit. In quam sententiam citat illud Homeri Iliad. π. ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε πελασγικέ. Alibi Dodonęum oraculum conditum asserit ab his Pelasgis. Quin Pelasgi oriundi censentur à Dodanim filio Iauan, à quo retinuere nomen vrbs & regio Dodona, vt mirum non sit cum illis gentibus confundi. Quid? An his solum immixti? Imò Pelasgiæ nomē tributum Achaiæ, Pelasgorum Achæis. *teste Herodoto in Polymnia*: Arcadiā quoque hoc nomine vocatam testatur Plinius. Æoliæ incolas dictos Pelasgos idē tradit Herodotus. Delon quondam non tantùm Asteriam, sed etiam Pelasgiam dictam iterum confirmat Plinius. Vniuersis Græciæ habitatoribus Pelasgorū nomen olim indultum quis nescit, modo à limine salutauerit Homerum & veteres scriptores alios? De Lesbo, Magnesia, Issa, Peloponneso, Thessalia quid dicam? Nonne à Thessalis omnes quondā tulerunt nomen? Quod autem deductæ per colonias gentis in varias regiones manifestius signum? Atque hac ergo ratione etymo nostro aliquid confirmationis accedit. Ad extremum notandum ex Varrone, Pelasgos olim, vbi post lōgos errores in Italiam venissent, homines Diti & Saturno sacrificasse, idque monitu huius oraculi: καὶ κεφαλὰς Ἅιδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα. At victimas humanas repurgator terrarum Hercules in oscilla mutauit.

Pelasgia. Nomine eo variæ regiones sunt appellatæ, *vt ex precedentibus apparet*, deducta appellatione à Pelasgis. Přæter ea verò, quæ dicta sunt, inuenimus & Thusciæ nomen id fuisse antiquitus, Peloponnesi etiam, teste Peucero.

Pellex, à pellicio, quod est blandiendo decipio, vel (*vt Festus*) in fraudem induco, virum enim blandimentis abducit ab vxoris amore. Ita nonnullis: t tū non absurde à pellendo quoque deducatur, quòd legitimam coniugem thoro pellat.* Hebr. פילגש *Pilégesch*, propriè ancilla viro in cōcubitum absque scripto, subarrhatione, & legitimis cæremoniis addicta: vnde proles ex tali nata coniugio non succedit patri in hæreditatem, sed muneribus dotari potest. Est enim compositum ex פלג *Palagh* diuisit, & איש *Isch*, vir: quòd videlicet concubina diuidat maritum ab vxore, diuisa etiam sit ab vtroque: nec proles eius quicquā de familię facultatibus, pręter donatiuū quid ex cōsuetudine auferat & obtineat. Hinc πάλλαξ, παλλακὴ, παλλακίς, & Lat. pellex. Quia autem non licet marito, duas vxores simul habere, quocumq; nomine illegitimam retinere velit, factum est, idque iure diuino & naturali, vt nomē pellex, de scortis & illegitimis vxoribus accipiatur. Alludere videtur Clytemnestra apud Senecam sub finem Agamemnonis, cùm Cassandram post interfectum Agamemnonem etiam è medio vult tolli. Ait: *At ista pœnas capite persoluit suo captiua cōiux, Regię pellex thori*. Gellius vult *lib. 4. cap. 3.* deriuari ἀπὸ τῆς παλλακῆς, *vt & Caius titul. de verbor. significat.* quamquam sint, qui Pallacē eam esse dicant, quæ cum cœlibe consueuit: Pellicem eam, quæ cum eo, qui habet vxorem. Etymologicum magnū interpretatur παλλακίδα *puellam*. Παλλακὶς, inquit, ἡ παῖς. In istud genus mulierum pœna constituta legitur Numæ Pompilij lege, quæ erat talis: *Pellex aram Iunonis ne tangito. Si tanget, Iunoni crinibus demissis, agnum fœminam cædito*. Iacobus

Ræuardus interpretatur priora quinq; legis verba ita, vt iis vetetur, ne pellex viro vxorem habenti nubat, & cædere illi, idem quod mactare.

Pellicanus, auis Ægyptiaca, inde Isidoro nomen accessere videtur, quòd agat in Nili fluminis solitudine: Nam *Canopus* dicitur Ægyptus. Quo in etymo nescio, quo pacto ritè quis illi astipuletur, cùm Canopus Aegypti vrbs sit Ptolemæo ad Heracleoticum Nili ostium, quod ab hac vrbe Canopicum nominat Mela. Rectius tamen scribitur Pelecanus, cùm Græcis dicatur πελεκάς. Huius pictura significasse Ægyptios ἄνουν καὶ ἄφρονα, id est, *amentem & imprudentem*, scribit Orus Apollo. Cùm enim possit de more ceterarum auiũ reponere oua in locis editioribus, non facit id tamen. Quin potius terra defossa pullos collocat illic. Quod vbi deprehenderunt homines, locum istum arido bouis stercore circumlinunt: cui & ignem subiiciũt. Pelecanus autem conspecto fumo dum pennis ignem exstinguere vult, econtrario earum agitatione accendit. Quo cũ alæ conflagrent, facilè capitur ab aucupibus. Vt quidẽ singularis in filios pietas appareat, quã verus Pelecanus Christus pro genere humano mortem oppetens euidentissimè declarauit. Dicitur eadem auis rostri percussu interficere pullos, inde per triduum grauiter lugere, denique præ pœnitentia vulnerare se ipsam, suumque sanguinem super filios effundere, quo illi perfusi reuiuiscunt. Tale Symbolum Alphonsus Hispaniæ Rex præ se tulit & vsurpauit, addito picturæ hoc Epigrammate: *Pro lege & pro grege*, significans Principem omnia pericula subire debere ornandæ religionis caussa, & pro populi salute, sicut & alij animaduertunt.

Pellonia, Dea vim & potestatem ad hostes pellẽdos habere credebatur. Meminerũt huius Arnobius & Augustinus.

Peloponnesus, peninsula inter Ionium & Aegæum mare, cuius vmbilicum fere Arcades habitare solebant, πελοπόννησος Ptolemæo, olim etiam Ἀπία dicta, καὶ πελασγία *Apollodoro & Plinio testibus*, Eustathio ἄργος, Stephano ἰναχία, *Morea* Turcis, à Pelopidis nomen deflectit, vel potius à Pelope, quasi τὴν τοῦ πέλοπος νῆσον, id est, Insulam Pelopis dixeris. Stephani verba pertinẽtia ad etymon sunt hæc: πελοπόννησος τρεῖς ἐπωνυμίας ἔχει· ἐπὶ μὲν γὰρ ἄπιος τοῦ φορωνέως ἐκαλεῖτο ἀπία, ἐπὶ δὲ πελασγοῦ πελασγία, ἐπὶ δὲ τῶν πελοπιδῶν πελοπόννησος. Eustathius à Pelope deducit Iliad. β. sed fabulosè, hoc modo: ἀπὸ δὲ πέλοπος ὕστερον ὠνομάσθη πελοπόννησος, ὅν ἡ ἥρα ἐπιστῆσαι λέγεται φύλακα τῆς ἰοῦς. Mela diuidit peninsulam hanc, Platani folio similem ob angulares recessus, neque vlli terræ nobilitate postferendam, in sex regiones, *Argolin, Laconicen, Messeniam, Achaiam, Elidem, & Arcadiam:* Quarum singulæ eximias olim habuere gentes & oppida præclara, vt ad Isthmũ celeberrimam vrbem Corinthum, quã Græciæ totius lumen appellauit Cicero pro Pompeio. Habuit & illa arcem Acrocorinthum nomine, & in ea fontem Pyrenen diuersa duo maria prospectantem. Exstat vetustum iuxta ac venustum de ea adagium οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς, id est, *vt Flaccus reddit*, non cuiuis homini contingit adire Corinthum, Sed alias de ea plura.

Pelorus Siciliæ promontorium Italiam obtuens, cui subiecta Charybdis, & ex aduerso Scylla, propior litori Italico, nomen accepisse dicitur a Peloro nauis Annibalis gubernatore illic sepulto, distatq; à Messana septem milliarium spatio. Sunt & alia duo eiusdem regionis promontoria, Pachynus austrum spectans, & Lilybæum Solis occasum. De his tribus canit Ouidius Metamorphoseon 3. hoc modo.

...Tribus hæc excurrit in æquora linguis.
E quibus imbriferos versa est Pachynos ad austros,
Mollibus expositum Zephyris Lilybæon, ab arctos
Æquoris

Æquoris expertes spectat Boreamq; Peloros.

Pelus iuxta [illegible]onium sinus aquarius, in quo varia perluuntur, vnde & illi nomen. Laberius Virgine: *Amore cecidi, tanquam blatta in pelum.*

Pelusium πηλούσιον, Ptolemęo vrbs Aegypti. *Æriopolis* olim dicta iuxta Sabellicum ab Aelio principe, qui eam triplici muro cinxerat, vel ab Aelio Pertinace iuxta *Platinam*, clauis Aegypti Suidę. in sacris literis *Lebna* & *Sin*, *teste Aria Montano*, primum hoc nomē suum tulisse dicitur à Pelio Achillis patre, qui eam condidit. Et ab hac vrbe vnum ex septem Nili ostiis *Pelusiacum* dictum, extremum omnium cū Canopico, cui vicina est Alexandria. Vltra Pelusium, quam vrbem hodie *Damiatam* vocant, mōs est Casius, iuxta quem trucidatus, & in quo sepultus tandem Pompeius, *iuxta Strabonē & Plinium*. Cyllius tamē euincere conatur veterum Damiatam non esse Pelusium, sed Tymiatin, cuius Stephanus mentionem fecit.

Penates, quorum nomine omnes eos Deos intelligit Seruius, qui domi colūtur; quasi penes nos nati, vel etiam, quasi *penites* videntur dicti nonnullis, quòd *penitissimi Dy sint & proprij*, inque ædib. & penetralibus colantur, quæ Festus scribit, *Penatum esse sacraria*. Cicero deriuat à penu. *2. de Natura Deorum*, eoque alludere videtur Maro Aeneid. 1. his verbis:

Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo
Cura penū struere, & flāmis adolere penates.

Ceterū hæc etyma duo priuatos Penates, seu Deos penetrales, *vt eos nominat Catullus*, respiciunt, non cœli, terræ, regnorum, ac vrbium Penates, quos post Liuium animaduertit & agnoscit Martianus Capella. Inter illos Pallada summum ætheris cacumen dixerunt veteres, medium Iouem, infimum cum terra Iunonem. Atque his potissimùm conuenit etymon eorum, qui dictos penates volunt, quòd penitus per eos spiremus, per eosdem habeamus corpus animique rationemq; possideamus, *vt & apud Macrobium legas*. Sed hîc rursus aliqui Palladem reiiciunt, quod præcipuū sit munus Iouis atque Iunonis iuuare mortales, vnde vtrique nomen. Troianorum penates detulisse creditur secū Aeneas ex Troia in Italiā, & collocasse Lauinij. Inde traduxit Ascanius in suā Albā. Verum sequente nocte, nullo interim ferente, redierunt Lauinium quo ille miraculo motus sexcentos eo curatores misit, qui sacra custodirent & illis antistitē præfecit nomine Egestu. Denique eos in vrbis & imperij custodes admiserunt Romani, & n[illegible]er vim dolúmue auferri possent, posuerunt eos in subterraneo specu, tēplo ibi dicato, in quo id præcipuè religionis obseruabatur, ne quis exspueret. Sed qui nā hi Troianorum Penates fuerint ex incendio Troiano in Italiā allati ab Aenea, cuius propterea comites nominat Ouidius ad finem Metamorphoseon, in cōtrouersia positū inuenio. Nōnulli quippe Neptunum & Apollinem fuisse existimāt, quòd exstruxerint muros Troianos, quorum opinionem secuti, non solum Labeo & Nigidius, quod in Apolline calor ariditásque, in Neptuno humor & frigus principia compositionis nostræ intelligantur, sed etiam Maro eo in loco:

Sic fatus, meritos aris mactauit honores,
Taurum Neptuno, taurū tibi pulcer Apollo.

Alij verò intelligunt Vestam: Vnde illud eiusdem Poëtæ:

Sic ait, & manibus vittas Vestāque potētem,
Aeternūque adytis effert penetralibus ignem.

Etsi Ludouicus Viues arbitretur nō fuisse Vestam, ex Deorum Penatum numero, verùm additum his focum. In quo etsi nolim cum ipso pugnare, tamē sententiam eorum haud planè improbarim, qui Vestam penatibus addunt, cum nūquā sacra fieri sint solita penatibus absq; Vesta. Et Sinon apud Virgilium, vbi se Penatum offensam vereri simulat, si patriæ

triæ ſecreta hoſtibus prodat, cuius cura illis erat commiſſa: *Vos æterni ignes, & non violabile veſtrum Teſtor numen*, ait. Dionyſius Halicarnaſſæus refert *libr. 1.* ſe vidiſſe Romæ in obſcuro & humili loco Troianorum Deorum ſimulacra cum hac inſcriptione, *Denates*: quo vocabulo ille *Penates* intelligit, quod veriſimile ſit veteres ante inuentam *P.* pro ea *D.* literam vſurpaſſe. Eos autẽ duos haſtatos, vel potius pila tenentes iuuẽnes fuiſſe ſedentium habitu expreſſos, & opere admodum antiquo. Idem Viues Caſtorem & Pollucẽ interpretatur, ſed dubia planè fide. Manet itaque incertum, quales fuerint Troianorum penates, etſi maxima bonorum auctorum pars in priorem ſententiam deſcendat, & de Veſta minimè forte ſit dubitandũ. Quo pacto porro vocentur Græcè, non ſatis conſtat, cum alii πατρώους nominẽt (*patrios* dicit Hygin⁹) alii γενεθλίους, κτησίους, μειλιχίους, ἑρκάους ἐφεστίους. Ex Macrobio eos θεοὺς μεγάλους, θεοὺς χρηστοὺς, καὶ θεοὺς δυνατοὺς dictos didicimus. Et eò ſpectat illud Maronianum: *Cum ſociis, natoque, Penatibus & Magnis Diis*, vbi eruditiores particulam *&* expoſitionis gratia poſitam volunt. Atque hæc de penatibus.

Penis, à pendẽdo nomen accepit. Caudam enim hoc nomine appellabant veteres, *Auctore Feſto*. Verba eius ſunt: *Penem caudam vocabant.* Vnde & offam porcinam cum cauda, *offam penitam* dicebant. Hinc & *peniculos* dicimus quibus calciamenta terguntur. qui de caudarũ extremitate fiunt.

Pentheus, Echionis & Agaues filius, qui propter contemtum Bacchi, cùm eius ſacra in Cytherone ſpectaret, à matre cæteriſque Bacchidibus aprum eum eſſe putantibus dilaceratus fuit, ἀπὸ τοῦ πένθεος, id eſt, *luctu* arceſſit nomen. Fabula refertur ab Euripide *in Bacchis*, Æſchylo in *Pentheo*. Ouidio 3. Metamorphoſ. vbi inter alia inquit:

Prima ſuum miſſo violauit Penthea thyrſo
Mater, & ô geminæ clamauit adeſte ſorores.

Ab his tamẽ diuerſus Porphyrio *2. Odarum* Horatij, vbi eum fulmine tactum periiſſe ſcribit, non ob Orgiorum contemtum, ſed quòd Liberum patrem in cuſtodia clauſum teneret. Locus ille (*vt ad priorem ſentẽtiam redeã*) vbi diſcerptus fuiſſe creditur, *Scolus* dicebatur, eratque pagus triſtis, aſper & incultus ſub Citherone, in ora Aſopiæ. Vnde Prouerbium: *Ad Scolum ipſemet non eas, nec alium comiteris*, quoties ſignificare volumus abſtinẽdum eſſe à conuictu cuiuſpiam, aut à loco, vbi nihil ſperandum ſit, quod vel ad voluptatem faciat, vel ad emolumentum quoque, at potius aduerſa & mala omnia.

Percontor à conte deflexum, & conſequenter παρὰ τὸ κεντεῖν, id eſt, pungendo vel ſtimulando.

Perduellis idem veteribus, qui nobis hoſtis, *teſte Caio, de verb ſignificat*, præter Caium Varrone *6. de lingua latina*, vbi ſcribit reum perduellionis dici, qui ſe quoquo modo in Rempublic. hoſtili eſſe animo declaraſſet, nominis originem refert ad duellum olim tantundem ſignificans, ac nobis bellum. Spectant huc ea Ciceronis *Offic. 1.* Equidem illud etiã animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur. Feſtus dicit perduellem dici eum, qui pertinaciter bellum retineat. At melior altera ſententia. Eſt itaque perduellis publicus hoſtis, qui arma aduerſus rempublic. principemue mouet, & erga eum eſt hoſtiliter affectus, *leg. fin. ff. ad leg. Iul. Maieſtat.* Tractat hoc crimen Vlpianus, *leg. is, qui ff. eod.* Vide *& leg. liberorum, ff. de his qui not. infam.* Iudicatum etiam de eo inuenio Comitiis centuriatis. Scribit enim Valerius Maximus *libro 6. capit. 5.* M. Pompilium Tribun. pleb. Tiberio Graccho, & C. Claudio cenſoribus, cùm ob nimis ſeuerè geſtam cẽſuram maiorem partem ciuitatis exaſperaſſent, diẽ perduellionis ad populum dixiſſe, quo in iudicio primæ claſſis permultæ centuriæ

turiæ Cl. udium aperrè dam [illegible]rũt. Docet & Cicero pro Sestio & alibi, *sancitũ est duodecim tabul. legibus, ne de capite ciuis, nisi comitiis centuriatis rogaretur.* Quin idem manifestum ex Liuio de iudicio M. Manlii Capitolini loquente Nomen autem perduellionis & crimen & pœnam significat: *Si crimen, quod erat grauissimum inter crimina, imminutæ maiestatis; Si pœnã, quæ erat acerbissima, mortis, vt in P. Horatio & C. Rabirio, quibus crux: In Sp. Cassio & M. Manlio, quibus saxum erat præpositum.* Maiestatem porro in hoc crimine non accipere tantummodo debemus principis aut regis, sed etiam populi Romani, *sicut Cicero doc. 1 libro de Inuentione 2.* Ipsam verò nihil aliud esse, quàm amplitudinem ciuitatis & dignitatẽ, nemo nescit, opinor. Quare quicunq; maiestatem imminuit, is detrahit aliquid eius amplitudini potestati vel dignitati.

* *Perfectus* propriè opponitur imperfecto. id est, inchoato, sed nondũ ad finẽ perducto. affectũ Latini vocant. Proinde illud dicitur esse perfectũ; quod semel inchoatũ & affectũ, tãdẽ absolutũ, & ad finem perductũ est. Cæli & terra postquã vltimũ cõplementũ accepissẽt, dicũtur a Mose perfecti, Genes. 2. 1. Eadẽ est significatio vocis Græcę τέλειος dicitur enim τέλειον, quod πρὸς τὸ τέλος i. ad finem, perductum est. Hac significatione Deus nõ dicitur perfectus, cùm nunquam cœperit fieri. Aliquãdo *perfectum* dicitur id, cui nihil ad suæ naturæ complemenrum & perfectionem deest: etiam si hoc nunquam fuerit inchoatum atque affectum: veluti fuit [illegible] de qua simul ac Deus dixit, *Fiat lux* [illegible] creata fuit perfecta: ita vt [illegible] ei quidquam defuerit, quod ad naturæ suæ perfectionem pertineret. Tam[illegible] igitur Deus non fuerit factus, ac proinde [illegible] propriè illi conueniat hæc vox perfecti, eo sensu accepta; quia tamen illud dicitur perfectum cui nihil deest, & quod maximè est actum, vt vocant. Deo verò nihil deest. & is actus est purus. idcirco, ad rem ipsam quod attinet dicunt Theologiæ professores Perfecti nomen, maximè & verissimè competere in Deum. Hebræa vox *Chelil*, quæ ab vniuersitate deducitur, à radice *Chul* procedit, vnde verbum *Chalal*, & nomen *Chelila*, perfectio; magis quadrat in Deũ, quàm Latina perfectus, aut Græca, τέλειος. voce enim Hebræa significatur id in quo vniuersa sunt bona, ac proinde in quo nihil desideratur eorum, quæ ad eius naturam & perfectionem pertinẽt. Huc facit & alia vox Hebræa, *Tamir*, i. perfectus sincerus, & sine vllo defectu, cui opponitur per inuersionem literarũ quarundã, is qui μάταιος, vanus futilis Gallis *mat* appellatur. Græcis dicitur Αὐτάρκης propriè, qui ita seipso, sua sorte, & iis quæ habet contentus est, vt non solum nihil præterea ipse desideret (sic enim omnes pii sunt αὐτάρκεις) sed etiam vt nihil in eo possit desiderari; quippe cui omnium bonorum copia suppetat. Αὐτάρκεια enim perfectionem omnẽ amplectitur, omnémque prorsus indigentiam & imperfectum statum excludit. Talis autem est solus Deus. Vnde & Aristoteles τῷ αὐταρκεία attribuit εὐδαιμονίαν: summam scilicet perfectámque felicitatem. At Deus solus verè beatus est; eóque solus etiam verè αὐτάρκης & perfectus. Pii omnes, qui in volũtate Dei acquiescunt, sunt αὐτάρκεις & perfecti, nempe sua sorte ita contenti, vt nihil præterea desiderent. Interim tamen multa desiderare possunt. sicut etiam non pauca in eis meritò desiderantur. Ideo nemo perfectè & propriè αὐτάρκης est & perfectus, nisi Deus, qui etiam solus ab Hebræis *Schadai* vocatur, id est, qui sibi & aliis plenè pleréque sufficit, propter summam bonorum, quæ in ipso est, copiam & perfectionem. Nam ita sibi & aliis omnibus ita sufficit, adeoque perfectus est, vt & ad suam beati-

tudinem nulla re opus habeat extra se posita, & aliis omnibus de suarum perfectionum & bonorum copia abunde suppeditet.

Peremalafulgura Gracchus ait vocari, *auctore Festo*, quæ superiora fulgura, portenta vi sua perimát duobus modis, prioribus tollendis, aut maiore manubia, vt tertia secundæ, secunda primæ cedat.

Pergamena, cui inscribi solet, mébrana tandem vsu Latinis recepta, à Pergamo vrbe vocis originem habet. Cœperunt enim ea primum, cum Eumenes amplificandæ Pergamenæ bibliothecæ incúberet & Ptolemæus Aegypti inuidia nescio an odio chartas supprimeret. Habuisse eá accepimus voluminú millia ducenta, quam totam tandem donauit Antonius Cleopatræ & Alexandriam transtulit, *vt narrat Plutarchus*.

Peripatetici ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν, id est, *ambulando sunt* dicti: Eo enim corporis gestu disputare solebant. Vel ab Aristotele, quem cum in Lycæo περίπατον elegisset, illic deambulando philosophari solitum cum suis discipulis prodiderunt, & proinde dictum *peripateticum*.

* *Peripatus* περίπατος, Lycei locus ἐγκύκλιος, vt ab Aristotele sæpenumero appellatur, in quo ambulantes solebant agere de rebus Philosophicis Peripatetici. Hæc enim ambulatio à rotunda ipsius forma dicta est illis περίπατος, aut etiam κύκλος, & ἐγκύκλιοι nimirum τόποι. Latini circum vel circulum dicunt.

Peritonæum membrana, quæ græcis περιτόναιον, περιτόνιον, & περιτόναιος ὑμὴν & χιτὼν à substantia dicitur, quasi περιτεταμένον *obductum & circumtensum omnibus partibus* infimi ventris, à τείνω, quod nobis est *tendo*, nomen inuenit. dicitur περιτόναιον σκέπασμα ab vsu, *inuolucrum circumtensum*. Nullis id fibris intertextum, sicut arteriarum, & venarum tunicæ, sua quoque amplitudine reliquas omnes membranas vincens. Oritur idem ex ligamentis, quæ *vertebras lumborum* connectunt, & os sacrum ossibus ilium committunt, sensim eo magis gracilescens, quo longius abscedit à suo principio. Instar oui quoque oblongi totum infimum ventrem à Diaphragmate & costis mendosis ad ossa vsque ilium, coccygis & pubis succingit. Extrinsecus est hirtum & asperum, vt musculis facilius adhæreat, intus vero lene & glabrum supra verò & infra multis foraminibus peruium, solidum fere in media. Arabes nominát communi nomine *membranarú Ziphac*, peculiari *chamel*.

Perna, à pede nomen mutuatur vel à Græco πτέρνη.

Perperam, ἐπίρρημα, malè aut stultè significans, deriuatur à perperis, id est, stultis antiquo vocabulo. Accius: Describere cú miror perperos populares. * Hebr. פרר *Parar*, labefactauit, irritum fecit: & in 2. coniugatione פרפר *Pirper*, perperam reddidit, fregit, attriuit. Hinc πέρπερος temerarius, περπερεύω perperam ago, Lat. perpero, perperam.

Persepolis περσέπολις Ptolemæo, vrbs autem Persidis, quam demoliri iussit Alexander temeto plenus, quibusdam videtur dicta, sed falsò, à Perseo conditore, aliis & quidem rectius, quasi ἡ τῶν περσῶν πόλις, Strabo qui eius meminit *libro 15*. regiam eius combustam scri bit ab Alexandro in vltionem Græcorum quorum illi sacra & vrbes ferro vastauerant, sitamque fuisse cóstat ad fluuiú Araxen. In libris Maccabæorú dicitur Elymais, idque vocabulum redditum à Græcis & expressum voce *Persepolis* existimat Reinerus Reineckius, quod Elemitarum pars ferantur Persæ. Ait enim Iosephus: *Elymi ab Elyma orti & nominati condidere Persas.*

Persis vel Persia Asiæ regio, post Carmaniam versus septentrionem sita, fertilis iam & culta, regno quondam, potentissimo nobilitata, quippe eo in

Syriam,

Syriā, Ægyptum, Æthiopiam, Asiam, Pontum, Armeniam, imò ad Indiam vsque propagato, perculsa etiam Europa, iam verò Sophis regibus subiecta, iuxta Eratosthenem octo millium stadiorum longitudinem habens, & pro partiū diuersitate triplici natura ac aeris temperie prædita, *auctore Strabone*, videtur à Perseo tulisse nomē, sicut & incolæ affirmante Eustathio Iliad. I. cum inquit, περσεὺς παρονομάζει τοὺς πέρσας, à Perseo dicti sunt Persæ. Sed & illud etymō à Curtio approbatū inuenio. Octodecim prouinciis eā definiuit Ammianus. Incolas eius recenset Strabo prꝫter Patischores Achæmenidas, Magnos, Cyrtios, Maraos, Chorsoros, nominatos eos olim testantur Solinus & Plinius. A Græcis quoq; sunt dicti κηφῆνες, à se ipsis ἀρταῖοι, *vt Herodotus libro 7. docet*, ἀχαιμένιοι à Persidis regione Achæmenia, *secundum Stephanum*. Suidas & Cedrenus nominát μαρδοχαῖς. Vrbs enim regionis fuit Cyropolis, vbi Episcopū egit Theodoretus. *Historiæ Ecclesiasticæ* scriptor, & fidei Christianæ *aduersus gētes* propugnator acerrimus. Fuit & in Perside ab Antiocho condita Laodicea, & Passagarda Magorū castellū, in quo Cyri sepulchrum exstitit Plinio. Porro à Persia sinus Persicus est dictus, & Persicū malū, etsi alii à Perseo deriuēt, qui primus omniū arborē istā plātauerit in Aegypto. Galenus sane restatur, *7. de simpl. medicam.* κατὰ τόπους, nullibi eā arborē à se visam præterquā in Alexandria. Persicum portum cùm dixit Plautus, videtur Festo significare Euboicum, quòd ibi non procul à Thebis steterit dicatur Persarum classis.

* *Pertinax*, pertenax, valde tenax, a pertinendo, vel pertenēdo plerunq; in malā partē sumitur, quanquam in simplici laudetur. Nā Horatius Iustū & tenacem propositi virū cōmendat Plautus, *Quid ais: tenáxne eius pater?* Ph. *Imo est pertinax.* Pulchrè quid inter pertinaciam esset & pertinaciā docet Attius poëta in Myrmidonibus, elegātissimis versibus, quorū acumen meruit, vt hîc ascriberētur.

Tu pertinaciam esse, Antioche, hanc prædicas:
Ego peruicaciam aio, & me hac vti volo.
Nam peruicacem dici me esse, & vincere
Perfectè patior: pertinacem nihil moror.
Hæc fortes sequitur: illam indocti possident.
Tu addis quod vitio est, demis quod probro datur.

Hæc eruditiss. Scaliger coniectan. in Varr. חזק *haz* pertinax, obfirmatus; sed media vox est, vt quæ etiā in bonā partē sumatur, à verbo חזק *hazaz*, Obfirmauit, corroborauit, fortis fuit, obfirmatus est. קשר *Kascher*, pertinax difficilis, durus, à קשה *Kascha*, difficilis & inuolutus fuit ac durus. Cognationem habet cū קשח *Kaschach* crudelis fuit, vt solēt esse pertinaces. Hinc σκληρὸς durus. Græcas voces quæ pertinacem indicant, lubens omitto, quippe quæ rei potius quam nominis vim amplectantur.

Petoritum vehiculum Gallicum, noménque eius dictum existimant à quatuor rotarum numero: Alii *Osce*, quod Osci, petora quatuor vocent.

Petra, quòd pedibus teratur, nonnullis. Falsa notatio Goclenio, quòd vis & nomen non apte conueniant rei. Festus tradit duo esse petrarum genera, quorū alterum naturale sit saxum prominens in mare, alterum manu factum *vt docet Ælius Gallus*.

Petrus. Ascribam hoc loco verba Isidori, prout se habent. Petrus à Petra nomen accepit, hoc est, à Christo super quem fundata est Ecclesia. Non enim a Petro Petra sed Petrus à Petra nomē sortitus est, sicut non Christus à Christiano, sed Christianus à Christo. Ideoque ait Dominus. *Tu es Petrus, & super hanc Petram, & cætera*: Quia dixerat: *Tu es Christus filius Dei viui*. ait inde Dominus: *Super hanc Petram, quam confessus es, ædificabo ecclesiam meam*: Petra enim erat Christus, supra quod fundamentum etiam ipse ædificatus est Petrus. Hinc &

κόσμον τῆς περικεφαλαίας, παρὰ τὸ φαίνω φῶς φάος, ὄνομα φαλὸς καὶ φάλος, διὰ τὸ λαμπρότατον. Et paulò post monet φάλαρα nominari τοὺς προμετωπιδίους, ἀσπιδίσκους, τὴν κίνησιν τὴν κατὰ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων, καὶ τὰ τῶν γνάθων σκεπάσματα. Iam autem ἀπὸ τοῦ φάλου φάλος καὶ φάλαρον. Vt rectè quoque Virgilius canat, *primus equum phaleris insignem victor habeto*. Iuuenalis, *vt Phaleris gauderet equus*. Et Apuleius Apolog. *1. Peram & baculum tu Philosophis exprobrares. Igitur & equitibus Phaleras, & peditibus clypeos, & signiferis vexilla.* Valerius lib. 9. cap. de ira & odio. *Offensi annulos aureos sibimet ipsis & phaleras equis suis detrahi abiecerunt.* Quippe indignè ferebāt Cn. Flauium humilimę sortis hominem præturam adeptum, cuius rei & Liuius *libro septimo* meminit. Haud mirum ergo inter militaria dona eas numerari à Plinio. A phaleris porro *Phalerata* dicuntur *verba*, id est, ornata, vt apud Terentium exponit Donatus.

Phalereus dictus Demetrius, præclaræ Alexandrinæ bibliothecæ præfectus, Græcè φαλήρευς, ἀπὸ φαλήρου Atticæ portu. Huic ab Athenensium populo trecentas statuas fuisse decretas scribit Æmilius Probus. Cicero in medio dicendi genere eum omnibus præfert, *vt & Quintilianus reperit lib. 10.* Laertius cū Philosophis annumerat, dicitque *honoratum æreis statuis trecentis & sexaginta*, quæ tamen postea (vt est bellua multorum capitum populus, non modò ingratus, sed etiam quouis Euripo mutabilior) partim ærugine ex industria fœdatæ, partim venditæ, submersæ, & in frustra concisæ. Theophrasti fuit auditor, de quo [illegible] loco plura.

Pharao. Voce illa regem significabat Aegyptus, [illegible] eoque nomine omnes illos propterea appellatos qui numero trecēti, & triginta post Mineum, Memphis conditorem, longa serie regnarūt in Ægypto, cum regium attigissent culmen, idem existimat, etsi primum aliis appellarentur nominibus. Itaque suppressa sunt eorum nomina ab Herodoto, Aegyptiacæ antiquitatis diligentissimo scriptore, quod absurdum sit arbitratus vnum nomen referre perpetuo. Sic Alexandriæ reges, etsi ab infantia alia ferrent nomina, tamē rerum potiti dicti sunt Ptolemæi, Athenienfiu reges Cecropidæ, Romanoru Imperatores Cęsares. Hebr. פרעה *Pharho*, a verbo פרע *Parha* liber factus est, feriatus est, liberè & ociosè vixit. Alij existimant vocem esse Aegyptiam, sed quæ in libris Mosis & Prophetarū frequenter occurrit. Etymon Græcum sequimur quod ad Barones randē peruenisse nonnulli scribunt. Hodie liber *Baro* in Germania & alibi nominatur: Regulus nempe priuilegiatus, & iure communi exemptus.

Pharetra. Nomen hoc Suidas deducit παρὰ τὸ φέρω, τοῦτ' ἐστὶ περιβόλαιον, id est, *operimentum & munimentum*, & hoc ἀπὸ τοῦ φέρεσθαι gestando.

Pharisæi dicti videntur quibusdam à פרש *discidit, diuisit*, quasi *separatos* dixeris, vt ex Capnione obseruauit Martinus Bucerus, imò etiam Thisbites affirmat. Ait enim פרושים dictos *quod separati fuerunt a seculi huius moribus sanctimonia vitæ*, quales olim Nazareos fuisse legimus. Alij deriuant à verbo פרש quod est interpretari, vnde פרשה *in statu regiminis expositio* & declaratio & פרושי *Pharisæus*, id est, *expositor vel interpres*. Exponendæ enim legis munus sumserunt sibi. Idem fere sentire videtur Iosephus *lib. de bello Iudaico [illegible]* cum scribit, *eos cred[illegible] se colere pietatem præ aliis, ipsamque legem exponere peritius.* Vtriusque etymi sententia magnos & multos habet fautores. Ego verò libenter me adiūxerim prioribus. Quis enim nescit singulari cum pietate reliquo hominum generi præluceri voluisse, & proinde ab iis se sitaque segregasse, vt solent iam monachi moribus & institutis diuersi ab aliis omnibus hominibus? Hinc est, quòd prolixas [illegible] stituerint orationes, tamen [illegible]

rint vt ieiunare viderētur, eleemoſynas in vicis & ſynagogis largiti fuerint ad tubæ clangorem, fimbrias deduxerint, Phylacteria, quæ in Hebraico Matthæi Euāgelio טוטפות apud Rabbinos תפילין dicuntur, dilatauerint. Nominat ea *φυλακτήρια* Hieronymus Pictariola, id eſt, albas tabellas breuiſſimis ſententiis inſcribendis accommodatas, quam eorum hypocriſin ambitionemque ſummopere taxat Dominus, cum malè acciperent ac intelligerent, quod illis præcipitur Deuteronomii 11. de mandatis Dei frōti & manibus appendendis, ne in eorum ſcilicet inciderent obliuionem, ac potius aſſiduè meditarentur in lege eiuſq; mandata adimplerent, quantum permittebat humana imbecillitas. Hieronymus ſcribit in Matthæum, *morem hunc geſtandi Tephilin etiam apud Perſas Babylonios* & Indos ſuo tempore fuiſſe in vſu. Quantum ad dogmata Phariſæorum, affirmabant fata non omnia gubernare, ſed aliqua, *teſte Ioſepho 13. Antiquit, cap. 8.* Interim non adimebant homini liberū arbitrium, *teſte eodem libro, Antiq. 18. cap. 2.* Docebant immortalitatem animorum, futurum Dei iudicium, in eo mortales omnes præmia pro meritis recepturos, in inferno eſſe congrua cuique habitacula deſtinata, & ex Prophetis ſolum recipiebant Moſen. In lege tantùm externam quandam diſciplinam requiri fingebant: peccata tantum externa ſcelera eſſe dicebant. Tollebant quoque peccatum originale, auerſabantur Chriſtum, propriis operibus ac viribus ſatisfacere poſſe hominem legi Dei arbitrabantur. Multa etiam commenti erant de lotionibus, ieiuniis, offerendis in templo donariis, *vt eſt videre Matth. 3. 12. 16. Marc. 2. & 10. Lucæ 5. Ioann. 7. & Act. 15.* Syriaca verſio habet. דבטילאית *dabheimlut*, quod diligenter ſoliti fuerint lauare manus, ne cibum attingerent *χερσὶν ἀνίπτοις*. Itaq, cùm inuitatus eſſet Chriſtus à Phariſæo & accuberet *πρὶν ἐβαπτίσθη πρὸ τοῦ ἀρίστου*, priuſquam ablutus fuiſſet ante prandium, grauiſſimè eius hypocriſis eo nomine reprehendiſſe legitur.

Pharmacum, vox media, *teſte Gellio lib. 12. cap. 9. & Paulo I. Io, titul. de verborum ſignificat. Cum aliquando in bonam partem, aliquando in non bonam accipiatur, iuxta Euſtathium quart. Iliad.* quippe iam medicamentum, iam venenum ſignificans, deducit nomen à *φέρω* & *ἄκος*, *quod ferat medelam*, vel à *φέρω* & *ἄχος*, *quod ferat triſtitiam.* Vtramque ſignificationem expreſſit Homerus hoc vnico verſu: *φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.* Theocritus in Heracliſco poſteriore tantū modo accipit his verbis: *δραξάμενος φαρυγος. τοῖς φάρμακα λυγρὰ τέτυκται Ολλυμένοις ὀφίεσσι.*

Pharnaces. In hoc vocabulo notādum nomina ipſa ſæpenumero enuntiatione variari & corrumpi. Ex Hebræo enim Arphaxad Græci fecere *Arbaces*, quod rurſus ita eſt immutatum, vt alius *Arbactus*, alius *Abraces*, alius *Pharnaces*, alius *Arbatus* dicatur. Hęc Reinerus Reineccius. Alij ab Hebr. פרח *Parak*, deriuant quod ſignificat floruit, virens fuit, germinauit. quòd principes illi, vt Pharnaces & alij orientales floruerint & illuſtres fuerint. Quidam a nomine פרך *Perec*, id eſt, ferocia implacabilis, quòd iſti fuerint admodum feroces.

Pharus vel pharos, inſula oblonga ex aduerſo Alexandriæ ſita, & continenti adiacens, portumque faciens *ἀμφίστομον*, id eſt, bicipitem, *vt in Geograph. memi-nit Strabo.* Habere videtur quibuſdam nomen à Pharo gubernatore, quem Helenam, cum Alexander Cariam præternauigaret, inſtigabat & hortabatur, vt ſeruando ipſam reueheret Spartam, qui nihilominus ad Aegyptum applicuit, vbi cum ictus eſſet à ſerpente, & ab ea ſepultus tandem, nominauit inſulam Pharon. Fuit & eiuſdem nominis ciuitas forſan ab inſula dicta. Inter vtramque obſeruant Græci diſcrimen tale. *φάρος*, inquit Etymologicon magnum, *ἡ μὲν*

μὴν ἀρσενικῶς, σημαίνει τ τόπον. εἰ δὲ θηλυκῶς, τὴν πόλιν. Sed idem auctor aliam nominis originem exprimit his verbis: φάρος δὲ ἡ πρώτης Αἰγύπτου παρὰ το φῶ τὸ φαίνω φάρος. παρὰ τὸ φαίνεσθαι αὐτὴν πρώτης αἰγύπτου, quibus verbis, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι, id est, apparendo deducit, eo quod appareat è regione Aegypti. Addit inde, ἔχει δὲ καὶ ἄλλον λέγειν καὶ ἐπὶ τοῦ προφαινομένου τοῖς πλέουσι πύργου. Habet & aliam etymi rationem, quod sc. nauigantibus à longe appareat turris, eodem dicta nomine. Vnde ignes ostendebant nauibus noctu ad vada prænuntiāda, *teste Plinio*, quæ proinde nomen accepit à Pharo Alexandriæ portu, *teste eodem Plinio*, aut (*vt idem Etymologicon vult*) παρὰ τὸ φῶς ἀνάπτειν τοῖς πλέουσιν, id quod Egesippo arridere videtur, cum ab ipsa re, quod luceat, nomen deriuat. Aedificauit hanc turrim Sostratus Gnidius Dexiphanis filius, regum Aegypti amicus, *Diis Seruatoribus* ex albo lapide supra quatuor cancros vitreos, magna cum admiratione spectantium tempore Philadelphi. Et ab ea in vniuersum turres omnes, quæ nauigantibus exhibent lumen, in tempestate dicuntur Phari. fortasse à Pharaone, pharos dict. quasi insula & turris regia.

Phaselus velox & oblongum nauigiū. Suspicātur eruditi ortum nomen ab vrbe Dorum, quæ φάσηλις est dicta, quòd ibi fortasse sit huiusmodi nauigium primum inuentum, & in alias regiones aduectum.

Phasis Colchorum fluuius, *vt plerique tradūt*, olim dictus ἀρκτοῦρος *auctore Plutarcho, libro de fluminibus*, & Boas circa fontem, *teste Procopio lib. 2. de bello Persico*, Plinio oriens in Moschis, Plutarcho ex Caucaso manans, a limpida claritate videtur dictus, quasi διαφανὴς. Et vel à mutabilitate coloris, φ sint variæ ipsi φάσεις, Chamæleontis instar. Est & Phasis vrbs in Colchide Mediæ regione vicina, (ex auctoritate Strabonis & Plinij, quā Villanouan⁹ hodie *Polistoniā*, vocari scribit.

Pherae dictus Iason, non Argonauta ille, sed qui ante Philippum Macedonem rerum potitus fuit in Thessalia, & inter callidos Imperatores collocatur cum Annibale, Fabio Maximo, Themistocle & aliis, nomen id habet à Thessalorum oppido φερεὰς, cuius & Liuius cum Ptolomæo meminit. Fit huius mentio apud Plutarchum in *Apophthegm.* & apud Valerium *libr. 1.*

Phiala ἀπὸ τοῦ πιεῖν, id est, *bibendo*, & ἅλις id est, *satis*, accersit nomen, vnde φιαλῆν *gemulis* [illegible]. Illud notandum ex Xenophontis *I. de Institutione Cyri*, qui olim Persarum regibus à poculis erant, hos tribus digitis solitos fuisse phialam porrigere, et commodissimè recipere posset, qui erat bibiturus.

Philaretus proprium viri nomen tantundem significans, ac amatorem virtutis. Græcæ voces, ex quibus componitur, sunt φίλος καὶ ἀρετή.

Philumena, quid aliud, quàm ἡ φιλουμένη *amabilis*?

Phlegethon fluuius inferni globos flāmarum vomens & voluens ἀπὸ τοῦ πλέγειν deflectitur, quod est *urere*. Hinc Maro: *Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegeton.*

Phlegma seu pituita humor in corpore humano, non arcessit nomen a verbo φλέγεσθαι, *quod tamen* [illegible] *coctum* significat, id quod Prodicus ausus fuit asserere in opere de natura humana. Videtur enim ignorasse φλέγμα duo significare, *auctoribus Græcis*, nempe φλέγωσιν, id est, *vstionem*, & insuper *humorem frigidum ac humidum*, quem Latini pituitam appellant.

Phlyus dictus Dionysius apud Apollonium Rhodium, [illegible] ἀπὸ τοῦ φλύειν τ [illegible] οἶνος, ὅ ἐστιν εὐθένειν, quod vinum lætifi cet. Hinc Ouidius:

Vina parat animos, faciuntque caloribus aptos:
Cura fugit multo diluiturque mero.
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,
Tunc dolor & curæ, rugaque frontis abit.

Phœbus

Phœbus dictus Apollo iuxta Cornificium ἀπὸ τοῦ φοιτᾶν βίᾳ. quod vi feratur. *vt & Macrobius refert Saturnal. 1. cap. 17.* plerique nominarum putant à specie & nitore, nonnulli à sordibus, à quibus is purgat. Nam φοιβᾶν est *purgare*, & φοιβὸν τὸ καθαρὸν, & φοιβονομεῖς τις ὢν, ὁ φοιβησίοις χρώμενος, ὅ ἐστι καθαρεύς. Alii Phœbum, quasi φῶς βίον appellant, ἀπὸ τοῦ φωτὸς καὶ βίου, id est, *luce & vita*, vel potius quasi φαίβιον Didymus ex Hesiodo, ἀπὸ τῆς φοίβης *puritate & luce*.

Phasianus auis pulcerrima & delicatissima, qua regio Colchica abundat, nomen suum refert ad Phasidem, regionis istius fluuium, huiuscemodi auium optimum alumnum. Testis Eustathius in Dionysium, sicut & Statius, cui *Syl. 4.* Phasidis est ales: Vnde etiam ab Argonautis deportata creditur in Græciam, ex Græcia ad alias regiones. Hippocrates scribit *lib. de aquis & aere*, fluuium hunc esse στασιμώτατον καὶ ἠπιώτατον, quod equidem mirari quis possit, cùm admirabilis non solùm eius profunditas sit, vnde Theocrito est βαθὺς, deinde latitudo insignis, *teste Xenophonte 4. Anabas.* sed etiam celer & rapidus, iuxta Procopium, *lib. 2.* Quo accedit & illud Apollonij *lib. 2.* φᾶσις δινήεις εὐρὺν ῥόον εἰς ἅλα βάλλει.

Phœnices dictos nonnulli volunt ἀπὸ τοῦ φονεύειν, hoc est, *interficiendo*, quod initio cuiuscunque generis homines, qui accedebant ad eos pro victimis cæderent. Hinc φοινίσσειν *cæde commaculare*, vel *cruentare*. A Phœnicibus porro Phœnicia est dicta regio fermè maritima & Galilææ contigua, donec ad Libanum montem accedit, qui Syriam à Cœle & Galilæa gentium celsissimis iugis disterminás, demissioriam & minus arduus Phœniciam, & oram eam, quæ Tyrus adiacet, ingreditur. Trans Libanum, vbi eam Syria circumfundit, propter terrarum confinia, vocant incolę *Syrophœnices*, sicut Celtiberi in Hispania, Gallogræci in Asia, Libyæthiopes in Africa. Prima vrbium celebriorum Ptolemais iugis montium clausa, & Belo amne celebris propter arenas, quas tot retro seculis vitratus officinis exhibuit. Habuit & vrbem Tyrum, multarũ vrbium matricem, inprimis Leptis, Vticę, Carthaginis Gadium, *vt dicet Plinius*. Habuit Sidonem hodie Saiton, ducentis stadiis à Tyro remotam, ad cuius fines & Christus Dominus applicuisse legitur, vt & Sareptam, ad cuius viduam Eliam venisse meminit Christus, *Luc. 4.* vt taceam Beryton, Byblon, Tripolim, totamque Decapolim, cui à decem vrbibus nomen est datum. Phœnix fuit Heliodorus, cuius libri Aethiopicæ historiæ decem, erepti Bibliothecæ Budensis incendio, cùm Solymãnus vrbem incendio daret, sunt Basileæ excusi, Latine redditi à Stanislao Polono, & iterum editi Antuerpiæ. Tyri Episcopus fuit Methodius, qui apud Epiphanium mortem definiuit hoc modo: θάνατος ἐστὶ χώρισμα τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος. Fuit autem patria apostatæ Porphyrii, qui Iamblichi præceptor fuit, Vlpiani Iurisconsulti, & Maximi Tyrii Philosophi, cuius exstant sermones Græci. Homericam exponentes Philosophiam.

Phœnix auis, quam separatam ab omnium hominum commercio orientales solitudines colere tradunt auctores, & vbi quingentis elapsis annis (*vt nonnulli produnt*) finem senserit instare vitæ, nidum struere in palmæ alicuius vertice, e casia, nardo, cinnamomo & myrrha, in quo eo seipsum terminare, concepta ex radiis solaribus flamma, tandemque alterum Phœnicem subnasci, qui, vbi oneri ferendo sufficiat, nidum eius auulsum *Heliopolim* deferat, iuxta Plinium nomen inuenit à palmæ genere, [illegible] & illa φοῖνιξ moriẽte & renascente. Meminit eius Horus Apollo [illegible] *Hieroglyphicis*, meminit & M[illegible] [illegible]ator, inde Plinius, Ouidius, Lactantius, inter nostros Tertullianus & alij, sed dubia omnia, incerta & fabulosa. Vt mirum sit

ex re

ex re licentiosius cōficta, nasci quoque potuisse hæc prouerbia: *Phœnice rarior Phœnice viuacior.*

Phormio ἀπὸ τῶν φορμῶν id est, *sarmētis*, vel (*vt vult Donatus*) à sparteis fiscis, & stramentis nauticis.

Phosphorus quasi *lucem ferens*. Est enim φῶς *lumen*, φέρω *fero*. Stellæ nomen proprium est, quę aliàs dicitur, & *Lucifer*, & *Veneris stella*. Mane enim præcedit exortum Solis, vesperi sequitur, vnde & *Vesperugo* nominatur ab Ennio, vt monui suo loco.

* Phrontisterium, φροντιστήριον, Schola, cogitationum & curarum locus, nota satis origine vel notatione vocis, à Socrate primùm nomen habuisse dicitur, cuius discipuli appellabantur φροντισταὶ, quòd alii officiosè curarent alios, ex Socratis instituto, cuius schola ψυχῶν σοφῶν φροντιστήριον appellatur. Aptissima sanè gymnasiorum, vt vocant, collegiatorum denominatio.

Phrenitis φρενῖτις, propriè cum febre acuta, demētia ex cerebri, vel membranarum eius inflammatione, nomen habet à mente læsa, quam Græci vocant φρένας. Alii, at minus rectè, desumptam volunt appellationem ab inflammatione τῶν φρενῶν, id est, *septi transuersi*, cuius vitio delirium excitatur, parum distans ab eo, quod in vera phrenitide apparet.

Phrygia Asiæ minoris regio, Q. Curtio pluribus villis, quàm vrbibus frequens, fertur sortita nomen à Phrygio Macedoniæ oppido, siue Brygio, vt nominari solet Gentili Macedonū lingua. Sunt enim auctores, *ait Plinius*, qui transisse dicunt ex Europa Mysos, Phrygias & Thynos. Vnde mox terris data fuerint nomina *Mysia*, *Phrygia*, *Bithynia*. Atque hinc forte est, quod veteres eos appellasse Bruges, scribat Cic. *in Oratore*, quodq; in Polymnia prodiderit Herodotus βρύγες eos dictos, priusquā transmigrassent in Asiā. Strabo habet βρίγες & βρίγυς. Brigantes eosdem nominari ab Herodiano tradit Stephanus, quod nomen alludit ad βρίγες. *Inde postea varii populi propter suas migrationes nomen illud retinuerunt, & etiamnum apud historicos leguntur. vt Latobriges, Nitiobriges, Augustobriges, Iuliobriges, flauiobriges, & q. d. Coloniæ Augusti, Iulii, &c. Briga enim & Burgus idem & Eburobriga Eburonum burgus dicitur. Sic de cæteris. Burgi verò pagi & distinctæ aliorum ab aliis habitationes.] Sunt tamen qui appellationem deducūt ab amne Phrygio, qui eam discernit à Caria. Auctores plerique faciunt etiam duplicem, *maiorem* inter Galatiam & Lydiam, longo flexu incedentem, donec ad Pamphylios, Lycios, & Cares, pertingat. *Minorem* vero ad Galatas vsque progredientem, ab Austro Mysia maiori, à Borea Bythinia finitam. Strabo vocat hanc ἐπίκτητον, & *Hellespontiacam*. Liuius quoque ad Hellespontum ponit, & ante Liuium Xenophon, vt malè Diodorus *lib. 18.* ibidem collocet maiorem. Troas autem dicitur Ptolemæo, partémque eiusdē nominat Strabo παρώρειαν. *Phrygia Salutaris* meminit P. Diaconus, *Phrygiæ Pacatianæ* fit mentio in nouellis. Vrbs eius regionis fuit Troia diruta à Græcis post decennalem obsidionem ob raptum Helenæ. Natione Phryx fuit Simplicius, celebris Aristotelis interpres, vt & Epictetus Stoicus Philosophus, & Aesopus, modo sint vera, quæ de illo sparguntur apud auctores *Phrygiones* dicuntur acupictores, & *Phrygia vestis* acupicta à Phrygiis eius artis peritis aut inuentoribus.

Phtheiriasis Græca origine dictio, sed vsurpata Latinis, alio nomine, *morbus pedicularis*, ex humorum putrefactione nascens, nomen habet suum ἀπὸ τῶν φθειρῶν, id est, *pediculis*, vel ἀπο τοῦ φθείρειν, id est, *corrumpendo*, quod oriatur ex humorū corruptione, vt euinci potest ex Galeni libro de *Theriaca ad Pisonem*. Periisse legitur hoc morbi genere apud Romanos *Sylla*, apud Græcos *Alcman*

Porca, inter Philosophos *Plotinus*, & eo antiquior *Pherecydes Syrus*, denique Herodes, ... *Apollonium*.

Pht... φθίσις propriè pulmonum exulceratio, cũ febre, impropriè corporis consumtio seu *ἀτροφία*, nomen trahit *παρὰ τὸ φθίνειν* quod est *consumere*. Idem morbus Atheniensibus dicebatur *φθόη*. Apud Hippocratem tres eius species traduntur. Prima *pulmonis*, ex defluente pituita, secunda *renalis*, ex labore prouenien͂s, & tertia *dorsalis*, quæ recentes sponsos corripit, ob seminis consumtionem.

Picenum Italiæ regio, *πικῆνον* Ptolemæo, hodie *Marchia Anconitana*. Huius incolas Picenos, ex Sabinorum olim agro profectos volũt, nactos id nominis, quod ductu auspiciisque pici auis, Marti sacratæ, iter illud fuerint ingressi. Alii deriuant nomen à Pico Saturni filio & gentis duce, nonnulli ab vrbe Piceno quæ in hoc agro olim exstitit. Complectitur is tractus Italiæ ducatus octo. Fines eius statuit Plinius, Aternũ amnem & Anconem, Ptolemæus flumen Matrinũ cũ Ancone, Strabo Æsin, nauigabilem amnem atque Leastrũ: Alii ab amne Truento, qui Aprutium claudit ad vsque Isaurum, qui alluit muros vrbis Pisauri, & à monte Apennino vsque ad Adriaticum mare, eosdem designant, sicut diligenter à Leandro notatum video.

Pietas à verbo pio suam habet originem, Plautus: *vbi piem pietatem, si isto more moratæ tibi postulem placere.*

Pignus secundum Paulum Iurisconsultum, à pugno deductum, quòd res, quæ pignori dantur, manu soleant tradi. Vnde fortè verum, quod dicunt nõnulli, propriè rei mobilis pignus cõstitui. *leg. plebs, §. pignus. ff. de verbo. significat. l. si rem alienam. ff. de pignor. act.* Itaque pignus habetur, cuius possessio transfertur ad creditorem. Hipotheca si mãserit penes debitorem, *d. l. si rem, §. proprie*, Pignus prætorium est, quod magistratus auctoritate constituitur. Legitimum, quod legibus. Publicũ, quod publicè. Pignoratitia actio est, quæ debitori datur, soluto debito, ad pignus repetendum.

Pila dicta, quòd pilis plena. Hac ludebant puellæ innuptæ, sicut & Nausicaa ludere legitur apud Homerum. *At nuptiæ mox pilas cum pupis & strophiolis suspendebant Veneri.*

Pilani, pilis pugnantes, *vt ait Festus*, quod & Varroni placet.

Pileus vel pileum, Plutarcho in Catone *πίλιον* Demostheni *πιλίδιον*, tegumentũ capitis ex floccis cõfectum, quod ex pilis fieri soleret, nomen accepit, vel quòd capitis pilos tegeret, manumissionis & libertatis apud Romanos signũ. Vnde *ad pileum vocare*, apud Suetoniũ in Tiberio, est libertatẽ donare. Quid? quod hoc eius significatũ euinci queat ex Tiberii & Antonini numis. Nobilitatem Hippocratis designare voluerũt Græci, cũ ipsi *pileatas* passim erigerent imagines. Sed nec illud alienũ prorsus ab eius significato, quando serui habebantur ignobiles veterum instituto.

Pilumni dicti apud veteres Romanos, quod pilum conterẽdo frumento idoneum commenti sunt. Fingitur & Deus Pilumnus, *teste Seruio 6. Æneid.* pilendi seu pinsendi frumenti inuentor, cultus propterea à pistoribus.

Pilus, à pelle nominatus, ex qua prodiit.

Pimpleides Musæ, à fonte Macedoniæ dictæ, *auctore Festo*. Meminit eius fontis Strabo *lib. 9.* Alii deriuant *παρὰ τὸ πιμπλᾶσθαι*, id est, *implendo*,

Pinarii & Potitii sacerdotes ab Hercule instituti, *teste Dionys. libro* . Liuio *lib. 1.* Seruio *in 8. Æneid.* Pinarii autem dicti *ἀπὸ τῆς πείνης*, id est, *fame*. Cùm enim Herculis sacra sub occasum essent repetẽda, & Potitius prior venisset, postea Pinarius, iratus Hercules statuit, vt Pinariorum familia epulantibus Potitiis & complentibus sacra ministraret. Sunt

Sút nimirum hi ἀπὸ τοῦ ποτίζειν, id est, *potando* nominati. Indulgebāt enim poculis inter sacrificandum, Pinariis, id est, *famelicis*, interim ministerio suo fugentibus ex Herculis instituto.

Pincerna poculorum ministrator, οἰνοχόος Græcis, vnde οἰνοχόημα, id quod à pincerna infūditur, Herodoto ὁ πρὸς τῇ κύλικι, οἰνόπτης. Atheniēsibus, apud Ephesios in festo Neptuni ταῦρος, apud Hellespónticos ἐπεγχύτης, apud Chaldæos אחתיר עתא id est *præbens potū*, apud Hebræos משקה nomen habet ἀπὸ τοῦ κιρνᾷν, id est, *miscendo. vel infundendo vino*. Etenim miscere non solum Latinis, sed etiā Hebræis & Græcis est *infundere* quandoque. Vnde Suidas: οἰνοχόος ὁ ἐπικέρνης. Prouerb. 9. *Miscuit vinum, atq; proposuit*. Rursus eodē capite: *Bibite vinum, quod miscui*, id est, *infudi vel propinaui*. Eustathius scribit, *Heroum pincernas sedulò dedisse operam, vt decenter vinū infunderent crateri*. Coronare craterem est μέχρι τοῦ χείλους ἐμπιμπλᾷν *ad oras vsque summum implere*, cui apud Pausaniam opponitur τὸ ἐκσπεῖσαι id est, ἐκκενῶσαι *euacuare*. At ἐπισπεῖσαι est *potu implere*. Implēbant autem boni ominis ergo, vt alias forte dicetur latius.

Pirata, prædo marinus ἀπὸ τοῦ περᾷν id est, *traiiciēdo* dictus, quod mare traiiciat. Piratica hinc bella, quæ exercebantur à piratis myoparonibus, leuibus & fugacibus, quibus insulas & prouincias vastabant.

Pirithous vxoris Ixionis filius, Thesei amicus dictus à περὶ & θεῖν, quasi περίθοος fuerit, εἰς τὸ θέειν, *vt Etymologici exponunt*. ad currendum admodum facilis & expeditus.

Piscina à piscibus dicta. At illa κολυμβήθρα, Chaldaicè בית חסדא *beth-chesda*, *domus benignitatis*, Ioan. 5. à natando (vel à lauando, sicut Grammatici dicunt κόλυμβος ὁ τοῦ λουτροῦ) nomen accepit, ideoque Syriaca versio habet מעמודיתא *ablutionis* scil. vocabulum, id quod locū istum interpretatur.

Piscinę huius vsum vox κολυμβήθρα ostendit; vt scilicet pecudes, quæ ibi ad sacrificia asseruabantur, in ea vel potarentur, vel mergendo abluerentur, vel (quod verisimilis est) vt victimę mactatæ ibi à Nathinæis abluerētur. Nec fuerūt ibi thermæ seu aquæ medicatæ, quę sua naturā haberent virtutem sanandi morbos: sed ex alio vulgari loco per canales aqua eò deducebatur. Angelus verò sanctus & à Deo immissus certo tempore in piscinam illam descēdebat, & à fundo ad superficiē aquas cōturbabat: quo signo dato qui primus piscinā ingrediebatur æger, sanus inde exibat.

Pisones, à pinsendo dicti Plinio, *lib. 18. cap. 3.* Alii à pisis deriuant, vt *Fabios a fabis*. Illustres tādem fuerunt Romæ, suūque genus referebāt ad Numam Pompilium. Vnde in arte Poëtica Horatius: *Vos ô pompilius sanguis.*

Pistrinum, item nomen inuenit à *pinsendo*, id est, *contundendo*, quod ibi ante inuentum molarū vsum cōminueretur frumentū, in pila, quæ concauū vas erat isti rei & operi destinatum. Et quoniā improbus propemodū labor erat immissa in pilā frumenta pinsere, dari nōnunquā in illud solebāt serui loco pœnæ, si cōmisissent flagitiū aliquod, vt & postea inuētis molis, vt eas circumagerent, quam sortem etiam Planto seruilis conditionis homini obtigisse tradur. Iam verò post rem mutatam mansit nihilominus nomen.

Pitho persuadendi Dea, quam Eupolis sessitare dixit in labris Periclis Philosophi & oratoris imo Anaxagoræ discipuli, ἀπὸ τοῦ πείθειν deducit nomē, id est, à *persuadendo*, vt & *Suada*, vel *Suadela*, iuxta Priscianu, excogitata hoc nomine, ab Ennio Poeta, vt haud obscurè significat Tullius in Bruto his verbis: *πειθὼ, quā vocāt Græci, cuius effector est orator, hanc suadam appellauit Ennius*. Eādem hominum reginam dixit Euripides in Hecuba, quod vis illa persuadēdi hominū insita linguis & animis, nihil

non valeat. Quocirca & Themistocles apud Herodotum, *lib.8.* magnos esse dicit Deos, τὴν πειθὼ καὶ τὴν ἀναγκην, id est, *suadelam*, & eam, quam dicunt Latini necessitatem, iisque freros Athenienses deposcere ab Andriis pecuniam.

* *Pitho*, deriuatur à verbo Hebræo פתה Patha, suasit, persuasit, decepit persuadẽdo, induxit suadendo ad aliquid credendũ, illexit. In voce passiua primę cõiugationis *Niphtta* persuasus est, deceptus est persuadendo. In 2. cõiug. Pitta, persuasit. illexit, decepit. Inde Pitho, suada, suadela, vox media: nã decipiuntur insipiẽtes vi orationis in ore impiorũ: vt sapientes à cordatis & vere eloquentibus hominibus instituũtur. Quocirca fatuus, qui facilè deceptus, subitò persuasus vt quodlibet credat, vocatur פתא Patha & פתי Pethi, vnde fatuus, qui vt ineptè credulus, etiã ineptè fatur; εὐήθης simplex, qui se blãdis verbis persuaderi sinit, qui credẽs omnib. facilè persuadetur & ad quæuis verba flectitur.

Pituita, humor in corpore humano frigidus & humidus, bili obsistẽs, quominus omnia incendio suo consumat, dicta (vt scripsit Ælius) quòd vitam petat, minimè tamẽ assentiẽte Quintiliano huic etymo. Propriè per eã, (etsi varia sit) multi intelligũt humorẽ destillãtẽ ex capite in nares faucesq;, interdũ etiam in pulmonẽ. Si in nares destillat, tenuis per has pituita defluit, *ait Celsus.* Alii distinguunt in alimentariam toti sanguinis massæ permixtã, & superuacaneam, quæ est, aut *naturalis*, aut præter *naturam*, estque naturâ humida & frigida. Quò Prodicus ignoranter, grecum eius nomen Φλέγμα deriuauerit ἀπὸ τοῦ φλέγεσθαι, quod *vstum & supra modum coctum* significat.

Pityusa dicebatur olim Miletus, vt & *Lampsacus*, *Phaselus Salamis*, ἀπὸ τῆς πίτυος id est, *pinu*, quæ ibi plurima conspiciebatur.

Pix Græcæ originis vocabulum est. Dicitur enim hac lingua πίσσα.

Plaga id est *percussio*, Græce πληγὴ, ἀπὸ τοῦ πλήττειν, *percutiendo.*

Plagiarius in iure, qui liberum hominem in seruitutem trahit, quiq; hominem emit, quẽ scit esse liberum, & qui liberum esse sciens vendit, aut eo vtitur quasi seruo, vel etiam iuxta Etymologicon magnũ, qui seruos abducit à suis dominis, ὁ τοὺς δούλους ἀπὸ τῶν δεσποτῶν ἀποσπῶν, an secundum quosdam rectè à plaga, id est, *dolore*, dictus, quo is afficitur, qui est surreptus? An quod afficiẽdus sit plagis, sicut ferunt Accursiani, accedente ad illos Laurentio Valla? Vel denique quòd liberos homines vẽdat, seruosq; faciat, qui vapulare solent à dominis, & confici plagis, vt aliqui existimãt? Crediderim potius ἀπὸ τοῦ πλαγίου, id est, *obliquo* dici, quòd strophis suis obliquis trahat, inque seruitutem abducat liberum hominem. Vnde πλαγίως simpliciter aliquãdo significat dolosè. Crimẽ verò ipsum ab eadem origine plagii accepit nomen, in quod lex Fabia, modò vltimum capitis supplicium, modò coercitionẽ corporis, modò condemnationem in metallum irrogat, *lege finali, ff. de plagiariis.*

Planci Romanis dicti, qui planis erant pedibus,

Planeta latinè erro, ἀπὸ τοῦ πλανᾶσθαι id est, *errando*, nomen habet. Nomen illud obtinuit vnaquæque ex septem illis Stellis, astris, seu corporibus igneis & cælestibus, suis orbibus, ordine conuenientissimo, terræ proximis. Hæ stellæ errantes dictæ, quòd præter motum primi mobilis, quo ab Oriente ad Occidentẽ rapiuntur, peculiarẽ quendam, illique contrarium cursum tenẽt, variis & vtilissimis cõuersionibus, quas Astronomia demonstrat. Planetarum septem nomina & situm rudiores non ignorant.

* *Planus*, πλανός, erro, sycophanta, impostor, quales sunt agyrtæ, & huiusmodi errones, qui variis artibus, mulierculis & stolidis illudunt.

Hora

Horatius insignem planũ describit libro 1.Epist.17.epist. ad finem. Cicero item, orat.pro Cluentio.

* *Planus*, ὁμαλὸς, æqualis, in quo nihil eminet forrasse ab Hebreo פלס *Pilles*, id est, ponderauit, in statera trutinauit, librauit. Nam quæ plana sunt ad libram & æquale pondus directa videntur. Planus vt de loco recto, æquali, qui tumido, anfractuoso inæquali opponitur, ita etiam de homine, quem rectũ, æquum, iustum, opponimus versipelli, iniquo iniusto, dicitur. Hunc æquum, & rectum Hebræi ישר *Iaschar* appellant, à verbo *Iaschar*, id est, directus, rectus, æquus, planus fuit: & metaphoricè placuit. Recta enim & plana præ obliquis & inæqualibus placent.

Platææ vel *(vt Poeta)* Platæa singulariter, Græcè πλάταια, Bœotiæ vrbs, à latitudine est dicta, *vt & Betuleio videtur*, siue quod ibi latis vsi sint remis, siue quod procul à lacubus sit sita, & Thebis septuaginta stadiis ad fluuium Asotum, & ea via, quæ ducit Athenas. Ab ea celeberrima illa Pausaniæ victoria dicta, quam de Mardonio reportauit. Gymnicum ibi postea certamen constitutum in honorẽ eorũ, qui ceciderãt in bello, & pro Græcia vniuersa erecta simul trophæa contra Persas & Asiæ totius vires.

Platanus πλάτανος, arbor sterilis, voluptatis tamen & vmbræ caussa expetita. Est enim πλατύφυλλος per Ionium mare in Diomedis insulam primùm inuecta, inde in Siciliam transgressa, atque inter primas donata Italiæ, ἀπὸ τοῦ πλατύνειν, id est, *dilatãdo*, appellationẽ traxit. Plura de ea vide apud Plinium, *lib.12.c.1.*

Platea latior in vrbe via, πλατεῖα Græcis, qua voce Philemon olim est vsus, *teste Polluce.* Nam τὸ πλατὺ significat latum.

Plato Philosophus, Numenio dictus μωσῆς ἀττικίζων *apud Theodoretum*, Plutarcho ex versu Homeri οὐ τοῦ ἀνθρώπου παῖς ἀλλὰ θεοῖο, Ciceroni diuinus intelligendi & dicendi grauissimus auctor, Panætio Philosophorũ Homerus, Quintiliano acumine ingenij & eloquendi diuina quadam facundia præditus, Labeoni apud Gentiles semideus, Apuleio superior Heroibus, & Diis æqualis; canorus Socrati Cygnus, vir cui vix multis seculis reperiri quis possit æqualis, Aristoteli, ὁ πρωτεὺς τῶν φιλοσόφων, Princeps Philosphorum Iustino. Primum appellatus legitur hoc nomine, ab Aristone Palæstrita, apud quem se exercuit in palæstra, idque ob latitudinem humerorum (erenim ὁ πλατὺς latus) cùm antea ex aui paterni nomine appellaretur Aristocles. In ipsius admodũ adhuc pueri os dicuntur apes mella congessisse in certum futuræ eloquentiæ signum, quod ipsum & Pindaro accidisse tradit Pausanias, inter nostros verò Ambrosio contigisse nonnulli prodiderunt. Homerum eiecit Republica sua, quod an rectè fecerit, eruditè disputatur à Maximo Tyrio, *Sermone 7.* Non procul eum abesse à Christianorum dogmatis, restatur Iustinus, Porphyrius & Augustinus. Malè ab eo tamen intellectum Mosen, multis locis ostendit idem Iustinus.

Planti & Ploti dicti Romanis, qui planis erant supra modum pedibus. Sed & Plancis Pancisque pariter id nominis fuit à vola pedum. Planipedes in agendo erant mimi.

Plautia Lex de vi à Plautio Tribuno Plebis est lata, cuius capita collegit Sigonius ex iudiciis, quæ hac lege sunt facta, & quorum mentio fit apud Suetonium, Dionem, Ciceronem & alios.

Plebs dicta videtur nonnullis ἀπὸ τῶν πλειόνων, id est, à pluribus, *quòd sint plures plebeij, quàm patricij*. Plebem à populo dicebat Atteius Capito differre in eo, quòd *in populo omnis ciuitatis pars, omnésque eius ordines contineãtur, plebi verò non insint patritij.* Agellium vide *libr.10.cap.20.* Sic per plebem intelliguntur ceteri ciues, exceptis Senatoribus, *leg. 237. ff. de verbor. significat.* A plebe dicta fuerunt plebiscita (*tribunitias leges* appellat Cicero) quæ si-

bi plebs, sine patrum auctoritate, per tribunos constituerat. *l. 2. ff. de orig. iur.* quibus tamen patritij ante non tenebãtur, quàm Hortensius rogata lege eandem ipsis quàm legibus, auctoritatem esse voluit. Iustinianus plebiscitũ etiam definit, quòd *plebs plebeio magistratu rogãte constituebat.* Vbi sciscere secundũ Festũ est sententiam *dicere, vel ferre suffragium.* Ferebantur autem omnia plebiscita Tributis Comitiis, eáque Aediles in æde Cereris asseruare solebant. Plebeius porrò magistratus sunt Tribuni, *iuxta Pomponium, d. l. 2.* De his suo loco. Ciues etiã Romani, iuxta primam populi diuisionem à Romulo factam, *teste Dionysio libro secundo,* si egenos, humiles, obscuros, & omnino tenuioris conditionis homines respicias, sunt appellati plebeii, à plebe deducta voce, Græcè δημότικοι. Nam ab his diuersi erant patritij, genere, opibus, aut etiam rebus gestis, tum temporis celebres. Officiũ eorum erat, agros colere, pecora alere, opificia exercere. Quoties cõuocari oportebat, cornibus eos bubulis contrahebant in cõcionem, non per præconem, suo quemque nomine appellantes, vt fieri solebat in conuocandis patritiis. Post impetrato à patrib9 Tribunitio magistratu, plurima tamen, & dignitatum ornamenta, & curationem sacrorum quorundam communionémque honoris sunt consecuti, etsi in spectandis ludis separatas nihilominus patriciis haberent sedes, ex quibus patronum legere poterant, quẽcunque vellent. Erant plebeij ludi, quos regibus exactis pro libertate plebis aut pro reconciliatione eiusdem post secessionem in montem Auẽtinum celebrarunt, *teste Pediano actione in Verrem 1.*

Plectrum instrumentum, quo cithara percutitur, Græcè πλῆκτρον, ἀπὸ τοῦ πλήττειν, quod nobis est *ferire, percutere,* nominis trahit originẽ. Martialis, *Exornent docilem garrula plectra lyram.* Inuentum fertur Sapphus, poetriæ admodum lasciuæ, cuius propterea scripta legenda monet Ouidius *3. de arte amandi.* Accipitur nonnũquam pro tota *cithara,* & per Metaphoram pro *hominis lingua.*

Pleiades signum, *auctore Plinio,* ante genua Tauri, stellis septem relucẽs, quas *Vergilias* appellauere, *ipso quoque Hygino teste,* nihil aliud, quàm stellarum quędam conuolutio, quo intellectu *Pleiadũ globos* dixit Valerius Flaccus, *sidus glomerabile* Manilius, iuxta eruditos sunt appellatæ ἀπὸ τοῦ πλεῖν, id est, *nauigando,* quòd *primum nauigationis tempus ortu suo Græcis ostenderent.* Oriuntur autem secũdum Plinium Sole Tauri partem vigesimam quintam obtinente sex diebus ante Idus Maij, quo tempore scribit Columella omnes Vergilias apparere. Vtque earum ortus æstatem, ita earum occasus ante Idus Nouẽbris inchoabat hyemem, *teste eodem Plinio.* Vnde vestium institorem vocat, *lib. 18. ca. 25.* At *Vergiliæ dictæ,* quòd earum ortu ver finem acciperet, *auctore Festo.* Vnde Propertius;

O utinam hybernæ duplicentur tẽpora brumæ
Et sit iners tardis nauita Vergiliis.

Sed redeo ad etymon, in quo nonnulli non eidem nobiscum. Siquidem alij πλειάδας vel πλειαδας dictas volunt, quasi πλείονας, plures. Sunt enim septem numero, etsi tantùm sex appareant, cùm septima obscurior sit. Ait Ouidius fastorum 4.

Pleiades incipiẽt humeros releuare paternos,
Quæ septem dici, sex tamen esse solent.

Idẽ affirmat Arati interpres his verbis: ἑπτὰ δὲ οὖσαι φησὶν, ἐξ δοξάζονται παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, διὰ τὸ ἀμυδρῶς τὴν ἑβδόμην ὁρᾶσθαι. Ipsemet etiam Aratus:

Ἑπτάπεροι δὴ ταίγε μετ' ἀνθρώπους ὑδέονται
Ἓξ οἶαί περ ἐοῦσαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσιν.

Atqui alij à Pleione matre nominatas affirmant, quòd sint filiæ Atlantis & Pleiones, quod vt fabulosum, etiã reiiciẽdum opinor. Interpres Arati subiicit & hæc: ἢ ἀπὸ τοῦ εἰς πολλὰ χρησιμεύειν, quòd ad multa sint vtiles, [illegible] quòd æstatem & segetem significent. ἢ ὅτι πλησίον

σίαν ἀλλήλων κάντες, quod prope se inuicem sint sitæ, κ ὅτι χρήσιμοι εἰσι τοῖς πλέουσιν, quod sint vtiles nauigantibus. Deniq; addit καλοῦνται δ' ἂν ἔτι πλειάδες καὶ ἀπὸ τοῦ πολεῖν ἐκ περιόδου καὶ συμπληροῦν τὸν ἐνιαυτὸν, dici præterea possint Pleiades ab eo, quod in circuitu vertantur & compleant annum, qui rectè Græcis ἐνιαυτὸς est, quod sit ἐν ἑαυτῷ. Nempe, (vt cum Marone dicam) in se semper vestigia voluitur annus. Qua de caussa fortè Ægyptij significaturi tempus, solebant pingere serpentem occultantè caudam sub guttur attractam. Nomina Pleiadum sunt Hesiodo, Alcyone, Merope, Celæno, Electra, Sterope, Taygeta & Maia, quam vocat πότνιαν, id est, venerandam.

Plenum, vacuo contrarium, significās etiā illud, quod est perfectum & integrum, descendere quibusdam videtur ab eo, quod Græcis est πλῆρες.

Pleonasmus πλεονασμὸς, superfluitas Plinio, redūdātia Ciceroni, Quintiliano abundans supra necessitatem oratio, ἀπὸ τοῦ πλεονάζειν, hoc est, redundando descēdit.

Pleuritis exquisita & propriè dicta, quippe inflammatio membranæ intrinsecus costas & latera succingentis, nomen habet a parte affecta, hoc est, ἀπὸ τῆς πλευρᾶς, quæ vox latus & costam significat, quāquam ipsæmet costæ nullo hic vitio laborent. Itaque lateralis dolor dicitur Plinio, lateris dolor Horatio. Semper adest huic morbo febris acuta, quam acrem ignem nominat Aretæus, vna cum tussi, punctorio dolore, difficili spiratione, serratili pulsu. Caussam habet fluxionem sanguinis calidi & copiosi, quæ simpliciter dicitur phlegmone. Huic si copiosa bilis fuerit permixta, febris erit acutior, & facultatis offensio quædam, sin pituita, leuior erit febris, & ad soporem procliuior, teste Galeno 4. de caussis pulsuum. Crudæ pleuritidis signum, nihil spuere, teste eodem 1. de crisibus. Propter vtilitatem id addo, pleuriticis è directo laborantis lateris, venam semper esse secandam, quòd clarissimum sæpe emolumentum attulerit, cùm in opposito brachio instituta sectio, aut obscuram præstiterit vtilitatē, aut certe post temporis interuallum, sicut idem Galenus docet, libr. de venæ sectione.

Pluma, quasi piluma, inquit Isidorus. Quod enim pilus in quadrupedibus, id pluma in auibus.

Pluto inferorū Deus, quorum imperiū ipsi sortitò obtigisse fabulantur Poetæ, ἀπὸ τοῦ πλούτου diuitiis, nomen arcessit. Docet id Cicero de natur. Deor. his verbis: Terrena vires omnis atque natura Diti patri est dedicata, qui Diues, vt apud Græcos, πλούτων, quod recidant omnia in terras, & oriantur e terris.

* Pluto, à verbo פלט Palat, eripuit, prædatus est, custodiuit. Hinc raptor cognominatur. Nam in terra tutò latent & reconduntur omnia. Cur Proserpinam rapuisse dicitur inferorum ille Deus, vide in Proserpina. Dicitur πλούτων, diuitiarum dominus, nam in terra opes, metalla latent, vnde effodiuntur. Item Orcus ab הרכוש Harcus, siue רכוש Recush facultas, opes, diuitiæ. Inde Richesses, Gallis. Dux item Herebi, i. ערב Hereb. vespera, quod sub terra omnia tenebrosa & sine luce sint.

Plumbago, cuius tres species sunt Græcis, vtpote λίθος μολιβδοειδὴς lapis plumbi obtinens imaginem, μολιβδῖτις ἄμμος arena plumbaria, tertia generali nomine μολίβδαινα. id est, plumbago, nomen traxit à plumbo, sicut apud Græcos ἀπὸ τοῦ μολίβδου μολίβδαινα. Estque non rarò similis plumbo colore. Plinius eandem nominat galenam & tradit Agricola quondam ad Sebastiam ex Ciliciæ metallis effossam.

Pocillator (Græcis hic οἰνοχόος) dicitur Apuleio à pocillo, qua dictione deriuata à poculo vtuntur Liuius & Plinius. Ad cyathos dicitur Propertio. Talis fertur in fabulis Ganymedes fuisse Ioui. Hinc Ausonius,

Stat Iouis ad cyathum, generat quem Dardanius Tros.

Atque

Atq; inde Plauto *cyathissare in Menech.* id est, *in cyatho vina ministrare.*

Podagra nomen habet ἀπὸ τοῦ ποδὸς, *pede*, καὶ τῆς ἀγρίας, atrocitate doloris. Caussa huius morbi magna ex parte est copia humoris pituitosi, qui temporis tractu crassescit & indurescit circumstãtis caloris virtute, aut medicamentis, vnde *tophi calculiue* naturam inducit, diciturque podagra nodosa, quam *incurabilem* esse canit Ouidius. Sin hoc malũ reliquos artus occupauerit, dicitur *arthritis*, id est, *morbus articularis*, qui interdum repente irruit, æqualiter diffusus per singulas partes, plurimis clã & sensim nunc magni digiti pedis articulum, nunc calcanei extremum aut cauum pedis inuadens, varias proinde appellationes ab iis, quos occupat, articulis nanciscens. Cùm enim malleolos pedum, maximè pollicis articulum infestat, audit *podagra*: cum genu, *Gonagra*: cùm manum, eiusque carpum aut partem extremam, vel digitorum articulos *Chiragra*: cum plures simul articulos vel omnes *arthritis*: si coxendicem denique, *Ischias*: quam Barbari *Sciaticam* vocant. Ad dolores prodeuntes ex morbo hoc præscribit Galenus *acopa*, dicta *medicamenta vltimo de compositione medicamen. secundum genera*, vnde illi transferri possunt.

Pœna, si Varroni & eius vestigia legenti Isidoro fidem habemus, à *puniendo* nomen inuenit. Varro addit, *vel à pœnitendo, quòd pœnitentia peccati comes sit.* Sed norunt eruditi, quantum illi in etymis quibusdam sit tribuẽdum. Minimè quoque satisfaciunt mihi, qui à *ponendo* deriuant, quòd certa sit posita pœna; vt nec illi, qui à *pendendo* trahunt, hoc est soluendo, eo quod luat & soluat peccata. Dixerim ergo Græcam esse origine vocem. Nam in ea lingua planè idem est, ποινὴ, quam Eustathius vult dici ἀπὸ τοῦ πόνου, ὅπερ ἐστὶ ἐπαινετῆς ἐνεργείας, *à labore, quod sit actionis honestæ*, Græci dicunt esse ἐκδίκησιν τοῦ ἁμαρτήματος; *vindictam peccati*, item ἀντίποινα, id est, *compensationem*; faciuntque Philosophi, talem eius partitionem, vt aut sit νουθεσία, id est, *amica correctio*, quæ fit verbis; aut τιμωρία, quæ damnum habet adiunctum; aut παράδειγμα, cui annexa est ignominia. Alij quoad gradus ita distinguunt, vt sint pœnæ aut παιδεύσεις, *nude* quippe *correctiones*, quomodo adulterium Dauidis, & homicidium plectebatur, *seditione, peste exsilio*: aut μαρτύρια cõfessionis testimonia, vnde *Martyribus* nomen: aut παραδείγματα, id est, *exempla* qualia Sodomitarum, Sauli & Iudę fuerunt, diuinæ seueritatis certissima iudicia: immò etiam piorum calamitates, demonstrantes quid nobis in confessione sit sequendum. Volui hæc ex Theologis in medium adferre, quòd essent relatu digna, nec ingrata bonis, ac eruditis futura arbitrarer.

* *Pœnitentia*, à pœna dicta est, quia in iis quæ nobis pudori aut tædio sunt, inest quædam pœnę ratio. Itaque si etymon vocabuli Latini spectatur, magis congruit ad contritionem seu dolores, qui ex agnitione peccatorum in animis existunt, quàm ad conuersionẽ ad Deũ. Hebr. dicitur תשובה *Teschuba*, & שובה *Schuba*, à verbo שוב *Schob*, reuersus est, conuersus est, auersus est, rediit. In 1. cõiugatione שב *Schab.* Inde *Schuba* conuersio, reuersio, & *Teschuba*, pœnitentia: metaphora sumpta ab iis qui de via aberrarunt, & post longos errores admoniti, ad primum & regium iter redeunt. Gręcis dicitur primùm μετάνοια, propriè *Resipiscentia*, à μετανοεῖν, quod est post factum sapere, mentem & consilium in melius mutare, ad sanam mentem redire, & de peccato atque errore admisso ita dolere, vt corrigas, vnde placet quibusdã dici ab ἀνοία, Demẽtia & stultitia, & μετὰ post: quasi sit dementiæ correctio, ita vt ex Epimetheis deinceps Prometheì fiamus, semper enim cum μετανοίᾳ cohæret ὁ σωφρονισμὸς. Nec vtrique etymologiæ res ipsa malè respondet, cuius

cuius summa est, vt à nobis demigrãtes ad Deum conuertamur, & deposita delinquendi stultitia, mentem nouam induamus, & sapientiores simus. Altera voce Græca dicitur *μεταμέλεια*, Latinè *pœnitentia*, à *μεταμέλεσθαι*, post rem aliquam factam anxium & sollicitum esse; pro quo Latini propriè dicunt, Pœnitere. Nonnunquam pro *μετάνοια* sumitur. Aliquoties etiam vsurpatur pro contritione anxia, quæ spem veniæ & misericordiæ diuinæ respuit; vt de Iuda proditore scribitur, quòd *μεταμεληθὰς* (non *μετανοηθὰς*) *ἀπήγξατο*. Matth. 27 3. tristitiam significans à qua est absorptus. Nec enim is semper resipiscit, quem sui sceleris pudet ac pœnitet: imò sæpè in peius ruit: Cùm ex aduerso *μετάνοια* in sacris literis semper in bonam partem sumatur, & salutarem emendationem significet.

Poeta, qui in Apollinis tutela ferebatur ab Ethnicis, Platoni pater & dux sapientiæ in Lyside, aliàs deorum filius, Græcè *ποιητὴς*, & more Bœotico *ποιητὰ*, is qui *ἐμμέτρως* canit aut scribit, nominis sui auspicium trahit à verbo *ποιεῖν*, quod non solum facere, seu *creare*, vt *hodie Theologi loquuntur*, significat, sed etiam *scribere ποιητικῶς*, quod proprium quidem eius munus, sicut oratorum *τὸ λέγειν*. Dicitur idem Græcis *ἀοιδὸς ἀπὸ τοῦ ἀείδειν* vel *ᾄδειν*, *canendo*, quod ipsum ab a, epithaseos particula & *ἰδεῖν*, id est, *scire* deducitur. Et quanquam Poëtę vocabulũ etiam accipi possit generalius, & proinde omnibus artificibus cõmune videri queat, tamen *κατ' ἐξοχὴν* soli Poëmata scribẽti tribuitur, idque structura metrica voluptatis vtilitatisque gratia accedente figmento. Nã si illud abfuerit, *ἀποποιΐα* dicetur, vnde *ἀποποιοὶ* Poetæ, ex quorũ numero Lucanus, & apud Græcos Empedocles ex Aristotelis iudicio. Diminutiuũ Poëmatis est *ποιημάτιον*, quales eclogæ Virgilii, *εἰδύλλια* Theocriti, *ἀριστείων* Homeri, *Νὺξ* Ouidii. Poetarũ omniũ genera alkisrelin-

quo, ne actũ agã, vbi tantùm optima & necessaria proferenda sunt. Quod autẽ Democritus dixerit, *oportere insanum esse Poetam*, id ita diluendum (appendicis loco vt hoc apponerem operæpretium duxi) quòd intellexerit agi illum oportere mentis quodam calore ad carmen pangendum, diuinũ quendam furorem innuens, quem *ἐνθουσιασμὸν* vocant Gręci. Vnde Ouidius:

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo,
Sedibus æthereis spiritus ille venit.

Et Socrates apud Platonem: *Omnes itaque carminum Poetæ insignes non arte, sed diuino afflatu, omnia illa diuina Poemata canunt. Et vt Corybantes non sana mente saltant, ita neque cantilenarum modulatores egregii sana mente hos cantus effingunt Sed vbi in harmoniam & rythmum insurgunt, & occupati bacchantur, quemadmodum bacchantes fœminæ mente non sana, mel & lac ex fluminibus hauriunt: Sana autem mente haurire nequeunt, idque efficit illorum animus, qui cantus effingunt, quod ipsi referunt.*

Polenta e polline nonnullis dicta. Plurimis hanc modis fieri docet Plinius, laudatissimũ tamen confici ex hordeo mediocriter frixo, docet Galenus *1. de alimentis*. Cibus iste antiquitus peculiaris fuit Gręcię, *vt ait Plinius lib. 17.* imo Persis, *auctore Theophrasto*. A polenta polentatum crepitum, dixit Plautus. Græcè dicitur *ἡ ἀθήρα*.

Pollex, quod polleat præcipuè, vel digitis præpolleat, nomen accepit, Dominatur enim in manu, nec cessat in sinistra. quamuis ea tota ignaua. Hunc cùm fauemus, premere prouerbio iubemur, *vt scribit Plinius*, si animo forẽt auerso, vertere dicebantur eundem. Iuuenalis Satyr. 3. *Munera nunc edunt, & verso pollice vulgi Quemlibet occidunt populariter.*

Pollinctores, qui olim funera morientium curabant, ipsaque corpora abluebant, vngebant, candida veste induebant, sepeliebantque, vt apparet ex 1. *Floridorum Apuleii*, Satyra *Iuuenalis 3.*

Plutarchi *quæstionibus Romanis*, videntur Fulgentio dicti quasi *pollutorum unctores*. Vnde Apuleius in Hermagora: *Pollinctor eius funeri, dum vnctionem parat*. Plautus etiam in Pœnulo, *Quia mihi pollinctor dixerat, qui eum pollinxerat*. Quæ tamen verba magis approbare videntur etymon deductum à *pollincendo*, quod funus curare significat Latinis. Sunt alii interim, qui originem nominis trahere malunt à panibus ex polline factis in funebri epulo, quod omnino non probo. *Pollinctura* verò, siue *pollinctus*, tota funeris curatio est, etsi eodem quoque nomine funeralis cœna intelligatur, quæ & silicernium solebat dici. Omnia autem quæ pertinebant ad Pollincturam, vendebantur in templo Libitinæ ab ipsis Libitinariis. Vlpianus scriptum reliquit. si libitinarius seruum Pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliauerit, dandam in eum institoriam actionem. Cúmque lucrum facerent ex re tali, optabant illi multorum mortem. Proinde Seneca de beneficiis: *An tu Aruntium & Ateium, & ceteros, qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putes eadem habere, quæ designatores & Libitinarii, vota?*

Polynices, Oedipi filius, Eteoclis frater, qui cũ etiam bellum gessit propter regnum Thebanum, quòd ex pacto, vt vicibus regnarent alternis, cedere noluit anno exacto, vnde sit dictus, indicat Euripides in Phœnissis hoc modo: ἀληθῶς δ' ὄνομα πολυνείκην πάτηρ ἔθετό σοι θείᾳ προνοίᾳ νεικέων ἐπώνυμον, *Rectè tibi pater Polynicis nomen indidit diuino nutu, tracto à litibus nomine.*

Polonia, magna Sarmatiæ pars, à planitie, quam ipsi vernacula lingua nominant Pole, est appellata, *teste Vadiano cùm in doctissimis commentariis suis in Melam, tum in topographica epitome, totius orbis.*

Polus. Duo sunt poli totius mũdi, quos Arati interpres τὰ τοῦ ἄξονος πέρατα, id est, axis seu *diametri mundi* extremitates appellat dictique ἀπὸ τοῦ πολεῖν *vertendo*. Circa polos enim vertitur mũdus. Hi, vt dixi, duo sunt, vnus conspicuus Boream versus & *Arcticus* dictus, ἀπὸ τῶν ἄρκτων, vrsis: alter *Antarcticus* oppositus priori & ἀφανής, Vnde Poëta:

Mundus vt ad Scythiam, Riphæasque arduus arces
Consurgit, premitur Libyæ deuexus in Austros:
Hic vertex nobis semper sublimis, at illum
Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi.

Et Aratus in Phœnomenis:

περὶ δ' οὐρανὸς ἄλλυδις ἄλλῃ ἀγινεῖ
ἢ μὲν παραλνξει δύω πόλοι ἀμφοτέρωθεν,
ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἐπίοπτος, ὁ δ' ἀντίος ἐκ
βορέαο,
ὑψόθεν ὠκεανοῖο.

Interpres ibidem: πόλοι δὲ εἴρηνται, διὰ τὸ περὶ αὐτοὺς τὸν οὐρανὸν στρέφεσθαι. γραμμὴ δὲ ἐστιν εὐθεῖα, ἀρξαμένη ἀπὸ σημείου, καὶ εἰς σημεῖον λήγουσα. ἀπὸ γὰρ τινος ἀρχῆς ποιησάμενοι τὴν ἀρχὴν τῆς γραμμῆς, εἰς τι τέλος ἐλήξαμεν. ἡ οὖν εὐθεῖα γραμμὴ τοῦ ἄξονος τοὺς δύο πόλους ἔχει, τοὺς ἀπὸ σημείου εἰς σημεῖον. *Poli sunt dicti, quod circa eos vertatur cœlum. Hoc enim* τὸ πολεῖν. *Recta autem est linea ab vno puncto incipiens & desinens in alterum. Cum enim initium lineæ ab aliquo principio sumserimus, in finem quoque aliquem desinamus necesse est. Recta itaque linea diametri mundi duos habet polos, quippe ab vno signo ad aliud.*

Polydamas proprium nomen, παρὰ τὸ πολὺ δαμάζειν, *quòd multum domet, aut multorum sit domitor.*

Polyhymnia, Musarum vna, non deflectenda ἐκ πολλῆς μνείας, id est, *multarum rerum memoria*, iuxta Fulgentium, sed à copia cantilenarum in laudẽ Deorum, quas hymnos vocant, vt *multum* eisdem Græcis est πολύ.

Polypus, piscis voracitate infamis, quòd famis impatiens, si non suggeratur alius cibus, seipsum comedat, *teste Hesiodo ἐν ἔργοις & Oppiano in Halieuticis*, à multis pedibus, πολλῶν quippe ποδῶν,

δῶν, appellationē habere dicitur. Nam & Heledonē speciem eius faciunt etymologici Grammatici dictam ἀπὸ τοῦ ἑαυτὴν ἔδειν *quod seipsam edat*, inserta per Pleonasmū l, litera. Saxis hic adhæreſcens alium atque alium, imò semper similem iis, quib. appropinquauerit, colorem exprimit, vt *omnium horarum homo*, qui accōmodare se nouit variis hominum moribus, Polypi mentem obtinere feratur. Quare etiam, adulatorem vocat Polypū Magnus Basilius *libro de gentiliū lectione*. Quod ille pariter colorem, hoc est, mores ad audientium voluptatē demutet. Ab hoc pisce *Polypus* dictus est, *tumor præter naturam genitus in naribus*, quod eius carni, colore & consistentia, tum reliquis accidentibus similis sit, multas habens radices, vt ille pedes. Quin vt ille venantes vlciſcitur suis acetabulis apprehendēs illorū manus, ita hoc vitio laborantium obstruit nares, vt spirēt difficulter & loqui ægrè possint. Color quidem eius est varius, aliis albidus, aliis subflauus, aliis subruber. Substantia pariter aliis mollis, & quodāmodo fluida, aliis durior & magis contracta. Meminit & Pollux huius affectus his verbis: νόσημα δὲ ῥινὸς, τὸ μὲν ἐκ ψύξεως, κόρυζα καὶ κατάῤῥους. τὸ δὲ δυσίατον, πολύπους. Generatur autem iuxta Galenum *ex crassis & lentis humoribus*. Alii tradunt recētibus vlceribus neglectis carnem excreſcere, quæ nūcupatur σάρκωμα. Ea cum longitudine ita excreuit, vt iam è naribus propendeat foras, aut in fauces relabatur, polypus est. *Hæc ita Medici*.

Pomarium, hortus consitus pomiferis arboribus. Naso in transmutationibus. *Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas Montibus*. Et Flaccus carminum 1. *Ode*: dixit *mobilibus pomaria riuis*. Sed & locum significat, in quo reponuntur poma. De eius situ & quo pacto seruentur poma, vide Vitruuium, *lib. 1. cap. 4.* Plinium *lib. 15. c. 16.*

Pomœrium quasi *post murū*, vt *Auctor est Varro*, *adstipulāte Liuio decad. primæ, libro primo*, *vel, vt Festus*, quasi promurū, est dictum, id est, *proximū muro*. Agellius definit ex auspiciorum libris esse *locū intra agrum effatum per totius vrbis circuitū, pone muros, regionibus certis determinatum, qui faciat finē Vrbani auspicii*. Varronis etymon approbat Plutarchus in Romulo his verbis: Τῇ μὲν οὖν γραμμῇ τὸ τεῖχος ἀφορίζουσι, καὶ καλεῖται κατὰ συγκοπὴν πωμήριον, οἷον ὄπισθεν τείχους ἢ μετὰ τεῖχος, *hac linea describitur murus, vocaturque ea pomerium, syllaba vna abscissa, quasi à tergo muri, vel post murum sit*. Proferre pomerium erat veteribus, *vrbis mœnia amplare*. In eo autem Romani nullum patiebantur ædificium fieri.

Pomona, auctoribus Varrone & Festo, pomis præerat, à quibus & illi nomen proprium illa habebat flaminē, qui *Pomonalis* dicebatur. Seruius scribit ex Fabulis deam hanc Picū regē amasse eiusque sortitam esse coniugiū. Meminit & eius Ouidi⁹ *Metamorphos. 14.* his verbis:
Rege sub hoc Pomona fuit, qua nulla Latinas
Inter Hamadryadas coluit solertius hortos,
Nec fuit arborei studiosior altera fœtus.
Vnde tenet nomen. Sic *Bubona*, boum Dea, *Mellona*, mellis.

Pompa rerū progredientium ordo, vel etiā solennis apparatus & ostentatio, in triumpho, origine Græca est dictio. Nā πομπὴ est *deductio*, ἐπιδεῖξις qualis fieri solet in triūpho, aut publicis supplicationibus. Hinc Etymologicon magnum: λέγεται δὲ πομπὴ καὶ ἡ μετὰ σαυροῦ λιτή. Cicero in Pisonem: *Quid tandem habet iste currus? Quid legati in equis & tribuni? Quid clamor militum? Quid tota illa Pōpa?* Virgilius in Georgicis, *Ad delubra iuuat solennes ducere Pōpas*. Transfertur etiam ad res alias, vt cùm Cicero inquit Offic. 1. *Cauendum est, ne aut tarditatibus vtamur in ingressu mollioribus, vt similes Pomparum ferculis esse videamur, aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates*. Idem, *Sed iā è Pompa in veram aciē descendamus*. Plautus in Curcul. *Quo te hoc noctis dicā proſi-*

cisci cū isthoc ornatu,cum hac Pompa Phædrome. Dicimus & funebrem Pompā & sacrificiorum, quæ Diis fiebant, qualis *Megalesiaca* fuit, in qua simulacrū Cybeles deferebatur in circum cum aliis quibusdam nominibus, vt & in Cereris Pompa, & Veneris, cui potissimum assurgebant amantes, id quod docet Ouidius his potissimùm versibus:

Sed iā Pōpa venit, linguis animisq; fauete,
Tempus adest Plausus, aurea pōpa venit.
Prima loco fertur sparsis Victoria pennis?
Huc ades, & me' hic fac Dea vincat amor.

Pompeia porticus exstitit Romæ, structa scilicet à Pompeio, vt solebant olim erigere eiusmodi structuras, quo ambularēt in iis homines. Talis inter ceteras maxima admirationis porticus Corinthia fuit ad circum Flaminiū erecta à Cneio Octauio, atq; ita appellata propter Corinthiū æs, quod in colūnis cōspiciebatur, celebris insuper Antiphili pictura, quem in ea Cadmum ac Europen pinxisse scribit Plinius.

Pomponii. Quatuor filios genuisse legitur Numa Pompilius, qui omnes honestis familiis nomina dederint: *Calphū*, à quo Calphurnii sint dicti: *Pinū*, à quo Pinarii: *Mamercum*, à quo Mamerci: & *Pomponem*, à quo Pomponii: Fuit id nominis Pomponio Attico Equiti Romano & Ciceronis in primis amico, item Pomponio Læto Romanarum antiquitatum admodum sua ætate perito.

Pomum dictum est Isidoro ab opimo, id est, à copiæ vbertate Varroni, quod *pescat potum*. Generale hoc esse vocabulum omnium fructuum, qui esui apri nascuntur ex arboribus, siue molli sint cortice, siue duriore, volūt nōnulli. Nā & nuces, & ficus, & vuas cū duracinas, tum quas τραγήμας vocant, eius appellatione cōplectitur Iurisconsultus. Videtur idipsum innuere Ouidius *Metamorph.14.* cum de Pomona loquitur, his verbis: *Non syluas illa, nec amnes, Rus amat, & ramos fœlicia poma ferentes.* Quanquā Macrobius & Seruius distinguētes poma appellent ea, quæ molli tegūtur cortice: nuces, quæ duriore. *Melimela* à mellis sapore sunt dicta, quod μέλι sit *mel*, μῆλα *mala*. *Mattiana*, quæ se Romę demirarum narrat Athenæus, à Mattio inuentore Plinius nominata putat. *Gestiana* itē & *Manliana* à Gestio & Manlio sunt appellata, quòd isti talibus in serendis pomis fuerint insignes. Similiter *Appiana* ab Appio è *Claudia* gente sunt nominata, *Claudiana* à Claudio, *Sceptiana* à Sceptio, *Quiriana* à Quirio. A patria Persicis malis est nomē. Item Camerinis, Græculis, Sentinis, vt a colore Roseis, ab Appiorum similitudine Melapiis, à figura orbis in rotūditatem circumacti Orbiculatis, quæ Græci à patria Epirotica vocant, ab effigie mamarū Orthomasticis, vt taceam de reliquis generibus, quæ fere sunt innumera. In Historiis proditur Philippum & filium eius Alexandrum fuisse φιλομήλους. Apud auctores, maximè Poëtas, amoris signum est pomum. Vnde apud Virgilium Menalcas: *Malo me Galatea petit.* Tribuit eidē *malorū iactum* Theocritus. Malo etiam venatur Acontius *Cidippen*, eundemque fructum cōsecrāt Veneri, quæ sanè hoc visa insignis, erecta statua apud Sycionios, sed altera manu gerens papauer. Eo vero amorē, at papauere vim prolificam & seminis copiam isti significabant.

Pontia Venus cognominata legitur apud Pausaniam *libro 2.* scilicet à Ponto. *vt eadem sit*, quam marinā appellat Flaccus *Od.36. libro tertio.* dū ait, *Lanum marinæ qui Veneris latus custodit* Ex mari enim orta & nata creditur. Hinc Græcè eam vocāt ἀφροδίτην, ab ἀφροῦ scilicet, quod spumam significat. Fabulantur enim eam è spuma maris natam Poetæ.

Ponticum Absinthium in scholis medicorū celeberrimū, nomen sortitum à Pōto regione, vbi velut in Cappadocia & mōte Tauro optimum nascitur, *teste Dioscoride, libro 3.c.23.* Pliniū quoq; vide *lib.27.cap.7.* Theophrastum, *lib.9.cap.28.*

Ponti

Pontifex, veteribus Romanis vſurpatũ & valde vſitatum nomen, Gręcis ἀρχιερεὺς, ἱεροδιδάσκαλος ἱερονόμος, ἱεροφάντης, ἱεροφύλαξ iuxta Dionyſiũ appellationem arceſſit ab vno ſuorum operum Ponte videlicet, faciendo, quod etymon Varro *4. de lingua Latina*, confirmat his verbis: *Pontifices ego arbitror à Ponte dictos. Nam ab iis ſublicius eſt fact⁹ primùm, & reſtitutus ſæpe, cùm ideo ſacra & trans & cis Tyberim non mediocri ritu fiant.* Idem tamen annotat Q. Scæuolam Põtificem Maximum voluiſſe dictum Pontificem *a poſſe & facere*, id eſt, *offerre ſiue ſacrificare*, idque malo amplecti, cùm Numæ temporibus in vſu fuerit id nomen, vtpote quibus Pontifices aduſque annum fere Vrbis ıↄcl. à collegio Pontificum eiuſdem Numæ inſtituto ſoliti fuerint cooptari. Non enim creabantur à populo comitiis ante tribunatum Cn Domitij & Aenobarbi, cùm pons Sublicius poſtea ab Anco Martio ædificari ſit cęptus. Hoc animaduertit Sabellicus *libro 3. Æneid. 2.* & eius veſtigia legens Viglius Zvvichemus, Friſiæ decus, Quò mirer doctiſſimum Camerarium contrarium tueri maluiſſe. Hinc forte *Pontificium* apud veteres, pro iure & poteſtate faciendi accipi ſolitum, *vt colligit Alciatus ex Conſtantini ſanctione*, quæ exſtat in Codice Theodoſiano, vbi de *maternis bonis* loquitur. Ad numerum Pontificum quod attinet, quatuor tantùm inſtituti traduntur à Numa, qui omnes erant Patricij, nec diu creari licuit, niſi à patribus, *vt ſcribit Feneſtella.* Tandem quatuor etiam alios ex plebe Pontifices creari placuit, M. Valerio & Q. Apuleio Conſulibus, vbi plebs tribunitiis rogationibus maximorum quorumcumque honorum partem obtinuiſſet. Vnus tamen omnibus præfectus fuerat à Numa, iſq; *Põtifex Maxi.* appellabatur. Habebat idẽ ſacra omnia exſcripta, *quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quæ templa ſacra fieri deberẽt, vnde ſimul eroganda pecuniæ ſumptus oporteret fieri.* Orta quæſtione de religione & ſacris, conſulebat eum populus. Vnde & Dionyſius *libro 2. Pontifices de omnibus cauſis ad ſacra pertinentibus iudicant, tam inter magiſtratus ſacrificos, quam inter priuatos homines, nouaſque leges de ſacris arbitratu ſuo condunt, ſicubi deſtituuntur ſcriptis legibus: Magiſtratus, penes quos ſunt ceremoniæ, ac ſacrificia, ſacerdoteſque omnes examinant: Miniſtros quoque ſacrorum in officio continent, ne quid præter ſolennes ritus faciant. A profano etiam & imperito vulgo conſuluntur de cultu Deorum ac geniorum, aliiſque religionibus. Quod ſi quem animaduertant præſcripta ſua contemnere, eum mulctant pro magnitudine delicti. Ipſi nullius poteſtati ſunt obnoxij, nec tenentur ad reddendam rationem vel Senatui, vel populo. Id genus ſacerdotes, ſiue ſacri Doctores, ſiue ſacrarum legum cõſulti, ſiue ſacrorum cuſtodes rectè dicendi. Ego Hierophantas noſtris appellari dixerim. In defuncti locum alius ſolet ſubrogari, non populi ſuffragiis, ſed qui collegio maximè videatur idoneus ex omni numero, nec niſi inauguratus ad ſacerdotium admittitur.* Hæc ille, quibus conſimilia ferè refert Cicero in Oratione *pro Domo ſua* ad Pontifices. Aſtipulantur Canonici Scriptores, cùm eandem poteſtatem ipſi tribuunt in omnes Eccleſiaſticos ordines, ritus ac cæremonias, qui *Maximus* habetur *Pontifex* inter Chriſtianos. Conſtituitur enim Papa ſupra omne concilium & ſtatuta, *cap ſignificaſti, de Election.* ſolus ſupra ius diſpenſat, *cap. propoſuit, de cõceſſ. præbend.* principem ſecularem deponit, *cap. ad abolendam. de heredi.* Ipſius ſententiæ ab omnibus ſeruãdæ *XCIII. diſt. ſi inimicus*: Nõ licet alicui diſputare de ipſius iudicio CXVII. *q. VI. ſi quis ſuadente.* Noua religio omnis ab illo eſt cõfirmãda *XII. Diſt. præceptis.* Dicitur quoq; apud Max. Romanũ Põtificẽ olim extitiſſe tabula, in qua Solis & Lunæ defectus, anni pariter mẽſium, Faſtorũq; ratio perſpiciebatur. Eſtq; notãdũ (nã in eo ab hodierno põtifice differre videtur) quòd peractis ſacris licitũ fuerit eum in ius vocare, ſicut Vlpianus

prodit, *l. 2. ff. de in ius vocando.* Primum Maxim. Pontificem legit Numa, *teste Liuio.* Numam Marcium M. F. Ex plebe autem primus creatus est Pontifex Maxim. T. Coruncanus, postquam in multos, tam patritios, quam plebeios, vsque ad C. Iulium Cæsarem, dignitas ista fuit collata. Eo mortuo vi pontificatum inuasit Lepidus, post Lepidum suscepit Augustus, etsi Lepido viuo nunquam, multis interim vrgentibus, recipere voluerit, *teste Tranquillo.* Post Augustum omnes Romani principes seu Imperatores supremam hanc diuinarum rerum auctoritatem & susceperunt. & Maxim. Pontifices se appellari sunt passi, inter Christianos Constantinus, Valentinianus, Valens, & Gratianus, quorum vltimus tamen se Maxim. Pontificem appellari vetuit, *vt Zosimus refert.* Perstitit autem Romæ Pontificum collegium, vsq; ad Theodosij senioris tempora. Inde inualescente indies religione Christiana reditus eorum omnes applicati sunt fisco. A Pontifice porro nomen est cœnæ Pontificali, omni lauritiarum genere instructæ, cuius descriptio exstat *libro 3. apud Macrobium.*

Pontina tribus, à Pontia vrbe est dicta. *Festus.*

Pontus, πόντος, ἀπὸ τοῦ πνέω, quod est *spiro.* Sunt enim in eo αἱ πνοαὶ καὶ οἱ ἄνεμοι. Videri possit quoque à πνέω descendere πνόος, per metathesin πόντος, cuius Etymologicon monet. Vel pontus, ἀπὸ τοῦ ποντίζειν, quod *mergere* significat. Alij deducunt, ἀπὸ τοῦ πόνου, id est, *labore & molestia*, quam illi exantlare coguntur, qui nauigant mare. Vnde Homerus de Vlysse: Πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμόν. Etymologicon addit: ἢ παρὰ τὸ πίνω, ὁ πίνων τοὺς κινδυνεύοντας, quod *pontus periclitantes bibat*, hoc est, *absorbeat.*

Popina locus desidiæ, luxuriæ & comessationi destinatus, in qua qui versantur, *Popiones* dicuntur, appellationem trahit à popa, quæ vox Persio pinguedinē aut hominē pinguē significat alias sacrorū ministrū, qui victimas immolat. Propertius: *Succinctique calent ad noua sacra popæ.* Spartianus in vita Getæ: *Percussit hostiam nomine Antonius.* Hinc & vncta dicitur popina Horatio *infamis, fœda* & *turpis* Manilio. Etymo autem nostro cedent, velint, nolint, qui inepte deriuant ἀπὸ τῆς πείνης, id est, *fame*, ne planè habeâtur insipidi, aut expertes rationis.

Poples pars pedis opposita genu, quod post plicetur, nomen inuenit.

Populus. Qui hoc nomen deriuant ἀπὸ πολλῶν πλειόνων, *multo pluribus, eo quod omnes ordines complectatur.* non sunt omnino vani. Differt enim à plebe, sicut genus à specie, patritijs ei cum Senatoribus adnumeratis, qui plebis nomine alioqui excluduntur. Isidorus, dictum putat, quasi πολιτῶν ἄθροισμόν, *ciuium cœtum.* Exactis regibus distributus fuit populus Romanus, in tres omnino ordines, Senatorium, Equestrem & Plebeium, *vt ex 26. Liuij apparet*, cùm ante in Patritios & Plebeios tantum esset diuisus. Pactiones effecerunt postea, vt quidam *Optimates*, nonnulli *Populares* appellarentur, rursus à iure imaginum *Nobiles, Noui, Ignobiles.* Erat enim imaginum ius nihil aliud, quam ius nobilitatis, quo carebant, vt & maioribus, homines noui ex telonio (vt ita dicam) oriundi. Ideo Polybius definit *imaginem, esse viri alicuius insignis simulachrum oris similitudinem referens coloribus pigmentisque artificiose adumbratam, quod ligneo armario in parte domus celebriori includebatur.* Porro diuisus populus fuit in curias triginta, tribus triginta quinque, & classes quinque. Conuentum populi, cum suffragiorum aliqua de re ferēdorum gratia, non vt ludos spectaret, conueniebat, soliti fuerunt appellare comitia, *de quibus suo loco satis multa.* A populo Iuno *Populona* seu *Populonea* cognominata, quippe quam populus precabatur, *vt innuit Martianus*: *Populifugia* dixerunt diem, quo populus repentè fugit. Multa in hāc

rera

tẽ Plutarch' in Camillo simul & Romulo, vt & Ouidius Fastorũ 2. cũ ita canit:

Est locus, antiqui capreæ dixere paludem:
Forte tuis illic Romule iura dabas.
Sol fugit, & remouent subeũtia nubila cœlũ,
Et granis effusis decidit imber aquis.
Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus æther:
Fit fuga rex patriis astra petebat equis.

Popularia sacra sunt, *vt ait Labeo*, quę omnes ciues faciunt, nec certis familiis sunt attributa, qualia *fornacalia*, *parilia*, *laralia*. Sed hæc apud Festum:

Porcia lex à M. Porcio Trib. plebis lata cauebat, *ne quis magistratus ciuem Romanum virgis cæderet necaretue, sed damnato permitteret exilium, cum antea ceruix insereretur furcæ, corpusque virgis cæderetur ad necem.* faciunt eius mentionem Dio, *libro* 45. Cicero *pro Rabirio*, Liuius *libro decimo*, fuitq; lata Anno ab V.C. DLIV. post Porciam legem tulit aliam C. Sempronius Gracchus, ne quis ciuis Romanus iniussu populi morte mulctaretur. Item, *vt de eo magistratu constitueretur quæstio, qui indicta causa animaduertisset in ciuem Romanum.* Tanta itaque libertas vel potius dignitas cùm esset concessa ciuibus, haud mirum, si ad ius ciuitatis adipiscendæ summo studio aspirauerint exteri *Latini, Itali, Hispani, Germani*, nec temere aut desolutoriè impartire voluerint, imò lege Claudia peregrini, qui clam irrepserant eiecti fuerint ciuitate, *vt Cicero testatur pro Balbo.*

Porcus, quasi *spurcus*, Porca *spurca*. ingurgitat enim se cœno, & luto emergit, vt *loquitur Isidorus*. Vnde Horatius: *Et amica luto sus.* Ob hanc eius spurcitiem tantæ abominationis animal fuit Ægypriis, vt, si quis eum vel incuria tetigisset, statim se fluuio ablueret, imò tẽplis prohiberentur subulci. Apud Romanos quoque sine piaculo porcum tãgere non poterat Flamen Dialis, idemque Scythis erat contemptui. Et in lege Dei esu eius interdictum Iudæis, vt abstinendum sibi esse ab omnibus voluptatum fæcibus admonerentur, aut potius euitandas esse cauillosas Sophistarum nugas, atque argutias iuxta Philonem, qui inhærentes luto ita fere in eo volutantur & computrescunt, vt quidem ægrè aut nunquam auelli possint turbidam illam exosi disputationẽ, quæ nihil in se limpidi aut veri habet. Inter populos olim fœdus iniri, & pax firmari solebat cæsa, *quod ait Virgilius*, porca, cui *Ouidius 2. de Ponto*. & Tranquillus *in vita Claudij* astipulantur, tametsi Liuius *porcum* nominet. Mactabatur & Cereri, quòd magnam pastu suo segetibus inferret cladem. Hinc Ouid. Fastor 1.

Prima Ceres auidæ gauisa est sanguine porcæ
Vlta suas merita cæde nocentis opes.

Propudianus porcus dictus est, *vt asserit Capito*, qui Claudiæ gentis velut pulpamentum, & exolutio omnis recontractę religionis est: *Præcidanea porca*, quam immolare solebant antequam nouam frugem inciderent. Pridie enim eius diei, quo mactabantur solennia sacrificia, cędebantur hostiæ, quas *Præcidaneas* vocabant, *vt est author Pompeius*: Vt à præcidendo nomen acceperint suum. Eligebantur autẽ ad sacrificia porci maiores, qui dicebantur eximij, *teste Donato*, sicut *boues* tales *egregios*, *oues* dicebant *lectas*. Solebat quoque initio nuptiarum à noua nupta & nouo marito immolari porcus in Hetruria, id quod Prisci Latini fecisse pariter leguntur cum Græcis in Italia. Romani inter militaria signa habuerunt quoque animalis huius effigiẽ, quinto videlicet loco, eo quod cõfecto bello cæsa porca fœdus firmare solerẽt, vt antea dictum. Apud Aristophanem, sicut & alij animaduerterunt, inuenias χοῖρον, id est, *porcum*, pro *muliebri* accipi *natura*, hoc est, pro ea parte, qua sunt mulieres. Vnde *subare* nequitiæ verbum quo est vsus Horatius Epodis. *Porcus, quæ in agris fiunt*, ait Varro dici, *quòd porrigant frumentum.* Fiunt autem inter duos sulcos. Appellantur etiam hoc nomine rari sulci aquæ deriuandæ causa facti, eo quod

quod *porcant*, id eſt, prohibeant, ne aqua noceat frumentis.

Porricio quaſi porro iacio. Verbum olim ſolenne ſacrificantibus. Virgilius: *Extaque ſalſos porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.* De hoc verbo & carmine Virgilij eruditè diſſerit Macrobius *Saturnal. 3. cap. 2.* quem qui plura volet, leget attentè.

* *Porta*, Hebr. פתח *Pethach*, à verbo *Pathach*, id eſt, aperuit, patere fecit, patefecit, id quod clauſum erat recluſit vt pateret ingreſſus. Cognationem habet cū מתח *Mathach* aperuit expandendo, explicuit. Hinc πετάω, πετάννυμι, πετάζω, περιπετάζω, extendo; ἀναπετάω, ἀναπετάννυμι, ἐκπετάζω, &c. extendo, aperio. Lat. pateo, patefacio, patens, patulus. Et clauis, ab aperiendo dicitur מפתח *Mapteach*. A verbo שער *Schahar*, Obſeruauit & cuſtodiuit portam, quod in ſecunda coniugatione habet *Schobar*, id eſt, exaſperatus eſt, deriuatur nomen *Schahar*, Porta, nam olim in portis ciuitatum exercebātur iudicia ſummo iure, & ſententiæ capitales in reos pronunciabantur, quod non ſine aſperitate iudicum & adſtantium horrore fiebat. Græcis θύρω, aperio. inde θύρα ianua, porta quæ aperitur & clauditur. Latina *Sera*, obſero item ac reſero.

Porta Iſidoro dicta: *quòd poſſit aliquid per eam importari, vel exportari*, eſtq; propriè vrbis vel caſtrorum. Harum autem quatuor potiſſimùm fuiſſe apud Romanos, indicat Liuius Hiſtoriæ ſuæ 40. his verbis: *Ad quatuor portas exercitum inſtruxit.* Inter eas prima dicebatur, *Prætoria*, vel *Quæſtoria* à prætorio vel quæſtorio ducis, prout prætor aut quæſtor caſtris aut legionibus præerat, eaque vel ſolem orientem ſpectare, vel è conſpectu hoſtium dirigi conſueuit. Ammianus *libro vigeſimo quinto: Auſi inter hæc equitum cunei porta perrupta Prætoria, prope ipſum tabernaculum aduenire.* Ea verò exercitum educi ſolitum in prælium, notauit Feſtus. Sed & Liuius: *Q. Fuluius Flaccus legatus cùm dextr.. al.. ad Quæſtoriam portam poſitus.* Di.. o hanc hoſtibus oppoſitam & obuerſam fuiſſe, quo expeditior eſſet eruptio. Contrà Decumanam auerſam inuenio. De ea Tacitus *Annalium primo: Vt cuncti ruerēt ad portas, quarum Decumana maxime petebatur, auerſa hoſti, & fugientibus tutior.* Dicta Decumana nonnullis, eo quod eſſet maxima, ſicut *fluctus Decumanus & oua Decumana*, vel potius à cohortibus decimis. Per hanc partam ſecundam educebantur facinoroſi & deſertores, vt pœnis militaribus coerciti exemplo eſſenr aliis. Eadem ex diametro prætoriæ erat oppoſita, *vt ad Tacitum doctiſſimus vir Lipſius animaduertit.* Eſtque Liuio Extraordinaria, *libro vndecimo, vt idem notat in Militia Romana, libro 5. Dialogo 5.* Tertia autē *Principalis* dicta. Sed vnde? Lipſio à *Principiis*, quibus reſpondebat, quaſi *Principalis*, non quod eſſet principalis, id eſt, primaria, cū de ea haudquaquam rectè hoc affirmetur. Aliis vero à principibus & ſummis ducibus, qui per eam velut per poſticum educebāt ordines ſuos ad opem illis ferendam, qui laborabant redacti in anguſtias. Quapropter volunt & viam, quæ ferebat ad illā, dictam principalem. Quarta tandē *Quintana*, cui Lipſius (qui cū Turnebo principales ſtatuit duas, vnam ad lęuā, alterā ad dextram, nominās eaſdem *Laterales*) etiā nomen *Principalis* attribuit. Per iſtā ſolitus eſt conuehi cōmeatus in caſtra, rerumque vtenſilium copia, quæq; bello forēt vſui, *teſte Alexandro ab Alexandr.* Leo tamen Imperator, *libro de bellico apparatu*, prę̨ter has quatuor maiores & publicas portas (*vt nominat*) ſcribit paruas portas fuiſſe cōplures. Intelligo, quādoque pro re nata, & circūſtantiarū diuerſitate fieri id potuiſſe, at nō ſemper id factum. Vel ſi factum, multoties habitam præcipuè rationem inſigniorum portarum quatuor, reliquarum verò minorū nullam mētionem factā ab auctoribus, quòd præ eximiis illis magnitudine viſendis

sendis portis quatuor, semper in castris erigi solitis, exigente ita necessitate, habitę non fuerint portarum insigniorum numero, vel quia nulla extiterunt earum nomina, quibus prodere eas, vt cæteras illas, potuerūt auctores. Quantum ad oppidorum portas, vult Vitruuius earum itinera non esse directa, sed *σκαιὰ*, *libro primo, de architectura, capite quinto.* Facit enim hoc ad oppidorum tuitionem. Vrbs Roma in suis cunabulis tres tantùm portas agnouit, Carmentalem seu Sceleratam, Pandanam, & Muguniam. Inde cùm sæpius prolatum esset Pomœrium, extiterunt per omnem ambitum numero triginta quatuor, prout auctores prodiderunt. Tandem adiicio portas ciuitatis ab aliquibus non habitas *sanctas*, quòd per eas efferrentur mortuorum cadauera. Olim enim efferre solebant mortuos, & sepelire extra ciuitatem. Vnde intra Delon non licitum fuisse cremare aut humare defunctos, scriptum reliquit Strabo *Geograph. 10.* Et Plutarchus scribit in *Arato*, intra Sycionis mœnia neminem *veteri* lege potuisse humari, cōditum tamen sepulchro Arati cadauer ex Apollinis responso.

Portentum, quod propriè res est, mirabilis supra & contra communem naturæ cursum, rem non præsentem, sed futurum respiciens tempus, nomen habet, quòd ea, quæ porto sunt, quasi intenret, vel quòd porro tendat, hoc est, portendat. Cicero *2. de natura: Prædictiones & præsensiones, quid aliud declarant hominibus, nisi ea, quæ fiunt, ostendi, monstrari, portendi, prædici? Ex quo ostenta, monstra, portenta & prodigia dicantur?* Eandem nominis originationem apud eundem inuenias *lib. 1. de diuinatione.* Veteres Grammatici dictū volunt non solùm quòd porrēdat, sed etiam quòd iam apportet aliquid. Portenta rerum fieri dicuntur ex Pauli apud Festum auctoritate, cùm solita corpora rarò se ostendunt: vt cometæ, turbines, barathra, sereno cœlo facta tonitrua. In hanc rem videndus & Isidorus *libro vndecimo, capite tertio.*

Porticus dicta Isidoro, quòd sit quasi porta, vel quòd sit aperta, aliis *à portu*, vt infra dicetur. Ad inambulationes enim & vmbras, talia ædificia à veteribus cum Græcis, tum Romanis erecta tradunt auctores. Inter cæteras maximæ admirationis fuit Romæ *Porticus Corinthia*, à Cneio Octauio ad circū flaminium erecta, & ab ære Corinthio, quod inductum erat columnis, sic appellata. Visa est & porticus cognomento Persica Lacedæmone, quam Pausanias Agesipolidis filius Platæensi prælio est consecutus, cùm parua manu ingentes hostium copias profligasset, in cuius præclari facinoris memoriam statuas habitu Persico pro columnis huic ædificio subiecerunt. Athenis visa fuit porticus pœcile, æneo Mercurio & aliis picturis celebris, vbi & Marathonia pugna erat depicta. Generaliter appellabant Græci *στοὰν*: Vnde Stoici Philosophi, vel *οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς φιλόσοφοι* Philoni, *libro de mundo.* Illi quippe in ea Philosophi solebant, & ad Zenonem confluere, *vt tradit in eius vita Diogenes.* Sed hæc ipsemet *ποικίλη*, quę alio nomine *πεισιανάκτειος* audit. Olympiæ dicitur, alia fuisse *Heptaphonos* dicta à voce, quæ cōclamata per septem orbes ruptis spatiis eandem multiplicato sono referebat. Inuenio quoque *Porticus centenarias* & *miliarias* dictas à passuum multitudine vel longitudine, vt *quidam volunt.* Etsi Pomponius Lætus *Romanarum antiquitatum vir peritissimus in historia Roman. compendio* scribat hoc fere modo: *Theatrum Pompeij arsit, & ei propinquū Hecatonstylo centū columnarum in cāpo Martio opus. Centenariam porticum* appellabant.

Portitor, qualem apud Inferos Charonē fuisse fabulantur Poetæ, idē qui Gręcis *πορθμεὺς*, quo ipse nomine Cha-

rou quoque dici consueuit Luciano. Quod huic soluitur vectigal, est *portorium*, nempe merces pro traiectu, quam & *naulum* dicebant indi solitum in os defuncti, ne pertingentes ad cymbam Charontis animæ relinquererétur in littore. O stultam superstitionem. Nomen vtrumque bene coniunxit Plautus in Trinum. *Solutum est, portitor, iam portorium.* Meminit eius rei Apuleius, *6. de asino aureo.*

Portunus vel *Portumnus*, Deus Ethnicorum, à portu appellationis originem habet, *teste Cicerone, 2. de Natura Deorum.* Quamquam non desint, qui legant à *Porta*. Etenim quidam pro portarum Deo habebant, clauē in manu eius propterea fingentes. Alij à portando deducunt. At verius etymon prius, quod portubus esset præfectus hic Deus, alio nomine Palæmon. Nam in hunc versum esse Melicertam, voluntate numinum, sicut Ino in matrem *Matutam* siue *Leucotheam* versa fuit, legimus in fabulis, maximè 4. *Metamorphoseon.* Idem Fastorum 6.

Leucothee Graijs Matuta vocabere nostris:
In portus nato ius erit omne tuo.

Ædes eius Romæ fuerunt duę, vtræque in vndecima vrbis regione, vna rotunda ad pontem Æmilium, altera apud Apollinem Cœlispicem & Herculem Oliuatum. Ad pontem Aemiliū res quoq; diuina ipsi fieri consueuit, eidemque portumnalia instituta, de quibus Varronem vide 4. *de lingua Latina.* Certum quoque ipsi facta esse vota à nautis pro incolumi nauigatione.

Portus, locus conclusus, per quem importantur aut exportantur merces. Hinc auspicium nominis. Veteres etiā domos vocabant partim insulas, partim portus. Hinc angiportui nomen, quasi per quem propter angustias nihil agi possit in portus. Aliqui etiam *Porticus* nomen ab eadem portus significatione deriuant.

Positiones, articuli apud Practicos inris, consuetudine magis, quam iure inductæ, *iuxta Bartolum, l. 2. ff. de iure calum.* cùm quidem interrogationes tantummodo instituendi iudicij, non litis decidendæ gratia admittantur, arcessere videntur nomen à *ponendo*, id est, *proponendo*. Quo modo ponere casum, id est, proponere, tritus est loquendi modus. Vtcumque: Quando proponuntur interrogando, videntur etiam originem trahere ex istis, quas modo dixi, interrogationibus. Græcè rectè dixeris theses, ἀπὸ τοῦ τιθέναι, vel θέσεις.

Possessio, ex mente Pauli, vel potius Labeonis, est appellata à pedibus, quasi positio, quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit, quam Græci κατοχὴν dicunt, *l. 1. ff. de acquir. vel amit. poss.* Haloander & alij legunt à *sedibus*: vt sanè ea ratione deriuari queat à *posse* & *sedere*. Vnde mutare sedes, item capere & occupare sedes dicimus etiamnum. Nihil illi commune habere existimant, cum pedibus τὴν κατοχὴν, ideoque reprobant & damnant etymon iuxta scriptionem priorem deriuatam à pedibus. Sed enim hæc verba, *quasi positio*, ad pedes alludunt, qui propriè dicuntur poni. Cicero *Philipp. 3. Hodierno die P. C. longo interuallo in possessionem libertatis pedem ponimus.* Hæc Ciceronis auctoritas facit, vt primam sententiam illam & lectionem haudquaquam repudiem. Loquitur autem de naturali possessione, quæ dicitur & corporis possessio, *l. 25. §. fin. ff. de acquir. vel amitt. poss.* Differt ab ea ciuilis, quæ in iure consistit, *l. si quis ante conduxit, eodem titulo.* Dominique affectu & animo tenetur. Aelius Gallus apud Festū definit *vsum esse fundi aut ædificij*, quæ verba Festus paulo inferius declarans possessiones dicit appellari *agros late patentes, publicos priuatósque*, qui non mancipatione, sed vsu tenebantur, & vt quisque occupauerat, possidebat. Vt inde probetur possessionem *fundum* dici, qui nobis per vsucapionem est aquisitus, & cuius proprietatem

tatem non habemus, cùm vſucapione non vera proprietas, ſed adiectio quædam dominij transferatur. Propriè poſſidentur res corporales. Hinc Baſilicæ definiunt, νομὴν σοματικοῦ πράγματος κατοχήν. Sed aliud eſt poſſidere, aliud eſſe in poſſeſſione, nec duo eiuſdem rei poſſeſſores in ſolidum eſſe poſſunt.

Poſthumus, qui poſt humatum patrem in lucem eſt editus, *l. 3. §. 1. ff. de iniuſt. rup. & irr. fac. teſtam.* Talis eius vocabuli vſus in Plauti Aulularia. Etſi Ceſellius vindex eum eſſe voluerit, qui eſt natus loco poſteriori, ſententia ſua confirmata hoc carmine Virgiliano:

Primus ad auras
Æthereas Italo cõmixtus ſanguine ſurget
Syluius Albanum nomen, tua poſthuma proles,
Quem tibi longæuo ſerum Lauinia coniux
Educet ſyluis regem, regumque parentem.

Hanc Ceſellii ſententiam vult Turnebus approbari & ſtabiliri ab Auſonio Poeta, qui illam prolem nominat ſupremam, quam Virgilius poſthumam vocat adiectiuè, *Aeneid. 6.* Quamquam inter cætera hoc quoque erratum Ceſellij notare voluerit Apollinaris Sulpitius, vt *eruditè explicat Agellius libro 2. capite 16.* tacitè tamen perſtringens & limitans dicta Apollinaris, cùm aliud eſſe dicit longum æuum, aliud perpetuum, nec Deos dici longæuos, ſed immortales. At enim Ceſellium tuetur rurſus legis Velleiæ caput cùm primũ, tum ſecundum. Ibi enim poſthumus nõ ſolùm eſt is, qui naſcitur poſt teſtamentum patre viuo, ſed etiam qui ante teſtamentum eſt natus, ſi poſtea viuo patre in ſui hæredis locum ſuccedat. Retinui hic veterem ſcribendi rationem cum aſpiratione in medio, eam potiſſimum ob cauſam, vt conueniret etymo. Nam nec ipſe Cuiacius diffitetur *Obſeruat. lib. 3. cap. 4.* vbi de hoc vocabulo prolixè agit, eum quoque poſthumum dici, qui eſt natus poſt mortem patentis, *auctore præſertim* Plutarcho, qui πόστουμον appellari ait ἐὰν τεθνηκότος πατρὸς γέννηται, in Coriolano & Sylla quod ipſum pariter Vlpianus, Caius, S. Pompeius, & Varro tradunt. Sed auctor ille in Sylla aliis vtitur verbis. Definit enim & nominat, τὸν ὕστερον τῶν πατέρων τελευτῆς γενόμενον, tametſi ſenſum exprimat eundem cum illa deſcriptione priori. Eandem amplectitur ſententiam Feſtus poſt Feſtum Iſidorus. Cicero etiam pro A. Cecinna filium poſthumum appellat, qui natus erat defuncto patre, dictuſque poſthumus C. Rabirius natura Curij filius, adoptione Rabirij, qui & repetundarum eſt accuſatus. His, *inquam*, omnibus confirmatus perſtiti, cum multis literatis in ſcriptura priore. At Cuiacius & alij nonnulli malunt ſcribere, *Poſtumus*, reiecta aut extrita aſpiratione. Quippe ita nuperrime ſcriptum inuenit Sigonius in antiquiſſimis exemplaribus Tit. Liuij, & in lapidibus. Græcis quoque πόστουμος, nõ πόσθουμος, eſt idem. Multũ quoque blandiri videtur illis, quòd Iuriſconſult. non ſolum eum poſthumum vocent, qui mortuo patre eſt natus, verum illum etiam, qui poſt teſtamentum patris eſt natus τηλυγέτην, hoc eſt, vltimo vel in ſenectute genitum deſignãs.

Itaque poſthumum deducunt à *poſt*, vt *poſtremum*, ſicut *extimum* & *extumum* ab extra, *intimum* & *intumum* ab *intra*, probantque verbi notionem, qua *poſtumus* dicatur quaſi *poſterior*. Quin Vlpianus poſtumos appellat poſteriores, *l. 3. ex his ff. de iniuſt. rupt. teſtament.* Ego vero quamquam Doctiſſimis hominibus fidem habeam, nec parum eorundem auctoritatem faciam, imò lubenter acquieſcam, maximè ſi ratione ſit fulta, auctor tamen cuilibet eſſe non auſim Cuiacij inſtar incomparabilis alioquĩ ingenij viri, vt in poſterum planè hunc modum arripiat. Fac oſtenderint hanc ſcripturæ rationem lapidum monimẽta, libri veteres, denique Græci fidem

eorum ex parte secuti, at quid illud ad obtinendum & euincendum scriptionem istam posthac absque contradictione vlla? Manet inconcussum & firmum vtique vocem hanc esse putam putam Latinam. Deinde proprie eo nomine istum intelligi, qui post humatum patrem est natus, impropriè autem & largo modo illum, qui post factum testamentum est natus, *vt etiam Alciatus asserit tit. de verb. significat.* Is namque apud omnes veteres, imò in 12. tabul. intellectus fuit dictionis istius. Et Viglius noster *tit. de exhæred. lib. Postquam de liberis iam natis dictum est, sequitur vt de nondum natis, id est, posthumis tractemus.* Post mortem scilicet parentis editos intelligit. Atqui huic significationi & etymo maximè congruit & fauet scriptura nostra propterea non minus probanda, quàm altera illa violenta quodam modo, neque ita nominis originationi primæ conueniens. Fateor aspirationis notam quandoque omissam à veteribus, cùm dicerent *ominis* pro *hominis*, *vmanus* pro *humanus*. At quam rectè hoc iam esset futurum contra vsum, penes quem est abitrium loquendi & norma, cogitent eruditi. Atque hæc paucis, non vt detraherem viris magnis, aut scripta eorum conuellerem, cum laruis dimicans, sed vt confirmarem hæc nostra aliquo modo, imo eruditis probarem. Quæ si propterea nō displicuerint, vt spero, per omnia satis mihi factum existimabo, quantumuis garriant & strepant alij minus bono ingenio homines, & à Musis alieni.

Posticum, Varroni postica, ostium in posteriori parte ædium *l. si cui. §. cum ædium. ff. de vsufr. leg.* astipulante Festo, dictum existimant à *post* & *stando*.

Postliminium, quod ius est rei recuperandæ ab extraneo inque pristinum statum restituendæ moribus simul & legibus constitutum. *postliminium. ff. de capt. & postlim. reu.* a limine & post dictū ait Iustianus, *§. si ab hostibus. Instit. quibus modis ius pat. potest. solu.* quod etymō deponere ausim approbatum Scæuola magno viro: cùm ex duabus antea dictis vocibus conflatum hoc nomen diceret, contra ineptam Sulpitij Iurisconsulti opinionem, qui quidem existimabat simplex esse nomen, nō coniunctum: Liminium vero nil aliud esse, quam vocis productionem. Ciues ergo Romani si capti ab hostibus ciuitatem vnà cum iure ciuiū amisissent, si rediissent postea in vrbem, recipiebant postliminij iure ciuitatem cum libertate, modò non transfugissent ad hostes *l. 19. §. transfuga. ff. de capt. & postlim.* nec deditus esset hostibus à patre patrato, nec vēditus à patre, aut populo. Oportebat quoque hominem liberum, quo postliminium obtineret, corpore pariter & animo rediisse, in quo differebat à seruo, qui etsi solo rediisset corpore, nō ea mente vt permaneret tamē recipiebatur hoc iure. Aelius Gallus adiicit apud Festū, *equi, muli, & nauis eandē esse rationem, quæ est serui.* Porro parum intererat, quo pacto quis euasisset ex hostium manibus, dolóne & astu, an spōtanea demissione, modò eo animo esset elapsus, vt sane nollet reuerti, idq; in eo bello, quod vel per populū, vel per alios Romano populo esset indictum, ipso captiuo extra præsidia populi Romani abducto. Quapropter si intra eius præsidia māsisset à latrunculis captus, aut à ciuitate aliqua priuata, aut castro priuato, vt non fiebat seruus, ita nec postliminio opus habebat, sed restituebatur læsus, *leg. postliminium. leg. hostes. leg. latrones. ff. de captiu. & postlimin. redempt. ab hostibus, lege succurritur, ff. quibus ex caussis manumittatur.*

Postuerta, *prosa* vel *prorsa*, celebratæ Romanis Deæ, erectis illis aris, & constitutis sacrificiis, ob discrimina, videlicet in pariendo, nomina etiam inde tulerunt sua Etenim dicta *Postuerta* à præpostere edito partu, vel potius *peruersè*,

uerse, prodeuntes primùm pedibus (tales etiam Agrippas dicebant) & brachiis plerunque diductis, vnde ægrius enitebantur mulieres. Prosa verò illis existimabatur præesse, quæ rectum & legitimum edebant partum. Sed *Postuersa* siue *Postuorta* & *Anteuerta*, diuinitatis aptissimæ comites (*vt ait Macrobius*) alia ratione ab eodem explicãtur. Refert enim illam vim habuisse nascendi præterita, hanc futura. Nonnulli autem comites fuisse volunt, aut sorores Carmentæ, vel (*vt alij scribunt*) Carmentis, quæ & *Nicostrata* est dicta, adeoque mater credita Euandri. Huic quotannis sacrificium fiebat sub Capitolio ad portam Carmẽtalẽ XVIII. Cal. Febr. sicut & illis comitibus, in quibus aliquid scorteum aut sua morte peremptum attulisse piaculum erat.

Potina & *Edusa*, Deæ præsides existimatæ eduliorum & potionum, quæ ministrati solebant infantibus. Donatus in Phormione Terentij nominat *Edulicam* & *Poticam*, Augustinus *Edulicam* & *Potinam*, *6. de ciuit. Dei.* Arnobius *Victuam* & *Potuam*, *lib. 3. aduersus gentes.*

Potitij. vide *Pinari.*

Præcordia, quo nomine vocat Gaza in Aristotele *septum transuersum* seu *diaphragma*, id quod in trãsuersa parte thoracis naturalia membra à vitalibus separat, atque intersepit, ne hæc fumido illorum halitu & crasso perturbarentur, cum cibum recipiant omnem, imò concoquant & alterent, quod cordi prætendãtur iuxta Plinium sunt appellata. Verba enim eius sunt: *Exta homini ab inferiore viscerum parte separantur membranis, quæ præcordia appellant, quòd cordi prætendantur.* Græci appellant φρένας maximè veteres, ὡς μετεχούσας τοῦ φρονεῖν, *quòd prudentiæ sint participia.* partem verò iis è regione oppositam μετάφρενον. Vnde factum, vt etiam animum ipsum mẽtemque hominis, & prudentiam hoc nomine donarent. Vtrumque indicauit Homerus *Iliad. 1.* vbi φρένας primùm nominat ἀμφιμελαίνας, nempe τὰς δίκην καπνοῦ, τῷ θυμῷ μελαινομένας: paulò post iis significant, non partem corporis, sed ipsam φρόνησιν, cum inquit: ἐπεὶ οὔ ἑθέν ἐστι χερείων, οὐ δέμας, οὐδὲ φυήν, οὔτ' ἂρ φρένας, οὔτε τι ἔργα.

Præda. Varro *4. de ling. Latin.* scribit, dici hanc vocem, quòd hostibus victis sit parta, quasi *parida*. Quod etymon nõ multum abludit, ab etymo vocis Græcæ idem sonantis: Nam τὸ ἑλώριον dictum παρὰ τὸ ἑλεῖν *capiendo*, vel παρὰ τὸ ἑλκεῖν, *trah. ndo.* *Prædes.* Vide *Publicani.*

Prædium à præstando nominatum vult Varro. De eodem ita Isidorus: *Prædium, quod ex omnibus patrifamilias maximè præuidetur, id est, apparet, quasi præuidium, vel quod antiqui agros, quos bello ceperant, vt prædæ nomine habebant.*

Præfica mulier olim planctuum & lamentationum in funere princeps, conducta scilicet mercede, vt dum cremabatur cadauer, circumfusa turbæ corona, in lugendo simul & laudando mortuum reliquos velut præiret, auspicando sua voce eiulatum, à præficiendo nomen inuenit. Durabat ista cùm præficæ, tum circunstantis turbæ suo fletu respõdentis lamentatio, donec consumpto cadauere & collectis cineribus diceretur nouissimum verbum, *licet*, hoc est, ire licet, *authore Seruio Æneid. 6.* Plautus in Truculento: *Sine virtute argutum ciuẽ, mihi habeam pro præfica, Quæ alios collaudat, eapse se vero non potest.* Lucilius *Mercede quæ conductæ flent alieno in funere præficæ, Multos & capillos scindunt, & clamãt magis.* Næuius: *Hæc quidem me hercule præfica est, quæ sic mortuum collaudat.* Videri possit lugubris hęc lamẽtio θρηνῳδία, atque adeo fuisse tales θρηνῳδοὺς apud Alexandrinos, existimant quidam. Seruius (ne hoc etiam omittam) distinguit præficam à Funera, *Æneid. 9.* quod Funera mulier sit ea, ad quam funus pertinet: præfica verò planctuum princeps.

Prælium vult dictum Isidorus à premendo, quòd hostis hostem premat, id

quod displicet non paucis, etsi res ipsa conueniat cum nomine. Prima prælia dixit Virgilius *Georgic. 4.* Pugnæ præludium, quod Græcis est ἀκροβολισμός. A prælio dicti sunt dies præliares, *teste Festo*, quibus fas erat hostem lacessere, & res suas repetere. Ab illis diebus segregat lustos Macrobius, qui erant triginta dies continui, quibus vexillum rufi coloris positum erat in arce. Differt & *prælium* à bello in eo, quòd prælium belli sit pars, hoc est, congressus in bello. Rectè itaque Lucilius dixit: *Popul. Rom. victum & superatum fuisse permultis præliis, bello vero nunquam, in quo sunt omnia.*

Præneste, vrbs Latij mediterranea, ducentis fermè stadiis dissita ab vrbe Roma, Ptolemæo πραίνεςος, quamquam Strabo scribit olim dictam πολυςέφανον, Plinius etiam *Stephanen*, nomen habet à quodam Præneste Vlyssis nepote & filio Latini, qui primus eius fuerit conditor, sicut *asserit Solinus ex Zenodoro*. Cæterùm Seruius descendere vult id nominis, ἀπὸ τῶν πρίνων, id est, *ilicibus*, quarũ ibi copia permagna: Festo à verbo *præstare*, quod is locus, in quo est condita, montibus præstet: Alij denique παρὰ τὸ πρηνὲς *præcipitio*, quòd edito loco sit sita. Græcanicam esse hanc vrbem origine, sicut & Tybur aliquando vicinius Romæ, affirmat idem Geographus, *libro* [illegible]. Vtramque rursus vrbem loci natura munitam prædicat, etsi Præneste excellat, cui arcis loco mons imminet excelsus, idemque auulsus angusto quodam transitu, & quasi collo à reliquis montanis locis ipsi contiguis. Accedit ad hãc munitionem naturalem, quòd vrbs vndique occultis cuniculis perforata fuerit, in quorum vno Marius iunior obsessus periit. Cæterùm vt aliis vrbibus in parte felicitatis rerum copia ponitur, ita contra Prænestinis calamitosa fuit sua opulentia propter Romanorum seditiones. Hi enim, cum molirẽtur res nouas, confugiebant eo. Quapropter expugnata ciuitate aliquoties, cùm alia damna vrbi inferrent, tum agro adempto culpã in innoxios transferebant. Cùm huc multa proscriptorum millia confugissent salutis gratia, omnes extra vrbem educto ferro cõficiendos militibus Syllæ obiecit. Quinque eorum millia fuisse, scribunt Valerius & Appianus. Celebre hic etiam fuit *Fortunæ fanum* Lithostrato, id est, *opere composito ex paruulis crustis artificiose tinctis in varios colores conspicuum*. Meminit eius Lucanus *libro 2.* Plinius *lib. 36. cap. 25.* Quamquam & Iouem Imperatorem ibi cultum inueniã, quippe cuius simulachrum T. Quintius Præneste in deditionem accepto, Romam deuexit in Capitolium, idemque dedicauit inter Iouis & Mineruæ cellam, tabula affixa, quæ erat monumentum rerum gestarum.

Prænomen. Prænomina vnde trahant originem tradit eruditè Alexander ab Alex *genial. dierum, lib. 5. cap. 4.* Et *Cneos* quidem a generando dictos ait, *Titos* à tuendo, vt & *Titulos*, quod patriam tuerentur vel ea capitis insignia ferrent, quibus tituli fecere nomen. Sic *Spurios* dictos vult eos, qui sine patre sunt geniti, etsi alij quasi σποράδην, id est, *sparsim concepto*, vel a satione, quam nominant τὴν σπόραν Græci, nuncupatos malint, *vt suo loco dicetur latius.* Lucios verò & *Manios* dicit luce & mane editos, *Posthumos*, post patris obitum; *Sextos, Quintos, Decimos, Nonios, Septimos & Octacilios*, à numero g[illegible]. P[illegible]rique [illegible]quit, *à Tullo Hostilio, Quintios, Seruilios, Tullios Geganios, Curiatios & Cloelios ab Albanis Romam* [illegible]*atos ferunt. Mamercos*, quod nomen est Oscum, à Marte genitos aiunt, sicut & *M*[illegible]*ios*, quod Æmiliorum prænomen fuit. Caius & Caio prænomina infelix faustumque augurium vsurpata fuerunt eque viris & fœminis in nuptiis. Quamquam & eadem frequentia fertur fuisse Tarentinis, cùm Brutium ac terrenum significarent hominem. Siquidem γῆα *terra* est, vnde γαῖος & γαι[illegible]. [illegible]quam in veteribus

bus monumentis c. litera *Caium* designaret, ea tamen inuersa, hac scilicet figura ɔ, designauit *Caiam*. Porro seruis nulla apud veteres fuisse prænomina aut cognomina sciendum, cùm solis appellarētur nominibus, verùm tum demū arrogata & assumpta fuisse ab illis, cū patroni eos manumisissent. Nā huic *Marcipores, Lucipores, Publipores*, quasi *Marci, Lucij, & Publij pueri*. Quippe his appellabantur nominibus, cùm essent exempti seruitute. Sed nec illud omittēdum, sæpe Ciceronem & veteres posuisse nominum loco prænomina, vt cum dicit 1. Familiarium, *Appius in sermonibus dictitabat*, id est, *Ap. Claudius Pulcher*, & tamen Appius est prænomen. Sic quem Caiū dicit Plinius, fere semper *C. Caligulam* significat. Iterum sæpius dixit Cicero *Cneum*, quàm *Pompeium*. Et in Oratione pro Domo, cùm *Decimos* dicit, vtitur prænomine. Denique in Verrinis & Epistolis ad Atticum *L. fratrem*, cum dicit *L. Tullium Ciceronem* significat, in libris verò de Legibus seipsum, & *Quintum Tullium Ciceronem fratrem* Marci & Quinti prænominibus. Festus notat fœminas quoque appellatas prænominibus, idq; probat Cæciliç & Tarratiæ exēplis, quæ solitæ sunt appellari *Caia*. Atque his pariter adiicit *Luciam* & *Titiam*.

Prapes dici solet auis. Sed differentiam auium subiicio ex veterum scriptis. Harum aliæ sunt Oscines, *quæ ore canentes faciebant auspicium, vt noctua, coruus & cornix*. Aliæ præpetes: *quæ secundo volatu ante eum qui auspicabatur, volabant & auspicium faciebant*. Atque hæ quidem aut superiora tenebant, dictæ *Prapetes*; aut inferiora, quas Inferas dicebant. Imò *prapetes* dictæ, *quia omnes aues priora petunt volantes*. Agellius *lib. 6. ca. 6.* eas intelligit, qui aut præuolarent opportunè, id est, feliciter, aut sedes idoneas caperent, Sic Hyginus *prapetes* intelligit *aues* in augurijs, quæ priora petunt. Qua ratione Ouidius nominat Cupidinē *prapetem Deum*. Eius enim est pernicitate alarum præuolare. Poëtis sæpe præpetes aues, quæ sunt Græcis οἰωνοί, id est, *aues rapaces*, quales accipiter & aquila. Maro Æneid. 5. *Quem prapes ab Ida Sublimem rapuit pedibus Iouis armiger vncis*. Ouidius Fastorum 6. *Tunc oritur magni prapes adunca Iouis*. Valent illæ volatu. Itaque Turnebo nomen habere videntur, ἀπὸ τοῦ προπέτεσθαι, id est, *à præuolādo*, qui simul notat easdem *magnas aues* dici Latinis. Plautus in Rudente: *Teque ambustulatum obiiciam magnis auibus pabulum*. Vt non absque causa Apollinaris Sulpitius apud Agellium dixerit, *Prapetes aues sibi videri, quas Homerus τανυπτέρυγα nominauit, quòd istas potissimum spectarent* Augures, quæ ingentibus alis patulæ atque porrectæ prouolarent. Iam & *Prapetia loca* sunt Ennio, ad quæ facilis allapsus. Est enim προπετὴς Græcis, quod ad labendum est facile & pronum. Atqui à locis editis & celsis maioribus illis auibus expeditus & pronus volatus, si quādo prædam appetant, aut alioqui prouolent, *prapetibus pennis*, sicut de Dædalo canit Virgil.

Praputium, cuticula in summitate penis, vel caput virgæ vestiens glandem, Græcè πόσθη, item videtur nonnullis, *quod ante putidum*, id est, *ante id quod putet*. Hoc qui mutilantur, sicut olim Iudęi ex Dei instituto, iam Turcæ κακοζηλίᾳ, dicuntur non solùm *circumcisi*, sed & *recutiti*, à cute post circumcisionem restituta, Horatio *Apella*, id est, *sine pelle*.

Prester tempestuosus & repentinus ventus amburens & velut turbine quodam obterens contacta, ἀπὸ τοῦ πρήθειν, id est, *comburendo*, obtinet nomen. Innuunt & illud Aristotelis verba 3. μετεωρολογικῶν, ὅταν, inquit, κατασπώμενον ἐκπυρωθῇ (τοῦτο δ' ἐστίν, ἂν λεπτότερον τὸ πνεῦμα γένηται) καλεῖται πρηστήρ. συνεκπίμπρησι γὰρ τὸν ἀέρα τῇ πυρώσει χρωματίζων, cū vero diuulsum cōcipit ardorem, (fit autem illud, si lenior existat ventus) vocatur *Prester*. Simul enim aëra accendit ignea vi sua colorans. Vulgo dicitur

ignis

ignis cœlestis, non aliter differens à fulmine, quàm flamma ab igni. Materialis eius causa exhalatio est calida & sicca, efficiens Solis æstus, *vt Physici tradunt.* Talis ille ventus, qui Anno 1574. in Frisia, Bataua, & circumiacentibus locis, passim herbis & arboribus ambustis, turribus & molis disturbatis, disiecto patibulo, rusticorum casis dissipatis cùm aggerum mole maris iniuriis opposita, hominum pecorúmque stragem edidit. Quæ omnia tum temporis carmine elegiaco complexus aliis exhibui cum gemitu legenda & deploranda.

Præstites dicti sunt Lares, quòd omnia suis oculis præstarent tuta. Horum meminit Ouidius Fastorum quarto, hoc modo:

Præstitibus Maiæ Laribus videre Calendæ
Aram constitui, paruáque signa Deûm.

Plutarchus vocat eos præsides *in Quæstionibus.* Festus scribit præstitem antiquis in eadem significatione dictum, qua nunc dicimus *antistitem.* Vnde & alij ex Diis præstites sunt dicti. Quare & Macrobius tradit Deos præstites homini nascenti secundum Ægyptios adesse quatuor, *Dæmona, Tychen, Frota, Anangen.* Quoad etymon, volunt alij *præstites Lares*, quos esse credebant animas hominum, accepisse nomen, quòd præessent ædium, non solum priuatarum ac triuiorum, sed etiam vrbis custodię, eosque binos existimarunt nō pauci. Inde illud Nasonis:

Geminósque parit qui compita seruant;
Et vigilant nostra semper in vrbe Lares.

Item: *Bina Gemellorum quærebam signa Deorum.*

Et quoniam his tandem additus fuit Augusti genius, ideo legimus apud eundem: *Et vici numina terna colunt.* Plura qui de laribus requirunt, ad proprium illos locum amando, vbi de istis sat multa.

Præsul à præsiliendo, quòd in saltando teneret primas. Ducem enim agens comites habebat duos ex Saliis, quorum alterum dicebant *vatem*, alterum *Magistrum.*

Prætexta, id est, vestis oblonga sen talaris, ingenuis, patritiis atque nobilioribus nō plebeis vsurpata, cuius oræ purpura erant prętextę, vnde est περιπόρφυρος Plutarcho, & ab Hetruscis originē trahens, *teste Plinio*, à prętexendo, quod propriè est *extremitates vestiū operire limbo*, nomen suum deducit. Apud Romanos prętextati sunt dicti pueri, quòd vterentur prętexta ad annum vsque decimum septimum, quem ingressi togam sumebant virilem. Didicisse & obseruasse id videor mihi in Augusto Tranquilli, cùm ait, *Quadrimus patrem amisit: Duodecimum annum agēs auiam Iuliam defunctam laudauit, quadriennio post virili toga sumpta.* Quòd hęc puerorum fuerit vestis, indicant & illa Plutarchi in Sertorio: Οἱ δὲ πατέρες ἤδοντο θαυμαστῶς τοὺς παῖδας ἐν περιπορφύροις ὁρῶντες. Hinc Cicero prętextatum dixit, qui est pupillari ætate, *2. in Antonium.* Tacitus simul puerilem habitum nominat libro XII. cùm *Britannicum in prætexta, Neronem in veste triumphali transuectum* scribit. Prętextati ergo, quos item περιπορφύρους nominat Plutarchus in *Publicola*, sunt ornati prętexta pueri ad 17. vsq; ætatis annum, *vt modo dictum.* Ab his sermo dictus prætextatus, in quo obscœni erat nihil. Nefas enim iudicabant illos, qui id ętatis erant, verbis vti obscœnis, *sicut tradit Festus Pompeius.* Sed prętextati cognomē primum tamē Papirio inditum, *vt ex Macrobio & Gellio constat.* Ex regibus ante omnes alios hac veste vsum Tullum Hostilium deuictis Hetruscis, scribit Plinius. At Plutarchus etiam Romulo eandem defert, cui cum Baysio maiorem habeo fidem. Pręter reges vsurpasse eam, & alios magistratus, diserta illa Valerij Tribuni plebis apud Liuium *libro 34.* verba satis euincunt, *Purpura*, inquit, *viri vtemur, prætextati in magistratibus, in sacerdotiis Liberi nostri prætextis purpura togis vtentur.*

Magistratibus in coloniis municipiisque, hic Romæ infimo genere magistris vicorum togæ prætextæ habendæ ius permisimus: nec id vt viui solum habeant tantùm insigne, sed etiam vt cũ eo crementur. Fœminis duntaxat vsu purpuræ interdicemus. Quo porro Prætoribus permissa fuerit, inde apparet, quòd aliquem capitis damnaturi prius deposuerint prætextã, forte ne in veste lætitiam indicante tristem ferrẽt sententiam. Collegiorum magistros processisse ea indutos prodit Asconius *in Pisonem.* De Senatoribus idem affirmat Cicero, *Philippica secunda.* Sed & Ædilibus concessum fuisse eius ius 5. *in Verrem* legas. *Non sum, inquit, designatus Ædilis: Habeo rationem, quid à populo Romano acceperim, mihi ludos sanctissim. maxima cum ceremonia Cereri, Libero, Liberæque faciundos.* Et paulo post: *Ob earũ rerum laborem & solicitudinem fructus illi dati, antiquior in Senatu sententiæ dicendæ locus, toga prætexta, sella Curulis, ius, imagines ad memoriam posteritatémque prodendam.* Loquitur de eadem Plinius libro nono, hoc modo: *Hinc fasces securesque Romanæ viam faciunt: pro maiestate est in pueritia, distinguitque ab equite curiam.* Plura si quis de prætextatis velit, Macrobium legat *Saturnal. 1. cap. 6.*

Prætor. Variæ de hoc authorum sententiæ. Sunt enim, qui hoc nomine primùm appellatos consules dicunt, atq; ita à præeundo deductum Prætoris nomen, quasi qui iure & exercitu præiret. Consules autem ius olim dixisse quis ignorat, modò leuiter triuerit Liuiũ & Dionysium? Sed enim distinguere hũc à Consulib. videntur 12. Tab. leges apud Ciceronem *3. de Legibus* his verbis: *Regio imperio duo sunto, iique præeũdo, iudicando, consulendo, Prætores, Iudices, Consules appellantor.* Quin prætores exercitus fuisse duces inq; bello præire solitos affirmant ex *Cicerone, Cæsare, Gellio, Macrobio, Asconio.* Quin sæpe gestum ab iis bellum. Etenim sub M. Termo prætore prima fecit stipendia Cæsar. Eiusdẽ dignitatis vir M. Acilius triumphauit de rege Antiocho & victis Ætolis. Missus in Hispaniam Scipio Africanus prætor anno ætatis 25. vt & Sẽpronius Gracchus prætor Galliam domuisse legitur. Græci quoque vt plurimum Prætorem interpretati sunt στρατηγὸν, id est, *belli ducem.* Licuit ergo illis auctoritatẽ exercere suam in castris. Sed an præsente Consule? Maior huius & auctoritas & potestas fuit. Itaq; id non ita liberum aut concessum fuit eo præsente, sicut nuper de inuentione, & rectè mihi colligere videbar, cum inquit: *Vt si quis eum accuset, qui, cum esset prætor, in expeditione ad arma populum vocarit, cùm Consules adessent.* Vbi etiam à consulibus distinguitur Prætor. Alij volunt, *Veteres omnem Magistratum, cui pareret exercitus, appellasse prætorem.* Hinc *tabernaculum ducis* dici *prætorium*, τὸ στρατήγιον, Iosepho libro 3. Excid. hinc esse nomen portæ prætoriæ in castris, & *præfectum prætorio* constitutum sub principibus, *sicut Arcadius & Pomponius tradiderunt*, data illi pleniore licentia ad publicæ disciplinæ emendationem. Vtcumque: *A præeundo*, seu iure, seu exercitu, nomen eum arcessere volunt. Pomponius & Fenestella à *præessendo* deducunt. Primus verò Prætor legitur fuisse Sp. Furius Camillus M. filius, qui quoniam ius dicebat vrbanis, vt & cæteri eodem fungentes post eum munere, appellatus est *prætor vrbanus.* Penes hunc adeo erat omnis publici priuatique iuris potestas, vt & nouum ius condere posset, & abrogare vetus. Cùm enim Consules occuparentur finitimis bellis, & proinde qui ius diceret in ciuitate non esset, est creatus prætor, qui ius redderet, donec illi abessent bello distenti, *teste Liuio*, etsi Fenestella referat causam creationis in diuturna certamina patrum. Cùm enim alterum consulum ex plebe creari concessissent, simul obtinuerunt, vt & vnicus magistratus crearetur ex

patribus, qui, quòd populum præiret, Varroni dictus est prætor. Apud Ciceronem *3. de legibus*, audit hic *iuris disceptator,& iuris ciuilis custos.* Cui quoque tantum honoris est attributum, vt *ius* eius *Honorarium* appellaretur. ille motus naturali æquitate quadam, tum Reipubl. vtilitate, ius suum introduxit, partim vt iuuaret ius vetus, sicut in commodato, partim, vt aut suppleret, sicut in eo, qui metu perculsus aut circumuentus dolo malo se fecisset obnoxium, aut vt corrigeret, sicut in ipsis emancipatis factum, quos inter liberos ad bonorum possessionem vocat. Vnde haud immerito Iurisconsultus nominat ius prætorium viuam iuris ciuilis vocem, *l. nam & ipsum.ff. de iustit. & iur.* Sed annis aliquot (*vt ad vnum pretorem redeam*) elapsis, propter peregrinorum turbam confluentium in vrbem, ad ius petendum, additus illi fuit & alter prætor, qui quod peregrinis ius diceret, dictus est *Peregrinus*, sicut prior *Vrbanus*, quòd is ciuibus in vrbe ius definiret, idque factum anno ab V. C. fere XII. supra quingentesimum. Vtriusque autem potestas adeo par erat, vt alter alterius decreto intercederet, si quis appellasset, *teste Asconio in 3. Verrinam.* Quamquam dignitas Vrbani fuerat maior, qui & propterea dictus est *Maior*, vt peregrinus *Minor.*

Statuunt autem alij tres differentias inter Vrbanam præturam & peregrinam; quarum prima, *quòd soli ciues apud Vrbanum agere potuerint, apud peregrinum non item.* Altera, *quòd apud Vrbanum ageretur lege, apud Peregrinum nequaquam.* Tertia, *quod Vrbanus proponeret in albo, hoc est, in tabula dealbata, edicta de quibus rebus eo anno ius esset dicturus, cũ alter nusquam legatur proposuisse, sed potius ius suum reddiderit ex Vrbani edictis, quæ ab edicendo, id est, ante denunciando ac prædicendo appellata proponebantur magistratu inito, & habita concione, cum sam esset in leges iuratus prætor, omnisque iuris dicundi munus tribus his verbis continebatur*: Do, Dico, Addico. Do *potestatem citandi, vel in iudicium vocandi aliquem*: Dico ius, *& sententiam pronuncio.* Addico, *cùm quis cederet in iure.* Cessio fere fiebat hoc modo: Is, cui res cedebatur in iure, ita rem tenens vindicabat: *Hunc ego hominem siue hanc rem ex iure Quiritium meam esse dico.* Deinde interrogabat Prætor cedentem, *an contra vindicaret?* Quo negante, aut etiam tacente, addicebat illi, qui vindicauerat prius. Sane, *Festo auctore*, addicere est, *idem dicere*, vel potius *approbare* dicendo. Inde *addicti* apud veteres, qui pronuntiatione & iussu prætoris: cùm soluendo non essent, creditoribus addicebantur. Atque hæc de duobus prætoribus. Aucto tandem magis ac magis imperio, auctus simul fuit eorum numerus vsque ad octodecim, *vt etiam notatum à Fenestella.* Nam quatuor adiecit Cornelius Sylla: Inde sedecim esse voluit Augustus. Atque his Claudius adiecit duos: Tiberius vnum detraxit, quem Nerua iterum adiecit. Imò capta & occupata tandem Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, & Narbonensi prouincia totidem sunt creati prætores, quot prouinciæ in ditionem peruenerant. Atque hi partim vrbanis rebus præerant, partim prouincialibus, *teste Pomponio Læto.* Qui prouincialibus ius dicebant, præficiebantur prouinciis in certum tempus, quo elapsi si prorogatum ipsis esset imperium, atque ita remansissent in prouinciis, *Propratores* appellabantur, quod obseruatum vltra annũ vrbis sexcentesimum. Quamquam & aliæ significationes sint huius dictionis. Insignia & ornamenta prætorum fuerunt, *sex lictores*, cum totidem securibus (quamuis Paulus Æmilius 12. habuisse dicatur) *pretexta*, *Sella curulis*, *hasta iurisdictionis signum*, *gladius quæstionum*, denique *albi equi niueique ad frena*

Quirites

Quirites, vt ait Iuuenalis. Magistratus tamé eius tantum annuus erat, vt & edictaab eo proposita. A prætore porro nomen prætorio, tabernaculo scilicet in castris, & portæ prætoriæ, *de qua antea*, item cohorti prætoriæ, quæ, *vt S. Pompeius ait*, à Consule vel Prætore non discedit. Prætoria familia vero est dicta, ex qua aliqui Prætores exstiterunt, nullus Consul, qualis L. Murenæ familia fuit, antequam is consul fuisset. Etenim auus & proauus fuerant *Pratores*, & pater ex prætura egerat triumphum, *vt in eius defensione auctor est Cicero.* Prætoria comitia dicta etiam inuenio, quæ haberi solebant à consulibus creandorum prætorum causa, *vt constat non modo ex Liuio, sed etiam ex tertio Epistolarum Ciceronis ad Atticum, Epistola octaua.* Denique prætorij dicebantur, qui gesserant præturam, vt *Consulares*, qui consulatum, *Ædilitij*, qui ædilitatem, *Quæstorij*, qui quæsturam.

Preuaricator, qui iuxta Marcianum vera crimina abscondit, vel potius iuxta Vlpianum *l. prima. ff. de procurato.* diuersam partem adiuuat, & caussam sibi commissam prodit, colludens ita cum reo, propriasque rationes dissimulans, falsas verò rei excusationes admittens, quasi varicator obtinuit nomen, deflexa à varicibus voce, quibus quicumque laborant, cum recta incedere nequeant, eunt obliquè, quod alias est varicari, *vt etiam notatum ab Alciato.* Vel dictus præuaricator, quòd sit varius. & in partem aduersam transeat, vel a varia certatione, *secundum Labeonem* Causam enim suscipit defendendam, sed simulatè, iuuans interea & promouens aduersarium, quod est prodere suam causam, vt *dixit Vlpinus.* Idcirco Critici, *Preuaricor*, ν[illegible]ζομαίοι, id est, *Parco & alludo tibi Preua[r]ic or reo*, καθυφίημι, τοῦ ὑπευθύνου, id est, *submitto me reo.* Differunt ergo à patrono vel aduocato, qui ea tantum dicit, quæ commissæ sibi causæ conducunt, eamque tuetur omni ratione & modo, pro viribus suis. Suntq; reo absoluto duo olim instituta in accusatorem iudicia, vnum calumniæ, alterum præuaricationis: *Calumniæ, si falsum intulisse crimen constaret:* Præuaricationis, *si collusisset cum defensore, vera crimina occultans.* Calumniæ pœnam, frontis inustionem fuisse & notam, significat Plinius in Panegyrico. At præuaricationis pœna fuit infamia, *quemadmodum constat ex Asconio.* Quis vero dicendus præuaricator sit, ostendit Vlpianus his verbis: *Is autem propriè preuaricator dicitur, qui publico iudicio accusauerit.* Cæterum aduocatus non propriè præuaricator dicitur. Addit, suo tempore illum extra ordinem solitum puniri, *l. 1. l. 2. ff. de preuaricatoribus.* Inspicienda & lex prima ad Senatusconsult. Turpilianum, vbi Marianus proprias vocum significationes breuibus distinguens ait: *Calumniari, est falsa crimina intendere: Preuaricari, vera crimina abscondere: Tergiuersari, vt vniuersum ab accusatione desistere.*

Pragmaticus. Pragmatici apud Græcos iuris interpretes, qui mercedula adducti ministros se in iudiciis Oratoribus præbebant, *teste Cicerone. 1. de Oratore, Fabio libro duodecimo, capite tertio, & libro tertio, capite octauo*: lege autem nona *ff de pœnis illi*, qui cócipiebant libellos & scriptis consignabant testiones, ἀπὸ τοῦ πράγματος, id est, *negotio*, deriuant nomen. Plautus in Casina: πράγματά μοι παρέχεις. Intelligunt alii hoc nomine *causarum actores*, & *Leguleios*, qui licet iuris ignari sunt, tamen callent vafritiem praxis, & multos pecunia emungunt.

Prandium. Cùm de origine prandii dicturus sum, vtile erit subiicere pauca de veterum mensis & cibum sumendi more, quo ad reliqua facilior sternatur via. Itaque sciendum, astipulante quoque Mureto in variis lectioni-

bus, [illegible] quater de [illegible]. Et primum quidem diluculo, idque vocabant ἀκρατισμὸν, vel ἀκράτισμα, quod tum merum haberent, non dilutum, *vt vult Asconius.* Quid dum διανηστισμὸν dicebant, ἀπὸ τοῦ νηστεύειν *ieiunando*, quòd sumeretur corpore ieiuno, vel ἀπὸ τοῦ ἀνίστημι, quòd simul ac surrexissent e lecto, hoc ipso fruerentur. Athenæus nominat πρωϊνὸν ἔμβρωμα *cibum matutinum*, nos ientaculum, estque illi & Plutarcho idem quod ἄριστον, id est, *prandium*, cùm probat Homerum ita accipere, qui quandoque etiam δεῖπνον vocat, quod nobis est ἄριστον. Sed quamquam hoc aliquãdo fiat, tamen non ignorandum distinctum esse alias, maxime apud recentiores, τὸ ἀρίστου, id est, *prandij tempus*, ab Acratismo, atque adeo Hippocratem vsurpare pro prandio vel conuiuio meridiano, tum alias, quorum auctoritates in hunc locum coniicere omnes, infiniti operis res esset futura. Post ἄριστον sumebát veteres ἑσπέρισμα, cùm inciperet noctescere, quod δειλινὸν est Athenæo. Est enim *crepusculum* Græcis δείλη. Huic epulo vespertino respondebat apud Latinos *Vespertina*, apud recentiores, *teste Nonio, Merenda.* Antecœnium appellat Apuleius, Hebræi כעודה בנוגיה *cibum intermediũ.* Festus indicat veteribus Latinis *merendam* nihil aliud fuisse, quàm *prandium*, etsi post prandium collocetur à Nonio. Inde nouissimo diei tempore post Solis occasum parabatur δεῖπνον, id est, *cœna*, quã alio nomine dicunt δόρπον, Suidas δερπορὴν. Veteres Latini nominarunt *Vespernam*, vt & Plautus *secundum Festum*, qui ipsi etiam appellabant *cœnam*, quod nos prandium dicimus. Has epuli species adfert quoq; ex Philemone Poëta Athenæus, etsi pro temporum & locorum diuersitate alias atque alias rationes vsurpatas negari non queat. Apud Æschylum enim tres tantum priscis epulatum species visitatas refert Palamedes, ἄριστον, δεῖπνον, δόρπον, vbi Athenæus ἄριστον interpretatur, *epulum matutinum*, δεῖπνον, *meridianum*, δόρπον *vespertinum.* Variam non certam eius rei consuetudinem obseruatam existimat Mercurialis, cuius sententiam approbat, quod monet Hippocrates, *libro de aere, aquis & loc.* considerandum esse Medico rationem viuendi, sintne homines φιλοπόται, καὶ ἀριστηταὶ, καὶ ἀταλαίπωροι, vbi *sentatores*, siue *pransores*, inter eos collocat, qui prauam viuendi normam sequuntur. Sic veteres Latini prandium, quod breuissimum & parcissimum erat, cum ientaculo confuderunt, imò pro eo acceperunt, etsi postea distinxerint, *vt constat ex probatis auctoribus.* De nominis huius origine, vt tandem dicamus, postulat locus. Prandium ergo, quod apud veteres aliquando sumitur pro cibo epulóue matutino, siue ientaculo, *vt Plutarchus docet Symposiacω̃n octauo*, aliquãdo pro cibo, quo homines fruuntur circa meridiẽ, nonnullis ab edendo videtur dictum, quasi *peredium*: Pollioni Trebellio, quod milites ad bellũ paret à cinctis initũ, cùm cœnarẽt discincti. Isidorus vult esse dictum *ab apparatu edendi*, propriè autem veteres prandium vocasse omnium militum cibum ante pugnam. Inde illud ducum ad milites: *Prandeamus tanquam apud Inferos cœnaturi.* Scaliger vult dictum, *quia iterum ad opus parati essent illico*, qua ratione Græcis δεῖπνον, ὅτι δεῖ πονεῖν, est nominatum. Alii nomen habere volunt, ἀπὸ τοῦ ἔνδιος id est, *meridie*, quod sumatur, πρὸ ἐνδίου, *ante meridiẽ*, vel πρὸ τῆς ἐνδείας, *pro indigentia.* His astipulatur Plutarchus in Symposiacis, cuius appono verba: Τὸ δ' ἄριστον ἐκλήθη ἀπὸ τῆς ὥρας, ἔνδιον γὰρ τὸ δείλινον, καὶ τὴν μετ' ἄριστον ἀνάπαυσιν ἐνδιάζειν, ἢ πρωϊνήν τινα σημαίνοντες ἐδωδὴν, ἢ προφὴν, ἢ χρῶνται,

πριν

πρὸ ἐνδείας γενέσθαι. Etymon illud videtur & Festus innuisse, cum inquit: *Prandium ex Græco .... est dictum.* In hiatu enim isto legendū est ἔνδιον, quod primus omniū feliciter olfecit & restituit Gulielmus Cāterus vir omni humanitate excultus, & summus olim mihi amicus, *variarum lectionum libro 4 cap.18.* Huius diminutiuum *prandiculum*, quod antiquioribus erat ientaculum, *teste eodem Grammatico Festo*, qui & Silati meminit eiusdem significationis vocabuli, quod originem trahit ab herba *Sili*, quę & σίλι & *siler* apud Hippocratem σίσελι dicitur. Vinū enim herbæ huius radice vel semine cōditum sorbebant ieiuni. Pollionis etymo, quod ille de prandio obtrudit, conuenit prorsus, quod dictum aliqui volunt ἄριστον, quod πρὸς τὸν ἄρεα, id est, in bellum pergentibus appatari consueuerit. Nolo prolixior esse, cum vlterius pergendum sit, & tandem in portum applicandum.

Pratum. Vlpianus, *titulo de verborum significatione* dictam hanc vocem scribit, quòd ad fructum ipsius percipiendum se paret per se, nec ad id illi sit opus alia re, nisi falce. Græcè dicitur λειμών, quæ vox definitur ab Eustathio τόπος εἰς ὃν ὕδωρ λείβεται, locus in quem aqua diffunditur & destillatur.

Priamus, ἀπὸ τοῦ πρίασθαι emendo, *vt & Etymologicon agnoscit.* Antea Podarces erat dictus, *teste Lycophrone.* A secundo hoc nomine sunt dictæ πριαμικαὶ τύχαι. Habuit idem quinquaginta nurus & generos *12. vt tradit in Iliade Homerus.*

Priapus, Veneris & Liberi patris filius, *iuxta Theocriti Scholiasten Eidyl.* Nymphę Naidis vel Chiones & Dionysij, hortorum & vinearum custos, Theocrito *in Epigrammate*, ξόανον τρισκελλὲς *simulachrum sculptum tricrurium* (vt verbum de verbo reddam) & cuius simulachrum ficulneum rubrúmque statui solebat, erecto (sit honos auribus) pene, nomē accessit παρὰ τὸ προϊέναι τὸ σπέρμα, *à semine profundendo.* Theocriti Scholiastes πρήνπερ dictum putat, quasi βρίαπον διὰ τὰς ἐν βακχείαις ἐκβοήσεις, id est, valde *sonantem propter exclamationes in bacchationibus.* Volunt enim nonnulli eundem esse Deum cum *Dionysio.* Quare & *Phallus*, id est, *simulacrum Priapi* in Bacchanalibus gestari solebat.

Primicerius πριμικήριος, alio nomine πρωτοκήριος, Suidæ πρῶτος τῆς τάξεως, nomen habet, quod primus notaretur in tabula cerata. Est enim κηρὸς *cera.* Alij dictum existimant, quod primum vel priorem obtineret locum, at τὸ *Cerius*, tantùm verbi esse productionem. Quo modo notat Ammianus *libro 18.* Secundicerios quoque recenseri inter dignitates. Quin omnium dignitatum antesignanos & primos fuisse inuenio *Primicerios.* Martianus enim in descriptione Reipubl. Theodosij, Arcadij & Honorij nominat *primicerium Notariorum*, quem Socrates appellat *libro 7. capit. 23.* πρωτοστάτην τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων. Item enumerat *primicerios sacri cubiculi*, & *primicerios castrenses.* Sic *primicerij fabricæ* fit mentio *l. 2. C. de fabric.* Primicerij domesticorum, protectorum & equitum *leg. 2. & fin. Cod. de domest.* & protector sicut & apud Ammianum tum Eusebium in Chronicis. Sic Zonaras Monachus: μεγάλου πριμικηρίου σκιαδίον. ἐστὶ μέσον λευκοῦ καὶ μέλανος. Primicerij mensorum meminit, *l. vnic. de mensoribus lib. 12.* primicerij adiutoris, *l. fin. C. de officio præfecti vrbi*, Primicerij Exceptorum Augustalium, Scriniorum, deputatorum, sacri cubiculi *leg. vnic. a. qui a Præbit. tit. C. Theodos.* Apud Luitprandum, *libr. 6. de rebus per Europ. gestis* legitur, *de primicerio defensorum, de primicerio scholæ Cantorum:* Item *de primicerio in officio præfectorum prætorio*, apud Vegetium, *lib. 2. capit. 21.* Cassiodorus *in Epistola regis Gothorum ad Senatores vrbis Romæ: Illustri viro atque magnifico Maximo primiceriatus, qui & domesticatus dicitur gerendum duximus dignitatem.* Idem describit *Epistol. 7. lib. 6.* Primiceriatus magistra-

rum ſummo loco in Auguſtali comitatu, cuius & formulam prodit, *libro ad Comitem ſacrarum largitionum*. Erãt porro & Primicerij *Decanorum, vtriuſque ærarij, Palatinorum, Aduocatorum, Collegiorũ, Scholarum, Scrinij canonum, ſcrinij tabulariorum, ſcrinij numerariorum, aureæ maſſæ, auri ad reſponſum, argenti, ſcriniorum ſacri veſtiarij*, quorum vltimos ſex recenſet Marianus, *libro præfecturarum inclinãtis imperij*. Auguſtinus vocat *Sanctum Stephanum Primicerium martyrum*, quem alij *protomartyrem* vocant. Ex quibus omnibus liquet eſſe generale *primicerij* nomen. Cuiacius teſtatur *ad l. 3. C. de apparitoribus præfecto prætor.* etiam primiſcrinios hoc nomine dictos, vt *primiſcrinius* ſit idẽ, qui ante *primicerius ſcrinij*.

Primipilus. Apud Romanos, qui *primus Triariorum centurio manipulo triariorum in prima cohorte præerat*, reliquos centuriones omnes dignitate antecedens, *Primipilus* ſiue *primopilarius*, id eſt, *primipili* centurio aut ductor erat, *vt ex Codice Iuſtiniani, multis locis apparet, tum ex 23. l. ff. de adim. leg.* Qui verò præerat Triariorum ordini ſecundi cohortis, *ſecundi Triarii Centurio* dicebatur: qui tertiæ cohortis triariis, *te tii triarii Centurio* atque ita deinceps, vſque ad decimæ cohortis triarios. Quamquam Sigonio placet reliquos Triariorum centuriones poſt primipilum, *ſecundi, tertii, quarti, &c pili centuriones* fuiſſe dictos. Dionyſius Halicarnaſſæus ſcribit *libro nono*, inter ſexaginta centuriones vnius legionis præcipuum eum fuiſſe, κεκοσμημένον τῇ λαμπροτάτῃ ἀρχῇ, ἣ τὰς ἑξηκοντα ἑκατονταρχίας ἐπισθαι τε καὶ τὸ κελευόμενον ὑπηρετεῖν κελεύει νόμος. Præerat is Aquilæ, quæ præcipuum erat legionis totius ſignum. Quo rectius hîc intelligi queant iſta Valerij *lib. 1. ca. 6.* Aquilarum altera vix conuelli à primipilo potuit. Ad maximam hanc dignitatẽ gradatim aſcendebant centuriones ab or... decimo incipientes, donec perueniſſent per reliquos ordines intericctos ad hunc primipili centurionatum. Prouectum ad ordinem illum Publium Salonium à coniuratis poſtulatum docet Liuius 7. *Hiſtoriæ libro*, idem Sp. Liguſtinum *libro ſupra quinquageſimum 2.* Quanta verò commoda idem percepcrit ex omni legione, optimè cognoſci poterit, *ex leg. 1. C. de Primipil. lib. 12.* item *ex l. pater. ff. de adim. legatis.* Notandum quoque Primipilum alias Primipilariũ dici Suidæ πριμοπιλάριον, primipilarem, qui iam geſſit primipili honorem, *l. 33. §. Iulius. ff. de aur. & arg.* Liuius nominauit eum primũ Centurionem, *lib. 7.* Dionyſio eſt ἡγεμὼν τοῦ τάγματος, *dux legionis*, aliquando στρατοπεδάρχης τοῦ τάγματος: *præfectus legionis*, ipſeque primipilatus στρατοπεδαρχία. Quid mirum? Caput ille erat centurionum omnium & ductor, Aquilam regens. Quocirca reliquæ centuriæ ipſi quoque parebant. Huc refer illa Suidę πριμοπιλάριος, τὸ μεῖζον ἀξίωμα τῶν στρατιωτῶν ἔχων παρὰ ῥωμαίοις.

Primitiæ ſunt Iſidoro, quæ de fructibus præcerpuntur. Sunt enim fructus primi, quos Græci dicunt ἀπαρχάς. Illa dictio Græca reſoluta eleganter & ipſum Iſidorum tuetur, & etymon Latinum, quo primi intelliguntur fructus ſiue ex animalibus orti apud Hebræos, ſiue ex hominibus, ſiue denique ex terræ ſemine, etiam Diis conſecrati ab Ethnicis. Cedebant illæ ſacerdotum vſibus, ſiue ex lege, ſiue ex voto oblatæ. Vide Exodi *Exodi 22. Numer. 2.* De die autem primitiarum *23. Leuitici*, de ratione offerẽdi eaſdem *Leuit. 2.* quamquam & ipſe Ioſephus diligenter idipſum prodiderit *Antiq. 3.* ſi quis eum inſpicere velit.

Princeps ὑπηρέτης τῶν νόμων, *Miniſter legum* Platoni, ἔμψυχος νόμος & νομοφύλαξ, Ariſtoteli, *Dei ſimulachrum*, Plutarcho *in libello*, πρὸς ἀπαίδευτον, à capiendi ſignificatione dictus eſt Iſidoro, q̃ primum capiat, ſicut *municeps*, quod *munia capiat*. ... alij dictum eum velint,

quaſi

quaſi *primum caput.* Nec tantùm refertur ad dignitatem, ſed etiam ad ordinē. *Principem* enim *Senatus* legimus, cuius nomen primo loco recitari ſolebat, & *principem ordinis equeſtris*; quem primo loco ſcripſerant Cenſores in Equitum tabulis. *Princeps* etiam *iuuentutis* eſt apud Tacitum, qui ex Imperatoris alicuius filiis vel nepotibus, aut aliis ſanguine iūctis deligebatur propter indolem præclaram, vt in eum poſtea præ aliis transferretur imperium. Vnde Neronē principem iuuentutis à Claudio dictum cōſtat, imò Auguſtum, ſicut oſtēdunt numiſmata Huberti Goltzij. *Principes* quoque *milites* ſunt appellati, qui à principio vtebantur gladiis. Et apud Virgiliū; *Princeps ardentem coniecit Lampada Turnus*, id eſt, primus. Propriè tamen dicitur princeps, qui in ditione aut regno ſummam poteſtatem aut auctoritatem obtinet. Vulgo hic *legibus* dicitur *ſolutus.* Id an verum ex Vlpiani reſponſo: Certè vox digna maieſtate principis legibus ſe alligatum fateri. Eſt ergo ſubiectus legi, quæ regina eſt mortalium & immortalium, vt *ait Pindarus iuxta Chryſippum*: Πάντων βασιλεὺς θνάτων τε καὶ ἀνθρωπέων. cui *iuxta Demoſthenem*, Πάντας προσήκει πείθεσθαι, ὅτι πᾶς νόμος ἐστὶν εὕρημα, καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ φρονίμων ἀνθρώπων. Hinc Mandane Cyri mater apud Xenophontem: *Regibus non libido, ſed leges dominātur.* Et Pacatius ad Theodoſium: *Tantum tibi licet, quantum per leges licebit*, monétque Anaſtaſius iudices *leg. vltim. Cod. ſi contra iniūit. nullam ſanctionem, nullúmque reſcriptum recipiendum, quod iuri vtilitatique publicæ plenè aduerſetur.* Falſus ergo Vlpianus, ſi communes iuſtitiæ ac honeſtatis leges ſpectes, quibus ille non ſecus, atque aliquis priuatus, aſtringitur. Non falſus, quantum ad ſolennium formularum leges attinet, quibus ille ſolutus poterit dici, tantum abeſt, vt eius libido aut voluntas ſit pro lege, ſicut dixiſſe legitur Iulia Caracallæ nouerca. Quid, quod plus eſſet futurum in concluſione, quàm fuit in præmiſſis, ſi quis inde, *quod legibus ſolutus dicatur princeps*, ratiocinari velit, *quiduis illi extra leges licere.* Etenim ſolutum eſſe legibus, non eſt *quiduis licitum habere*, ſed legibus præeſſe, & publica exigente neceſſitate eas poſſe reſtringere, & relaxare, cùm tamen ipſemet illis obedientiam præſtare debeat. Quemadmodum autem prætorum edicta, prudentum reſponſa, plebis ſcita, Senatus conſulta, ita principum dicuntur Conſtitutiones, Reſcripta & placita, quibus à placendo factum eſt nomen. Vt rectè ſcribat Iuſtinianus: *Quod principi placuit, legis habet vigorem.* Hinc & principum edictis publicandis noſtra lingua ſubiici ſolet ad finem: *Want ons alſogelieſt.*

Principium à Principe deflexum videtur, ſicut princeps à primo capite.

Priuignus nomen obtinet, quòd prius quàm nouerca nubat, & in nouam familiam eat, progenitus ſit. *Pri* enim loco *præ* vſurpabant veteres, *authore Feſto.*

Priuilegium. Nomen habent priuilegia ſuum, quòd ſint leges priuæ, id eſt, priuatæ. Ita enim apud Ciceronem legi oportebat pro Domo, & *tertio de legibus.* Itaque vt priui homines dicebantur veteribus homines ſinguli, ſic priuilegia nihil ſunt aliud, quā ius ſingulare in certæ alicuius perſonæ vel cauſæ fauorem ac gratiam, propter aliquam naturalis æquitatis rationem inductum. Vnde apparet, ſiquidem contra naturæ ius vel publicam vtilitatem introducantur priuilegia, non eſſe magis priuilegia, quàm tyrannis eſt lex, *vt egregie probat Cicero, 3. de legibus.* Agellius docet *Noct. Att. libro 10. capite 20.* Veras leges non eſſe, quod non cadāt in definitionem, quam propoſuit Atteius Capito, cui lex erat generale populi, vel plebis iuſſum, rogante magiſtratu. Quin ratio æquitatis poſtulat, vt omnes homines ſummi

cum

cum infimis pari teneantur iure, non vt ferantur leges in singulas personas. Qua de causa 12. Tabul. quoque vetuerunt ea irrogari, id est introduci his verbis: *Priuilegia ne irroganto.* Accursius voluit ea priuare legem, forte alludens ad falsum nominis etymon, vt soler præ imperitia linguæ cum Græcæ, tum Latinæ vir magnus alioqui. Quid, quòd potius suppleant legem ea parte, ad quam communis regula porrigi non potest, salua iustitia & æquitate, quæ est recta & vera quorundam sententia.

Problema multa significans vocabulum: primò, quidquid obiicitur defensionis causa loco *propugnaculum*, *munimentum*, *vallum*, *aggerem*, *scutum*, *præsidium*. item γέννημα *progeniem*, *aut fructum*, *aut quid emissum*, *quo pacto* S. sanctus est πρόβλημα Theologis Græcis. tertiò generaliter *quæstionem* seu *propositum*, vnde *Rhetoricum* vel *Logicum* πρόβλημα & προβληματῶδες, quod in quæstione seu disceptatione est positum, nomen arcessit à προβάλλω, quod est, *obiicio* vel *affero quæstionem in medium*, vt eleganter quoque notatum à Goclenio.

Probus appellatur à Festo, qui se prohibet à malefaciendo, quasi *prohibitum* dicas. Alij probum dictum volunt, quasi *probatum*, sumpto nomine à re metallica, quæ igni est bene excocta & explorata, sicut Græci dicunt ἀργύριον δόκιμον καὶ νόμισμα, καὶ χρυσὸν ἀκίβδηλον, δοκιμαζόμενον ἐν τῷ πυρί.

Procella, quid sit, docet Plinius *libro 2. cap. 48.* inclinatur à verbo *procello*, id est, *prosterno*.

Proconsul, siue eum accipias, cui vltra legitimum & annuum tempus prorogatus est Magistratus, siue eum, qui ex priuato in prouinciam ad bellum gerendum est missus, aut eum, qui ex magistratu in prouinciam abiit, aut eum denique, qui constituta Monarchia à Senatu in eas prouincias est missus, quæ populi fuerunt (his enim quatuor modis accipi solet hoc nomen) dictus videtur Fenestellæ, quod pro consule mitteretur, eiusque vice fungeretur. Sũt hoc quo viri nõ triuialiter instituti, qui contendunt duo esse distincta vocabula, alterum *præpositionem*, alterum *nomen*. Alij vnum nomen compositum esse volunt, & regulariter inflecti per omnes casus, sicut *pronepos* & *proauus*, cui sententiæ se adiunxit Aldus Manutius iunior, *de Orthographia libro*. Ego etsi inueniri non diffitear apud Ciceronem, Gellium dici *Proconsule* ἀκλίτως & veteri modo, tamen istum loquendi modum dixerim nunc obsoletum, antiquatum, imò plane mutatum, neque aliter iam scriberé & loqui eruditos, quam esse loquendum censuit Aldus. Pomponius scribit Posthumio Albo & Sex. Fusco Coss. bello infeliciter cum Æquis gesto proconsulem primum T. Quintium fuisse creatum. Sex eum lictores præcedebant. Cætera omnia habebat vti Consules, & inde statutum, vt qui Consules vno anno fuissent, sequenti Poconsules essent. Deinde Proconsules mittebantur ad prouincias, & singuli singulos habebant legatos, qui administrationi præstarent auxilium. Aderant illis & *militum tribuni*, *Centuriones*, *Præfecti*, *Decuriones*, *Scribæ*, *Accensi*, *Præcones*, *Lictores*, *Interpretes*, *Tabellarij*, *Aruspices*, *Cubicularii*, *Medici*, & qui quotidianæ vitæ prope socij fuerunt; quæ *Cohors prætoria*, & *quasi prætoria* est dicta. Instruebantur quoque viatico, quo pertinebat aureus annulus, qui *teste Zonara*, magistratibus peregrè proficiscẽtibus de publico dabatur, item *vestes*, *vasa*, *vehicula*, *muli*, *tabernacula*, quæ instrumenta locata fuisse indicat Ventidius, qui *vt Agellius scribit libro decimo* [illegible] *capite quarto*, victa quæsiuit comparan[illegible] mulis & vehiculis Magistratibus, qui sortiti prouincias forent, præbenda publicè

condu

conduxit. Ita Alexandrum Seuerum instruxisse necessariis rebus Magistratus, quos in prouinciam mittebat, tradit Capitolinus, idque veterum exemplo, ita vt præsides prouinciarum acciperent *argenti pondo vicena, phialas senas, mulos binos, equos binos, vestes forenses binas, domesticas singulas, aureos centenos, coquos singulos*, vt & alij notarunt. Horum potestas extra prouinciam nulla erat, vt & in vrbe Roma, maximè Consule præsente. Vbi enim aberant Consules, licebat eorum vices supplere, vtbi præesse, habere Senatum, comitia indicere futuris consulibus, & si in prouincia sibi decreta dignum quid gesserant triumpho, de victis hostibus triumphare. Nam P. Philo Proconsul de Palepolitanis & Græcis triũphum egit, Seruilius de Cilicibus & Isauris.

Procus à procando & nimium lasciuè poscendo dictus est Verrio. Perottus à *prociendo*, id est, petendo deriuat. Inde & *procaces meretrices*, quòd assidue petant.

Procyon canicula, quod ante maiorem canem oriatur, nomen tulit. Est enim *κύων canis*, apud Græcos. Hæc (*vt scribit Columella lib. 12.*) oritur Idibus Iuliis, ardentissimo, *vt Plinius refert*, æstatis tempore, quippe sole ingrediente primam Leonis partem. Cum feruent maria fluctuant in cellis vina, mouêtur stagna. Vnde Flaccus: *Iam Procyon furit.* Est eidem stellæ & nomen Syrio, quem Virgilius *steriles* dixit *agros exurere*. Sub eo molestus purgantium vsus Hippocrati.

Prodigium Festo & Ciceroni, *de diuinatione libro*, à prædicendo est dictum, cæteris etymologicis, quod diuinitus propaget e futuris & consecututis rebus, hoc est, ante illas propellatur. De prodigiis scripsit Obsequens, & inter nostros Fredericus Nauseas *in tribus iii libris*, multa obseruatu digna. Vide & titulũ *de prodigiis Vn erg. lib. 4.* vbi prodigia ante Pharsalicam pugnam oblata Pompeio & territo admodum exercitui insolitis signis diserte recenset.

Profanus, *βέβηλος*, dictus videtur, quasi *procul à fano*, i.e. *religione*.

Proletarij Ciues à munere officioque prolis edendæ sunt appellati, quòd cùm re familiari minus possent Rempubl. iuuare, sobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarent, *vt docet Iulius Paulus apud Agellium.*

Prologus πρόλογος comediæ pars (diuiditur enim in quatuor partes *Prologũ, Protasin, Epitasin & Catastrophen*) nec quidquam aliud quam antecedens veram fabulæ compositionem elocutio siue narratio, in qua Poëta rem suam agit, à *πρὸ* & *λέγειν*, arcessit nomen. Is autem non vniusmodi vbique. Alias enim *συςατικὸς cõmendatitius*, quo fabulæ, vel Poëta commendatur, alias *ἀναφορικὸς*, id est, *relatiuus*, quo aut gratiæ referantur populo, aut refelluntur aduersariorum obiectiones, vt in Andria Terentij. Alius argumentum narrat, aut Poetæ cõsilia, & dicitur *ὑποθετικὸς*. Alius denique *μικτὸς*, id est, *mixtus*, cõtinens in se omnia prædicta.

Prometheus frater Epimethei, & filius Iapeti, qui Iouem decepisse legitur in fabulis, artes inuenisse, cœlitus detulisse ignem ad homines, & Caucaso alligatus fuisse à Ioue, quod Parcarum sortem de Thetidis filio, qui patre maior & clarior esset futurus, patefecisset, atque ita Iouem ab eius congressu deterruisset. nomen inuenit à *πρὸ καὶ τῆς μήτιος*, quæ vox consilium significat, quòd ille captabat, antequã factum aliquod aggrederetur, id quod verè hominis est sapientis. Vel dictus Prometheus, quasi *προμηθὴς* cõsilia prouidẽs. *θ* in *θ* mutata, aut deniq; à *πρὸ* & *μάθειν*, quod erat antiquitus *αὐτὸ τὸ μανθάνειν*. Primus hic fertur annulo ferreo circũdedisse digitum, gemma etiam palæ inclusa, vnde annulos gerendi consuetudo irrepsit.

Promontorium, à prominendo dictum

Saluſtius de Sardinia. *In oriẽte latior promittet, quàm in occidente.* Tale *pachynum,* Siciliæ, & alterum *Lilybæum,* tertium *Pelorum, Maleum* Græciæ, *Sigæum* Aſiæ.

Promus vnde, niſi à promendo? Etenim promendis cibariis ex penuria cellæ præeſt. Ita *Condus* à condendo. Auctor Fulgentius Placiades. Horatius 2. Satyr. 2. *Ni liberis diluta, foris eſt promus.* Apuleius in Apologia dixit, *librorum promum, qui præeſt promendis libris, & quaſi Bibliothecarius eſt.* Propriè tamen dicitur de eo, qui cibos promit. Sicut verò apud Germanos tempore hodierno, ita apud Græcos olim mulierũ id munus fuiſſe, ex Homero conſtare poteſt, apud quem legis Odyſſ. 1.

Σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα
Εἴδατα πόλλ' ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων.

Vbi Euſtathius annotat ancillam promentem & condentem ad victum neceſſaria, rectè αἰδοίην nominari ab Homero, quod famulas in his miniſtrantes σώφρονας, id eſt, *modeſtas ac temperãtes* eſſe oporteat, ne exhauriantur Domini. Adde & illa Ariſtophanis in ἐκκλησιάζ.

Ταῖς γὰρ γυναιξί φημι χρῆναι τὴν πόλιν
Ἡμᾶς παραδοῦναι, καὶ γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις
Ταύταις ἐπιτρόποις καὶ ταμίαις χρώμεθα.

Vnde colligitur Athenienſes quoque vſos fuiſſe mulierum miniſterio ad domeſtici victus diſpenſationem. Sed & Hector Il. 2. cùm rediens è prælio Andromachen vxorem quæreret, nec eam domi inueniret, fingit enim Poeta allocutum famulas, inter quas ὀτρηρὴ ταμίη, id eſt, *famula* rebus condendis & promendis deſtinata, πρὸς μῦθον ἔειπεν.

Promulſis dicta eſt cœna veteribus, *ſicut Turnebus in Aduerſariis, & Iuſtus Lipſius 3. antiquit. lectionum notarunt,* quòd ante mulſum daretur. Nam antiqui in conuiuiis primum hauſtum ſumebant ex mulſo ad profligandum ſitim, quod vacuis & inanibus venis initio dulcem potionem infundendam putarent. Itaque ex auſtero vino mulſum conditum reprehenditur. Ariſtippus, *inquit Horatius,* forti miſcebat mella falerno. Hinc intelligitur, cur ſcripſerit Varro 3. *de re ruſtica: Fauus venit ad altaria, & mel ad principia conuiuij, & in ſecundam menſam adminiſtratur.* Alij promulſidem interpretantur: quod multi vice dabatur conuiuis ad prouocandam appetentiam. Sed Senecæ huc quoque adducere placet teſtimonium, ex *lib. 20. epiſt. 12.* de Spanio quodam è genere Lucifugarum. *Circa lucem,* inquit, *diſcurritur: Pueri vocãtur cellary, coqui tumultuantur. Quæro, quid ſit? Dicitur, mulſum & alicam popoſciſſe, à balneo exiſſe.* Et Plinius Iunior *libro Epiſt. primo. Parata erant lactucæ ſingulæ, cochleæ ternæ, oua bina, alica cum mulſo & niue.* Nec ineptè, etſi Satyricè Horatius, paulò etiam apertius, quàm ante:

Vacuis committere venis
Nil niſi lene decet: Leni præcordia mulſo
Prolueris melius.

Interim notandum, cùm cœnæ lautiorés in diuerſos ferculorum miſſus diſtinguerentur apud veteres, ad primos miſſus vel primam menſam, quam & *Antecœnam* vocabant, referendam eſſe promulſidem ſiue guſtationem, vt nominat Petronius in hunc modum ſcribens: *Iuſſi ergo diſcubuimus, & guſtatione mirifica initiati, vino etiam Falerno inundabamur. Guſtatio,* inquit Turnebus, *prima pars cœnæ. guſtus aliis.* Quid quòd pro hac cœnæ parte Horatio etiam prandium ſit dictum? Athenæus *libro quarto* nominat προοίμιον, τοῦ δείπνου, Hebræi פרפּאאות שלפני המזון. vt quidam volunt, quorum hîc fidem ſectari admodũ procliue, donec didicerim meliora.

Procemium προοίμιον alias ἡ ἀρχὴ, vel εἰσβολὴ τοῦ λόγου, deſcendere videtur ἀπὸ τῆς οἴμης, id eſt, *cantu,* vocabulo ſumpto à citharœdis, qui pauca quædam ante legitimum carmen modulari ſolent. quod Platoni in Philebo eſt ἀνακρούεσθαι, idque promerendi fauoris gratia. Vel potius deſcendit ab οἴμου

via,

via, quia ante ingressum rei ponitur. Quocirca Cicero vestibulum & aditum ad causam vocat. Duplex id esse cõstat ex Rhetorum præceptis: *Rectum*, quo *statim & apertis rationibus idoneum reddimus animum hominis ad audiendum*: Et obliquum, *quod fit* πλαγίως καὶ κρυπτικῶς *obliquè & latenter circuitione, scilicet & dissimulatione quadam, ideoque dicitur* ἐπῳδός, *quasi incantatio*, in Fauorini Lexico ἡ γοητεία, in Politico Platonis, ἐν κύκλῳ περιόδους, Latinis *Insinuatio*. Causam enim habet αἰσχρὰν ἢ παράδοξον, *turpem aut admirabilem*, quæ animos auditorum alienat à nobis. Vnde necesse obliquè & clã irrepere, ne sentiant turpitudinem, & proinde alieniores euadant. Probat Fabius magis hoc nomen quàm exordium, quod sit quasi quædam præcentio orationis. Vt rectè dixerit Aristoteles in Rhetoricis: Τὸ μὲν οὖν προοίμιον ἐστὶν ἀρχὴ λόγου, ὅπερ ἐν ποιήσει πρόλογος, καὶ ἐν αὐλήσει προαύλιον. Atque hæc cum etymo præcedenti bellè conueniunt.

Propheta, vox in sacris literis virum significans, qui Deo peculiariter familiaris, cum eo per certas visiones sua habet colloquia, qualis Abraham *Genes. 20.* item Doctorem immediatè & diuinitus vocatum, qui non tantùm sacras literas nouit & exponit, sed etiam de Messia, de venturis pœnis & liberationibus futura quædam præuidit atq; prædixit, rursus interpretem alterius, *vt Exod. 7.* de Aaraone Mosis Propheta & interpretem arcanorum, qualis in Babylone Daniel, in Aegypto Ioseph: nomen [illegible], vel παρὰ τ[illegible] quod *res illi manifestentur per v[illegible]*, vel παρὰ τὸ φα[illegible] *oracula, o[illegible] loquendo int[illegible]* vel simpliciter [illegible] πρόφημι *quod* [illegible] παρὰ τὸ φαίνειν, dicit, [illegible] *do, quod rerum euen*[illegible]. Apud prophanos au[illegible] nomen appellatur [illegible] qualis in Creta Prophetæ Iouis. [illegible] apud Euripidẽ in Ioue φοίβου προφῆτις, *Phœbi prophetissa*, Apostolus ad Titum vtitur ea voce pro Poëta, cum Epimenidem Cretensem citat contra Cretenses. Alias eius significationes varias omitto lubens, cùm hæ præcipuè sint & dignę notatu. Notandum tamen Hebræos olim prophetas omnes nominasse Vidẽtes, *vt est videre lib. 1. Reg. cap. 9.*

Propilia tribus à nomine progenitricis traxit vocabulum. Consueuerunt enim non à viris sôlum, sed etiam à fœminis nominare tribus, *vt scripsit Festus.*

Propitiatorium, quod nihil aliud erat, quam areæ fœderis operculum, duobus Cherubin alas superextendentibus insignitum, alias appellatum Oraculum, quod ad illud Deum in primo templo cõsulerent ex ipsius mãdato *Exo. 27.* sic nominatum videtur Isidoro, quasi propitiationis oratorium. Propitiatio enim placatio est Fit & eius mentio *Nume. 8.*

Propretor. Duo potissimùm ordinarij prouinciarum rectores fuisse leguntur apud Romanos, Pretores, qui in prætura, & Consules, qui vrgente grauiore bello, in consulatu prouinciis præfuerunt. Horũ verò prætorum eadem fuerunt insignia, quę Pretorum vrbanorũ, *Lictores* videlicet sex, *totidem fasces atque secures*, vnde ἑξαπελέκεις dixerunt, id est, *sex securium*, quemadmodum scribunt Ammianus & Dio. Ordinariũ tempus quo præerant prouinciis, erat annus. Quòd si prorogato post annum imperio in prouinciis mansissent, Propretores appellabantur. Quanquam & illis postea datũ id nominis fuit, qui ex priuatis ad bellum gerendum, non ad gubernãdam prouinciam [illegible] sunt missi, qualis fuit C. Octauius [illegible] in illis, qui g[illegible] in v[illegible] pre[illegible] sub [illegible] n pro-uincia[illegible] pro[illegible] his ipsis præfuerunt [illegible] *Ma*[illegible]*ratus pro-*[illegible] m[illegible] concessa potestate, [illegible] C[illegible] ulibu[illegible] ei q; [illegible] quos [illegible] Octa[illegible] st. & post eũ Imperatore[illegible] reliqui in ca[illegible] as

miserunt, quas sibi reseruabant, maiorē eisdem obtinentibus potestatem, quam proconsules habebant, qui præficiobantur prouinciis populi. Additi fuerunt illis non secus, ac Proconsulibus inter Comites *legati*, dicti a legendo Varroni, qui operam suam in prouinciis nanabant, eosq; tres ad minimum numero fuisse inuenio. Adsciscebātur autem permissu Senatus ab ipsis Præsidibus, aut à Senatu concedebantur, aut extra ordinem aliqua legē deligebantur.

Proquæstor appellatus fuit Romanis, qui mortuo Quæstore Præsidi cœpit esse loco quæstoris, item qui *Quæstore* decedente interim successore non expectato, prouinciæ ipsius fuit præfectus, non quidem à Senatu aut populo instar Quæstoris, verum à *Proprætore* vel *Proconsule*, prout & alij obseruarunt.

Prora πρῶρα, frons nauis Virgilio, παρὰ τὸ προϊέναι, id est, a *praeeundo*, quibusdam nominata videtur, aliis ἀπὸ τοῦ προορᾶν, i. e. *prospiciendo*. Vergit enim prorsum in nauigando. Huic qui præest, dicitur *Proreta*, Græce πρωρεύς.

Proscriptio, quæ nihil aliud quam relegatio est, in ciues olim Romanos exercita, aut in exilium damnatio, bonis in fiscum redactis à scribendi ceremonia arcessit nomen, Sylla tulit legem, vt publici essent proscriptorum agri, quod maxime de iis agris intelligendum, qui in Thuscia circa Volaterras ac Fesulas erant, quos militibus suis Sylla diuisit, *teste Cicerone*, & Sallustio in Catilinæ coniuratione. Facta est & denuo à Triumuiris proscriptio, quam confert Dio cum Syllana, *libro quadragesimo septimo*. Dicit & eorum amicos fuisse proscriptos, quò d qui vnum ex Triumuiris vel studio, vel facto suo iuuisset, statim inimici loco haberetur reliquis. Incertitudinē vitæ humanæ demōstrauit L. Philuscius, qui ante a Sylla proscriptus, cū periculum euasisset, iam iterū proscriptionis iniuriæ subiectus fuit, & tādem occisus. Multi perierunt διά τε ἔχθραν καὶ διὰ χρήματα, *inquit Dio*. Multi etiam euaserunt, postea in patriam reuersi & asciti in magistratus pro volubili rerū humanarum conditione. Quæ postea M. Lepido, & L. Planco Coss propositæ fuerunt tabulæ, nemini quidem intulerunt necem, sed facultates ademerunt. Cùm enim opus haberēt pecuniis multum debentes militibus, coegerunt eas hac ratione. Sic in proscriptione Syllana spargi solebat, hunc ædium splendidarum causa iugulari, illum horti, aliū thermarum, *teste Plutarcho*. Itaq; Q. Arbelius nullius sibi criminis conscius, cùm forte in forū progressus tabulam proscriptiōis legisset, inque ea reperisset & suum nomen, *eheu me miserum*, inquit, *prædium in Albano meum me persequitur*, & paululum progressus ab insequente est trucidatus.

Prosedæ appellantur à Plauto meretrices, quod ante stabula sederent, corpore vulgato, sicut & Festus notat. Reponēdum hoc nomen putat Brissonius apud Petronium in Satyrico, vbi legis. Iam pro sella meretrix assem exegerat, cum potius scribēdum sit, proseda meretrix.

Proselini nūcupati sunt Arcades, à Luna, quæ est σελήνη, quod à diluuio Deucalionis dicerēt se primos inspexisse nascētē lunā. Quo nomine calceos nectebāt fibulis Lunę in speciē factis: quę falcata sua cornua protendit, sicut & apud Romanos nobiliores lunulas gestasse scribit Plutarchus. Persuasionis huius Arcadum meminit & Apollonius *libro quarto*, vbi interpres hoc modo: Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Τεγεατῶν πολιτείᾳ φησὶν, ὅτι βάρβαροι τὴν Ἀρκαδίαν ᾤκησαν, οἵ τινες ἐξεβλήθησαν ὑπὸ τῶν ἐπιγενομένων αὐτοῖς, πρὸ τοῦ ἐπιτεῖλαι τὴν σελήνην, διὸ καὶ κατωνομάσθησαν προσέληνοι, τινὲς δὲ φασιν ἐνδυμίωνα εὑρηκέναι τὰς περιόδους, καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τῆς σελήνης, ὅθεν καὶ προσελήνους τοὺς ἀρκάδας κληθῆναι· Ἀρκὰς γὰρ ὁ ἐνδυμίων. Et Maro: Arcades ipsum credunt se vidisse Ioué, cū sæpe nigrantē Aegida concuteret dextra, nimbosq; cieret. De calceamen

ceamētis autem illis cōmmaticū fertur Herodis dictum Bradeam vxoris fratrē, qui cum generis sui nobilitatem æquo verbosius apud Romanos ostentaret, *Næ tu*, inquit, *generis tui nobilitatem in astragalis geris*. Vnde lucem accipere, videtur Iunenalis istud: Et nobilis & generosus Appositam nigræ Lunam subtexit alutæ.

Proserpina, Cereris filia, vox origine Latina, non Græca, *vt censet Cicero*, à serpendo videtur dicta. Serpunt enim per terram, & ex terra, *id est*, Cerere, nascuntur fruges, quibus ea significatur. Quia vero eædem latent ad tempus, donec exiliant solis calore elicitæ, atque eductæ in auras, fingitur hæc Dea rapta ab Inferorum diuitiarúmque Deo Plutone. Inde Phurnutus explicans μυτολογίαν ἁρπασῇ δ' ἐάδη τὴν θυγατέρα τῆς δημητρὸς ἐμυθεύθη, διὰ τὴν γινόμενον ἐπὶ χρόνον τινὰ τῶν σπερμάτων κατὰ γῆς ἀφανισμόν. Græcè dicitur περσεφόνη, quasi φέρουσα τὸ ἄφενος, diuitias ferens, *authore Hesychio*, id quod de terræ fructibus tandem prorumpentibus, & suā consecutis maturitatem rectè etiam intelligi potest. Quinimo terram ipsam quoque dictam Proserpinam, quòd ex ea proserpant fruges, notat Augustinus *ex Varrone*. Profundam Cererem nominat Claudianus, Virgilius *infernam Iunonem*. Varro eodem nomine *Lunam* repræsentari censuit, vnde flammeum oris honorem ipsi attribuit idem Claudianus. Sicut verò Cereris mysteria re & cognomento maiora celebrabantur Eleusine, ita minora Proserpinæ, inque gratiam Herculis instituta, cum is initiari efflagitaret, agris celebrata legimus. In fabulis quoque narratur, cuiusque capitis crines abscindere Proserpinam, vt orco deuoueatur. Quo spectant illa Virgil. Æneid. 4.

Nondū illi flauum Proserpina vertice crinē
Abstulerat, Stygioq; caput damnauerat Orco.

Proserpina, περσεφόνη, Hebræam habet originem, nempe à פרי *Peri*, fructus, & צפן *Saphan*, tectus, opertus, vel צפון *tsephun* absconditus. Persephona, περσεφόνη, fructus absconditus, latens in terra. A plutone (quo nomine vis & natura terræ intelligitur, à verbo פלט *Palat*, eripuit, vnde raptor dictus Poëtis) rapta ad inferos dicitur. Quæ omnia mendaces Græcos, idololatriæ fascino dementatos suis mythologiis vulgo illusisse, sibique ipsis horrendum in modum imposuisse demonstrant.

Prosodia pars Grammaticæ, quę docet accentus, hoc est, rationem attollendi syllabas pronuntiando, tum quantitatem earundem; nomen trahit ἀπὸ τῆς ᾠδῆς id est *cantu*, vel παρὰ τὸ ᾄδειν, id est, *canendo*. Quippe poëmata veteres nominabāt ᾠδὰς, *teste etymologico magno*. καὶ παρὰ τὸ προσάδειν, καὶ ἁρμόζειν, τῇ ἁπλουμένῃ λέξει, ἡ ἐκ τῆς πρὸς προσῳδίας, καὶ τῆς ᾠδῆς.

Prostibulum vel *Prostibula*, alio nomine scortum vel meretrix, à prostādo nomen accepit, etsi Isidorus deriuare videatur à posternendo, *libro 18.* vel quòd staret ante stabulum quæstus gratia, *vt Nonius notat.* Qua ratione eiuscemodi meretrices etiā *Prosedas* appellatas fuisse à Plauto vult Sex. Pompeius, *libro 14.* Locus Poëtæ extat in *Pœnulo Act. 1. Scen. 2.* Notandum est illud, *Consueuisse meretrices nudo corpore prostare, vt ius in Heliogabalo traditum à Xiphilino.* Itaque Iuuenalis Poëta loquēs de Messalina prodigiosæ libidinis fœmina, quæ se noctu in lupanar contulerat, ait, *Tunc nuda papillis Constitit auratis titulum mentita Lyciscæ.* Inter meretricem porro & prostibulum eam differentiam fecerunt veteres, *teste Nonio*, quòd meretrix copiā sui faceret tantummodo noctu: prostibulum autem ante stabulum staret quęstus nocturni & diurni causa.

Protelo vox Latina videtur Srencho, fieri ex πρὸ & τέλος, quæ vox finem significat, quasi idem sit, quod *in longum protendere ac metas temporis proferre.*

Protropum, vinum sponte defluens,

antequam calcentur vuæ, quod *πρόχυμα* est Florentio apud Constantinum *γεωπ. 6. cap. 16. παρὰ τὸ πρὸ τοῦ τρυγᾶν* deducit originem. Notationem istam confirmare videtur Plinius *lib. 14. capite 9.* his verbis: *Sed inter genera potuum ponere debeo & protropum*, Ita appellatur à quibusdam mustum sponte defluens, antequam calcentur vuæ. Rectè ergo & Pollux: *Οἶνος πρότροπον, ὁ πρὶν ἀποθλίβεσθαι ἐκρυείς*. Athenæus *πρόδρομον ἢ πρότροπον* à Mitylenæis dictum tradit. Sed & Plinius agnoscit *Protropum, Gnidium*, quippe ex Gnido solitum deuehi Romam, vbi in maximo pretio habitum non modò pro varijs medicamẽtorum compositionibus, verùm etiam pro diuitum & nobilium mensis, cuius etiam Vitruuius meminit, *lib 8. cap. 3.* vbi loco *Protyri* legendum *Protropi*.

Prouerbium, quod est celebre dictum scita quapiam nouitate insigne, sæpe in se metaphoram aut hyperbolen, aut etiam ironiam sententiámue, aut qualemcunque descriptionem continens, quale est *Dolium pertusum*, item *ad Cornos, ad Calendas græcas, Euripo mutabilior*, quasi *probatum* verbum dictum interpretantur nonnulli. Græcè dicitur *παροιμία*, à *παρὰ οἶμος*, id est, *ὁδὸς*, quasi *passim sparsum per ora hominum*, adagium quoque Latinis, vt alias admonitum. Hebræi nominant משל, Chaldæi מתלא & מתל. Et illi non tantùm eo complectuntur prouerbium, sed etiam figuratam orationem, sententiam egregiam, dicterium, metaphoram, doctrinam. Quo fit vt multa quoque prouerbia apud Latinos & Græcos sententiæ sint vel potius *γνῶμαι*, quale est illud, *Spartam, quam nactus es, orna*: Item *τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν σοφίαν νικῶντι χελῶναι*. Etiamsi nõ omnes sententiç & apophthegmata [illegible] & hæc indicant Rhetores [illegible] prouerbiorum [illegible] sint inferendæ. Est enim *γνώμη* [illegible] breui[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aut aliquam de [illegible] & pœnis commone[illegible].

At prouerbium valde celebre est dictũ, plerumque figura aliqua cõditum. Magnam illorum farraginem in Chiliades suas congessit Erasmus, post Erasmum Gilbertus Cognatus, Adrianus Iunius Polydorus, Vlpius Franeketensis, vt & ego nonnulla partim edita, partim adhuc conflictantia cum blattis, dum Mecœnatem in hac Philomusorum penuria (quæ temporis infelicitas?) nondum inueniunt.

Prouideo. Varro *5. de lingua Latina* affirmat quædam in Græca lingua nonnullos existimare Latina. Ego autem cum ipso potius à Græcis deriuauerim. Vocabula ab eo prolata sunt, *scalpere σκαλεύειν, sternere στορεννύειν, lingere λείχειν, ferre φέρειν, prouidere προϊδεῖν. errare ἔῤῥειν*. Item *γίγνομαι* à *gigno*, & ab eo quod dicunt *στραγγαλίζειν, strangulare, tingere τιγγάνειν*. Præterea ab eo, quod nos *malaxare*, illi *μαλακίζειν, potare ποτίζειν. domare δομᾶν, mulgere* ab *ἀμέλγειν*, vt *runcinare* à runcina, cuius origo Grçca *ῥυκάνη*. Ita illa omnia ideo Varrone, qui ab Ausonio *Popma* Frisio castigatior est editus, quam vnquam antea, adiectis coniectaneis & notis. Rectè addideris *propino* verbum, cui respondet *τὸ προπίνω*, apud Græcos. Quin eadem origo doti, arrhaboni, domui, *Dono*, & aliis innumeris, de quibus loco suo.

* *Prouidentia*. Vox Prouidentiæ, tam Hebræa, quàm Græca & Latina, prima sua significatione, cognitionem significat, & ad intellectum refertur. Secundà, curam habere & prospicere, atque ad voluntatem & actionem refertur. Abrahamus dicit filio. Deus prouidebit [illegible] à *raah* cernere, intueri, videre sibi pecus. Hebræi aliud verbum habent, *Schakadh*. quod prospicere, & diligenter curare significat, & prima sua significatione cognoscere [illegible] Græci, [illegible] nis P[illegible] [illegible], quæ v[illegible]is [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Tamen

futurum aliquid videmus, antequam fiat. En primam partem, quæ ad intellectum refertur, πρόνοιαν. Idem de natura Deorum, lib. 2. *Prudentia, quæ πρόνοια Græce dicitur potissimum prouidet* (non tantùm procul sed prope videt, id est, maximè longè antequam res eueniant, & quum adsunt, attentè curat) *& in iis maximè est occupata.* En actionem prospiciendi & curandi. Dubium non est igitur, quin Prouidentiæ nomen tria in sua significatione includat; Præcognitionem rerum & necessitatem: voluntatem & curam prospiciendi: actionem ipsam qua res curantur & reguntur. Ad præcognitionem quod attinet, in ea certè & memoria præteritorum, & cognitio præsentium necessariò comprehenditur. Qui enim Præcognoscit futura, quomodo non meminit preteritorum, & cognitionem non tenet præsentium? Idcirco Græci Poëtæ πρόνοιαν vocarunt ἀδράστειαν, à verbo Διδράσκω, id est, fugio, & ab a priuatiua particula: eo quòd Prouidentiam (diuinam) nihil effugiat. Item appellarũt πεπρωμένην; quam vocem Theodoretus lib. de affect. Græcorum interpretatur quasi πεπερασμένην, id est, perfectam transactamque rerum gubernationem. Alij, quòd per omnia transeat, à verbo περαίνω, transeo. Neque omittendum est, quod scribit Augustinus lib. 33. Quest. 31. q. prudentiam à qua est prouidentia, diuidi à Philosophis in memoriam preteritorum, intelligentiam presentium, & prouidentiam futurorum: & prudentem, seu prouidẽtem & prouidum illum dici, qui ex preteritis quę meminit, & ex presentibus quæ intelligit, quid porro futurum sit constituere potest.

Prouincia dicta aliquibus, quòd procul ab Italia armis esset deuicta, vel, *iuxta Festum*, quòd populus Romanus eam prouicit, id est, anteuicit. Redigebantur autem in formam prouincię integrę regiones, & à populo Romano missis in eas pręsidibus gubernabãtur. Nomẽ autem accipitur tribus, apud auctores modis. *Primùm* pro regione armis, aut alio quocumque modo in potestatem redacta, & à populo Romano Magistratui suo subiecta. *Secundò*, pro quacumque regione, in qua Imperator Romanus bellum abministrabat. *Tertiò*, pro quacumque publici muneris procuratione. Diuiduntur à nonnullis prouincię in *Continentes* & *Transmarinas*. Continentes dicunt *Galliam, Illyricum, Rhetiam, Vindeliciam, Pannoniam, Germaniam*: *Transmarinas, Asiam, Afbricam, Syriam, Cyprum, Achaiam.* De Sicilia dubitatũ, *vt indicat Vlpianus l. nationem. de verbor. significationibus.* Fuerunt & quędam Consulares, quę ab iis, qui consulatum gesserant in vrbe, sequenti anno consulari imperio obtinebantur. Quędam pretorię, quas obtinebant, qui proximo anno in vrbe functi fuerant pretura. His si quando prorogaretur imperium post preturam aut consulatum, atque ita remanerent in prouinciis, nominabantur Proconsules & Propretores, vt aliàs dictum. Post annum à C. V. sexcentesimũ, institutum est, vt Pretores ex pretura, & Consules ex consulatu mitterentur in prouincias, qui & ipsi Propretores & Proconsules dicebantur, sibique adiunctos habebant questores, & alios magistratus. Quod ipsum, quia dignum est obseruatu, silentio haudquaquam premendum duxi. Sub Imperatoribus randem ea est facta Prouinciarum diuisio, vt alię dicerentur esse populi, alię Imperatorum. Priores illas administrabant Proconsules à populo missi, vel potius à Senatu, posteriores Propretores designati ab illis, quibus summa in Republica erat potestas. Requirit Cicero pro Qu. Ligario in prouinciæ prefecto non tantùm integritatem & continentiam, vt conseruet non predetur prouinciam, sed etiam fidem, qua fit vt seruet iusiurandum, suumque rite administret officium. Seuerus Imperator & Antoninus Xenia, quę accipere solebat Proconsul

in Pro

in Prouinciis, hoc veteri prouerbio ſunt moderati: Οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, quod *eſſet inhumanum a nemine accipere, paſſim, viliſſimum, per omnia, auariſſimum*, prout ab Vlpiano explicatum inuenio.

Prudentia, à prouidendo deſcendit, tracta notatione à cauſſa. Huius virtutis, eſt *dare conſilium, diſcernere bonum à malo, verum a falſo, rite verſari cum aliis, perſpicere occaſiones, verbis ſolerter, rebus prudenter vti, ad omnem conſultationem & tempus & diligentiam adhibere.* Pugnant cum ea curioſitas & ſtultitia, ſuntque eius actus quinque, *deliberare*, quod eſt τῆς εὐβουλίας: *vno inuenire medium*, ſi ſit opus, quod eſt τῆς εὐστοχίας: *recte indicare de mediis inuentis*, quod eſt τῆς συνέσεως, id eſt, ſagacitatis: *abſoluere iudicium*, vnde ſententia, quæ dicitur γνώμη: & denique *præſcribere circunſtantias actionis*, vnde proprium prudentiæ nomen deſcendit. Illa viam præſcribit in omni conatu naturæ, inque omni ſtudio & actione virtutis modum. Sine ea nulla plane eſt virtus, nec tamen omnis virtus prudentia, quod Socrates voluit. Quippe licet omnes plantę partes vniãtur in radice, tamen quælibet pars radix ipſa non eſt. Rarò aut nunquã plena ea aut perfecta reperitur in homine, cuius eſt errare & labi. Itaque rectè Boetius, *Doctos quidem multos vidiſſe ſe* dicit, *prudentes autem perpaucos.*

Pruina. vapor humidus debili ſolis calore ad infimam vſque regionem aëris elatus, in qua noctis frigiditate congelatur & deſcendens herbis adhæret, quaſi *perurina*, quòd arbores & flores vrat, eſt appellata Grammaticis, quorum ſententiæ hîc ſtare decretum. Nam quod alij pruinam, quaſi *pyrinam* dictam volũt, ἀπὸ τοῦ πυρὸς igni, in idem recidit, ſi non tam ius vocabuli, quam ſenſum ſpectes.

Prytaneum. Placet aſſcribere Etymologici magni verba, quæ ſunt. Τόπος ἦν παρ' Ἀθηναίοις, ἐν ᾧ κοινὰ σιτήσεις τοῖς δημοσίοις εὐεργέταις ἐδίδοντο, ὅθεν καὶ πρυτανεῖον ἐκαλεῖτο, διονεὶ πυροταμιεῖον: πυρὸς γὰρ ὁ σῖτος, τουτέστι τοῦ σίτου δημοσίου ταμιεῖον. Locus erat apud Athenienſes, in quo cuilibet ex populo bene de Republica merito alimenta præberi ſolebant. Vnde & *prytaneum* appellabatur, *quaſi frumenti horreum.* Eſt enim πυρὸς *frumentum*, vel potius σῖτος, id eſt, *publici frumenti penus.* Origo itaque vocabuli trahi videtur à tritico, quod πυρὸν nominant Græci, Celſo quoque ipſo non refragante. Eſt & πρυτανεῦσαι nihil aliud, quam ταμιεῦσαι & πρυτανις ὁ σιτοφύλαξ. In hoc ipſo loco, vt ſibi impoſterum alimenta ſuppeditarentur, quoad viueret, dixit ſe meritũ Socrates moritur' propediẽ. Vt bene ſcriptũ reliquerit Suidas: πρυτανεῖον παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις οἰκίσκος δημόσιος, ἔνθα ἐσιτοῦντο δημοσίᾳ τῆς τοιαύτης τιμῆς, παρ' αὐτοῖς τυχόντες. περισπούδαστον δὲ ἦν τῆς τοιαύτης δωρεᾶς τυχεῖν, ἐπὶ γὰρ μεγάλοις κατορθώμασι τὴν τοιαύτην ἀπεδίδοντο χάριν. Nec mirum, quod Scholiaſtes in Ariſtophanis pace prodiderit; ὅτι χρησμολόγοι μετεῖχον τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως. Atque hinc facilius intellexerit quilibet, cur ſcripſerit Plutarchus *Sympoſ. 4. Problem.* 4. Cimonem Athenienſem liberaliſſimum virum præſtitiſſe domum ſuam πρυτανεῖον κοινὸν, id eſt, *publicum Prytaneum.*

Pſalmus ἀπὸ τοῦ ψάλλειν vel à *pſallendo*, quod eſt *citharam pulſando ex arte melodiã*, nomẽ arceſſit. Quia vero Iſraelitæ ad cytharam, vt olim *Poetæ Lyrici* ad *Lyram*, pia quoque carmina canebãt, cùm in templo, tum priuatim, factum inde, vt cantilenæ piæ, quas Hebræi תהלים *Tehilim* dicunt, Pſalmorum tulerint nomen. Quocirca in Pſalmis locis quam plurimis, verbum *pſallere*, aut *Pſalmum dicere*, idem eſt quod *Deum celebrare*. Sæpe etiam legitur, *Pſallite Domino in cithara.* Alias dicitur Hebræis מזמור. *Mizmor* quo nomine idcirco multi Pſalmi leguntur inſcripti, aliquando præ

do præcedente nomine שיר, *vt Psalmo 48.* aliquando sequente, *vt Psalmo 30. 67. & 92.* deducta origine à זמר, *Zamar*, quod in secunda coniugatione refertur ad vocem siue incisionem musicam, & significat *incidere verba & syllabas, canere carmen, ac modulari.* Itaque carmina & modulationes sunt זמירות, *Zimaroth. 2. Samuel 23.* Meminit & huius vocis Paulus *ad Colos. cap. 3.* vt & Odarum hymnorúmque, quæ quidem voces ita sunt distinguendæ, vt Psalmi dicantur cantiones variæ, vtpote variis argumentis compositæ, cum etiam querelas, narrationes & postulationes complectantur, hymni vero solas contineant laudes תהלים *Tehilim*, Hebræis, ad odæ. 1. שירים *Schirim*, peculiares & artificiosæ quędam cantiones sint angustiore constã tes forma, quam Psalmi aut Hymni. Sic enim video magnis placere viris.

Psylli. Psyllorum gens Aphricæ indidigena vim habens ingenitam corporibus serpentibus exitialem, à Psyllo rege orta creditur & dicta. Non procul illa dissitos habebat Garamantas, tandem à Nasamonibus ad internecionem vsque deleta. Ælianus prodit tam ipsis familiares fuisse Cerastas, vt morsus eorum sentirent nunquam, quin potius mederentur percussis. Imò ius idem in omnia serpentum genera ipsos obtinuisse scribit Plutarchus *in Catone.* Cùm enim hic iter faceret per Lybiæ deserta, inque summo periculo ob crebros serpentum ictus, & militum necem se constitutum videret, ab illis auxilium petiit, qui etiam ita fascinarunt suis incantamentis, vt nullum deinde morsum inferre possent. Proinde Lucanus:

Gens vnica terras
Incolit à sæuo serpentum innoxia morsu
Marmaridæ psylli.

Ait & Plinius: *Quorundam hominum tota corpora prosunt, vt ex his familiis, quæ sunt terrori serpentibus, Tactu leuant ipso percussos suctúue Medico, quorum è genere sunt Psylli Marsique, & qui Ophiogenes vocantur in insula Cypro.* Ex qua familia legatus Hexagon nomine à Coss. Romæ in dolium serpentum coniectus experimenti causa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit. Signum eius familiæ erat vermis temporibus odoris virus, & sudor, quo non solum medicamen præsens adferebant; verùm etiam saliua. Inoleuerat etiam mos apud illos, vt liberos sæuissimis serpentibus obiicerent ad experiẽdum pudicitiam vxorum. Et quod maximè mireris, non fugiebant eos adulterino sanguine prognati. Hinc Silius:

Nec non serpentes diro exarmare veneno
Doctus Atyr, tactuq; graues sopire Chelydros,
Ac dubiã admoto sobolẽ explorare Cerasta.

Tradit idem & Ælianus. Sed hæc de Psyllis, quibus similes facit Marsos Plinius noster, dictos & ortos à Marso filio Circes. Italiæ populi dicuntur, etsi nulli tales hodie reperiantur præter, nescio, quos impostores, qui ex Pauli Apostoli progenie se ortos fingunt & iactant.

Ptisana. Sic hodie scribi solet sed malè, cùm potius *Ptissana* scribi legíque debeat, ad imitationem Gręcorum, qui nominant πτισάνην, ἀπὸ τοῦ πτίσσειν, quod est *purgare, pinsere, decorticare.* Vox ea est multis rebus communis. Nam primò omnia frumentacea deglubata, & decorticata pistillis, eo nomine comprehensa inuenio. Hinc Zeæ granum purgatum nominatur χονδροπτισάνη. Est enim chondrus granum zeæ repurgatum à glumis, istius, inquam, zeę quã δίκοκκον vocant, quòd grana habeat duo. Legimus quoque πτισάνην πυρίνην, nempe *ptisanam factam ex tritico* Ptissanę ex oryza apud Italos confectæ meminit Plinius. Deinde non solùm pro deglubatis & crudis, sed etiam aqua coctis sumi id nominis, *libro decimooctauo, capite 17. naturalis historiæ* Plinij proditum leges. Sunt & aliæ eiusdem significationes, quas ab Hieronymo Mercuriali notatas, *libro quarto, variarum lectio-*

num,capite 18. loco mouere nolo. Videbis de ea Alexandrum Trallianum, *libro octauo*, Galenum 7. *Method. cap. 7.* Æginetam, *libro primo, capite 79.* Addo id vnum Cornelium Celſum cremorem Ptiſanæ ferè accipere pro ſucco.

Ptolemais, πτολεμαΐς vrbs Aethiopię ad ſinum Arabicum, vel potius in margine rubri maris, à Ptolemæo rege occupata & inſtaurata habet hoc nomen, aliis παρὰ τὸ πολεμίζειν, quod eſt *belligerare*, ſed minus rectè. Nullam autem aliam ob cauſam inſtauraſſe dicitur hanc Philadelphus cognomine Ptolemæus, quàm vt elephantos venari poſſet. Vnde *Epitheras* eſt dicta Plinio Cæterùm Ptolemæo & Arriano appellatur θηρῶν. Simlerus putat ab Antonio dici *Peme*, coniectura non ſatis firma. Eſt & Ptolemais vrbs Phœnicię, alio nomine ἄκη, Plinio, *Claudij colonia.* Nam Pentapoleos Libyæ regionis, *Ptolemais* olim nominata eſt βάρκη, *teste Strabone.*

Pubes à Græco deducitur, & dicitur, quaſi ἐπ' ἥβης *in pubertate*: A pube verò puberes dicti, id eſt, à pudendis, *vt censet Iſidorus*, quòd hęc loca tum primum lanuginem ferant. Inde etiam pubertati nomen, quam certo annorum numero definierunt Iuriſconſulti, quippe vt fœminæ anno ætatis 12. exiſtimarentur puberes. hoc eſt, attigiſſe pubertatem, maſculi 14. *l. fin. Cod quando tutor. eſſe deſin. & Inſtitut. quibus modis tutel. finiat.* In cauſa tamen alimentorum laxiora tempora præſcribi video, vt quidem fœminæ anno 14. maſculi 18. puberes habeantur, *leg. 14. C. de aliment. leg.* Hebr. אב *Ab* & אביב *Abib.* Inde Gr. ἡβάω, ἡβάσκω, item ἔφηβος & ἐφηβεία, item βούβων pubes, ἥβη Hebe, Ethnicis dea iuuentutis, & Iouis pocillatrix.

Publicanus à publico eſt appellatus. Publica enim conducit & redimit vectigalia. Romani id genus homines Decumanos dixerunt à decuma frumenti, quam quiſque arator in prouinciis dare cogebatur haud ſoluto pretio. Ea autem Romæ à Cenſoribus, aut in prouincia vendebatur publicanis à Magiſtratu Romano, vt certam pecuniæ ſummam pro ea populo Romano repræſentarent. Tria ſanè frumentorum genera extrahebantur ex prouinciis, *Decumanum*, id eſt, decuma, de qua iam dictum: *Emptum*, quod aratores vendere cogebantur accepto ex SCto pretio, mittique ſolebat Romam ad populum alendum: *Æstimatum*, quod ęſtimabat magiſtratus in vſum familię ſuę, cùm interdum pro frumento acciperet pecuniam.

* *Publicanus*, Græcis τέλων, ſiue τελώνης, παρὰ τὸ ὠνεῖσθαι τὰ τέλη, à redimendis & exigendis vectigalibus ac tributis publicis, Hebr. נגש *Nogéſch*, exactor, à *Nagaſch*, id eſt, exegit, & ad Soluendum adegit: Syris verò atque Chaldæis מוכס *Mucas*, à כסס *Caſas*, id eſt, ſupputauit, numerauit, quaſi in ſupputando vel numerando, pecuniam ſcilicet, in primis publicam, ſubinde occupatum, valdeque exercitatum. Tales vectigalium redemptores, exploratores & mercatores dicuntur ij qui vectigalia regis Salomonis certo pretio redimebant, 1. Reg. 10. 15. 28. Tales etiam fuere publicani, quorum mentio toties apud Euangeliſtas. Hodie equidem tales ſunt Iudæi, qui in numeratione pecuniarum à primis annis ita ſe exercent, vt eius artis euadant perfectiſſimi magiſtri.

* *Publicani* à Iureconſultis Romanis dicti ſunt qui publica vectigalia & alios Populi R. reditus, exteris nationib. imperatos, nec non vltrò tributa, quæſtus ſui cauſa, conſtituto pretio exigenda redimebãt, vel à fiſco conducebant. Horum ordinem Romæ & numero ampliſſimum, & perſonarum dignitate potentiſſimum fuiſſe, adeo vt non niſi equitibus Romanis conferri ſoleret, inter profanos ſcriptores Cicero luculenter teſtatur variis locis. Ex his publicanis alij *Mancipes* erant, alij *Prædes*,

alij *Socij*: vt ex Polybio ostendit Sigonius lib. 2. de iure ciuium Rom. cap. 4. *Mancipes* quidem ex Festo dicit fuisse quotquot aliquid à populo emerant conduxerántve: ita nominatos, quia sublata manu significabant se emptionis auctores esse, quos Pædianus principes publicanorum fuisse ait, qui quæstus sui causa exigenda à sociis suo periculo exigerent, & Reipublicæ repræsentarent. *Prædes* populo se obligabant, promittentes, si quid incommodi accideret, plenè se satisfacturos. Ita dicti, à præstando; quia tam debent præstare quod promiserunt, quàm is aut ij, pro quo vel pro quibus prædes facti sunt: talésque hodie sunt omnes, inquit Budæus, qui sponsores Reipublicæ vel Principi facti sunt pro iis, qui pecuniã publicam dispensant, quos receptores vocant. Præs igitur est Satisdator in lite numaria: vnde differt à Vade, quòd is vadimonium promittit in re capitali. *Socij* denique erant, qui pro Publicanis partim conducebant, partim societatem cum iis inibant, partim pro his bona fortunásque suas Reipublicæ obligabant. Horum frequens mentio apud Ciceronem, & quidem honorifica. Omnes autem publicani, mancipes, Prædes, Socij, in conducendis & exigendis prouinciarum vectigalibus, nec non vltrò tributis, erant occupati: & vectigalibus quidẽ vel ex agris, vel ex portubus publicis. In agris enim publicis homines quidam colendi causa collocati erant, qui aratores atque agricolæ dicti decumam frumenti populo Romano dabant: in pascuis alij, qui pastores appellati certum stipendium soluebant, quod *Scripturam* dicebãt: vnde *Scripturarius* ager Festo, in quo vt pecora pascantur certum est æs: à scribendo, quòd Publicanus scribendo conficeret rationem cum pastore. Publicani verò qui decumas redimebant, decumani; qui pascua, Pecuarij; qui portus, Portitores, & vectigalia ipsa decumæ, scriptura ac portorium vocabantur, teste Asc. Pædiano. Aratores autem & pastores ferè ciues Romani erant, qui & ipsi quæstum sequuti agros publicos colebant, aut pecora alebant. In vltrò tributis autẽ occupabantur, quum conducerent & exigerẽt sumptus operum publicorum, quorum locationẽ quinto quoq; anno à Censorib. factũ Polybius & Varro scripserunt. Porrò quũ etiam Iudęa ab Romanis in prouinciam redacta fuisset, sub Pompeio magno, publicani quoq; in ipsam missi & profecti sunt, vt Romanis ad collectionem vectigalium & tributorum quotannis pendendorũ (quod aurum Iudaicũ Cicero appellat) operã locarẽt, illa videlicet statã pecuniæ summã redimentes, ac proinde à soluentibus, adpellentibus, prætereuntibus aut nauigantibus recipientes. Quo quidem munere non tantùm, qui exteri & Romã eò venerant fungebantur, sed etiam alios in Iudæa natos, qui idem facerent, eligebant: in quorum numero fuêre Matthæus & Zachæus post conuersionem ad Christum celebres, Matth. 9. 9. Luc 19. 2. Zachæus vocatur *ἀρχιτελώνης*, Syriacè ריש גבאי *Resch gabbé*, Caput siue magister Publicanorum, princeps videlicet eius societatis, quæ apud Hierichuntem coierat. Erant enim Publicani in societates distributi, quæ suos magistros habebant. Quod autem eiusmodi homines pessimè audierint apud Iudæos, ex eorum rapinis & violentis exactionibus ortum est. Telonium porrò siue locus, in quo Publicani Iudææ sedebant, vnde exactores sui hac illac emittebantur, obseruantes quid in commodum priuatum & publicum imperij Romani faciendum esset, Iudæis frustra obnitentibus, & sub iugum redactis, Hebr. בית אספים *Beth Asypim* domus colligentium, vel *Beth Asyppoth*, domus collectionum, in primis celebris fuit ad Mare Galilææ, iuxta Capernaum, cuius men-

rio crebra in Euangelio: quod telonium Iansenius & Adrichomius testantur etiamnum iuxta Capernaum, ad mare conspici. A voce Syra *Gabbé*, *gabelle*, gallis dicta est; & Resch gabbé, *le maistre Gabellier*,

Publicola dictus Valerius quod populum coleret. Leges enim aliquot edidit, quæ populi authoritatem potestatémque summopere confirmabant. Ex his maximam vim multitudini adiecit, qua reo à consulibus prouocationem ad populum concessit. *Altera*, quæ eos, qui iniussu populi magistratum accepissent, morte mulctari iubebat. *Tertia*, qua opitulatus est pauperibus, vectigalibus ciuium sublatis. Lex verò lata contra eos, qui Consulibus dicto audientes non fuissent, ipsa quoque popularis, & non minus in rem populi quàm potentium, scripta videbatur. Sanxit & lege, vt, *qui tyrannidem affectaret, eum cuilibet indicta causa occidere liceret, occisore cædis absoluto, si demonstrasset occisi delictum. Vtque magistratum de terribili redderet gratum atque mansuetum*, populo sustulit secures à fascibus, ipsósque fasces, si quando in concionem prodiret, populo submisit & inclinauit, indicans eo, *omne in populi manu esse imperium*. Cùm domum nimis magnificam ædificasset sub Velia, de qua ob altitudinem vsquequaque patebat prospectus, id verò amicos eius malè haberet, non contendit cũ iis, neq; est stomachatus, sed conductis euestigio, eadem ipsa nocte, quã plurimis fabris, demolitus est eam.

Publilia lex à Q. Publio Philone Dictatore est lata de Censoribus ex plebe quoque creandis, cum primum ea dignitas solis patritiis pateret. Tulit idem legem de Centuriatis legibus, vt legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initium suffragium, patres authores fierent.

Pudicitia à pudore est appellata. De ea Ouidius: *Lis est cum forma magna pudicitiæ.* Eadem vt Dea culta Romanis, sed duobus nominibus. Alia quippe *patricia* dicta, alia *plebeia*, Patriciæ ædes ab Æmilio consecrata in foro fuit Boario, ad ædem Herculis rotundam. Plebeiæ ædicula in vico longo extructa legitur à Virginia, quæ familia orta patricia, cum postea nupsisset Plebeio, a sorore *sacris arcebatur* patriciæ. Cuius rei meminit & Liuius.

Puer, à puritate est dictus, proprieque intelligitur impubes, qui nondum 14. annos expleuit. Hic edicto prætoris prohibetur defendere & accusare *lib. 1. §. pueritiam. ff. de postul.* Comici & veteres etiam seruos appellarunt pueros, *vt ex Terentio & Plauto cuilibet constat.* * Hebr. בחור *Bachur*, vel *Bahur*, molliore pronuntiatione, iuuenis, electæ ætatis. Et בר *Bar*, purus, clarus. Inde puer Latinis, qui Gr. παῖς, remotior à primigenia voce.

Puerpera, quæ puerum peperit, & ex puerperio decumbit. Simplex hoc & ex analysi vocis resultans etymon summopere placet, cum puer marem vna cum fœmina complectatur. Non autem à puera recte deduxeris, cum Spigelio, nisi forte mendosus locus. Id hic amplius monendum, solita & olim, edito in lucem infante, *puerperalia* celebrari conuiuia, sicut *iam apud nos, apud Turcas, Fessanos, Æthiopes & multos alios.* Natalia ea vocabant, *teste Cicerone.* Nec tantùm semel celebrabant edito, videlicet infante, at sæpius per omnem vitam, missis quoque muneribus. Vnde legimus apud Plutarchum *singulis annis Augustum in natalitiis accepisse phialam à Mecœnate.* Et Martialis: *Certent muneribus beatiores, Agrippæ tumidus negotiator, Cadmi municipes ferat lacernas.* Religiosè etiam Persas natalem coluisse diem testatur Herodotus, morísque fuit Atheniensibus δεκάτην ἐστιᾶσαι, id est, *decimum diem nominum impositioni consecratum conuiuio celebrare, teste*

re, teste Suida, & Celio libr, 22. cap. 12. Meminit & Aristophanis Scholiastes in *auibus*. Nec dubitandum de Romanis & Christianis veteribus. Infestum fuisse puerperis Syluanum Deum, id est, diabolum, commemorat Augustinus *libro 6. de Ciuit. Dei, cap. 15.* Sic albatatum mulierum forma easdem infestauit in Frisia patrū memoria. Pium humilis puerperæ exemplum vberibus suis alendis matré carceri supplicij causa inclusam, vide apud Valerium, *lib. 5. ca. 4.* apud Plinium *lib 7. cap. 36.*

Pugil, non tam à pugna, quam à pugno nomen inuenit. Vnde Homerus πὺξ ἀγαθὸν, id est, *pugno præstantem*, dixit *Pollucem.* Pugiles olim nudi certare solebant, non tamen omni ex parte. Certabant & ὀρθοστάδην ceromate non delibuti. Exercebantur non in luto, sed in arena, ipseq; pugilatus haud quaquam comprehensus penthathlo in grauibus numerabatur agonibus.

Pugillares, id est, tabulæ ceratæ de ligno aut alia materia etiā à pugno, quo contineri poterant, nomen obtinuerūt. Horū vsum vult Plinius etiam ante tempora Troiana fuisse, ductus Homeri auctoritate, qui scribit *Bellerophontem à Præto in Lyciam cum pugillaribus, quos poëta σήματα appellat, fuisse missum.* Tabellas videtur nominare Ouidius *Amorum 1.* Hieronymus *in Epistola ad Niciam*, apud veteres multis eos nominibus fuisse distinctos scribit, atque alios quintuplices, alios duplices, quosdam triplices fuisse dictos, quorum extremos rebus amatoriis dicabār, *ipso quoque Martiale teste,* cum ait:

Tunc triplices nostros nō vilia dona putabis,
Cum se venturam scribet amica tibi.

Pugnus & *pugna* iuxta nonnullos à se inuicem dicuntur, vel vtraque vox à pungendo, vel ἀπὸ τοῦ πυκνοῦ, denso.

Pulmentaria, id est, lauta obsonia nomen inuenerunt à pulte, *vt præter Varronem docet Plinius, lib. 18.* Coquuntur ea cacabis & patinis, cibumque etiam solidiorem significant, siue is ex aquatilibus siue ex terrestribus fiat.

Puls, cibus ex farre in farinam comminuto, quo veteres Romani diu pro pane sunt vsi, quique olim tam ignotus Græciæ videtur fuisse, quàm Italiæ polenta, iuxta nonnullos descendit פול, quòd Hebræis id leguminis est genus, quod alij *fabam*, alij *pisum* esse volunt. Malim tamen deriuare à puluere, cum fiat è farre in puluerem, hoc est, farinam redacto Legimus enim ex diuersis eam farinis, nempe Zeæ alicę, & tritici, à veteribus confectam, imo, *vt scribit Columella, lib. 18. ca. 17.* ex quolibet frumēto. Cato meminit *Punica pulis*, quæ cōstabat ex *farina, rarius tenuiore, addito sale & aqua.* Simili verò cibo Heluetios olim vsos indicant Cæsaris commentaria, *belli Gallici lib. 1.* Puls auenacea, vt olim, ita & hodie est vsitata Germanis. *Pultiphagos* (vtitur ea voce Plautus in Mostellaria) fuisse quoque Romanos, tam certum, quàm quod maximè. Equidem Lambinus & Turnebus *Aduersar. lib. 19. ca. 12.* vocem istam de Romano siue Latino interpretantur. Olim non pane, sed pulte viuebant Itali.

Puluinaria, proprie lectuli secundum Seruium, qui in templis Deorum sterni solebant, à pluma, qua farciebantur, traxerunt nomen, quasi *pluminaria* dicas. In his collocabantur simulachra Deorum. Atque inde *lectisterniis* nomen. Liuius: *Curatum Lectisternium, & per triduū habitum Decemuiris sacrorum curantibus, & puluinaria in conspectu fuere Ioui & Iunoni: Alterum Neptuno & Mineruæ: Tertium Marti & Veneri: Quartum Apollini & Dianæ: Quintum Vulcano & Vestæ: sextum Mercurio & Cereri.* Quia verò tū epulati solebant, idcirco Flaccus odæ 37 *libro primo: Nunc saliaribus ornare puluinar Deorū Tempus erat dapibus, sodales.* Adhibebant & fides imitati, *vt opinor, inquit Turnebus,* veterem poëtam, apud quem Ioui epulanti Apollo fidibus canit. Primum autem Lectisternium in-

stitutum Romæ ad propulsandam pestem docet Liuius *libro ab V.C.S.* quando tribus stratis quam amplissimè lectis placauerunt Deos immortales.

* *Puluis* tenuis, אבק *Abac*, vnde ἄβαξ, ἀβάκιον, abacus deriuari posse putatur, quòd eiusmodi abacus sit tabula in qua numeros, lineas, aut quasuis figuras mathematici ducunt; quorum nos olim vt Plutarchus in Dione de Platonis geometrica institutione apud Dionysium tyrannum Siciliæ refert, in puluere aspersο diagrammata fingere, & (vt Persius ait) secto in puluere metas. אבק *Abac* etiam, verbum à quo nomen fluit, signif. pugnauit, descendit in arenam, in puluerem, vt certaminum, pugnarũ, præliorum ratio exigit, in quibus locis puluis pugnantium strepitu excitatur. עפר *Haphar* etiam puluis tenuis est, à verbo עפר *Happar*, sparsit puluerem, friauit in puluerem. Cognationem habet cum אפר *Epher*, cinis. Hinc φύρω misceo puluerem, contamino puluere, ferio; τεφρόω, redigo in cinerem. Gr. κόνις, puluis, cinis, & κονιορτὸς, puluis excitatus, & quasi in aërem eleuatus.

Pupilla, quasi parua pupa, id est, *puer paruus*, cuius in ea effigies apparet euanescens tamen, si credimus Physicis, ante triduum in morituris. Consistit in ea vis videndi omnis, videtúrque nigra, quòd in abdito sit, & tunicæ nigræ eam circumuestiant.

Pupillarij, qui curam agebant pullorum, è quorum pastu Augures captabãt *auguria*, quæ, quoties offa pullis obiecta aliquo modo in solum cadebat, tripudia solistima dicebantur. Quòd si pulli ad escam oblatam mox è cauea nõ prosiliissent, aut seriùs essent egressi, vel nõ attigissent, aut alarum planctu dissipassent, aut esca relicta oberrassent, aut prorsus nihil edissent, aut denique auolassent, magni terroris omen præ se ferebant. Etymon nostrum confirmat *l. de Diuinat. Cicero*, cum ita scribit: *Attulit in cauea pullos, qui ex eo nominatur Pullarius.*

Pupillus paruus pupus, is scilicet, qui parentibus est orbus, siue id morte contigerit, siue emancipatione, quem simul impuberem esse oportet. Vt sapienter quidem ab Vlpiano sit scriptum: *Pupillum accipere eum debemus, qui doli capax non est.* Ait & Paulus, *pupillum esse, qui per ætatem non magis, quam furiosus aliquis decernere aut scire quid potest.* Itaque licet Dominus suarum sit rerum, nihil tamẽ alteri vendere aut alienare, aut etiam donare potest sine tutore. Quid quod nec debitum tutò soluat. Vide *l. non omnis. §. si pupillus. ff. si certum pet.* Quanquam econtrario pupillo pupillæue dari vtiliter quid potest, cùm rem suam meliorem facere possit, deteriorem non possit. Interim debitum minus ei tutò soluitur, nisi interuenerit authoritas tutoris. Si namque illa solutionis pecunia salua non habeatur apud pupillum, sed vel malè dilapidata, vel vi furtóve fuerit amissa, necdum liberatus est debitor, sed iterum soluere cogitur, quia contẽptis legibus non habuit rationem ætatis minoris, *l. pupillo. ff. de solut.* A pupillo pupillaris dicitur substitutio, quæ fit liberis impuberibus in potestate positis, si decesserint ante pubertatis annos.

Pupinia tribus, vt scribit Pompeius, dicta fuit ab agro pupino, qui in Latio cis Tyberim ad mare vergens, haud longè erat ab vrbe, *vt est apud Liuium videre, libro 26.* Meminit eius Valerius *libro 4. cap. 4.*

Pupus à puero. Inde Varro dicebat, *mammam lactis sugentem poscere pupum.*

Purpura ex genere concharum muricatis aculeis in orbem circumuallata & horrẽs, cornua limacum more attollẽs & eundem in modum serpens, cornibusque sibi iter prætendens, mucum olim vel liquorem purpureum exprimẽtibus reddens ad tingendas vestes idoneum, à Græca voce πόρφυρα originem trahit. Ex eius genere sunt ostrea, quibus Plato genus humanum simile esse dixit, eleganter exprimens nostræ imbecilli-

becillitatis naturam, quæ docet *animam nostram in corpus velut in carcerem & tenebras esse coniectam.* Purpuræ paruæ vt plurimum sunt littorales, locis tamen scopulosis natæ, *Bellonio teste*, in quarum testis totidem reperiuntur orbes, quot eas annos vixisse credas. Genera eorũ quoque creduntur plura, ipso tantùm pabulo ac solo discreta. Est enim *Lutensis* putri limo: *Algensis* vili alga enutrita: Item *Teniensis* in Tenei maris ora collecta: Quædam *calculosa* & alia *Dialutensis.* Caro omnium, sicut cæterorum testaceorum, est dura. Ad Crateram inueniri traduntur purpuræ & buccinæ *δεκακότυλοι*, id est, *quarum testa decem rotularum capaces sunt, eodem Bellonio anctore.* Quod genus pelagium esse consueuit, carnémque iuxta Xenocratem cæteris duriorem habet. Huius ergo conchæ liquore imbutus pannus quondam adeo in vsu fuit, & regibus & magistratibus Romanis, vt purpura à Martiali pro ipso Magistratu ponatur, sicut à Plinio, *libro decimo*, cùm loquitur de Gallis. Hinc pariter factum, vt perfidi Iudæi Christũ se asserentem Iudæorum regem per ludibrium veste ornarent purpurea. Quãquam & sanguinis eius iam effundendi signum illam fuisse haud ineptè interpreteris. Solebat ea futuri prælij esse signum apud Romanos, *teste Plutarcho in Fabio.* Sed Christus dimicaturus tunc erat cũ Diabolo, morte, peccato. Quin eadem vestis triumphalis erat, *vt probat Bayfius ex Plutarcho.* Fuit ergo & symbolum triumphi Christi, quem is erat acturus morte deuicta. Torquet nonnullos hic scrupulus, quòd Apostolus Ioãnes *ἱμάτιον πορφυροῦν*, Marcus *πορφύραν*, Matthæus vero *κοκκίνην*, id est, *coccineam vestem.* Videtur enim Euangelistæ à se inuicem dissidere. Atque adeo affirmat Brodæus in Miscellaneis, *a coccinea differre purpuream.* Vlpianum forte secutus, qui *purpuræ appellatione coccum non contineri* scribit. Et sanè coccus, surculosus & paruus est frutex, cui grana ceu lentes adiacent, *teste Dioscoride.* At purpura ex concharum est genere, sicut omnes fatẽtur. Quid ergo? Matthæus expressisse videtur colorem, qui fere est idem cum purpureo, reliqui duo materiam. Est huiusmodi vestis purpureæ vsus nobis ignotus. Foret etiam immensum eius pretium. Vt sit haudquaquam mirum peculiarem illam fuisse regibus, vsuque hominibus priuatis interdictum ab Imperatore. Purpurati à purpura solent dici, qui præcellebant dignitate in principum aulis, quod his concederetur purpurea vestis. *Purpurarii* autem sunt mercatores *πορφυροπωλαι*, *μεταπωλοῦντες τὴν πορφύραν*. Purpura Tyria laudatissima: Veteribus nomen inuenit ab insula Tyro, de qua vide Plinium *19. libro 8.* Vitruuium *13. lib. 7.* Iustinianum §. *si quis. Instit. de action.* Hinc Tyria vestis, id est, purpurea. Et quoniam insula ista conchylio nobilis quondam etiam dicta est *Sarra*, (ab Hebr. צר *tsor*, id est, Tyro vrbe, vbi purpura eximia reperiebatur) audit eadem vestis *Sarrana* apud Satyricum. Et Virgil. Georg lib. 2. vt gemma bibat, & Sarrano (Tyrio) dormiat ostro. Sarranæ violæ, apud Columel, id est, purpureæ: & Sarrana purpura. צר *Tsor* petra acuta est instar gladij pũctim ferientis. *Tsor* Tyrus, Phœniciæ vrbe celeberrima dicta est, quod super locũ petrosum sita esset. Vide *Tyrus.* Græci ad Tyrum alludentes *πορφύραν* q. *τυροφύραν*, Tyri purpuram dixerunt; ex quorundam coniectura. Neque hic ignorãdum, dictam & *purpuram Megalensem*, quod ludi Megalenses Diis magnis cõsecrati olim celebrati sint Romæ à Magistratibus purpuratis, in toga atque prætexta cum spectantium fauore magno. De his alias plura.

Puteal. De hoc loco vrbis Romæ apud Horatium Satyr. *6. lib. 2.* ita interpretes: *Puteal locus erat puteali opertus, in quo erat tribunal prætoris: vel (quod magis probo) ædificium aliquod, in quo ius dicebat Prætor, à Scribonio Libone ædificatum, à puteo, qui ibi erat,*

erat, appellatum. Hinc epistola ad Mecœn. *libro 1. Forum, putealque Libonis mandabo siccis.* Puteal enim propriè est tectũ, quo puteus operitur. Alij volunt *fuisse locum in Comitio ad aram, vel potius ipsam* aram sitam in gradibus ipsis ad Curiæ lænam, in quam iurari solebat, dictámque à puteo, in quo Accij Nauij nouacula vna cum cote fuerat defossa. Iusiurandum solenne ibi erat, Iouem lapidẽ iurare hoc modo: *Si ego te sciens fallo, ita me eiiciat Diespiter bonis, salua vrbe, & arce, vt ego hunc lapidem.* Iurasse autẽ aram tenendo, ostendit Cicero pro Flacco, his verbis: *Ergo is, cui, si aram tenens iuraret, crederet nemo, per epistolam, quod volet, iniuratus probabit?*

Puteoli Campaniæ fœlicis vrbs Plinio & alijs, ποτίολοι Stephano, antea Δικαιάρχεια dicta, *autoribus Strabone, Stephano & Pausania,* ab administratione scilicet iustitiæ & imperio sanctissimo, nomen tulit, vel à puteorum multitudine, vel *(vt aliis placet)* à putore, quem passim aquæ calidæ vi sulphuris emittunt. Colonos eo deduxisse & vrbẽ imminuisse Fabium Maximum, testatur Liuius. De puluere Puteolano traditur res mira, nempe quòd tactis aquis marinis durescat in saxa. Celeberrimus hic locus olim Romanis fuit. Iam verò conspicitur ibi lacus Lucrinus, item Auernus cũ spelunca Sibyllæ per quam fingitur Æneas descendisse ad inferos, & campi Phlegræ, qui propter bellum Gigantum cum Hercule admodum sunt celebres, adde thermas diuersis morborũ generibus vtiles, antrumque vicinum lacui Agnano, in quod si animal viuum conijcias, moritur extemplo, at celeriter extractum & in lacum coniectum recuperat vitam, sicut multi referunt αὐτόπται.

* *Puteus,* vnde potus sumitur, באר *beer,* puteus purus, in quo aqua clara & pura scaturit, & differt à בור *bor,* cisterna, seu fouea, in qua non semper est aqua; sed tantum tempore pluuiali. A verbo באר *Beer,* dilucidauit: quod cognationem habet cum ברר *barar,* purificauit, & ברה *ba-ah,* delegit potiora: nec non cum בהיר *bahir,* candidus sine purus. Hinc φίαρ⊙, Latin. purus; φαιδρός lucidus. φρέαρ item, id est, puteus; & φρέατιον profundus puteus & βράζω ebullio instar fontis. ●

Pygmæus. De Pygmæis, quos Statius proprio nomine Pumilos vocat, inuenias apud auctores multa, sed varia. Pri' tamen eruendum pro more nostro nominis etymon. Nam sunt, qui nomen eos habere volunt, ἀπὸ τῆς πύγμης, id est, pugno, contra rationem, cum ἀπὸ τοῦ πύχυ⊙, id est, *cubito,* originatio deducẽda sit. Πυγμαῖοι ergo erunt, qua πηχυαῖοι, quippe cubitales, quòd ternos dodrantes non excedant, *vt Plinius scribit.* Hinc & Spithamæi dicuntur, quòd ternas spithamas longitudine non superent. Etymon nostrum approbatur ab Eustathio in principio Iliad γ. & ab Augustino *capit. 8. libr. 16. d. ciuitat. Dei* Diuersis locis collocantur illi ab auctoribus. Plinius enim inter Indiæ gentes recenset, Pomponius *lib. 3.* ponit in ea Arabiæ parte, quæ vltra sinum Arabicum in Æthiopiam vergit. Strabo *libro 17.* iisdem in locis creditos quidem, sed confictos existimat, sumpta inde fictionis occasione, quòd in Æthiopia interiori, omnia fere animalia exigua nasci compertum sit. Contra Philostratus *libro 3.* sub terra eosdem ponens loca incolere scribit supra fluuium Gangen, & viuere non vanum esse. Cui cum Aristotele conuenit in eo, quòd specus habitari dicit ab illis. Albertus *libro de animalibus 21.* esse & viuere affirmat, vt vsum humanæ rationis exactum habere negat, eaque de causa homines syluestres nominat *cap. 3. lib. 1.* Solinus in Thraciæ descriptione ad Geraniam vrbem iuxta Strymonem & Hæmum creditos fuisse pygmæos, & à gruibus pulsos ait: Nam ab his eos infestari prodidit etiam Homerus referente id Plinio. Et Iuuenalis:

Ad subi

Ad subitas Thraciũ volucres nubẽque sonorã
Pygmæus paruis currit bellator in armis:
Mox impar hosti, raptusque per aera curuis
Vnguib⁹, a sæua fertur grue. Si videas hoc:
Gentibus in nostris, risu quallere: sed illic
Quãquã eadẽ assiduè spectẽtur prælia, ridet
Nemo, vbi tota cohors pede nõ est altior vno.

Plinius addit: *Gentem eam armatam insidere arietum caprarumque dorsis, armatis sagittis veris tempore vniuerso agmine ad mare descendere, & oua pullosque earum alitum consumere, ternis expeditionem eàm mensibus confici, aliter futuris gregibus non resisti. Casas eorum luto pennisque, & eorum putaminibus construi. Aristoteles in cauernis viuere pygmæos tradit. Cetera de his vt reliqui.* Plinius quoque *libro 4. cap. 11.* in Thracia Pygmæos fuisse scribit, vrbemque Genaream tenuisse, donec à gruibus fugati, nouas sibi sedes quærere fuerint coacti: Ad quod etiam spectare videtur illud quod supra ex Iuuenali diximus. Pygmæorum mentio & apud Ezechielem, *cap. 27.* vbi Hieronymus: *Siue Pygmæi sunt*, id est, *bellatores, & ad bella promptissimi, ἀπὸ τῆς πυγμῆς, quæ Græco sermone in certamen vertitur.*

* *Pygmalion*, Beli Tyriorum regis filius dicitur, frater Elissæ seu Didonis, qui quum ardentissima auri cupiditate flagraret ad Sichæi patruelis sui & sororis suæ viri opes animum adiecit: illum que ante aras dolo interemit, vt refert Virgilius, Æneid. 1. Πυγμαλίων, alijs φυγμαλίων. Nomen (inquit eruditissimus Scaliger not. in fragmenta Berosi) ita Scribitur פתגם-עליון *Pithgam-Eljon*, λόγος ὑψίστου *Sermo Excelsi.* Nam Ἐλιοῦν Phœnicibus Deus vocabatur, vt docet Philo Bybliẽsis. Omnino quemvis Cœlitum suorum ita vocabãt Phœnices ab Hebræis oriundi, quorum religionum deseruerunt. In Plauti Pœnulo, *Yth alonim, Vualonuth*, hoc est את-עליונים ועליונות *Eth-Heljonim vaheljonoth*, i. *Superos Superásque*, Deos Deásque. Et Sisenna ad illum locum notauerat, Alon, linguâ Pœnicâ, esse Deum. Sic Rex Tyri, quem expugnauit Alexander, vocabatur *Abdalonim* עבד-עליונים *Abd-heljonim*, i. *Seruus Excelsi*, id est, Dei. Hunc Arrianus Azemilkum vocat.

Pylorus, portæ proprie custos seu Ianitor, ἀπὸ τῆς πύλης. id est, *porta, ianua, ostium*, & verbo ὁρέω (vnde fores) significante *custodio*, φυλάσσω. A Medicis etiam Pylorus appellatur meatus ventriculi inferior, per quem excrementa e ventriculo in intestinum ieiunum emittuntur. Hinc Celsus eum nominat *portam ventriculi*, cùm de cœliaco morbo loquens ait, *in porta ventriculi consistit.* Et sane Pylorus optimi ianitoris officio fungitur, quòd nihil emittat, nisi probè cõcoctum. Vnde etiã meatus ille à natura factus est angustissimus.

Pyrausta. Bestiola, quæ candelam circumuolans, vt ignem attingat, aduritur. Vnde nisi à πῦρ, quod est ignis, & αὔανσις, *siccitas, ariditas*, siue quòd ignis ipsam exsiccando & comburendo consumat, siue quòd ipse ab eo extinguatur, & aridus quasi fiat, siue quod materies satis arida sit accendendo igni: αὔω enim Græcis idem significat, quod ξηραίνω: Hinc αὔονον ξύλον Hesychio est ξύλον ξηρὸν, *lignum aridum.* Animal alias est pennatum, magnitudine muscæ, in igne & nascens & viuens: à quo si paulò longius euolarit, statim emoritur. Vnde prouerb. πυραύστου μόρος, *Pyraustæ interitus.* In eos dicebatur, qui sibi ipsi exitium & mortem accersunt. Alio nomine *Pyralis* dicitur, teste Plinio, *lib. 11. cap. 36.* Alias pyrausta apud Aristotelem est, vermiculus, quem & *clerum* vocant, aranei specie, nocens fucis Zenodotus quoq; Pyrausten insectũ esse ait, quod lucernis aduolet, atque ita exustis alis concidat pereatque. Citat autem hunc ex Æschylo senarium:

Δέδοικα μωρὸν κάρτα πυραύστου μόρον.

Tradit eadẽ de Pyrausta Ælianus quoque *de natur. anim. lib. 11.* eundem ex Æschylo locum citãs. Item aliud prouerb.

χαρὰν πυραύςυ χαίρειν, de momentanea fluxaque voluptate. Plura apud Erasmum videnda. *In Cypri ærariys fornacibus*, inquit Plinius, *lib. II. cap. 36. ex medio igni maioris muscæ magnitudinis, volat pennatum quadrupes.* Refert eadem Aristoteles *Historiæ animal. libro quinto, capite 19. circa finem*, sed insecti nomen non adiicit. Idem Aristoteles *Histor. animal. lib. 8. cap. 27.* κλῆρον & πυραύςην nominare scribit: τὸ ἐν τοῖς σμήνεσι γεγνόμενον θηρίον καὶ λυμαινόμενον τὰ κηρία. Quibus paulò post subiungit: καὶ ἄλλο θηρίον εἶναι, οἷον ὁ ἠπίολος ὁ περὶ τὸν λύχνον πετόμενος. Videntur ergo Pyrausta & Epiolus, pro diuersis animalibus ab eo accipi, quæ tamen Zenodotus & Aelianus eadem esse putant. Plinius huius insecti nō meminit inter cæteras apum pestes, *libro vndecimo, capite decimonono.* vbi inter alia dicit: *Papilionem quoque luminibus accensis aduolitantem pestiferū esse.* In summa hoc notandum, quòd Pyraustæ nomine omnes intelligere videntur volucrem bestiolam, quæ vltro aduolat lucernis, & igni crematur. Vnde Aeschylus admodum scitè μωρὸν πυραύςου, id est, *stultam Pyraustæ* mortem dixit, quæ quidem vltronea & præceps est, & sine ratione. Zenodotus & alij minutulum quoddam papilionum genus intelligere videntur, quod æstiuis temporibus circa vespertinum crepusculum volare incipit, cui apud Apuleium *Flammidi* est nomen. Græci *lampyridem* vocant, multi *Nitedulam*. Verum hæc longè est alia.

Pyrenæi montes, qui ad ortum Hispaniam ab Aquitania & Gallia Narbonensi dirimunt, quosque Alpes appellant scriptores multi, incolas vero *Alpinos Hispanos*, à Pyrene Bebrycis filia tulisse feruntur nomen, admodum tamen obscurè & fabulosè. Dicitur enim Bebryx illic rerum potitus, cum illac iter faceret Hercules aduersus Geryonem. Accidit autē eum casu, vt hic vitiaret filiam eius Pyrenem, quæ cum patris sæuitiam metueret, latuit aliquádiu in syluis, vbi à feris fuit discerpta. Adiiciam Silij in hanc rem versus notatu dignos:

Nomen Bebrycia duxere à virgine colles,
Hospitis Alcidæ crimen, qui forte laborum
Geryonis peteret cum longa tricorporis arua,
Possessus Baccho sæua Bebrycis in aula,
Lugendam formæ sine virginitate reliquit
Pyrenen, letique Deus (si credere fas est)
Caussa fuit lethi miseræ, &c.

Sunt qui etiam existimant iugis his nomen factum à crebro fulminis casu, nempe ἀπὸ τοῦ πυρὸς, cui sententiæ astipulari video Strabonem. Diodorus de eisdem hoc modo: *Ferunt priscis temporibus igne à pastoribus iniecto, montanas omnes regiones fuisse combustas, quæ ex re montes aiunt cognominatos Pyrenæos.* Adhuc notādum Pyrenæi vocabulum esse æquiuocum, eoque nomine appellari non tantùm montes, qui Galliam separant ab Hispania, sed etiam montem Germaniæ prope syluam Hercyniam nomine *Pyrenen*, ex quo fluere Danubium scribit Aristoteles *in Meteoris.* Hinc & Plinius in Panegyrico: *Germaniam quamplurimæ gentes, ac prope infinita vastitas interiacentis soli, tum Pyrenæus, Alpes, immensique alij montes, nisi his compararētur, muniūt dirimūtq;.* Mós ille Germaniæ, cuius & Beatus Rhenanus meminit, hodie dicitur Germanis *Brenner.*

Pyrites lapis argenteo colore præditus, imò ex quo excoqui potest argentum, *teste Germanorū Plinio Georgio Agricola* (alterum eius genus intelligit in argentariis fodinis, non ærariis inuētum, quod æris similitudinem habere videtur) ἀπὸ τοῦ πυρὸς, id est, *igne* arcessit nomen. Vnde Plinius: *Pyriten vocant, quod sit plurimus illi ignis. Quippe iste sæpe ex eo excutitur.* Quamquam & igneus, qui ipsi nonnunquam inest, color etiam id nominis dedisse videri queat. Est sine dubio hic Arabum Marchasita. Quęcunq; enim apud Græcos de pyrite leguntur, ea Marchasitę tribuuntur ab Arabibus.

Pyropus

Pyropus gemma, ἀπὸ τοῦ πυρὸς *igni*, hoc est, ignis aſpectu deriuat nomen. Ardere enim videtur. Itali à colore appellant *rubinum*. Sic Agricola. Alij eundem eſſe volunt cum carbunculo, quòd & hic imitetur flammas, ſicut de Pyropo ſcribit Ouidius *initio 2. Metamorph.*

Pyrricha, propriè pugnæ equeſtris vmbra & ſimulacrum, quæ & Troia dicitur, πρύλις & ἱππασία Dioni, *vt & Seruius cũ Donato ex Suetonij libro de luſibus puerorum ſcribit*, decurſus Agellio, Græcis etiam διελασία & ἀνθιππασία, nomen habet à Pyrrho Cydonæo, qui primus Cretenſes ſub armis ſaltare ad Pyrrhij pedis ſonum inſtituit. Alij volunt dictã à Pyrrho Achillis filio, quem primum in tumulo patris ſui armarum honoris gratia ſaltaſſe dicunt. Ariſtoteles tamen dicit Achillem huius luſus inuentorem fuiſſe. Sed quod prius de Pyrrho Cydonæo eſt dictum, approbat Nicolaus apud Stobæum his verbis: οἱ δὲ κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται κοινῇ, καὶ τὴν ἐνόπλιον πυῤῥίχην ἐκπονοῦντες, ἥντινα πρῶτος εὗρε πυῤῥίχος κυδωνιάτης κρὴς τὸ γένος. Fatetur etiam Euſtathius eſſe ἐνόπλιον ὄρχησιν καὶ κρητικήν. Prius ergo etymon amplector.

Pyrrhius. Marius Plotius *libro de metris: Pyrrhius pes à Pyrrhica luſus genere nomen accepit, quia hoc ſono milites vſi ſub armis, vt ait ille, per ludum cient ſimulacra pugnæ. Quibuſdam placet ab ardore, id eſt, velocitate tui ſoni habere nomen. Cognatus enim ſenſus ardoris & velocitatis eſt. Unde inſtant ardentes Tyrij, id eſt, feſtinantes. Et ardet abire fuga, id eſt, feſtinat:* Hæc Plotius, licet nondum typis excuſus. Verum cum bona fide referat ex illo Cuiacius, apponenda & recenſenda duxi.

Pyrum à pyramidis figura dictum vi detur Medicis & Grãmaticis quibuſdã.

Pythagoras ex Samo Philoſophus, idem magus & pictor, olim Semnuſerteo regnante in Aegypto verſatus, inuentor nominum, rerum amplificator, μετεμψυχώσεως inſtitutor, quique φιλόσοφος primus non σοφὸς appellari voluit, apud diſcipulos tantę auctoritatis, vt in controuerſiis ſubortis ſufficeret ipſis, τὸ αὐτὸς ἔφα, habitus etiam Apollo, Dei & Iouis filius, Crotoniatis θεός, qui denique in magna Græcia vocata Italiæ regione diu philoſophatus omnia ſua ſymbolis inuoluit, extra vrbanos ſtrepitus in remotiſſimis locis vitã finiens, nomen id ſuum habet *iuxta Iamblichum ab Apolline Pythio, & prædicendo.* Verba eius ſunt: ἀν δὲ σιδῶνι τῆς φοινίκης ἀποτεκούσης αὐτῆς, τὸν γενόμενον υἱὸν πυθαγόραν προσηγόρευσαν, ὅτι ὑπὸ τοῦ πυθίου προηγορεύθη αὐτῷ, quæ ſunt ita reddenda: *Cum autem ipſa Sidone Phœnicię partũ eſſet enixa natũ filiũ nominauerunt Pythagoram, quod à Pythio ipſi eſſet prædictus.* Suidas tñ vult eo nomine appellari παρὰ τὸ τὴν ἀλήθειαν ἀγορεύειν οὐχ ἧττον τοῦ πυθίου quod *non minus verum diceret, quàm Pythius Apollo.* Diſcipuli eius (ne rem negligam omnibus prope auctoribus celebrem) (probari ſolebant quinquennali ſilentio. Quo ſpectãt illa Laertij: πενταετίαν δὲ ἡσύχαζον μόνον τὸν λόγον κατακούοντες, καὶ οὐδέπω πυθαγόραν ὁρῶντες, εἰς ὃ δοκιμασθεῖεν, τοὐντεῦθεν δὲ τῆς οἰκίας αὐτοῦ καὶ τῆς ὄψεως μετεῖχον. Atque hinc dicti ἀκουσματικοί. Et numeris omnia conſtare dixit. Putant autẽ eum locutũ non de mercatorio aut Arithmetico numero, ſed de eo, quẽ Græci λογικὸν ἢ ἀναλογικὸν dicunt, qui nihil eſt aliud, quam εὐταξία καὶ συμφωνία τοῦ παντὸς i. *certus ordo & vniuerſitatis conſenſus*. qua de re copioſè Plato li. *de vniuerſitate.* Imò animã hominis dixit numerũ eſſe, ſeu cõſtare numeris. A carnibus animaliũ abſtinere homines voluit, vt faciliorẽ victũ quærerent cõtenti naturalibus elementis. Octageſimum vitæ annũ dixit eſſe fatalẽ, quatuor vitæ ætates vicenario numero diſcernẽs, Animas hominũ ex aliis corporibus in alia μετεμψυχώσει quadã migrare voluit, ſatis id quidẽ ineptè. Per literam Palamedis, à gruibus primum monſtratam duas homini vias

propositas cēsuit, quarū dextra ad virtuté traheret, læua pateret vitiis. Tandē mortuus Metaponti, quod est oppidum Italiæ, tanta cum omnium admiratione, vt domum eius in templum verterent, cumque pro Deo colerent. Obiit autem anno, quo Volsci Coriolum perdiderunt, *vt vult Eusebius.*

Pithia ludi in honorem Apollinis instituti, Vide Pitho.

Pythias ancilla apud Terentium, nomen trahit ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι .i. *interrogando.*

Pytho, πυθώ, Phocidis vrbs, quam Eustathius vult ab Homero πετρήεσσα dici, ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι, qđ *extabescere* significet appellationem suam trahere videtur, quod Python serpēs illic corruptus inque saniem solutus fuerit, *vt sentit inter alios Raphael Regius.* Distribuūt quoque Delphos in partes tres, quarum prior dicatur ὑπάτη, altera μέση, tertia νάτη, quæ sit etiam nominata Pytho. Gerbelius addit ex Scholiaste Homeri: *Pythonem prius Parnasiam Napen dictam, inde Pythonē postea Delphos.* Apud Pausaniam legitur *Delphos à finitimis nuncupari Pytho.* At monendi sumus errasse Gerbelium, imo Rhodiginum Cęlium, cum πετρήεσσαν epitheton pro nomine proprio vrbis acciperet. Eustathius refert rationem nominis tam *Il.2.* tum apud Dionysium etiam ad hominem tyrannum ibi debellatum atque sepultum. Apud hanc vrbem celebrati sunt ludi, quos Pythia dixerunt, ab Apolline Pythio instituti, in memoriam serpentis Pythonis, sagittis ab eo confixæ ac interemptæ, vel ipso Ouidio auctore Metamorphos. 1. Ait enim:

Hanc Deus arcitenēs, & nunquam talibus armis
Ante, nisi in Damis capreisq; fugacibus vsus
Mille grauem telis exhausta pene pharetra
Perdidit, effuso per vulnera nigra veneno.
Néve operis famam posset delere vetustas,
Instituit sacros celebri certamine ludos
Pythia, perdomiti serpentis nomine dictos.

Videtur & idem innuere Statius Thebaid. 6 vbi hæc eius verba:

Proxima vipereo celebrauit libera nexu
Phoebus Apollineæ bellum puerile Pharetræ.

Primum eos Apollini dicasse Diomedē, docet *in Corinthiacis* Pausanias: καὶ τὸν ἀγῶνα, inquit, τῶν πυθίων διομήδη πρῶτον θῦσαι Ἀπόλλωνι. Musicum ibi ab initio fuisse certamen, nēpe citharœdu Pęana canētium in laudem Apollinis testātur auctores, sub Eurylocho verò Amphictyonas equestre & gymnicum id, proposita præmij loco corona, constituisse Pythiumque nominasse, adiectis ad citharœdos tibicinibus reddentibus cantū, qui modus seu *nomos Pythius* appellaretur. Tēpore Orestis curule certamē celebrari cœptu, auctor Sophocles *in Electra.* Sed & picturæ certamine superatus est Pythius à Timagora Penæus Phidiæ frater omniū primus, *teste Plinio cap.9.lib.35.* Animaduertēdum deniq; & notandū Philologis, primum agonem hūc Apollini exhibitu apud Cyrrhaos, inde apud Pythonem vel Delphos instauratū, vt alios me docuisse, in primis vero Fabrum, ingenuè fateor. Qui verò hîc obtinuissent victoriam, coronari solebāt lauro, vt oleastro in Olympiis, pinu in Isthmiis, apio in Nemeæis.

Pythius Apollo (fabulosus vocabulis, attamē vsitatis bonis auctoribus sua ex fabulis reddēda originatio) secūdū Homerum in eius hymno est appellatus, quia Typhonē interemerit sagittis, qui solis calore postea corruptus Pythio Apollini dederit nomē. Nā πύθεσθαι *putrescere* est nobis. Hunc antiqui crediderūt esse serpētem, nec procul à flumine Cephiso cęsum, qui ad montis Parnassi radices fluit, *vt scribit libro de situ orbis Dionysius.* Ephorus prodidit Apollinē, postquā in terras deuenit, mox profectū ad vrbē Panopęā interemisse crudelē & violentū tyrānū Tityū, è Parnasiis verò hominibus aliū tyrānum nō minus hominib' infestū nomine *Pythonē*, cognomine *Draconē*, quem & ipsū sagittis suis cōfecit: Cumq; inter pugnādū clamitaretur

retur *Io pean*, i *mitte Apollo*, obtinuit in posterum mos, vt in Pæanibus & epiniciis *Io pean* conclamaretur. Hinc ab Orpheo dictus in Hymnis πυθοκτόνος. Sed enim totã rem istam Physicè interpretari video Macrobium atque Plutarchum *in Problematibus*, quos moneo cõsulendos, si quis eam explicationem requirat. Redeo ad etymon, in quo Phurnutum video diuersum, quippe qui nomen Pythij ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι, id est, *interrogando* deriuet, propter oracula quæ consuli & reddi ab eo solebant. Obstat verò Macrobius & ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι, id est, *putrescendo* deducit. Alij ab vrbe Phocidos Pythone, cuius & paulò ante mentio est facta: Nulla non autem sententia suos habet fautores, eosque graues. Cuique ergo liberum, quidnam velit amplecti. A Pythio verò dicta & fœmina Pythia, quæ tripodi vel ὅλμῳ insidens, genitalibus partibus excipiebat subeũtem per interna intermedio halitu spiritum, inde repleta furore resolutisque crinibus debacchabatur spumas emittens ore. Vocabant tales ἐγγαστριμύθους, id est, *ventriloquos*. Vocabant & *Pythonissas* à Pythone vatidico spiritu, qui corpora diuinantiũ ingressus de rebus cum futuris tum dubiis respondebat.

Python Phocidos vrbs, cuius Dionysius meminit *in Periegesi*, iuxta Scholiastem eius etymon trahit παρὰ τὸ πύθω, Hæc enim eius verba ὅτι δὲ ἡ πυθὼν παρὰ τὸ πύθω, τὸ σήπω λέγεται, ὡς ἐν αὐτῇ σηπέντος τοῦ ῥηθέντος δράκοντος, ἢ παρὰ τὸ πύθεσθαι, τὸ μαθεῖν, ὡς τῶν χρηστηριαζομένων ἐκεῖθεν μανθανόντων τὰ μέλλοντα, ἱκανῶς τετρύλληται, id est, *quod vrbs Python à putrefaciendo dicatur, cùm in ipsa dictus Draco putrefactus sit, à sciscitando, hoc est, discendo, vt, qui consulerent oraculum, inde cognoscerent futura, satis est sermone tritum.*

* *Python*, aspis, genus serpentis venenatissimi, nomen arcessit à voce Hebræa פתן *Pethen*, quæ cognationem habet cũ verbo פתה *Patha*, persuasit, illexit, decepit. Hæc significatio graphicè depingit Pythonicum spiritum Delphicum, qui persuasione sua olim Euam illexit & decepit, vt & miseros Adami posteros suis responsis & oraculis. Mali tanti labes φθόνος draconis seu Pythonis, nempe Satanæ inuidia. Per antiphrasin vero aspis Python dicitur, quòd sit minime persuasibilis, & aures ad incantatoris carmina obturet, Psal. 58. 5.

Q

QVadrans, quarta pars assis. Tres enim vncias habet. Vnde & *triuncis* est dictus. Apud Romanos, si rem nummariam spectes, nota quadrantis fuerũt rates vt & trietis. Hunc Balneatori dãte mos fuit Romę. Vnde Seneca Balneũ *rem quadrantariam* appellauit. *Cur*, inquit, *exornaretur res quadrantaria, & in vsum, non oblectamentum reperta.* Cicero: *Nisi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat Balneatori.* Et Horatius Cynicum pauperem irridens, *dum tu*, inquit, *quadrante lauatum Rex ibis.* Plutarchus in vita Ciceronis appellat κουαδράντην, deprauato nomine Latino, sicut Matthæi 5. κοδράντην, qui Marci 12. explicatur per δύο λεπτά.

Quadrantal vocabant antiqui, Paulo apud Festum auctore, quam Græci ἀμφορέα dicunt, quod vas pedis quadrati octo & quadraginta capit sextarios. Plautus in Curculione: *Anus hæc sitit: quantillum sitit? Modica est, capit quadrantal.* A figura quadrata dictum monent & ista Fannij:

Pes longo spatio latéque notetur in anglo
Angulus vt par sit, quẽ claudit linea triplex
Quatuor ex quadris, medium cingatur inane,
Amphora fit cubus.

Quadrifrons appellatus est Ianus, quod vniuersa climata maiestate sua complecteretur. Eius amplissimum templum dedicatum legitur in foro Romano ab Augusto, quatuor exornatum portis. Eius autem imago ex Thuscia eo translata fuit.

Quadriga currus, à quatuor equis, quibus trahebatur, nominis ducit auspiciu. Isidorus audiendus. *Quadriga*, inquit, *& biga, triga, seiuga, ab equorum numero & iugo dicta*. Ex quibus quadrigas Soli, bigas Lunæ, trigas inferis, seiugas Ioui, desultores Lucifero & hespero consecrauerunt. Quadrigas ideo soli iungunt, quia per quatuor tempora annus vertitur, ver scilicet, ęstatem, autumnum & hyemem. Legimus Persas olim falcatas in aciem produxisse quadrigas apud Curtium *lib*.4. In ludis Circensibus quadrigarum bigarumque certamen olim institutum fuisse Romæ, alias à nobis est dictum. Inuentricem volunt nonnulli eam esse Mineruam, quæ dicitur nata Ioue & Coriphe Oceani filia, quam Arcades *Coryphasiam* nominabant. Fabulosum hoc, at scire refert, dum fit mentio fabulosorum nominum. Sunt & *quadrigati nummi* dicti Romanis à forma quadrigæ illis impressa.

Quadriuium spatium, vnde quatuor deflectũtur viæ, sicut *triuium*, vnde tres.

Quadruplatores dicebãtur, qui eo quęstu se tuebantur, vt eas res persequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio: Item illi, qui de proscriptorũ bonis, quos detulerant, quartam cõsequebantur partem, nonnunquam etiam trucidatis potentioribus, quorum bona ita intercipiebant. Vt meritò 2. ad Herennium dicat Cicero: *Quadruplator, vt breuiter describam, capitalis est*.

Quadrupedes, quatuor pedũ animalia.

Quæsitores, qui & Quæstores parricidij vel rerum capitalium sunt dicti, extraordinario non ordinario exsistente eorum magistratu, à quærendo sunt appellati, quòd de publico crimine quærerent. Cùm enim Consules de capite ciuis Romani iniussu populi ius dicere non possent, ideirco, quoties postulabat hoc vsus, vel Dictator, vel Consulum alter ambóue, vel Prætorum aliquis de crimine publico quærere iubebatur ex Senatusconsulto. Qui iussus erat, dicebatur Quæsitor, *teste Pomponio ff. De Orig. iur.* additque eos, qui populi iussu capitalibus rebus præessent, etiam parricidij Quæstores dictos, *vt & Festus confirmat*, apud quem parricidi non pa-rici vel parci legendum admoneo, cum Iosepho Scaligero. Olim tamen reges exercuisse iudicium publicum (quęstionem vocabant) auctor est Dionysius *libr.2.* cùm Romulum de maximis delictis cognouisse, at Senatoribus minora permisisse scribit. Tradit & Liuius, capitalium rerum cognitiones per se solum exercuisse Tarquinium Superbum, vt ita populo incuteret metum. De Cõsulibus sunt qui idem affirmant, quod Brutus Consul primus vltimo supplicio affecerit cõiuratos. Quamquam imminutum fuerit ius illud lata eodẽ anno lege Valeria *de prouocatione*, cautumque imposterum, ne Consul iniussu populi quæreret de capite ciuis Romani, sed ij demum, quos publicis quæstionibus præfecisset populus, qui inde Quæsitores parricidij sunt dicti, *vt paulo ante est dictum*. Eorum ergo iudicio inditum quæstionis nomen. Sed de hac voce in sequentibus plura.

* *Quæstor*, vel tribunus ærarius, Latinis, Græcis ταμίας, & ἀποδέκτης, vulgò *Thesaurarius* dicitur, qui pecunias publicas aut conquirit ærario inferendas, aut cõquisitas inde erogat, & distribuit. Hunc appellant Hebræi כסן *Cesen* a כסן *Casan*, id est adiuuit, quasi *adiutorem*, in publicis scilicet necessitatibus, dum à penuria, famis vel belli tempore, liberat. Quidem à verbo כס *Cus*, id est, appendit, numerauit, quod semel legitur Exod.12. 4. *Cesen* legitur Esai. 22. 15. & interpretatur à Chaldæo פרנסא *Parnasa*, id est, thesauro præfectum. Inde מסכנות *Miscenoth* varia thesaurorum loca dicta sunt, vt armamentaria, horrea, propugnacula & arces ad limites prouinciarum, & similia, quorum mentio fit Exod 1.10.& 1.Reg 9.19.&c. Aliquando periphrastice & per excellentiam.

tiam eiusmodi virũ vocant עשה המלאכה *Hosseh melacáh*, id est, facientem opus, videlicet procurandæ gazę seu pecuniæ publicæ, vt fit, quum Principis aut Reipub. nomine pecunia colligitur: quo officio qui fungitur coactor Ciceroni, collectarius Augustino, & arcarius interpreti veteri dicitur. Est. 3.9. Chaldæi thesauris præfectum eiusmodi appellāt גזבר *Gizbar*, Esr. 1. v. 8. Huic affinis est גזא *Gaza*, vox Persica, quæ Græcis mā-sit, γάζα, & γαζοφύλακιον, arca, vbi pecunia, vel alia res preciosa seruatur. Huius vocis *Gizbar* plurale est גזבריא *Gizabraja*, Esr. 7.21. qui Danielis cap. 3. v. 2. Gedabraja dicuntur. Paguinus vertit Ghedabraxos, id est, quæstores, thesauris præfectos, vt alij vocem Chaldaicam interpretantur. Græcis à verbo τίθημι, id est, pono, colloco, repono, deriuatur θήκη, repositorium, locus in quo aliquid reponitur; θησαυρὸς & locus seu auri repositorium, & opes quæ in eo reconduntur, qualescunque eæ sint aut imaginentur: metaphoricè etiam, thesauri librorum, argumentorum, armorum, granorum, ventorum, &c. θησαυρίζω, thesauros exstruo; θησαυροφύλαξ, thesauri custos. thesaurarius & θησαυριστής idē. ταμεῖον est cella penuaria, loc⁹ in quo promus condus reponere solet suos quos vocat thesauros, nempe frumenta, poma, cibaria. &c. Accommodata est hæc vox ad ærarium particulare, deinde ad publicum, in quo pecuniarũ aceruí reponuntur à Quæstore, Herodian. lib. 1. ταμεῖα χρημάτων βασιλικῶν nominat, quæ Politianus vertit ærariũ principalis pecuniæ, seu loca vel arcæ in quibus Principum pecuniæ reconduntur. Δέχομαι, signific. capio, recipio. Inde ἀποδέκτης, id est, Receptor, qui recipit, nempe pecunias, quas in commodum publicum conseruet. Gall. *Receueur*. Ἀποδέκτῆρες, inquit Budæus, sunt coactores tributorum & vectigalium. Vide *Thesaurus*.

Quæstio à quærendo, proprio rerum capitalium vocabulo, appellationem trahit in iure. Vt enim alias quæstio inquirit & inuestigat, quid nam res sit & quænam eius natura, ita in rebus criminalibus & capitalibus criminis istius, cuius informatio vel inquisitio vrgetur, forma & ratio ab illis exploratur, qui iuxta leges illud vindicaturi sunt. Hinc quæstio pro iudicio publico accipitur. Vnde & iudex quæstionis dicebatur Prætor, & Quæstor, qui præerat publicis iudiciis, estque adeo quærere iudicum & Magistratuum, vt inquirere aliorum. Hinc & M. Ciceroni pro Milone quærere legibus dicuntur, qui criminum quæstiones exercēt. Quæstionem constituere est decernere, vt scelus vindicetur *l. 1. ad leg. Corn. de sicar.* Quęstionē ferre, est præbere & mandare facinus vindicandum iudicibus, vel potius ad Senatum referre, vt de vindicando scelere extra ordinem in iudicium res deducatur, aut Senatusconsultum fiat. Publicas quęstiones instituisse Cornelium Syllam, testatur *l. 2. §. deinde. ff. de Orig. iur.* Quin ipsamet tormenta seruis aut aliis adhibita ad extorquendum veritatem quæstiones dici quis nescit? Ceterũ contra Dominos serui torqueri nō poterant, excepta caussa incestus & coniurationis, *teste Cicerone pro Deiotaro & in Partitionibus.* Ratio quærēdi qualis fuerit, ostendit Cicero *pro Cluentio & pro Milone*, vbi etiam dicit, solitas obsignari tabulas, cùm quæstio esset habita & in tabulas relata. Complectebantur autem tabularum nomine omne scripturæ genus, quo suam confirmare caussam possent. In primis erant tabulæ dati & expensi, quas accusator postulabat à reo in certis caussis, quippe repetundarum & peculatus.

Quæstor. Scribit Pomponius Lætus: *Quæstores ab inquirenda & seruanda pecunia sunt dicti*. Capitalibus rebus prærār, & ciues Romanos his capite punire licebat. Varro sic ait: *Quæstores a quærendo, quòd conquirerent publicas pecunias & maleſic. a*

leficia, quæ Triumuiri capitales nunc cōquirunt. Quo facit *l. 2. §. deinde ærarium. ff. de orig. iur.* Antiquissimam eorum esse originem extra dubitationem est, quòd nihil prius apud homines cœperit, quā quærendæ & conseruandæ pecuniæ cura. Pædianus scribit, *Senatoris primam administrationem fuisse, fieri Quæstorem, gerere curam prouinciæ, erogare publicam pecuniam in varios vsus.* Quinimo adolescentibus committi solebat quæstura apud Romanos, non tamen ante annum 27. Latius tādem propagatum hoc munus, vt omnium prope Magistratuum. Vnde & legatos venientes Romam honorificè excipiebant: Sortiebantur prouincias, *teste Popomo Læto*, creatis primū patriciis, inde indifferenter Patriciis atque plebeiis. Omnino tria eorum genera apud auctores inuenio. Alij enim erant Quęstores vrbani vel ærarij, cuius expensas vel acceptas pecunias referebant in publicas tabulas, quales nunc sunt rediruum magistri. Alij erāt Quæstores parricidij vel rerum capitalium, de quibus paulò ante est dictum, suntq; talis *maleficiorum iudices, Inquisitores* Pontificiis, vnde *Quæsitor Minos* apud Poëtam. Alij deniq; Prouinciales, quorum ante ex Pædiano mentio est facta. Quęstores ærarij duos habuisse Romulū & Numam Pompilium testatus est Iunius Gracchanus, eosque populi suffragiis creatos. Et quamquam dubirent nonnulli, fuerîntne regnantibus Romulo & Numa Pompilio, tamen nemo, qui dubitet, omnium est, an sub Tullo Hostilio inducti fuerint in Rempublicam. Certū est enim tum temporis eos fuisse, *vt ex Iunio refert Vlpianus l. vnica ff. de Officio quæstor.* Discrepat interim nonnihil ab illis in suis Annalibus Cornelius, qui repetita lege Curiata post reges exactos, duos Quæstores creatos scribit, qui rem militarem comitarentur Valerium & Æmilium Mamercum, a[illegible] que deinde duos, qui res curarēt vrbanas. Mox vbi stipendiariæ factæ essent prouinciæ, duplicatus est numerus, & post legem Syllanam creati numero viginti. Quamquam autem illi sortirētur prouincias, vt paulò ante est dictum ex Pomponio, tamē id licitum nō fuisse Candidatis Principis. Quæstoribus, *inquam*, Impetatoriorū librorum ac literarū lectioni vacantibus & candida veste integritatis insigni conspicuis, quorum Suetonius meminit in vita Augusti, docet Vlpianus eadem *l. vn. ff de Off. quæst.* Horum munere funguntur nunc Cancellarij, emissititij Principum oculi. Vrbanorum quæstorum officia præter ea, quę sunt ante relata, constabant quoque in exigendis vectigalibus pop. Romani, in depromendis militaribus signis ex ærario, eisdemque mittendis ad Consules in expeditionem ituros, in prębendis militi stipendiis, in exhibendo exterarum gentium legatis, cōmeatu, vestimentis, muneribus in procurādo, vbi primùm venissent, hospitio, &, si mortui essent, funere curando, in vēdenda ab hostibus accepta prȩda, & redigenda in ærarium pecunia, in exigendis mulctis tam Romę, quàm alibi, sicut etiam legi potest apud Alexand. ab Alex *Genial. dier. lib. 2. cap. 2.* Licebat & his comitia habere, si Cōsules abessent. Apud eosdem cogebantur Imperatores, si adepti victoriam triumphum peterent, iuramento confirmare, editum esse occisorum hostium & ciuium amissorum numerum sine fraude, quod is alioqui abnueretur. A quolibet tamen priuato vocari poterāt in ius apud Prętorem, cui etiam illos coercere licebat, sicut ex bonis auctoribus didicimus. Notandum porro & illud, Prętores fuisse quęstoribus loco parentum, quęstores contra Prętoribus loco liberorum, sicut ex multis Ciceronis locis cognosci potest. A quęstore nomen quęsturę, quę magistratus quidem erat & honor, sed non curulis, & nullius ferè imperij. Neque enim vocationem aut prehensionem habebat in vrbe, ergo nec lictorē, nec via

nec viatorē, *vt scribit ex Varrone Gellius.* quod tamen verum non est, cùm ex oratione pro Plancio fasces & lictores habuisse perspicuum sit. Credo Ciceronem *2. accusat.* primum honoris gradum idcirco appellasse, non honorem.

Qualitas secundum quam dicimur quales, aiunt Dialectici, καθ' ἣν ποιοί τινες εἶναι λέγονται, ait Philosophus. Stat à nobis Isidorus.

Qualus, à colando appellatus videtur eidem Isidoro.

Quartarius mensuræ genus apud Romanos inde nomen accepit, quod sextarij pars sit quarta. Liquoris mēsuram fuisse indicant hæc Plinij verba libro 5. ab V. C. *Manlius primum ob virtutem laudatus, donatúsque non ab Tribunis solum militum, sed consensu etiam militari, cui vniuersi selibras farris & quartarios vini ad ædes eius, quæ in arce erant, contulerunt.* Facit & Columella mentionem quartarij mellis *lib. 12. cap. 5.*

Quatuoruiri, quatuor viri. Hi creati leguntur, vt viis muniendo & sternendo præessent. Cum namque Censores pro officio aliis rebus districti sarciendis illis aut reparandis ac complanandis vacare non possent, creatus fuit magistratus ex Senatusconsulto, vt operam daret huic rei. Vide Barnabam Brissonium *4. Antiq. cap. 12.*

Quercus, à quærendo nomen adepta, siue quod prima mundi ætate homines glandes quærerēt ad victum, siue quod ex huiuscemodi arboribus quærentibus redderentur respōsa a Dæmonibus. Quinimo in sacris legitur de quercu Mamre *Deuteron. 11.* de via quercus ariolorum *1. Samuel. 19. Iosue 24.* erigitur lapis magnus sub ilice, quia erat in sanctuario Iehouæ. Iudicum 6. venit angelus Iehouæ, seditque sub ilice, quæ erat in Ophra. Festus Pompeius autem vult dici quercum, quod id genus arboris sit graue & durum, tum in ingentem euadit amplitudinem. Querquerā enim grauem & magnam dici putant nonnulli. Inde Lucretius: *Querquera consequitur febris, capitisq; dolores.* Diuturnitatis eadem arbor & fortitudinis symbolum fuit veteribus. Quapropter Herculea claua valido vt plurimum de robore fieri solebat, etsi aliquādo conflata fuerit ex oleastro, dicimúsque præstantes viros à robore robustos. Forte & ideo in disciplina aruspicum ostēdit principatum, inque Iouis tutela fuit. Neque sum nescius ex ea connecti solitam ciuicam coronam, etsi postea ex esculo fieri placuerit.* *Quercus*, Hebr. אלה *Alla*, à radice אליל *Elil*, quæ significat Nihilum, rem nihili, & nullius momenti, quoniam ex illa arbore idola, quæ sūnt res nihili, & Elilin dicūtur, vt plurimū fiebant. אלון *Allon*, etiā nominatur Alnus seu Quercus, vel Robur, quo nomine Hebræi intelligunt arborem duram, quæ aquis obruta non facilè corrumpitur. Hinc Gr. ὕλη hyle, Sylua, in qua Quercus, Robora, duræque eiusmodi arbores Quercus Gr. δρῦς, Robur, cui respondet Lat. Durus, ac si dicas Dura arbor.

* *Querquedula*, auis aquarilis, quæ Virgilio Ardea dici videtur. Varro de ea pronuntiat hos versus, aut frigidos nimbos aquæ caduciter ruentis præinnuere aquatiles querquedulę natantes, βόσκας, Gesnero, κερκιθαλὶς Scaligero quem sequimur: *Cercelle* Gall.

Querquera febris, cuius iam modò ex Lucretio mentio est facta, à duritie dicta vel grauitate: * nempe à quercu, quòd id genus arboris cùm graue sit ac durum, tum in ingentem euadat amplitudinem, tremorem febrilem Græci κάρκαρον vocant, παρὰ τὸ καρκαίρειν, id est, cum strepitu pulsare & tremefacere. Hinc Carcer. Plautus: *Is erat mihi bilis querquera, tussis.* Lucill. *Querquera cōsequitur febris capitisq; dolores.* Hęc Festus.

Querquetulanæ, dictæ sunt nymphæ, virescenti querqueto præsidentes.

Querquetulanus dictus quoque mons Cælius, si Tacito credimus, quod talis

ſylua frequens ibi fuerit & fœcunda. Deſignat autem *querquetum*, pro quo iam dicimus quercetum.

Querquetularia porta Romæ eſt dicta, quod querquetum intra muros vrbis iuxta ſe habuerit. *Feſtus*.

Quincunx à quinario deſcendit numero. Tot enim continet vncias. In quincuncem dicuntur & arbores diſponi, ſicut Cyrum ſuis eas manibus diſpoſuiſſe aut direxiſſe prodit Cicero in Catone maiore, *admirante iſtud ſummopere Lyſandro Lacedæmonio ſummæ virtutis viro*. Eſt enim illa quincuncialis diſpoſitio, *teſte Plinio*, non ſolum vtilis in digerendis arboribus, verum etiam aſpectu grata, quocũque modo intueare in ordinem ſe porrigente verſu.

Quindecimuiri, quindecim viri. Sacerdotum hoc genus erat creatum aliquando populi ſuffragiis, idque lege Domitia. Nam quod à collegiis cooptati fuerint ante legem Domitiam latam paſſim in Liuij hiſtoria legas. Præcipuũ eorum munus erat libros Sybillinos ſeruare, cum eſſent adeundi ex Senatuſconſulto, adire, quę legiſſent, renuntiare Senatui, procurare eadem, Seculares ludos celebrare, denique paragere, quæ Sibyllinorum carminum iuſſu erant peragenda, *ſicut Dionyſius, Liuius, Suetonius, Tacitus & alij docent*. Et ne rei originem primam prorſus relinquamus intactam, ſciendum Tarquinium Priſcum, *teſtibus Lactantio & Seruio Grãmatico*, (malè hoc alij tribuunt Tarquinio Superbo) cum forte incidiſſet in hos libros, à muliere quadam propoſitos vænum, combuſtiſque prioribus, quòd Rex ſoluere negaret indicatum pretium, tandem reliquos emiſſet, *ſicut ex Varrone Dionyſius refert*, Duumuiros eum ex numero nobilium creaſſe, & his publicos addidiſſe miniſtros duos, vt cuſtodirẽt hos libros: Duumuirorũ alterum fuiſſe M. Attilium, qui cum videretur non bona fide rem gerere, ab vno miniſtrorum delatum parricidij & culeo inſitum proiecit in mare. Regibus inde expulſis peruenit horũ librorum cura ad populum, qui nobiliſſimos viros creauit eorum cuſtodes, vt liberi ab omnibus cum militaribus tũ ciuilibus officiis toto vitæ ſuæ tempore hoc munere fungerentur. Nec ſine his cuiquam licebat eos inſpicere. Inſpiciebant autem frequenter, idque Senatuſconſulto, ſi quando turbaretur ſeditione Reipub. ſtatus, aut clades aliqua inſignis bello eſſet accepta, aut nuntiata quædam prodigia, manſerúntque ad bellum Marſicum vſque incolumes in ſubterranea templi Capitolini cella arcæ incluſi lapideæ, & à Decemuiris aſſeruati. At exacta centeſima quinquageſima tertia Olympiade, cum Capitolium abſumtũ eſſet incendio, vna quoque hi libri feruntur abſumti. Qui verò nunc exſtant, partim ex vrbibus Italicis, partim ex Erythris Italiæ, Legatis illic ad tranſſcribendum miſſis, ſunt cõportati. Quædam etiam videntur in illis ſuppoſititia, qualia ſunt, quæ initialibus literis coniunctis nomen Chriſti Ieſu Saluatoris reddũt, quorum & Auguſtinus meminit *libro de ciuitate Dei*. Ad duumuiros redeo. Dixi antea Sibyllinorum librorum cuſtodiæ deſtinatos fuiſſe illos. Nunc ſciendum creatos eoſdem fuiſſe ad annum vſq; 388. inde auctum eorum numerum & ſubſtitutos Decemuiros, parte quidem ex plebe, altera ex patribus delecta, id quod obſeruatum legitur adúſq; tempora Syllę Felicis: Hinc autem Quindecimuirorum mentionem fieri. Vt veriſimile ſit numerum horum ſacerdotum ipſum auxiſſe. Atqui hic numerus vel potius ſacerdotium hoc numero conſtans perſtitit adúſq; Theodoſium, qui id cum cæteris ſuperſtitioſis ſacris abrogauit. Dicti fuerunt *Sibyllini* libri à Sibyllis, de quibus ſuo loco expediam plura.

Quinquatria & *Quinquatrus*. Feſti verba de illis apponã, *Quinquatrus*, inquit, *appellari quidã putãt à numero dierum, qui*

fere

fere his celebrantur, qui scilicet errant, tam Hercule, quā quatriduo Saturnalia, & totidem diebus Compitalia. Nam omnibus his singulis diebus fiūt sacra. Forma autem vocabuli eius, exemplo multorum populorum Italicorum enūtiata est, quòd post diem quintum Iduum is dies est festus, vt apud Tusculanos *Triatrus*, & *Sexatrus*, & *Septimatrus*, & apud Faliscos *Decimatrus*. Mineruæ autem dicatum eum diem existimant, quòd eo die ędes eius in Auentino consecrata sit. Vltimo quinquatrium die, qui est dies Martij 23. Tubilustrium erat. Nam primus sacer erat Mineruæ, quòd eo crederetur nata, sanguinis idem expers, cùm reliquis gladiatores nudis ensibus in arena pugnarent. Poëta itaque Ouidius 3. *Fastorū* quinquatria festa vult dici à quinque diebus iunctis, quibus illa sacrificia fiebāt. Operæpretiū erit ipsamet verba, prout iacēt, audire, vt ita quilibet tantò euidentius mentem eius intelligat. Ait:

Vna dies media est, fiunt casacra Mineruæ,
Nomina quæ à iūctis quinq; diebus habēt.
Sāguine prima vacat, nec fas cōcurrere ferro:
Caussa, quod est illa nata Minerua die.
Altera tresq; super strata celebrantur arena,
Ensibus exsertis bellica læta Dea est.

Gellius affirmat à quinque dierum numero ab Idibus elapso dici & nominari *quinquatrus*, nihil autem significare ad finem *atrus*, sed esse potius supplementum nominis, id quod facit contra eos, qui à quinque & atro nomen iis inditum voluerunt, eo quod primum ex iis Mineruæ festis sit quintus dies ab atro die, qui sequitur Idus. Sed erāt hę quinquatrus minores Idibus Iuniis celebrari solitæ. Vnde Festus: *Minusculæ Quinquatrus appellantur Idus Iuniæ, quod is dies Festus erat tibicinum, qui Mineruam colebant.* Ouidius:

Et iā quinquatrus iubeor narrare minores,
Nunc ades ô cœptis flaua Minerua meis.
Addit:
Cur vagus incedit tota tibicen in vrbe,
Quid sibi persona, quid toga longa volunt?
Temporibus veterum tibicinis vsus auorum
Magnus, & in magno semper honore fuit.
Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
Cantabat mœstis tibia funeribus.
Dulcis erat mercede labor, tēpusq; secutū est,
Quod subitò grata frangeret artis opes.
Adde quod Ædilis, pōpa qui funeris irent,
Artifices solos iusserat esse decem.
Exsilio mutant vrbem, Tyburque recedunt,
(Exsilium quodam tempore Tybur erat)
Quæritur in scena caua tibia, quæritur aris:
Ducit supremos nænia nulla choros.
Seruus erat quidā quantolibet ordine dignus
Tybure, sed longo tempore liber erat.
Rure dapes parat ille suo, turbāque canoram
Conuocat, ad festas conuenit illa Dapes.
Nox erat, & vinis oculiq; animiq; nutabāt,
Cum præcomposito nuntius ore venit.
Atq; ita: Quid cessas cōuiuia soluere? dixit,
Auctor vindictæ iam venit ille tuæ.
Nec mora, conuiuæ valido titubantia vino
Mēbra mouēt, dubij stāntq; labántq; pedes.
At dominus, discedite, ait: plaustróq; morātes
Sustulit, in plaustro scirpea lata fuit.
Alliciunt somnos tēpus, motusque, merūque,
Totaque se Tybur turba redire putat.
Iāq; per Exquilias Romanā intrauerat vrbē,
Et mane in medio plaustra fuere foro.
Claudius vt posset specie numeróq; senatum
Fallere, personis imperat ora tegi.
Admiscetque alios: & vt hunc tibicina cœtū
Augeat, in longis vestibus ire iubet.
Sic reduces bene posse tegi, ne forte notentur
Contra collegæ iussa redisse sui.
Res placuit, cultuque nouo licet Idibus vti,
Et canere ad veteres verba iocosa modos.

Volui hæc paulò prolixius referre, quo ex Poëta ritus huius & originis peritissimo constet vnicuique *cur sit Quinquatrus illa vocata dies.* Quamquam & his consimilia fere referant cum Valerius *de Institutis antiq. libro 2.* tum Liuius *lib. ab V. C. 9.* & Plutarchus *in Problematibus.*

Quinquertium vocant Græci secundum Festum πένταθλον, quo die quinque genera artium ludo exercebantur. Ipsos quoque athletas Liuius *quinquer-*

tiones appellat.

Quinsai Indiæ ciuitas omniumq; ciuitatum totius orbis terrarum amplissima (si historicis habenda fides) vt pote triplo maior Combalefchia regia vrbe magni istius Chami, quod 25. Germanica miliaria complectatur in ambitu suo, inque multas ciuitates alias obtineat imperium; trahit nominis originem a *Quin* & *Sai*, quę voces idiomate nostro significare dicũtur ciuitatẽ cœli. Pontes lapideos habere fertur duodecies mille, eósque tam altos, vt naues ingentes erecto malo transire possint. Lacus est intra vrbis mœnia, qui triginta miliaria Italica complectitur in circuitu In medio lacus insulæ sut duæ: Plateæ omnes lapidibus constratę. Tria quoque habet thermarũ millia. In quolibet ponte excubant noctu & interdiu decem custodes, ne motus oriatur alicunde. Palatium eius magnificum ac amplum in ambitu continet Italica miliaria decem. Intra murum multa viridaria, viuaria, fontesq; innumeri prope. Quę omnia licet Bodinus fabulosa existimet, tamen vera esse affirmat Paulus Venetus & alij non pauci.

Quintia prata trãs Tyberim à Quintio Cincinnato, cuius fuerant, sunt dicta. *Festus.*

Quintipor seruile nomen frequens apud antiquos à prænomine Domini dictum, vt *Marcipor*, scilicet à Quinto & Marco. Quamuis sint, qui à numero natorum ex ancilla quinto loco dictum putent. *Festus.*

Quirina tribus à Consulibus Sabinis appellationem videtur traxisse.

Quirinalia, vt scribit Festus, mense Februario dies, quo Quirini fiunt sacra. Varro: *Quirinalia à Quirino, quod ei Deo feriæ, & eorum hominum qui fornacalibus suis non sunt feriati.* Quirinalia igitur Quirino, id est, Romulo celebrabãtur, cuius flamẽ inde *Quirinalis* est dictus. Eodẽ die erãt stultorũ feriæ. Vnde & hoc nomine ipsa *Quirinalia* sunt appellata, idq; eã vel maxime ob caussam, quod, cũ quisq; in sua curia Fornacalibus quæ indictitiæ feriæ erãt, feriaretur, & sacra faceret, stulta populi pars, quæ sua curia esset, ignorans, rem diuinam Fornacalibus omissam Quirinalibus faceret, quod & ab Ouidio approbatum video in Fastis.

Quirinalis collis est dictus secundum Paulu, quòd in eũ commigrauerint Sabini Curibus venietes: Quãuis alij à tẽplo *Quirini* sic appellatũ putẽt. Sic dicta Quirinalis porta, siue quòd ea itur in collẽ Quirinalẽ, siue quòd proximẽ eã est *Quirini* sacellũ. In Quirinalis collis etymo idẽ plane vult Varro, cũ a Curetibus deriuat, qui cũ T. Tatio Curibus venerũt, & ibi sua metati sũt castra. Nã antequã eo se cõtulissent Sabini, nomẽ ipsi erat *Agonius* secundũ Festũ, vel potius Agõ, *vt alij malunt*, ipsaq; adeo porta *Collina Agonẽsis* est dicta, sicut & à Dionysio. *li. 2.* est cõfirmatũ. Sub Imperatoribus nominatũ hunc montẽ Caballũ à duabus statuis Alexandri Magni domãtis equum Bucephalum, quas Constantinus Romam transtulerat, ab Onophrio notatum inuenio.

Quirinus dictus Romulus an à Quirino patre, i. Marte: Romani enim Martem dum sæuiret, *Gradiuum*, dum tranquillus esset, nominabãt *Quirinum*? An ἀπὸ τοῦ κυρίου Domino? Postremum hoc innuere videtur subobscurè Ouidius Fastorum 2. cum ait: *Siue suo regi nomen posuere Quirites.* Quid: An non ab hasta, quam ille gessit, quęque Sabinis *Quiris* est dicta, deduci poterit? Festo sanè & multis aliis ita placere video. At hìc aliò declinat Varro, cùm à Curibus Sabinorum municipio deriuat. Auctor non contemnẽdus, imo bonus, doctus, elegans. Adhærendum huic ergo? Cuicumque sententiæ addixeris te, parum intererit. Video enim nullam suis auctoribus, iisque grauibus destitui. Hoc tamẽ intellige, post apotheosin præcipuè Quirinũ dictũ fuisse Romulũ, *teste*

Pli

Plinio 2. de viris ill. fi. Post cõſecrationẽ enim immutare ſolebãt eorum, qui recepti erant in cœlum, nomina, ne quis homines fuiſſe exiſtimaret. Sic *Leda Nemeſis* eſt dicta, *Circe Marica, Ino Leucothea*, conſulenduſque ea de re eſt Cœlius *lib. 11. cap. 9.* tum Lactantius *diuinar. inſtitut. cap. 21. lib. 1.* De Apotheoſi ipſius eleganter ſcripſit Plutarchus *in eius vita*. Cùm enim populus rumultuaretur & Romulum è medio ſublatum à patribus vociferaretur, eiſque ideo minaretur extrema, Iulius Proculus vir inter patres genere, virtute, auctoritate primus, & Romulo fidus in primis, cùm proceſſiſſet in forum, iurauit ſibi, dum iter faceret, obuiam ipſum factum ſpecie & forma magis, quàm vnquam antea, inſigni, ornatumque fulgentibus armis, ſe verò priorem allocutum eum fuiſſe hoc modo: *Qua iniuria & qua mente impulſus, ô Rex, nos iniquis & improbis circumuentos criminibus, vrbem vero in luctu ac gemitu, in ſqualore & ſordibus reliquiſti?* At regem reſpondiſſe: *Ita Diis viſum, ô Procule, nos autem cœlo demiſſi condita vrbe, imperium permaximum & gloriam habitura, reuertimur in cœlum. Proinde bono animo ſis, & nuntia Romanis, vti prudentiam & fortitudinem colant, quòd his artibus futurum ſit, vt ampliſſimam inter homines potentiam conſequantur. Ego vobis Quirinus facilis propitiuſque ero Deus.* His verbis & viri auctoritate & iureiurãdo fide adhibita, veluti diuino quodam furore afflatis mentibus, nemo contradicere, nemo aduerſari, ſed reiecta omni ſuſpicione & calumnia inuocare Romulum votis Deumque appellare.

Quirites dicti Romani à Quirino, id eſt, Romulo, de quo antea. *Quiritum foſſa* dictæ, quòd eas Ancus Martius, cùm vrbem circumdedit, Quiritum opera fecit, *teſte Paulo Feſti abbreuiatore.* Sæpe inuenias in Ciceronis orationibus, *Romanum populum* appellari Quirites, honoris gratia, deſcendente quippe nomine ab hoc Quirino, i. *Romulo.* Vnde & Ouidi⁹ in faſtis [illegible] hoc modo canit:

Siue qđ haſta [illegible] priſ[illegible] Latinis
Bellicus a telo venit in aſtra [illegible]
Siue ſuo regi nomen poſuere Quirites.
Seu quid Romanis vixerat ille Cures.

Vtcunque enim illi nomen contigerit, hoc certum, à Quirino nomẽ eſſe Quiritibus. Neque hic negligẽdum, Romanis domi & in militia haſtæ vſum fuiſſe familiarem, vtpote ſub qua iudicia & auctiones fiebant aliaque permulta, *vt copioſe eſt annotatum a Zaſio l. 2 ff. de origin. iur.* Hebr. haſta ſeu ſecuris, qua aliquid cõcutitur & quaſſatur קרדם *Quardom*, ab obſoleto verbo קרד *Quaradh*, haſta ſeu ſecuri aliquid euertit. Inde Quiris & Quirinus. Nõnulli Romulus Quirinum, q.d. *κύριον*, dominum dictum exiſtimant. Quirites autem S.P.Q.R. appellari, eodem ſenſu quo Athenienſes *ἄνδρες ἀθηναῖοι* nominantur paſſim apud Demoſthenem: vt hodie Galli Oratores populum in Comitiis, voce, domini mei, *Meſſieurs*, compellant & honorificè attentum ac beneuolũ reddũt.

* *Quiſquiliæ*, leues feſtucæ, quas quiſquis legere poteſt. Cæcilius poëta. *Quiſquilias volantis vẽti ſpolia memoras.* id eſt, *modo.* Ita ſolent in Comœdiis. Quando ſermonem alicuius non curat quis, dicit ei, logos, quiſquilias, floccos loqueris; abi. Plautus in Truculento; Campas dicis: abi, abi. Conſultaui iſtuc. Næuius; Abi, abi, deturbate ſaxo, homo non, quiſquiliæ. Alij Quiſquilias appellant quicquid eſt deciduum, nulliúſque pretij. Inde nihili homines, quiſquiliæ dicti à Cicerone & aliis. *περιψήματα.* Hebræis מוץ *Mots*, gluma, quę facilè decerpitur & in ventum abit, vt leues paleæ & feſtucæ de frumenti ſpicis excuſſæ, quę ſuopte metu diſſipantur nec eodem loco conſiſtere poſſunt.

R.

RAbula patronum vel aduocatum ſignificat nimis maledicũ, & velut rabie exagitatum. Quáquam enim hæc canum ſit morbus, trãsfertur tamen ad

hominès. Alij cum Festo dictum id nominis volunt, quòd ad radédum vel auferendum paratus sit, vel quòd radat, id est, offendat aures, & (*vt ait Quintilian.*) nimia verbositate feriat. Clamosos eiusmodi pecuniæ æruscatores multos gentium vbiuis videas. Habet Gallia, habet Belgium. Frons omnibus perfricta, intolerabilis audacia, garrulitas improba, quodque mireris & doleas, à literis bonis & literatis summa abalienatio. Quisquiliis interim in suis agunt delitias, & reliquos præ se fumos & vmbras putant. Huccine tandem redactæ res? Ceterùm Festus referre videtur etymon ad vocem raucam, cùm ita scribit: *Raua vox, rauca & parum liquida, proximè canum latratum sonans.* Vnde etiam caussidicus pugnaciter loquens *Rabula*, qui cùm lites protelat, sæpe summum ius summam facit iniuriam. Sed hęc in malos & improbos sæpe, non autem bonos, proinde descriptioni huic nostræ eximendos.

* *Rabulas* forenses historico penicillo viuísque mirum in modum coloribus depictos intueri licet apud Ammianum Marcellinum lib. 30. sect. 6. & 7. Hoc tãtum ex Cicerone, quem Ammianus citat, addere libet. Quum nihil (inquit) tam incorruptum esse debeat in Republica, quàm suffragium, quàm sentẽtia; non intelligo cur qui ea pecuniis corruperit, pœna dignus sit; qui eloquentiâ laudem etiam ferat. Mihi quidem hoc plus mali facere videtur qui oratione, quàm qui pretio iudicem corrũpit, quòd pecuniâ corrumpere prudentem nemo potest; dicendo potest.

Raca, ῥακὰ, vel *Racha* cum Latinus interpres reseruauerit in textu *Matth.* 5. vbi legis: *Qui dixerit fratri suo Racha, obnoxius erit concilio*, aliter atque aliter accipi solet apud diuersos. Deducunt enim nonnulli à themate רע quod malum significat; Aliqui à רק *vacuo, inani, aut nihili homine.* Nam ריקים vel רקים vsitatè dicuntur Hebræis homines *vani, leues, inconstantes, inanes, improbi*, atque adeo *vacui operibus bonis.* Erasmo videtur esse vox indignantis velut interiectio quædam. *Alioqui*, inquit, *quid interesset inter Racha & fatuam.* Consentaneum est enim Christum gradus quosdam ostẽdere, quorum primus sit *irasci*: secundus, *sono aliquo incerto motum significare*: tertius, *prorumpere in manifestum conuitium.* Eandem sententiam video arreptam ab Augustino, qui addit *habere se à quodam Iudæo, Racha Hebræis nihil significare certi, sed animi indignationem tãtùm.* Fortè vulgaris ea vox fuit & omnibus nota temporibus Christi, commoti & intra se frementis animi signũ. Vt *Matthæi* 5. damnentur omnia qualiacumque rancoris & maleuolentiæ humanæ iudicia, quæ quis exhibet de se, siue id murmurando fiat, siue frendendo, oculos distorquendo, exspuendo, tussiendo, crispando nasum, ridendendo, aut frontem corrugando, aut denique faciem auertendo. Proditur enim huiusmodi signis commotus animus. Chrysostomus ait Syriaca lingua tantundem valere Racha, atque *es tu*, sicut irati quibusdam prolatis verbis, quæ satis declarant pronum ad conuitia animum, premere solent grauiora, quæ alioqui subsecutura quiuis facilè peculiaribus quibusdã ex notis animaduertat. Emanuel Tremellius quondam virum doctum admonuit, sæpe in Thalmud legi ריכא, pro quo Syri dicunt רקא *hominemque cerebro vacuum* significare.

* Hebr. רק & ריק R*ek* & R*eik*, vacuus, inanis, homo nihili, leuis, à verbo ריק R*ik*, vacuus, inanis fuit. Forte Græci χαυνὸν dixerint, id est, *fungosum, inanem & propemodum delirum hominem.* ἀργὸν etiam hominem desidiosum, sibi aliisq; inutilem, capite minutum appellãt: quæ vox ab Hebręa deriuata videtur. Raca, ῥακά, ריקא R*ika* vel R*eka*, videtur nonnullis respondere voci Græcæ μάταιος, Stultus. Sic enim Rom. 1. 21. verbum ἐματαιώθησαν redditũ est verbo אסרתקו

estarã

estarāku, inanes facti sunt. Prudenter vnusquisque discernat, quod potissimum arripiat. In tanto enim dissidio grauatim me præstitero proxenetam. Vide *Stultus*.

Ralla vestis, à raritate est dicta. Plautus Epidico, *Tunicā rallā, tunicam spissam*.

Rama ciuitas ab Hierosolymis 2. tantum miliaribus distans Esaiæ 10. deriuatur à רום *altus fuit*.

Ramnensis tribus. Post confectum Sabinum bellum, & Titum Tatium receptum in vrbem & regni societatem, fuerunt Romæ tres tribus, *Ramnensis* à Romulo vrbis conditore, *Tatiensis* à Tatio Sabinorum rege, & *Luceres* à Lucumone, vel à luco asyli, quod placet Plutarcho, nomen arcessens. Ab ea dicti *Ramnenses*, qui cum Romulo primo vrbem condiderunt, pastores scilicet Albani & aliquot generis Græcanici, qui ante conditam vrbem ea loca tenuerāt. Atque hi omnes habitarunt Palatium & Cœlium mōtes, Tatienses verò Capitolium & Quirinalem, ceteri aduēritij loca plana inter Palatiū & Capitoliū.

Ramoth in Gilead Leuitarum vrbs ab Hierosolyma 12. miliaribus distās, quęque à rege Syrorū est occupata, regnante Achabo, ab eodem verbo רום *eleuatus est*, nominis habet auspicium.

Ramus qui de trunco manat, Isidoro. Ramorum gestationes Musis olim & Cereri consecratas fuisse testatur *Strabo 10, Geographiæ*.

Rana animal amphibion & nusquam non notum, arcessere videtur quibusdā nomē à voce Hebraica רנן *Ranan*, quod est *præ lætitia exclamare*.* Melius cēsent, qui vocem Aegyptiam in exodo, cap. 8. v. 2. 3. &c. item Psal. 78. 45. & 10. 5. 30. occurrētem nempe צפרדע *Tsephardde ah* vsurpant, quæ vox ex duabus aliis tum huius aquatilis excrementi stridorem seu coxationem, tum pluuij & sereni cœli mutationum sensum atque prognosticon denotat. Prius etymon vt coactum & ineptum repudiamus. Varro existimat ranas à proprio vocis sono rauco nomen accepisse.] Græci videntur illi à vocis asperitate dedisse nomen βατράχε, quasi βοάτραχον dicas. In literis sacris existimant nonnulli expressam per ranas nunc Sophistarum garrulitatem, nunc hæreticos aut Dæmones; Adamantius Poëtas, in quo ille tamen reprehenditur à viris cordatis propter iniuriam bonis ita Poëtis factam, inter quos rectè ponas Hieremiam, Esaiam, Mosem, & plerósque alios Prophetas, qui vaticinia sua carminū quodam genere prodiderunt. Tradit sane Iosephus Mosen reducto per mare Erythræum populo diuino numine afflatum in gratiarum actionem edidisse Hexametrum carmē. Dauid etiam Optimi & Maximi Dei laudes mundique totius operosam molē Harmonico tinnitu decantauit. Propria earum vox est *coaxare* Latinis, suntque *aquaticæ* nonnullę, quædam *palustres*, quædam *rubetæ*, quod in rubis degant sic dictæ. Negant aliqui canes latrare, quibus in offa viua rana fuerit obiecta. Fertur & illud, quòd in fontes frigidiores coniectę obmutescant, in tepidiorem translatæ paludem fiant vocales. Purum commentum est vetustatis de silentio ranis nimium vociferātibus indicto ab Augusto admodum adhuc infante in suburbano prędio vt ex eo ibi obstrepuisse negentur.

Randusculana porta Romę, nomen habuit, quòd ære esset munita. Siquidem æs dicebatur veterib⁹ rādus, vel raudus.

Rapax, ἅρπαξ.

Raptus, vt habetur causs. 36. quęst. 1: à corrumpendo est dictus. Quid omniū insulsius? Nec definit esse insulsus glossator, cum ait: *Et ita simplex dicetur a composito, sicut alias exponit lex simplex per compositum. Quis enim nescit à rapiendo deductum raptum? Pueri id norunt in scholis.* Celebris est in historiis virginum Sabinarum raptus in Romę cunabulis. Atque is quia feliciter cessit, institutū arbitratur à Romulo Iacobus Rguardus, vt

dus, vt simulato quodam raptu, omnis legitimi connubij ritus perageretur. Ex gremio enim matris rapi solebat virgo, aut, si ea non esset in viuis, ex eius gremio, qui proxima necessitudine cótingebat, *sicut & Festus tradit.*

Rapum quasi ruapum, quod rueret è rure, dictum vult Varro, à *rapiendo*, id est, *comprehendendo* Isidorus. Corpus rapi solidum referebat Ægyptiis immutabilem Solis effigiem, veluti cepæ multiplices tunicæ Lunam. Itaque memorant auctores nonnulli in Delphici Apollinis templo, qui cum Sole est idem Macrobio, rapum olim è plumbo Phœbei corporis soliditatem ostendés fuisse dicatum. Torruisse legitur rapas in foco & esitasse M. Curius Détatus, cùm Samnitum legati magnum illi auri pôdus offerrent, vt auro vincerent, quem ferro vincere nequiuerant. At ille: *Malo hæc in meis fictilibus esse, & aurum habentibus imperare.* Alij dixisse scribunt, *non egere se auro, quàm diu frænum posset iniicere cupiditatibus.*

Rastrum vnde, nisi à terra radenda, vel à dentium raritate? Legimus *apud Phrygas capite luisse furtum, qui rastrum aut vomerem subtraxisset.* Cauit de huiuscemodi furto quoque Iustinianus *in legibus Georgicis*: οἱ κλέπτοντες, inquit, ἄροτρον, ἢ ὕννιον, ἢ ζυγους, ζημιούσθωσαν κατὰ τὴν ποσότητα τῶν ἡμερῶν, ἀφ᾽ ἧς τὸ κλέμμα ἐγένετο, καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν. ιϐ. φολὰς.

Ratumena porta. Totum accipe locum ex Festo: *Ratumena porta,* inquit, *a nomine eius est appellata, qui ludicro certamine quadrigis victor, Hetrusci generis iuuenis, Veiis consternatis, equis excussus perit: qui equi feruntur non ante constitisse, quam peruenirent in Capitolium, conspectamque fictilium quadrigarum* (lego, *conspicerentque fictiles quadrigas*) *quæ erant in fastigio Iouis templi, quas faciendas locauerant Romani Veienti cuidam artis figulinæ prudenti, quæ bello sunt recuperatæ. Quia in fornace adeo creuerant, vt eximi nequirent. Idque prodigium portendere videbatur, in qua ciuitate eæ fuissent, omnium eam futuram potentissimam.* Paulus idem explicans appellatam dicit portam à nomine cuiusdam aurigæ.

Reapse, re ipsa. Vsurparunt Pacuuius, Lucretius & Apuleius. Imo Tullius *1. de Diuinatione. Forma reapse nulla sunt: speciem tamen animis offerunt.* Idem in Lælio: *Securitas specie quidem blãda, sed reapse multis locis repudianda.*

Receptator, qui latrones, eorumque furta occultat ac recipit, imò nocentes. Huius generis hominum meminit Marrianus *l. 1. de receptat.* præcipitque perinde puniri atque latrones.

Rechab qui Isboseth Sauli filium occiderat, cùm equitem significet, descendit à רכב *equitauit.*

Recidipna, vestes cœnatoriæ (*triclinaria* nominat Plinius) composito ex vtraq; lingua vocabulo. Recinium enim est vestis antiquissima quadrata, *vt refert Varro.* At δεῖπνον *cœna.* Meminit huius vocis Iuuenalis *in satyris.*

Recidina, quæ Cornelio Celso reuersio est *lib. 3. cap. 4.* Hippocrati ὑποστροφὴ, quæque fieri solet, cum vel humor ex priori morbo relictus est, vel morbosis character, id est, qualitas mala, dum ipsa materia ad expulsionem minus idonea fuit, vel imbecillior natura præ morbo vniuersos humores noxios expellere non potuit, a re & cado accessit nomen, eo quod rursus cadant in morbum ægroti. Significare id voluit senex his verbis. τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νόσοισι μετὰ κρίσιν, ὑποστροφὰς ποιεῖν εἰωθεν. Iudicationem enim intelligit, quæ est ἐλλειπὴς. Recte ergo Turnebus *recidiua* accepit pro iis quæ redeunt & reuertuntur, sicut Tertullianus *annum redeuntem, reciduum* appellat.

Reciprocum à recipiendo deriuatum Varroni.

Reconuentio est reciproca & mutua actoris in eodem iudicio, in quo actioné ille aduersus reum antea instituit, conuentio.

uentio. Mutuam actionem appellat Gaius l. si cum idem. §. sed & si mutue. ff. de iurisdict.

Recuperatores dicti fuerunt, qui de priuatis rebus recuperandis reddendisque cognoscebant. Hinc *recuperatorium iudicium*, cuius exemplum est oratio pro Cæcinna. Per iudices autem datos solitum fuisse id exerceri, ostēdit idem *de Inuent.* 2. & Plinius *Epistol.* 3. *epist. pen.* Mandabàrque iurisdictionem prætor.

Redemtor, qui conducit opus faciendum, à *redimendo*. Sed quare: Quid enim redimit operarius? Dicam ex aliorum & quidem vera sententia. Veteres promiscuè omnem contractum appellarunt emtionem. Qua prisca similitudine factum, vt redimere pro conducere dicatur in parandis operibus. Emit quippe sibi, inque se totum suscipit operarius id, quod parare seu facere debet, *l. item si pretio. ff. locat. l. ea lege. ff. eodem.* Vtitur eo vocabulo aliquoties Liuius, & refertur etiam ad eos, qui sarcinas conuehendas aut onera quæuis tum publicè tum priuatim suis humeris, aut mulis, aut denique rheda conducunt. Redemtor verus Christus est Dominus, qui nos sanguine redemit suo, in que libertatem asseruit, persoluens λύτρον, id est, *pretium redemtionis*, qui sit benedictus in sæcula. *Amen.*

Redhibitio Græcis ἀπαγωγὴ. à redhibendo arcessit nomen. Est autem redhibere propriè reddere, cùm is, qui dedit rursus cogitur habere, quod habuerat, *secundum Festum.* Vnde redhibitoria actio, quæ in hoc instituitur, vt venditor propter vitium recipiat quod vendiderat, *l. 2. ff. de ædil. edict.* Etymon quoque nostrum confirmat omnino *l. redhibere ff. de ædil. edict.* Notanda & illa Vlpiani verba: *Redhibitio venditionis est resolutio.* Præcipuè autem Ædilium Curulium fuit *redhibitionum causas & lites dirimere.* Ideoque vbi iniissent magistratum Kalendis Ianuarij, non aliter atque Prætores proponebant edictum, quo præmonebant, quemadmodum de singulis cōtrouersiis ius essent dicturi.

Rediculus Deus cultus Romanis à redeuntibus hostibus est dictus. Fanum eius extra portam Capenam fuit exstructum.

Regifugium sacrum sic dictum, *auctore Festo*, quòd Tarquinius Rex eo die Roma fugerit, celebrari solebat septimo Cal. Martias, maximóque in honore est habitum ob eiectos Tyrannos. Eodem die positæ sunt publicè statuæ ab Atheniensibus Harmodio & Aristogitoni Tyrannicides. Sed & serpentem id temporis edidisse latratum auctor est Plinius.

Regillus. Imperator hic fuit. Trebellio Pollioni Regillianus est quem si malis imitari, per me licebit. Etymon nominis ad regem paruum vel ad regnum iuxta militum iocum referri poterit, *vt est apud eundem Trebellium.* Dabo integrum locum ex auctore. *Cum milites, inquit, cum eo quidam cœnarent, astitit Valerianus Tribunus, qui diceret: Regilliani nomen vnde credimus dictum? Alius continuò, credimus quòd à regno. Cùm is, qui aderat, Scholasticus cœpit quasi Grammaticaliter declinare & dicere,* Rex, *regis, regi,* Regillianus, *Milites (vt est hominum genus pronum ad ea, quæ cogitant) dixerunt: Ergo potest Rex esse. Item alius: Ergo potest nos regere. Et alius, Deus tibi regis nomen imposuit. Quid multa? His dictis cum alia die manè processisset, à principibus Imperator est salutatus.* Homo ille ergo ex humili loco ad Imperiū prosiluit, vt præter Trebellium scriptum reliquit Flauius Vopiscus, lusitque eodem modo Fortuna in Proculo, vt præter Vopiscum testatus fuit Onesimius, nō Rhetor quidem ille oriundus ex Cyro aut Sparta, verum scriptor Historicus, cuius complures auctores mentionem faciunt.

Regillum dicit Isidorus esse amiculum præfatum reginis, vnde & illi nomen.

Regia dicitur à rego, quòd priusquā

aut numen non agnoscet, non tantum ratione caret, sed etiam sensu. Si namque terræ viscera & penetralia rimari libet ac ambitum maris, si percurrere cœlorum orbes & corporum reuolutiones, humani quoque corporis compagem mirabilem, cumque eo animæ gluten, vbique diuinæ sapientiæ certissima animaduertas iudicia. Vt sapientum virorum apud Ethnicos gnomas in re certa cumulare minimè sit opus, cùm possem alioqui. Hoc tamen sciendum, ad superstitionem nonnunquam adeo traduci, vt etiam pro superstitione accipi soleat id nomen, vt cum Plinius de arboribus *lib.16.* scribit: *Infelices autem existimantur damnataque religione, quæ neque seruntur vnquam, nec fructum ferunt.* Ita *religiosus* dici consueuit, qui nimia vel superstitiosa religione se alligarit. Massilienses legimus sacrificulos, qui quæstus gratia circumferebant sacra, oppido exegisse suo, ne religionis prætextu otium sectarentur & luxum. *Religiosus locus* dicitur fieri in iure, in quem illatum est cadauer, aut cineres defuncti, cui astipulatur & Festus. *Religiosos dies* appellauit Nigidius infames vel infaustos. *Religiosa vestis* dicta, qua vtebantur in sacris diebus festis, quippe ad Dei cultum, id est religionem.

* *Religio.* Neque a relinquendo, neque à relegendo Religionem verè dictam existimamus, sed potius & prorsus a religando, vel à relegando. Si a religando, qui a Deo per peccatum naturæ nostræ à disiuncti atque separati sumus [illegible] per Christi beneficium religamur. [illegible] relegamus & procul à nobis [illegible] atheismum, superstitionē, [illegible] té, [illegible] Dei, [illegible] exercemus [illegible] non [illegible] quæ [illegible] ed [illegible], & relegamus [illegible] adhærentes & in [illegible] religione [illegible] diuellamur [illegible] illá in [illegible] qui nos sibi [illegible] sempiternæ in Christo vinculo religauit

עבודה *Habodah*, cultum quem עבד *Heben dh*, seruusue puer ad ministrandum electus, domino suo præstat appellant. Hic cultus δουλεία & λατρεία Græcis. Vocatur etiá Religio ab effectu in animis piorum, (qui à Satana, mundo, carne, quos procul relegarunt, liberati, se religatos Patri cœlesti per Christum sentiunt) יראת יהוה, *Ireath Iehoua*, Timor Domini, seu veneratio, reuerentia, summa cum mentis humilitate coniuncta: vnde promptum obsequium fiducia, spes, incredibilis lætitia. Gr. εὐσέβεια, probatus & legitimus Dei cultus, εὐλάβεια πρὸς τὸν θεὸν, pietas, deuotio, reuerentia erga Deum.

Remora piscis à remorando dictus, quòd naui adhærens remoretur eam, & stare cogat, quantumuis fremant venti & sæuiant procellæ. Inferiorem partem hic habet planam, dorsum repandum & in gibbum conuexum. Vnde forte vulgus Græcorum partum Delphini vocat. In Corcyra frequenter è verriculis extrahitur, sed est minimè edulis, totus etiam exossis & mollis. Plura de ea in *Echeneide*.

Remuria sacra ad Lemures, id est, laruas nocturnas & terrificationes placandas instituta, à Remo, quem interfecit Celer Romuli comes, feruntur habere nomen, quæ postea asperiore litera r in lemorem mutata Lemuria sunt dicta. Porphyrio Horatij interpres vult *Lemures* nominatos, quasi *Remures*, à Remo, cuius occisi vmbram cum frater Romulus placare vellet, *Lemuria* instituit, id est, Parentalia, quæ mense Maio per triduum celebrari solebant ante additum anno mensem Februarium. Quam ob rem nubere mense Maio religio fuit.

Remuria ager, qui est possessus à Remo, & habitatio Remi *Remonia*. Sed & locus in summo Auentino *Remoria* dicitur, vbi Remus de vrbe condenda, fuerat auspicatus secundū, estum Septe ies irtitas habent, superatus fratre a Ro-

mulo fuit, occisus tandem quod muros ciuitatis transiliisset, & conditus humo. Quare qui pomœrium protulerunt montem istum excluserût omnes, quasi auibus obscœnis ominosum, *teste Messala apud Agellium lib. 13. cap. 14.*

Remus, quo nauis impellitur & agitur, desinens in palmam, vnde & *palma* vel *palmula* dicitur Poetis, vel ἀπὸ τȣ ῥεῖν, id est, *fluendo*, appellationem traxit, vel à remouendis & decutiẽdis fluctibus. Nonnunquam etiam dicitur tonsa à *tondendis* & feriendis fluctibus. Inuentionem remi tribuit Plinius Copæ, sicut Icaro velorum. Hinc *remigi* & *remigio* nomen.

Remus, vt & Romulus, nomen habet à ruma, id est, mamma, quam lupa infantibus præbuit, *vel ijs si Plinio teste*, apud quem hactenus *lib. 15. cap. 19.* mendose scriptum est rumen.

Ren. Dictos vult Varro renes, quòd ab his nascantur obscœni humoris riui. Alij παρὰ τὸ ῥεῖν fluendo. Habent hos singuli binos, estque his locus vtrimque tam sub hepate quam sub liene. Densa illis & solida caro. Dexter etiam vtplurimum est elatior læuo in omnibus animantibus. A parte imarum costarum sunt resimi, ab altera rotundi. A grandiusculis autem arteriis suppeditatur illis calor & spiritus. Duplex eisdẽ sinus: *Maior*, qui est superior: *Angustior*, qui est inferior. Porro duæ fistulæ aut potius emulgentes venæ oriuntur ex caua vena, quæ per spinam descendit. Harum vna inseritur reni sinistro, altera dextro. Vtraque vero serum sanguinis emulget & per οὐρητῆρας ad vessicã transmittit, quæ Græcis dicitur κύστις, ex duabus neruosis & densis tunicis constans, inque fundo habens foramen tortuosum, cui vrinarij meatus sunt impacti. Ægyptij, Astronomi, Poetæ Comici, & alij simul in Veneris eos potestate [illegible]. Hinc si quid lasciui [illegible] ipsis enũtiandum, frequens mẽtio de lumbis. Persius de Poematibus lasciuioribus agẽs saty[illegible] *km* inquit, *carmina lumbum intrant.* Iuuenalis satyra 6. *Cum tibi [illegible] lumbos Incitat*: Excitatur enim libido lasciuo cantu & sono. Item Ouidius in carmine obscœno *Crissabit tibi fluctuante lumbo.* Catullus: *Sed his pilosis, qui duros nequeunt mouere lumbos.* Vt haud immerito iubeat Saluator *præcinctis nos esse lumbis.* Quid quod in victimis testamenti veteris renes eximi mos erat tanquam impuros, *aut Philo.* Scio in Leuitico iubentur adoleri duo renunculi cum iecinoris fibris, ad quem in finem: Quippe vt desiderium omne, cõcupiscentiã & delectationẽ aboleamus, ne quid omnino mali inhæreat nobis.

Renones, id est, humerorum & pectoris vsque ad vmbilicum velamina, quæ adeo sunt hispida villis intortis, vt respuant imbres, videntur Isidoro dicta à flumine Rheno, cuius accolæ sæpe illis vtuntur. Meminit eorum Salustius, cum inquit.

Germani intectum renonibus corpus tegunt.

Repetundæ sunt dictæ pecuniæ, quas vel socij vel ciues priuati à magistratibus, aut iudicibus, aut publicis curatoribus antea in prouincia aut vrbe acceptas, aut ob iudicandum aut aliud aliquid publice curandum, iudicio repetiuerunt. A repetendo ergo deductum nomen, quod repeterentur, *inquam*, à magistratibus postquam essẽt facti priuati, istę pecuniæ, quas exegerant à subditis contra functionis suæ decorum. Approbatur hoc etymon etiam à Valla. Cum autem exprimere volebant furti hoc genus, pecuniam ablatam captam, coacta, conciliatã & auersam dicebant, *vt est videre apud Ciceronem in accusatione Verris repetundarum rei.* Fuitque adeo inter criminum publicorum quæstiones hæc prima, in qua si reus repetundarum esset conuictus & tandem damnatus, restituere pecuniam [illegible] cogebatur æstimata lite, hoc est, in pretium redactis [illegible] furtis & bonis eius præscriptus, vt inde colligi posset hec sũma,

aut[illegible]re

auctore Pediano. Causam earum multiplicem esse tradit Quintilianus: Quintum ad leges, tulit in reum repetundarum legem Acilius Glabrio, vt ne comperendinatio ei permitteretur. Coercuit & M. Porci⁹ Cato lege Porcia prouincialium sumtus in Prætores, cum ex pretura obtineret Sardiniam, *sicut ex Liuio coniicit*. Lege Iulia tandem æstimata lis est in quadruplum eius, quod erat ablatum, cum nota infamiæ, *l. ff. ad leg. Iul. repet. l. infamis. C. inul. cod.* Adeo verò sciendum obseruatas fuisse has leges, vt etiam Proconsules, si se in socios aut auarè aut superbe crudeliterque & iniustè gessissent, hisce forent obnoxij. Idcirco postulari hoc iudicio plurimi, dānati multi, absoluti nonnulli. Sæpe etiā aduersus vnum atque eundem potuisse hanc caussam institui, ex multis Ciceronis in Verrem actionibus colligimus. Omnino enim seruare socios incolumes volebant, nec expilari prouincias ab illis, quorum erat earum salutem procurare.

Repotia apud Romanos, *teste Festo*, dicebatur dies postremus à nuptiis, quo cœnabatur apud nouum maritum, quādo quasi reficiebatur, hoc est, renouabatur potatio. Dicebantur illa Græcis ποδοςφοφια, quasi dixeris repedationē, *sicut in Obseruationibus suis annotauit doctissimus Cuiacius*. Ad huiusmodi conuiuij genus alludit Horatius in Satyris cum inquit: *Ille repotia, natales, aliosue dierum Festos albatus celebret.*

Repudium Verrius ait dictum, quod fiat ob rem pudendam. Dicitur autem repudium renuntiatio sponsæ, diuortium fit cum vxore, sicut placuit Paulo & Modestino Iurisconsultis. Itaque formula repudij fuit, *Conditione tua non vtar*: Diuortij: *Res tuas tibi habeto*.

Resina dicta, vel ἀπὸ τῆς ῥητίνης vocabulo Græco, vel ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, id est, *manando*. Est enim lacryma, quæ è arboribus *sponte sua defluens ex stirpe arborum* [illegible] *concrescens*. Optima omnium Terebin-thina, quæ distillat ex terebintho, aliis communis pini, aliis cœrulea vel colore vitri, pellucida & odorata. Est & *Colophonia* ex Colophone ciuitate Asiæ maximè adferri solita, & *Lentiscina* igneo quodam fulgore splendens, friabilis, odorata, officinatum videlicet mastix.

Retia habere videtur nomē, vel quòd contineat rates, vel quòd ad retia tendēda faciat, *vt ex apud* [illegible]. Hinc retiarius, qui restes facit, restio, qui vēdit.

Rete volunt dictum a raritate, a retinendis piscibus, siue à restibus, quibus tenduntur, Isidorus. Huius species sunt *funda, nassa, cassis & conopeū*. Habēt etiam ab eo nomen retiarij gladiatorum genus. Scribit Festus: *Retiario pugnanti aduersus Mirmillonem cantatur: Non te peto, piscem peto. Quid me fugis, Galle*. Quia Mirmillonicum genus armaturæ Gallicum est, ipsique Mirmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piscis effigies inerat. Hoc autem genus pugnæ institutum videtur à Pittaco, vno ex septem sapientibus, qui aduersus Phrynonen dimicaturus propter controuersias finium, quæ erant inter Atticos & Mytilenæos, rete occulto lato impediuit Phrynonen. Hinc Ausonius: *Qui Myrmillonis contendit equimanus? Thrax*. Erant enim Thraces gladiatores, sicut etiam Andabatæ, qui clausis oculis depugnabant.

Reticulum tegmen capitis muliebre, vel (*quod alij malunt*) fascia quadam linea retis ad formam facta, quæ [illegible] rum admouebatur faciei, ne possent cognosci. Duplicem enim in vsum comparatum legitur, cum vt capillos contineret, tum vt faciem tegeret. A [illegible] go reticulū dictum [illegible] raritudine deriuent. [illegible] tiæ astipulatur ex parte Isidorus, cum dictum esse scribit ab eo, quod retineat crines, ne offendantur.

Reus nuncupatus a re quæ petitur in iudicio, etiam si nihil [illegible] scelere sit conscius, [illegible]

etymó colligi poteſt ex verbis Ciceronis *2. de Oratore*, cum inquit, *Reos autem appello non eos modo, qui arguuntur, ſed omnes, quorũ de re diſceptatur.* Qui verò propter crimen aliquod in iudicium erat vocatus, mutata veſte ſordidatus, promiſſaque barba apparere ſolebat apud Romanos, ipſumque populum ptendo per Deos orare, vt ab eo periculo liberaretur. Quòd ſi per præconem ex roſtris citatus ab accuſatore non adfuiſſet, per cornicinem ante fores euocari mos erat Dum autem reus accuſabatur abiectus ſub roſtris ſtabat expoſitus adoleſcentum côuitiis, *teſte Liuio.* Et quia tribus accuſabatur vicibus, ſciendum, accuſatorem in ſingulis accuſationibus perorandis mulctam aut pœnam adieciſſe pro arbitratu; id, quod Anquiſitionem dicebant. Sæpe interea euenit, vt, cùm de mulcta iudicaſſent in accuſatio nibus prioribus, in tertia capitis anqui rerent, & econtra cum capitis anquirerent in prioribus, in tertia tamen iudicarent de pecunia, ſicut apparet ex iudicio de Cn. Fuluio & T. Menenio apud Liuium.

Rex, qui regit, ad cuius exemplum totus componitur orbis, quod ait Poëta. Qualis enim rex, talis eſt populus. ἐποίοι τίνες ἂν οἱ προεςάται ὦσι, τοὶ οἱ τοι καὶ οἱ ὑπ αὐτοῖς καὶ τὸ πολὺ γίγνονται, ait Xenophon.* Hebr. מלך *Melec*, qui regioni alicui imperat, item qui vnius vrbis ſeu ditionis habet dominiu N...u [illegible] is etiam rex dicebatur, vt ex libro Ioſue [illegible] qui vnius vrbis fuit dominus a [illegible] *Malac* regnauit. Cognationem habet cu [illegible] & ialac, id eſt, iuit. oportet enim regem præire populo. Alii [illegible] ad פלך *Pelec*, ſcipio, baculus, nam eo nituntur ſubditi [illegible] Gr. βασιλεύ, ba[illegible] & firmamentum po[illegible] רעה *Rohe* paſtor. à רעה [illegible] [illegible] voce con[illegible] [illegible] [illegible] Lat. [illegible] rego, [illegible] Hebr. [illegible]

a *Ragha*. Græcis rex ideo ποιμὴν λαῶν paſtor populorũ. Addo Aſſyrios regem nominaſſe רך *Roc*, qui Chaldæis ריכא *Rica*. Plato ſcribit regis nomen eſſe iuſtitiæ nomen. Nullus ergo tyrannus eſt rex, cùm ius & iuſtitiam violet, tãtummodo id agens quod imperat libido aut rabidus furor. An non & pueri ludentes, Rex eris, aiunt, *ſi rectè facies:* Quid Seneca? *Regem non faciunt opes, non veſtis Tyriæ color, non frontis nota regiæ. Non auro nitidæ trabes. Rex eſt, qui poſuit metus, Et diri mala pectoris. Quem non ambitio impotens, & nunquam ſtabilis furor vulgi præcipitis mouet.* Cæterum tyranni apud eundem quæ verba? *Fortuna noſtra cuncta permittit mihi. Inertis eſt neſcire quid liceat ſibi.* Quapropter ſit, dum omnibus inuiſus eſt, ſæuus, terribilis, vt ſæpe faſtigio deiectus [illegible] pereat plebeia. Nihil enim quod eſt violentum, ſimul eſt diuturnum. Imò fallax bonũ eſt regnũ quippe quod [illegible] plurimum malorum regit. Vt que alta iuga & arborum cacumina [illegible] excipiũt ventos, [illegible] fortunę caſibus [illegible] nos ſunt imperio ſubiecta. [illegible] regem tuetur fides aut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

profundere pro salute [illegible]torum salute gloriosum putat, altissima quiete & animi tranquillitate securus. Tales reges verè in Iouis tutela, imo *ἐκ Διὸς* iuxta Callimachum, apud Homerum *διοτρεφεῖς* educati a Ioue. Certe omnis magistratus à Deo, *Et quisquis potestati resistit, ordinationi Dei resistit.* Romanorum reges, qui imperium obtinuerunt annos fere ducentos quadraginta tres (Dionysius enim, Liuius, Eutropius & Orosius vnû [illegible] annum) comitiis legitimis creati [illegible] omnes, excepto Tarquinio. Præter Celeres circum se habebát duodecim lictores, cúmque exercerét iudicia, in sella curuli conspicua sedebant. Incedebant autem ornati purpura. Verum Tarquinius Priscus vsus est quoque picta purpurea toga, eburnea sella, & aurea corona cum eburneo sceptro, quod in summitate habebat aquilam, permissu videlicet Senatus & populi Romani, cùm iis ab Hetruscis esset donatus. Tandem eiecti sunt reges, præcipuo auctore Iunio Bruto, *vt ex Dionysio & Liuio constat*, cum a Superbi filio [illegible]prata esset Lucretia. Interim quia multa & magna beneficia a regibus in rempublicam erant collata, voluerút regium nomen in vrbe perpetuò seruari, sed detracta priori dignitate, & maiestate, ne quid libertati officeret. Itaque iusserunt vt Pontifices & Augures vnum aliquem ex [illegible] designarent, qui præesset sacris, a [illegible] [illegible] rex [illegible], primusq; adeo Manius Papyrius [illegible] Patricius [illegible] quietis creat[illegible] est rex [illegible] Comitiis. [illegible] [illegible] [illegible] vi- [illegible] per præconem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Eidem [illegible] [illegible] cionem habere [illegible] [illegible] rei ratio redditur in [illegible] Plutarchi. Ouidius *Fastor. 1.*

Qui [illegible]

Semper agit [illegible], rogat, nec [illegible] agit

Loquatur enim [illegible] rege sacrorum, qui tractaturus [illegible] regibat populum seu Principem ciuitatis, *ago ne*. A qua voce rogantis diem illû dictum *Agnalia* vult Poeta, pro quo *Agonalia* posteriores dixerunt. Macrobius meminit Virgines Vestales certo die ad illum [illegible] dicentes, *[illegible] rex [illegible]*. Nec tamen [illegible] adusque tempora [illegible] Theodosii sacerdotium illud [illegible] qui [illegible] cum reliquis sacris [illegible] [illegible]. Atque hęc de rege sacrorum. In vniuersum de regibus, illud etiam monendi sumus, olim eos sacerdotum quoque munere functos, *vt ex Aristoteles, [illegible] rex hominum, Phœbique sacerdos.* Quam ob caussam Apollo [illegible] est apud Statium [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible]tis cæde Pythonis ad Crotopum regem se contulisse legitur. Apud Ægyptios quoque Sacerdotes fuerunt reges, qualis fuit *Mercurius Trismegistus*, id est, ter maximus, quod esset ille rex summus, sacerdos atque philosophus. A Catheis regnum deferri solebat pulcerrimo, à Medis fortissimo [illegible] *Strabo.*

R[illegible] *barbarum*, barbarorum Rha. Optimum censetur, quod nondum expertum est cariem, nempe nouum, recens, vehementer amarum, ponderosum, & odoratum, nigricans foris, intus rubro flauescens. Si manducetur, croco colorem repræsentat. Caule paulò altiore est, quam palmus, foliis frequentibus, iuxta radicem tenuibus, in circuitu non incisis, sed tantum capillosis, postea dum crescût viridibus, [illegible] quam [illegible] [illegible] fuerint, & veterarint, luteo præditis colore. Nascitur in prouincia Chinarum aut potius in Tingluticna regione, [illegible] *D[illegible] Cordum.* Illac [illegible] [illegible] [illegible] Persiam & [illegible]. Purgat [illegible] bilem, sed [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

dam cum astringendi, tum etiam ventriculum & iecur roborādi facultatem. Emendat sanguinem, aperit obstructiones, sanat regium morbum, crassitiem lienis & diuturnas febres. Quinimo sanguinis sputo & qualibet ex parte eruptionibus prodest, vt & ruptis fractis, & ex alto delapsis ad drachmam vnam permixtum austero vino, adiecto etiam mumiæ veræ & erythrodani momento. Conducit denique fragilitientibus & dysentericis torrefactum igne, siquidem sumatur cum adstringente vino, atque plantaginis succo.

Rhagades, ῥαγάδες, sedis vitium, quibusdam veteribus ῥάξεις, Latinis *rimæ*, *fissuræ*, & *fissuræ*, Plinio *fissa*, à verbo ῥήγνυμι, quod est rumpere Latinis, descendit. Sunt autem oblonga vlcuscula, quibus ani sphincter velut proscissus est, vel ipse cisculus seu extrema ani corona non aliter atque manus, vel labra scindi solent frigido Boreæ flatu. Caussam suam iuxta medicos habent aut ab acrium humorum defluxu, aut ab inflāmatione, aut condylomatum extēsione.

Rhamnusia dicta est Nemesis à pago Rhamnūte in Attica regione, vbi & tēplum celeberrimum habuit. Capiti statuæ ipsius imposita erat corona, *sicut scribit Pausanias*, in qua & cerui & fortunæ parua insignia continebantur. In manu læua ramus conspiciebatur fraxineus, in dextera phiala, in qua Æthiopes erant effictī. Quodque magis est, contendebat cum magnitudine, tum pulchritudine cum Phidiæ operibus. Habuit & templum Romæ in capitolio, *teste Plinio lib.* [illegible] *cap. 45*. Plerique crediderunt hanc esse fortunæ vim, alij filiā *Iustitiæ*, nonnulli vim quādam discurrētem inter cœlestes, prima rerum semina quæ fatorum & sortium vires temperat [illegible] e quæ cœlo humana despectans bonis la[illegible] [illegible] noc[illegible] punit. Quocirca [illegible] cam [illegible] pianus *regi* [illegible] *causarum*, & *ar*[illegible] Pomponius Lætus scribit, *Romanos p*[illegible]*tu*[illegible] [illegible] *in sacri*[illegible] *Nemesi* [illegible] *munus* [illegible] *gladiatorium*, *fact*[illegible]*que illud ex ra*[illegible] *quod Virgo & Victrix Nemesis numen* [illegible], *a quo plecterentur*, *qui deliquissent*, Reliqua videbis in Nemesi.

Rhaponticum, quod ῥᾶ & ῥῆον est Dioscoridi, nulla deiectoria facultate pollens, *testibus Serapione & Auicenna*, ac proinde à Rhabarbaro di[illegible]stum, nomē sibi asciuit a fluuio Rha, quo alluitur regio quædam contermina Ponto. A Ptolemæo Sarmatiæ attribuitur, indeque mare Caspium dicitur sese exonerare. Armeni nomināt *Thamar*, Tartari, *Edel*, Rhuteni, *Volgha*. In huius ergo ripis maximus eius prouentus, *vt* [illegible] *produ*[illegible] *ab Ammiano libro 12.* Vires eius præstantes in sanandis hepaticis, lienosis, conuulsis, ruptis, coxēdicum doloribus, sanguinis excreationibus, dysentericis, cœliacis, suspiriosis, & vuluæ malis.

Rhapsodi ῥαψῳδοί, id est, *carminum alienorum recitatores videntur* quibusdam, sicut etiam Eustathius refert, appellationem trahere παρὰ τὴν ῥάβδον, id est, virga: vt sint ῥαψῳδοί, quasi, ῥαβδῳδοί. Hinc ῥαψῳδία quasi ῥαβδῳδία. Cumque id nomen toti Homerico poemati tributum sit a veteribus, non defuerunt, qui ῥαψῳδεῖν dicerent omnes τοὺς αὐτὴν ᾄδοντας, hoc est, *qui cum modulatione & concentu recitabant in publicis conuentibus istud poema*, *aut certe partem aliquam*. Sed & hi lauri ramum vel baculum tenebant in manu. Sic histriones & scenicos actores baculum [illegible] forsitan [illegible]tu[illegible] in modum [illegible] significat Plat[illegible]chu[illegible] [illegible] Nominat enim καμπύλας τῶν [illegible] [illegible] Eustathius scribit eosdem nominatos ἀρνῳδοὺς, quod qui contenderent huiusmodi carminis Homerici recitatione, inque eadem obtinerent victoriā, præmij loco acciperent ouem. Sed Pindaro [illegible] Rhapsodos [illegible] a virga, sed ἀπὸ τοῦ ῥάπτειν, id est, *farciendo vel consuendo*. περιφραζομένη γὰρ τοὺς ῥαψῳδοὺς, ῥαπτῶν ἐπέων ἀοιδοὺς αὐτοὺς λέγει,

δεκ-

id est, *nobilium carminum cantores.* Approbatum id quoque video à Diomede Grāmatico *libro* 3. his verbis: ῥαψῳδία *dicitur* ποιήσεως *aliqua particula dis-creta atque diuulsa, dicta* παρὰ τὸ ῥάπτειν, *quod versus in vnum velut volumen consuantur & comprehedantur.* Dehinc addit: *Vel quòd olim partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum bacvlis, id est, virga pronuntiabant, qui ab eodem dicti sunt Homeristæ.* Et hi sunt quos Plato Poetarum facit ministros. De eisdem videndus Athenæus *lib. 14.* & Lucianus Ioue Tragœdo, Ναὶ, inquit, ἀλλ' ὑποποιῶν, ὦ Ζεῦ, καὶ ῥαψῳδῶν τὰ. ἐγὼ δὲ ἥκιστα ποιητικός εἰμι.

Rhea, Saturni vxor & soror, alio nomine Ops, Mater Deū & Mater magna, de qua multa sunt dicta in Cybele, auspiciū nominis habet, ἀπὸ τοῦ ῥέειν, quod affluat rebus omnibus terra. * Vel potius à verbo Hebr רעה *Raha*, pauit. Et in 2. coniugatione *Reha*, associauit sibi commensalem. Dicta est Rhea Saturni vxor. Deū mater, agriculturę & pascuorum inuentrix: quę omnia Euam Adami vxorem, & matrem omnium viuentium respiciunt. Vide *Sagaris.*] Ædem ipsi Romæ primus vouit & exstruxit T. Tatius Sabinorū rex in regni societatem a Romulo receptus *testibus Varrone, Dionysio, & Augustino.* Vouit deinde eidem cum Saturno ædem Tul. Hostil[illegible]s. Opem intelligo non diuersam à Rhea. Vnde & *Opalia* dixerunt festum. Rhea quoque est dicta Numitoris fi[illegible]a, quam Amulius frater regni, quod debebatur Numitori propter ætatem, occupator, Vest[illegible] sacerdote[illegible] consecrauit, [illegible] oriretur aliquis eius inim[illegible] vindex Ad hæc à Marte [illegible] quod ali[illegible] aut certe à Martis sacerdote post denotam virginitatem [illegible] prægnata peperit gemellos Romulum & Remum. Quare cognita, inclusit ea carceri Amulius: Pu[illegible]s verò iussit exponi. At illi à F[illegible] [illegible] pecoris magistro in ripa Tyb[illegible]is reperti ab vxore ipsius Laurētia inter Pastores sunt educati. Cumque iam euasissent in viros forte capto Remo, & Romulo ipsi ferente suppetias, obtruncarunt vnà Amulium, regnumque auo Numitori restituerunt, *sicut apud Liuium & Dionysium legi potest.*

Rhegium, vrbs in littore Calabriæ è regione Messanæ, secundum alios in Brutiis sita, quibus ego adiungere me malim. Strabo nominat ῥήγιον ἰσλιον, vt *& Thucydides, Polybius, Plinius, Ptolemæus, Appianus & Mela.* Idem perhiber conditam à Chalcidensibus, cui suffragatur Solinus, additque Dionysium æquasse solo, eo quod obtulissent ipsi Rhegini filiam lictoris, cùm aliam sibi vxorem postulasset, sed instauratā eius partem à iuniore Dionysio. Caussas autem nominis refert duas: *Vnam*, quòd Samnites ob splendorem Rhegiū quasi regiam nominauerint: *Alteram*, quòd terræ motibus secundum Æschylum abrupta sit à continente Sicilia, ἀπορραγῆναι ἀπὸ τῆς ἠπείρου τὴν Σικελίαν ὑπὸ σεισμῶν, cuius rei auctores sunt etiam Sextus Pompeius & Trogus, aliique permulti. Neque id mirum cuiquam videri debet, cùm similes casus sæpius acciderint, vt idem prodit. Quippe eodem modo Prochyta, Pithecusæ, Capreæ, Leucosia, Sirenes & Oenotrides sunt ab Italia diuulsæ. Sic Chalcis seiuncta legitur à Syria immisso pelago, Cyprus & Balbicus à Bithynia, vt olim septentrionalis Hollandiæ pars ab Occidentali Frisia, cui rei in perpetuam memoriam etiam num indicio sunt trabes Minoritarum (*vt vocant*) templo immissæ ad firmandum & roborandum contignationes, quarum arbores creuerant antea eo in loco, vbi iam altum pelagus est. Vtrum verò inde deductum etymon, an alterum sit amplectendum, diiudicandum te inquo aliis cū Strabone. Fuit & φο[illegible] olim dicta, item *Aschenaz*, vt ex Iosepho docet Gabriel Bartius, addens ab

Antiocho appellatũ *Neptuniam*, incolas autem *Taurocinos*, à præterfluente fluuio. Rhegium Lepidi, quod Ptolemæus ῥήγιον λεπίδιον vocat, est oppidũ Galliæ togatæ, iuxta quod *Acerras*, Campos Macros, Claternam & forum Cornelium ponit Geographus, *lib. 5.*

Rhenus, fluuiorum maximus cum Danubio versus septentrionem, Herodiano; Gallorum & Germanorum limes Straboni, quemque idem oriri vult ex Adula monte, ex Lepontiis Cæsar, ex Alpibus Mela & Tacitus, vnde modico flexu tendit in occidentem, non ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, quod est *fluere* Latinis, nomen inuenit, etsi aliquibus verisimile id queat videri; nec à Rhodani societate, *sic cunctarum fluuiorum*; verum à voce potius Germanica *Rein*, quę nitorem, puritatémq; significat, quòd claritatis quadam prærogatiua polleat, dum clarissimas perlabitur gẽtes, *Germanos, Belgas, Rhætios, Rauracos, Sequanos, Triboccos, Mediomatrices, Nemetes, Vangiones, Vbios & Batauos*, siue quod arbiter olim, & velut vindex fuerit puritatis coniugij. Quippe solebant Germani liberos recens natos, clypeo impositos, committere fluminis alueo, qui si fluitasset legitimi partus indicium dabat; sicut adulterini, cùm subsidebat, fundum petens, *teste quoque Galeno*. Et Claudianus: *Et quos nascentes explorat gurgite* Rhenus. Fluuius hic labitur quidem primum in occidẽtem, at iuxta Rauracos iterum se flectens, septentrionem versus ab Heluetiis diuidit Germanos, & propè Scaffhusium, propter montium fauces magno se fragore præcipitat, multisque inde & longis raptus anfractibus, secundum Cæsarem, plurimis capitibus delabitur in mare, secũdum alios ostiis duobus. Virgilius enim *bicornem* nominat *Æneid. 8.* Et Claudianus in Alarici victoria, *Te Cymbrica Thetis diuisum bina confunnit Rhene meatu*. Tacitus quoq; Augustæ historiæ, lib. 2. *Rhenus*, inquit, *vno alueo continuus, haud modicas insulas circumueniens apud principium agri Batauii, velut in duos amnes diuiditur, seruatque nomen & violentiam cursus, qua Germaniam praeuehitur, donec Oceano misceatur, ad Gallicam ripam latior & placidior affluens, verso cognomento Vahalem accolæ dicunt. Mox id quoque vocabulum mutat Mosa flumine, eiusque immẽso ore in Oceanum effunditur.* Tribuit eidem ostia duo Asinius apud Strabonem, reprehendens interim eos, qui plura tribuunt, est & ὀξὺς, id est, *celer*, Geographo, καὶ διὰ τοῦτο δυσγεφύρωτος, *qui difficulter iungatur ponte*. Sed & Mela in dextram & sinistram spargi scribit, ad dextram vocari *Flevo*, sicut & Plinius *lib. 4. cap. 15.* alterum ostiorum Rheni *Flenum* nominat, alterum *Helinum* Olim tamen illi tria cornua aut ostia fuisse, quorum tertiũ sit obstructũ, pro comperto habetur. Fuit autem illud *Medium cornu*, prout Ptolemæus nominat, Occidentale & Orientale adiiciens: Idq; animaduertit etiam dominus Suffridus *lib. 1. de orig. Frisiorum, c. 12* Idẽ porro nomẽ Rheni fert alius fluuius in Marchia, qui Repinensem comitatum ab Auelborgensi comitatu diuidit. Est & Rhenus Italiæ ex Apennino profluens, qui Bononiam transit Boiorum quondam Coloniam, Paruum hunc Rhenum, non ineptè appellat Silius Ital. *lib. 8.* Plin. scribit calamos eius conuenire sagittis, *li. 37. cap. 16.*

Rhetor, qui præcepta Rhetorices tradit in scholis, non vt orator in iudiciis & concionibus versatur, Græco hoc vocabulo, ab eloquendo, latine *eloquens* est dictus, *vt scribit Cic. libro de orator.* A potissima ergo dicendi parte, id est, ab elocutione, inditum est ipsi nomen. Quippe Græcis τὸ ῥεῖν, *dicere*, simul & *fluere* significat, ipsaque adeo oratio artificiosè composita, copiose, & fluminis in modum fluit. Vnde in Phædro Platon. πάνυ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες, παρὰ τὸ εἰωθὸς εὔροιά τίς σε εἴληφε, *profecto Socrates præter consuetudinem fluida quadam*

dum dicendi vis te cepit. Et de Nestore ait Homerus Iliad. 1. τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. Dictionem hanc olim patuisse latius, indicat Suidas his verbis: ῥήτωρ τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο ὁ δήμῳ σύμβουλεύων, καὶ ὁ ἐν δήμῳ ἀγορεύων, εἴτε ἱκανὸς εἴη λέγειν, εἴτε καὶ ἀδύνατος, εἴτε καὶ ἀπὸ τοῦ βελτίστου καὶ δικαιοτάτου συμβουλεύων, εἴτ' ἐπ' ὀλισθήμασι: *Rhetor olim dicebatur is, qui populo cōsilium dabat, quique ad populū conciones habebat, siue aptè diceret, siue id facere non posset, siue ex optimo iure & æquissimo consilio tractaret, siue propriis captionibus niteretur.* Ex quibus satis etiam apparet, Græcos in Rhetore maximè dictionem spectasse. Propter antiquitatem minimè hic omittendum, in Capitolinis Agonibus à Domitiano Imperatore institutis, cum multis aliis artificibus simul Poëtas & Rhetores certasse, coronatos etiam, siquidem adepti essent victoriam, ab eodem Imperatore. Nec fortè aliunde irrepsit mos laureatorum Poetarum, qui magno olim in pretio apud Germanos & Italos sunt habiti, maximè si ingenio honoris id fuissent consecuti.

Rhetorica, sicut & Rhetor, vocabuli originem habet ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, quod *fluere* nobis & *dicere* significat. Est illa secundum Philosophu δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν, *vis & facultas per* [illegible] *inueniendi quid in quaque re sit persuasibile*. Commētator Aphthonii dicit [illegible] δύναμιν τεχνικὴν πιθανοῦ λόγου ἐν πράγματι πολιτικῷ τέλος ἔχουσαν [illegible], [illegible] *talem facultatem* [illegible] *repo*[illegible], [illegible] *aptè* [illegible], [illegible] *tatis*, [illegible] *o*, *aut* [illegible] *Quò Theon haud male* [illegible] ἔργον [illegible] τὸ [illegible] ἀποδεδειγμένα. Isocrates rogatus, [illegible] qu[illegible] *Rhetor* [illegible] respondit: τὰ μὲν μικρὰ μεγάλα, τὰ δὲ μεγάλα μικρὰ ποιεῖν. Vtque aliquis adipiscatur vim istam & facultatem, non est satis, imbutum eum esse Rhetoricæ præceptis, sed requiruntur συναίτια quædam, vel adiuuantes caussæ, quippe εὐφυΐα naturæ bonitas, & ad facultatem talem procliuis, τὰ παραγγέλματα ἢ θεωρήματα, id est, *artis præcepta*, ἀνάγνωσις καὶ πολυμάθεια, id est, *lectio præstantium auctorum, & rerum variarum doctrina*, πολυπειρία, id est, *experientia*, tum ἄσκησις, μελέτη, φιλοπονία, μίμησις, id est, *exercitatio diligens studium*, cùm in scribendo, tum in docendo, denique imitatio aliorum, ita Ciceronis inprimis, qui est fons eloquentiæ, & (quod dici solet) *Suadæ medulla*. Est siquidem eloquentia nil aliud, quam copiose loquens sapientia. Vt haud absque ratione Gorgias apud Platon. referat, ἡ ῥητορικὴ ἁπάσας τὰς δυνάμεις συλλαβοῦσα ὑπ' αὐτῇ ἔχει. Est eadem Dialecticæ cognata διὰ τὴν ὕλην ἣ τὸ ὑποκείμενον. Est autem materia res omnis, quę ad docendum, vel ad dicendum offertur. Itaque vt alias admonitum, docet Philosophus ἀντίστροφον ἐστι τῇ διαλεκτικῇ, id est, *ex altera parte Dialecticæ respondere*, quod Eustathio est ἀντιζυγεῖν. Differt tamen ab ea τῇ ἐργασίᾳ. id est, *tractatione*, cum Dialectica, vnde & breuiter differat de rebus hæc verò elocutionem, ipsaque orationis pigméta addat, latè oratioñé extendēs.

Rhinoceros non vnum atque idem animal cum Monocerote, *vt plerique sunt arbitrati*, natura hostis elephanto, cui quidem longitudine par est, at cruribus multò breuioribus, & buxeo colore *vt scribit Plinius*, nomē fecit suū ἀπὸ τοῦ ῥινὸς καὶ κέρατος, quòd vnum in nare cornu habeat. Etymō nostrū approbat Dio lib. [illegible] his verbis, ὁ δὲ ῥινόκερως τὰ μὲν ἄλλα ἐλέφαντι πῃ προσέοικε, κέρας δὲ τι κατ' αὐτὴν τὴν ῥῖνα προσέχει, καὶ διὰ τοῦτο οὕτω κέκληται. Multus hic esse dicitur in *Cambaia, Bengala, Patane* atque aliis Indiæ locis. Quem Strabo vidit, no-

buxeo colore similis erat, sed elephanto, magnitudine respondens tauro, forma propemodum apro, maxime quantum ad rictum, præter nasum, qui est cornu quoddam recuruum omni osse durius, quo etiam vtitur armorum loco, vt dentibus aper. Habet quoque duo cingula tanquam draconum volumina a dorso vsq; ad vterũ circumeuntia, alterum iubam versus, alterũ ad lũbum. Cum dimicaturus est cum elephante(*vt Artemidorus volebat*)de pastu, cornu ad saxa limato, pugnæ se præparat, maxime aluum in dimicatione petens, quam esse molliorem intelligit, nisi ab elephantis proboscide, vel dentibus præuertatur. Ceterum magna irritatione indigere dicitur priusquam irascatur, *vt ex Martialis epigrammate liquet:* Verum vbi excanduit, ferocissimus est. Minora animalia nisi excitatus ira contemnit. Primum hoc animal ostenderunt Romanis Magni Pompeij ludi, inde Augustus ad septa, post Augustum frequenter Domitianus, in cuius nummis eiusdem signum quoque conspectum fuit. Est & Rhinoceros nomen vasis apud Iuuenalem, *Satyr.7.*

R*hodanus*, ῥοδανὸς Ptolemæo, celeberrimus idem Galliæ fluuius, nec longe à Rheni & Danubij fontibus oriens, inque mare mediteraneũ sese exonerans, videtur Isidoro ab oppido Rhodo traxisse nomẽ, l limo à Rhoda, in illo tractatu Rhodiorũ colonia. Scribit de eo Marcellinus *lib.15.* hoc modo: *A Pœninis Alpibus effusiore copia fontium Rhodanus fluẽs, & procliui impetu ad planiora degrediẽs, proprio agmine ripas occultat, & paludi se ingurgitat nomine Lemano, eamque intermeans nusquã aquis miscetur externis, sed altrinsecus summitates vndæ præterlabens segnioris, quæritans exitus, viam sibi impetu veloci molitur. Vnde sine iactura rerum per Sapaudiam fertur, & Sequanos longeq; progressus Viennensem latere sinistro perstringit, dextro Lugdunensem, & emensus spatia flexuosa Ararim, quẽ Sauconnam appellant, inter* Germaniã primã fluentẽ, suum in nomẽ adsciscit, qui locus exordiũ est Galliarũ. Exinde non millenis passibus, sed Leucis itinera metiuntur, vbi auctus Rhodanus aquis aduenis locupletior vehit grandissimas naues, ventorũ flatu iactari sæpius assuetas, finitusq; inter valles, quas ei natura præscripsit spumeus Gallico mari concorporatur, per patulũ sinũ, quẽ vocant ad gradus.* Hęc ille. Diuidit Sedunos, Veragros, Allobroges, & Galliam Narbonensem Romanorũ prouinciã à Celtis, & in Gallicum mare decurrit. Meminit huius Lucanus *lib.1.* Silius 3. Mela 2. Atque hunc fluuium olim Seuerum transnatasse *loricatum*, proditum ab eodem Marcellino *lib. 24.*

R*hodiæ leges* ad commercia naualia pertinentes, ab insula Rhodo appellationem habent. Antiquitus enim ibi exercuerunt mercaturam. *Isidorus.*

R*hodos vel Rhodus*, Carpatij maris insula, olim Apollini sacra, veteribus ὀφίουσα σταδία, postea τελχινίς, *auctore Strabone*, item αἰθραία Stephano, Plinio *Æthrea, Corymbia, Trinarcia, Atabyria*, Hebræis רודנים, *vt asserit Montanus*, videtur quibusdam(at fabulose) arcessere nomen hoc suum à Nympha Rhodo, quã Apollo amauit. Alijs à rosa, quã ῥόδον nominãt Græci, vel quod hic locus pulcras ferat rosas, vel quod in vrbe ædificãda ibi inuẽta sit rosa. Ita rebus incertis cogimur nugari, quandoq; ἐν τῷ ἐτυμολογεῖν. Dices. At ita proditum ab aliis. Neq; ergo demutauimus, quæ illi hic cõminisci voluerũt. Arripiat nusquisq; quod plurimùm arridebit. Ad rem. Legitur hęc insula fuisse clara solis statua, Colossi magnitudine, & inter septem mundi miracula celebrata. Vnde incolę Colossenses sunt appellati, siquidẽ fidẽ Eustathio & Zonaræ nõ abrogam⁹. Etsi nihilominus haudquaquam sint illi, ad quos Paulus Apostolus scripsit, *vt alias est demõstratũ.* Habuit & olim Gymnasium celebre mathematũ studio. Quare [illegible] Aristippus Philosophus naufragio [illegible] eiectus

circuitus adRhodiensiu littus, atque inibi deprehēdisset schemata Geometrica, exclamasse legitur ad comites, *Bene speremus*: Hominum enim vestigia video, φ eos tantummodo veros crederet homines, qui his studiis excultū haberent ingenium. Vix hæc ita absoluerā, quin me commodum moneret etymologici auctor. ῥόδον τὴν νῆσον λελεγμένην, παρὰ τὸ πολὺν ῥοῦν αὐτόθι δοκεῖσθαι πρὶν φανῆναι τὴν νῆσον, dictam insula Rhodon, quòd multus ibidem volueretur fluxus aquarum, priusquam supereminens aquas appareret. Quod ipsum etymon præ cæteris summopere placet. Conuenit n. cum eo Pindari, φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ ῥήσιες, ὅπω, ὅτε χθόνα δατέοντο Ζεύς τε καὶ ἀθάνατοι, φανερὰν ἐν πελάγει ῥόδον ἔμμεν ποντίῳ, ἁλμυροῖς δ' ἐν βένθεσι νᾶσον κεκρύφθαι. Nominat eandē τρίπολιν, quod tres in ea sint vrbes, *Lindus, Ialysus, Camirus*. Sed & Philo *lib. de mundo*: ῥόδος τε καὶ δῆλος, ἄυται μὲν τὸ παλαιὸν ἠφανισμέναι κάτω τῆς θαλάττης ἐδεδύκεσαν ἐπικλυζόμεναι, χρόνῳ δὲ ὕστερον, ἐλαττουμένης, ἠρέμα κατ' ὀλίγον ἀνισχοῦσαι διεφάνησαν, ὡς αἱ περὶ αὐτῶν γραφεῖσαι μηνύουσι ἱστορίαι. Denique sunt, qui dictam volunt hanc insulam à *Dodanim* qui eam inhabitauit, appellatūque eum a patre *Rhodanim* nō *Dodanim*, & fieri potuisse facilè propter affinitatem, vt ד mutaretur in ר. Quid, quod huic etymo faueat Hieronymus, & septuaginta *Dodanim* vertāt ῥοδίους. Omnino hoc adiiciendum duxi ad finem.

Rhombus, exceptis aliis significationibus, ligneus turbo ex arbore aliqua solidiore tornatus, plana lataque superna basi, cono sensim in arctum abeūte, cuius apex clauo armatur ferreo. Huius cuspidem inferne vertam allidunt pueri solo, & ab intorto loro se explicat, inque rapidissimam citatur vertiginem. Atque ita volubiliter rotatus, curuatis fertur hac illac spatiis. Pueri instātes flagello illum exagitant, acriq; intorta plaga impetum vehementiorē adiiciunt. Qua propter ἀπὸ τοῦ ῥέμβω, id est, *voluendo*, videtur dictus. Vtebatur & Rhombo venefica. Quocirca Theocritus in pharmaceutr. χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτας, ὡς κεῖνος δινοῖτο ποθ' ἁμετέρῃσι θύρῃσι. Videtur, *inquam*, ad lunā deducenda, vt sibi persuadebat Thessalicæ mulieres. Martial. *Nunc cure [illegible] quis dena [illegible], Dicere [illegible] ara [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]fecta Colcho Luna vapulat [illegible]*. Mos autē erat, tū æris tinnitu laboranti Lunæ succurrere. Vnde Ouidius elegia de medicam. faciei: *Et quamuis aliquis Tem[illegible] remouerit æra, Nunquā Luna suis excutietur equis*. Est præterea Rhōbus ex piscium planorū genere commendatus pa[illegible], incredibili magnitudine, captus tēpore Domitiani, vt monet Iuuenalis. Legi[illegible] [illegible]mus olim dicitur fuisse Rennenæ.

Ricinium, a reiiciendo dictū, quod dimidiam eius partem retrorsum iaceret. Omne quadratum vestimētum accipi hoc nomine volunt. Nonnulli interpretantur togam virilem, purpureo clauo pretextam.

Ringgouia, Germaniæ regio infra Moguntiā ad dextrā Rheni ripam, saltu & dumis circulo in modu cōclusa, vnde & illi nomē. Circulū enim nominant *ein Ring*. *Angiam*, *locum pascuum*. Profert hic tractus laudatissimū vinū, cū nobio quoq; Erpachio celebris e[illegible]ius idcirco mētionē facit Althamerus in Tacitū, [illegible] stupendæ magnitudinis habetur cadus, meritò inter septem orbis miracula referendum, vt pote cap[illegible] ictem, si Rom[illegible]nam mēsuram spectes, octuaginta vini plaustra. Nominat autem [illegible]trū, mensuram continentem vrn[illegible] duodecim. Adiici pariter Vincentii Obsopœi carme, quo ipsum ab eo [illegible] celebr[illegible].

Plurima ce[illegible] [illegible]
Cern[illegible] condita multa m[illegible],
Sic Rh[illegible] [illegible] C[illegible].
Memp[illegible] pyramidas, C[illegible].
S[illegible]
Q[illegible] N[illegible],

Quid vetat Erpachium vas annumerare vetustis
Miraclis? Quo non vastius orbis habet.
Dixeris, hoc rectè pelagus, vinique paludem,
Nectare quæ Bacchi nocte dieque fluit.
Fac Bernharde voces, quot habet Cistertia fratres,
Hisque tui omnigenos ordinis adde viros,
Annua præbebit cunctis hæc pocula trulla,
Nondum dimidio deficiente mero.
Securè Erpachij fratres sorbete, lagena
Hac salua est vobis nulla timenda sitis.

Ripa, propriè amnium & fontium, dicta ex eo videtur, quòd ingenti aquarum motu rumpatur, cuiusmodi quoq; τῆς ῥηγμῆς etymon. Nisi tamen malis deflecti παρὰ τὴν ῥιπὴν, ab impetu venti, quo ripa tractatur. Vnde τὸ ὕδωρ ῥιπίζεσθαι λέγεται, *aqua flatu ventilari* dicitur.

Riparenses apud Vopiscum in Aureliano & *Riparij*, sunt Germani accolæ riparum Rheni. Ripuarij, & Ripuariæ leges.

Riphæi montes Scythiæ, ad quorum defectum Arimaspos iustos homines & placidos habitare scribit Ammianus *libro 26.* dicti videntur Grammaticis ἀπὸ τῆς ῥιπῆς, i. *impetu ventorum*, vel ἀπὸ τοῦ ῥιπίζειν, quod Græcis est *flare*, Conieci in hunc locum propter receptum scribendi modum, etsi cum Mela & Aristotele in Meteorologicis nō minus rectè, imo melius aspirationem addideris.

Riuales dicuntur, qui eundem riuum habent communem. *Agellius lib.* [illegible]. Negotium quoque alicuius, quod ei fortè de aquæductu cum riualibus est. Meminit & *l. hoc iure, ff. de aqua quot. & æst.* Sed & riuales sunt, qui per eundem riuum aquam ducunt, *l. 3. ff. eod. titu.* Metaphoricè sunt illi, qui communem habēt amicam Iuuenalis, *Non vnus tibi riualis dimittitur æger.* Terent. *Miles tuem ego riualem recipiendum censeo.*

Riuus [illegible] fluuius, & a fonte vel flumine [illegible] ducta, [illegible] nomen [illegible] Alijs videtur riuus, [illegible]

Rixa, huic vocabulo etymi occasionē dedit verbum ringo, *vt volunt Grammatici*, idque rostrum distorquere significat, vt faciunt canes latraturi. Vnde Metaphoricè accipi solet pro stomachando vel irascendo. Differt enim rixa ab altercatione, quòd hæc in solis consistat verbis, illa verò sit ipsa pugna & cōcertatio. Iuuenalis: *Si rixa est, vbi tu pulsas, ego vapulo tantum.* Plerunque tamen confunduntur ab auctoribus.

Robigalia festa, à Robigo Deo, qui rubiginem à segetibus auertere credebatur, sunt appellata. Ex duodecim Dijs, qui maxime agricolarum sunt Duces, colebatur hic Robigus, *teste Varrone*, nō vt prodesset, quemadmodum Ceres, Liber, Iupiter, bonus euentus, sed ne rubigine obesset, quam Plinius maximam segetum pestem, ac cœleste frugum vinearúmq; malum nominat. Hinc illud Columellæ:

Hinc mala rubigo virides ne torreat herbas,
Sanguine lactantis catuli placatur & extis.

Vnde autem oriatur hæc perimens & exedens culmos putredo, quam in vitibus carbunculum vocant, docet Plinius *lib. natural. hist.* [illegible]*8.* Suntque hæc festa à Numa Pompilio instituta regni sui anno XI. & ad 7. Cal. Maij agitata, sole Tauri partem fere decimam obtinente, prout tempus illud determinauit Varro. Meminit horum etiam Ouidius *fastor. 4.* sacrumque [illegible] catuli oblatis Deo [illegible] & vino, ad placandum [illegible].

Robigus, a rubigine dictus vt ex præcedentibus quoque cōstare potest. Sed *Fines Robigus*, quasi Rubigum à [illegible] arcere [illegible] nomen. Meminit eius apud Varro [illegible] *5. de lingua latina.* Meminit & Plinius *lib. 18. cap.* [illegible]. Augustinus *4. de ciuitat. Dei, cap. 2*[illegible]

[illegible] Rachel [illegible] Salomonis [illegible]

diuulsis, exceptis duabus, quæ ipsum pro rege agnoscebant. Hoc scilicet est contemnere senum consilia,& acquiescere temerariis adolescentum votis.

Rogatio, vox plebiscitorum & legum generalis, imò legum fons & origo, à rogando est dicta, quòd, cùm leges promulgarentur, id est, ederētur in vulgus, populum ita rogaret, hoc est, interrogaret magistratus, *velitis iubeatisne Quirites hoc fieri?* Ex instituto autem priscorum promulgabantur trinis nundinis, vt inspiceret qui vellet, vt intercedē nō solùm posset, antequam ferretur, verùm etiam statui, antiquanda suffragiis, an accipienda lex esset, adeóque legislator moneri posset de corrigenda non ferenda prorsus lege. Spatium promulgationis erat trinundinum, hoc est, trinarum nundinarum, sicut *Priscianus interpretatur.* Hinc Cicero in oratione ad Pontifices: *Si quod in ceteris legibus trinundinum esse oportet, in adoptione satis est trium esse horarum, nihil reprehendo.* Tanto equidem temporis spatio cognosci oportebat à rustica plebe confluente in vrbem ex agris. Elapsis denique tribus his nundinis (*nam ipsis nundinarum die ferre legem haud licitum erat, teste Macrobio,*) conueniebat magistratus, ipsumque populum eum in locum, vbi legem laturus erat, conuocabat, siue campus is Martius, siue esset forum. Ibi cum præco subiiciente scriba legem recitasset, primum is, qui promulgarat, suadebat populo, vt rogationem acciperet, suadebant inde & alij nonnūquam magistratus pro sua quisque sententia, ex rostris in foro, ex suggestu in campo Martio, aut contra dissuadebant. Postquam suasissent aut dissuasissent, sitella vel vrna deferebatur. Coniiciebantur in eam tribuum nomina, si ferretur lex Comitiis Tributis; aut Centuriarum, si Centuriatis. Tum æquatis sortibus agitatione situlæ, fiebat sortitio, in qua, vt quælibet tribus, vel centuria prima, aut secunda, aut tertia vice prodiisset, ita ordinem ac locum obtinebat in suffragio ferendo. Dum hæc agebantur, licebat, si qui vellet Tribunus, intercedere legi, eaque intercessio fiebat verbo *Veto*: At [illegible] iam seu tribuum, siue Centuriarum sortitione, dicebat laturus legem, *discedite Quirites, si vobis videtur*, nempe in suam quisquis tribum aut centuriam, vbi suffragium ferat: facta discessione, quicunque laborabāt de lege, tabulas, ne qui[illegible] committeretur fallaciæ, distribuebant, aut iis, qui distribuebant, præerant idque *diribere* erat proprio vocabulo. Tabulæ, quæ diribebantur, hoc est, *distribuebantur*, erant duæ: illarum vna signata erat literis V.R. *vti rogas.* Altera erat notata litera A. quæ exprimebat verbum *Antiquo*, id est. *antiqua probo, nec quicquam nouari volo.* Appositi erant & pōtes, pro centuriarum vel tribuum numero, vt singulæ per suum pontem suffragium ferrent. Atque his pontibus impositæ erant duæ cistæ oblongæ, quibus etiam seruandis præerāt homines certi. Cùm iam transituri erant per pontes, transibat primo loco ea vel tribus vel centuria, quæ prima omnium antea de sitella exiuerat, eaque dicebatur *prærogatiua*, quod prima rogaretur à magistratu. In ferendo suffragio mos erat ipsis tabellas tradi in prima pontium parte, quas reddebant in fine. Cum iam omnes eiusdē tribus aut centuriæ ciues transiissent, ex numero punctis notato, cognoscebatur quoque omnium voluntas, quæ a præcone renuntiabatur siue antiquarent, siue reciperent legem, idque erat dirimere suffragia Romanis. Quòd si recepissent, iureiurando confirmabantur a ciuibus. Post iusiurandum incidebatur tabulis æneis, interdum quoque columnis, nec tum amplius rescindere aut infirmare licebat legem. Sed tabulæ in ærarium delatæ, ibi imposterum asseruabantur. Ex his omnibus apparet. Atteiū Capitonem recte equidem definisse legem, generale iussum populi aut plebis, rogante magistratu. Et quanquam

rogatio

rogationes tribunitiæ, propriè plebiscita sunt, nō leges, quas ferri oportebat centuriatis Comitiis, referēte Patricio magistratu, tamen Cicero *rogationes* omnes appellat leges, credo quod plebiscita æquiualerent legibus iisque patritij nō secus tenerentur, ac plebs, lata præsertim Hortensia lege.

Rogus, lignorum strues vel cōgeries, quippe ad cremanda cadauera congesta, sed nondum ardens (tum enim dicitur *pyra*) nomen accepit à rogando, quòd rogati solerent in eo manes. Vbi iam combustum esset corpus, appellabatur bustum, quasi bene vstum. De rogo lex est 12. Tab. *Rogum ascia ne polito.* Sumtū & fastum restringit publicæ cōsulens vtilitati, cum nec fascia quidem, qua fabri vtuntur ad aspera ligna poliēda ac læuiganda, poliri velit rogum, vt ita potius fiat ex rudibus & impolitis lignis. Quo ipso quidem Solonem Decemuiri sunt imitati, qui statuerat iam dudum ante, ne quis operosius aut sumtuosius faceret sepulcrum. Prohibuit & Plato hunc luxum, quem tamen Artemisia, Cariæ regina, maximè ætate veterum declarauit in erigēdo Mausolęo, & irrepsit velut antiquatis legibus paulatim magis ac magis. Creuerunt opes, creuit simul magnificentia, & non solū magni, sed etiam inutiles sumtus impēduntur funeribus. Ex veteri Romanorū more, post publicatas 12. Tab. leges, est, quod soliti fuerint inferre in rogos vestes triumphales, enses, baltheos & arma, in mulierum rogos armillas, zonas, mūdum muliebrem omnem, vittas virginalis comę, cincinnos etiam, torques, bullas, prætextas, in liberorum rogos, [illegible]ura, odores & vnguēta diuersa, no[illegible]quam etiam equos dilectos, canes [illegible]s. Apud Græcos & Aethiopes p[illegible]ue mos fuit, vt comas di[illegible]ferent ad r[illegible]n, corporique & igni [illegible]. Apud Indos defuncto vi[illegible] cum [illegible]quæ carissima [illegible]x [illegible] fuerat, igni absumebatur, quemadmodum apud Thraces eadem ma[illegible]ri solebat. Sed & apud Gallos olim vna cum patronis & dominis cremabantur clientes. Gerrhi Scythica gens, cum rex eorum fato esset abreptus, simul in tumulo, quod delibutum odoribus eius corpus habebat, præfocabant primariā concubinam, pincernam, agasonem, ministrum, equos numero 50. inde eodem tumulo condebant. Lysimachi & Hieronis canes leguntur [illegible] Dominorum rogis se coniecisse in flammas & simul arsisse, *quemadmodum quoque refert Alexander ab Alexandro.*

Roma Athenæo οὐρανόπολις καὶ ἐπιτομὴ τῆς οἰκουμένης Ciceroni, *lux orbis terrarum*, Modestino *cōmunis patria*, Ausonio *orbis, Deum sedes* Lucano, plerisq; nomē accersere videtur à Romulo conditore. Vnde Maro Æneid. 1.

Romulus excipiet gentē, & Mauortia condet
Mœnia, Romanos proprio de nomine dicet.

Etymon illud amplectitur quoque Eutropius *princip. historiæ*. Sicut Cedrenus *in historiæ compēdio*. Nominat eum & vrbis conditorem, Ouidius fastor. 1.

T[illegible] d[illegible]ge[illegible]eret, c[illegible]m conditor vrbis, [illegible] anno
Constituit mens[illegible] quinque bis [illegible].

C[illegible]lias scriptor rerum gestarum ab Agathocle prodidit, Rom[illegible] [illegible] mulierem cum cæteris Troianis in Italiam delatam, nupsisse Latino Aboriginum regi, & ibi peperisse Romulum & Remum, qui [illegible] matris, vrbē postea à se conditā [illegible]runt. Xeno[illegible] historicus scriptum reliquit, suscepisse Vlyssem ex Circe tres filios, Romum, Antium, & Ard[illegible]am, eosq; [illegible] a se conditis ci[illegible]s sua imposuisse nomina. Ali[illegible] R[illegible]us [illegible] Electra Latini [illegible] conditur [illegible] & [illegible] Dionys[illegible] mulieris Romæ [illegible] ante Æne[illegible] Italiam a[illegible] & [illegible] proinde nom[illegible] tra[illegible] [illegible]ram. Quo[illegible] de nomine celeber[illegible] Plutarchus addit in Romulo co[illegible] nonnullas [illegible]

las alias. Quippe traditum ab aliquibus ſcribit, Pelaſgos, cùm pleraſque orbis terrarum partes peruagati, plurimos mortales ſubegiſſent, tandem hîc conſediſſe, & vrbi nomen tribuiſſe, *ἀπὸ τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις ῥώμης*, id eſt, *à vi armorum*. Sed alios ſcriptis conſignaſſe, cùm Troia capta effugiſſent quidam Troiani, & nacti naues iuxta Tyberim eſſent delati, vnam mulierem opinione prudentiæ reliquis præſtantem, nomine Romam, reliquis mulieribus iactationis maritimæ pertæſis, dediſſe nauium cõburendarum conſiliũ. Quod cum eſſet factum, ſtomachatos primùm fuiſſe viros, at cum vrbem propè Pallantium cõdidiſſent, agriq; bonitatem & hoſpitalitatem vicinorum experti eſſent, vrbem quoq; præter alios exhibitos honores nomine ipſius inſigniuiſſe. Quidam Romum Emathionis filium Troia miſſum à Diomede, eius auctorem perhibent. Nonnulli Romam Latinorum Tyrannum, Tyrrhenis qui ex Theſſalia in Lydiã, inde in Italiã veniſſent, expulſis. Maxima tamẽ ſcriptorum pars à Romulo nomẽ vrbis deriuat, etſi de genere, tum porro natiuitate Romuli parũ cõſentanea, & ſibi inuicem conuenientia, chartis illeuerint. Alij enim Æneæ & Dexitheæ Phorbante genitæ filium adhuc infantem, cum fratre Remo in Italiã aduectum volunt, *ſicut Plutarchus refert*. Alij Romam Troianæ iſtius filiã, matrimonio iunctam Telemachi filio Latino, peperiſſe Romulum ſcribunt. Alij matrem eius Æmiliam faciunt Aeneæ atque Lauiniæ filiam, at patrem Martem. Sũt qui de eius natalibus plane fabuloſa narrant, nempe de Tarchetij Albanorum regis filia, nomine Tela, & membro virili è foco exſerto per aliquot dies, cum quo illa coierit tãdem. Valentiam eam olim dictam ſcribit Feſtus à viribus regentis, atque iſtud nomen aduentu Euandri, tum Aeneæ in Italiam cum magna Gręcè loquentium turba conuerſum in Romam. Idem Cephalon dictam affirmat ex Gergithio ab homine quodam Aeneæ comite. Poëtæ per *ἐξοχὴν*, appellarunt vrbem, quod ita caput exſereret inter reliquas vrbes, vt lenta ſolent inter viburna cupreſſi. Quid? quod Ouidius hyperbolicè eã eſſe cecinerit, quanta nec eſt, nec erit, nec viſa prioribus annis. Idem Poëta *Saturniam* quondam dictam tradit *faſtorum 6.* ſicut & Plin. *lib. 3. cap. 6.* etſi forte hoc intelligendũ de alia ſit vrbe, quę ante Romã exſtiterit. Inſuper, quod ab Erythræo, Politiano & aliis eſt annotatum, præter rationẽ omiſerim hoc loco, quippe triplici eam nomine olim decoratã, vulgari quidẽ appellatã fuiſſe Romam, arcano *Amaryllida*, ſacro vel rituali *Anthuſam*, id eſt, *florentem*. Amaryllidis nomen detorſit Virgilius *in Bucolica*. Ceterum Nannius non ab amore illud deducit cũ Erythræo, ſed *ἀπὸ τῆς ἀμερίδος*, hoc eſt, *incili*, ſuſpicatus inditum hoc nomen ab incilibus, quibus Argei campi palus ſiccata fuit. Rurſus Seruius notat ſub Amaryllidis nomine à Virgilio eã deſcriptã. Gothiam vocari rex Gothorũ Ataulphus voluit, *ſicut Oſius prodit*. Hęc ergo vrbs imperij ſedes, & mundi caput, Iouis, Iunonis, & Mineruæ tutelę cõmendata, inq; Italię medio ſita, cuius locũ Deos hominẽſq; nõ ſine cauſſa vrbi condendæ elegiſſe ait Camillus *apud Liuium*, ſeptem in ſe colles (quidam nominant mõtes) complexa, Capitolinũ ſiue Tarpeium, Auentinũ, Palatinũ, Cęliũ, Exquilinũ, Viminalem & Quirinalem, & à mari centum fere ſtadia diſtans, *auctore Appiano* ad tantam ſenſim excreuit poteſtatem ac maieſtatem, vt nulla vnquam fuerit maior. Fundamenta eius à Romulo iacta, *vt ſcribit Solinus*, cum duodeuiginti natus iam eſſet annos, Ioue in piſcibus exiſtente. Saturno, Venere, Marte, Mercurio, in Scorpione, Sole in Tauro, Luna in Libra, vel potius ipſis Palilibus, *vt docet Ouidius*. Sed non tanta eius amplitudo & capacitas fuit, quanta poſterio-

ribus temporibus Romulus enim primum eam quadratam condidit in mõte Palatino, inde Capitolium addens. mox Quirinalem & Cœlium colles, fossa ac muro firmans. Paulò post Titus Tatius rex Sabinorũ, veteris vrbis pomerio adiunxit montem Tarpeium. Sublato Romulo Numa Pompilius Quirinalem collem vrbis circuitu clausit, ipsúmque Pomeriũ protulit. Inde Tullus Hostilius Alba longa diruta, & ciuibus eius in vrbem receptis, Cælium montem Pomerio adiecit, etsi ab Anco Martio id factum scribat Strabo, à Tarquinio Prisco Tacitus. Post Tullum cõcessit Ancus habitandum Auentinum Latinis diruta eorum vrbe. Eum secutus Tarquinius Priscus exstruxit vrbis muros prægrandibus saxis, quos post eũ Seruius Tullius perfecit, adiiciens quoque Pomerio Esquilias, Quirinalem & Viminalem montes. Tandem immenso aggere addito ab Oriẽte tutiorem reddidit vrbem Tarquinius ille superbus, postea cum suis exactus auctore Bruto. Post reges auxerunt quoque eam L. Cornelius Sulla, C. Iul. Cęsar, Augustus & Tiberius, *vt est prolixè annotatum ab Onuph. Panuinio & aliis.* Sed amplior nunquam fuit, quam sub Aureliano in tãtum muros diducẽte, vt 50. millia passuum in ambitu continerent, *teste Vopisco.* Quæ v. Roma à paruis initiis in tantam succreuit molem, & vim, multis sibi subiectis regnis, quot clades pertulit tamen? Quanta in ea strages edita à Sylla, quantopere à tyrannis exagitata, a Nerone, qui incendit, vt incendij Troiani speciem haberet, à Commodo, qui Commodianam dici voluit Coloniam, à Maximino, Caligula, Domitiano, à 30. Tyrannis, quorum meminit Trebellius? Quot millia ab Annibale cæsa? Quot etiam cæcidit Pyrrhus Epirota, qui primus Boues Lucas seu Elephantos inuexit in Italiam? Quot Mithridatis mandato interfecti per totam Asiam! An non etiam à Sabinis sunt fusi Romani, Coriolani virtute propemodum fracti, prope Caudinas furcas sub iugum missi? Quoties vrbs conflictata cũ fame? Olympiade nonagesima nona, regnante in Persia Artaxerxe Mnemone, à Gallis est capta, & flammis vltricibus data. Occupauit & eam Alaricus Gothorum rex, tempore Honorij; Gensericus Vandalus, tempore Martiani; Totila tempore Iustiniani. Sæpe arsit intercutaneis seditionibus. Tandem euersa pestifera morum lue. Atque hæc dicenda nobis fuerunt de vrbe ista, quæ famam extulit ad cœlum vsque. Antiquitates autem aliis relinquo, qui eas prolixè & eruditè tractarunt. Fuit Romanus Aelianus Sophista ereptus ex incendio Bibliothecæ Budensis. Vixit ibidem Aldus Manutius Typogr. obiit Hieronymus Alexander mirabili memoria prȩditus.

Romulia tribus iuxta Sex. Pompeium est dicta, quòd censebatur ex eo agro, quem Romulus ceperat ex Veientibus.

Romulus auguriorum & Vaticinij peritus, lituum manu gerere solitus, hoc est, baculum sine nodo aduncum, *vt Liuius scribit,* quo idem rex vrbem conditurus, regionem descripsit, auctore Plutarcho, eo tempore amissum, quo vrbs est à Gallis capta, dictumque propterea Quirinalem Virgilio, videtur plerisque vna cum Remo suum hoc nomen accepisse à *Ruma,* id est, mamma, quam præbuit infantibus lupa, *sicut Plutarchus in* Romulo *docet, August. 10. de ciuita. Dei*: Vel quod sub arbore ruminali vbera præbuerit, *vt est videre apud Plin. lib. 15. c. 18. apud Tacit. Annal. 4. Victorem de region. vrbis, reg. 8.* Ouid. *fastor. 2.* non ἀπὸ τῆς ῥώμης, quæ vox Latinis est *robur.* Cùm vrbs ab eo esset condita, statim ortum inter ipsum & fratrem certamen, vter vrbi nouæ imponeret nomen. Res eò deuenit, vt rem omnem ad maternum auum referrent. Is auctor ambobus fuit, vt Deos consulerent, & templo suo vterque sedens auguria captaret:

ptaret: cui verò meliores apparuissent aues, is caperet locum, & nomen daret vrbi. Romulus ergo Palatiū occupauit, at Remus Auentinum. Mox Remo vultures sex præpeti volatu se obtulerunt. Lætus ergo nunciari iussit auguriū fratri, eumq; ad se venire. Sed dū res ad eū perfertur, duodecim vultures occurrūt. Quo modo factū, vt ab ipso potius inditum sit vrbi nomen. Huius mœnia, quoniam adeo erant humilia primum, vt trāsilierit Remus, arripuit inde fratrē obtruncandi occasionem, per Celerem quendā, qui interfecto Remo in Hetruriam secessit, etsi nescius non sim, à nōnullis aliam prætexi caussam. Ductus deinde cædis patratæ pœnitentia, imò redactus ad desperationem, sibi ipsi manum illaturus fuisset, nisi prohibitus Laurentiæ nutricis interuentu & aliorum amicorum. Attamen cædis suspicionē effugere nequaquā potuit. Erexit inde asylum *ἱερὸν τὸ τίμιον καὶ τηρῆν τοὺς ὀνκέτας*, ait Suidas, veterem conditorum vrbium morem secutus, inter arcem & capitolium, inter duo querceta, seu lucos, ad quos Veioui, id est, paruo Ioui ædem esse dicatā legimus. Delapsi huc fuga serui, vt & illi, qui patriis iudiciis obnoxij erant, confluebant, velut in tutum libertatis portū. Nullus enim hinc diripi poterat. Ex populis itaq; finitimis miscellanea confluxit turba terū nouarū auida. Sic olim Herculis nepotes aperuisse asylū monet Statius 7. *Thebaid.* Cæterum etiam ab initio creauit Senatores, quos nominauit patres, vel quòd essent patroni aut velut reliquorū patres, vel à virtute & præstantia nobilitatis, vt ea nomini[s] mansuetudine omnis cū arrogātia, tum inuidia procul abesset. Qui deinde Senatui sūt adscripti, cōscriptorū patrū nomen tulerunt. Primus omnium interfecto Acrone, opima spolia dicauit Ioui, qui est *Feretrius* dictus. Post Romulum contigit idem Cornelio Cosso propter Tolumnium Hetruscum à se occisum: postremo Claudio Marcello ob Britomartum Gallorum regem deuictum. Vicit & Fidenates, Crustuminos, & Antemnates. Annum verò in menses decem digessit, itaque totidem menses coacta fuit vidua lugere. Ioui Statori templum consecrauit, in Palatij radice. Legem tulit, vt patricij sacra curarent, magistratus gererent, ius redderent, res vrbanas obirent, Rempublicam secum administrarent. Fertur & illa lex eius: *Sei parentem puer verberit ast Oloe plorassit: puer Diueis parentum sacer esto. Sei nurus, sacra Diueis parentum esto.* Sic enim Festi locum emendauit Iosephus Scaliger. Adscribitur illi & alia, quæ sic habet: *Quisquis demissam ad talos togam in vrbe habeto.* Tandem in Deos relatus, vt ante dictum, cum de Quirino agerem, quo & cupidum eius rei lectorem ablego.

Romphea, ῥεμφαῖα, Latinè *framea*, vel *iaculum longum*, ἀπὸ τοῦ ῥέπειν, quod *inclinare & prolabi* significat, nomen trahit. Etymologicō magnum ita: ῥεμφαῖα, παρά τὸ ῥέπω, ῥοπὴ, ῥοπαῖα, καὶ ῥεμφαῖα.

Ros, quem Lunæ & aeris filium nominauit Alcmā, dictus, vt placet Isidoro, quia sit rarus, non ita spissus & crassus, vt pluuia aut alia humida impressio. Significat tamen antea idem esse, quod Græcum nomen δρόσος. Huius singularis species est *Manna*, mellis ad modum coagulatum, intrinsecus quasdam referens cōcauitates, vt fauus mellis, in Oriente foliis arborum adhærēs. Æi ea natura præditum est: auidius voratum obstruit hepar: sitim tollit: bilem & pituitam ex ventriculo educit. Laterum pulmonisque inflammationem, & tabem sanat. Medetur & iis, qui hectica ob ventriculi & intestinorum exsiccationem laborant.

Rosa, παρὰ τὸ ῥόδον, quod ita vult dictum Plutarchus, ὅτι ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀδμῆς ἀφίησι. Etymologicon ita: ῥόδον, παρὰ τ. ὄζω, ὄδον καὶ κατὰ ἀντίφρασιν, τὸ μὴ ὄζον ἀλλ' εὐοσμον·ὀν. Dicitur hæc sor-

didiſſimum animal ſcarabeum, cui cum fimo plurima res eſt, enecare ſuo odore. Magni fecerunt eam & Magi in cōciliãda hominum beneuolentia, eſtque in eius laudem ſcriptum Opuſculum Virgilij. Nam etſi de auctore dubitarũt pleriqne, tamen tribuunt ipſi Critici quam plurimi, quibus Chariſium non inuitus annumero. Sic de *Betonica* librum ſcripſit Apuleius Madaurenſis, quem à Chyrone & Æſculapio dicitur accepiſſe, Iuba rex de *Euphorbio*, Themiſon de *Plantagine*, Pythagoras de *Scilla*, Chryſippus de *Braſſica*. Laudauit & Zeno capparim. Marchion Græcus *raphanum*, Heſiodus *maluam*, Archigenes *caſtoreum*, Ariſtomachus *vites* & *vina*. Propter caducum &(vt ita dicam) momentaneum eius decorem ac vetuſtatem elangueſcentem tam breui temporis ſpatio, ſignum eandem eſſe voluerunt imbecillitatis humanæ. Quapropter factum fortaſſis, vt etiam ſepulcris adhiberent nonnulli: Niſi tamen ornatus cauſſa adhibitam dicas, tum propter ſuaueolentiam & pulcritudinẽ. Iã nec ſilentio præterierim, multum olim in conuiuiis roſearum coronarũ fuiſſe vſum, eo quod roſa, *Athenæo teſte*, aliquantulum refrigerandi capitiſque dolores mitigandi obtineat vires. Quãquam & ſilentij ſymbolum eadem extiterit. Quo quidem argumento fingunt Poëtæ voluiſſe Cupidinem Veneris filium conſecratam eſſe roſam Harpocrati ſilentij Deo. Quid, quòd apud Iudæos quoque roſarum conuiuiis floruerit vſus, ſicut ex illis voluptuariorũ hominum verbis *Sapient. 2.* colligi poteſt: *Coronemus nos roſis, antequam marceſcant.* Ad coronas ex iis contextas alludit & Auguſtinus, *Sermone de ſuperbia*, vbi cùm loquitur de ſancta & venerabili humilitate, inter alia ſubiicit hæc verba: *Tu eum coronaſti ſpinis, vt nos coronaret ſuis æternis roſis.* Odoratiorem eam naſci locis ſiccis quam humidis, ſcribit Plinius. Quæ ardentiſſimi coloris eſt, non excedens duodena folia, dicitur *Mileſia*: Proxima minus rubens, *Trachinia*: vilior albicantibus foliis, *Alabandica*: viliſſima plurimis & minutiſſimis *Sicyonia*. Ex roſa porro fit roſaceum oleum, quod à Troianis vſque temporibus in vſu fluiſſe teſtatur Homerus his verbis: ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ.

Roſtra in foro Romano, ex quibus leges ferri, cauſſæ agi, & conciones haberi ſolebant, ſunt ſuum nomen ſortita ab nauium Antiatium roſtris, ex quibus illa ſunt condita L. Furio Camillo & C. Mœnio Coſs. *teſte Liuio li. ab* V.C. *octauo.* Erant autem duplicia: *Noua*, ad palatij radices: Et vetera iuxta curiam in Comitio. In his autem imprimis memoratu dignum, quòd occiſi Ciceronis caput Antonius ad ſe allatum pro roſtris inter duas manus collocari curauerit, vnde vox diuina toties cũ omniũ admiratione intonuerat, *teſte Plutarcho in eius vita, & Dione lib. 47.* Iuxta illa curiam olim Hoſtiliam extitiſſe crediderim. Ibidem, feretro Auguſti poſito, Druſum recitaſſe orationem de ſcripto, apud Dionem legas, *libro 56.* Facit & mentionem Iuliorum roſtrorum, pro quibus eodem tempore perorauit Tiberius. Roſtra nauium à Priſco inuenta ſcribit Plinius *libro ſeptimo, capite 56.* Ab his verò dictæ ſunt *naues roſtrata, vt ærata:* ſiquidem illa facta eſſent ex ære. Vt plurimum conſtratis tectis, & maioribus nauigiis leguntur impoſita, imò minoribus etiam, *vt ex Hirtio probatur de bello Alexandrino.* Roſtratam etiam coronam illis offerri ſolitam, qui hoſtium in naues, in conflictu pugnę naualis, inſiliiſſent primi, omnium primus accepit bello piratico M. Varro donante Cn. Pompeio, inde Agrippa bello Siculo, donatione Auguſti.

Rota, Iſidoro dicta, quòd ruat, & à rota rotundum. Figulinam rotam inueniſſe fertur Anacharſis cognomine Scytha. Sunt & æquariæ rotæ, *Organa* Vitruuio,

Vitruuio, quibus hauritur aqua. Quapropter Isidorus inter eas quoque Machinas, quibus aqua extrahitur è flumine, enumerat, ca. 15. libro 20. Hinc aquilegas nominat rotas Tertullianus. Meminit & *l. 1. ff. Comm. præd. l. 20. §. vlt. ff. de contrah. emt.* Fuit & Rota apud Græcos supplicij genus, seu instrumentum, in quo homines noxij torquebantur corpore distento. Crebra eius mentio est in Maccabæis apud Iosephum. Meminit Aristop. his verbis: ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γὰρ δᾶσ' ἐκεῖ στρεβλούμενον εἰπεῖν ἃ πεπανούργηκας, vt & Turnebus annotat, Plutarchus in Nic. εἰς τὸν τροχὸν δὲ καταδεθεὶς ἐστρεβλοῦτο πολὺν χρόνον, ἕως ἐπῆλθον τὸ πᾶν κακὸν, ὡς εἶχεν, ἀπαγγέλλοντες. Idem, ἐν τῷ περὶ ἀδολεσχ. ἐκομίσθη τροχὸς, κατετάθη ὁ ἄνθρωπος. ἐν τούτῳ παρῆσαν οἱ τὴν συμφορὰν ἀπαγγέλλοντες, ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου διαπεφευγότες. ἐσκεδάσθησαν οὖν πάντες ἐπὶ τὰ οἰκεῖα πένθη, καταλιπόντες ἐν τῷ τροχῷ τὸν ἄθλιον ἐνδεδεμένον. Tali autem cruciatu affici, erat Græcis τροχίζεσθαι. *Aristot. Ethic. ad Nicomach. lib. 7.* οἱ δὲ τὸν τροχιζόμενον, καὶ τὸν δυστυχίαις μεγάλαις περιπίπτοντα εὐδαίμονα φάσκοντες εἶναι, ἐὰν ᾖ ἀγαθὸς, ἢ ἑκόντες ἢ ἄκοντες οὐδὲν λέγουσι. Radiata rota, quæ radios habet. Rotatum sermonem videtur accepisse Iuuenalis pro oratione conuersione conclusa, quod genus dicendi συνεστραμμένον appellat Aristoteles.

Roterodamum, vrbs Batauiæ, originis suæ materiam à Rotæ seu Roteræ flucti in Mosam sese exonerantis emissario, quod lingua illis vernacula est *Dam* iuxta Iunium. Oriundus hinc Erasmus Belgij totius lumen, ob restitutum bonis literis nitorem, rubigine prius obductum à sciolis & imperitis, qui mortui manes etiamnum conuiciis impudenter proscindunt.

Ruben filius Patriarchæ Iacobi, qui cum Bilha Patris concubina incestum commisit *Genes. 35.* & filium visionis significans deriuatur à ראה *vidit*, & בן *filio.* Cùm enim peperisset eum Lia, vocauit eius nomen *Ruben*, dicens; *Quia vidit Deus humilitatem meam.*

Rubeta ranæ genus prægrande, à rubis, in quibus viuit, nomen adepta. Id scilicet indicat Plinius *32. Natur. Histor. cap. 4.* his verbis: *Sunt quæ in vepribus tantùm viuunt, ob id rubetarum nomine, vt diximus, quas Græci Phrynos vocant, grauidissima cunctarum, &c.*

Rubia tinctorum. Græcis ἐρυθρόδανος, nobis *meer crappe*. nomen Isidoro obtinuit, quòd rubea sit eius radix, & lanam colorare dicatur. Valet ad febres, maximè ad eos, qui ceciderunt ex alto partibus interioribus oblæsis.

Rubrica. Græcis μίλτος, terræ species est à rubedine dicta. Plurimis illa nascitur in locis, sed optima paucis, vt Ponto, Sinope, Ægypto & Insulis Balearibus, *autore Vitruuio.* Omnium optimam tamen scribit Strabo *lib. 12.* esse Sinopicam, quæ cum Iberica decertat, eóque appellatur nomine, quòd in quibusdam Cappadociæ speluncis effossa purgataque deferatur Sinopem vrbem Ponti, ac ibidem vendatur. Est quæ etiam dicitur τεκτονικὴ, Fabrilis Latinis, quòd multum ea vtantur fabri. Vnde Persius: *Non secus ac si oculo rubricam dirigat vno.* Solebat olim etiam ad picturam accõmodari. Quapropter prælia rubrica picta aut carbone dicit Horatius *Serm. 2.* In iure ciuili accipitur pro titulo, quæ res eam habet originem, quòd olim capita & tituli librorum rubrica, id est, rubra terra, vel minio soliti fuerint notari. Sunt imitati idipsum veteres iuris scriptores, vt quidem notatis sinopide aut cinnabari capitibus & sanguineum quid minitantibus, accresceret sua legibus maiestas. *Ouidius de Tristibus: Nec titulus minio nec cedro charta notetur.* Iuuenalis Satyr. 5. *Excepto si quid Masuri rubrica notauit.*

Rubrum mare, quod Græci nominant *Erythræum*, Hebræi *Suph*, Arabiam à meridie alluens: ad occidentem Arabico,

Rus deſcendere volunt nonnulli à Græca voce ἀγῦρα inſiſtẽtes Seruij veſtigiis. At Cato ſic dictum putat, quòd rurſum præſtanda ſint eadem ſingulis annis, vt rurſus percipias fructus. Ab hoc verò nomine ruſtici appellati, qui ſine aliqua nobilitatis prærogatiua agri culturam exercent, ſiue ſui, ſiue alieni ſint iuris, & ruri habitant. Sed & inde nomen ruſticis tribubus & ruſticis mancipiis.

Ruſor, vnum ex Ditis epithetis. Sic enim dictus, quod omnia rurſus eodem reuoluantur.

Ruth, à ſua ſedulitate nomen inuenit, vt videntem & ſedulam ſignificet, deducto nomine à ראה.*vidit*.

Rutilia lex, de militum Tribunis à C. Rutilio Rufo eſt lata.cuius antea in Rufulis *ex Feſto* meminimus.

Rutrum inſtrumentum ruſticum, cuius & Lucilius acerrimus morum caſtigator, quippe ſatyrographus, mentionem fecit, *rutellum* vocans diminutiuè.à ruẽdo nomen inuenit, vt ab arando *aratrũ*. Nonius à radẽdo deflectit. Memnit eius & Plinius, & Cato *de re ruſtica*, dum venatoris inſtrumenta recenſet, & deniq́, Pompeius Feſtus ſuo loco.

S.

SAba. שבא, non ſolùm Felicem Arabiam ſignificans, ſed etiam metropolim, quæ Ptolemæo eſt, σαβη.forſan μαριάβα Straboni, Arriano σαββάθα, deriuari videtur, à nomine Sebę filij *Cuſch*. Etſi & alia eiuſdem nominis vrbs ſit in Arabia deſerta, Ptolemæo, σαυὴ. Malũt nonnulli in denotatione huius cum regionis, tum vrbis Arabiæ Felicis ſcribere סבא cum *ſamech*, quòd *Scheba* ſiue *Schaba* cum *Schin* Aethiopiam ſignificet, in qua regia ciuitas eſt Saba, *ex Ioſephi auctoritate*, qui propterea inde reginam profectam etiam exiſtimat ad Salomonem. Beroaldus in Chronico ſuo vtrumque nomen ita diſtinguit, vt per Saba *Pſalmo 72.* Sabæos Arabici ſinus accolas, per Schaba *Eſaia. 60. Ieb. 1.* Sabæos alteri ſinui, Perſico nimirum, vicinos intelligat, quos idcirco *Scabæos* appellandos putat. Quam quidem opinionem ſuam, vel potius diſtinctionem confirmat teſtimoniis ſcripturæ. Reginam quippe illam non ex Aethiopia, ſed potius ex Arabia Felice auro ac aromatibus refertа *1.Reg.10.* veniſſe, & proinde *Auſtri reginam* appellatam à Chriſto. Atqui in Auſtrum vergere Arabiam Felicem Iudaicæ regionis reſpectu & eſſe diſiunctam ab ea longiſſimo locorum interſtitio. Vnde quoque à terræ finibus veniſſe legitur, hoc eſt, ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς Propriè ergo huius regionis incolæ ſunt dicti Sabæi ad differentiam Aethiopum & Indorum, quibus à ſcriptoribus nonnullis nomen impropriè tributum conſtat. Agatharcides appellauit ἔθνος μέγιστον τῶν κατὰ τὴν ἀραβίαν, καὶ παντοίας κύριον εὐδαιμονίας. Dionyſius Alexandrinus ἀφνειὰς. id eſt, *affluentes diuitiis*, quæ conſiſtebant non ſolùm in auro, ebore, gemmis, verùm etiam in myrrha, cinnamomo & thure, quod idcirco *Sabæum* audit, ſicut thurifera regio. Huic alius frutex perſimilis ibidem creſcit, ſed venenatus & ſæpe legentes fallens, vt apud noſtrates cicuta nondum adulta ipſumque Petroſelinum mentita. Inde Lucanus lib.9.

Non tam veloci corrumpunt pocula letho,
Stipite quæ diro virgas mentita Sabæa,
Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi.

Incolarum ſtudia ſunt, mollities, ſuperbia, & voluptates. Idcirco dictos eos haud pauci volunt à סבא, quod *inebriari & ſe voluptatibus ingurgitare* ſignificat; vel à שבע, quod quidem *ſatietatem felicitatemque* deſignat, aut שבה, id eſt, *quiete*, quæ omnia eorum mores, atque naturam ob oculos ponunt. At Gręci ἀπὸ τοῦ σέβειν deducunt *Sabã*, quòd thus mittat, quo vtebantur olim in ſacrificiis. Vnde forſan nomen Arabum Deo *Sabin*, qui Iouem quoque Aſſabinum dixerunt, teſte Plinio & εὐσεβέστατοι exiſtimati Sabæi. Etſi alij τὸ σίβειν tractum malint

à *Sal.z.*

à *Saba*. Plerique tamen ex illis sunt Nomadæ. Continentissimi omnium Nabathæi. Viuunt carnibus & lacte. Vtuntur autem camelis. Negotiantur in Æthiopia, eoque nauigant nauibus corio contectis. Vrbes inhabitant non cinctas mœnibus. Has inter Mecha Mahumeti sepulcro celebris.

Sabasius σαβάσιος, quasi σαβάζιος, dictus est Bacchus à tripudiis & furiosis saltationibus, qui à bacchantibus fieri consueuerunt in eius Dei sacris. Nam barbari σαβάζειν vtuntur pro εὐάζειν & κορυβαντιᾷν. Quin Phryges σαβασμὸν acceperũt ἀντὶ τοῦ εὐασμοῦ. Thraces verò βασσοὺς dixerunt eos, qui operabantur Bacchi sacris. Cecinit huic Deo Orpheus hymnum adiectis in suffimẽtum aromatibus. Sic enim ait: κλῦθι πάτερ κρόνου υἱὲ σαβάζιε, κύδιμε δαῖμον. Cũ Valerius libro primo scribit Ioui Sabazio sacra aliquãdo Romæ cœpta nouo ritu & moribus Romanis aduerso, prohibẽte ea C. Cornelio Hispalo prętore peregrino, sunt qui illic etiam *Dionysium* intelligunt. Cicero, Macrobius & Apuleius eundem appellant *Sabadium* per d. Antiqui enim eas literas interdum commutabant, vt pro Mezentio dicerent Medentium.

Sabbatum à Deo institutum *Genes.2* ea occasione, quòd sex superioribus diebus creasset mundũ cum omnibus creaturis, septimo verò die quieuisset ab omni creationis opere, appellationem trahit à verbo שבת *quieuit*. Hinc illa dies ἀνάπαυσις dicitur Græcis, Theodoreto & Gregorio Nazianzeno κατάπαυσις, & σαββατίζειν est à *laboribus feriari*, σαββατισμὸς *quies*. Fallitur hic Sipontinus, nominis etymo deducens à שבע *septem*. Fallitur grauissim⁹ scriptor Plutarchus, cum à σαβάζειν id est, *tripudiando & genio indulgendo* deflectit. Quid enim cõmune sabbatho cũ Bacchi Sabbis. Verba auctoris *Sympos.4.* sunt hæc: οἶμαι δὲ καὶ τὴν τῶν σαββάτων ἑορτὴν μὴ παντάπασιν ἀπροσδιόνυσον εἶναι. σάβους γὰρ καὶ νῦν πολλοὶ τοὺς βάκχους καλοῦσι. Et paulo post: αὐτοὶ δὲ τῷ λόγῳ μαρτυροῦσιν, ὅτε σάββατον τιμῶσι μάλιστα μὲν πίνειν καὶ οἰνοῦσθαι παρακαλοῦντες ἀλλήλους. Priori itaque etymo acquiescimus lubenter, trahentes nobiscum ingentem eruditorum cateruam. Sed iterum hìc explodẽdi Ethnici nonnulli, qui quanquam in origine nominis quadantenus nobiscũ faciant, in re tamen ipsa & caussa quietis, quæ sabbato impertinerit nomen, minimè conueniunt. Appion enim inde sic appellatum prodit, quòd Iudæi fessi labore eo die splenis dolore fuerint correpti, & proinde quietem capere coacti, nomine quidẽ à sabbo, id est, quiete deducto. Trogus scribit Mosen Iudęorum ducem, post occupatum Sinai montem, in quem penetrauerat per Arabiæ deserta, cùm maxima siti & fame laboraret, recreatum fuisse septimo die frumento simul & aqua, atque inde sabbatum dictum, id est, diem quietis, inque omnem æternitatem consecratum. Iudæi porro diem antecedentem sabbatum προσάββατον dixerunt, eundemque παρασκευὴν nominat Marcus *cap.14.* Latiori vocabuli emphasi etiam quoduis Festum nominabãt sabbatum, *teste Theophylacto Ioannis 20.* At σάββατον σαββάτων magnum erat sabbatum, vt Paschatis dies, quod sabbata tricesima dixit Horatius à numero anni incipientis. Atque huiuscemodi diebus nihil operis exercere licebat prout in Decalogo disertis verbis expressum legimus. Etsi postea superstitio accesserit, cum nec tueri se aduersus hostes, nec etiam misericordiæ operibus vacare sanando ægros, vllo modo permissum existimarẽt. Christi quoq; discipulos carpebãt & traducebant vt sabbati violatores, quòd euellissent spicas ad profligãdã famẽ, sicut & paralyticũ humeris suis leuãtem lectũ ex Christi præcepto. Sed nec vltra millia passuum duo prodibant extra vrbẽ ex institutione Barachibæ Simeonis & Hellis Rabinorum, *vt docet Hieronymus ad.*

mus ad Algasiam. Atq; hoc erat iter sabbati, sicut interpretãtur idẽ Hieronym⁹ & Erasmus. Ab hac autẽ obseruatione sabbati appellat Martialis Iudæos *Sabbatarios* per contemtum. Diuiditur autem in χρονικὸν, id est, *temporaneũ*, quod & τυπικὸν dicunt, eo quod referatur ad aliud, & in πνευματικὸν spirituale, quod est ἀντίτυπον τῷ τυπικῷ idque partim in hac vita seruatur quiescẽdo à corruptæ carnis operibus, partim seruabitur soluto naturæ debito in omnẽ æternitatem. Quam parum verũ externum illud sabbatum in externis ceremoniis tantùm subsistens tandem Deo placuerit absque spiritualium rerum meditatione veraque pietate, vel inde quilibet animaduertat, quod expresse reiecerit his verbis: *Neomenias seu nouilunia vestra & sabbata odit anima mea. Et diem magnum ieiunij & otium non sustinebo. Neq; te enim cum veneritis, vt appareatis mihi, exaudiam vos. Plenæ sunt manus vestræ sanguine.* Maximè quippe institutum est sabbatum à Deo, vt intelligeret populus cœli & terræ creatorem esse Deũ verum, at falsos esse gentiliũ Deos, se quidem electum & vocatum à Deo, vtq; in caritatis se exerceret operibus, ex sabbato verò legali siue vmbratili & pædagogico spiritualem quietem præfigurari. Itaque nec Maccabæi veriti eo die cum hostibus allophylis conserere manum, nec Iosue circumire cum arca Hierichuntem, vt septima circuitione facta ruerent muri, id quod euentus docuit suum habuisse effectum. Cum autem septem continuos id egerint dies, vt hi sibi sabbati diem includant est necesse, quod ait Tertulianus *libro aduersus Iudæos.* Imò humana opera, id est, tua, & sex ante diebus acta non diuina esse prohibita concludit ex eadem historia *aduersus Marcionem 2.* In locum sabbati est substitutus nobis dominicus dies, cùm in memoriam resurrectionis dominicæ, tum ne Christiani viderentur iudaizare, si vna cum Iudæis sabbatum prisco more seruassent.

Sabæi. Vide Saba.

Sabelliani, qui & Noëtiani sunt dicti, inde Monarchici, quòd Deum tãquam Monarcham mundi inducerent vnum, non autem tres personas. Parentes itaque Photinianorum à Sabellio sunt dicti, qui oriundus ex Lybia Africæ regionis, Lybicus propterea cognominatur. Cœpit eius hæresis innotescere sub Sixto Pontifice, cùm Decij persecutio adhuc duraret, circa annum à Christo passo 224. Tollebant illi tres in deitate personas, atque adeo Filium, Sanctumque Spiritum cum patre vnam atque eandem esse volebant hypostasin, quæ variis nominibus appellata, prout exigebat necessitas, sicut idem solis corpus lux, splendor & calor appellari solet pro diuersis effectis.

Sabini Italiæ populi quasi Seuim ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι videntur appellati nonnullis. Silius Italicus à gentis conditore Sabo Sabatij filio, cuius Cato & Sempronius meminerunt, deriuat. Verba Silij sunt:

Ibant & læti pars sanctum voce canebant
Auctorem gentis, Pars laudes ore ferebant
Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Atque eam de nominis origine sententiam potiorem iudicauerim priore. Plinium vide *lib 3. cap. 12. & lib. 36. cap. 15. Valer. lib. 6. cap. 2. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 26. Cælium lib. 7. cap. 9.* De his & priscis Latinis triumphauit Tarquinius Priscus. Quomodo autem & quibus artibus subegerit eos, copiosè legitur apud Dionysium, Liuium, & Frontinum *lib. 2. cap. 8.* Tota eorum regio iuxta Strabonem angusta, montosa olearum, vitium ac glandis ferax, oportuna pecoribus producendis. Addit incolas longe antiquissimos esse populorum omnium Italiæ. Ab his esse oriundos Picentinos, Samnites, Brutios, Lucanos. Ad finem libri quinti, eosdem filios infra anni spa[illegible] Martio [illegible] Sa-

binorum filias raptas ludis Romanis, ortumque inde bellum prolixè describ- ptum leges apud Liuium.

Saccharum. Vide sal.

Sacculary fures, qui pecunias congerunt in saccos, dicuntur Græcis σακκίζαι. Atque hinc, ni fallor, ex equestri ordine permulti, qui cõtra Syllam steterant pro partibus Cinnanis, multamque pecuniæ vim abstulerant *Sacculary* sunt dicti. Saccularioruin meminit & Vlpianus.

Saccus σάκκ@ Græcis vel transpositis literis ἀσκὸς, Hebræis שק pluralis שקים Iosuæ 9. Ab Hebraica ergo lingua omnium matrice habent id nomen cũ Latini tum Græci. Etsi Etymologicon magnum deducat παρὰ τὸ ἄχθω το φερτῶ. id est, *onerando vel grauando.* Ab hoc nomine est τὸ σακκίζειν, quod *sacco transfundere vel eliquare vinum* significat. σακκελίζειν dicit Galenus, *castrare vinum* Plinius. & *sacco frangere vites*, id quod fieri solebat, vt liquor aliquis aut vinum excolendo per saccum fieret liquidius & purius. Hinc Theophrastus *de causis Plantarum 6.* ἔχει γὰρ τοιοῦτον χυμὸν, ὃς ὑφίσταται τῷ οἴνῳ σακκιζομένῳ, *habet myrtus talem humorem, qui vino, cum sacco transmittitur, resīdet ac innatat.* Et Scribonius Largus Falernum non saccatum probat. Martialis libro secundo, *Cæcuba saccentur.* Sic quippe legendum censet Turnebus, non *succentur*, vt antea publicatum. Hinc Polluci οἶνος σακκίας, nempe διυλισμένος, Eupolidi σακτὸς, *vinum saccatũ*, cui opponitur οἶνος ἀδιύλιστος, vinum cum suis fecibus, quod etiam dicitur, μὴ σισακκισμένος οἶν@. Agnoscit & Isidorus *saccatum*, id est, sacco expressum aliquid. Fallitur tamẽ, cùm aquæ liquorem esse dicit fæci vini permixtum. Fallitur idem in etymo sacci, cùm a sago deflectit, quod eo consuto efficiatur quasi sagus. At quis non aliquando impingat quantumuis cautus, in tot & tam confusa rerum serie?

Sacerdos qui sactum dat. Compositúmne hoc nomen ex Latina voce & Græca, quemadmodum est apud Isidorum? Nugæ. Quid enim hic Græcia vindicare sibi poterit in Latij meditullio? Multa de Sacerdotibus Fenestella & alij. Ego carptim nonnulla delibabo. Duodecim Tabulę diuidunt sacerdotes in genera duo, quorum alij solemnibus sactis præfecti ad Deos placandos sunt constituti, *vt ait Cicero*, alij ad vatum responsa interpretanda, & cœli fulgura certis regionibus temperanda. Putabãt enim significationes bonas vel malas iuxta cœli situm in auguriis ostẽdi. Ad optimum eorum genus pertinet lex ista: *Quæ cuique Diuo grata sunt hostiæ, sacerdotes prouidẽto.* Omnium vetustissimi creduntur esse *Luperci*, quippe ab Euandro Arcadia translati & instituti in monte Palatino, vt sacra facerent pani Lycæo. Eadem tempestate procurare cœperunt Herculis sacra *Pinary* & *Potity*. Erant & *Flamines* sacerdotes, de quibus suo loco: Item *Saly* Marti dicati, *Fœciales*, *pater patratus*, *Pontifex Maximus*, *Rex sacrorum*, *fratres Aruales numero duodecim, & Virgines Vestales.* His adde *Gallos*, *Sodales Titios*, *Augures*, *Septemuiros Epulonum*, *Quindecimuiros*, *& Bonæ Deæ operantes sacris cum sacerdote Græca Cereris*, cuius sæpe mentionem fecit Liuius. Horum ministri erãt *Camilli* & *Camillæ* ex Romuli instituto, *Flaminy* & *Flaminiæ*, *Æditimus*, *Papæ*, *Victimary*, *Praciæ a Flaminibus præmissi*, *Preficæ*, *Tibicines & Tibicines.* In eodẽ collegio sacerdotes duo esse non poterant, ex eadem gente, neq; admittebantur ad sacerdotium, antequam sumsissent togam virilem. Ius eos creandi est à populo ad collegia trãslatum lege Cornelia, quæ tamen postea est abrogata. Quosdam à suis Collegiis cooptatos fuisse, constat ex *Gallis*, *Saliis*, *Lupercis*, *Fratribus Arualibus & Sodalibus Titiis*, qui omnes à suis collegiis cooptati leguntur. Ceterum Vestales à Pontifice Maximo creatæ, Rex sacrorum

rum Comitiis Centuriatis, Flamines & Curio Comitiis Curiatis, Pontifex solus ante legem Domitiã Tributis, *vti ex Liuio intelligi potest.* Omnes verò immunes erant à militia, & exempti ab vrbanis negotiis, etsi in totum immunis nõ esset à belli muneribus Flamen, imminente potissimum Gallico tumultu, qui summo terrori erat Romanis. Nam nec tunc immunitate sua gaudebãt, quibus leges alioqui propter trium liberorum ius vacationem concesserant. Flamini quoq; vnicã tantũ ducere licebat vxorem. Pontificis vxorem castam & innocentem esse oportebat. ipsum verò nullius sibi conscium cædis, suasque manus ab omni sanguine puras seruare. Certum est pariter, singulas curias sacerdotes habuisse binos. At summi Põtificis dignitas defecit tãdem in Imperatoribus, cùm Gratianus edicto proposito omnium primus *Pontificem Maximum* se appellari vetuit, *vt Zosimus docet.* Petendi sacerdotia nullam olim ætatem fuisse definitam, sicut in Magistratibus petendis, monendum hic etiã duxi. Ex Suetonio colligi id potest, cum Cęsarem scribit septimo & decimo anno factum fuisse flaminem Dialẽ. Scribit & Cicero ad M. Brutum, se velle, vt filius suus Cicero iunior, admodũ adolescens adhuc, cooptaretur in Pontificũ collegium. Sed enim cuiusque sacerdotij candidatos oportebat esse inaugura-tos, præterea nominationem habere. Quin absentibus sacerdotium petere licebat, *[illegible] optimi authores docent.*

Sacra via Augusti foro vicina nomen habere videtur, quod per eam ab arce, id est a Capitolio ad Augures sacra ferebantur, *vt est auctor Varro.* Vel quia fœdus in ea est ictum inter Romulum & Tatium quod placet Pompeio. Meminit eius Ouidius Tristium Elegia 1. his verbis:

Hic sunt fora Cæsaris, inquit,
Hæc est a sacris quæ via nomen habet:
Hic locus est Vestæ, qui Pallada seruat &
ignem
Hic fuit antiqui regia parua Numæ.

Idem de arte:

Rure suburbano poteris tibi dicere missa
Illa, vel in sacra sint licet emta via.

Meminit eiusdem Cicero pro Cn. Planco. Quæri solet, sitne sacra via vox vnica? Sic n. existimauit Charisius ex hoc Ciceronis *lib. 4. Epist. 5. ad Atticum, cum sacra via descenderem.* Probauerim magis diuulsas dictiones, *vt apud Flaccum in Epodis,* qui pariter *Satyra 9. libro 1.* inuerso modo dicit: *Ibam forte via sacra, &c.*

Sacramentum deductum à verbo sacro, quod est *effero, dedico & consecro,* vel à sacra mente, *vt quidem Varroni placet.* Non damno. Etenim per sacramenta offerimus & penitus addicimus nos Deo, mentemque nostram sacramus & alligamus ipsi. Neque inepta quoq; illa nominis est ratio, qua Latini olim, teste Festo, dixerunt sacramẽtum, quidquid iurisiurandi interposita sacratione geritur. Vt quidem à militari sacramento siue iureiurando, quo milites Reip. primùm, inde Cæsari, solemni quodam ritu astringebantur, deflexa videatur vox ista. Nam vt olim milites prescriptis verbis iurare solebant in salutem Reipub. ita in primitiua Ecclesia videntur Catechumeni conceptis verbis in nomen Christi Domini iurasse. Hæc stipulationes: *Credis? Credo. Abrenuntias? Abrenuntio.* Referuntur eo hęc [illegible] verba Tertulliani ad Martyres: *Vocati sumus ad militiam Dei viui iam tunc cum in sacramenti verba respondimus.* Et Hieronymus ad suum Heliodorum: *Recordare [illegible] tui [illegible], quo Christo [illegible] consepultus in sacramenti verba iurasti.* Atque adeo videtur iusiurandum ideo vocatum sacramentum, quod sacris adhibitis ritibus milites se deuouerent & consecrarent. Nec [illegible] videbitur hæc vocis [illegible] [illegible]

ces olim turpissimis sacris accommodatas ex media Græcia transtulerint ad res sanctissimas significandas. Quid, quòd in sacramentis nostris duplex versetur iuramentum, vnum ex parte Dei, quo se nobis obligat in filio, quod propter eum sit futurus propitius nobis, *Ezechielis 8. Hebræorum 6.* Alterum ex parte nostri, cùm nos illum solum pro Deo vero habituros, solum ipsum imploraturos, Satanæ mundoque renuntiaturos pollicemur, misso omni impietati repudio. Reddidit hac voce vt plurimum in sacris literis vetus interpres τὸ μυςήριον, *vt ad Ephesios 5. 1. Corinth. 13. & 1. ad Col. ss. capit. 1.* cum propriè tamen rem secretam & arcanam significet: Vt cum *ad Ephesios 1.* Paulus inquit: γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυςήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ, reddi debet, *patefacto nobis mysterio voluntatis suæ.* Plura de eo vocabulo suo videbis loco.

Sacrarium, templi locus, in quo reponuntur sacra.

Sacrificium, θυσία Gr. à verbo θύω, macto, sacrifico, & θύος, εος, το, victima זבחה *Zibchah*, Hebr. & קרבן *Korbán*, Oblatio quæ Deo fit, δῶρον Θεῷ, *Zibchach*, oritur à verbo זבח *Zabach*, id est, Sacrificauit, iugulauit, mactauit ad sacrificandum victimam immolauit. Cognationem habet cum טבח *Tabach*, mactauit pecudes. זבח, *Zebach*, est Sacrificium ex pecude mactata, immolatio, victima. *Mizbbach*, Ara, altare. Latinis Sacrificium dicitur, à sacro & facio. Quippe sacrificium appellarunt, cùm sacerdotes in veteri lege rem non modò offerrent, sed etiam rem sacram facerent Deo, vt cùm victimam mactarunt sanguinémque fuderunt, frumentum triuerunt, similam oleo conspersam in sartagine frixerunt, aut thus adoleuerunt. * Describuntur autem in Leuitico sex genera sacrificiorum, diuina voce repetita, & ex ore Dei per Mosen excepta & constituta, quorum cria ἱλαςικὰ, propitiatoria erant, non quod mererentur veniam aut condonationem culpæ, & pœnæ æternæ, vel expiarent perpetrata scelera, & placarent iram Dei aduersus peccata generis humani: sed vocabantur propitiatoria, & fine, & vsu; quòd typi erant illius victimæ quæ Deo satisfactura erat pro genere humano: &, quādo fiducia eiusdem offerebantur, placebāt Deo, & impetrabant quæ petebantur. Cæterùm in illo populo ad hoc proderant, vt si ab illis exhiberentur, qui in se crimen aliquod admiserant, testarentur verè, eos pœnitere de cōmisso crimine. Propterea hoc consequebantur illi, ne à societate populi Dei excluderentur. Differebant autem finibus. 1. Holocaustū διαλλακτικὸν erat & fiebat ad placandum Deum: reliqua duo ἀπολυτρωτικὰ, redimebant enim pœnas certorum delictorum. Ολόκαυςον & ὁλοκαύτωμα, q. d. totum combustum, Hebræi *Olah*, & *Calil* à *Celil*, consumptum est. Tota enim victima, quam oportebat ex masculis vitulis, agnis hœdis, turturibus, vel pullis columbinis eligi, & integram esse, cremabatur, & velut in fumum versa efferebatur in sublime, atque euanescebat: quo significabatur oportere hanc corruptam, & fœda peccatorum illuuie contaminatam naturam destrui & renouari. Ad imitationem huius fiebat Ethnicorum τελετὴ, id est, perfecta sacrorum operatio. 2. Sacrificium pro peccato, θυσίαν περὶ ἁμαρτίας, Græci, Sacræ literæ חטאת *Chattath* nominarunt, à verbo חטא *Chata*, quod in secunda coniugatione est חטא *Chitté*, id est oblationem fecit pro peccato, vel expurgauit à peccato. Expiabantur hoc genere sacrificij peccata ἀκουσίως, ex errore, vel ex ignorantia commissa. Victimæ quæ cædebantur, differebāt ratione personarum, delictorum, & ritu mactationis. Sacerdos, si hic [illegible] do deliquisset, aut vniuersa multitudo, offerebat vitulum, cuius sanguine Sacerdos cōspergebat septies tum [illegible]

præte

prætensum sanctuario, tum altare domini, quod ante adytum, seu sanctum sanctorum collocatum erat: reliquum, vt fiebat in holocaustis, totum comburebatur. Nō enim licebat vesci cuiquā, ne quidem Sacerdoti, earum victimaru carnibus, quarum sanguine altare Domini cōspergebatur. Si dux populi peccasset, caprum: Si de plebe quispiam, caprum vel ouem mactandam Sacerdoti deferebat. Earum sanguine Sacerdos cornua altaris, in quo holocausta crema bātur, perfūdebat, reliquū omne proiiciebat ad basim altaris. De cæsa victima pinguedinē, quę renibus adhęret, abdomini & omēto, cū renib' ipsis incendebat: de reliquis stata portio ipsi cedebat. Nō .n. pinguedine vel sanguine licebat vesci illi populo. Delicti etiam qualitas variabat rē offerēdā vt ex quinto capite Leuitici cōstat. 3. Sacrificiū pro delicto, θυσίαν περὶ πλημμελείας καὶ πλημμελήματος Septuaginta verterūt. Est enim πλημμελεῖν, inique quippiam & per iniuriam agere: hoc est, ἐξυβρίζειν. Hebręi אשם *Ascham* nominarunt, quæ vox significat atrox delictum culpam, reatū, a verbo אשם *Ascham* id est, deliquit ignominiose, sceleratè egit vt eum pudeat tædeatque facti, culpabilis fuit, vsus est ea voce Esaias, de Christo loquens, cap. 53. *Ponet animam suā* אשם id est, *pro peccato*. Sequitur Prophetam Apostolus dicens, *Eum qui non no[...] peccatum fa[...] fuisse a Deo peccatum pro nobis. 2. Corinth. 5.* fiebat autem illud Sacrificium ad expiāda delicta ἑκούσια quæ libera voluntate, re deliberata, sine coactione & metu, committebantur, & mactabatur aries, cuius pretiū æstimabatur ex delicti magnitudine. Reliqua tria sacrificiorum genera Εὐχαριστικὰ dici possunt. Eorum vnum ob[...] erat, dio ἀποπληρωτικά, siue τῆς τελειώσεως, quæ nonnulli exposuerunt initiatoria, item consecrationis sacerdotum. 4. Oblationem, seu immolationem, seu libationem, Septuaginta interpretes δῶρον, θυσίαν, Hebræi מנחה *Mincha* nominant. Est autem *Minch*[...], munus & omnis oblatio quæ offertur alicui honoris gratia. Erat genus ἐυχαριστικὸν, quo offerebantur & adolebantur, vel pugillus similæ oleo perspersus tectúsque thure: vel panes azymi, vel lagana infermentata, cocta in clibano & oleo oblita, quę panes κλιβανίται vocabantur: vel τηγανιστὰ, id est, frixa in sartagine; vel ἐσχάρῖτα, id est in craticula tosta, oleóque perfusa: aut aristæ ex primis & virentibus adhuc decerptæ frugibus, leniterque ad ignem vstulatæ, & in farris morem contractæ, comminutæ, oleóque madefactæ, & thure desuper coopertæ. Partem harum rerum capiebat Sacerdos, reliquum vnuerso cum thure incensum adolebat fermenti verò mellisque nō licebat miscere quicquam. Oblatio velut honorarium n[...] unus. De terra natis Deo exhibebat. eo q[...] testabatur à Deo esse vitam, fortunas, res vitæ necessaria, terræ fęcunditatem, salubritatem aëris, pacem; & gratias de tantis beneficiis deberi Deo pertinebāt etiam ad ministerij conseruationem, & sustentationem sacerdotum. 5. Hostiam pacificorum, θυσίαν σωτηρίου Septuaginta, Hebręi זבח שלמים *Zebach schelamim* nominānt, id est, Sacrificiū pacificorum, à שלם *Schalom*, quæ vox pacem significat. Celebrabantur enim ab iis, qui Deo pro acceptis beneficiis grati[...] agebant, aut gratitudinem hac obedientia declarabant. Beneficia enim pacis nomine Hebræi efferunt. Et fiebat hostia pacificorum cæsis vel bobus [...], aut foeminis, sine discrimine, vel ouibus, vel capris, quas integras & inculpatas esse oportebat. Succedebatur autem sola pinguedo, abdomini, omento, renibus, & cæteris detracta, cum ipsis renibus reliquum auferebant ij quorum erat victima, idque, si debitæ gratiæ testificandæ causa sacrificium instituissent, vt ratum fieret & pro[...], eodem die vninersum absumere oportebat: si ex voto vel sponte mactassent, ante tertium: tertio,

ſi quid reliquiſſent, id irritam reddebat mactationem, & ipſos præuaricationis reos peragebat. 6. Sacrificium laudis θυσίαν αἰνέσεως Septuaginta, Hebræi *Toda* תודה, id eſt, confeſſionem, celebrationem quæ ſolet promanare in publicum & diuulgari, gratiarum actionem nominant, à verbo *Jada*, ידה, promulgauit quod in hiphil, ſignificat, confeſſus eſt, confeſſione celebrauit & promulgauit. Differebat illud ſacrificium ab hoſtia pacificorum, quòd ſimul fiebat in hoc ſacrificio & pecudum mactatio, & oblatio ſeu immolatio libamentorum confeſſionis cauſa: quam qui offerebant teſtabantur ſe agnoſcere & profiteri illam Deum eſſe æternum, verum & viuum Deum, diſtinctum ab omnibus commentitiis numinibus Ethnicorum, conditorem rerum & generis humani, dominum huius populi, & Eccleſiæ ex hoc populo propter Meſſiam collectæ, auctorem illorum beneficiorum quæ hic populus accepiſſet, & debere ſe ei obedientiam, gratitudinem, & celebrationem beneficiorum perpetuam. Oportebat autem omnia ſacrificia condiri ſale conſecrato, qui *ſal fœderis* vocabatur, eóque accendi igne, qui in tabernaculo Domini aſſeruabatur & fouebatur, quem ex igne immiſſo cœlitus ſacrificiis Moſis & Aaronis ſuſceptum fuiſſe coniicio. De ſacrificio Conſecrationis ſacerdotalis meminit Moſes Leuitic. 6. & mundationis puerperę, lepr[illegible] ſi [illegible]eminiflui, m[illegible]nſtruoſæ, Leuitic. [illegible] Vide etiam ca. 26. de Expiatio[illegible]ibus, & [illegible] quotidiana oblatione incen[illegible] in [illegible] Thy[illegible], cap. 13. 4. [illegible]b. C. Sy[illegible] de Repub. Hebr. Tradidit autem & c[illegible]dauit initio hos ritus Deus ipſ[illegible] p[illegible]imis Patribus, ex quorum poſteris, [illegible] N[illegible], Abraham, Iſaac, I[illegible]b, &c. re[illegible]nt eos cum d[illegible]ctrina ip[illegible]a con[illegible] & [illegible] Cum [illegible]dus inur, [illegible] fuit p[illegible]miſſio benedictio[illegible] æternæ in Meſſia redemptore, ſa[illegible]s d[illegible]pl[illegible]o. Tandem cum Iſraeli[illegible]tas, patriarcharum filios, iugo Ægyptio ſolutos & deducédos in terram, quam multò ante maioribus eorum promiſerat legibus obligare vellet atque imperio, ne exleges viuerent, & Eccleſiam ſuam creſcentem in officio contineret vſque ad Chriſti aduentum, de integro nec non prolixius quàm antea leges ſacrificiorum politię Iſraeliticę quam extruebat accommodatas, repetiit, diſtinxit, atq; deſcribi, & imponi populo ſuo per Moſem curauit: tum vt ſcirent non humana conditas authoritate, ſed diuinitus conſtitutas eſſe atque ſancitas, ad eáſque obſeruandas & exequendas ſe adſtringi: nec licere cuiquam aut negligere, vel violare has temerè, aut diuerſas ab his excogitare, & eaſdem inde vſque à mundi exordio Patribus in vſu fuiſſe: tũ vt inde Sacerdotes ſuſtentarétur, & cultu illo externo in ſpem & fidé Meſſiæ venturi continerentur Iſraelitę. At qui ex poſteris N[illegible]chi ad idola paulatim conuerſi ſunt, tandem veri Dei cognitione & reuerentia poſthabita, ſacrificia quædam nónulla à patribus accepta retinuerũt, ſed ſeculorum aliquot progreſſu Numina varia finxerunt. & quo t[illegible]d[illegible]m deuenerit Ægyptiorum, Chald[illegible]rum, Græcorum, Latinorum, ſeu R[illegible]anorum idolomania hiſto[illegible]æ dem[illegible] Chaldæi & Perſ[illegible] ignem finxeru[illegible] e[illegible] D[illegible] ipſum, quia a[illegible]ra[illegible] incen[illegible]as fu[illegible] victimas igne c[illegible]tu d[illegible]lapſo. Æg[illegible] v[illegible] de[illegible]tipl[illegible] in t[illegible] [illegible] li[illegible] Cre[illegible], & [illegible] viliſſima [illegible] colue[illegible]nt. [illegible] finxerunt [illegible] copia [illegible] peccata expiarent & pl[illegible]arent o[illegible] Nu[illegible]: & hac opinione [illegible] cum[illegible] ritus tales [illegible] n[illegible] e [illegible] ſ[illegible]ua, ſed & noua Numina [illegible] D[illegible]o c[illegible]o-[illegible]. [illegible] q[illegible] d[illegible] [illegible]unt [illegible]is & a[illegible]us [illegible] alij argu[illegible], ve[illegible], & [illegible]es, ritus ipſos [illegible]s opiniones impias [illegible]

co[illegible]

concinniore prætextu oblitas, ita venditarunt imperitis, vt cum quadam ſapientiæ ſpecie, maiore cum applauſu exciperentur, amarentur ac retinerentur. Vſitatú eſt enim profanis ingeniis, prætextu ſapientiæ, ſtruere inſidias, & offundere ſpecioſas perſuaſiones, ſtabiliendæ in pietati accommodatas. Ita factum, vt doctrina amiſſa, Ethnici retinuerint de Deo, de doctrina cæleſti, de ſigillis doctrinæ, de veris Dei cultibus, interno & externo, mera ſomnia, ritusque vmbratiles ſacrificiorum, atque eos ipſos multipliciter deprauatos, & nouorum excogitatione variatos, atque amplificatos in immenſum, Idolorum, quę Ethnici coluerunt, nomina, fontem religionis à ſuperſtitione turbatum, & in riuulos lutulentos deductum demonſtrant. Pauca quædam & nuda nomina peruenerunt ad Ethnicos ex doctrina & hiſtoriis Patrum, eáq; mutilata, fabellis obſcurata, corrupta peregrinarū opinionū figmētis, & ſuperſtitione prorſus obruta: inde tamen manaſſe agnoſci ac iudicari poteſt. Auxerunt autem & cōmentitiorum numinum numerum, & religionum deprauationem, regnorum mutationes, gentiumque tranſlatarum commixtiones, aut ſponte nouas ſedes & noua regna quærentium migrationes. Tandē acceſſit horrendum illud Dei iudicium quod Apoſtolus deſcribit Rom. 1. cap. Et hæc quidem prolixè ſatis, vt de ſacrificiis locū illuſtraremus, & errorum origines apparerēt.] Præter hæc verò Leuitarum externa ſacrificia ſunt alia, quæ vocant ſpiritualia & interna mūdaque quouis loco per totum orbem offerenda à piis ex *Malachiæ teſtimonio*. Quibus iunge Sacrificium (*vt vocant*) laudis quod nihil eſt aliud, quā gratiarum actio & celebratio nominis diuini. Meminit eius Dauid *Pſalmo* 107. Oſeas nominat *Labiorum vitulos*, 14. *cap.* Vnicum verò plenumque & perpetuum pro totius mundi peccatis propitiatorium ſacrificium eſt Dominus Chriſtus in ara crucis oblatus, cui ſit laus & gloria. Huius ſacrificij, typi fuerunt & vmbræ holocauſta & ſacrificia legis ceremonialis. Quæ ſacrificia legalia Ethnici variis modis & externis ritibus impiè ſunt imitati. Quum enim luce verbi diuini, Chriſti cognitione, vera fide deſtituerētur, deo verò minimè ſacrificarut, ſed Satanæ, qui mentes eorum excæcauit, ita vt relicto Creatore & redemtore vnico, innumeris idolis ſeruierint. Veterum nonnulli ſacrificium appellarunt *cœnam Dominicam*, quippe λειτουργίαν καὶ ἱερουργίαν, tranſlato tractoque παχυμερέστερον eo nomine ad publicas functiones. Ex eorum numero ſunt Auguſtinus, Chryſoſtomus, Cyprianus & Irenæus. Rationes appellationis eius fuerunt, quòd in cœna Dominica celebretur memoria vnici ſacrificij, quo ſunt expiata noſtra peccata, tum quod Chriſti beneficia ibidē recolūtur, quod ipſimet pij ſe ibi totos offerant Deo, vt ſuo regantur ſpiritu, vt mortificet carnis affectus, vt renouet ipſorum corda, tueatur in aduerſis, largiatur conſtantiam, in martyrio confirmet. Ad gentilium ſacrificia Diaboli inſtinctu & æmulatione inuecta venio nunc tandem. Vbi ante omnia notandum, in Romæ cunabulis regis inter alia officium fuiſſe, vt ſacra & ſacrificia curaret, per quē gereretur, quidquid attineret ad Deos placandos. Eorundem rite peragendorū quatuor partes fuiſſe apud veteres inuenio, *Libationem, Immolationem, Redditionem, Litationem.* Etenim primo libabant, hoc eſt, primoribus labris Diis præbibebant. Vnde Maro: *Et pateras libate Ioui.* At vltimo litabant, id eſt, à Diis ſe impetraſſe ſacrificando, quod petierant, ſignificabant. Vnde Martialis: *Non quæcunque cadit hoſtia cæſa, litat.* Sed quo pacto peracta fuerint ſacrificia, pretium operæ fuerit etiam ordine audire ex aliis, ne quid omiſſum videatur, dum diligentes videri volumus. Cum itaque ſacerdos adduxiſſet victimam ad aram,

aram, stans manu apprehendebat aram, & preces suas fundebat à Vesta & Iano incipiens, præcipuis quippe sacrorum numinibus, inde Iouem Opt. Max. cum Diis ceteris aduocabant. Ne quid auté omitteretur verborũ, de scripto precationem illam recitare solebant, sedulo attendente vno, alio fauere linguis iubente, imò canente tibicine, ne quid infaustum exaudiretur. His peractis sacerdos properabat ad immolandum. Fruges vel molã salsam cum masculo thure deponebat in victimæ caput, quod sertis quoq; erat ornatum. Deinde aspergebatur vinũ. Priusquam tamen id fieret, simpuuio ligneo vel fictili vase delibabat, aliisque astantibus gestandum offerebat, vt pariter libarent: qui ritus ergo libatio dicebatur. Post verò libationem euellebat sacerdos setas inter cornua quas tanquam prima libamina coniiciebat in ignem, & conuersus ad ortum ducebat obliquum cultrũ à fronte victimæ ad caudam. Tandem iugulari iubebat ante simulacra velut in Dei conspectu. Atq; si sacra fierent Superis nulla sanguinis habebatur ratio. Adhibebantur autem lumina, vocesque sacris & tibiis conuenientes. Victimarij porro ac popæ victimam nudabant corio, & dissecabant membratim, è singulis intestinis capientes ἀπαρχὰς, id est, primitias, *vt est apud Dionysium*. Quod si Dij essent aërei, adhibebant & cantilenas, quòd his illos delectari putarent. Deos aëreos vocabant dæmones, quorum triginta millia prodidit Hesiodus, at Iamblichus & Psellus incertum ac infinitum numerum, perque vniuersum aëra diffusum. Sed enim facta dissectione tandem & abluebant. Mox aruspex, flamen, aut sacerdos, singulatim rimabatur explorabátque, scilicet recténe esset litatum. Manu autem contrectare viscera non licebat. At inspectis & exquisitis singulis, decisas ex omni viscere & membro partes inuoluebát mini... farinæ farris, inque calathis offerebant sacrificanti. Has aris impositas cõburebat sacerdos, (quod reddere erat & litare,) igni non comparato ex olea, lauro, aut crassiotis corticis quercu, aut denique ex caudice aliquo fungoso & cauo, sed aliis ex lignis nõ suspectis aut ominis mali. Vbi iam omnia Diis tributa essent combusta, cõuettebantur ad epulas. Inter vescendum canebant Diis laudes, complodentes pedibus circum aras ad numeros, pulsantes cymbala, & choreas agentes, quòd nullam veteres esse vellent corporis partem, quæ non sentiret religionem, *teste Seruio in 5. Virgily Eclogam*. Peracto conuiuio agebant etiam Diis grates, quòd eos conuiuio excepissent, & denique victimarum linguas Mercurio sacratas in sacros ignes coniiciebant, super illas verò vini nonnihil, *vti Apollonius testatur libro 1.* Quin Homerus Iliad. 3. γλώσσας δ' ἐν πυρὶ βάλλον. Hinc gratiis actis læti vnusquisque domum abibant. Adhæc sciendum, singulis Diis suas deputatas fuisse victimas, vtpote superis impares & albas, inferis pares & nigras, Ioũi soli candido boue litabant, Neptuno, Apollini, Marti tauro, verre, ariete, Heroibus tauro, capro, ariete: Cereri primum lacte, vino & fauis, postea porca: Cybeli itidem porca: Æsculapio gallinis & capris, Laribus gallo, Soli & Marti equo, Lunæ Tauro, Iunoni agna, Veneri columba, Pani atque Mineruæ capra, Dianæ cerua, Baccho melle, vino & lacte, interdum capro & hirco, Syluano porco, Fauno agna vel hœdo, Saturno, quondam atque Dianæ homine, si quãdo scilicet eo Græci eiecti naufragio essent delati: id quod tam diu est obseruatum, donec eo venisset Orestes cum Iphigenia mactanda, qui sublato Deæ simulacro simul in Atticam profugerunt. Lyndia Herculis sacra conuitiis & maledictis celebrabantur. Ritum libandi atque sacrificandi Oceano cum Nymphis marinis videtur expressisse Virgilius his verbis.

Oceano libemus, ait, simul ipse precatur
Oceanumque patrem rerum, Nymphasque sorores,
Centũ quæ sylvas, centũ quæ flumina seruãt.
Ter liquido ardentẽ perfudit nectare Vestã:
Ter flãma ad summũ tecti subiecta reluxit.

Multũ enim ternario numero sunt vsi in sacrificiis propter perfectionem, quã etiam Aristoteles ipsi tribuit in corporum dimẽsionibus, tum quia omnium, quæ videntur & non videntur, Deus est moderator, non aliter atque paris & imparis rationem habet trias. Quinimo idem Poëta affirmat alias impari numero gaudere Deum. Plutonis sacrificiis pro vino adhibebatur oleum, cumque ipsi & ceteris Diis inferis iugularentur pecudes nigræ, cogebantur caput deuergere in terram, noctuq; rem totam peragere. Post iugulationem effundebant vinum cum precibus in sanguinẽ. Caussa oblati Diis inferis sacrificij fuit hæc vna, quòd omniũ malorũ crederentur auctores. Itaque ab iis fiebat, qui ab aliquo morbo cõualuissent. Sola Eumenidum sacra à tacitis sacerdotibus sunt acta, qui idcirco sunt dicti *Hesychidæ*. Sed nec illud tacendum, frugalia fuisse veterum sacrificia, *vt & Seleucus indicat apud Athenæum lib. 2.* Corruptis moribus ex sacrificio tandem factum est epulum, ex epulo quidem potatio, ex potatione comus, ex como *θυανία*, id est, ludus, ex *θυανία* iudicium, ex iudicio condemnatio, ex condemnatione cõpedes, sphacelus & mulctatio, sicut apud eũdem differit Epicharmus. Hinc tandem adusque ἑκατόμβας legũtur progressi homines, quale sacrificiũ etiã Augustus obtulisse proditur Delphis, Apolline post natũ Christũ denegate responsum. Porro sacrificiis interesse nõ licebat βεβήλοις, hoc est, *Profanis*. Vnde apud Callimachu in hymnis legas: ἑκὰς ἑκὰς ὅς τις ἀλιτρός. Et Virgilius: *Procul hinc, procul este profani*. A quibusdam arcebantur etiam innuptę mulieres, seruitio pressi aut ære coempti. Itaque lictor præfari solebat in apparatu sacrorum: *Hostis victus, mulier virgo exesto*. At in Cheronea sacerdos locum tenens pro ædibus sacris Matutæ, clamitabat: *Seruum non ingredi, non seruam, non Ætolum, non Aetolam*. Quod tamen doctissimumGyraldũ præoccupasse fateor ingenuè. Adde grauissimam fuisse pœnam apud Druidas, interdicere sacrificio. Vtque finem faciam, moneo tandem è sacris alia fuisse publica, quæ pro populo fiebãt: alia priuata, quæ pro singulis familiis. Quorum ea dicebantur peregrina, *autore Festo*, quæ ab aliis vrbibus Romam erant aduecta. Stata etiam dicebantur, quæ cum certis fierẽt diebus, stare videbãtur, non mutari. Sic *stati* dicuntur *dies* & *stata sidera* Plinio. *Forma* autem *stata*, est *modesta* & *modica*, quam Phauorinus nominat *vxoriam*.

Sacrilegus, qui sacra, id est, res Deo consecratas legit, id est, aufert. In hac enim significatione veteres quandoque vsurpasse legendi verbum, constare quoque poterit ex eo, quòd homini mortuo ossa legi dixerint, cùm eius cadaueri aliqua ossa adimuntur. Eoque sensu viuis ossa legere dixit *Seneca 2. de ira*. An ergo sacrilegus est, qui priuatam pecuniam in æde sacra depositã aufert? Definita res cõstitutione Seueri & Antonini *l. 5. ad leg. Iul. pec.* quæ furti non sacrilegij actione eum teneri ait. Talis Vatinius fuit, talis & Verres, qui templa etiam Deum in Sicilia expilauit. Proditum in Æthiopia sacrilegos hac pœna solitos mulctari, vt Ophiusam herbam bibere cogantur, qua pota mox adeo agitentur terroribus & imaginibus falsis, vt sibi ipsis mortem consciscant. In legibus habetur quoque pro sacrilegio, violare constitutiones Imperiales, *l. vnic. C. de sacrileg.*

Sadai, Dei epitheron quibusdam deriuatur à שדד *vastauit*, vt ita exprimatur formidabilis Dei maiestas, aliis à שד, quæ dictio mammam significat, nonnullis a די sufficientia, quòd affluat omnibus bonis Deus, sicut & Homerus

bonorum omnium datores appellat Deos.

Sadducæi, certi alicuius viuendi instituti auctores apud Iudæos, magnificum hoc nomen vel à *Sadoc* hæretico, vel à *iustitia* sibi sumserunt, quæ dicitur ipsis צדק. Scribit de illis Iosephus, quòd arbitrati fuerint *interire animas cum corpo. ibus*. Vnde sequitur *nulla post hanc vitam hominem manere præmia vel supplicia, & animam ex illorum sententia nihil aliud esse, quam temperaturam humorum*. Aiebant & *angelorum naturam esse nullam, sed nomina duntaxat*. Hæc illorum hæresis proditur apud Lucam Actis *cap. 23*. Præterea volebant *nullum esse diuinæ deliberationis decretum, sed omnia ita esse in hominum potestate, vt tam felicitatis quàm infortunij sibi quisque sit auctor*: Præter libros Mosaicos & leges diuinas eisdem voluminibus comprehensas, nullam aliam scripturam recipiebant. Denique somniabāt politicum regem fore Messiam. Meritò illis æquipares nostri temporis Libertinos, qui vt animas mortales aut potius interituras credunt, ita resurrectionem negant, *vt & Auerroes in Epistola de resurrectione*.

Sarach Aethiopum rex aduersus Asam regem Iudæ profectus cum decies centum millium exercitu nomen habet à זרח *exortus est*, vel *se diffudit*. Vt Serach *illustrissimum & Serenissimum Dominum* significet.

Sæuus dici putatur à Græco σκαιὸς, quod *sinistrum* & *importunum* significat Virgil. *Cum sæuo a scopulo multa vix arte reuulsus*.

Saga, anus, quæ multa vult scire. Verbum enim *sagire* est, acutè sentire, quod in Diuinatione scribit Cicero. Inde sagaces dicti sunt canes. Qui ergo ante sagit, quàm res est oblata, dicitur *Præsagire*. Quo sensu *Præsagam mali mentem* dixit Poëta. Et quia futura præsētire est hominis acuti, ideo multos *sagaces* appellatos, qui solerti acumine præditi erant, inuenias apud Festum. Rectè quoq; Ouidius Metamorph. 5. *Aetuoque sagax quondam ventura videre*. Afranius in Brundisina: *Quis tam sagaci corde atque ingenio vnico*. Vsus est hac ipsa voce Lucilius Satyrarum 7. *Aetatem*, inquit, *& faciem, vt saga & bona cōciliatrix*. Refertur iam etiam ad maleficas mulieres, atque ita nomen deriuant ab eo, quod satis agant, inque pessimo suo officio nimis sint diligentes, quasi satagant rerum suarum. Flaccus Ode 27. lib. 1. *Quæ saga, quis te soluere Thessalis Magus venenis, quis poterit Deus?* Eodem vocabulo & idem designante vtitur etiam in Epistola ad Iulium Florum.

Sagaritis nympha à Phrygiæ fluuio, cuius Hesiodus meminit in Theogonia, Apollonius lib. 2 nomen suum habet. Dicitur autem σαγγαρίας. * Nympham Sagariten, vel Sangariten ab Aty Rheæ amasio compressam fuisse narrant mythologi, qui Græcos sequuti fabulas nobis cudunt à L. Gyraldo prolixè descriptas Syntag. 4. historiæ deorū, cap. de Rhea. Sed Græci, nugarum architecti, ad idola, nymphas, Ioues, & huiusmodi figmenta, quæ libuit accommodarunt; vt innumeras superstitiones cuderent, & miseris populis impudenter imponerent: id quod ex veri Dei, in scriptis Mosis & prophetarum patefacti, ignoratione ortum est. Deinde, quod à Phœnicibus de sermone Hebræorum veluti somniantes audierant, ad fabulas impiè detorserunt. Rhea enim est alma tellus, quæ vos alit & pascit, à רעה *Roha* pauit; Atys per metathesin תיש *Thaisch* (vnde etiam Thais, insigne scortum apud Græcos) præfixa litera א, אתיש, i. paruus hircus, Rheæ amasius dictus est. Dum ille exultat nec libidine corrumpitur, Rheæ gratus est. At Sangaride nympha compressa, in pinum vertitur. Sangaris autem est capra, dicta Hebræis שעירת *Schirath*, seu (vt alij fortius pronunciant) *Seingurath*, quam Græci Sangariten postea nominarunt. Hircus ergo olidus factus,

ctus, Rheæ displicet, & castratur. Pinus hirsuta folia habet,& arbor cornifera cognominatur. Hinc hirci in pinum transformatio. En mythologicæ Græcæ, quæ nobis innumeras metamorphoses pepetit,specimen,quod accuratius excutiat qui libris abundat & otio. Nam hæc animi gratia proponimus, vt studiosos iuuenes ad Hebreæ linguæ diligentem considerationem prouocemus: cuius eos sane nunquam pœnitebit. Ex illa etenim haurient Ægyptiæ,Chaldaicæ,Syriacę,Græcę,Latinæ linguæ multa scitu dignissima, ad quorum solidam cognitionem nunquam alioquin peruenire poterunt. Quid enim tot mythologiæ,immensis laboribus editæ,sunt aliud quàm ęgrorum somnia,si verborum & rerum origines non eruuntur? Sed hæc monuisse sufficiat.

Sagitta à sagaci,id est,veloci ictu vocata *secundum Isidorum*. Pennis enim fertur,vt auis.Alij dictam volunt,quòd satis longè agatur.Primi omnium Cretenses vsi fuerũt sagittis, quibus postea summopere valuerunt Scythæ. Vnde *Scythicam sagittam* pro velocissima dixit Ouidius *Metamorph.10.* A sagitta nomen est sagittariis, quibus vna cum funditoribus priuilegij loco apud Romanos concessum fuit, vt si eo in campo, qui deputatus erat militum exercitationi, aliquem læsissent inopinatò prætereuntem, denegaretur læsis actio legis Aquiliæ. Vtque aliquid addatur ex literarum penitiore penu,sciendum insuper in sacris literis sæpe sagittas poni pro doloribus, qui cor stimulant & pungunt, conscientia rerum perperam actarum Apollinis sagittæ in Græcos missæ nulli dubium quin pestem significauerint, Solis radiis ardentissimis,i. Phœbi telis,excitatam.Cor Plutonis sauciatum Herculea sagitta,nihil esse tam abditum designat in rerum natura, quo non penetrauerit Philosophia.Persæ nummum habuerunt Daricum nomine, cui sagittarius erat cusus. Vnde Agesilaus dixit non infacetè, *triginta se sagittariorum millibus Asia pulsum*, cùm rex ea summa corruptis per Timocratem Atheniensibus effecisset, vt is ea prouincia decederet bello aduersus Lacedæmonios concitato. Cupidines sagittarios ideo à Poëtis fingi scribit Xenoph. ὅτι καὶ πόῤῥωθεν οἱ καλοὶ τιθρώσκουσι.

Sagmarius,id est,*sarcinarius* Imperatori Leoni de bellico apparatu,nomen habet à sagma,nempe sella, super qua componuntur sarcinæ. *Clitellas* alij vocant.Hinc iuxta Isidorum *caballus sagmarius,& mula sagmaria.*

Sagmina,i.e. verbenæ *(Sic n. Festus interpretatur)* appellationem acceperunt, quod ex sancto loco carpebantur (ita n. apud Festum legere non pœnitet) à Consule prætoréue,Legatis proficiscẽtibus ad sanciendum fœdus bellumue indicendum: Vel potius à sanciendo, hoc est confirmando. Vnus autem ex iis legatis qui clarigatum,hoc est,clarè res suas repetitum mittebantur,propter hanc herbam Verbenarius est dictus, quemadmodum imperitè Satureiam fuisse coniicit Accursius. Audiamus & Martianum de hac ipsa herba & publico more *ad l.sanctum.ff.de rer.Diuis.Sũt*, inquit,*sagmina quædam herbæ,quas legati populi Rom.ferre solebant,ne quis eos violaret,sicut Græcorum legati ea, qui κηρυκεῖα vocantur,ferunt.*Vbi mireris quorundam nescio dicam nugas an stuporem in explicandis τοῖς κηρυκείοις Sunt enim,qui *siliquas* interpretantur, quos inter Antonius Nebrissensis. Sunt qui reddunt *ornatum legatorum*, quibus Alexandrum ab Alexandr. adiungo. Cum potius *caducea* interpretari deberent, à quibus *Caduceatores* sunt dicti qui lites & bella componebant,suis ea gerẽtes manibus, sicut Feciales indicebant. Ideoque dicũtur illa Græcis συνθήματα τῆς φιλίας. Suidas scribit τὸ κηρύκιον, hoc est *caduceum*, fuisse lignum habens vtrimque

duos circumplicatos ſerpentes, qui ſe inuicem aſpiciebant, ξύλον ἔχει ἑκατέρωθεν δύο ὄφεις περιπεπλεγμένους ϗ ἀντιπροσώπους ἀλλήλοις κειμένους. Alexāder lapſus videtur ambigua voce apud Pollucem, qui φέρημα τῶν πρεσβέων appellat. Neque enim φέρημα tantum eſt veſtis aut ornatus, ſed etiam in genere geſtamen quoduis, licet id manibus feras. Attribuitur talis virga quoq; Mercurio in concordiæ paciſque ſignum. Sed alias de ea latius.

Sagulum diminutiuum ſagi, quod veſtimentum eſt militare, *iuxta Nonium Marcellum*. Vnde legimus Romanos in tumultu ſibi ſumſiſſe ſaga, quę deponebant metu finito, ſicut factum belli Italici initio & victis à Cæſare Samnitibus, *vt ſcribit Liuius lib. 72. & 73.* Apud Diodorum Siculum legas *libr. 6.* Gallos geſſiſſe ſagula virgata hyeme quidem craſſiora, æſtate ſubtiliora. De eiſdem Virgilius Æneid. 8 *Virgatis lucent ſagulis.* Virgata appellari dicit Seruius, quòd haberent virgarum in modum deductas vias. Sagis Luſitanos vſos teſtatur Strabo *lib. 3.* Idem de Germanis affirmat Tacitus *ſuo de moribus Germanorum libello.*

Saguntina fames in prouerbium abiit, quòd ciues oppidi Sagunti prope fluuium Iberum ſiti in Hiſpania, diuturna obſidione ſtricti à Pœnis, cùm nollent hoſti dedere ad eam tandem famem redacti ſint, vt exſtructo in foro igni ſe ſuaque omnia, imo liberos in eum cōiicerent, ne venirēt in hoſtium manus. Oppidū iſtud condidiſſe feruntur Græci ex Zacyntho in Hiſpaniam profecti. Quid, quod vrbem ipſam quondam Zacynthum dictam ſcribat Vaſæus? Stephanus videtur appellare σαμάνθαν. Pulcherrima olim fictilia vaſa inde Romam allata didiciſſe videor ex Martiali, cùm inquit: *Sume Saguntino pocula facta luto.* Sagunti muris tribuit Liuius cæmenta, quæ calce erant durata, ſed luto interlita, ſtructuræ antiquæ genere.

Sal, ἅλς ἁλὸς, & τὸ ἅλας ἅλατος. Expeditum ergo eſt etymon. Etſi quidam ab *exiliendo* deriuent, alij a *ſalo* & *ſole*, quòd gignatur aqua maris in extremis littoribus aut in ſcopulis calore ſolis decocta. * Retinent Latinam vocem Hiſpani, Galli, Poloni, Germani, literis quibuſdam immutatis vel additis. Hebr. *Melach*, מלח, à verbo מלח *Malach*, quod cognationem habet cum verbo לחם *Lacham*, comedit: cibus enim inſipidus & ſale non conditus diſplicet. Hinc per inuerſionem radicis ἅλμη ἁλμυρὶς Salſugo, ἁλμυρὸς ſalſus, ἁλμυρίζω ſalis guſtum habeo. Et μ abiecto ἁλίζω ſalio, ἅλς ἁλὸς ſal, ἁλυκὸς ſalſus, amarus, ἁλία mare ſalſum, ἁλιεύω piſcor in mari ſalſo. Sal qui a corruptione præſeruat carnes, terram infertilem reddit. Arabes Salē hodie *Melch* appellant, Serap. cap. *399.* Metaphoricè *Sal* pro acrimonia ingenij, ſapientia & vrbanitate vſurpatur, & in quibuſdam veteribus ceremoniis eo nomine adhibetur, in qua tamen ſignificatione maſculino tantùm genere proferri conſueuit. Terentius in Eunucho, *Qui habet Salem, qui in te eſt*, id eſt, acrimoniam cū ingenij, ſeu prudentiam. Catull. *Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis*, id eſt, nihil induſtriæ, nihil ſapientiæ. *Sale humanitatis ſparſa epiſtola*, Cicer. ad Atticum. *Sales* item pro facetiis, venuſtè & cum quadam ingenij acumine prolatis, quæ nimirum aliquid mordacitatis habent. Cicero de Clar. orat. *P. Scipio omnes ſale ſuperabat.* Hinc & *Salſa* dicta vocantur quæ cum venuſtate aculeata ſunt. *Sales* dentati, amari, proterui, apud probatos autores occurrunt. *Inſulſa* autem dicta, ſcripta, pronunriata appellantur, quæ nihil habent ingenij, ſunt inepta, ſtolida, inutilia. *Inſulſus* homo eſt horridus, inſipiens, moroſus, moleſtus ſibi & aliis. *Salarium* ſtipendium dicitur, quia olim & ſal militibus dabatur,

vnde

vnde pro ſtipendio generaliter vſurpari cœpit vide 1. L. dt. 4. capit. v. 14. *Sal* autē eſt ſuccus terrenus, aquæ mixtus, concretus vel naturali vel artificiali percoctione, acrimonia ſingulari prę ditus ad exſiccandu, purgandu & putredinē arcendā vtilis hominibus & brutis animalibus.] De virtute nunc & ſymbolis eius. In ſacris literis accipitur pro doctoribus & doctrina, dicente Domino: *Vos eſtis ſal terræ.* Nec mirum. Siquidem vt ſal nimias humiditates abſumit à putredine conſeruat, virtutem natiuā colligit atque conſtringit, ita ſolida veraque doctrina abſumit prauos humanę carnis humores, tollit cupiditates & veteris Adami peruerſos motus, conſeruat in corde pietatem, ſuſcitat hominem nouum, doniſque ſpiritus armat & munit aduerſus omnes iniurias, ac Diaboli inſultus. Sicut ſal mordet & arrodit, ita ſeuera piáque ex ſacris literis inſtitutio ſiue doctrina pungit veterem hominem & mordet. Quocirca ſacrificiis adhiberi ſolebat ex præcepto Dei Leuit. 2. *Quidquid*, inquit, *obtuleris ſacrificij, ſale condies.* Itidem inſtitutum à Numa Pōpilio, vt Deos fruge & mola ſalſa colerent. Paulus Apoſtolus monet, vt ſermo noſter ſit ſale conditus, vt ſciamus quomodo ſit reſpondendum vnicuique. Vnde apparet intelligi ex eo ſapientiæ condimentum. Græci olim apponebant hoſpitibus ante reliquas dapes in amicitiæ ſymbolum. Quare pleríque ominoſum habent, ſi profundatur in menſa. Ægyptios tamen ſummo ſtudio ſal reiecíſſe propter irritamenta nequitiæ legimus. Credebant enim excitare libidinem & vim ſeminalem expergefacere. Quin à ſale ſalacitati, id eſt, *petulantiæ* nomen. Mures abroſo ſale prægnantes fieri tradit Ariſtoteles. Eſt & ἁλιγενὴς Venus, & illa Cœli virilia Saturni falce reciſa ſunt in mare prolapſa. Notum quoque experientia, in Friſia noſtra agros alluuione adiectos ſalſiſque fluctibus diu & multum obrutos, vbi aggere mari oppoſito coli cœperunt, pertinet hoc etiam ad fœcunditatem nonnihil, omnino vberem proferre fructum, atque adeo ſæpe ditare ſuos colonos. Neque obſtare hic velim, quod Homerus paſſim mare ἀτρύγετον, id eſt, *infructuoſum* nominet, cum poëta tribuiſſe videatur potius hoc ipſi epitheton, quod muſto & eius careat vindemia. Eſt quippe muſtum τρὺξ apud Græcos, qui ſimili vini fęcem eo vocabulo complectuntur, eſtque τὸ τρυγᾶν *vindemiare.* Quinimo littore maris oliuas gaudere prodit Cardanus. Quanta piſcium ſimul præ animalibus terreſtribus copia! Nimius eſſem, ſi hoc vellem pro re nata exaggerare. Inter ſalis genera non ſolùm recenſetur ſal *gemmæ, ammoniacum*, & *ſal muri*, quod colligitur aut ex materia, quam veteres muri, rupes & ſaxa exſudant, aut ex terra ſalſuginoſa & putri, quæ in ſtabulis animalium vrinam ad multos annos excepit, verum etiam ἅλς ἰνδικὸς, id eſt, *ſal Indicum*, quo nomine *ſaccharum* appellat Ægineta. Eius mentionem facit & Dioſcorides his verbis libro ſecundo, καλεῖται δὲ τι καὶ σάκχαρον εἶδος ὂν, μέλιτος ἐν ἰνδίᾳ πεπηγότος ἐν τῇ εὐδαίμονι ἀραβίᾳ, εὑρισκόμενον ἐπὶ τῶν καλάμων, ὅμοιον τῇ συςάσει ἁλσὶ, καὶ θραυόμενον ὑπὸ τοῖς ὀδοῦσι καθάπερ οἱ ἅλες. Quo loco hallucinantur grauiter, qui ſaccharū Dioſcoridis congelatum fuiſſe putant ſuper arundines: Cum ἐπὶ τῶν καλάμων in arundinibus ſignificet. Latius id confirmabit Galenus 7. *de ſimpl. Medicam. fac.* cum inquit: καὶ τὸ σάκχαρ δὲ καλούμενον, ὅπερ ἐξ ἰνδίας τε καὶ τῆς εὐδαίμονος ἀραβίας κομίζεται, πέπηγνυται μὲν ὡς φασι καλάμοις· ἔςι δέ τι καὶ αὐτὸ μέλιτος εἶδος. Fuit quidem id ſimile ſaccharo noſtro, at non prorſus. Siquidem veteres non ita arte bis térue coctum habuerunt in iſtam ſcilicet duritiem, qua nunc ſimul rotundatum & conglobatum adfertur; at expreſſum ex arundinibus. Cui rei probandæ prætexun-

tur hæc carmina Varronis:

Indica nō magna nimis arbore crescit arūdo;
Illius & lentis premitur radicibus humor,
Dulcia cui nequeunt succo contendere mella.

Prisci enim coquēdi sacchari rationem ignorarunt. *Saccharinam bestiam* appellat Scaliger, quę pusilla & oblongo oritur in sacchato, pulicis colore, similis Gurgulioni, si rostrum illi adimas, aut huic addas. Pinguefacere saccharum euincit idem ex porcis saginatis his arūdinibus post redditum & expressum (facta tamen antea dissectione & molitura) omnem dulcorem. A sale nomen venit *salino* & *salinis*, tum *salsamentariis*, id est, salsorum eduliorum venditoribus, quos *Salarios* nominat Martialis, Laertius ταριχοπώλας. Salinas primus instituit Ancus Martius, in quarū opus nōnullos olim, quasi in metallum damnatos fuisse discimus *ex l. aut damnum. §. in ministeriū. ff. de Pœnis.* Varia de sale prouerbia linguis variis proferuntur, quæ curioso lectori colligenda & alio operi committenda reliquimus.

Salaciam dicebant Deam aquæ, quam putabant salum ciere, hoc est, mare mouere. Vnde Ouidius: *Nymphæque salaces.* Quo vocabulo Poëtæ pro aqua sunt vsi. Hæc Festus ad verbum. Iungunt eam scriptores profani cum Venilia Neptuno Sunt qui eius vxorem putant. Fabularum interpretes *Veniliam* dicunt esse accessum & æstum maris: Salaciam recessum. Eodem recidunt, quę refert Augustinus ex Varrone *lib. 7. ca. 22. de Ciuitat. Dei.* Vetus glossarium paululum mutata voce, Salmacia, ἀμφιτρίτη. Inde: Salmacia aqua, ἁλμυρὸν ὕδωρ. Ad mare scilicet & aquam marinam refert.

Salaria via Romæ est appellata, quia per eam Sabini sal à mari deferebant. Fuit & Romæ Salaria porta, eadem cum Collina.

Salarij apud Martialem Epigrammate in Cæcilium illi, qui vendunt salsamenta. & à sale sunt di[illegible]. Alio nomine audiūt *Salsamētarij*, Græce ταριχοπώλαι.

Salarium à sale. Nam Plinius *lib. 31. c. 1.* inquit: *Honoribus etiam militiisque interponitur, salariis inde dictis.* Salaria autem Tribunorum militarium & ducum erāt annonæ ipsorum. Proinde ἀλάριον Gręci (sic enim recentiores æmulati hoc nomen sua effinxerunt lingua) interpretantur σιτηρέσιον. *Hæc Turnebus.* In veteri glossario habes etiam Salarium, ὀψώνιον, παροχή.

Salebra, secundum Nonium à saltu dictæ. Cicero de *finibus bon. & mal.* Hic si definire, si diu viuere potuisset, si loquendi vim, si denique consuetudinem verborum teneret, nunquam in tantas salebras incidisset. Vetus Glossariū: *Salabra*, ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀνωμαλίαι καὶ βόθυνοι.

Salentini Italiæ regio vel regionis populi, quæ Iapygia Messapiaque, dein & Calabria dicta ab Iapygibus incolis, à Messapo Gręcorū ductore iuxta Solinū & Virgiliū, καὶ ἀπὸ τοῦ καλοῦ καὶ θέρεω à sua scilicet fertilitate, nomē id, de quo nūc agitur ex Festi sententia arcessunt à salo, quòd circumquaque ambiatur mari, Isthmo tantum modico continenti annexi. Alij dictos à fœdere volunt, quòd inter Idomenæos & Cretenses initum fuit in salo siue mari. Nam & Virgilius, inquit: *Et Salentinos obsedit milite campos Lyctius Idomeneus.* Recēs inditum regioni Apuliæ nomen. At antiquissimum Salentinorum, quo vtuntur Sempronius, Plinius & Mela, imò quod tum tēporis in vsu fuisse apud Dionysium legas, cū socij Aeneæ in Iapygiæ promōtorium essent egressi. Sunt horum cāpi Peninsulæ forma intra Tarentum & Adriatici maris fauces extenti Per duplex L. scribi in tabulis Capitolinis docet Sigonius. Sic Stephanus habet σαλλεντίνους, & vrbem Sallentiam in Messapiis.

Sales, facetiarum genus, nomen habent, quod salitum ac sapidum condimentum præbeant nostris sermonibus. Hoc præter innumeros alios affirmat Franciscus Petrarcha *de viris illustr. cap. 3. lib. 2.*

Salgama

Salgamarius Columellæ, qui salgama & fructus muria conditos vendit, ἀλμαιεπώλης Græcis & ἀλμευτὴς. Dicuntur proprie salgama sale cōdita, ex herbarum, arborum, fruticūue genere. Libro XII. Codicis extat *l. vnica, de salgamo hospitibus non dando*, vbi simul prohibetur eius nomine culcitras, ligna & oleum, ab hospitibus extorquere. Deploranda ibidem boni viri Accursij notatio præ imperitia linguæ, cùm Salgami dictionem compositam esse dicit ex *sale & gamos*, quod ipsum culcitram interpretatur. Asscribendus error temporis iniuriæ, & proinde in tanto ingenio ferendus aut excusandus.

Salij sacerdotes Martis à Numa Pompilio instituti, *testibus Liuio, Dionysio, & Plutarcho*, ex patricio ordine numero duodecim, vt scilicet eius sacra in Palatio curarent, vnde *Palatini* sunt appellati, non ab Arcade Salio, quem Aeneas à Mantinea deduxerit in Italiam, appellationem habent, etsi Polemoni id visum fuerit, sic referente Festo, verum à *saliendo* siue *saltando*, quod quotannis cogerentur saltare in Comitiis tunicis versicoloribus amicti, & æneis baltheis succincti. Inde Ouidius *Fastor. 3. Iam dederat Saliis a saltu nomina dicta, Armáque & ad certos verba canenda modos.* Saltatores quoque eos & laudatores Deorū belli præsidum appellat Dionysius. Quo minus quoque verear Critolai opinionem præsenti loco repudiare, cū à Saone, qui ex Samothracia cum Aenea veniens *Saliare genus saltandi* instituerit, eorum appellationem deriuat. Sed prosequor, quæ porro pertinent ad habitum horum sacerdotum & mores. Legimus enim togas nexisse fibulis, habuisse altiores pileos & desinentes in conū, accinctos fuisse gladiis, dextra lanceam virgámue, læua Thraciam gestasse peltam, quam nominabant ancyle. Ad militum quoque modum gesticulabantur canente tibia, iam quidem simul, nunc per vices interea canētes patrium Pæana. Armatam istam saltationem, quæ fiebat collisis ad scuta gladiis, a Curetibus inuentam tradiderunt nonnulli. Alij audent Saoni vel potius Salio acceptam ferre, sed minus recte. In fine verò Pæanis appellabant *Mamurium*, id quod talem rationem habet. Cùm Numa Pompilius rex Saliorum collegium instituisset, vtque per vrbem irent carmina canentes cum tripudiis solemnique saltatu, *vt ait Plutarchus*, iussisset, erat forte tum Romæ inclytus faber nomine Mamurius, cui à Numa & aliis Quiritibus datum fuerat negotium, vt ad exemplar ancylis è cœlo lapsi effingeret alia plura. Quod cum absolute præstitisset obtulit Numa artifici, vt aliquid arte dignum à se peteret. Aiunt artificem non mercedem, sed gloriam expetiuisse, vt in catastrophe singulorum carminum nomen suum appellaretur, quod quidem obtinuit & diu seruatum fuit. Innuit hoc ipsum Ouidius his verbis:

Tū sic Mamuri⁹; Merces mihi gloria detur,
Nominaque extremo carmine nostra sonent.

Ceterum Pæanes, qui canebantur à Saliis, Iunonij, Mineruij, Ianualij, atque ita deinceps dicebantur à nominibus Deorum, quorum laudes celebrabant. At in homines vniuersos scripti axamentorum habebant nomen à verbo *axare*, quod nobis est *nominare*, vel quia in axibus, id est, tabulis describebantur. Ferunt Tullum Hostilium duplicasse Saliorum numerum, cùm Romanis in aciem contra Fidenates eductis Albani defecissent, duce Metio Suffetio. Lege lata, liberi fuerunt omnes & indigenæ. quorū vterq; parens in viuis esset, cuiuscunque fortunæ. Qui illis præerat, *Saliorum* dicebatur *Magister*, nonnunquā *Præsul*. Virgilius hos sacerdotes Herculi dedit, cùm inquit:

Tum Salij ad cantus incensa altaria circum
Populeis adsunt euincti tempora ramis:

Et recte quidem à Poeta hoc factū vult Macrobius, eo quod Hercules apud Pōtifices

tifices idem esset cum Marte, & Chaldæi *stellam Herculis* vocent, quam reliqui omnes *stellam Martis* appellant. Legimus & Appium Claudium Saliorum collegio insertum, & pro gloria obtinuisse, quòd inter collegas optime saltaret, neque abhorruisse ab eodem sacerdotio Africanum & L.Furium Bibaculum, quorum posterior tulit ancylia, præcedentibus sex lictoribus, cùm esset prætor. Religio fuit, nubere ancylibus nondum conditis in templo Martis, vbi ea asseruari mos fuit, ne, dum arma mouebantur, quæ pugnæ adhiberi solent, nubentibus omen discordiæ fieret. Idem tempus nō neglectum in quibusdam ex maioribus, monet Tacitus hoc modo: *Fuere qui proficiscenti Othoni moras religionemque nondum conditorum ancylium afferrent.* A Saliis porro carmen dictum est Saliare, primumque & vetustissimum compositum fertur à Numa Pompilio. Ab eisdem nomen epulis *Salaribus*, id est, *lautis, splendidis & exquisitis*. Item *virginibus Saliaribus*, quarum Festus Pompeius meminit his verbis: *Saliares virgines Cinsius ait esse conductitias, quæ ad Salios adhibebantur, cum apicibus paludata, quas Aelius Stylo scripsit sacrificium facere in Regia cum Pontifice paludatas cum apicibus in modum Saliorum.* Atque hactenus de Saliis Palatinis à Numa institutis; præter quos alij *Collini* dicti a Tullo Hostilio ex voto creati, *vt scribit Dionysius libro secundo.* Agonales, inquit, siue, *vt quidam appellare malunt, Collini Salij habent in Collino tumulo sacrarium, post Numam instituti a rege Hostilio, sicut bello Sabino vouerat.* Meminit horum & Varro 5. *de lingua Latina.* Seruius tamen, *vt a Scaligero citatur,* Collinos & Quirinales à Numa institutos scripsit, ab Hostilio Pauorios & Pallorios. Vtcumque Quirinales intellige, qui alias *Agonenses* dicuntur. Nam & mons Quirinalis simul Agonalis est dictus. Ad finem addo, *Salios Francorum gentis in historiis dictos videri Iunio, vel a Sala altero Rheni brachio, quod nunc Isala dicitur, cuius accolæ fuere; vel a saltu & pedum agilitate.*

Salinator dictus Liuius, a salinario vectigali, quod primum institutum ab Anco Martio rege, sed sublatū regibus eiectis, in sua censura ab hoc Liuio est restitutum. Qua de re Liuius, *libro nono, Decad.3.* Blondus *lib.5. Rom. Triumph.* Alexand. *lib.1.cap.9.* Volaterr. *lib.16.* Idem triumphum de Illyricis egit. Inde ex inuidia reus peculatus ab omnibus tribubus, excepta Metia, est condemnatus. Iterum cum Claudio Nerone inimico suo Consul, ne Respublic. discordia dānum aliquod sentiret, amicitiam cum eo coniunxit, & de Hasdrubale triumphauit. In Onomastico Græcolatino opera Bonauenturæ Vulcanij edito cum glossario veteri est ἁλιγατωρ.

Salem, oppidum Sichimitarum ad ripam Iordanis in tribu Manassis, nomen habet à שלם *paci, cui fuit.*

Salix, ιτεα, non genus virgulti, sed arbor, cum citò magna ramorum congerie & densitate constipata crescat, an non rectè e saliendo appellata ex Aelij Stilonis sententia: Ridicule id factum significat Festus. At ab Isidoro multisq; non Proletariis Grammaticis & Criticis approbatum hoc etymon. Incremētum enim eius arboris præproperum quis nescit? Quam breui ea tempore adulta? Neque etiam reuera salire arborem dixit Aelius, sed videri salire. Quid hic dignum risu? Sed conuerto me ad alia obseruata ab eruditis non paucis: Quippe Homerum sapientissimū Poetam ὠλεσίκαρπους appellasse *salices*, id est, *Frugiperdas*, idque in illis eo referri, quòd semen potu acceptum efficiat, ne subsequatur conceptus. Tradit quoque *Amerinam salicem lectis instratam reprimere castitatem:* Item, *folia contrita & pota refrenare libidinem hominis, semina eius omnem intemperantiam auferre vi seminali habe[illegible]tata.* Vnde salignam forte falcem adhibitam dixeris salacissimo Priapo, vt re-

ſecandum eſſe omnem Veneris pruritum ſignificarent. Alij tamen malunt ὠλεσίκαρπον dictam, quòd abiiciat ſemen prius, quàm matureſcat, ne mireris quod inter infœcundas arbores retulerit Maro. A ſalice porrò nomen habet *ſalictum* locus conſitus ſalicibus, quo vocabulo vtitur Iuuenalis *ſatyra vndecima*. Simili modo dicunt Latini *roſetum, ſpinetum, ficetum, quercetum, oliuetum & arboretum*.

Salmacis fons cuius aquam quicumque bibiſſet, effœminatus & mollis euadebat vitio impudicitiæ molleſcés, *vti ſcribit Feſtus*, quòd anguſtus eius aditus largiretur occaſionem petulantibus iuuenibus violandi pueros atque puellas, dum nullum pateret effugium, acceptum fert nomen eiuſdem nominis nymphæ Cœli ac terræ filiæ, vt non deſinit fabulari Feſtus. Fontis eius deſcriptionem habes *Metamorph. 4.* Et Ennius: *Salmaci da ſpolia ſine ſanguine & ſudore.* Strabo refert vniuerſam fabulam ad hominum eius regionis animos delitiis & voluptatibus elangueſcentes *lib. 14.* Verba auctoris ſunt: ἐνταῦθα ἐστὶν καὶ σαλμακὶς διαβεβλημένη κρήνη, οὐκ οἶδ᾽ ὁπόθεν ὡς μαλακίζουσα τοὺς πίνοντας ἀπ᾽ αὐτῆς ἔοικε δὲ ἡ τρυφὴ τῶν ἀνθρώπων αἰτιᾶσθαι τοὺς ἀέρας ἢ τὰ ὕδατα τροφῆς δὲ αἴτια ἂν ταῦτα, ἀλλὰ πλοῦτος καὶ ἡ περὶ τὰς διαίτας ἀκολασία. Meminit eius quoque Vitruuius *lib. 2. cap. 8.*

Salomon Dauidis ex Berſabæa filius, Iudæorum rex, hominum ſapientiſſimus, & typus Domini noſtri Ieſu Chriſti, quippe pacificum & *Friederichum* ſignificans, deducit nomen à שלום id eſt, *pace*. Primum is códidit templum, in quo Deus coli & adorari voluit, inque illud tabernaculum & arcam intulit claſſibus etiam ſacerdotum deſcriptis. Diſſeruit de arboribus, à cedro Libani vſq; ad hyſſopum, qui enaſcitur de pariete. Vt multi credant ſuffuratos plurima ex eius libris Græcorum medicos. Locutus idem fuit de pecudibus, reptilibus, piſcibus & vario volucrú genere. Quæ quidem ſapientia eius adeo admirationi fuit hominibus tum temporis, vt regina Sabæ longo ad ipſum itinere fuerit profecta, periculum eius factura. At qui obſtupefacta felices prędicauit eos, quibus coram ſapientiſſimos eius ſermones datum erat audire. Tádem euaſit adeo γυναικομανὴς aut φιλογύναιος, vt vxores principes duceret ſeptingentas, præter has pellices trecentas, multaſque alienigenas in his, Moabitidas, Syras, Chetteas, Amorręas & Idumęas, quæ adeo faſcinarunt ipſius animum, vt ad falſum Deorum cultum ſe applicaret relicto Iſraëlitico Deo. In gratiam enim earum templum ſtruxit Chamo Moabitico idolo, item Ammonitarum Deaſtro, & Aſtarte Sidoniorum, quæ eadem fertur cum Venere. Quod cùm malè haberet omnipotentem & verum Deum, denuntiauit ei, regnum ſe eius ſeruo traditurum, non tamen ſe id facturum, quoad viueret, propter Dauidem patrem, ſeruum ſuum. Mortuus eſt tandem anno ætatis ſeptuageſimo tertio, inque patris ſepulchro poſitus. Nuſquam legitur eum pœnitentiam egiſſe, inquit Beda, & tamen tomo ſeptimo pœnitentiam eum egiſſe & veniam conſecutum ſcribit: Quæ duo ex diametro ſibi inuicem cótraria ſút. Poſteriorē ſententiā cū multis orthodoxis theologis ſequimur. Floruerunt ſub eo inter gentiles Homerus & Heſiodus. Etſi quidam Homerum Heſiodo priorem faciant. Libros eius nonnullos, dediſſe flammis rex Ezechias creditur. Inter hos, modò editi ab illo ſút, quidam putant fuiſſe Exorciſmorum librum ad eiiciendum dæmones ſcriptum & comparatum, cuius Ioſephus meminit *lib. 8. Antiquitatum*, poſt Ioſephum Origenes in Mathæum.

Salpicta appellatur in Onomaſtico *tubicen*. Vnde hoc nomen? Opinor ἀπὸ τῆς σάλπιγγος tuba. Verus Gloſſarium: *Tubicines*, σαλπιγκταὶ. Legendum igi-

tur *Salpincta*, tubicen.

Salto. Huius verbi origo Græca à verbo ἄλλομαι. A saltando porro *saltatio* dicta, quam Cicero pro Murena intempestiui conuiuij, & ioci immoderati comitem vocat. Ibidem dicit *neminem sobrium saltare, neque in solitudine, neque in moderato conuiuio*. In officiis inter sordidos quæstus enumerat etiam artem saltandi, velut illiberalem & turpem. Exprobrat Gabinio viro Consulari eiusdem peritiam. Sed & Sallustius obiecit Semproniæ, quòd doctius cantasset atque saltasset, quàm probæ conueniret matronæ, item M. Cato L. Murenæ quod saltasset in Asia, id quod Cicero ei patrocinatus factum pernegauit: tantùm abest, vt defendere auderet. Domitianus quoque in censura monit Senatu ciuem Romanum, *quod plus æquo indulgeret choreis*. Et Scipio Æmilianus obiecit iuuentuti Romanæ, *quòd in ludum histrionum venirent ingenui pueri, cumque sambuco canerent atque saltarent*. Ex quibus omnibus apparet vituperatam fuisse & reprobatam à Romanis saltationem, quamtumuis Macrobius scribat, neutiquam inhonestum & turpe fuisse saltandi studium apud Romanos Ciceronis ætate. Nam quod de Appio Claudio triumphali viro adfertur, gloriæ ipsi & laudi datum, quòd optime saltauerit inter collegas, contra nostram opinionem non facit; cùm is Saliorum fuerit vnus, qui vt nomen adepti sunt à saltando, ita saltationem velut peculiare sacerdotij istius munus adhibuerunt sacris. Quo modo etiam Tyrrheni coluerunt Bacchum, Corybantes in Phrygia Cybelen, & Curetes in Creta. In Delo quoque nulla peragebantur sacra absque eodem ritu. Sic mane & vesperi apud Indos venerati leguntur fuisse Solem orientem, occidétemque Brachmanni, vt alij μυσταγωγοὶ Deos suos apud Æthiopes, Thraces, Ægyptios, Scythas. Non tamē diffiteor Græcos magis probasse & admisisse. Quando, certum edoctos à Castore & Polluce Lacedæmonios, omnia peregisse saltando, vsque adeo vt, cùm progressuri essent in hostes, simul prodirét compositis ad numeros certúmque motum pedibus. Socrates ipse iam natu grādior didicit saltationem, magnisque laudibus extollens collocauit eam in disciplinarum numero, originem ad mundi quoque initium referens, vt quę cum Amore in lucem prodierit. Hinc duo saltationis honestæ genera ponit Plato *3. de legibus*, πυῤῥίχην, qua vtebantur in bello, καὶ ἐμμέλειαν, qua vtebantur in pace. Testatur & Athenæus *libro 14. cap. duodecimo*, saltationis genus in choris decorum habitum, fuisse apud Græcos, quod qui in armis fiunt motus exprimeret. Vnde scitè & dextrè tripudiātes rebus bellicis maximè idoneos Socrates pronuntiauit. Quin etiam ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο meminit Homerus *Iliad. 3*. Et omnes motus non improbandos esse, sicuti nec ipsæ saltationes sunt improbādæ, in Poëticis legas apud Philosophum. Sed quid mirum? An nō semper leuiores Græci Romanis? Quæ non stupra, adulteria parricidia, aliaque nefanda ab illis ad Deos relata? Quę nō idololatria inuēta, dispersa & approbata? Qui maximis sceleribus consensum præbet, minora detestabitur ac prohibebit? Plutarchus scribit *Conuiual. quæst.* saltationem omnem tres partes habuisse, *lationem, figuram, indicationem*. Lationem fuisse dicit motum repræsentantē effectum aliquem, potētiam, aut actionem: *Figuram* verò dispositionē ac habitudinem, in quam motio seu latio terminatur, nempe cū saltatores quiescentes, & iuxta Apollinis, Panis aut alterius alicuius Dei figuram dispositi, in similibus corporis formis aliquandiu persistebant: *Indicationem* denique non imitationem fuisse, sed alicuius rei declarationem. Eruditi nonnulli (*ne id etiam omittam*) summas saltationis differentias faciunt duas, statuariam vnam, alteram

alteram motoriam pro fabularum diuerſitate, non quod vtraque deſtituatur motu, ſed quod vna moueatur magis. Hinc variæ ſpecies & nomina deducta & alia quidem à regionibus, vt ἰωνικὸν. Alia ab inuentoribus, vt πυῤῥίχη: Aut à corporis partibus, τραχηλισμός: vel à modo motionis, μηδεποδισμός: Vel ab imitatione, γέρανος: Vel ab inſtrumentis, πινακίδες: Aut denique ab habitu, ἐνόπλιον, γυμνικὴ, cum thyrſo, calatho, haſta, aratro, abaco, olla. Summa genera ab vſu & loco ſumta itidem conſtituunt duo: *Vulgare*, quod ſacrificiis & conuiuiis adhiberi ſolebat, & *Theatrale*, cuius pro fabularum modo, numero, genere, tres faciunt ſpecies, ἐμμέλειαν, qua vtebantur in Tragœdiis, graui admodum & bene compoſita ratione: κόρδακα, cui locus erat cum maiore licentia in Comœdiis: Tertiam *laſciuam* & inconſtantem, quæ à Satyris σικιννὶς eſt appellata, cuius etiam meminit Euripides. Plures eius ſpecies recenſet Pollux, vt in Bacchi honorem ὄρχημα φαλλικὸν, in Herculis honorem καλλίνικον. Thracum & Carum fuit κολαβρισμὸς, *vt idem refert*. βαυκισμὸς à Bauco ſaltatore inuẽtus. Paulò poſt: τὰ δὲ ἐκλακτίσματα, γυναικῶν ἦν ὀρχήματα. Rurſus: ὁ δὲ λέων, ὀρχήσεως φοβερᾶς εἶδος. ἦν δὲ τινα καὶ λακωνικὰ ὀρχήματα διμαλεα, vt de aliis taceam generibus, quæ ibi recenſentur plurima. Notatur quoque à doctis vetuſtiſſimam ſaltationem ſine cãtu fuiſſe, quòd hoc prior ſaltatio ſit quoad tempus. Quis ſaltantium habitus fuerit, ab aliis prolixè eſt annotatum. Quo præſtet non illa ſuis mouere ſedibus.

Salzburgum vel *Saliſburgum* ciuitas nomen ſuum à *Salzbach*, fluuio creditur adepta. Olim illi *Iuuania* vel *Iuaui* fuit nomen à iuuando, quod caſtrum ibi exſtruxerit Iulius Cæſar, certum iuuamen ac ſubſidium legionibus ſuis contra Germanos. Alij à Iuuanio fluuio obtinuiſſe id nominis volunt. Anno Salutis 640. perducta eſt ad Chriſtianorum fidem. Iam vero & metropolis eſt Bauariæ, & inſignis Epiſcopatus.

Salum, id eſt, mare παρὰ τὸ σαλεύειν, hoc eſt, mouendo & fluctuando deducitur Grammaticorũ auctoritate. Aliis deduci placet ἀπὸ τοῦ σάλου commotione, quam vocem aiunt deflexam ἀπὸ τοῦ ἁλὸς, ſpiritu denſo in ſ. verſo, ſicut in ſue & ſylua factum ſuis locis eſt indicatum.

Salus. Vocabulum iſtud deriuant aliqui ab Hebraica voce שלום *Pace*. Deam ex ea fecerunt Ethnici, cui Romæ vna cum *Pace*, *Concordia & Iano*, cui prudentia tribuitur, ſacrificabant *3. Calend. April.* Aedes itidem illi erecta, à qua portæ Salutari nomen, quæ ei adhærebat. Meminit huius Ouidius Faſtorum 4. his verbis:

Ianus adorandus, cum quo Concordia mitis,
Et Romana Salus, araque Pacis erit.

Legimus & collem Salutarem, imò ſalutis, celebratum augurium, quod quale fuerit, ſolus Dio *libro 37.* hoc modo docet: *Annuo ſpatio Romani bellis vacarunt, ita vt intermiſſum longo tempore augurium Salutis repeterent.* Erat autem id quoddam diuinationis genus quo probabatur concederéntne ipſis, vt populo ſalutem poſtularent, quaſi nefas eſſet eam prius, quam concedatur petere. Ad id dies deſtinatur ſingulis annis, ad quam diem nullus exercitus in bellum profectus fuit, nullus hoſtis in aciem. Quam ob cauſſam in continentibus malis & maximè inteſtinis non celebrabatur. Alioquin etiam difficilimum erat Romanis, vt eam diem exactè ab his omnibus puram ſeruarent. Videbatur præterea abſurdum, cùm ipſi ſeſe mutuo in ſeditionibus infandis malis affligerent, ſeu vincerentur, ſeu vincerent, ita ſalutem flagitare velle à Deo. Variis pariter modis veteres ſalutem ſignificare & adumbrare voluiſſe, vt eſt notatu dignum, ita nequaquam prætermittendum hoc loco duxi. Nam pri-

ino serpentem eam significasse constat, & quidem propter multifarias eius vtilitates siue remedia, quæ in genus humanum redundarunt. Ita ad ictum viperinum præsens admodum esse remedium viperam exustam & in cinerem redactam, *vt legitur apud Lactantium.* Ita qui à scorpiis sunt icti, ab eisdem remedium petunt. Traditur ab aliis, qui viperæ iecur conditum semel hauserit, eum nullum inde serpentis ictum pertimescere. Dioscorides scribit, *homines, qui viperis conditis vti consueuerunt in cibum, eos producere vitam in longiora spatia.* Nec ignotum medicamentum, quod vocant Medici Andromachi *theriacum*, quanta eius ad multiplices morbos maximè ad pestem sit efficacia. Huic enim indi solent pastilli ex vipera facti. Et serpentum esu suam esse ceruo viuacitatem, à Tertulliano affirmatum video. Spectant huc tot veterum numismata, quæ serpentem repræsentabant cum inscriptione Salutis, Antonini inquam, Augusti, M. Aurelij Seueri, Commodi, Crispinæ, & aliorum. Aduentu pariter Serpentis Epidauro aduecti sedatam Romæ pestem quis nescit à Liuio, Valerio & aliis proditum? Sed de serpente satis, quem *remora* siue *Echeneis* subsequetur. Voluerunt enim & hunc pisciculum salutis eiusdem indicium esse, quod nauem à Periandro Cnidum missam cum mandatis, vt pueri nobiles castrarentur, tantisper retardaret in medio mari, donec principem pœnituisset, & alia eam nauis præuenisset, quæ abrogaret mandata. Iam & caput pro salutis symbolo accipi dudum receptum. Quapropter legimus Tiberium Gracchum, cum salutem suam populo commendaret, manu capiti super imposita perrexisse in Capitolium. Itidem obseruatum peltæ quoque significatum ad salutem pertinere, interpretatione à Numa desumta. Is enim delapsam cœlo peltam immissam vrbi salutem interpretatus fuit. Athenis quoque nauis salutis indicium fuit, quod in Theseia memoriam coli consueuit & singulis annis Delon mitti Apollini cultum allatura. Eo enim tempore interim, quo dictæ nauis puppim coronauerat Appollinis sacerdos, pelagoque remenso rediisset in patriam, cautum erat Atheniensium lege, ne quemquam publicè interficerent.

Samaria pulcerrimo & vberrimo Palestinæ loco sita, *vt tradit Hieronymus*, quanquam nec Iudææ nec Galilææ conferenda magnitudine, *iuxta Iosephum 3. belli Iudaici*, incipiens à vico Genaniæ, & vsque ad Atrabitenam Toparchiam sese effundens, ab vrbe nominis eiusdem, quam rex Amri condidit, diei fere itinere distantem Hierosolymis, nomen arcessit. Vrbs autem ipsa appellationem trahit à Somer eius agri Domino, quem Amri emit duobus talentis ad vrbem hanc exstruendum *quemadmodum in Regum Historia lib. quarto, capite decimosexto, legimus.* Meminit eius & Esaias *capite septimo.* Vt prorsus eos errare constet, qui post translatum Israelem nomen hoc primum accepisse putant ab Assyriorum præsidiis, inter quos locum sibi asserit Eusebius, existimans Samaritas primùm dictos milites illos præsidiarios, quibus ex Assyria missis Salmanazar redactas in suam potestatem Samariæ ciuitates communiuit, quasi inde nomen postea sit exortum Samariæ. Etenim Hebræis שמר est *custos.* Vnde ergo sua sit appellatio & regioni & vrbi, constat: Nec minus, vnde sint dicti incolæ eius Samaritani, hominum primum genus mixtū & militare, in vacuā regionem submissum, post Israelem de Babylone trāslatum, item de *Cutha, Aua, Emath*, & aliis locis. Nam cum vrbem in tribu Ephraim nomine Samariam obtinuissēt, Samaritani sunt dicti. Tandē cùm patriam tuētes superstitio-

nem

nem passim dilaniarentur à leonibus, edocti id fieri, quòd Deum Iudæorum non colerent, nec legem eius tenerent, accito ex Assyria permissu regis sacerdote, receperunt legem Mosis, interim Diis suis cultum nihilominus exhibẽtes. Qua de caussa inuisi semper fuerũt Iudæis, & hi contra Samaritanis. Vtroque enim populo vindicánte sibi legis possessionem, grauissimis sæpe contentionibus est laboratu. Tradit Iosephus hoc eos ingenio fuisse, vt quoties Iudęa confli̇ctaretur cũ rebus aduersis, se esse Iudæos negarent, contra rebus eorũ succedentibus ex voto Iudaisinum profiterentur. Habuerunt illi & templum in monte Garizim conditum, quo tempore Dario ab Alexandro deuicto Syria Macedonum armis fuit petita, vbi Manasses frater Iaddi Pontificis, ad socerũ Sanabalath Darij regis præfectum deficiens, Pontifex summus primùm est constitutus transgressorum id templum appellarunt, frequentatum tamen summopere posterioribus annis, sacris ipsorum interea fœdo gẽtilium Deorum cultu conspurcatis. Specie tamen cultus elati semper molesti fuerũt Iudæis, partim calumniosis delationibus apud Syriæ præsides & Persarum Satrapas, partim contentionibus apertis vsque adeo, vt ausi quoque fuerint mortuo Alexãdro coram Ptolemæo Philometore de religione contendere, rege tamen pro Iudæis sententiam ferente, *vt legere est apud Iosephum libro decimotertio.* Atque hoc templum postea Antiochus Epiphanes Ioui Hospitali sacrauit, tandem rex Hyrcanus funditus euertit, populo hoc Iudæis subiecto. Hieronymus sæpe mentionem facit Samaritanorum Pentateuchi, qui quinque libros Mosis Hebraica lingua conscriptos, at literarum figuris & apicibus planè diuersis à nostris characteribus, quibus iam vtuntur Iudæi. Addit Hieronymus ex eo quædã irrepsisse in nostram vulgatam editionem: Quale est illud Genes. 4. *Egrediamur foras*, quod in Hebręo textu nequaquam inuenias.

Samiator ἀκονιτὴς Glossario veteri, forte à verbo samiare descendit, quod est nobis acuere. Nam *ἀκόνη* Græcis est cos, quæ ferrum acuit, ipsamet exsors secandi. Apud Vopiscum etiam præcipit Aurelianus militum Tribuno, vt arma sint tersa, ferramẽta samiata, calciamenta fortia. Leo Imperator *de apparatu bellico cap. 3. Num. 50.* Samiatores, id est, qui omnes acies ferreas exacuunt. Vide & Nonium in *Samium* voce.

Samnites Italiæ populi, *σαυνιται* Polybio, aliis Sabelli, obtinent nomẽ ab vrbe Samnio. Eidẽ Aprutij dicti videntur nonnullis ab à priuatiua & *Brutio*, qui Lucanorum lingua *seruus* est *fugitiuus*, sicut Leander refert. Gens b·llicosa fuit & summè potens, vtpote cuius vires & opes creuerunt in tantum, vt 80. M. peditum, & 8. millia equitum armarent ad bellum. Sæpe grauissimis bellis fatigarunt Romanos, nonnunquam vicerũt, vt memorabilis illa ad Caudinas furcas parta victoria testatur, quam Liuius *lib. 9.* commemorat, addẽs quinquaginta annis eos plane subactos à Fabiis atque Papyriis Sylla eorum 4. millia, vel (*vt alij*) sex millia in circo maximo, vel (vt nonnulli) in campo Martio ad Ouilia, militibus ad cędem immissis, tradidit iugulanda per tres dies continuos, clamitans Romanum populum nunquã habiturum pacem, quam diu Samniticum superesset nomen. Equitibus fors belli pepercisset; sed eos proscriptione est insectatus. Scribit & Strabo plerasque eorum vrbes tempore Syllę funditus euers͂s, inque vicos redactas. Apud Liuium Papyrij Cursoris, de eisdem reportatam victoriam, easq; vrbium ruinas legas, vt sua ętate, *inquit Florus*, Samnium in ipso Samnio requirerent.

Samos trium Insularum nomen, quarum vna sita in mari Icario, è regione Ioniæ, & olim Iunoni sacra, alias etiam *παρθενία* à fluuio Parthenio dicta, *ἀνθε-*

μυσα à floribus, μελάμφυλλον, δρύουσα Aristoteli, Plinio *Cyparissia*, Stephano, nomen hoc suum iuxta Carræum ar cessit ἀπὸ τῆς παρθενίας τῆς σάμου γυναικὸς à virginitate mulieris Samæ. Sed Eustathius in Dionysium ἐτυμολογεῖ, quòd Samos dicatur, οἱονεὶ σῶός τις, ab incolumitate. Et sunt alij, qui ab altitudine deducunt, quod Thracum dialecto σάμοι sint τὰ ὕψη, id est, *altitudines*. Hinc Pythagoras oriundus, & hinc dicta Samia vasa fictilia tãtopere veteribus laudata. Altera Samos Thracia est in mari Ægæo Thraciæ opposita, quæ Samothracia & Samothrace est Ptolemæo, Plinio, Pomponio, Dardania Eustathio. Tertia Maris Ionij est Insula prope Zacynthum, quæ etiam κεφαλληνία est dicta, *testibus Strabone & Eustathio*, nostra ætate *Samandrachi* nomine nota.

Samuel Propheta atque idem Nazaræus, id est, voto consecratus Deo ea ratione, qua docetur *Num.9.* sicut & Sãson cum Iacobo Iusto, quid aliud, quam postulatus à Deo? Siquidem שאל tantũdem ac *postulauit*, אל per antomasiam *Deus*. Quis enim ignorat multis votis & precibus matrem petiisse fructum à Deo? Quo etymon istud magis arrideat, quam alterum illud Isidori: שמו-אל, *nomen eius Deus*. Prius quàm natus esset, vouit illum Anna mater *Reg.1.* Deo omnipotenti his verbis: *Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non ascendet super caput eius.* Fuit idem iudex in populo Dei. Scripsisse dicitur ספר משפט המלוכה quod septuaginta trãstulerunt βίβλον τοῦ δικαιώματος τῆς βασιλείας, Codicem Iuris *regni Iudaici*, in quo postquam Propheta primum regẽ constituisset Saulum, scripsit postea institutionem regiæ Politiæ, additis & legibus, iuxta quas regni gubernaculum tractari possit, ne aut rex tyrannidem exerceret, aut populus pro libidine sua refractarius regis imperium detrectaret. Fit & mentio libri Samuelis videntis. 1. *Paralip. cap. vlt.* in quo Dauidis res gestæ continebantur. At n. librum hunc sub nomine *primi Reg.* à nobis haberi asserit Moses Kimhi. Imo libri Iudicum & Ruth eundem fuisse scriptorem persuasum habet.

Sanctum appellatum à sagminibus volunt nonnulli. Nomen id herbæ tributum, de qua egimus antea prolixius. Sed Isidorus ab hostiæ sanguine appellationem trahit. Etenim nil sanctum habebant veteres, nisi quod hostiæ sanguine conspersum & consecratum esset. Item *sanctum*, inquit, *quod constat (cur enim non ita legendum?) esse sancitum*. Est autem sancire nihil hîc aliud, quàm confirmare, & irrogatione pœnæ ab iniuria defendere, prout leges dicuntur *sanctæ*, & mores *sancti*. Aliquo modo cũ eo facit Glossarium vetus quod habet: *Sancio*, κυρῶ: Et *Sanctum*, ἁγνὸν, κεκυρωμένον, id est, *castum, confirmatum, seu constitutum, & aliqua auctoritate decretum*. Hinc sanctiones, id est, *leges, quibus additus est terror pœnæ*. Vlpianus: *In sanctionibus interdum adiicitur, vt, qui ibi aliquid commiserit, capite puniatur, leg. sacra loco. §. propriè dicimus. ff. de diuis. rerum. leg. sanctio legum, ff. de pœnis.* Sanctum etiam veteres dixerũt oppidi murum *iuxta veteres Grammaticos*. Sancta sanctorum locum templi Iudæorum secretiorem, ad quem nulli præter summum sacerdotem erat accessus, monet Isidorus appellationem habuisse, quòd essent sanctiora exteriori oraculo, vel quia comparatione sint sanctiora aliis, sicut Cantica cãticorum, quæ omnibus aliis præcellunt.

Sanguisuga glossæ veteri βδέλλα λιμναία, hirudo palustris, vnde λιμνᾶτις epitheton eius apud Theocritum, nomen obtinet, quod sanguinem sugat. Reperitur in aquis marinis. Sed hac melior dulcium aquarum incola vermẽ aut muris caudam mirifice repræsentãs. Cuicumque hæc parti corporis adhæret, mox sanguinem exsugit, non missura cutem, nisi plena cruoris. Quare Theocritus in Pharmaceut. cum hiru-

dine confert amorem, quòd hic eius instar corpora curis & vigiliis attenuet, ſanguinemque exſugat,

αἰ κὶ ἔρως ἀνῆπε, τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα

Εμφὺς, ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας.

Hinc & Cicero plebem vocat ęrarij hirudinem *in Epiſtolis ad Atticum*. Plautus Epid. *Iam ego me vortam in hirudinem, atque horum exſugebo ſanguinem, ſenati qui columen cluent.* Vtuntur ergo his medici inter vacuatoria præſidia, ſi quādo ſanguinem prolicere eſt animus. Eũ enim, qui carni adiacet, eliciũt, quem auidius trahent langueſcentes alioqui, ſi forcipe caudas præcidas. Quo pacto autem vtendum ſitiis, ne virulentia noceant, quidque agēdum ſit, vbi fuerint admotæ, tum qua ratione efficiendum, vt ſaturæ decidant, traditum, opinor, affatim à Medicis noſtris, vt omnia ea ad nauſeam vſque recoquere non ſit opus.

Sannio Terentianus vnde ſortitus nomen, ſi non à ſannis? Eſt nempe ſanna, *quemadmodum Probus ait*, os diſtortum cum vultu, ſicut fieri conſueuit, cùm aliquem deridemus: Vt quidem Sanniones aſpectu ſimul geſtibus & ridiculi ſint, immo γελωτοποιοί. Cicero alibi: *Quid porro tam ridiculum, quam Sannio eſt, qui ore, vultu, imitandis moribus voce, denique corpore ridetur ipſo.* Gloſſarium vetus: *Sannator*, μυκτηριςής. *Nam μυκτηρίζειν eſt naſo ſuſpēdere, vt ait Satyricus; μυκτηρισμὸς fraus & deriſio, quæ omnia cadunt in Sanniones.* Rurſus Gloſſarium: *Sanna, ſubſannator*, μῶκος, *Horatio deriſor, alias* σκώπτης χλευαςής. Nonius ita: *Sanniones dicuntur a ſanniis (lego ſannis) qui ſunt in dictis fatui, & in moribus, & in ſcenis, quos μωρὺς vocant Græci.*

Sara vxor Abrahæ, nihil aliud eſt quam Domina, deſcendens à שר *Domino* vel *Principe*. Legimus enim שרות pluraliter *Iudic. 8*.

Saraceni, Σαρακηνοὶ, olim etiam *Agareni* dicti & *Iſmaelitæ* (ſunt enim hæc ſynonyma *teſte Sozomeno*: item *Arabes* & *Scenitæ*, Ammiano auctore, nomen hoc primum, de quo agimus habere pleriſque viſi à Sara Abrahæ vxore, vel (*vt alij*) à Saraia Arabiæ parte. Priori ſententiæ fauent aliquo modo, quæ ex Euthymij Zigabeni Saracenicis Fridericus Sylburgius citat hoc modo: οἱ καλοῦνται Ισμαηλῖται μὲν, ὡς ἀπὸ τοῦ Ισμαὴλ καταγόμενοι (υἱὸς δὲ ἦν οὗτος τοῦ Αβραάμ, γεννηθεὶς αὐτῷ ἐξ ἄγαρ τῆς παιδίσκης Σάῤῥας. Αγαρηνοὶ δὲ ἀπὸ Αγαρ τῆς μητρὸς Ισμαὴλ· Σαρακηνοὶ δὲ ἀπὸ τοῦ τὴν αγαρ εἰπεῖν πρὸς τὸν ἄγγελον, ὅτε ἀπελαθεῖσα παρὰ τῆς κυρίας αὐτῆς ὥδευε κατὰ τὴν ἔρημον ἐπιφερομένη τὸν Ισμαὴλ, ὅτι Σάῤῥα κενήν με απέλυσεν, ὡς ἐκεῖνοι λέγουσιν, Iſmaelitæ dicuntur tanquam ab Iſmaele deducti (filius erat hic Abrahæ, natus ex Agar ancilla Sarę. Agareni autem ab Agar Iſmaelis matre: Saraceni, quod Agar dixerit ad angelum, cum ædibus à Domina expulſa incederet per eremum in vtero ferens Iſmaëlem, quia Sara me vacuam (κενὴν) dimiſit, *vt illi dicunt*: Alij nomen deducunt à שרה, id eſt, *Princeps* fuit. Quot enim bella geſſerunt? Quoties victi, quoties victores? Tempore Heraclij ſtipati inſigni Arabum multitudine magna clade affecerunt Romanos. Anno primo Imperij Conſtantini Pogonati Conſtantis filij, illato Africæ bello, octoginta hominum millia abduxerunt captiua. Occupauerunt Myſiam: In Perſiam, Syriā, Phœniciam, & Meſopotamiam incurſiones fecerunt. Contra cæſi leguntur à Theophilo, captis circiter viginti quinque millibus. A Leone Imperatore ſunt etiam fuſi, & à Nicephoro Caranteno, Turciſque ipſis, qui paulatim per incrementa ad eam potentiam, in qua hactenus à multis ſeculis illud imperium tenent, ſunt progreſſi. Rurſus profligarunt Phocæ ducem Manuelem multo aptiorem militis quàm ducis officio; at cladem acceperunt à Rhungiſinis, à Nicephoro Patricio Naupli præfecto,

fecto, & aliis diuersis. Quę tamen omnes aduersitates non ita fregerunt eorũ animos & vires, quo minus sibi vi & sanguine viam aperirent ad imperium multarum regionum, cum internecione Christiani populi. Quin ipsam quoque Dalmatiam & Italiam vastarũt, sed Calabria & Apulia expulit Otho primus. Originem eorum si velis, Ammianum vide *lib.14.* non longe à principio, vbi illos rapaci vitę miluorum similes facit, moresq; immanes egregiè depingit, cum inter alia viuere eos scribit, *sine lare, sine sedibus fixis, sine legibus*, nec idem diutius perferre cœlum.

Sarcina Latinorum deflecti videtur à *sarciendo* seu *consuendo*, sicut Græcorum σάγμα, παρὰ τὸ σάττειν, *onerando* atque *insarciendo*.

Sarcocolla, lacryma arboris in Perside nascentis, pollini thuris similis, rufa, emplastica, subamara, oculorum fluxiones inhibens, & corporis carnem exulceratam agglutinans, vnde nisi ἀπὸ τῆς σαρκὸς carne, καὶ τοῦ κολλᾶν glutinando, arcesset, nomen?

Sarcoma, superfluum carnis incrementum medicis tam foris, quàm intrinsecus, maximè in recentibus vlceribus, si negligantur, quale etiam nascitur in naribus diuersum tamen à Polypo, ἀπὸ τῆς σαρκὸς, *carne* nominis originem habet.

Sarcophagus peculiariter lapis hac dote insignis, quòd cadauerum carnes breui temporis spatio consumat, & exedat, dentibus exceptis, sicut ex Plinio didicimus, ἀπὸ τῆς σαρκὸς καὶ φάγειν, id est, *comedendo* appellationem traxit. Alio nomine est Assius, inque Lycia reperiri fertur. Isidorus scribit in Troade nasci fossilique vena scindi, & eiusdem generis in Oriente saxa etiam viuentibus alligata erodere corpus. Iam pro sepulcro accipi solet. Modestinus ad *l. libertis. de alimen. & cibar. legat.* Ad sarcophagum meũ memoriã quotãnis celebrẽt.

Sarculum instrumentum rusticum Isidoro à sarriendo, vt & Varroni est dictum. Sarrire autem est segetes à noxiis herbis purgare, cum leuiter eas rastris scalpunt. Alias id dicitur *euerruncare*, estque veteri Glossario βοτανίζειν, quod probo.

Sardanapalus nomen arrogantiæ plenum. Etenim שר est princeps vel *dux*, דין *index*, & דין *iudicium*, at פלא *arduum* & *excelsum* significat. Sunt quoq; נפילים *Nephilim* gigantes sic dicti, quasi oppressores, cuius vocis radices etiam in Sardanapali voce animaduertas.

Sarepta Plinio vrbs Palestinæ nomen habet ab vstrinis & officinis metallicis, quibus metalla & vitrea opera excoquuntur. Siquidem צרף *Saraph*, tantundem Hebręis, atque *exussit*. Hinc צורף *vstor*, & מצרף *vstrina*. Ab eadem verò origine צרפת Sarepta, quam Iosephus Sidoniorum ciuitatem esse affirmat inter Tyrum & Sidonem, *lib. 3. Antiquit. cap. 13.* Hìc vidua illa habitauit, in cuius hydria non defecit farina, nec oleum in lecytho, donec pluuiarum cataractas demisisset Deus cœlo, sic prędicente Elia Propheta *3. Reg. cap. 17.*

Sarmatæ, qui & Sauromatę audiunt, videntur dicti nonnullis eruditis ab oculis lacertarum. Nam σαῦρος *lacerta*, ὄμμα *oculus*. Gens ista multiplex & varia pro multiplici regionum diuersitate & situ. Quidam enim incertis vagantur sedibus, opesque suas circumferunt secum plaustris inde ἁμαξόβιοι dicti. Essedones lęti funera parentum victimis celebrare dicuntur, eorũdem corpora dilaniare (de pręteritis temporibus loquor) & cęsis pecorum visceribus permiscere, atque ita consumere, capita verò expolita auro argentoque includere, *vt quidem ita poculorum vtantur loco.* Alij ora pingunt plus minus pro ratione imaginum & splendoris. Argentum & aurum in vniuersum ignorant. Nonnulli ob hyemem perpetuam specus & subterranea colunt toti braccati, solum ea parte excepta, qua vident. Aliqui etiam soliti

aduenas

aduenas mactare. Plerique omnia habuerunt communia. Bello tamen inprimis fuerunt intenti, vt latius suo loco in Scythis dicturus sum. Mitto *Hippophagos, Galactophagos, Anthropophagos, suas* ibi habentes sedes, tum quos alij inter incolas recensent, *Iazabatas, &* *Iaxamatas*, apud Plinium *Cicimenos, Choatras, Costoboccos, Dandaros, Euazas, Gynæcocratumenos, Messenianos, Thussagetas, Turcas* & *Zigas*. Mitto mõstra dubia partim, partim nulla fide commemorata, & ad Sarmatiæ diuisionem descendo. Duplicem eam faciant auctores, *Asiaticam* & *Europæam*. Asiatica, quæ trans Tanaim & Mæotida paludem in ortum excurrit, cardines suos habet à meridie Danubium, à Septentrione Oceanum, ab ortu Mæotida & Põtum, ab occasu Germaniam: Tartariam hodie dici volunt eruditi, cuius incolæ etiamnum traduntur, quantumuis cadauerosos equos euiscerare in suo carnario, carnibusque partim assis, partim elixis, grandi in fornice focis circumsi dentes hiantem exsaturare voluptatem. Asiaticos Tartaros *Mogores* in India vocari, ait Garcias *in suo de aromatibus libello*. Sarmatia verò Europæa secundum Ptolemæum *lib. 3. cap. 3.* terminatur Septentrionem versus Oceano Sarmatico, ab occasu Vistula amne, à meridie Iazygibus Metanastis, Dacia ac Mysia inferiore, ab ortu Sarmatia Asię, Tanai flumine Mæotideq; palude. Hęc pars Sarmatiæ complectitur in se *Poloniam, Russiam, Prussiam, Liuoniam, Lituaniam, Moscouiam, Podoliam, Albam Russiam, atque Vandaliam*. Vt nequeam illis astipulari, qui solam Russiam pro Europæa Tartaria nobis obtrudunt, inter quos Paulus Venetus & Sigismundus ab *Herberstein*. Illud tamē indubitatum, veteres omnes Sarmatas in vniuersum dixisse Scythas, de quibus suo loco plenius, gentémque fuisse omni tempore inquietam & bellicosam, multumque adeo Romanos rerum Dominos exercuisse, sicut historiæ produnt. Mæsiam ab illis inuasam sub Tiberio legimus apud Suetonium, & apud Ammianum *libr. 16.* Cæsam ab illis Domitiani legionem testatur Eutropius *lib. 7.* sub finem. Instruebant autem aciem per turmas, quibus erant insuperabiles, etsi pedestri eorum pugna nihil sit ignauius. Itaque Domitianum lauream retulisse Ioui Capitolino de Sarmatis prodit Suetonius. Eosdem expugnauit Adrianus, Pupienus contudit, in triumpho duxit Aurelianus. Attriuit eos & Carus, *teste Flauio Vopisco*, sicut & Constantinus, qui eos admodum adhuc iuuenis profligauit. Quantum ad sacra eorundem, sciendum equos ad cibos & sacra ali ab illis solitos. Vnde Epigrammatarius:

Venit ab epoto Sarmata pastus equo.

Sed non illi soli hoc animal immolarunt, quando & Lacedæmonij in monte Taygeto, *teste Festo*, ventis obtulerint: Quamquam Soli oblatum ab ipsis scribat Pausanias. Apud Salentinos viuus coniiciebatur in ignem Ioui dicatus. Persas etiam Soli sacrificasse nemo ignorat. Simile quid in Heroicis Philostrati legas. Atque ita his expeditis rectà eò, quo ordo me ducit, pergo.

Sartago, à strepitu soni dicta videtur Isidoro.

* *Sartago*, Hebr. מסרת *Masreth*, à *Sarath*, & semel occurrit, nempe 2. Sam. 13. 9. Alio nomine dicitur חבית *Chabith*, & מחבת *Machabath*, i. Sartago, patella, vas ferreum in quo olera, pulmenta & alia friguntur. Cognationem habet cum פתח *Pathac*, i. aperuit vt pateat: nā Sartago aperta est & patēs. Hinc πατάχνον, πατάνη, πατάνιον, πάτανον, patella. Item ἅπτω accendo ad frigendum seu coquendum. Septuaginta nomen *Machabath* verterunt τήγανον. Sartaginem, seu patellam frixoriam grammatici recentiores ἀπὸ τῆς σαρκὸς, i. à carnibus quæ in ea friguntur, deducunt. רחש *Rachasch*, i. eructauit, mouit, ebulliuit præ-

calore aut feruore, dictum de sermone ex abundantia cordis ardenter effuso. Inde metaphoricè; deriuatur מרחשת *Marcheſcheth*, Patella in qua ebulliuntur farinacea, aut alia ex oleo. Doctores diſcrimen ponunt inter nomen illud, & *Machabath*. Vtrumque habes Leuitic. 6. 32. & 7. 9. *Marcheſcheth* patella profundior eſt, ideo quæ in ea friguntur ebulliunt: colligitur enim eius oleum, nec flamma illud comburit. Sed *Machabath* craticula plana eſt in ſuperficie, & indurátur quæ in ea fiunt, quia ignis illi dominatur. τήγανον eſt παρὰ τὸ τήκειν, quoniam in patella butyrum oleũue liquefieri ſolet ad frigendum piſces, carnes, oua, & quæ huiuſmodi ſunt. τήκω, liquefacio, a quo τήγανον, exponitur etiam mollio & attenuo: quod obſeruamus ad diſcrimẽ illud nominis multiplicis Hebræi conſtituendum Perſius ſatyra prima ridens ſui ſeculi garrulos & nimium loquaces, *quæriſne* (inquit) *vnde hæc Sartago loquendi venerit in linguas?* In eum locum eruditiſſ. Caſaubonus: miſturam probatarum & damnatarum dictionũ in oratione Poëta vocat Sartaginem loquendi. Alluſum videtur ad panes ταγηνίας, (nam τάγηνον, ſiue τήγανον, ſartago eſt,) Athenæo atq; aliis deſcriptos; qui conficiebant è variarum rerum miſcella, farinæ, adipis, mellis, ſeſami, caſei & ſimilium. An reſpicit ad ſtridorem ingratum rerum quæ in ſartagine friguntur? Vt autem Perſius ſartaginem de oratione dixit, ſic Eubulus comicus Græcus feruẽtium patinarũ ſonũ appellauit λάλημα, i. loquelam.

Satanas humani generis hoſtis à שטן *declinauit*.

Satura vel *Satyra* lex (vtrumque enim legitur y. in u. mutata, ſicut pro Sylla *Sulla*, pro *Pyrrho Purrhus* apud Ennium) iuxta Gloſſarium vetus νόμος πολλὰ περιέχων, *lex multa ſimul complectens*, videtur quibuſdam nomẽ habere à Satyris, qui greſſum non figunt, ſed vt ſunt petulantes, incertis veſtigiis feruntur: id quod haud obſcurè colligere etiam is poterit, qui animum intenderit ad ea, quæ ſunt *in leg. 1. in princip. Cod. de latin. libert. toll. & cap. Satyra vero, diſtinct. 2. & in proœm. Pandectarum. §. & primo quidem anno.* Vbi Bologninus vult eſſe legendum *Saturam*, quòd Imperator hoc opus ex multis bonis ad ſaturitatem vſque collectum commendauerit. Sed fallitur, cùm mens Imperatoris ſit, neceſſariam eſſe iuris ciuilis repurgationem, quod antea primo quidem anno hoc opus iuris promiſcuè, & velut per *Satyram* collectum, cùm inutilia adhuc quam plurima haberet, diſcẽtibus proponeretur. Gloſſarij etiã veteris ſentẽtiã confirmat Feſtus, cuius verba ſubiicere pretiũ erit operæ. *Satura*, inquit, *& cibi genus ex variis rebus cõditũ, & lex multis aliis legibus confecta.* Itaq; in ſanctione legum adſcribitur: *Neve per Saturam abrogato* aut *derogato*. T. Annius Luſcus in ea, quam dixit aduerſus T. Gracchum: *Imperium quod plebes per Saturam dederat, id abrogatum eſt.* Et C. Lælius in ea, quam pro ſe dixit: *De in poſtero die, quaſi per Saturam ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur.* Meminit eius legis & Iſidorus *lib. 4. c. 16.* Originum in etymo quoque, paulum diſcrepãs à nobis. Verba eius ſunt: *Satyra verò lex eſt, quæ de pluribus rebus ſimul loquitur, dicta à copia rerum, & quaſi à ſatietate.* Vnde & *Satyram ſcribere*, eſt Poëmata varia condere.

Saturnus, Aboriginum olim rex iuſtus, agrorum culturæ præſes, quo regnante nullum ferunt commiſſum fuiſſe furtum, Virgilio *Æneid. 7. Vitiſator* dictus, quòd iis populis demonſtrauerit rationem ſerendi vitem, veritatis parens veteribus, quod Κρόνος idem haberetur cum χρόνῳ, quod ſaturetur annis, accepiſſe nomen videtur nonnullis. Nec abhorret quod κρόνον quaſi κόρον τοῦ νοῦ, id eſt, *mentis ſatietatem* nominis id accepiſſe affirmet Plato. Fulgentius vult etiam dictum à *ſaturando* propter

erogationem an nonæ qua Italos ad se pertraxit, vel etiam, quod deuoratis filiis (*vt fabulantur*) sit saturatus. Sunt porro alij, qui nomen eius deductum scribunt, ἀπὸ τῆς σάθης, virili quippe membro, propter abscissa quidem pudenda Cœli ipsius falce, inque mare deiecta, quod ita fictum, vt rerum semina cœlitus delapsa tempore quæq; suo coaluisse, & naturam ad propagandas istas Veneris vsũ significasse docerẽt. Phurnutus deducit nomen ἀπὸ τοῦ κραίνειν, id est, à *cõmiscendo*. Alij satu, quòd præesset agriculturę. Vnde pingi solitus cum falce agricolationis totius signo, quam dederit ipsi Ianus à messe. Quinimo rationem inserendi & surculos faciendi posteritas illi tulit acceptam. Nonnulli Thuscum vocabulum esse volũt, & lingua Syriaca significare latentem. Vnde Latini latius interpretãtes vocabulum istud, Latium eum vocarunt. Ioannes Goropius eundem vult esse cum Noacho 4. *Orig. Antuerp.* propter inuenta & beneficia in genus humanum collata, tum quia Aborigenũ rex iustus fuit, tandem in numerum Deorum relatus est, inque sacris ipsius obseruatum, vt immolarent capite aperto, quippe veritatis Deo, cũ aliis Diuis, excepto honore, velato capite sacrificarẽt. Sed huius rei & moris rationes Plutarchus ita reddit *in quæst. Romanis*, vt propterea inductum id dicat, quod velare caput Æneæ sit institutum, Saturni autem sacrificium multo sit vetustius, vel quia veritati, cuius patrem censebãt esse Saturnum, nihil sit opertum aut occultũ. Quod autem in primis dignum notatu in immani gentilium barbarie, humanas hostias Saturno cęsas non ignotandum. Refert enim Diodorus Siculus Colossum exstitisse apud Carthaginem, cuius brachia porrecta erant in gyrum, & in ignis foueam incidisse adolescentes, quotcumque sacrificandi caussa cogebantur ad eum accedere. Atque ita proprios primum mactabant filios. Mox cùm aliquando abhorruissent à scelere, seruitia eum in vsum comparare studuerunt sibi. Subsecuta deinde est pestis, inde grauissima obsidio. Succensere itaque rati sibi Saturnum, trecentos illi impuberes sacrificarunt, eosque ingenuos. Morem hunc receperunt postea & Galli in sacrificiis Saturni, vt de Phœnicibus, Cretensibus, Iudæis, Taurica Diana, & ipso Heliogabalo taceam, imò de Iephtæ Galaaditarum principis detestabili (vt quidam putant) facinore. Sed & in Latio talem ipsi cultum institutum legimus, non quidem vt homo ad aram immolaretur, sed vt de ponte deiiceretur in Tyberim. Factum tamen id scribit Varro ambiguitate huius responsi: καὶ κεφαλὰς κρονίδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα. Ceterum abrogatum id tandem ab Hercule ex Hispania reuerso, inductumque, vt imagunculas siue oscilla ad humanam effigiem arte formata Diti offerrent, & aras Saturni colerent accensis luminibus. Atque ita Saturnalia instituta, in quibus præter sigillaria mos fuit etiam cereos missitare. Quãquam alias legatur & Gelon Siciliæ tyrannus coegisse Lacedæmonios, scripta in eam rem lege, vt ab infanticidio in posterum abstinerent Saturno regnante nullum furtum commissum fuisse dictum est ante. Hæc scilicet aurea illa ætas erat, quæ vindice nullo sponte sua sine lege fidem rectúmque colebat. Quocirca Romani etiam ædem eius ærarium fecerunt, in quo asseruabatur non solum pecunia, sed etiam tabulæ, & præter rationum libros etiam elephantini libri, in quibus continebantur 35. tribus Romanæ ciuitatis. At enim Plutarchus duas alias rationes destinati Saturni templo ærarij profert, quarum prima est, quod Saturnus creditus sit fructibus & agriculturæ præesse, vnde pecuniæ copia, atque ideo auctorem pecuniæ factum eius custodem: Altera, quod locus ille

munitus conſpicuus, ab inſidiis fuerit tutus. Cyprianus eam ob cauſſam hoc inſtitutum ſcribit, quod primus in Italia ſignauerit nummos, quos poſtea ita percuſſit Ianus, vt vna in parte ſui capitis effigies, in altera Saturni nauis, qua is appulerat in Italiam, eſſet expreſſa. Ad hanc ædem deducebantur exterarum regionum legati ſua profitentes nomina apud ærarij præfectos, & quidem eum in finem, quod Saturnus, cum peregrinus fuerit, etiam hoſpitibus gauderet, vel quod hoſpites olim munera à Quæſtoribus ærarij acceperint. Vtque addam nonnihil ex Theologia Poëtarum, qui genitalia Cœlo patri præſecta eum abieciſſe fingunt in mare, atque inde natam Venerem, ita quidem interpretor, vt ſignificare voluerint igneum ſemen humori permixtum generationis fuiſſe principium. Falcem illi tributam volunt, quòd à tempore omnia incidantur, proſternantur & labefactentur. Nam, vt Epigramma habet, *ψύχει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος, οὐδὲ σιδήρου φείδεται.* Quod eadem in Sicilia occultata prædicetur, ob frumenti rerumque victui neceſſariarum in ea fertilitatem excogitatum. Vinculum iſtud laneum, quo ligatum eum per annum ferunt, at ſolui ad diem ſibi feſtum, id eſt, menſe Decembri, docet ſemen menſe decimo in vtero in vitam grandeſcere, quod donec erumpat in lucem, mollibus naturæ vinculis detinetur. Miſſum eum in tartara tenebroſa canit Ouidius, *Metamorphoſeōn quarto*, idque ita haudquaquam accipiendum, quaſi apud Inferos vinculis fuerit conſtrictus, cùm fati & mortis expertes ſint Dij, ſed potius de carcere, in quem coniectus fuit à Ioue, cùm Titanum præſidio fiſus incaſſum eum regno deturbare conatus eſſet, intelligendum, idque ex mente Dionyſij Halicarnaſſæi. Aſtrologis eius ſtella eſt frigida, *ſicut & Cicero teſtatur 2. de natura Deorum.* Cauſſa eſt, quòd longiſſime recedat à Sole ſurſum, quo is penetrare nequit, ſicut ad inferiores Planetas. Siccitatis eiuſdem ſtellæ ratio eſt, quod longiori interuallo diſſita ſit à terra. In quacumque domo repetitur, maximè in ſexta, octaua & duodecima, ærumnarum calamitúmque eſt auctor. Trigeſimo anno ad breuiſſima ſuæ ſedis principia regreditur. Ab ipſo porro loca edita Saturnia vocari in Italia, præſertim & Sicilia, ſcribit Diodorus. Ab eadem origine Saturnia terra dicta Italia, & mons iſte, vbi poſtea Capitolium fuit, & in quo habitaſſe creditur, cùm eſſet in viuis, Saturnius, vt & *ciuitas Saturnia*, imò *porta Saturnia* Romæ, quam Iunius *Pandanam* dixit. Deſcendunt & hinc Saturnalia Saturni feriæ, quæ celebrari ſolebant menſe Decembri, qui inde Genialis dictus *Faſtorum 4.* At vno tantum die antiquitus, hoc eſt, decimo quarto Calendar. Ianuarij. Nam cùm C. Cæſar duos dies adiecilſet huic menſi, decimo ſexto celebrari cœperunt. Qua de cauſſa cum vulgus ignoraret certum Saturnaliorum diem, aliquibus ea cum Cæſare celebrantibus *16. Calend.* aliis more veteri 14. Cal. cœpta ſunt celebrari pluribus diebus, & primum quidem tribus, ſicut Auguſtus iuſſit in legibus iudiciariis, inde ſeptem diebus, è quibus, quinque tantum habebantur feſti. Saturnalia autem hæc multis ſeculis præceſſiſſe cunabula vrbis Romanæ, auctor eſt Macrobius. Probat enim Philochori teſtimonio Cecropem primum Saturno & Opi, ceu frugum ac fructuum repertoribus, aram in Attica ſtatuiſſe, eos autem Deos pro Ioue & terra coluiſſe, atque adeo inſtituiſſe, vt frugibus ac fructibus coactis veſcerentur patresfamilias vna cum ſeruis, cum quibus patientiam laboris in rure colendo tolerauerāt: Delectari enim Deū

honore

honore ſeruorum, contemplatione laboris. Græci feſtos hos dies *κρόνια* dicebāt, quo vocabulo antiquiſſimus poëta L. Accius in ſuis poëmatibus eſt vſus. Hiſce diebus iocorum atque lętitię plenis piaculum erat ſumere bellum, aut pœnas à nocente exigere. Domini excipiebant ſeruos liberalibus conuiuiis, ipſimet ſeruilibus fungētes muneribus. Quinimmo mancipiis quiduis liberè loqui licebat. Athenæus eandem conſuetudinem & morem prodit libro 14. his verbis: *ταῖς τῶν κρονίων ἡμέραις ἔθος ἐστιν ῥωμαίων παισὶν ἑστιᾶν τοὺς οἰκέτας αὐτοὺς τὰς τῶν οἰκετῶν ἀναδεχομένους λειτουργίας.* Ad hunc Saturnaliorum morē & libertatem alludit etiam Horatius *lib.2.Satyr.2.* hoc modo:

Age, libertate Decembri
(Quādo ita maiores voluerūt) vtere, narra.

Lucianus *ἐν τοῖς πρὸς κρόνον* Saturnum ſic loquentem inducit: *καὶ διὰ τοῦτο ἁπανταχοῦ κρότος καὶ ᾠδὴ, καὶ παιδία, καὶ ἰσοτιμία πᾶσι καὶ δούλοις, καὶ ἐλευθέροις, οὐδεὶς γὰρ ἐπ' ἐμοῦ δοῦλος ἦν.* Quin eo tempore pileos libertatis ſignum geſtabant ſerui, & calceis ingenuorum induebantur, *teſte Porphyrio.* Quapropter rectè Catullus ad C. Licinium Caluum Saturnalia optimum diem appellat, vtpote repræſentantem imaginem aurei iſtius ſeculi, quod Saturno regnante fuiſſe dicitur. Nec omittendum, in Liberalibus cùm Poëſis alia genera, tum inprimis veteres comœdias, in quibus perſtringebant hominum vitia, fuiſſe adhibitas. Simili feſtiuitate fere ſunt vſi Cretenſes in Mercurialibus ſuis, in Peloriis Theſſali, Athenienſes in Anthiſteriis. Exiſtimant eruditi originem traxiſſe hoc feſtum ex Scenopegiis populi Iudaici, quæ agitabantur ab illis menſe Thiſri ſeptem dierum ſpatio, collectis & reconditis in horrea fructibus, quo tempore tam ſeruis, quàm liberis, ſub tentoriis feriari ac epulari cum lætitia fuit conceſſum, *vt conſtat ex 25. Leuit. & 16. cap. Deuteron.*

* *Saturnus* eſt ſidus ſecretioris illius ſapientiæ, quæ ſempiterna conſtantia, ſui ſimilis, quoniam nihil extra ſe habet, infinita ſcilicet, recurrit in ſeipsā. Quapropter ille ſuos voraſſe liberos creditus eſt: vt vnde illi principium ducerent, eodem quoque, videlicet, ad ſuum finem reducerentur. *Rhea* perennis ille fluxus eſt (quod & nomen indicat) ſui ipſius contemplationis: ex qua gignit id ille, quod reciprocat in eūdem. Nulla namque in Deo rectæ lineæ fit deſignatio, quia caret extremis. Ne verò circulari ſola illa intima cognitione ſemper oblectaret ſeſe, quin eam proferret atque produceret ad ſui participationē, infinita bonitas oblata eſt ei, ab ipſa cōtemplatione, id eſt, à Rhea, Bætylon. ſic enim lapidem vocant illum ſuppoſititium. Quocirca ſeruati ſunt liberi tres, alius poſt alium. Primùm igitur eſt rebus communicata vita. Hoc ſanè *Iupiter* agnoſcitur, vitalis autor Spiritus (omnibus origo eadem, *ζεὺς ζῆν, ζεῖν*) ac forma ipſa. Deinde *Neptunus*, qui eſſet materia. Nam quæ *ὕλη* Græcis dicitur, ſapientibus Chaldæis priſcis aquā ſignificauit, cuius autor ille peculiari nomine nuncupatur. Ab illis nanque totius arcanę ſapientiæ myſteria demanarunt. *Dis* autem Saturni tertia proles fuit, qui deſignat corruptibiliū rerum conſumptionem. Igitur neque Iouem deuorauit Saturnus: id eſt, vitam conceſſit rebus ita extra ſe, vt ab illis non excludatur: in eas ita ſe inſpirans, vt in illis non ſit incluſus. Neque Neptunū: propterea quòd fluxis rebus opus erat reparatione, quæ humore ſubinde repoſito ſuccos inſtauraret. Vt & ad conſiſtendum eſſet materia ſub forma, id eſt, Neptunus ſub Iouis imperio, & ad rerum iam conſtitutarum conſeruationem deficienti priori materiæ ſupplementum. Neque Ditem; quòd is rerum eſt earum meta vltima, quæ termino finiuntur. At ille quo, quando, quoto finiatur: Hæc acutiſſimè, vt omnia, eru-

ditissimus *Scaliger* Commentar. *in lib.1. de Plantis.*

Satyra, quæ à paruis initiis progressa, quippe ab Atheniensium mere, qui per agros dispersi & dediti agriculturę, cum soluti ab opere rustico genio indulgerent, iocularia quædam spargere solebant conuitia, tandem etiam ex plaustris peruncti fęcibus ora inuehi in corruptam hominum vitam, nomen suum arcessere videtur à Satyris Liberi patris comitibus sub quorum ascititia forma, cùm Poëtæ primùm comœdiam dictis iocularibus respersissent, inde etiam Satyros *capri pedes* cornibus insignitos ad excitandum risum, & Silenos tunicis ornatos villosis & florum varietate distinctis induxissent. Tandem re à risu & ioco in artem versa ausus est primus Liuius Andronicus, argumēto fabulam inserere, & ridicula versibus intexere: Vnde exodia emanarunt, quæ conserta fabellis potissimum sunt Attellanis. Differebant tamen, quòd in Satyricis introduceretur aut *Satyrus canus*, *Satyrus barbatus*, *Satyrus imberbis*, aut si qua alia ridicula sunt & Satyris similia, vtpote Sileni & Fauni; in Attellanis autem intercedebant personæ turpes, quæ dictis liberioribus improbisque gestibus auditorum curas seueritatémque relaxabant. Atque hæ in Oscorum ciuitate Attella primum inuentæ. Sed enim cū huic libertati & licentiæ in aliis etiam honestis personis carpendis ac traducēdis nullus adhiberetur modus, lata Romæ lex est in eos, qui malum carmen in quempiam scripsissent. Qua quidem ratione factum, vt verterint tandem scribendi modum formidine fustis ad benedicendum delectandúmque redacti, *vt ait Flaccus*. Nouissimè tandem excogitauit hanc Satyram homo politi ingenij Lucilius, non solùm Q. Metellum & L. Albutium summates viros perstringens, idque nominatim, verum etiam vniuersum populum Romanum probrósis carminibus lacerans, neq; etiā mortuis parcens. Et quamquam Horatius dicat ipsum fluere lutulentum, tamen multorum iudicio magnam inde gloriam reportauit, vsque adeo vt nonnulli Horatio & Persio eum prætulerint. Edidit inde & Satyram carminibus variis refertam Ennius, præter Ennium Pacuuius, imò Romanorum doctissimus Varro diuersas, quas alij quidem Cynicas, ipsemet *Menippeas* appellat, in quibus emendatius edendis multum laboris posuit eruditus vir, ipsiúsque humanitatis exemplar, Ausonius Popma Frisius. Menippum Cynicum imitatus creditur in illis, cuius multa apud Lucianum mentio. Siquidem vt ille libros scripsit risu plenos ex Deorum persona ad Physicos, Grammaticos & Mathematicos, item testamenta & Epicuri fœtum, ita multa humanitate hilaritatéq; suas satyras cōspersit, admixtis plurimis ex media Philosophia. Quocirca volunt nonnulli dictam satyram à satyra lance, quę referta variis primitiis inferri solebat Deorum sacris, quasi à copia & rei saturitate nomen haberet: Cuius lancis etiam Virgilius meminit, cum ait: *Lances & liba feremus.* Alij deriuari putant à quodam farciminis genere, cuius Varro in Plautinis quæstionibus meminit his verbis: *Satyra est vbi passa, & polenta & nuclei pinei ex mulso conspersi: ad hæc alij addunt, & de malo punico grana.* Sunt alij, qui à Satyra lege multa simul complectente, & cuius in *Satura* mentio facta est, deducunt. Si quis plura de Satyra velit, Iulium Cæsarem Scaligerum videat, *lib.1. Poetices cap. 2.*

Satyrus. Satyri pernicissimum animal (*quod Plin. scribit*) in subsolanis Indorum montibus tanquam quadrupes, attamē rectè currentes, & effigie humanæ capriuis pedibus corpore villoso, quique capi, eodem teste, non possunt propter velocitatem nisi senes aut ægri, nomen accepisse creduntur ἀπὸ τῦ σάθης membro virili, quod in libidinē sint propen-

ſi. Inde Ouid. *Me Satiri celeres (ſyluis ego tecta latebam) Quæſierant rapido turba proterua pede.* Hinc forte Bacchi finguntur comites, qui eſt Deus lætitiæ, inque veterem comœdiam, vt iocularia & laſciua iactarent inter ſe, ſunt introducti, repræſentantibus eorum perſonas mimis. Apud Romanos primum id factum à Liuio Andronico. Inde eos à iuuentute fuiſſe remotos & aliquando poſt in Atellanas fabellas demigraſſe indicare videtur Liuius *lib. 7. ſicut refert ex ipſo Manut.* Nudos eos in tragœdiã induxit Horat. vt quidem ſaltarent & acutè dicta proferrent, eo quod Tragœdia per ſe deſtituatur facetiis & riſu. Sed reiectos à Sophocle, vt ſuam illa tueretur grauitatem, prodit in arte Poetica Ariſtotel. Habitus eorum conſtabat ex tergoribus hircinis, horrentibus in vertice ſetis. Scribit Hieron. Antonio Eremitæ viſum homunculum naribus adũcis, fronte cornibus aſpera, cuique corporis extrema deſinebant in pedes caprarum, eumque interrogatum *quis eſſet* reſpondiſſe: *Mortalis ego ſum vnus ex accolis eremi, quos vano errore deluſa gentilitas Faunos, Satyros & Incubos colit.* Dicitur & Satyrus (*referente id Plutarcho*) captus & ad Syllam deductus. Qui ſæpe interrogatus, quiſnam eſſet, vocem edidit tãdem aſperam & mixtam ex equino hinnitu & hirci balatu. Denique nõ omittendum, quod Phurnutus Satyros nominatos velit ἀπὸ τȢ σεσηρέναι, quod ridendo ora diſtendant. Idem σκιρτȢς vocat, ἀπὸ τȢ σκαίρειν, id eſt, *ſaliendo* & σκευίδας ἀπὸ τȢ σκεύειν, id eſt, *furendo* vel *ſæuiendo*. Strabo nominat Satyros montes prope Pyrenæos & Satyrum fluuium in Aquitania.

* *Satyri* dicti ſunt (inquit Scaliger, poetic. lib. 1. cap. 12.) Bacchi comites, & Tityri, & Sileni. Ælianus Satyros deducit ἀπὸ τȢ σεσηρέναι, quia eſſent dicaciſſimi: ſicuti σιλληνȢς, παρὰ τὸ σιλλαίνειν: σιλλὸν enim ψόγον interpretantur, μετὰ παιδιᾶς δυσαρέστου, contumeliam cum ioci acerbitate. Satyrorum id etymon alibi confutauimus. σάθυ Salacitatem dixêre veteres. Nihil capra ſalacius. Capripedes Satyri: quos item Tityros dictos aiunt. Tityrus autem capellam ſignificauit priſcis Æolenſibus. Idcirco in Liberi patris feſtis, quibus tragœdiæ recitarẽtur, nimirum illius ſocij ac miniſtri cæteris ludis adiungebantur. Idcirco falluntur qui putant Satyram eſſe Latinam totam. A Græcis enim inchoata & perfecta primùm. At Latinis dein de accepta, atque extra ſcenam exculta. Quamobrem non à Satyra, vel lege, vel lance dicta eſt, vt fruſtra ac temere ſ... tagunt Grammatici. Quin has à Satyris dictas puto cum lancibus enim prodibant, & caniſtellis pomorum omni genere plenis, quibus Nymphas allicerẽt. De Satyrica Græcorum Poëſi, & Romanorum Satyra, libri duo extãt eruditiſſimi Caſauboni, quæ continent multa in illud argumentum obſeruatu digna. Ex lib. 1. ſequentia dicta collegimus. σάταρ aut σάτηρ Dorum dialecto ludere ſignificabat: vnde & διασάτηρ pro διαπαίζειν, Lacedemonij vſurparunt, teſte Heſychio. Iuuat coniecturam, quòd Attici & Iones Satyros vocarunt φῆρας ſiue φηρέας, vt apud Hippocratem obſeruat Galenus. Etiam Poetarum principi φῆρες ſunt Centauri, quibus fuit cum Satyris commune genus. quàm bene Satyris hoc etymon conueniat, ſciunt qui meminerunt φιλεπαίμονας, à Poetis eos vocari, & ſemper ludibundos induci. Quoniam verò antiquiſſima quæque Græcorum verba Hebraicæ ſunt originis, non abſurdè aliquis putet σατύρους quaſi סתורים *Saturim*, eſſe dictos, qui in ſpeluncis atque montibus latere putabantur, vnde in hominum, conſpectum rarò venirent. Sic haud dubiè ab eadem radice μυστήριον vox deriuata Græcis: nõ vt nugaciſſimi eorum ſcribũt grammatici, παρὰ τὸ μύσαντας τηρεῖν. במתור *Miſtor*, ſiue *Miſtur*, res aut locus abſcõditus. indue hoc verbum formatione

Græcanica,

Græcanica, fiet μυςάριον siue μυςήριον Hæc ille.

Satyriasis morbus viris & mulieribus communis, in quo veretrum vel coles propter salsum & acrem effluentem humorem cum magno pruritu arrigitur, à lasciuis illis Satyris, de quibus modò est dictum, nomen inuenit.

Scææ portæ ciuitatis Troiæ, inde nomen accessere dicuntur, quod in sinistra vrbis parte exstiterint (σκαιὸς enim *sinister*) vel ab opifice Scæo, vel quòd sinistræ fuerint Troianis, cum receptus per eas equus Dureius exitium intulerit. Per has Troes etiam exierunt in prælium: Vnde δαρδάνιαι πύλαι dictæ. Seruius enarrans illud Virgilij, *Scæaque amplector limina portæ*, ait: *Scæa porta dicta non à pugnis ante se factis sauis, id est, malis (nam & antea sic dicta est) nec ab itinere ingressis scauo, id est, sinistro, sed à cadauere Laomedontis, id est, sceomate, quod in eius fuerat superliminio.*

Scæua, qui dextram agiliorem habet sinistra, qualem morbosum non esse scripsit Vlpianus, ἀπὸ τῆς σκαιῆς χειρὸς, id est, *manu sinistra* nomē inuenit. Hinc Glossarium vetus: *Scæua*, ἀριστερὰ χείρ. Nomen id inditum legimus fortissimo centurioni, qui Pompeianis irrumpentibus in castra Cæsaris, cum reliqui fugæ se darent, solus pedem firmans, & statione sua persistens, diu hostium impetum sustinuit, scuto 220 ictibus, vel (*vt ipsemet scribit*) ducentis & triginta perforato, vel (*vt Plutarchus*) centum & triginta, vel denique centum & viginti ex ipsius Tranquilli mente. Verba huius sunt. *Scæua excusso oculo, transfixus femore, & humero, centum & viginti ictibus scuto perforato, custodiam portæ commissi castelli retinuit.* Nec ingratè prosequutus hoc facinus est Imperator, qui fortissimum virum ducentis millibus æris donauit, & ab ordine octauo ad Primipilum traduxit.

Scæuola Mutius ex Porsenæ historia notus apud Liuium, qui, cùm manus in rege trucidando aberrasset, vt sumeret quasi vindictam, immoto & imperterrito vultu, spectantibus cum admiratione hostibus, dextram concremauit, ab eadem Græcæ vocis origine, quippe ἀπὸ τῆς σκαιῆς χειρὸς, id est, *manu sinistra* nomenclationem deducit. Ab hoc Mutio traxit postea cognomen Mutiorum familia, quæ præstantissimos viros dedit cùm in Reip. administratione, tum in iuris ciuilis scientia, quam sibi quasi propriam vindicauit. Inter hos præcipuum dixerim P. Mutium Scæuolam, qui de iure ciuili scripsit libros decem, multum etiam memoria valens, sicut Cicero refert. 1. *de Oratore*. Idem Iuriscōsultum describens ait hoc modo: *Sin autem quæreretur, quisnam Iurisconsultus verè nominaretur, eum dicerem, qui legum & consuetudinis eius, qua priuati in ciuitate vterentur, & ad respondendum, & ad agendū, & ad cauendum peritus esset*: Et ex eo genere S. Ælium, M. Manilium, & P. Mutium nominarem. Consulem eum fuisse indicat Cicero in Oratione pro domo: *post consulatum factum Pontificem Maximum liquet ex 2. de Oratore.* Habuit & locum inter Oratores, quòd dixisse eum scribat valde prudēter & acutè, & paulò etiam, quam multi æquales, copiosius. Cum autem à grauioribus curis ac studiis respiraret, pila eum & alea lusisse ad fessas laboribus vires refocillandū testatur Valerius Maximus, & ex Valerio Petrarcha, dubia tamen mihi fide in viro tot occupationibus districto.

Scala. Rectè a scandendo dictas scalas ait Isidorus. Hærent enim parietibus apud Poëtam. Addit plurali numero dici, etiamsi sint vnæ. At numeri tantùm pluralis nomen esse, vt literæ, falsum, cùm & scalam agnoscant auctores boni. A scalis porro Scaligerorum familiæ appellatio.

Scamma vox origine Græca, sed qua tamen vt Latina vsus est Hieronymus ad Pammachium, & Ambrosius cap. 13 de Heliæ ieiunio, olim ὄρυγμα τοῦ πυγμαχ-τος,

τος, id est, *sastus terminus*, qui in Pentathlo præsertim τοῦ πηδητικοῦ καὶ ἁλτικοῦ γένους fiebat, ducto sulco, vel longa linea, ἀπὸ τοῦ σκάπτειν. id est, *fodiendo* videtur deduci. Hinc ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν prouerbium. Eandem sanè rem in loco certaminis Lucianus, apud quē Anacharsis de agonibus agit, ὀρύγματος nomine designauit, & vetus glossarium reddidit *fossam*. Sunt proinde, qui theatri caueam exponunt Etsi alij, inter quos Cœlius Aurelianus Medicus, *transcensum lignorum* intelligant, quòd tignis vel trabibus appositis intra certa spatia olim exercerentur.

Scamnum, à scandendo Varroni libro *de lingua Latina*, quòd scanderent eo in lectum. Hinc Glossarium vetus. *Scamnum* βάθρον. Est & scamnum vel scabellum idem Latinis, quòd ὑποπόδιον, cuius in sacris mentio.

Scandalum propriè lapsus & offensio pedis ἀπὸ τοῦ σκάζειν, quod idem esse volunt cum σχάζειν aut χωλαίνειν, quorum primum *abrumpere institutum*, alterum *claudicare* significat. Alij deducunt ab Hebræo כשל, quod est, *cadere præ offendiculo, in quod aliquis ambulando impingit*. In sacra scriptura sæpe refertur à corpore ad animum, vt cùm Paulus scribit Rom. 14. μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ ἢ σκάνδαλον, & cum Petrus Christum nominat *cap. 2. Epistol. 2.* λίθον προσκόμματος, καὶ πέτραν σκανδάλου. Ita Dominus Christus Matthæi 18. *Necesse est*, inquit, *vt veniant scandala, verumtamē væ homini isti, per quem offendiculum euenerit*. Idē Saluator censum [illegible] *Matth. 17.* ne scādalum præbeat. Et Matthæi 26. πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. *omnes vos ista nocte offendemini in me*, id est, [illegible] *cruce mea, & calamitate offen*[illegible] Est autem scandalum duplex, quippe acceptum & datum. Acceptum, cùm mali vera doctrina & moribus bonis offenduntur, sicut *Matth. 15.* præbet Iudæis offendiculum sententia Christi, *quòd nihil externum reddat hominem immundum*. Item *Ioann. 6.* quòd se panem cœlestem vocet, *9. Matthæi*, quòd Paralyticum sanet, vt & Baptista Herodiadi, cùm eam reprehenderet, & Ieremias in populi corruptos mores inuectus. Datum est verò scandalum, quo improbi offendunt bonos & pios siue id moribus, siue doctrina fiat. Passim illud seueriter prohibitū à Domino, *vt Luc. 17. Matth. 17. & 16.* Quam sit autem multiplex atque adeo, quot modis præberi queat, cum non sit huius loci, discutiendum aliis relinquo.

Scapha vnde, nisi ἀπὸ τοῦ σκάπτειν, id est, *effodiendo* commodè deduci queat? Est autem nauicula, quæ consequitur naues maiores. Scaphulas verò ex arundinibus Semiramidem fecisse, apud Diodorum legas *lib. 3.*

Scatinia lex, cuius Quintilianus meminit *lib 4. cap 2. & libr. 7. capit. 4. Cicero 8. familiarium Epistolarum Epistola 12. & 3. Philippica, Iuuenali Satyra 2* iuxta Paulum Manutium, à C. Scatinio Aricino Tribuno plebis est lata in eos, qui sollicitassent alienam pudicitiam, vel suam, vt paterentur muliebria, prostituissent, pœna decem M. numûm irrogata. Ciceronis verba Philippica 3. sunt hæc: *Quòd autem municipium non contemnit is, qui Aricinum tantopere despicit vetustate antiquissimum?* Hinc *Scatiniæ*, hinc *Voconiæ leges*. Ausonius etiam in mollem: *Scatiniam metuens non metuit Titium*. Atque ea lege quosdam ex vtroque genere condemnasse Domitianum, apud Tranquillum legas. Falluntur, qui latam eam existimant in pedicones, nomen adeo suum ab eo Scatinio accepisse, qui *auctore Valerio libr. 6.* ausus est de stupro appellare M. Claudij Marcelli Ædilis Curulis filiam, & postea accusante patre est condemnatus. Etenim leges non à damnatis aut reis, sed à latoribus accipiunt nomen. Renouauit eam, cùm referret in suam Iuliam de adulterio & pudicitia, Augustus,

grauiori imposita pœna, *teste Iustiniano 4. Institutionum, titulo de publicis iudiciis.*

Scaptia Tribus, vt Festus habet ab vrbe Scaptia nomen accepit, quam Plinius cum aliis in Latio nominat. Meminit eius Suetonius *in Augusto.*

Scauri, sicut & *Valgi*, *Varia*, *Vatinij*, nomen habent à variis suris & cruribus pedum intortis. Scaurorum familia in Scauro Mamerco maiestatis reo fertur exstincta.

Scazon, versus imperfectus seu numeris destitutus, quales χωλιαμβοι, ἀπὸ τοῦ σκάζειν, i. cl[...] ude deducit nomē. Talis iste Martialis: *Apollinar [...] [...]*.

Scelus, σκέτλιον: vel ὡς σκελετὸν σῶμα *aridum & protectum corpus.*

Scelerata porta, eadem, quæ *Carmentalis*, tandem hoc nomen est consecuta à scelere, quòd trecenti Fabij *(ex alios addit Festus cum quinque clientum millibus)* per eam egressi aduersus Hetruscos ad Cremeram amnem omnes sint interfecti. Qua de caussa factum, vt eâ portâ postea intrare aut egredi ominis sit habitum loco. Via, quæ ad hanc portam tendebat, proxima fuisse legitur Iano *Fastor. 2.* ipsiq; Ouid. astipulatur Liuius. Fuit & Romæ *sceleratus vicus*, in quo Tullia Seruij filia natura ferox carpentum agi iussit per corpus interfecti patris, cùm auriga pauidus frenos inhiberet. Campus etiam *sceleratus* dictus, in quo proximè Collinam portam Vestales humari solebant viuæ propter incestum. Adde castra scelerata, in quibus Drusus Liuiæ Drusillæ filius post deuictos hostes diem obiit supremum anno ætatis 30. *vt tradit Paterculus*, inter Salam & Rhenum, *vt scribit Strabo libr. 7.* Dicitur & *Herba scelerata* Apuleio *Sardonia*, quam Latini *ranunculum* vocant. Ea [...] [...] aut cibo sumta *iuxta Dioscoridem* mentis abalienationem facit, tandem cum [...] [...] contractione mortem infere[...]

Scena, Th[...] frons & ea pars, quę ab [...]no cornu ad alterum deducebatur cu[...] quadā coopertura ex frōdibus & ramis primis temporibus nempe ante theatri vsum, vt ita protegerentur ab aëris iniuria, ἀπὸ τῆς σκιᾶς, i. *vmbra* arcessit nomen, quod ipsemet Alciatus ad *l. equos C. de Spectaculis, li. 11.* affirmat, nec reprobatur à Cassiodoro. Erat autē scena aut versatilis, cū verteretur machinis quibusdam, vt aliam picturę faciem ostenderet: Aut ductilis, cùm tabulatis tractis hac & illac nudaretur interior picturæ species, multis interim columnis & epistyliis fulta. Pollux cùm agit περὶ μερῶν θεάτρου, scribit hoc modo· μέρη θεάτρου, καὶ πυλὶς, καὶ ψαλὶς, καὶ κατατομὴ, κερκίδες, σκηνὴ, ὀρχήστρα, λογεῖον, προσκήνιον, παρασκήνια, ὑποσκήνια, *theatri pars est portula, lapides oblongi in fornicat[...] portarum aditus, cunei, scena, orchestra, pu[l]pitum, scenæ vestibulum, locus cap[...] [...] iuxta scenam, in quo instrumenta ad ludos ne[ce]ssaria reponebantur, & alius locus sub sc[ena].* Alij quatuor tātum theatri paries præcipuas numerant, *scenam, orchestram, proscenium & pulpitū.* Pergit Pollux καὶ σκηνὴ μὲν, ὑποκριτῶν ἴδιον, ἡ δὲ ὀρχήστρα, τοῦ χόρου. Scena erat histrionum propria, orchestra chori. Atque alia rursus Tragica scena est columnis & Deorum sign[is] ornata, alia *Comica* ædificiorum præferens figuram, alia deniq; *Satyrica* [si]luis & mōtibus inumbrata, imò speluncis, viridariis, & aliis rebus agrestibus topiarij operis in modum. Plura de [...] natu Scenarum apud Vitruuiū & [...] inuenias. A scena porro dicti sunt scenici ludi, quòd in scena, id est, [v]mbr[a] (nam hinc scenæ nomen, *vt an[...]* [...] per[a]gerentur. Libero vt plurimum erat sacri, & ex edicto prętoris tibiis, c[an]tuque celebrabantur, ductumq; [...] ingruente bellorum tumultu eos o[...]ti Primum autem instituti leguntur Romę anno ab V C. fere 390. cùm morborum vis ingens grassaretur per vicos & regiones omnes, nec vllum pateret effugium à tanta lue. Ludionibus e[...] accitis ex Hetruria celebrarunt eos apparatu

paratu magnifico, adhibita insuper saltatione, quòd vel eo modo Deos placatum iri sperarent. At alij ludi præter scenicos dudum ante, quippe regum tempore, & omnino magnificentius à Tarquinio Prisco, quàm ab aliis, qui eũ præcesserunt, sunt agitati. Is enim primum locum designauit ad faciendum circum, qui postea Maximus est dictus, sedesq; insuper equitibus & Senatui diuisit certas, vnde spectarent. Denique moneo scenicos auctores, *vt est mutabile vulgi iudicium*, habitos olim Romæ in pretio, concessis etiam præmiis, rursus hanc artem adeo probro eisdem versam, vt legibus Romanis omni excluderentur honore.

Scenopegia, tabernaculorum festum, cuius fit mentio *Leuit. 23* vbi docetur eum in finem institutum atque mandatum, vt annuo ritu in memoriam reuocarẽt, 40. annos patres in Eremo sub tabernaculis vixisse, ducente & protegẽte eos mirabiliter Deo, nomen habet à tabernaculis figendis. Est quippe πήγνυμι *figo*. σκηνὴ *umbraculum* vel *tabernaculum*. Fallitur Plutarchus *in Symposiacis*, cùm in Bacchi honorem celebratum putat hoc Festum apud Iudæos, eundemque esse *Adon* cum *Baccho*.

Sceptrum iuxta Etymologicum magnum βασιλικὴ ῥάβδος, *regia virga vel baculus*, vt satis ex Homero liquet, qui passim regibus à Ioue tributum canit, (est enim omnis potestas à Deo, atque adeo regnant per eum reges) nomen arcessit ἀπὸ τοῦ σκήπτεσθαι καὶ ἐπερείδεσθαι αὐτῷ πλειστάκις τοῦ β. quod nimirum *ei inniti*[illegible] *tur*. Hinc σκηπτοῦχοι βασιλῆες Homero Odysseæ β recteque monet Eustathius Il σ. σκῆπτρον οὐ μόνον βασιλῆας ἀλλὰ καὶ θεμιστο[illegible] σ[illegible]λον. Inprimis vero Ioui attr[illegible]tur, quippe qui rex sit hominum Deorumque. Inde Ouid. Metamorph. 1.

E[illegible]o vbi marmoreo superi sedere recessu,
Celsior ipse loco, sceptroque innixus eburno,
Ter[illegible] capitis concussit terque quaterque
Cæsariem, cũ qua terram, mare, sidera, mouit.

Trogus existimat tẽpore belli Troiani sceptra regũ fuisse hastas, cũ inquit: *Per ea adhuc tempora reges hastas pro diademate habebant, quas Græci sceptra dixere*. Itaque apud Euripidem in Hecuba λαὸν εὐθύνων δορί, non in aliam sententiam accipit Turnebus, quam vt hastę nomine sceptrũ intelligatur. Addit Iustinus *lib. 43. Nam ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres hastas coluere*. Quamquam verò tã impudens esse nolim, vt planè hic euertere coner sentẽtiam, vel potius suspicionem viri magni, tamẽ vt faciam cũ illo prorsus, efficiet nũquam. Nam vt credam hastam fuisse, qua Vlysses apud Homerum verberauerit Thersiten, induci non possum. Nec hastam fuisse persuaserit sceptrum illud, quod in fœdere firmãdo fortè manu gerebat rex Latinus *Æneid. 12.* Illud verum, tẽporibus priscis in caussis diiudicãdis & feriẽdis fœderibus reges adhibuisse sceptrum, tanquam iuris & veritatis insigne, solamque eius erectionem vim sacramenti obtinuisse, sicut Arist. *Polit 7.* docet his verbis: καὶ πρὸ τούτοις τὰς δίκας ἔκρινον. τοῦτο δ' ἐποίουν οἱ μὲν οὐκ ὀμνύοντες, οἱ δ' ὀμνύοντες ἐδ' ὅρκος ἦν τοῦ σκήπτρου ἐπανάτασις. Ex Ægyptiorum monumentis illud notabile, quod regia sceptra parte superiori insigniuerint ciconiarum capitibus, vngulis fluuialis equi, quẽ alio nomine *Hippopotamum* dicũt, inferiori parti appẽsis. Quo quidẽ Hieroglyphico innuere volebãt, colendã & suspiciendã pietatẽ esse cõtra deprimendam & pessundandam impietatem, quæ indicatur per Hippopotamum, qui ab ineunte ætate patri infestus sæpe eum ad pugnam pronocat. Quòd si acciderit eum superari, matris etiam coitum affectat. Si superare non potest, differt donec adolescat. Tum robustior factus adoritur eum, victumq; & neci datum impie dilaniat.

Schisma nihil aliud, quam sectio, ἀπὸ τοῦ σχίζειν, id est, *scindo*, quippe ligna,

quorum frusta decussa, dicuntur σχίδαι ἀμικραὶ, nomen accessit. Sunt & assulæ σχινδαλμοὶ Græcis. Hinc per metaphoram translata res ad diuersam animorum sententiam, diciturq; *schismaticus*, qui se abscindit ab vnitate Ecclesiæ, qualis olim Nouatus, veniam lapsis negans post acceptum baptisma. Ex schismate vt plurimum oritur hæresis, *vt docet Augustinus contra Donatistas*, etsi crimen sit hæresi leuius per se, *teste Tertulliano lib. de præscript. Hæreticorum.*

Schola nomen Græcum, at iam Latinum diuturna possessione, ἀπὸ τοῦ σχολῆς, id est, *ab otio & vacatione habet auspicium.* Inde Ausonius: *Græcè schola nomine dicta est, Iusta laboriferis tribuantur vt otia Musis.* Sed quodnam illud otium? Philosophicum, non turpe. Illud commendatum à Socrate legimus, cùm ἀργίαν vocaret τῆς ἐλευθερίας ἀδελφήν; & à Seuero, cùm *solos otiosos sapientiæ vacare* diceret; à Catone denique, cùm affirmaret *non minus otij quam negotij clarorum virorum rationem esse reddendam.* Hoc verò iure dicas desidiam vitiorum magistrã, malorum omnium radicem & caussam, quippe quòd docet ἀτάκτως περιπατεῖν, & ab instituto diuinitus ordine seducit, lege de laboribus manuum euersa. De otij huius sectatoribus rectè Hesiodus: τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι καὶ ἀνέρες, ὅστις ἀεργὸς ζώει κηφήνεσσι κοθούροις ἴκελος ὁρμὴν, οἵτε μελισσάων κάματον νήπιοι ἔδουσι. Sit itaque dicta schola ab otio honesto & manuarij operis vacatione, cùm interim, qui in ea versantur scholastici, multis occupationibus districti mentem exerceant: quo apti esse possint aliis instituendis. Quo respicit Festus, cùm inquit *dictas scholas à Graeco σχολάζειν, id est, vacando, quòd ceteris rebus omissis pueri vacare debeant liberalibus studiis,* id quod omnes viri magni fecerunt à teneris (vt aiunt) vnguiculis, Cicero, Hortensius, Seneca, Aristoteles, Plato & Demosthenes, cuius vt scripta lucernam olere dixit Pythius Apollo, ita ipsemet interrogatus, *quomodo ad eam dicendi gloriam peruenisset*, respondit: *Plus olei, quam vini consumendo.* Aut si omnino deriuatum hoc nomen à turpi otio velit pertinacior aliquis, per antiphrasin licet vt fiat, quale admissum est etymon à Grammaticis nostris in *luco, bello, Parcis* & *Eumenidibus*, sicut alias est annotatum. Ea ratione dixisse mihi videtur Scipio, si quid aliud, sapientissime, *nunquam se minus esse otiosum, quam cùm esset otiosus.* Innuere volebat, cùm veluti feriaretur à corporis labore, tum vel maxime sensum omnium studio & meditatione occupatum fuisse animũ. Testor ipsus, qui iam dudum saxum hoc volui, sæpenumero adeo me redeuntibus illis in orbem, scholasticis, *inquam*, laboribus interdiu defatigatum, vt haud credam baiulum vllum aut restiarium grauiori labore perfunctum, aut ita confectum & labascentem sub onere suo, vbi serus aduenit vesper. Nesciunt cerdones, sutores, pistores, veteramẽtarij, capsarij, fullones, & alij id genus homines, quid sit versari in literis seriò. Imò plurimi docti ignorant, quid sit formare balbutiens pueri os. Deus bone, quot inuoluimur difficultatibus! Quot curæ transuersum rapiunt animum! Quoties ingemiscendũ, cum res pro voto non succedit, aut vbi fallit exspectationẽ pullulãs frutex. Etsi perdius & pernox mediteris certissimas leges ad id promulgatas, vt simul in studiis & moribus pietateq; proficiant, sæpissime tamẽ fraudem illis faciũt, & cõfictis technis elabuntur. Adeo prona in malũ hominis natura. Quod si conuincantur quandoq;, & proinde lustranda sint & plectenda eorũ peccata, sæpe negotium est bonis præceptoribus cũ parẽtib⁹ qui cæco ducti amore palliãt ista, eleuãt & excusant. Vtque alios plectas, aut mulctã irroges pro iure scholastico, tamen id suis haudquaquã debere fieri præpostero quodam iudicio persuasum habent. Atq; ita vitiis ab ineunte ætate

frugi

frigidam suffundunt, & ad peccandum veluti fomenta quædam aut materiam suppeditant. Quod verò non minus dolendum, ipsimet adolescentes, vbi iam ad frugem aliquam peruenerunt in studiis, & grauioris alicuius ingenij cultus gratia abeundum, discedunt sæpe ἀχαρίστως & pro auro (quod solet dici) carbones rependunt illis, quibus vel ipso Philosopho teste, vna cum parentibus & Deo non redditur æquiualens. Improbi & peruersi nonnulli plumbeas gerũt iras ob datas iustitissimè pœnas. Sunt qui etiam clanculum obesse student, aut certè non prodesse, siue liuore, siue superbia impulsi, vbi iam adoleuerunt. Si publico munere fungantur, nihil minus quam scholas curant, quæ tamen seminaria Reipub. sunt, & in quibus ea traduntur, quæ in hac cœca mundi caligine ceteris bonis & nugis meritò sunt præponenda. Sunt enim illa alia caduca prorsus & momentanea. At eruditio diuinum quiddam, in quam etiam tantum iuris vindicare sibi non potest fortuna, quantum in fundos & facultates. Ne sit ergo animus in patinis, vt tantum ea venemur, quæ faciunt πρὸς τὰ ἄλφιτα. Nec quæso obliti melioris naturæ in hisce quisquiliis & ruderibus obbrutescamus. Potius applicãdus bonis & eruditis animus ad conseruationem rerum diuinarum, artium inquam, quibus gratam de se famam summus ille opifex inspersit, *teste Platone*. Vt non retũdendi sed erigendi sint Professores & Præceptores, non spe, sed re, non solum consilio, verum etiam auxilio, vbi opus erit aut necessitas postulabit. Alioqui migrabunt Musæ ad alias gentes, quę feliciter olim transuolarunt Alpes, inque Belgio, Germania, Gallia & aliis regionibus placide hactenus consederunt. Monendi & Ephori scholarum sedulò, vt perfungantur munere tanto, quippe vt aliquoties præsentes se sistant, bonas leges confirmẽt & inducant, malas pessundent & abrogent, scholasticam disciplinam stabiliant, qua velut altero tibicine nititur institutio, ipsamque Rectorum auctoritatem firment, si modò rem iustam & æquam vrgent, aduersus minora subsellia, quæ solent vt plurimum mussitare, conspirare & insurgere, audacter & imprudenter, imò sine ratione sępe, aduersus eos, quibus examinis & inspectionis aliorum cura est commissa. Atque hæc ita monere placuit, si forte sit aliquis, qui eleganter doctus, & erga literas bene affectus zelo quodam & affectu omnino bono imprimat animo, tãdemque agat destinatus τῆς ἐφορίας officio, quod ex re futurum existimabit, idq, promtè, alacriter & studiose. Nam quid exspectandum ab illis, qui rerum sunt imperiti, imò sæpe literas & scholas habent exosas? Sicut vilibus rebus sunt affixi, ita de iis disputant, & de eisdem tantummodo loquuntur, nec vlla de rebus eximiis cura, vtpote quas non intelligunt, nec intelligere cupiũt, cum ignoti nulla sit cupido, *vt ait Poeta*.

Scintilla quasi scindilla, à scindendo, quòd scindatur à re ignota. Obiter hic monendum, *scindulam* (sic enim scribẽdum reuera, non *scindilla*) etiam à scindendo dictam, tabellámque esse arborum assulatim scissarum. Huiusmodi verò tabellis contectas fuisse ædes Romanas annorum spatio 470. *teste Cornelius Nepos apud Plinium lib. 16. capit. 10.* Vide etiam de his Turnebum *Aduers. 22. cap. 18.*

Scipio Scipionum familia à Cornelio nomen traxit, qui patrem luminibus captum tanquam baculus regebat, *auct. Macrobio*; nam Græcis baculus sit σκίπων. Hinc ἀσκίπων Antiphilus senex qui sine baculo progreditur. Ex huius Scipionis familia prodiit ille Cornelius Scipio, qui postea *Africanus* est appellatus, & annos natus 29. cum consulari imperio extra ordinem in Hispaniam est missus, Carthaginem nouam expugnauit, Asdrubalem castris exuit, eun-

dem cum Magone Hispania expulit, eamque in potestatem populi Romani redegit. Atque ita rebus tandem feliciter gestis in vrbem reuersus argēti magnum pondus intulit in ærarium. Item prodiit ex hac familia iste Scipio Nasica, qui primus absens Pont. Max. est factus. Cic. refert *in Bruto, & 3. de legibus*, hunc à Tribunatio Tribuno plebis in vincula coniectum. Tandem mortuus est Pergami, cùm libera ipsi legatio in Asiam esset decreta.

Scironides Petræ, quas Strabo scribit *lib. 9.* post Cromionem Atticis imminere finibus, non reliquentes transitum iuxta mare, nominis etymon dedicant Scironi latroni, qui eas insedit, tandem obtruncatus à Theseo. At hoc loco flantem procellasque cientem *Caurum* Athenienses *Scironem* appellabant.

Scolia σκολιὰ, carmina cōuiualia, quæ fortium virorum laudes complectebātur, & tantùm ab eruditis cani solebant, sic dicta, quòd à primo incœptum carmen, non à proximo porro, sed ordine flexuoso & obliquo, qui Græcis σκολιὸς est, vltro citroque exciperetur. Aristophanis interpres meminit huius moris in Vespis hoc modo: ἀρχαῖον ἔθος ἑστιωμένους ᾄδειν, ἀκολούθως, τὸ πρῶτον εἰ παύσαιτο τῆς ᾠδῆς, καὶ γὰρ ὁ ἐξάρχης δάφνην καὶ μυρρίνην κατέχων, ἦδε σιμωνίδου ἢ στησιχόρου μέλη ἄχρις οὗ ἤθελε. καὶ μετὰ ταῦτα ᾧ ἐβούλετο, ἐδίδου, οὐχ ὡς ἡ τάξις ἀπῄτει, καὶ ἔλεγεν ὁ δεξάμενος παρὰ τοῦ πρώτου τὰ ἑξῆς. κἀκεῖνος ἐπεδίδου πάλιν ᾧ ἐβούλετο. διὰ τὸ πάντας οὖν ἀπροσδοκήτως ᾄδειν, καὶ τὰ μέλη, σκόλια εἴρηται διὰ τὴν δυσκολίαν: Vbi sub finem à difficultate canendi deducere videtur etymon vocis, vel etiam (*nam ita subiicit*) διὰ τὰ σκολιὰ, ἅ εἰσι πάροινια ᾠδαί, *quod* [illegible]*olentæ cantiones sint obliquæ & tortu*[illegible]*sæ.* Subiicit quoque *inter h*[illegible] *c*[illegible]*mina locum* [illegible] ᾄδειν τοῦ λέγοντος πρὸς μυρρίνην, καὶ ἁρμοδίου μέλος. Plutarchus *1. Sympos. P*[illegible]*m. 1.* fatetur etiam *carminis quoddam* [illegible] *genus in conuiuiis* [illegible]

Primùm enim omnes communi voce carmen Deo (Baccho) canebant; Inde quilibet propriam canebat cantilenam, myrteo ramo accepto, quem ἄσαρκον appellabant. Atque is ramus non ordine tradebatur, sed à lectulo in lectulum transmittebatur. Vt σκολιὸν dictum videatur & ipsi διὰ τὸ ποικίλον, καὶ πολυκαμπὲς τῆς περιόδου, *ob varietatem & tortuosos in circuitione flexus.* Alij existimant σκολιὰ appellata τὰ πάροινια μέλη per antiphrasin. Nam illa oportebat esse ἁπλᾶ καὶ εὔκολα, *simplicia, & facilia*, quippe quæ canerentur inter potandum, quod tamen mihi probari non potest. Præter hos iterum nonnulli nominata volunt scolia, quòd vinolenti σκολιῶς ἔχοντες τὰ αἰσθητήρια ᾄδουσι, id est, *tortuosis atque retusis sen*[illegible]*ibus ea decantent.* Celebrantur ab eruditis Meliti cuiusdam scolia, Timocreontis de Pluto, id est, *diui*[illegible], item Anacreonti[illegible], Alcæi, & Praxi[illegible]æ, cuius facti men[illegible]o ab Athenæo [illegible] vbi simul dicta existimat σκολιὰ οὐ κατὰ τὸν τῆς μελοποιίας τρόπον, ὅτι σκολιὸς [illegible], *non ob carminis modum, quod* [illegible] *quus ac dif*[illegible]*cilis*, nec κατὰ τὴν περιφορὰν ἐξ ὑποδοχῆς, *qu*[illegible]*dam*[illegible] *sine c*[illegible] *quodam omnes cantum acciperent*, verum quod caneretur tantum à sapientibus, secundum locum & ordinem, qui cuiq; sorte obtigerat: Quod ipsum qui ἀταξίαν, id est, *ordinis confusionem* inducebat, neque adeo canebatur [illegible] omnibus, [illegible] ordine, sed prout contin[illegible]bat, σκολιὸν est nuncupatum. Sed enim c[illegible]ionam [illegible] lyram carmina solebant cani in symposiis, nō solùm myrteum ramum, verum & lyram in iis circumlatam, vt qui [illegible]e eius artis peritus conc[illegible] mod[illegible]retur: prodit idem Plutarchus *pr*[illegible] *loco*, vt & Fabius *In*[illegible] *prim.* [illegible] cùm in epulis e[illegible] Themistocles, habitus fuit indoctior, *vt Cic*[illegible] *dis Tusc. l*[illegible] *m. 1.* Multa conferri [illegible] posse[illegible] de Musica epulis adhibita apud Romanos, Græcos, Hebræos, ex optimis quibusque auctoribus, [illegible]

cantatæ fuerint ab illis, hymni quippe Deorum, heroum laudes & res gestæ. At quia longius ita abduceret à proposito, temperate mihi ab iis sanius existimaui. Quinimo alij nonnulli tractarunt ea satis exactè. Videndus & Aristoteles *3. Politicorum*, Erasmus in Prouerbiis, *Admeti nænia, Carica, Musa, canere ad myrtum*, Gyraldus Dialogo *1. de Poetarum historia.*

Scolopendrion herba, alio nomine ἄσπληνον, item *Splenion*, in parietibus nascens, foliaque habens quam plurima, polypodij modo diuisa, subter flauescentia & hirsuta, viridia superne, & præcipuè faciens aduersus vitia splenis, nomē inuenit, quòd folia proferat Scolopendræ animali similia, quod pedes habet multos, eosque pilosos. Mouetur corporis vtraque parte. Vnde cum aliqui duo existimarent habere capita, ausus etiam fuit Nicander appellare *bicipitem*, vel quasi *capitatum vtrimque*. Quid enim aliud τὸ ἀμφικαρὺς? Exitiosa ipsi est, vt & aliis serpentibus, humana saliua. Rumpi enim, si madefiat eo, proditum ab Æliano.

Scopulus, saxum eminens, ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν, id est, *speculando* nominis habet auspicium. Seruius ad illud Virgilij Æneidos 1. *Scopuloque infixit acuto*, *Scopulus*, inquit, *aut a speculando*, ἢ παρὰ τὸ σκεπάζειν τὰς νῆας. Certè Grammaticis σκόπελος est ὑψηλὸς τόπος ἀφ᾽ οὗ περισκοπῆσαι καὶ ἀπιδεῖν ἐστι πάντα. *Geminos scopulos in cœlum minari* dixit Virgilius, hoc est, *videri in cœlum attolli.*

Scordiscarius, qui scordiscum facit, id est, *ephippium*. Vetus enim glossarium sic habet: *Scordiscus*, ἐφίππιον.

Scorpio, machina bellica, *teste Ammiano Marcellino lib. 23.* dedicat etymon nominis Scorpioni Serpēti, quòd instar ei⁹ aculeum haberet desuper erectū. Hinc etiam, inquit: *Onagri vocabulum indidit ætas nouella, ea re, quod asini feri, cum venatibus aguntur, ita eminus lapides calcitrando post terga emittunt, vt perforent pectora sequentium.* Scorpionem tamen aliam ab Onagro machinam esse vult Vitruuius *10. de architectura cap. 1.* Et Isidorus accipit pro telo *lib. 18.* non pro tormento, cum *sagittam* appellat *venenatam, virus, qua figit, mox infundentem.* Ego sic existimo, & bellicum tormentum, & eius ipsius tormenti telum, scorpionis voce significari. Præuius in hac re mihi dux est Turnebus *Aduersariorum 18. cap. 1.* Catapultis & Scorpionibus mitti solitas sagittas, vt balistis lapides, ostendit Vitruuius *lib. 10. cap. 15. & 16.* Sic Maccab. *lib.* [illegible] nominantur σκορπίδια ὡς τὸ βάλλειν βέλη. Vt mirum sit tradi ab Ammiano, *lib. 23. scorpione lapides mitti*, [illegible] *sagittas.* Nisi forte cum Caio Iurisconsulto lapides & ligna teli sine sagittæ, vel τοῦ βέλους nomine accipias, quod ἀπὸ τοῦ βάλλειν, id est, *iaciendo*, vel *mittendo* appellationem habet. * A Catapultis Scorpiones primū Hirtius distinguit, in bello Afric. *Cæsar in castris Scorpionum, Catapultarum, magnam vim habebat.* Ille idem à Ballistis: *Ballistis, Scorpionibúsque crebris, ante frontem castrorum collocatis.* Seneca, quæst. natur. 11. capit. xvi. *Nam Ballistæ quoque* & Scorpiones tela cum sono expellūt. Describit Scorpionem Tertullianus initio libri, quem de hoc nomine inscripsit, *Bellicam machinam, & retractu tela vegetiorem, de Scorpio nominant. Id Spiculum & fistula est, putula tenuitate in vulnus & virus, quod* [illegible], *effundit.* Significat clarè, & mucronem, & ad eum canaliculum fuisse, qui infunderet venenum. Alij non dicūt. Sed Vegetius ita de eo: *Scorpiones dicebant, quas nunc Manuballistas: ideo sic vocati, quod paruis subtilibúsque spiculis mortem inferrent.* Parua tamen adeo fuisse spicula, præsertim in maioribus, haud dicam, cùm in Cæsare legam, *Quidam ante oppidi portam Gallus, scorpione ab latere dextro traiectus exanimatúsque concidit.* In Hirtio, *Scorpione accuratius misso, Decurio percutitur, & ad portam Decumanam deiicitur.* Cùm traiici ijs homines, cum *Deiici* dicant

cert-

certè non minus ij pusilli. Ex Vitruuio tamen certum haud sic immanes fuisse, lib. 10.ca.1. vt qui ab vno homine dirigebantur & emittebantur. Polybius in obsidione Syracusarum à Marcello facit Archimedem *cauos palmares in muris disposuisse, vsque Sagittarios & Scorpiunculos*, (τὰ σκορπίδια) id est, milites, sagittas & pusillos Scorpiones, σκορπίους βραχυτόνους breuis tensionis, vt Plutarchus in Marcello nominat. Omittentes, *appofuisse*. Nonius etiam ait, *Longius Scorpio catapultâ se concitat*. Hæc *Lipsius*, Poliorceticωn lib. 3. cap. 4. Scorpionis prolixam ex Vegetio descriptioné proponit Rosinus antiquitatum Rom. lib. 10. cap. 17. quam cum Onagro, vt Vitruuius eandem machinam, lapides emittentem, facit.

Scorpius σκόρπιος, animal ex genere eorum, quæ appellantur insecta, longo in cauda armatus aculeo, vtrimque brachia quinque extendens bisulcis forcipibus dentata, ἀπὸ τοῦ σκορπίζειν τὸν ἰόν, id est, *spargendo venenum* nomé arcessit, vel παρὰ τὸ σκαιῶς ἕρπειν, quod repat oblique aut, vt Nicander loquitur, de octauo scorpionum genere loquens, Λὶξ το--ῥαιβὰ φέρει φλογίεντα γυῖα Ανδρᾶσι : id est, *quia obliquo gressu corpus flammæ simile commouet*. Hesychius meminit Scorpij βλῆστας, quod de χερσαίῳ σκορπίῳ interpretatur idem; & nomen habere potest vel à βάλλομαι verbo, vel à βλητὸς nomine, quod ictum significat, seu attonitum. Hebræis scorpius עקרב *Hakrab*, compofit. ex עקר *Hakar*, extirpauit; & רב, multus fuit ac si dicas animal potens ad extirpandum & internecioni dandum. Arabes vocem Hebræā etiamnum retinent, autore Lacuna. Alij nominant, *Acrob*, *Achrab*, & Auicenna *Hachatab*. Ictus eius conficit hominem intra triduum, cum flatibus, sudore, pilorum erectione, colore pallido, inguinum tumore, articulorum duritie, ani procidentia, spuma ex ore erumpente, singultu, vomitionibus, conuulsione, & similibus aliis symptomatis, quæ exstant apud Nicandrum, Ælianū & Dioscoridem. Ceterum inter specialia remedium præclarum inprimis remedia ipsemet serpens contritus, & vulneri applicatus, sicut rabiosi canis pilus præstans remedium habetur vulgo aduersus eius morsum. Addunt uōnulli althæam cum sale & semine lini. Contulit etiam, si quis binas Aristolochiæ drachmas cum vino per os assumsisset. Frequens hoc animal in Italia, sed minus venenosum atque in Thracia, vbi perniciem adferr non solum hominibus, verum etiam brutis animalibus ad porcos vsque. In agro Tridentino ictos ex Scorpiis nihil noxæ percipere, prodit Matthiolus in *Dioscoridem*. Eosdem nullā noxam inferre in Insula Pharo, affirmat Aristoteles *lib. 5. capit. 29. de animalium historia*. Quę sit olei Scorpionum præstantia, apud eūdem Matthiolum legas *lib. 2.* Genera eorum produntur nouem distincta solo colore. Sed & scorpios volātes inueniri, cùm ab aliis, tum a Scaligero proditum, *Exercit. 188.* Idem scribit quosdam etiam serpentes ab his necari. Quid, quod & scorpio marinus exsistat, vsque longo sit exploratum, scorpium nasci ex cancro terra obruto. Irrepserunt etiam prouerbia apud eruditos: *Scorpium pro perca*: *Scorpius sub omni lapide*: De quibus consulendus Erasmus. Verumne sit autem, quod Apuleius olim scripsisse proditur, si quis ictus à scorpio super asinum sederit, ad eandem conuci sus, transire dolorem in asinum, cum pro comperto nō habeam, aliis cogitādum relinquo. Pro fabula habeo, quòd Democritus asseruit, si quis ictus à scorpio, insusurrauerit auribus asini verba quædam, transiturum in eum doloré, qui mox emorietur pedendo, quod addit Zoroastres.

Scorta vocarunt Romani meretricē à scorteis pellibus quibus vtebantur pro strato. Nō mirū. Nā & pellem pro meretrice positas inuenias *Lu*... *Vetum &* pellem

pellem quam habuerit, lauabis aqua. vbi Hesychius sua interpretatione astipulatur. Festus etiam: *Scorta appellantur meretrices, quia vt pelliculæ subigũtur*. Omnia namque ex pellibus facta *scortea* appellantur. *Scortes*, id est, pelles testium arietinorũ ab eisdem pellibus dictę. Quinimo in Attellanis animaduertas, dicere rusticos, se adduxisse pro scorto pelliculam, *teste Varrone*. Hinc *scortum scorteum* Apuleio *Milesiacar. 1.* pro annosa meretrice, & instar pelliculæ, & corij rugosa, quę propterea & *Strictipella* nominari poterat, quòd cutem stringat, & rugas in facie extendat. Sunt qui eiusmodi meretricem *Scranctiam* siue *Scractiam* appellant. Nonius & Festus habẽt *Scraptas*, intelligẽtes *nugatorias mulieres*. Martialis de penula ex pellibus facta aduersus imbres: *Ad subitas nunquam scortea desit aquas*. In Carmentis sacra tẽplumque nihil quoque scorteũ inferre licebat apud Romanos, quod (reor) illa pollui existimarũt & funestari pellibus animalis, quòd sua periisset morte. Quare & flaminibus nefas fuit calceis vti ex pecudis mortuæ corio. An eandem ob caussam apud Cretẽses nemini nisi nudo patuerit ingressus ædis Dianæ, quam illi religiosè colebant, & *Britomarten* vocabant, cogitandum aliis relinquo. Vetus Glossarium hæc omnia fere confirmans, scortum vocat χαμαιζύπην & χαμαιτύπειον, id est, *abiectum scortum*, quod Polluci est *vile stragulum humistratum*. Idem, *Scortea*, δερματοχίτινον. Item: *Scorteum*, σκύτινον, δερμάτινον. Auctarij loco sit, scortum etiam dictum *Ergasilum parasitum*, vt ipsemet fatetur, apud Plautum in Captiuis.

Scotia insulæ Britanniæ pars versus Septentrionem, à Latinis scriptoribus *Albania* dicta, vt nonnullis videtur, Tacito in vita agricolæ Caledonia, nomẽ traxit ab incolis Scotis, quorum primus inter Latinos mentionem fecit Ammianus. Hi ex Cantabria Hispaniæ oriundi in Hyberniam traiecerunt primùm, vnde migrarunt in Scotiam fixis ibi sedibus ad hunc vsque diem, neque nomen à tenebris adepti, sicut Scotus ille, qui scholasticę & Aristotelicę Philosophiæ magnas tenebras offudit, verum à iaculandi peritia, *vt quidam volunt*. Etsi Sabellicus 10. *Æneid. li. 5.* à pictura nominatos scribat. Ad Insulam redeo. Scribit de ea Georgius Buchananus in Scotia sua hoc modo: *Antiquissimum insulæ nomen creditur fuisse Albion, aut, vt Aristoteles vel potius Theophrastus libro de mundo recenset, Albium. Sed hoc nomen magis è libris eruitur, quam in communi sermone vsurpatur, præsertim apud Scotos, qui se Albinichi, regionem autem suam Albin adhuc vocant. Multi id nominis inde inditum putant, quòd appellentibus è Gallia albæ rupes primæ occurrant. Mihi verò absurdum imprimis videtur, Britannici nominis originem è Latino sermone repetere, tam raro tum inter feras gentes commercio. Sunt qui ab Albione Neptuni filio nomen id inditum putant, quem aliquando Britanniæ fuisse regem comminiscuntur, audaci prorsus mendacio, & nullo penitus antiquitatis testimonio nixi. Meminerunt etiam Albionis & Bergionis è Græcis quidem Diodorus Siculus, & Strabo, è Latinis Cato, Hyginus, & Mela, ex quibus id fere colligi potest, Albionem & Bergiona Neptuni filios Ligures ex agro Albicorum itinera, quæ in Italiam ferrent, latrociniis infesta habuisse. Ego non abnuerim ab albo & insulam, & latronem nomen accepisse. Verum album contendo plurimarum gentium commune fuisse vocabulum, & non modo coloris, sed etiam altitudinis significationem habuisse. Et Festus Pompeius, quæ Latinis alba dicuntur, ea Sabinis Alpa vocari asserit, & inde Alpibus nomẽ inditum, quòd perpetuis niuib. albescant*. Atque hîc quidem *subsisto*. Quæ sequuntur, in Alpibus nostris magna ex parte requires, vbi & illa referre operæpretium duxi, nixus eiusdem auctoritate, etsi afferenti

meliora se lubenter acquieturum profiteatur.

Scribæ, qui (*vt Festus docet*) fuerunt librarij rationesque publicas scribebant, imò leges quodammodo in manibus habebant, & magistratibus ius suggerebant, *sicut ostendit Cic. 2. de legibus*, iiq; maiori pretio sunt habiti apud Græcos, quàm apud Romanos (tractauit enim eos Cato *Apparitorum* loco, cum alios fraudis, alios inscitiæ insimularet) nomen suum à scribendo deducút. Quinimo mercenarium fuisse eorum officium, nec magnæ existimationis apud Romanos, suamque mercedem à quæstoribus accipere solitos, apud Cicer. inuenias. Ceterum minimæ dignitatis erat scriba naualis, *teste Pompeio*, quòd periculis quoque ministerium eius esset obiectum. Cúq; multi essent numero in ciuitate, in Decurias tandem multas translati sunt. Aditus tamen ad maiores honores non fuit his interclusus, ne quis forte existimet aliquam illos tulisse infamiæ notam. Porro fuisse & scribas ærarij; apud Ciceronem pro Cluentio legas. Apud Iudæos fuerunt Scribæ interpretes legis, à Dauide & Esdra constituti, inque synagogis & téplo docentes, verum interim æstu ambitionis flagrantes, & Domino Christo admodum infesti, *prout ex Euangelica historia constare potest.*

Scrupulus per diminutionem dictus à paruo lapillo, quem *scrupum* vocát Latini, qui ipse quoniá in calceos incidés pedes torquere solet, hinc *scrupulú mouere*, id est, difficultatem metaphoricè est dictum. Scrupulum verò, vel (*vt alij*) scripulum ponderis species est apud Romanos, cui fere respondet Græcorú γράμμα. Scio alios *scriptulum* dicere, at Flauij Sosipatri temporibus vulgus *scripulum* dicebat, sicut & postea docti, prout intelligi potest ex libello Capri *de Orthographia*: Etsi scriptulum tamen dixerint M. Varro & Volusius Metianus. Vtcumque. Pendit secundum Mauros & Græcos grana frumenti 24. Pharmacopolæ dissidentes ab his, statuunt esse 20. granorum, quo errore ducuntur Nicolaus & eum secuti Salernitæ. Pondere hoc (intelligo γράμμα) multum sút vsi iuniores Greci, *Aetius, Alexáder, Acreius, Moschio.* Veteres autem eius loco habent δυόβολον, vel ὀβολοὶ δύο. Vt Soranus apud Galenum: κισσήρεως, ὀβολοὶ δύο. *pumicis oboli duo.*

Scurra, Glossario ἔυςοχος, γελωτοποιὸς, ἐυτράπελος, σκώπτης, βωμολόχος, videtur quibusdam ab oleto, vel stercore dictus, quod Græcis est σκὼρ. eoq; vocabulo vsus est Aristophanes Etenim id genus homines loquuntur vt plurimú de rebus putidis, obscœnis & oscis, ad risum mouendum apud eos, qui delectantur eiusce modi putore ne dicam impietate. Si describere velis, dixeris eú esse, qui potentiori, vel ditiori alicui assentatur gestu & verbis, vt risum excitet, idque ad suam vtilitatem, qualem quoque βωμόλοχον vocant. Vnde vel ipsa luce clarius amicum illum verum non esse, nec minus ab eo separandum, quàm ab Oratore faceto & vrbano ex mente Ciceronis *2. de Oratore.* Verrius tamen à sequendo dictum voluit, quod tenuioris fortunæ homines eos sequi sint soliti, quos prosequuntur honoris gratia.

Sculteтus, germanice *Schulteis*, videtur Iunio Francicum nomen, respondens prætori vrbano, nomenque suum inde trahere, quòd noxas & debita exigat, imò etiam mulctas & pœnas ab iis, qui deliquerunt, exposcat.

Scutica, à Græca voce σκύτος, quæ significat pellem, nominis habet originem, sicut & vetus glossarium agnoscit, scribens hoc modo, *Scutica*, σκῦτος.

Scutum appellatum, ait Isidorus, quod à se excutiat telorum ictum. Vt enim telis resistatur, clypeus antefertur, à secando deriuat Varro quasi secatum. Quid fabulamur? An non rectius ἀπὸ

τοῦ σκύτους, id est, *pelle vel corio?* Quis enim nescit scuta olim pellibus obducta? Quis ignorat Aiacis apud Homerum σάκος ἑπταβόειον ταύρων ζατρεφέων, ὅ μὲν οἱ Τυχίος κάμε τευχῶν σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος: Hic notandum, *scutis olim albis vsos, qui nihil gesserant pręclare, at eorum scuta multis imaginibus fuisse depicta, qui rebus gestis fuerant illustres.* Apud Romanos quoque scutis ducum militumque nomina fuisse inscripta, *in Domitiano suo* prodidit Dio. Ne corrumperentur, induta fuisse tegumentis aduersus pluuiam, testis est Cæsar, *belli Gallici 2.* Illidere autē geuibus scuta indicasse prosperitatem apud Ammianum legas *lib. 15.* vt libro sequenti irę fuisse indicium, hastis clypeos percutere, eumque ritum obseruatum quoque ab Ægyptiis in ira declaranda, testatur Diodorus Siculus *libro secundo.* Quatere porro scutum atque rotare, ad numeros & gestus armaturę pertinuit, *vt innuit Vegetius libro primo, capite quarto.* Græcorum legibus nō qui ensem aut hastam, sed qui clypeum amisisset, mulctabatur. Itaque Epaminondas moriens quæsiuit, *saluúsne esset clypeus*, & Lacedæmoniæ mulieres demittentes filios in militiam addere solebant ἢ σὺν τούτῳ, ἢ ἐπὶ τούτου, id est, *aut cum hoc, aut super hoc*, significantes aut referendum esse scutum, aut efferendos esse mortuos super scutum. Inter scutum denique & clypeum notandum discrimen: Quippe illud oblongum erat, hic autem rotundus. Virgilius: *Scutis protecti corpora longis.*

Scylla, prominens saxum in mare, *vt vult Salustius*, ideoque cominus imitans formam muliebrem, in quod illisi fluctus luporum eiulatum, canumque latratum imitantur, vnde pube tenus monstris eam succinctam fabulantur Poëtæ; videtur quibusdam vocabuli auspicium deducere à verbo σκυλεύειν, quod *spoliare* significat, vel quia naues raptas & pereuntes spoliare dicitur, vel quia ea parte piratæ vecti triremi sua miræ pernicitatis, cui tunc nomen erat Scyllæ, infestum reddiderunt Tyrrhenum ac Siculum mare, dum obuias quasque naues spoliarent. Multa de ea Poëtæ. Rapidis enim canibus inguina succinctam canit Ouidius. Et Virgilius Æneid 3.

Prima hominis facies, & pulcro pectore virgo,
Pube tenus: postrema immani corpore pistrix,
Delphinū caudas vtero commissa luporum.

Et paulò ante:

Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis
Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras
Erigit alternos, & sidera verberat vnda.

Homerus quoque Odyss. μ.

ἔνθεν μὲν γὰρ σκύλλ' ἑτέρωθι δὲ δῖα χάρυβδις
δεινὸν ἀνερρύβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.

Item:

ἔνθεν μὲν γὰρ πέτραι ἐπηρεφέες, προτὶ δ' αὐτὰς κῦμα μέγα ῥοχθεῖ.

Situm hunc Charybdis & Scyllæ nominat Apollonius *libro quarto* μιξοδίαν, nempe διὰ τὸ ἀντικρὺ εἶναι ἀλλήλων. Quoniam vero locum illum penetrare res erat periculi plena, quòd qui Charybdim vitare vellet, sæpe incideret in Scyllam, factus est prouerbio locus de iis, qui declinando periculum vnum, in alterum maius aut certe non minus agebantur præcipites: *Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdim* Vtriusque meminit & Plinius hoc modo: *In eo freto est scopulus Scylla, item Charybdis mare vorticosum, ambo clara sæuitia.* Tradidit Acusilaus filiam hanc fuisse Phorci & Hecates: Alij Phorci & Crateidis Nymphæ, Plinius *Cratæ* fluminis, alij *Phorbantis* & *Hecates*, vnde *Phorbantias* est dicta denique *Stesicoro Lamia*. Adamatam hanc fabulantur à Glauco Deo marino, &

propterea conuersam à Circe in monstrum marinum, *vt 14. Metamorph. docet Ouidius.* Meminit & Homerus Odysseæ 12. sub persona Circes monentis Vlyssem, vt ab eo sibi caueret loco, quem simul cum specie immanis monstri breuibus illi describit.

Scyphus, poculi genus, quo Hercules visus fuisse dicitur, vt cantharo Liber, accepisse videtur nomen à genere nauigij, quod etiam Scyphus dicebatur. Vnde natam hanc fabulam volūt, quòd Hercules poculo vectus immensa penetrauerit maria. Sic cymbia æque parua nauigia sunt, & pocula his similia. Cæterum alij ab eodem nomine Græco deriuant, nonnulli etiam ab Hebræo גביע, id est, *scypho*, qui legitur primo, *Samuelis 26.* ad caput Sauli stetisse, non vini quidem, sed aquæ plenus. Sunt etiam qui volunt scyphum inclinari à σκύθος, θ. in φ. mutato. Vnde σκυθιστὶ πιεῖν *more Scytharum bibere.* Athenæus *lib. 11.* de Cleomene rege: Σκύθαις ὁμιλήσαντες μάθωσιν ἀκρατοποτεῖν. Sed & vox Græca σκύφος, neutraliter flexa, qua vsus Homerus *Odyss. ξ.* Forte & illam mutuarūt Latini. Quisque arripiat quod maximè placebit.

Scythæ Septentrionales populi, imò septentrionalium populorum postremi, iuxta erroneam veterum opinionē, Turcarum πρόδρομοι, semper inuicti, etsi de iis perdomitis gloriatus fuerit Mithridates, quosque Persæ nominarunt Sagas, *vt habet Mela*, vel Sacas, *vt Plinius*, Solinus, & Eustathius scribunt; nomen suum obtinere creduntur, vt & regio à rege Scytha. Rheinerus Reineccius interpretatur *iaculatores*, i. *Scutten.* Sunt hi ferocissimi, inque bellum supra modum procliues, atque adeo Dei sæpe flagella, etsi mediterranei mansuetiores esse dicantur. In Africam hi penetrarunt, Hispanos subegerunt, Asiam infestarunt, neque intactam reliquerunt Europam, torrentis instar suis irruptionibus inundantes. Potentissima regna, Romanum quippe, Constantinopolitanum & Trapezuntium labefactarunt. Quo ritè Prophetico spiritu Ieremias dixerit cap. 1. *malum omne ab Aquilone venturum.* Ezechiel quoq; à lateribus Aquil. Gog & Magog proditurus dicitur, suntq; Gog & Magog, doctissimorum hominum iudicio, Scythæ, hoc est, Istri, Borysthenis, Bospori, Mæotidos paludis, Tanais, Caucasi, Caspij maris ac montis accolæ: fatales torius mūdi pestes & hostes. His etiam adiungūtur Cimmerij, qui postea *Cimbri* sunt dicti, oriundi à Gomer Iapeti filio. Itaque latera Aquilonis dicuntur *Gomer & Togorma, Ezech. 11. 38.* Et si Theodoretus per *Gomer* intelligat *Galatas*, alij per *Togormam* Gomeri filium Phrygas. Sic Homerus, teste Nicephoro, Scythas appellat *Cimmerios*, Plutarchus *Cimbros & Teuthonas*: Melanchthon inter eos recenset *Sarmatas*, siue *Sauromatas*. Antiquitus eos Nomæos dictos tradit Stephanus, Iosephus *Magogas* à *Magog.* Strabo omnes Borealium cardinum gentes communi vocabulo appellat *Scythas.* Ioannes Tzetzes *Chiliade 8. num. 224.* diuidit Scythas in Mæotas, Caucasios & Oxianos, Zonaras nominat eosdē πατζινακὰς, Sachateos, Chalchondilas. Euagrius Scholasticus refert inter eos Hamaxobios, siue in plaustris viuentes. Herodotus prodit omnibus nomen esse σκολότοις. Hodie Tartaros dici vult Herberstenius. Mela quosdam eorum Nomades ponit. Multas eorum gentes recenset Plinius, inque iis describendis conqueritur de inconstātia auctorum. Quāquā ego varia eorū nomina ex tēporū vicissitudine & migrationibus ab iis factis orta crediderim. Leguntur & apud Ptolemæum *Grinæi, Abij, Agathyrsi, Azani, Aorsi, Ariacæ, Aspisij, Hippophagi, Galactophagi, Coraxi, Orostes, Susobeni*, & multi alij. Hos inter ἄβιοι sunt Homero *iustitiæ cultores.* Eisdem sapientiam tribuit Herodotus. Quinimo quosdam illorum sapientiæ esse

esse capaces, apud Curtium legas, aliisque Scythis esse ἡμερωτέρους καὶ πολιτικωτέρους, reique rusticæ & pastoritiæ deditos, affirmat Strabo. Atque isti sunt mediterranei. Contrà accolæ maris ferociores, vt qui nec latrociniis abstineant. Quò rectè dixerit Plato *de legibus* 4. improbitatis magistrum esse mare. Cupiditas enim lucri generat in animis hominum παλίμβολα καὶ ἄπιστα ἤθη, id est, *callidos atque infidos mores*. Referuntur porro plures Scytharum populi à Plinio, Ptolemeo, à Pollione in vita Claudij, vt & à Stephano, Suida & aliis: Verum ad suum quemque auctorem remittere placet. In vniuersum genus hominum est iracundum. Vnde etiam ἀπὸ τοῦ σκύζεσθαι id est, *irascendo* dictos volunt nonnulli. Frequens etiam ebrietas eisdē, vnde Scythizare, est apud eruditos inebriari. Inde Plato de legibus: Σκύθαι δὲ καὶ Θρᾷκες ἀκράτῳ παντάπασι χρώμενοι, γυναῖκές τε, καὶ αὐτοὶ κατὰ τῶν ἱματίων καταχεόμενοι, καλὸν, καὶ εὔδαιμον ἐπιτήδευμα νενομίκασι. Notum quoque τὸ σκυθιστὶ πιεῖν, siue σκυθίζειν, pro ἀκρατοπιεῖν, vt *scribit Achæus in Æthone Satyrico*. Summatim quidquid barbarum, sæuum, crudele (nam & aduenas pro victimis mactarunt) *Scythicum* id appellare solemus, sicut *Scythicam orationem* barbaram, duram & inhumanā. Attamen ediderunt insignes aliquos Philosophos, qualis & Abaris fuit, & Anacharsis. Adeo nulla tam fera natio, ex qua non prodeat aliquando cultum & sagax ingenium. Deos coluisse dicūtur Scythę Vestam, Tellurem, Iouem & Apollinem. Vestam appellabant Thabem, Iouem *Papeum*, Tellurem *Apiem*, Apollinem Ethosirum. Iusiurādum fuit illis solenne per pugionem, ventum & conuictum, siue conuiuendi aut conuiuandi consuetudinem. Fœdus feriebant infuso in grandem calicem eamque fictilem vino, cui commiscebant sanguinem eorum, qui percussuri erāt fœdus. Inde tingebant in calice sagittas, & securim multisque verbis se deuouebant, & tandem vinum epotabant. Immanis quoque eorum mos fuit defodiendi vna cum demortuo rege pellicum vnam strangulatam, tum pincernam, & rerum omnium primitias. Sed alias de his plura.

Secretarium locus secretus à vulgo, in quo iudices sedebant & caussas examinabant. *libro tertio, C. de off. diuers. Iud.* Est enim secretarium iudicum, & principis consistorium. *Eusebius Ecclesi. histor. libro septimo, capite 31.* appellat σήκρητον, accipitque eodem modo Imperator Zeno iudicantis secretum. *leg. nullum. C. de testibus.* A secernendo ergo (quod forte factum in grauioribus caussis expassis velis) datum Secretario nomen. Atq; hinc lux legi primæ, *de Offic. rect. prouinc. Cod. Theodos.* Vbi ita scriptum: *Non sit venale iudicis velum, non ingressus redempti, non infame licitationibus secretarium.* Sic auium secretaria legas apud Apuleium, *3 florid.* & *terræ secretaria*, de Mundo eadem nominis origine. Patet itaque vnde & hodie *Secretarij* dicantur. Res mira. Cùm hæc fortè chartis illinerem, accessit me *Aufidius Aysma*, collatutus mecum de morbo patris admodum senis *Doconis ab Aysma*, viri honesti & probi, quod vt me percellebat, imò propter amicitiam vtriusque in locum hunc inferre volui. Ille autem, vt vt ominosum quid addā, sibi viuit suo contentus, à turba, à vulgo, siquis alius, maximè secretus.

Secta, à sectando. Sequuntur enim sectatiorum doctrinam, qui sunt eis addicti. Approbat & etymon hoc Isidorus. Sunt qui à secando, quod est ipsis tenere propositum, secundum Seruium, deriuant sectas Philosophorum. In hac significatione dixit Virgilius: *ille viam secat ad naues*, id est, *tenet*. Et Naso Metamorph. primo. *Adeunt Cephisidas vndas, Et nondum liquidas, sed iam vada nota secantes.*

Sectores, qui secant, & emta persequuntur. *Festus.*

Secespitam, inquit Festus, alij *securim*, alij *dolabram aneam*, alij *cultellum* vocat. Et mox: *Secespita cultrum ferreum oblongum, manubrio eburneo, rotundo, solido, vincto ad capulum auro, argentoque, fixa clauis aneis, are Cyprio, quo Flamines, Flaminica virgines, Pontificesque ad sacrificia vtebantur.* Dicta autem secespita est à secando. Etenim eo secabatur dulciarius panis sacrificiis aptus, quem *Cereale libum* in sacrificiis Iani appellat Ouidius *Fastorum primo.*

Seculum dictum vult Isidorus, quòd se sequatur. Abeuntibus enim aliis, alia succedunt. Varro autem à sene deducit, quod spatium annorum centum, id est, seculum longissimum sit spatium humanæ vitæ. Vbi animaduerte Varronis sententiam de tempore, quo ipse seculum vult definiri. Astipulatur Festus, cum seculares ludos à seculo dictos in centum annos extendi scribit, & fieri post centum annos. Iterum Varro *de scenicis originibus libro primo* scriptum reliquit, cùm multa fierent portenta, & tandem murus turrisq; inter portam Collinam & Gabinsam essent de cælo tacta, atque ea de causa Decemuiri inspexissent Sibyllinos libros renunciasse, vt Diti patri & Proserpinæ Tarentini ludi fierent in campo Martio tribus noctibus, & hostiæ immolarentur furuæ, & ludi centesimo quoq; anno celebrarentur. T. Liuius *libro 136.* Eodem anno ludos seculares, Cæsar ingenti apparatu fecit, quos centesimo quoque anno (is enim terminus seculi) fieri mos est. Sũt contra alij, qui seculum statuunt ambitum annorum cẽtum & decẽ, & proinde factos seculares ludos centesimo & decimo anno vertente, ineunte centesimo vndecimo, quo tempore annus in Solem, lustrum in annum, Periodus in lustrum conueniret, *vt Iosephus Scaliger scribit.* Istam sententiam confirmare videtur Horatius *in carmine suo*, quod seculare appellat, his verbis, *Certus vndenos decies per annos Orbis vt cãtus, referatque ludos, Ter die claro, totiesque grata Nocte frequentes.* Interuallum hoc summa veneratione à veteribus Romanis obseruatum fuisse, cum eo cõfecto Quindecimuirorum commentarij instaurari præciperent, idem annotauit Iosephus, *libro 2. de emendatione temporum.* Ab illis enim ludis, quos libri Quindecimuirales primos celebratos prodiderunt anno 299 M. Valerio & Sp. Verginio Coss. ad alteros, qui anno 408. repetiti sunt, M. Valerio Coruino, C. Petilio Coss. anni præcise interiecti sunt 110. Totidem anni ab istis ad tertios, P. Clodio Pulcro, & L. Iunio Pullo Coss. Anno ab V. C. quingentesimo decimooctauo. A tertiis ad quartos sub Coss. Aemilio Lepido & L. Aurelio Oreste, vt Quindecimuirũm libri annotarunt, *teste Censorino* A. V. C. sexcẽtesimo vigesimo nono, idem interuallũ est annorum 110. Totidem anni ab his ad illos, quos Augustus Cæsar edidit anno Vrbis 737. C. Furnio & Pub. Iunio Silano Coss. Qui secuti sunt Principes, seculi modum libidine sua finiuerunt. Refert enim Cornelius Tacitus Annalium 4. sexagesimo anno, postquam Augustus ediderat, Imperatore Claudio seculares ludos fuisse spectatos. Quocirca traditum à Suetonio, cùm is fecisset hos ludos quasi *anticipatos* ab Augusto, nec legitimo tempori reseruatos etsi in Historiis prodat intermissos Augustum, subducta annorum ratione, in ordinem redegisse) irrisam præconis vocem, cùm more solemni inuitaret ad ludos, quos nec spectasset quisquã, nec spectaturus esset, cùm superessent adhuc qui spectauerant, & quidem Histriones producti olim tum quoque producerentur. Iterum narrat Suetonius *in suo Domitiano*, fecisse eum hos ludos, habita ratione temporis, & anni, non quo Claudius proxime, sed quo Augustus ediderat. Agitari autem solebãt, *vt refert Zosimus ex Sybillinis carminibus*, in cãpo Martio noctu simul & interdiu. Parcis agnæ immolabantur

furuæ

furuæ cum pecore caprigeno, similiter Dianæ & Terræ scropha. Ioui autem candidi tauri, verùm interdiu, & Iunoni iuuenca. Apollini canebant Pæanas pueri Latini, patrimi & matrimi, tum patrimæ & matrimæ puellæ in eius tẽplo, commẽdato carminibus hisce Diis immortalibus imperio & populo Romano. Nobiles matronæ conueniebant in Capitolium, supplicabant ad aram Iunonis, canebant hymnos, & lectisternia frequentabant. Accipiebant februa viri & fœminę, ceterum fœminæ inprimis. Dehinc ferè in omnibus templis primitias Diis offerebant. Sic enim agendo roti Italiæ Romanos dominaturos scriptum erat in libris Sibyllinis. Tradit Grammaticus Acron, secularis carminis duplicem fuisse deuotionem, quippe cantari ac oblati pro sedanda peste, vel eadem vitanda, aut pro constituto annorum numero. Omnium generum ludi, celebrabantur omnibus theatris: Sacrificia in omnibus templis facta interdiu simul & noctu. Primus Publicola, postquam exacti essent reges, hosce ludos instituit, elapsis ab V. C. annis ducentis & nonaginta nouem iuxta Scaligerum, cui subscribere malim, quàm iis, qui tantum quinquaginta supra ducentos ponunt. Si quis plura de iis velit, Censorinum atque Onuphrium Panuinium legat.

Secũdani populi vel milites apud Melam, sunt Galliæ, vt & *Sextani & Septimani*, appellatique sunt iis nominibus à legionum ordine, illuc à Triumuiris, Cæsaris Dictatoris cura, deductarum. Sic Capitolinus in Clodio: *Tribunus equites Dalmatas egit, & legionem quartanorum.* Addam & alia militum nomina vsurpata Romanis. Ex his *Pilani*, quos etiam *Velites* dixerunt, à volando velut deducto nomine. His adultiores erant *Hastati*, ætate ac robore præstantiores Principes, natu maximi *Triarij*, qui tertio ordine in acie ad extremorum subsidium collocabantur. Erant & quidam *Asscriptitij* sic dicti, quòd supplendis legionibus asscriberentur. Alij *Accensi*, quòd additi essent ad cẽsum legionum. Nonnulli *Ferentarij*, a ferendo auxilio dicti. *Funditores* qui dimicabant fundis. *Volones*, qui post Cannensem cladem vsque ad octo millia, cùm essent serui, spontanea volũtate ad militiam se obtulerunt. *Duplicarij*, quibus duplicia cibaria præstabantur propter virtutem. *Tesserarij*, qui tesseram per contubernia militum denuntiabant. *Metatores*, qui præcedentes atque metantes castris locum præeligebant. *Militum ministri & serui* erant *Calones & Lixæ*, de quibus suo loco.

Securis dicta videtur nonnullis, quasi *semicuris*, id est, *semiquiris*. Sabinorum enim lingua *quiris*, hastam significabat. Atmálim à secãdo deductam. Quapropter Demosthenes Phocionem *orationum suarum securim* appellabat. Et rectè Hieremias, sermones Domini ait esse *instar securis quæ vel petras incidat*. His erant armatæ proficiscentes in bellum Amazones. Secures & virgas prælatas Romanorum regibus ideo volunt non pauci, vt, cùm vitiorum alia sanabilia sint, alia insanabilia, virgis corrigerentur, qui emendari possint, securibus autem plecterentur immedicabiles. Sed sciendum inter fasciculos virgarum ita obligatas fuisse secures, vt ferrum in summo exstaret fasce, id quod Magistratus iram in procliui, solutamque non esse debere significabat, *vt ostendit in problematibus Plutarchus.* Vel propterea sic institutum, vt solutio fascium, quæ fit paulatim, moram aliquam iniiceret iræ. Lydiæ Reges habuisse leguntur, securim loco sceptri, sicut Labradæus Iupiter in Caria, pro sceptro & fulmine securim ferebat. Quod Penthesilæam eius inuentricem dicunt, falsum omnino, nec opus habet sua ex profanis & sacris literis refutatione. Hoc certum animaduersionis & pœnæ indicium fuisse, non solùm apud Romanos, sed etiam apud

apud Græcos, vt eſt cernere in numo Tenedio. Cùm enim rex Tenediorum legem tuliſſet, vt mas & fœmina deprehenſi in adulterio, eodem ſupplicio ſubiicerentur ſecuri, neque adeo filio peperciſſet ſuo, in perpetuam rei memoriam, numum Tenedium ita ſignari iuſſit, vt ab vna parte capita apparerent duo, ab altera vero ſecuris.

Sedigitus dictus Romanis, qui ſenis erat digitis.

Seditio, quaſi ſeorſim itio Iuriſconſultis. Imò Cicero de Republica *6. referente Nonio*; Eaque diſſenſione ciuium, quòd ſeorſum eant alij ad alios, *ſeditio* dicitur. Sunt qui etiam à *ſedendo* deriuant, cùm obfirmati animi ſententias inſidêtes non dubitant armis, clamoribus, aut conſpiratione tueri. Quo pacto *ςάσις* Gręcorũ illi vocabulo quadrabit. Rectè Thucydides, ἐν τῇ ςάσει πᾶσα ἰδέα κακȣ. Digna relatu Dionis ſententia, libro 38. *Κωφαὶ μὲν καὶ ἐρήμεροι καὶ ἄλλως αἱ τῶν ἀνθρώπων ἐυπραγίαι εἰσὶ. καὶ ὅσω ἂν μᾶλλον τις ἀπ' ἀυτῶν ἐπαύξῃ, ςᾶνον ὥσπερ πνεῦμα πίπτει. μάλιςα δὲ ἐν ταῖς ςάσεσιν.* Idem dicit in illis eſſe ȣ̓δὲν βέβαιον, *libro 44.* Inſtar fluctuum eſſe, teſtantur prudentiſſimi Hiſtoriographi. Quin aliam ex alia ſeri teſtatur Dio. Graphicè etiam eam depinxit, præſtantiſſimus Poëta, cùm inquit,

Et veluti magno populo, cum ſæpe coorta eſt
Seditio, ſæuitque animis ignobile vulgus,
Iamque faces & ſaxa volãt, furor arma miniſtrat.

Cauſſas eius nouem vide apud Philoſophum Politic. 5.

Segeſta Plinio, vel *Segetia* apud Auguſtinum, *4. de ciuitat. Dei, capit. 8.* & *Seia*, Deæ frumentis ſatis præpoſitæ, à ſegetibus inuenerunt nomen, eo tamen obſeruato diſcrimine, vt donec frumenta eſſent ſub terra, ſub tutela ſua haberet Seia, at vbi ſuper terram redderent ſegetem, præpoſitam ii fuiſſe Segetiam, vt Deam tutelarem. Conſecratas fuiſſe has Deas à Numa Pompilio, proditum quoque à Plinio, *lib. 18. cap. 2.* Qui autem eas nominaſſet, iſtum ferias obſeruare ſolitum, apud *Macrobium* inuenias, *1. Saturnalium cap. 16.* Eſt porro ſegeſta oppidum Siciliæ, quod videtur condidiſſe Æneas, præpoſito ibi Ægeſto, qui eam nominauit Egeſtam ex mente Pompeij Feſti. Sed præpoſita ei (S,) litera, ne obſcœno nomine appellaretur, vt factum in Maleuento, quod *Beneuentum* eſt dictum, & in Epidamno, quod audiuit poſtea *Dyrrachium*.

Segnitia ſine nitendo: quòd videlicet non nitatur ad id, quòd eſt honeſtum & vtile. Seruius tamen alibi ſegnem vult dictum. quòd *ſit ſine igni*, id eſt, *vt mouẽte*.

Sela, vocabulum ſępiſſimè in Pſalmis, ter tantùm in Abacuc occurrens, aliud his, aliud illis eſſe videtur. Deriuant tamen à סלל, vel שלה, quod eſt *iter complanare, & aggerem facere*. Chaldæi reddiderunt שלמין, quod pleriſque *ſemper* ſignificat, vt ita perpetuitatem deſignet. Quod ipſum placet & Auguſtino Steucho. Sed eam expoſitionem falſam arguit Paulus Epiſcopus Burgenſis, *additione 3. ſuper Pſal. 46.* Prima eius ratio eſt, quòd etiam in aliis ſcripturę locis oporteret poni, vbi ſignificatur perpetuitas, ſi hæc iſti voci tribuenda eſſet ſignificatio. Secunda, quia legatur in locis aliquot, vbi nullam omnino perpetuitatẽ ſignificare poteſt, *vt Pſalm 82.* & *Habacuc. 3.* Tertia, quòd Hieronymus non omiſſurus fuiſſet, ſi quid hæc dictio ſignificaſſet. Porro Rabbi Abraham, Ben Ezra accepit pro אמת, id eſt, *veritate*, vt refert *R. D. Kimhi, Pſal. 3.* Etſi eam expoſitionem non recipiat, & potius deriuãdam putet a סלה vel סלל, vtpote qua nihil ſignificet, ſed indicet tantum eo loco, vbi ponitur, eleuandam eſſe vocẽ, vſque adeo, vt ex ipſius cenſura ad verſum illum, cui ſubiicitur, nõ pertineat. In Græca verſione non reperitur, niſi poſt multos Pſal. reddita per διάψαλμα, id eſt, requiem continuationis diſtinctæ, quæ tamẽ, vt *Caſſiodorus ſcribit*, ſemper fit

per sit quadam sonorum mutatione. Vnde crediderunt nonnulli, signum esse eleuandæ vocis, ad quam animus mora aliqua excitatus, intenderet cogitationes ad insignes illos affectus & motiones spiritus, quæ continētur isto versu, cui subdita fuisset. Amplectuntur sententiam istam plurimi docti hoc seculo nostro. Ceterum Forsterus magis inclinat in R. Abraham Ben-Ezræ sententiam, prout refertur à Burgensi loco prædicto, & quidem aliter, quam à R. D. Kimhi, quod dictio סלה non significatiuè ponatur, sed tantùm ad supplendum cantus modulamen, sicut copula *Vau*, & aliæ syllabæ, & copulæ, in Psalmis sæpenumero sunt otiosæ. Est igitur סלה enclitica dictio seu paragogica, familiaris tantùm Poëtis, quod ipsum significatio eius etiam innuere videtur. Nam סלה significat *stratum*, ponitúrque ab Hebræo Poëta, vt pes, aut cantus modulatio longius in ea progrediatur, adeoque numerus suppleatur.

Seleucus illustrem significat à σελάω, id est, *splendeo*, κὶ τȣ̃ λευκȣ̃, id est, albo deducta voce. Nomen hoc fuit Nicanoris primi post obitum Alexandri regis Syriæ, Antiochi & Laodices filij, qui cognomento dictus fuit Nicanor, quem secutus legitur Seleucus Callinicus, id est, *victor egregius*, & Seleucus *Ceraunus*. Quo pacto Antiochi Seleuci filij amorem erga Stratonicē nouercam deprehenderit Erasistratus medicus ex pulsu modò languidiore, modò vegetiore, illa intrante aut abeunte, dignum lectu apud Valerium *libro 5. capite 7.* A Seleuco dicta est vrbs Seleucia, quam Nicanor ille eo potissimum condidit consilio, vt vicinitate sua Babylonem exhauriret, & sui nominis celebritati consuleret. Plinius auctor est, eam appellatam & Babyloniam. Condita autem fuit in confluente Euphratis & Tigris. Fuerunt & aliæ eiusdem nominis ciuitates, in Pisidia, scilicet Syria, Cilicia, de quibus aliàs dicturus sum forte commodius.

Sella, à sedendo, quasi sedda. *Sella curulis* Prætorum (ne id taceam hoc loco) sella fuit eburnea, qua priuatim & publicè vtebantur sedendi caussa. Eam longis coronis ornari solitam, obseruatum ex Gulielmi Brassicani antiquitatibus, & Æneæ Vici Parmensis nummis. Quantum ad etymon, video etymologicon magnum non abludere, cum inquit: *Sella*, κάθισμα.

**Sella fœminarum parturientium*, quod duplici lapide constarent, numero duali אבנים *Abanym* dicātur, ab אבן *Eben*, id est, lapis, vel à בנה *Bana*, ædificauit, produxit. Et filius בן *Ben* nominatur, ædificatus nempe seu extructus ex cohabitatione viri & mulieris: & plurali numero בנים *Banim*, filij.

* *Sella figuli*, figulares, idem nomen *Abnaym* obtinent, Ierem. 18.3. Alii totam duplicem figuli, intelligunt hac voce, quarum ope vasa sua format, quæ ab *Eben* deducta, originem tribuit nomini quod Græci Rotæ tribuunt, vocatur enim Ἄβα.

* *Sella*, מושב *Moschab*, psal. 1. id est, sedile, à verbo ישב *Iaschab*, sedit, habitauit sedendo, moratus est, sedendo mansit, ab hoc per apocopen fit ἵζω ἱζέω, ἵζωμαι ἕζω sedeo, facio sedere, καθίζω, ἕδρα, καθέδρα, *Cathedra*.

Sementinæ feriæ, vt ait Varro, à semente sunt appellatæ, quòd sationis caussa susciperentur. Institutas eas vult Festus, quasi ex iis fruges grandescere possent. Sunt autem conceptiuæ feriæ, sicut Latinæ *Paganalia* & *Compitalia*, quæ quotannis concipiebantur à Magistratibus vel sacerdotibus in certos dies, vel etiam incertos, vt ait Macrobius. Affirmat & illud.

Ouidius, his verbis Fastorum 1.

Ter quater euolui signantes tempora fastos
Nec Sementina est vlla reperta dies.
Tum mihi (sensit enim) lux hæc indicitur,
inquit,

Musa, quid à sacris non stata sacra petis?
Vtque dies incerta sacris, sic tempore certo
Seminibus iactis est vbi fœtus ager.
Hisce feriis sacra in æde Telluris fiebant Telluri & Cereri.

Inde rursus Ouidius:
Placentur matres frugum, Tellúsq; Ceresque.
Farre suo, grauidę visceribúsque suis,
Officium commune, Ceres & terra tuentur,
Hæc probet caussam frugibus, illa locum.

Semidei, alio nomine Heroes, hominibus maiores, at Diis minores, vnde obtineant nomen, ex resolutione nominis facile apparet.

Semis, Semodius, Semuncia, secundum Festum à Græcis originem habent, sicut & alia nonnulla, quæ S. literam pro aspiratione habent ἑπ]ὰ septem, ὕλη sylua. Ita enim hæc tria ab eo deducta, quòd Græci ἥμισυ dicunt. Est autem *semis* Latinis assis dimidium, quippe sex continens vncias in se. Fuit & numus æreus nomine semis, vt *dupondius, triẽs, quadrans sextula*. Notandum hîc, Romanos ęreorum numûm vocabulis appellasse contemtos & abiectos homines, vt cùm P. Vatinius scribens Ciceroni, *Simium* dicit, non semissis hominem, Persis *Damam* tressis *agasonem*, Cæcilius *scortum Clytemnestram*, Cicero *Clodiam quadrãtariã*, Pacuuius *meretrices diobolarias*, Plautus in Pœnulo, *diobolaria scorta*. Veteres Iurisconsulti etiam tyrones & rudes, in sua professione *dupondios* dixerunt, quòd tandem inhibitum à Iustiniano nostro in Pandectarum præfatione. Addo *Semissios & Sarmentarios* appellatos Christianos à Romanis per contemtum, *vt refert Tertullianus*, quòd ad stipitem dimidij assis reuincti, sarmentis additis, concremarentur, cuius supplicij generis meminit quoque Eusebius, *vt est apud Crinitum.*

Semones, Dij, quos cœlo non asscribebant ob meriti paupertatem, *sicut scripsit Fulgentius Placiades*, quales erant *Vertumnus, Hippona, Priapus*, & similes alij, videtur dicti, quasi *Hemihomines*, quod & Lipsio placet. 2. *Antiq. lectionum, capite 18.*

Semperuiuum herba, alio nomine *sedũ maius*, Græcis ἀεὶ ζῶον μέγα, à semper viuendo est appellatum. Galli vocant *Joubarbe*. Refrigerat autem in tertio recessu, inque eodem plus ceteris essentia aquea abundat.

Sempronia lex, Semproniæ leges à T. Sempronio Graccho, Trib. Pleb. P. Mutio Scæuola, & L. Calphurnio Pisone Frugi Coss. sunt latæ. Harum vna repetitio fuit Liciniæ, ne quis ex publico agro plus quàm quingenta iugera possideret, quorum tamen dimidium filiis habere liceret. Vt si quis latius agrum patefaceret, Triumuiri quotannis data opera creati indicarent, qua publicus esset ager, qua priuatus. Testis Appianus *bell. Ciuil. 1.* Plutarchus *in Gracchis*, Velleius *libro secundo*, Aurelius Victor *de viris illustribus*, Cicero pro *Sextio*, & *de Aruspicum responsis*, Florus *Epitoma 58.* Altera cauebat, vt pecunia Regis Attali, qui populum Romanum fecerat hęredem, iis ciuibus, qui lege Sempronia agrum erant sortiti, darent ad comparationem instrumentorum, & agriculturæ apparatum, vtque agri regij locarentur, à Censoribus, vnde vectigal populo pẽderetur, *teste Cicerone, Verrina 5.* Atque hæc res tenuium egestatem multum subleuauit. Quod verò præcipuum erat in lege Sempronia, ne videlicet tenuibus agros cõcessos cuiquam vendere, aut emere fas esset, per Magistratuũm negligẽtiam est antiquatum, *teste Appiano libro primo.* Fuerunt & aliæ Semproniç leges à C. Sempronio Graccho Tribun. Plebis, Quinct. Cæcilio Metello, & T. Quincto Flaminio Consulibus latæ, ne de capite Ciuis Romani iniussu populi iudicaretur: Vt qui Magistratus indicta caussa animaduertisset in ciuem Romanum, de eo populi quæstio constitueretur, id quod latum ab eo propter P. Popilium, à quo consule

sule Tiberij fratris socij miserè fuerant diuexati, vt ita eum vlcisceretur & vrbe expelleret. Tulit idem & aliam legem Semproniam, vt *ex confusis quinque classibus sorte euocarentur centuria.* Testis Salustius oratione ad Cæsarem. Item tulit, *vt Senatus quotannis ante comitia consularia, designandis Consulibus, arbitratu suo decerneret, quas deinde ipsi designati inter se sortirentur.* Sed & aliam tulit Q. Cęcilio Metello Balearico, & T. Quinctio Coss. *vt munirentur in Italia via, & sternerentur, vt lapidibus miliaria discernentibus notarentur, pontibusque instruerentur.* Aliam Semproniam tulit T. Sempronius Gracchus 2. Trib. Pleb. M. Fuluio Flacco, & M. Plautio Hypsæo Coss. *vt semisse & triente frumentum menstruum plebi, ex publico viritim daretur*, Appianus *lib. 1. de bell. Ciuil.* Cicero *pro Sextio*, Velleius *lib. 2.* Plutarchus *in vitis.* Hinc locus constitutus Romæ, in quo frumentum publicum vnà cum legibus frumentariis. Exstitit & alia Sempronia, iterum à C. Sempronio lata Q. Cæcilio Metello, & T. Quinctio Flaminio Coss. *ne minores 17. annis cogerentur ad militiam, & vt vestes gratuito darentur militibus preter stipendium, sicut in Gracchis tradit Plutarchus.* Sub eisdem Consulibus, & ab eodem lex lata, vt *cui Magistratus esset abrogatus, ei Magistratum iterum capere ius non esset*, prorsus fuit iniqua. Quare Corneliæ matris precibus ipsemet post abrogauit, *teste Plutarcho in Gracchis.* Tribuitur ipsi lex etiam ista, vt *sociis Latinis ius suffragij ferendi perinde esset, ac ciuibus Romanis.* Appianus *libro primo, de bellis ciuilibus C. Gracchus multas leges promulgauit de iudiciis, de viis, de coloniis, & ad omnes Romanorum res Latinos aduocabat, quasi vero Senatus hominibus consanguineis honestè repugnare non posset.*

Sena, σῆνα, Thusciæ vrbis in Italia, inde videtur nonnullis dicta, quòd à Brenno Gallorum duce condita sit pro senibus valetudinariis. Nugæ, Polybius enim refert originem ad Gallos Senones deuictos à Populo Romano, cùm tradit alteram eos vrbem Senam ædificasse, præter illam quæ Adriatico mari apposita est. Sene dicitur hæc vrbs Silio Poëtæ, qui etiam in etymo nobis astipulatur. Ait enim: *Senonum de nomine Sene.* Etsi etiam Senam alias dixerit, iterum nobiscum faciens hoc modo: *Qua Sena relictum Gallorum à populis traxit per secula nomen, sicut & Pintianus notauit.* Confirmat denique Godifredus *libro memoriarum*, conditam scribens à Gallis Senonibus.

Senaculum, locum Senatorum, quod ait Festus, aut vbi Senatores consisterent, *iuxta Varronem*, sicut apud Græcos est γερουσία. Tradit iterum Festus, tria fuisse Romę senacula, in quibus solitus sit haberi Senatus: *Vnum, vbi nunc est*, inquit, *ædes Concordiæ, inter Capitolium & Forum, in quo solebant Magistratus, vt dicit Titinnius, cum senioribus deliberare: Alterum ad portam Capenam: Tertium intra ædem Bellonæ, in qua exterarum nationum legatis, quos intra vrbem admittere nolebant, Senatus dabatur.* Lampridius in Heliogabalo *Senatulum* appellat. Eadem quoque apud P. Victorem inuenias.

Senator & Senatus, non à sinendo, id est, dando facultatem agendi, *(vt aliqui sunt rati)* nomen deriuant, verùm à senibus Isidorus: *Senatui nomen ætas dedit, quòd seniores essent.* Festus: *Senatores à senectute dici satis constat, quos initio Romulus elegit centum, quorum consilio Rempublicam administraret.* Itaque etiam patres sunt appellati. Et nunc, cùm Senatores adesse iubentur, quibusque in Senatu sententiam dicere licet, quia ij qui post lustrum conditum ex iunioribus Magistratum ceperunt, & in Senatu sententiam dicunt, non vocantur Senatores ante quam in senioribus sint censi. Prodit & Plutarchus in vita Romuli, eum creasse ex Optimatibus Senatores centum, quorum Concilium ex ætate appellauerit *Senatum.* Neque

enim placet, quod Priſcianus tradit, à vocabulo *(ναυς)* compoſitum eſſe nomen Senatus. Cicero etiam: *In agris tunc erant Senatores*, id eſt, *ſenes*. Item: *Quæ niſi eſſent in ſenibus, non ſummum conſilium appellaſſent noſtri Senatum*. Et Ouidius faſtorum 4. *Nomen & ætatis mite Senatus habet*. Tale Hebræorum presbyterium, id eſt, *Seniorum* concilium fuit. Sunt enim ἔργα νέων, βȣλαὶ δὲ γερόντων. Talis Neſtor ille apud Homerum. Talis Cato Maior *Pop. Roman. iudicio appellatus prudens*. Vt bene quoque dixerit *Plato 3. de Republic.* πρεσβυτέρȣς τȣ̀ς ἄρχοντας, δεῖ ἄναι, νεωτέρȣς δὲ τȣ̀ς ἀρχομένȣς. Ad reliqua de Senatoribus dicenda venio. Dictum autem, cétum illos fuiſſe numero primis temporibus, maximè ſub Romuli imperio, vel quia conditor vrbis eum numerum ſuffecturum putaret, vel quia centum tantum ex iſta multitudine creari poſſent. At ſequentibus temporibus numerus idem non manſit. Quippe auctus ille non multò poſt, confecto bello Sabino. Cùm enim vrbs valde creuiſſet Sabinorum, Hetruſcorum, & aliorum aduentu, poſt erectum aſylum, ad quod illi ſeſe recipiebant, omneſque adeo Romulus ſuſcepiſſet in ciuitatem Lucerum ac Tatienſium tribubus adiectos, placuit illi & Tatio, quem paulò ante victum adſciuerat in regni ſocietatem, vt patriciorum duplicato numero, ſimul augeretur numerus Senatorum, quos lectos ſuffragiis ex familiis illuſtrioribus in patres cooptarunt, & veteribus Senatoribus aſcripſerunt adusque ducentos. Neque hic numerus diu fuit. Mox enim vbi Tarquinius Priſcus principatum accepit, alios adhuc centum ſpectatæ fortitudinis & prudentiæ viros, patrum numero adſcripſit. Atque tum primum Roma trecentos Senatores habuit, cùm ante fuiſſent tantum ducenti, *teſte Dionyſio*. Inde Brutus Conſul primus & Valerij Collega expleuit eum numerum imminutum cædibus & expulſionibus; tantùm abeſt vt auxerit, quod aliqui putant. Manſerunt ergo trecenti numero Senatores regibus exactis ad multos annos, donec longo poſt tempore à C. Graccho Trib. Plebis, allectis ex ordine equeſtri trecentis, ſexcenti numero ſunt facti, *teſtibus Plutarcho & Floro*. Ceterum legem, qua trecenti iſti ſunt lecti, aut antiquatam à populo, aut non ita multò poſt abrogatam ſuſpicatur Sigonius, quòd eandem poſt à M. Liuio Druſo. Trib. Plebis relatam inueniat apud Appianum. Inde duæ adhuc Senatus lectiones ſunt factæ, vna Sulla & Rufo. Coſſ. altera Sulla Dictatore. Vtriuſque autem idem Appianus meminit ita, vt ſub Conſule Sulla trecentos ex optimatibus lectos ſcribat in Senatum, propter infrequentiam contemnendum, at Dictatorem Sullam Senatum exhauſtum trecentis Principibus equeſtris ordinis lectis, dato tribubus de ſingulis ſuffragio, ſuppleuiſſe. Vnde apparet, amplificatum ab eo numerum. Et quamquam certus numerus dari non queat, tamen ſupra quadringentos ab eo lectos, ex Epiſtola quadam Ciceronis ad Atticum elicitur, in qua ſcribit hoc modo: *Homines ad XV. Curioni, nullum S. C. facienti aſſenſerunt: Facile ex altera parte quadringenti adfuerunt*. Auctum inde ad nongentos Senatum à Cæſare Dictatore, imò poſt necem eius à triumuiris indigniſſima turba refertum, Dionis & aliorum hiſtoriæ produnt. Tradit & Suetonius, *Auguſtum ordinem Senatorium affluentem incondita turba ad priſtinum ſplendorem redegiſſe*. Erant enim ſuper mille, & quidam indigniſſimi, vt idem ſcribit. Neque tacet Sigonius, qui in legendis Senatoribus, generis, ordinis, cenſus, ætatis, & Magiſtratus rationem eſſe habitam notat. Generis quidem, vt ex iis familiis legerentur, quibus

Senatus patebat. Patuit autem primum patriciis, poſt etiam plebeiis. Romulus enim & Priſcus, non niſi ex patriciis quemquam legiſſe produntur à Dionyſio. At plebeio primum à Seruio Tullio inductos vult Zonaras, Feſtus à Iunio Bruto & Publio Valerio Publicola, primis Coſſ. Attamen iſtos antequam in Senatum allegerentur, patricios factos, manifeſte traditum à Dionyſio. Cenſum porro in Senatu legendo ſpectatum, declarat his verbis Seneca, *Declamat. 2.* Senatorum gradum cenſus aſcendere facit. Cenſus Romanum equitem à plebe diſcernit. Cenſus in caſtris ordinem promouet. Cenſus in foro iudex legitur. An verò inſtitutum fuerit antiquum, in dubium vocant, citante eodem Sigonio, hæc Plinij verba, libro decimoquarto: *Poſteriuslaxata mundi & rerum amplitudo damno fuit: Poſtquā Senator cenſu legi cœptus, peſſum iere vita pretia.* Laudatur autem cenſus in ſenatore, ne ſplendor ampliſſimi ordinis rei familiaris anguſtiis obſcuretur. Ceterùm ante Auguſtum, cenſum ſenatoriū ſeſtertiū octiugenta millia fuiſſe, eúmq; ab Auguſto ampliatum, docent Suetonius & Dio. Quin etiam ætatem certam obſeruatam in ſenatore legendo, ex eo ſuſpicari licet, quòd Agellius *libro decimoquarto* ſcribat, *Præfectum vrbis ea ætate factum, quæ non eſſet ſenatoria, libro 14. capite 8.* Sed quænam ea fuerit incertum. Sigonius probat, ex Valerio & Ciceronis Philippicis, fuiſſe prope eandem cū Quæſtoria. Atqui fuit capiundæ quæſturæ annus vigeſimus primus. Probat inde ex verbis Ciceronis, ſenatorem legi, niſi qui magiſtratum geſſiſſet, non fuiſſe ſolitum. Quare congruenter ſanxit Cicero in legibus ſuis, ex Magiſtratibus ſenatum eſſe oportere. Probat idē in Oratione poſt reditum in ſenatu. Animaduertendum tamen, etſi hæc omnia conſtarent in aliquo, non tamen idcirco neceſſariò eum ſenatorem fuiſſe. Opus enim fuit lectione Cenſoris, vſq; adeo, vt nec illi, qui Magiſtratus geſſiſſent, ſenatores eſſe poſſent, niſi à Cenſoribus lecti. Quid, quòd mouere ſenatu potuerint, vt conſtat de eo, qui vxorem præſentibus liberis oſculatus fuerat. Et quanquam ex equeſtri ordine maximè legerentur, *ſicut Liuius oſtendit lib. 2.* cùm ſcribit. Senatum à Bruto ſuppletū ex primoribus ordinis equeſtris, tamen ſimul Equites eſſe non poterāt, etſi equo merere liceret. Inſigne ſenatorum fuit tunica lati claui, qua ſeparati erant ab Equitibus, ſicut *Suetonius & Plinius prodūt, & Sigonius probat.* Queſtus in iis omnis etiam indecorus eſt habitus. Quo ſpectans Cicero 7. in Verrem ait: *Noli metuere, Hortenſi, ne quæ‑am, qui lituerit nauem ædificare Senatori. Antiqua ſunt iſta leges & mortua, quemadmodum tu ſoles dicere, quæ vetant: Fuit iſta Reſpublica quondam.* Denique in honoribus petendis leguntur occupati fuiſſe: Vnde multa ornamenta domi ſibi & foris pepererunt. Neceſſariò & his ſubiiciendum diſcrimen eorum, qui dicebantur *Patricij gentium Maiorum & Minorum* quiq; *patres* fuerint *conſcripti*, qui *Princeps Senatus*, qui *Senatores pedarij*. Maiorum enim gentium patricios dictos fuiſſe volunt, ducentos illos ſenatores, lectos à Romulo, atque eorundem progeniem. At eos, qui à Tarquinio Priſco primùm lecti ex plebeiis, fuerunt in ordinem patriciorum, inde patrum numero aſſcripti, *Minorum gentium patricios* appellatos, vtquoq; Liuius *libro primo* teſtatur. Ceterùm *Patres conſcripti* ſunt dicti, qui in Senatum allecti ſunt à Iunio Bruto, & Publio Valerio Publicola Coſſ. poſt pulſos reges, ſicut *Liuius, Plutarchus, & Tacitus docent.* Princeps ſenatus dictus is fuit, qui in lectione ſenatus, quæ per Cenſores fiebat cenſu peracto, primo loco recitabatur. Qui honor fere nemini, niſi Conſulari aut Cenſorio viro tribuebatur, nec niſi eo mortuo alius *Princeps Senatus* declarabatur. Pedarij ſenatores qui fuerint, docet Agellius ex Var

ronis Menippæa: nempe, quòd Equites quidem pedarij *Senatores* sint appellati, quod nondum à Censoribus lecti fuerint in senatum, ideoque non propriè senatores exstiterint, at vsi tamen sint honoribus populi, & propterea in senatum venerint, sententiæque ius obtinuerint, & quia in postremos erãt relati, idcirco non rogati fuerint sententias, sed in eas, quas Principes dixissent, discesserint. Sigonius dicit Pedarios fuisse eos, qui Magistratibus functi in senatũ venire, & sententiam dicere poterant, quanquam à senatoribus lecti non essent. Quidam, inter quos C. Bassus, dictos volunt Pedarios, qui, cum Curulẽ Magistratum non gessissent, pedibus iuerint in Curiam. Atqui horum sentẽtiam reiicit Agellius *lib.3.cap.18.* Festus scribit, *Pedarium Senatorem* appellatum, qui tacitus transeũdo ad eum, cuius sententiam probabat, quid sentiret, indicabat. Fuisse autem Tribunos plebis, Senatores sine lectione Censoria post Atinium plebiscitũ, existimat Sigonius. Iam verò nec omittendum, qui numerus Senatorum necessarius fuerit ad faciendum Senatusconsult. quia non omnes aderant semper. Liuius innuere videtur *lib.39.* potuisse Senatusconsultum fieri, si centum, non minus senatores adessent. Posterioribus temporibus oportuit adesse 400. *teste Dione lib.54.* cum de Augusto scribit. Qui verò non erãt præsentes, aut se legitimè excusabant, aut erant in culpa. Siquidem in culpa erant, mulcta illis indicebatur, quæ dum solueretur, capiebatur pignus, quod si non redimeretur, vendebatur ab ærarij quæstore, pecunia in ærarium redacta. Meminit huius moris & Cicero *3. de Oratore*, apud quem cædere vel concidere pignora, idẽ est, quòd capi, vt distrahãtur & consumãtur. Sed pergamus. Cùm iam discederent sententiis exquisitis, perscribebatur senatuscõsultum, in quo rogatæ sententiæ summa exprimebatur hoc modo: *Quod M. Marcellus Consul ve h.s fecit de prouincijs. D.E.R.I.C. id est, de ea re ita censuerunt.* Et quia licitum erat Tribunis plebis intercedere Senatus consultis, ideo moris erat, vt etiam adderetur clausula hæc: *Si quis huic Senatusconsulto intercesserit, Senatui placere, auctoritatem perscribi, & de ea re ad Senatum populumque referri.* Si v. quis intercessisset, addebantur eorum nomina qui intercesserant, & tum quidem non senatusconsultum, sed auctoritas præscripta dicebatur. Quòd si tam multi non conuenissent ac opus erat, senatus quidem habebatur, decretumque perscribebatur, non tamen quasi ratum effectum habebat, sed erat auctoritas, vt ita nota esset senatus sententia. Sed nec ita senatusconsultum fieri poterat, si coactus esset senatus loco non legitimo, die nõ idoneo, aut non legitimo edicto. Quid tamen placuisset, testabantur reliqui. Cùm senator rogatus dicere vellet sententiam, assurgebat, stansque dicebat, & nõ modò ea de re, de qua relatum erat, verum etiam quacunque de re vellet, dicendi potestatem habebat, *teste Agellio lib.4.cap.10. Tacito 3. & 13. Annalium, & Plutarcho in Catone.* Addo ex eodem Agellio *lib.14. cap.7.* duobus modis solita fieri Senatusconsulta, nempe aut discessione, si consentiretur, aut si res dubia esset, singulorum sententiis exquisitis. In isto moris erat, vt magistratus is, qui de aliqua re ad senatum retulerat, diceret: *Qui hoc censetis, illuc transite; qui alia omnia in hanc partem.* In hoc autem ordine procedebatur. Totum porro senatorum collegiũ, *Senatus* est dictus, cuius quæ fuerit potestas, item per quos, quo loco, & quo tempore habitus fuerit paucis expediam Sigonij & aliorũ vestigiis insistens. Et primum quidem potestatem obtinuit in negotiis ad Rempublicam pertinentibus, excepta Magistratuum creatione, legum latione, belli pacisque arbitrio, *teste Dionysio lib.6.* Polybius etiam *lib.6.* affirmat ærarij potestatem habuisse. In eius arbitrio reditus & sum

& sumtus fuisse, similiter publicata flagitia, vtpote proditionis, coniurationis, veneficij & cædis requisiuisse, legationes extra Italiam mittendas procurasse, atque adeo, quomodo exteri legati essent tractandi, quid etiam esset respondendum, cõstituisse. Per quos porro more maiorũ haberi, & consuli consueuerit, ex Varrone docet Agellius, quippe à Dictatore, Consulibus, Prætoribus, Tribunis Plebis, Interrege & vrbis Præfecto. Neque aliis præter hos ius fuit Senatusconsultum instituere. Quòd si fortè omnes hi Magistratus simul præsentes fuissent Romæ, tum quo ordine modo propositi sunt, qui aliis fuisset prior, ius cõsulẽdi habebat. Docet porro senatũ, nisi in loco per Augures consecrato, haberi non licuisse. Memorabile tamen, quod Plinius scribit, *Cum esset nuntiatum bouem locutum, sub Dio solitum fuisse haberi.* Quantum ad tempus, sciendum legitimum dictum senatum, qui vel lege, vel more, certis semper diebus habebatur, quippe Calend. Nonis & Idib. Suetonius scribit, sanxisse Augustum, ne plus, quàm bis in mense, haberetur legitimus senatus, scilicet Calend. & Idibus neue Septembri mẽse, aut Octobri, vlli alij, quàm sorte ducti, adessent. Cùm verò aliis diebus mensis, modò Comitiales non essent, cogebatur à Magistratibus, Indictus dicebatur senatus. Quòd his diebus non cogeretur, factum refert, ne senatores à suffragio ferendo auocatẽtur. Atque hic est ille senatus, qui Cineæ oratori visus est regũ esse consessus, quem suspiciebat & colebat olim totus terrarum orbis, quo augustior tum temporis non exstitit alius, eximius prudentia, singularis experientia, seu rerum praxi.

Senatusconsultum, Senatus consultum. Scio quædam de hoc nomine antea inserta, de senatu & senatoribus institutæ materiæ, attamen inutile non erit hîc etiam peculiariter quædam referri, explicatis senatusconsultorum quorundã nominibus. Itaque hoc inprimis sciendum partim ea à Consule rogante nomen traxisse, vt Velleianum mulierum imbecillitati in fideiubendo consulens. Trebellianum adire hereditatem, & aliis restituẽdam restituere compellere; partim vero ab iis, quorum caussa sunt constituta, quale Macedonianum; parẽtibus prospiciens aduersus eos creditores, qui fœneratoriis technis filiisfamilias mutuo dabant pecuniam, improbo fœneratore Macedone occasionẽ præbente. *Orphitianum Senatusconsultum*, Orphitio & Ruffo Coss. factum, quo intestatæ mulieris hereditas ad filium, filiãque deuoluebatur, siue legitimi essent, siue vulgo quæsiti, siue soli, siue etiam cum legitimis. Mitto alia in Iuriscõsultorum voluminibus obuia, quæque nõ trita, quemadmodum soleo nõnunquã, adiicio: Scilicet Heliogabalum matris suæ Symiamira, appellatione senatuscõsulta fecisse vt noua, ita ridicula, quã ille vnus Principum in Senatum ad Cõsulum subsellia vocare ausus fuit, eadẽque *Muliebria*, vel *Symiamirana* dixisse *teste Lampridio in eius vita*. Continebant, illa leges Matronales, quæ quo vestitu incederent, quæ cui crederent, quæ ad cuius osculum venirent, quæ Pilento, aut equo saginario, aut asino veherentur, quæ carpento mulari, quæ sella, quæ aurum vel gemmas in calceamentis haberent. Dicta fuerunt & *tacita Senatusconsulta* iuxta Capitolinum in Gordianis, cùm conuocatis ad interiora maioribus ea disponerentur, quæ omnibus non erant publicanda, præstito etiam iuramento, ne quis ante rem completã, quippiam audiret aut intelligeret. Nulli itaque scribæ, aut publici serui, propter metum proditionis illis intererant.

Seneca Senecam Cassiodorus dici putat, quòd cui primùm inditum hoc nomen fuit, canus sit natus, vt de Ergino Argonauta à Pindari scholiaste traditur, de Tarcone Tyrrheno, & Cygno Troiano ab Eustathio & Cœlio *lib. 3. c.* 27. Re

27. Refert & Hesiodus Græcas Phorci filias, quas ex sorore susceperat, mox à partu fuisse canas, quòd & Hadrianus Iunius *commentario de coma cap. 10.* annotauit. Quin Strabo memorat Tarquiniū Priscum prudentissimum regem ab ineūte ætate fuisse canum. Idem scripsit de Numa Pompilio Seruius Honoratus, dubia tamen fide, cum Virgilius illi iam tum seni incanum mentum & crines tribuat. Seneca porro dictus Philosophus ille Neronis præceptor, cuius amœnum vocat ingenium Cornelius Tacitus *13. Historiarum*, cuius quoque doctrinam & præstans ingenium effert Columella *rerum rusticarum 3.* quem denique Hieronymus ob eruditionem eius castissimam in sanctorum scriptorū numero reponere non dubitauit. Idem nomen vnicis illius inter Latinos Tragœdiographi, quem Petrarcha (malè) eundem cum Philosopho putauit, cùm verisimilius sit non, inquam, fratrem eius fuisse, vel iuxta alios filium, at ex fratre nepotem. Duos equidem Senecas Martialis agnoscit, notumque Sidonij carmen:

Vnus colit hispidum Platona,
Incassumque suum monet Neronem:
Orchestram quatit alter Euripidis
Pictum facibus Æschilum secutus,
Aut plaustris solitum sonare Thespin.

Qui locus Sidonij adeo apertus, vt in alium sensum detorqueri non possit.

Senes, ait Isidorus, dictos nonnulli putant à diminutione sensus, eo quòd delirare incipiant. De extremo senio intelligendum. Nam Galenus tres senectutis partes statuit *cap. vlt. 5. de sanitate tuenda.* Primam esse dicit eorum, qui ὠμογέροντες sunt, id est, *viridi senecta prediti*, quales ciuilia adhuc negotia obire possunt, cuius initium facit annū quinquagesimum, sexagesimum finem. Secūda tribuitur illis, qui præ virium defectu inutiles sunt obeundis publicis negotiis, protenditurque ad septuagesimum annum à sexagesimo. Tertia verò illorum, qui extrema imbecillitate virium laborant, quales πεμπέλους dicunt Græci ἀπὸ τοῦ πέμπεσθαι εἰς τὴν ἅδου πομπήν, quod ad pompam eam mittantur, quæ ducit ad infernum. Durare vult eam ab anno septuagesimo adusq; vitæ finem. Tum præcipuè fit acuminis ingenij iactura, infestat rerū obliuio, cœcutiunt oculi, tremūt manus, titubat lingua, vacillant pedes: Vt merito, paucis exceptis, bis pueri videri queant. Tales non προβεβηκότας dixeris, sed vere γέροντας, quibus ingrauescente ætate multa accidunt incommoda, imò senectus ipsa est morbus. Capulares & silicernia sunt Latinis, Aristophani ῥυπῶντες, κῦφοι, ἄθλιοι, ῥυσοί, μαδιῶντες, νωδοὶ καὶ ψωλοί. Recte in ea ætate Euander apud Virgilium: *Sed mihi tarda gelu seclisque effœta senectus Inuidet imperium seraque ad fortia vires.* Et alibi: *Sed enim gelidus tardante senecta Sanguis hebet, frigentque effœta in corpore vires.*

Senonas, Gallos Verrius existimauit appellari, *referente Festo* quod noui venerint ex Transalpina regione. Est enim ξένος *hospes* & *homo* veluti nouus, vnde postea Seno: *quo modo forte hiatus ille suppleri possit.*

Sensus à sentiendo nomen adepti. Sunt autem corporales & externi quinque, *Visus*, *Auditus*, *Gustus*, *Olfactus*, & *Tactus*. Inter hos primas defert Plato visui, Euangelium auditui, ex quo fides. Interni sunt *Imaginatio Cogitatio*, *Intellectus* & *Memoria*. Magis eos consistere in patiendo, quam agendo docet *Gal. 1 de caus. sympt.*

Sentia lex videtur Hotomanno lata à C. Sentio Coss. cum Q. Lucretio anno 734. imperante Augusto, vt in Patriciorum numerum, qui deessent Senatui, alij sublegerentur. Meminit Tacitus *Annalium 2.* Corrupte ibi tamen hactenus Senia pro Sentia, *vt & alij notarunt.*

Sepes horti munimentum, aut agrorum, & proinde ab introitu prohibens, Græce φραγμὸς, nomen habet à *sepiendo*, id est,

id eſt, circumdando & occludendo.

Sepia piſcis, quem Galli exſiccant, *vt Græci Polypum*, quique atrum cruorem inſtar atramenti per aquam effundit, cum ſe peti animaduertit. Piſcatoribus iter velut præſepit, vnde & nomen inuenit. Hinc pro atramento id nominis vſurpant boni auctores, dicitq; Fulgentius *ſepioticum ſcripturarium*: Perſius:

Tum queritur craſſus calamo quod pendeat humor,
Nigra quod infuſa vaneſcat ſepia lympha.

Finxit hinc ingenioſè admodum Apollonius *Argon. 1.* quod ſe Thetis in ſepiam commutauerit, cum vim Pelei vellet effugere: Ἔδυνε, inquit δὲ σηπίας ἄκρη. Notandum quoque Piſcatores, dum captant eas, hoc imprimis operam dare, ne atramentum temere diffluat. Bonum enim ius ex ſepia fieri poſſe negant abſque hoc atramento. Sed pretium operæ erit Oppiani verſus in hanc rem adiicere:

Σήπιαι αὐτοίησι δολοφροσύνῃσι μέλονται.
Ἐςί τις ἐν μήκωσι θολὸς κεύθμησι πεπηγὼς
Κυάνεος πίσσης δνοφερώτερος, ἀχλύος ὑγρῆς
φάρμακον ἀπροτίοπτον, ὅτε σφίσιν ἄλκαρ ὀλέθρου
Ἐντρέφεται· τὰς δ' εὖτ' ἂν ἕλῃ φόβος, αὐτίκα κείνου
Ὀρφναίας ῥαθάμιγγας ἀνήμεσαν ἀμφὶ δὲ πόντον
Πάντα περὶξ ἐμίηνε καὶ ἠμάλδυνε κάλευθα
Ἰχὼρ ἀχλυόεις, ἄνα δ' ἔδρακε πᾶσαν ὀπωπήν.

Meminit & Cœlius Apirius *lib. 9. de re Culinaria, cap. 4.* quo pacto ſepiæ ſint condiendæ. Aetius ægrè concoqui ſcribit, ſalſumque humorem ac modicum continere, qui ſi tamen concoquatur, copioſum quidem alimentum, ſed craſſum præbere ſuccum. Teſtatur & Dioſcorides coctam ægrè concoqui, ſed aluum mollire. Quoad naturam, hebes quidem eſt, ſed mollium aſtutiſſima. Cirrhos ſeu crura habet octona, ſed breuia. Ex horum medio egrediuntur duo teretes & longiores, quibus tanquam promuſcidibus vtitur, & admouet ori quicquid arripuit; prælongis his prætenturis etiam venatur piſces. Roſtrum habet aduncum & inter cirrhos ſitum, quo conficit, vel dura quæque. Vulua in fœminis ita articulata, vt bifida conſpiciatur, in qua vtrimque candicantia apparent oua & grandini ſimilia. Atramentum infra ad aluũ continetur, maximè qua parte inteſtinum ſuperiora petit. Parit fœmina tempore verno, potiſſimùm inter arundines & algam. Vltra biennium tamen non viuit, *quemadmodum tradunt*, qui de piſcibus accuratius ſcripſerunt. Me verò hoc carptim huc cõiecisse ſufficiet, quibus iſti fruentur qui nouis & mirabilibus delectantur.

Seps ſerpens, ἀπὸ τοῦ σήπειν arceſſit nomen, quòd morſu adurat ac putrefaciat affluentibus ex toto corpore pilis, quorum etiam radices venenum eius corrodit, ſparſumque per totam cutem, ſubalbidam reddit, idque vitium Græcis eſt ἄλφος, *Vitiligo* Latinis. Hirſuti alicuius tapetis colore præditum eum ſcribit Nicander, quem *coccineum* vult eſſe Scholiaſtes. Nihil planè id conuenit cum Aetio, qui corpus illi tribuit multis albis notis reſperſum. Cæterùm Pauſanias mortem deſcribens Aegypti Arcadiæ regis à ſepe læſi, cinericium illius colorem ponit maculis tamen ex interuallo diſtincti, cum lato capite, anguſta ceruice, aluo maiori, cauda breui, inceſſu obliquo inſtar cancri. Parum abeſt, quin iſti aſtipuler, cùm diligẽs eius fuerit αὐτόπτης, nec minus diligenter ſuis eum coloribus depingat. Etymon noſtrum approbat Poëta Lucanus, cùm eum tabificum appellat *lib. 9.* Tabem enim & putrefactionem efficit morſu. Quò rectè Nicander canat: ὃ κεν ἐκφύγοι Ἄνδρασι δῆγμα πέλει μεταμώνιον, ἀλλὰ κακηθές.

Septem, ἑπτά. Numerus hic magnam

apud Medicos vim habet in crisibus. Itaque notandus aphorismus: δι᾽ ἑσσοισιν ἑβδομαῖα κρίνεται, τούτοισι ἐπισέςελον ἴσχει τὸ ἔρον τῇ τετάρτῃ ἐρυθρὸν, καὶ τ᾽ ἄλλα κατὰ λόγον. Philo de mundi officio, dicit φύσιν φιλέβδομον εἶναι, καὶ τῇ ἑβδομάδι χαίρειν, & τελεσφόρον, hoc est, *perfectam vocari*.

September mensis Varroni videtur dictus, lib. 5. *de lingua Latina*, quod à Martio septimus sit. Alij quasi *septimum imbrem*, nominatum volũt *Septembrem*, non tantùm quòd septimus nominetur a Martio, verùm etiam ob imbrium frequentiam & aëris turbationem, quæ sub initium Autumni accidere solet. Senatus in Tiberij Augusti honorem Tiberium vocari voluit. Inde Antoniũ vocatum decreto eiusdem Senatus testatur Iulius Capitolinus *in vita Antonini Pij*. Commodus nominauit eum Herculem, *teste in eius vita Lampridio*, Imperator Tacitus à suo nomine Tacitum, quod eo mense natus esset & factus Imperator, sicut Flauius Vopiscus scribit. Macedonibus dictus est περπιαῖος, Aegyptiis θώθ, Hebræis אלול, Galenus scribit, 4. *de sanitate tuenda*, & *comment*. 3. *Aphor*. 14. Atheniẽsibus quoque τῶν μυστηρίων nomine appellatum ab eiusdem nominis festo. Idibus huius mensis clauus pangi solebat Romæ, de quo more alias plura. Postridie Iduum dies erat probandorum equorum, cuius Valerius mentionẽm fecit, *lib*. 2. *cap*. 2. Eodem mense, qui etiam in Vulcani tutela esse existimabatur, epulum Mineruæ habitum fuisse constat. Absolutis quoq; mœnibus sanctæ ciuitatis per Nehemiam festum egerunt 25. diem Iudęi, anno regni Artaxerxis vigesimo, post solutam captiuitatem, hoc est, à primo anno Cyri, anno 92.

Septentriones, septem triones, id est, boues, quos ita appellatos quasi *teriones*, id est, terendæ, seu arandę colendæque terræ idoneos vult M. Varro, quo nomine sidus illud donatum, quod versus septentrionem figura situraque simile videtur plaustri. Alij dici volunt *Triones* septem illas stellas, quòd ita sint sitæ, vt ternę proximè inter se trigonas, id est, triquetras faciant figuras. Arctico polo adhærent, & proinde occidunt nunquam. Quocirca Arctos dixit Virgilius *metuentes æquore tingi*. Et Iuno Metamorph. 2. ad Oceanum & Tethyn.

Gurgite cæruleo septem prohibete Triones,
Sideraque in cœlum stupri mercede recepta
Pellite, ne puro tingatur in æquore pellex.

Arcti siue vrsæ, quas nominat Poëta Virgilius, sunt duæ, *Helice* quippe & *Cynosura*, quarum illam à Græcis, hanc à Phœnicibus obseruatam inter nauigandum docent isti versus Ouidij:

Magna minorque feræ, quarum regis altera Graias,
Altera Sidonias, Vtraque sicca rates.

Septemuiri, septem viri. Fuerunt hi sacerdotes dictique Septemuiri Epulonum, prout etiam præsumitur à Fenestella, sed numero vario. Tres enim viros Epulones à veteribus Pontificibus institutos propter sacrificiorum multitudinem testis est Cicero 3. *de Oratore*, & *Liuius li*. 33. At posterioribus tẽporibus Septemuiros creatos, ex veterum scriptis intelligi potest. Vide Agellium *li*. 1. *c*. 11. Quis autem ita auxerit numerũ, vt pro Triumuiris crearentur Septẽuiri nemo tradit. Onuphrius à Cornelio Sylla id factum putat. Dio scribit *li*. 43. Cæsarem Dictatorẽ, adhuc aliis tribus ad Collegium Septemuirorũ adiectis, constituisse Decemuiros Epulonum, omnesq; adeo instar ceterorum sacerdotũ collegiis subrogabãtur ante legẽ Domitiã, postquã honor is cœptus mãdari populi suffragiis, iure ad eũ trãslato. De epulis eorũ scribit Valerius mox *in principio li*. 2. & Augustinus *de ciuitate Dei*. Quæ verò fuerit eorũ auctoritas, euincere possuntPlinij verba, cùm esset habiturus orationem, & quasi timeret propter astantes. *Stabas*, inquit, *medio Consularis, modo Septemuir Epulonum*.

Septimontium, Festus Romanorũ dies, plerisq; incertus, at quem Festus Agonalia vult dictum in Fastis, *iuxta Varronem 5. de lingua Latina*, à septem montibus, in quibus sita est Roma, nomen hoc traxit. Scribit Plut. *in quæst. Rom. quæst. 69.* ferias has institutas propter collem septimum Romæ adiectum, eoque die abstinuisse veteres ab vsu vehiculorum, quæ trahebantur iumentis Sed & eo die narrat Suetonius lautissimum epulum datum à PrincipeDomitiano populo, Senatui, equitique, panariis sportulis, cũ obsonio distributis.

Sepulcrum, de quo omnino multa mihi dicenda ex media antiquitate, etsi doctè scripserit Lilius Gyraldus *de vario sepeliendi ritu*, ab eo ipso sepeliendi verbo appellationem deducit, quod humo condere significat. Nam quid aliud notat illa XII. Tab. lex. *In vrbe ne sepelito, neue vrito.* Vt ergo paulo hic plura ex bonis auctoribus adiiciam, inter benedictiones Dei apud veteres habitum fuisse, condi sepulcro, non ignorãdum. Commendantur enim viri Iabes, Samuelis 2. quod sepelierint cum Ionatha Saulum. Secundo Regum pollicetur Deus Iosiæ, quando vestes disciderat, scelerumque populi ductus pœnitentia fuerat, inferendam ipsum Patrũ suorum sepulchro. *Psal. 74.* conqueritur Dauid, quod infideles Tyranni seruorũ Dei cadauera proiecerint, velut escas terræ bestiis & auibus cœli. Nec illi tãtum, sed etiam Ethnici summam habuerunt rationem sepulturæ. Siquidem egregiè Plinius ex consuetudine illa recepta: *Terram*, inquit, *tum maximè nos operire, vt matrem, quando sumus abdicati à reliqua natura, vt non solum viuos sustentet, alimoniam suppeditans, verùm etiam defunctos prosequatur honore.* Apud Romanos habebantur miseri, quibus patrio sepulcro non contingebat humari, quasi qui velut extrema afficerentur ignominia, sicut ex orationis pro Cluentio epilogo colligi potest. Hos Græci ἀτεφάϛες dicebant. Habuerunt eidem *hereditaria sepulcra*, in quę tamen heredi inuito patrefamilias non licebat inferre cadauer. Ipse pariter sepulcri locus religiosus erat, id est, remotus ab hominum commercio & reuerendus sanctitate, *l. in tantum. §. relig. cenoph. ff. de rer. Diuis.* Quòd si diruerentur sepulcra, erant nihilominus religiosa loca, manẽte sanctitate in ipso solo. Grauissima porro pœna est interdictum tã Solonis quam Romanorum legibus, ne quis violaret ea, deterritus religione, exceptis hostium sepulcris, quæ vt violari sine piaculo, ita sublatis lapidibus in quem libet vsum conuerti poterant. Quòd si ossa vel cineres alicuius inferrentur alieno sepulcro, eruere eos & aliò transferre licebat loci Domino, etiam sine Pontificum decreto. Est & lege cautum, vt fulmine ictus locus ilico religiosus inq; bonis nullius foret, quod videretur consecratus à Deo. Nec iuxta nouum sepulcrũ propiúsue sexaginta pedibus ædificare licebat inuito Domino. Iter quoque seruitutis instar debebatur sepulcro. Ad Græcos venio, quibus non minor cura hominum sepeliendorum fuit. Legimus namq; decẽ Prætores, quòd tempestatibus acti cæsos in acie non sepelierant, Athenis vltimo supplicio affectos. Ibidẽ mos inoleuit, vt singulæ Tribus singulas haberent arcas, in quibus reconderent seu cadauera, seu dispersas reliquias eorum qui ceciderant in bello. Tria fuerũt sepulcrorum genera Aegyptiis: *Vnũ sumptuosissimum*, quod æstimabatur argenti talento, *Medium* minarum viginti, & *Humile* ex leui minimæque impensæ materia. Apud Æthiopes ditiorum monumenta stabant ex auro, & argento tenuiorum, at inopum erant fictilia. Operosa fuerunt etiã Indorũ & Germanorũ sepulcra. Nec est alicui ignotum Mausolæum Arthemisiæ reginæ. Etsis Cyrus, *vt scribit Xenophon*, non magnis sumtibus aut apparatu reddi corpus

terræ,vt matri voluerit. Quot labores, curæ, sumtus facti in tumulãdo Alexãdro, *teste Diodoro?* Hectoris deuicti corpus apud Homerum nũquid mãdatum terræ,cu redemisset pater. Ipsemet iam moribudus & summopere sollicitus de sepultura ait Achilli: *μή με ἔα παρὰ νηυσὶ κύνας καταδάψαι ἀχαιῶν.* Apud eun de Patrocli cõbusti ossa in aurea Phiala, reposita tandẽ sepulcro condiderũt. Quin pecudum sepulcra & exsequias legimus. De Agrigentinis enim cõstãs apud Auctores fama, sicut de Alexãdro, qui Bucephalo suo exsequias duxit. Idẽ proditum memoriæ de Augusto & Adriano, de Commodo, qui tumulũ fecit prasini coloris equo in Vaticano, vt quõdam Romani coruo, felibus Ægyptus tota. Adde, quod profusissimas impensas & moles prægrandes tãdem legibus coactis fuerint coercere. Cautum enim, ne ampliori opere excitaretur sepulcrum, quam quod quinque diebus absolui possit, nec maior illi imponeretur lapis, quam qui laudes & titulos defuncti accipere possit. Statuit & rex Demetrius modũ tantum vt columella erigeretur supra defuncti cineres, quæ nec supra tres digitos exstaret. Plato suis in legibus sanxit, ne quis operosius fieri curaret monumẽtum, quam quod per triduum decem homines possint erigere, ne quis in Ceramico apponeret Hermas, aut longe petito proœmio epigrammina inscriberet Magnificentiam eandem restrinxerunt & leges Decemuirales, cùm aiunt; *Rog m ascia ne p lito.* Cum enim quidam nimium affectarẽt splendorem, atque adeo prodigerent bona, ad publicam vtilitatem ne quidẽ ascia, dolatorio instrumento, poliri ac læuigari sepulcra voluerunt. Etsi tandem crescente luxu nihilominus creuerit sepulcrorũ splendor. Quo spectat, pro patria mortuos & nobiles non priuat u more sepultos, vt est apud Thucy dem. Etenim ossa eorũ cyparissinis ar s efferebatur. Vt quidẽ meritò Lucanus: *Et non plebeios luctus testata cupressus.* Athenis autem publico inferebantur sepulcro iuxta Callisti monumentũ, vbi & alij, quicumq; ceciderant in pugna, sepeliebantur, præter eos, qui occubuerant in Marathone. Sed hæc sufficiant ad euincendum gentilium hac in re curam. Progredior ad alteram legis partem positione tamen priorem. *In vrbe ne sepelito, neue vrito.* Ante has leges antiquitus cadauera intra vrbem sepulta liquet. Sit exemplo Timoleon, cuius corpus in foro Syracusarum terræ mandatum. Exstitit & Archimedis tumulus iuxta Agrigentinas portas intra vepres, quem se inuenisse gloriatur Cicero *in Tusculanis.* Plutarchus scribit Cæpionem Catonis Vticensis fratrem in foro Æni vrbis Thraciæ sepultum Elatus quoque Dion Hipparini filius Syracusanus in vrbe celeberrimo loco. Et Maro Æneid. 11.

Innumeras struxere pyras, & corpora partim
Multa virũ terræ infodiunt, auecta [illegible] artim
Finitimos tollunt in agros, vrbiq; remittunt.

Quinimo moris fuit intra suas quemq; humari ædes. Vnde Lares in singulis ædibus colendi religio, & à *Laribus* dictũ *lariũ*, in quo nõ solũ Penatium Deorũ, verũ etiã præstantiũ virorũ, quos venerabãtur, habere solebant imagines, sicut Seuerũ Imperatorem certũ est habuisse imagines Orphei, Apollonij, Christi Domini & Abrahami. Sed consuetudo hęc habẽdi sepulcra & busta intra mœniũ ambitum abolita iure Decemuirali, credo propter ignis periculum, *ait Cicero.* Ceterùm aliam rationem tradit Imperator Iustinianus, *l. mortuorum. C. de Relig. & sumt. funer.* scilicet ne mortui sãctum municipiorum ius aliquo modo contaminarent, vel ciuitatis sacra funestarent, *vt scribit Iulius Paulus sentent. 1. Tit. de sepulturis.* Et si Seneca factum id scribat ne corpora defunctorũ fœtore & fœditate sua nocerent, cùm sepultura sit reperta viuorum gratia, nõ mortuorũ. Quo pacto scribit & Augustinus

de

de Ciuit. Dei libr. 1. cap. 1. omnia ista curationem dico funeris, conditionem sepulturæ, exsequiarum pompam, magis esse viuorum solatia, quam mortuorum subsidia. Sũt alij rursus, qui factam putant translationem istam mutationẽq́; vt ciuiũ animi excitarentur ad propulsandam iniuriã & arcendos hostes muris, finibus & agris. Quapropter ab Adriano rescriptum, aureorum 40. pœnam inferẽdam fisco, exacta ab iis multa, qui aliquem humo texissent in ciuitate. Persuasum autem veteribus fuisse, polluere cadauera seu defunctorum reliquias, inde conieceris, quod (*vt refert Agellius lib. 16. cap. 15.*) nunquam solitus fuerit Flamen Dialis ingredi locum sepulcris destinatum, aut mortuum attingere, quod se pollui existimaret. Tale quid etiam legas *Numer. 19.* hoc modo: *Si quis tetigerit in agro cadauer hominis occisi aut per se mortui, siue os illius, siue sepulcrum, immundus erit septem diebus.* Quid, quòd nec reliqui homines secuti funus sacrificarent, auctore Seruio ad locum istum Virgilij: *Æneas quamquam sociis dare tempus humandis, &c.* Expiationis itaque gratiâ, *vt scriptum reliquit Festus,* supergressi ignem spargebantur aqua. Qua ratione *δύσφημον τάφον*, id est, infame sepulcrum dixit Hesiodus. Interim nonnullos velut exemtos iuri intra mœnia sepultos non ignorandum. Imperatoribus enim & Vestæ consecratis virginibus legibus solutis istud indultũ constat. Contigit idem Publicolæ iuxta Veliam, contigit Syllæ, & Iuliæ coniugi Pompeij in campo Marti sacro, item Arato, qui, licet intra Sycionis mœnia veteri lege prohibitũ esset humari quẽquam, tamen intra vrbem ex Apollinis responso tumulum est consecutus, *teste in eius vita Plutarcho.* Cõstat ergo (vt redeam, vnde iam sum delapsus) quando non fuerit concessum haberi in vrbe sepulcra, tũ quas ob caussas, exceptis paucis istis, quibus Laidem meretricem, Themistoclem, C. Fabricium, C. Publicium, Posthumium Tubertum & Claudiorum familiam adiicio. Reliqui priuatim aut condebantur in agris suis, aut extra portas in viis. Frequentius tamen Flaminio in via aut Latina gẽtilitia Romanorum sepulcro exstiterunt, veterẽque adeo fuisse consuetudinem vel inde animaduertas, quòd Abrahamus, Sara, Debora, Rachel & alij sua habuerint in agris busta, imò Dominus Christus terræ mandatus fuerit in horto. Tãdem tamen edicto Antonini cognomento Philosophi rursus in vrbe datus est locus sepulturæ, id quod imitati sunt Christiani receptis Martyrum tumulis intra vrbes, quos à monendo dicebant monumenta, sicut Græci *μνημεῖα ἀπὸ τῆς μνήμης.* Quò rectè in memoriam fragilitatis humanæ strui cœpta affirmet Modestinus. Etsi alia Christianos impulerit caussa, ne scil. infideles incrudescente persecutione sub impuratis Tyrannis, in sepulcra & ossa defunctorum sæuirent, vtque se tutius ad Martyrum busta reciperent, preces funderent, Dei verbum audirẽt, se inuicem in fide ac patientia confirmarent. Huc accedit, quòd rem horrendam prophanamque existimauerint propter Hieremiæ Prophetæ minas aduersus reges Iudæ, principes & sacerdotes, quorum ossa dicit suo tempore erutum iri sepulcris, & ad Solem Lunamque expandẽda. Contingunt quippe res huiuscemodi in desolatione & ignominia extrema. Vt haud sine ratione Iurisc̃osultus Paulus humilioris fortunæ homines, siquidem corpora extraxissent violatis sepulcris, aut eruissent ossa, summo supplicio afficiendos iudicet, honestiores verò in insulam deportandos, aut relegandos, aut in metallum damnandos, *l. rei ff. de sepul. viol.* Sed nec vno loco condi volebãt cum infidelibus propter spem ἀναστάσεως. Atque hæc de Christianis. Redeo ad Ethnicos, quos obseruatum humo non condidisse inhumanos Tyrannos, & malè meritos de Republica, itẽ

supplicio affectos, eosque omnes, qui laqueo se præfocauerant, alioue modo manus violentas intulerāt, quos *βιοθανάτυς* appellant Græci. Sed plus quam satis de sepultura. Restat, vt quidnam in comburendis corporibus actitauerint, iam quoque paucis perstringam. Solebant nempe lauari illa & vngi destinatis isti rei Libitinariis, sicut à bona fœmina corpus Tarquinij lotum & vnctū Ennius prodit. Inde albis induebantur vestibus defuncti, rogoque imponebātur, sæpe palliis operti, aut prætexta, si viui olim constituti fuerant in Magistratu. Si verò nobilitate illustribusque factis præstiterant, addebāt etiam cum aromatibus vnguenta; Nonnunquam arma, si miles fuisset aut belli Dux: Si Imperator, cōgerebant aromata & suffimenta omnis generis, fructus, herbas, succos, adequitāte equestri ordine certa quadam lege ac recursu, motuque Pyrrhichico, & curribus circumactis, quos insidebant purpurati rectores, præ se ferentes Romanorum ducum personas, subiiciente tandem facem erectæ pyræ successore. Tū aquila tabernaculo emittebatur summo vel extremo, quę ipsam Principis animam credebatur deferre in cœlum, & ex eo colebatur cum ceteris cœli numinibus. Scribit porro Valerius *lib.5.* M. Antonium, cùm tradidisset liberto suo Bruti corpus humo condendum, quo honoratius cremaretur, suum iniici paludamentum iussisse. Annibal M. Marcelli corpus Punico sagulo & laurea corona donatum rogo dedit. Apud Plutarchum ornato corpore in armis elatus est Otho, Aratus Sycionius cum coronis alba veste, pæane, choris, subiecta gyra, quę cùm danda esset Vulcano Romæ, aperiebant oculos, quos ante clauserant amici. Testis Plinius his verbis: *Morientibus operire oculos, rursusque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu sacrum est, ita more condito, vt neque ab homine supremum eos spectari fas sit, & cœlo non ostendi nefas.* Quam sententiam Turnebus Homeri quoque auctoritate cōfirmat, qui virga à Mercurio tantū somnos immitti & adimi canit. Locus verò Plinij cognationem habere videtur cū illo Varronis: *Lex nimis impia, ne filij patribus sigillent oculos.* Atque his ita factis, tādem facem vultu quidem auerso subiiciebant iuxta Maronis illud:

Fit gemitus, tum membra thoro defleta reponunt.
Purpureásque super vestes velamina nota
Coniiciunt: pars ingenti subiere pheretro
Triste ministerium, & subiectā more parentū
Auersi tenuere facem.

Combusti iam corporis cineres & ossa ab amicis cado collecta condebant tumulo, prout etiam Plutarchus *ἐν ῥωμ.* prodit ex Pyrrhone Liperhæo. Proinde Homerus Il. *ω.*

ὀστέα λευκὰ λέγοντο κασίγνητοι ἑτάροιτε,
καὶ τάγε χρυσέην ἐς λάρνακα θῆκαν ἑ-
λόντες.

Calaber lib. 1.

ὀστέα δ' ἀλλέξαντες ἄδην ἐπέχευαν ἄλειφα
ἡδὺ, καὶ ἐς κοίλην χηλὸν θέσαν.

Tibullus: *Nō hic mihi mater, Quæ legat in mæstos ossa perusta sinus.* Hinc *ossilegium* Latinis, & *ossilegus*, & *ossuaria* apud Gręcos *ὀστολογία, ὀστολεγος, ὀστοδοχεῖα*, Vlpianus appellat Ossaria siue ossuaria, locum, in quo reponebātur ossa defuncti, *l. 2. ff. de sepul. viol.* additq; non minus ad monumētum pertinere, affixam statuam, quàm ipsa ossuaria, ac proinde nostris bonis excludi. Solebāt enim statuam apponere bustis, lapidémue, aut tegulam, cespitem, sepulturæ indicio, vel aggerere cippum, arborémue plantare, quod Platoni in legibus placet, ne ita exciderent defuncti hominum memoria. Quin veteres, & quidem honestiores marmore sepiebāt sepulcra Testis Suetonius *Nerone cap. 1.* In eo monumento solium Porphyretici marmoris, superstanti Lunensi ara, circumseptū est lapide Thasio. Huc respexit Macer Iurisconsultus *l. [illegible] ff. de rel. & sumt. funer.* *Monimentum*, inquit, *sepulcri id esse*

Diuus

Diuus Adrianus rescripsit, quòd muniendi eius loci gratia sit factum, in quo corpus positum sit. Atque hæc etiam de bustis à cōburendo dictis, quòd combustorum cadauerum ossa & cineres his inferrētur, quæ tamen octauo die, aut certè nō ante octauum diem cremata fuisse dignū memoria, quòd interea per interualla corpus abluerent, si fortè reuerteretur spiritus vitalis, cùm rogo impositum quēdam adhibitis ignibus erectum, nec tamen liberatum à flamma testetur Plinius. Desiisse quoque Romanos cremare corpora sub Antoninis, haud silentio premendum, vti nec illud, quòd integra cadauera non solùm cōdita fuerint sepulchris, aut eorum cineres bustis, verū etiam inclusa fuerint sarcophago seu Asio lapidi, cuius vi citò redigi possint ad ossa, carnibus absumtis, *sicut testantur Seneca, Plinius, Celsus, Galenus & Dioscorides*. Pertinent huc illa Iurisconsulti *l. 37. ff. eod.* Funeris sumtus accipitur, quidquid corporis caussa, veluti vnguentorum, est erogatum, & pretium loci, in quo defunctus humatus est, & si qua vectigalia sunt, vel sarcophagi. Sepulcrorum loco fuisse canes apud horridā incultamque gentem Hyrcaniæ, passim legas. Ceterum morem diuersarum gētium in humādis corporibus seruatum quilibet videre poterit apud Gyraldum & Alexandrum ab Alex. *Genial. dier. lib. 3. cap. 2.* Illud adhuc ex more vetusto. in mandandis terræ corporibus eiulatum editum vix tolerandum, aliaque signa doloris & luctus. Neque enim tantùm capita raserunt, sicut Cupidines apud Theocritum propter Adonidis necem, Archelaus Euripide defuncto, Bacchus cum obiisset cōiunx, Iolus filiorum audita nece, Achilles apud Homerum Patroclo ab Hectore trucidato, sed etiam raserunt genas ad prolectandum cruorem, simul horrendum eiulantes. Quo tandem Decemuiri coacti fuerint inter alias etiam hanc legem ferre: *Mulieres genas ne radunto, neque lessum funeris ergò habento*: Vbi Ælius per *lessum* intellexit lugubrem eiulationem, quam eius sententiam probat Cicero de *legibus 2.* Iustus Lipsius monet *in Epistolicis quæstionibus suis* veteres *losum* & *lausum*, *lesum* & *lessum* vna & eadem significatione dixisse. Conueniunt autem cum hac lege Platonis ista de legibus: *Fleri mortuum iubere aut vetare, absurdum. Plangere vero & voces ac lamenta extra ædes emittere, vetandum.* Quantopere enim luctus aut eiulatus adhibitus olim fuerit funebri pompæ, vel inde constare poterit, quòd huic Mysos & Phrygas adhibuerint, ob barbaram & asperam vocem luctu ciēdo idoneam. Æschylus Persis: καὶ στέρν' ἄρασσε κἀπιβόα τὸ μύσιον. Vbi Scholiastes: οἱ γὰρ μυσοὶ καὶ οἱ φρύγες μάλιστα εἰσὶ θρηνητικοί. Denique moneo, dum totus sum in sepulcris, rem diuinā quoque ab Ethnicis ad ea factā sacro parētali. Quo nomine ponebātur in iis mēsæ Romano & Græco more, *sicut Cicero de legibus & alij plerique auctores produnt.* Tertullianus, *At ego magis ridebo, vulgus tunc quoque cum ipsos defunctos atrocissime exurit, quos postmodum gulosissime nutrit*, quæ verba exstant libro *de corporis resurrectione*. Christiani melius, qui optimo instituto pauperes vocāt ad funebrem cœnam, de qua plura in *silicernio*.

Sequester accipitur à Modestino *Tit. de verb. signif.* apud quem plures rem aliquam de qua controuersia est, deposuerunt, nomenque inde deducit, quòd vtraque pars eius fidem sequatur, te ipsi ita commissa, vt tandem restituatur victori. *l. sequester. ff. de verb. signific. l. licet. in princ. & l. proprie. ff. depos.* quod si is rem sequestratam perdiderit, aut fecerit deteriorem, conueniri eo nomine potest. *l. postquam. §. Imperator. ff. vt legat. nom. caueat.* Et quoniam sequester medius inter duos est altercantes, hinc apud Virgilium 12. Aeneid. interpretes *pacem sequestram* interpretantur inducias, quæ sunt mediæ inter bellum præteritum & futurum quod etsi minimè reproban-

dum,

dum, tamen quia constituenda ibi fuit inter altercantes Rutulos & Teucros, præstabit ex quorundam eruditorum sententia *pacem sequestram* simpliciter accipere *intermediam, intercedentem, προξενοῦσαν, μεσεγγυωμένην*, cuius interuentu vtraque pars innocuè vacare, & interesse rebus suis potuerit.

Seraphim dicti sunt angeli, id est, *fulgentes & coruscantes*, aut *comburentes*, Esaiæ 6. à שרף *combussit* & *concremauit*. Itaque Ezechiel cap. 28. vocat eos אבני אש *lapides ignitos*. Sic draco alatus, qui mordens homines lethali ardore inflãmat, & viridia afflatu suo adurit, ab eadem radice dicitur cuius fit mentio *Esaiæ 15. & 30. Deuteron. 8.* & שרעפים *adustiones*, מחרף *sartago*. aut id, *quod in sartagine est coctum & vstum*.

Serapis Ægypti Deus, olim Roma exactus Pisone & Gabinio Coss. cũ Harpocrate & Iside, deiectis aris, quòd turpium religionum & nouarum superstitionum seminarium forent, etsi Athenienses olim in Gratiam Ptolemæi receperint in vrbem, videtur Plutarcho, sed nimis præcipiti coniectura, significare lętitiam, quod τὰ χαρμόσυνα, id est, *hilaria* festa Ægyptij appellent σαίρει. Cum vero veteres per Serapin vniuersam mundi molem & ipsa rerum principia intelligerẽt certatim eum templis magnificentissimis honestarunt, cuiusmodi Memphi & in Alexandria celebratur. At nunquam ea Ægyptij intra oppida admiserunt cum Saturni templis, quod velut peruigiles excubitoresque Deos in suburbiis suas habere voluerint sedes, vt ita essent muniti validis illorum præsidiis aduersus hostium incursum, ipsimet autem pro aris, focis, templis, & patrio solo perpetuo excubarent. Statua eius in Ægypto proditur fuisse eiusmodi forma, vt Sol exoriens os & labra perstringeret suo fulgore. Effigies eius, quam ipsemet in Nicocreontis regis gratiam oraculo descripsit, rerum naturam omnem in se complectens, est huiuscemodi:

Εἰμὶ θεὸς τοιὸς δὲ μαθεῖν, οἷον κἀγὼ εἴπω,
οὐρανὸς κόσμος κεφαλή, γαστὴρ δὲ θάλασσα,
γαῖα δέ μοι πόδες εἰσί, τὰ δ' οὔατ' ἐν αἰθέρι κεῖται,
ὄμματα τηλαυγὲς λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Idem significatum respexit vastum simulacrum eiusdem Dei in Alexandriæ templo, quod compositum ex omnibus lignorum & metallorũ generibus, dextra vnum perstringebat parietem, alterum læua. Tricipitium quoque (*vt ita loquar*) id est, ex tribus diuersis capitibus conflatum vnum, in medio existente vasto Leonis capite, à dextra parte blãdientis canis, à læua feri lupi, superne insidente calatho, & vniuersa angui suo ambitu complectente, tempora significat omnia, & Solem eius habentem rationem, & Deum temporis auctorem, vitamque adeo rerum omnium à prima natura & Solis calore pendentem, vt ab eruditis explicatum inuenio. Ægyptij placare eum solebant non fuso victimarum sanguine, sed verbenis, coronis & panificiis.

Sericum à Seribus. A parte mea Isidorus, qui ait: *Sericum dictum, quod id Seres primi miserunt*. Vermiculi enim ibi nasci perhibentur, à quibus hæc circum arbores fila ducuntur. Vermes autem ipsi *βόμβυκες* nominantur à Græcis. Aliter Pollux, qui *vermiculos σῆρας* appellat, cui malim astipulari. Alioqui enim, si bombyces dixeris, sericam vestem confuderis cum bombycina, quam tamen ab ea diuersam faciunt Iurisconsulti. *Vlpianus l. 23. ff. de auro & arg. leg.* Vestimẽtorum sunt omnia *lanea lineaque*, vel *serica*, vel *bombycina*. Conueniunt tamen Pollux & Isidorus in eo, quod sit sericũ ex verme: Idque facit aduersus Ammianum, qui *lib. 23.* confici scribit ex arborũ lanugine. Seneca etiã Hercule Oetæo: *Quæ Phœbeis subditus euris Legit Eois Ser arboribus*. Virgilius *Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres* Plinius etiam *lib. 6. cap. 17.*

cap. 17. *Seres lanificio syluarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium caniciem.* Ad quos omnes accedit Tertullianus de habitu muliebri. Sed prioribus me adiungere non dubito, quòd non solum iam ex vermiculis istis multis in locis comparetur sericum, sed etiam Zonaras *in vita Iustiniani* scriptum reliquerit, duos monachos attulisse ex India vermium oua, vnde toti fere Europæ copia facta, cœptumque esse sericum rexi à Romanis, cum antea à Persicis mercatoribus tantum importaretur, quæ quidem omnia fere etiam produntur à Procopio *libro de bello Persico* 1. A serico serica vestis est dicta. Et Sericæ sagittæ ab Horatio dictæ sunt Parthicæ *lib. primo Ode* 29. à Serum gente, quæ partem orbis terrarum orienti subiectam tenent. Sericum tegmen, quod faciei prætenditur ad arcendum ac euitandum Solis calorem, apud Apuleium legas 4. *Metamorph.* & in Panegyrico Pacati.

Serio, sine risu, vt nonnulli Grammatici volunt.

Sermo dictus, quia inter vtrumque seritur, *iuxta Isidorum.* Vnde Maro: *Multa inter se longo sermone serebant.* Varro à serie vult dici.

Serpens Græce ὄφις, vocabulum generale, quippe non ea tantùm complectés animalia, quæ terra repunt absque pedibus, vt colubros, sed etiam quæ vsum habent pedum, sed quia difficulter incedunt, repere potius, quam incedere videntur, veluti *lacertæ*, vnde Plinius in numero serpentum collocat Salamandram, Celsus *phalangia & scorpiones*, à rependi verbo nomen arcessit. Poëtæ adhuc latius accipientes idem vocabulum, subiiciunt ei etiam reliqua omnia animalia, quę machinantur hominibus exitium, nempe *rubetas palustres* atque *bufones*, quòd repant potius, quàm rectis incedant pedibus. Factum reor ab hac eius proprietate, vt id genus modò serpens, modò reptile dicatur, maximè in literis sacris. Toto equidem corpore distenditur humi, quando repit aut lubricando se promouet, imitaturque pandos ac repandos vndarum flexus ambagibus illis suis sinuosis ac tortuosis. Quo mirum non sit, Euripum in hortis Hesperidum tutelarem appellatum draconem, & Hesiodum fingere Echidnam parte sui dimidia nympham, altera parte immanem anguem. Omnia serpentum genera referre, nostri instituti non est, at eorum proprietates nonnullas & symbola pertexere, à proposito minime alienum. Acutissimè videre, testantur omnes propemodum auctores, estque *basiliscus* exemplo, qui solo visu necare dicitur animalia quæcumque. Draco simul ἀπὸ τοῦ δέρκειν, id est, *videndo*, & ὄφις ἀπὸ τοῦ ὄπτειν eiusdem significationis verbo appellationem deduxit. Sunt & natura frigidi serpétes omnes. Quapropter appropinquante hyeme in cauernis se recondunt, vbi etiam manent per spatium quadrimestre quo maxime sæuit & penetrat frigus, suntque interea velut semimortui, *sicut Plinius & alij prodiderunt.* Vbi Sol verò suum iterum calorem animantium generi impertire incipit reditu suo accelerato, vitam veluti ipsis restituit, id quod ranis pariter euenire admodum liquet incolis Frisiæ. Quoniam autem hyberno situ membranam contraxerunt toti corpori præcipuè oculis, ex qua caligant, dicuntur egressi cauernis tempore verno loco quodam angusto se affricare, & pellem quandam, vel potius sordes musci instar collectas (*venationem* appellat Plinius, alij *senectam*) deponere, & succo fœniculi, quod est μάραθρον Græcis, dispellere visus impedimentum, *sicut Plinius, Aelianus & alij tradiderunt.* Post depositas exuuias, vt nominat Virgilius, valde eos metuendos esse docent hi versus:

Ne mihi tum molles sub dio carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas,

Cum positis nouus exsuuiis, nitidusque iuuenta Voluitur.

Caudam suam apprehendens serpēs & depactens variis interim maculis insignis totam mundi machinam significabat Ægyptiis. Vbi vero eandem sub gutture attractam occultaret, tempus, circuitum anni, ætatem. Ait enim Horatius; *Prudens futuri temporis exitum Caliginosa nocte premit Deus.* Omnibus porro quandam magicam inesse vim voluerunt Magi ad conciliādum gratiam Magnatorum, si quis vniuscuiusq; primū haberet spondylum. Implacabilis eorū furor, cum linguis micant trisulcis. Attamen, quod mirari possis, puellarum eos amasios deprehensos apud Plutarchum legas. Sunt pariter callidi & prudentes, vel ipsius Saluatoris & Mosis testimonio. Quapropter effigiem istam repræsentans veterator ille serpēs circumuenit mendaciis & blandimentis primos humani generis parētes. At cōtritum eius caput ab assertore nostro. Nihilominus retinet sibi proprietates serpentum. Vt enim hi tacitè mordent & tortuose incedunt, ita ille per obliquos insinuans anfractus, clam & cum silētio morsum infigit. Iterum terram comedunt, vel terræ humorem sugendo trahunt, secundum Plinium, ita ille quidquid videt terrenum, id est, vile vel abiectum, id & mordet, bona interea, si qua nouit, occultans. In vniuersum magis nocēt æstate quam hyeme, cùm eos frigus astringit & refrænat. Physici tradunt, ieiuni hominis sputo necari posse. Tanta inter humanum & serpentinū genus inimicitia insita naturæ auctore Deo. Quinimo crasin corporis humani aiūt esse potissimum calidam ac humidam, contrà frigidam & siccam constitutionem serpentum, eamque contrarietatem efficere, vt exhorrescant tractu contrarij non minus, ac si feruentem in aquam incidissent. Nō leue ipsis etiam dissidium cum ceruis. Quapropter adipem ceruinum ipsis illitum morsus impedire scribit Dioscorides. Serenus Poëta addit ab eorum morsibus immunem esse, quicumque in pelle ceruina quieuerit. Abiguntur Gagatis lapidis suffitu, item sulphure, bitumine, nigella, cornu Damæ, si idem vsus accedat. Formidant calaminthiam substratam, vt & *vincem, polium, buglossam, origanum, abrotonum, pseudum, pulicariam,* &c, si Nicandro credimus, *solanum.* Nusquam maior nocentissimi animalis copia, quam in Libya. Cum enim sterilis sit & fructus producat nullos, veneni contra & serpentium est ferax, qui propagantur etiā aliorum animalium instar, vi quadam insitiua & à Deo communicata. Tantū abest, vt ex fabuloso Titanum sanguine prodierint, sicut Nicander in Theriacis canit, Hesiodi Theogoniam citans, sed falso, cum id nusquam apud illum Poëtam legas, ipse etiam Nicandri interprete teste his verbis: ἰστέον δὲ, ὅτι ψεύδεται ὁ Νίκανδρος ἐνταῦθα. οὐδαμοῦ γὰρ τοῦτο εἶπεν ὁ ποιητὴς ἐν τοῖς φερομένοις. Eandem stultitiam resipit, quòd Acusilaus natos dixit sanguine *Typhonis*, Apollonius ex sanguineis *Gorgonis* stillis. Serpentes alatos inueniri docet Scaliger contra Cardanū, itē non bene olere eorum stercus cùm venena, *vel ipso Cardano teste*, sint tetro odore. At venenatorum venenata sunt excrementa. Insulæ Malabar serpentes octonum pedum, aspectu horribiles, innoxij tamen nisi irritentur ab aliquo, puerorum sunt amatores. Vnde idem auctor nouo vocabulo *Pæderotas* appellat *exerc. 183.* Ibidem referuntur denum pedum serpentes in regno Senegæ, eiq; tanto hiatu, vt integram capram deglutiant. Qui in Calicut cōspiciuntur, capite & crassitudine sunt suilla, cauda longa, quadrupedes, glabri, sine veneno, malefici tamen, cū homines dentibus conficiant. Atlāticos dracones solo contactu interficere affirmat. Longè magis miraculo dignum, quòd libro de piscibus refert Olaus Magnus, fuisse in Noruegia serpentem

pedum

pedum ducentorum & amplius longitudine, viginti pedum spissitudine, penes Bergensium maris oras, qui lucido noctis tempore egressus cauernis suis, vitulos, agnos, porcos, polypos, locustas, & multa cancrorum genera deglutiebat. A collo habebat depẽdentes cubitali lõgitudine pilos. Squamæ corporis erant acutæ, color ater, rutilantes oculi instar flammæ. Mare idem transmittens infestabat nauigia, homines inde rapiens ad se tristi admodum spectaculo. Sed portentorum satis. Adiiciendum hîc, Aesculapio sacros habitos serpentes à veteribus, propter acutum scilicet visum. Quapropter proculdubio custodiæ gratia finxerunt incubare thesauris. Quin missis legatis à Romanis ob pestilentiam, monente ita respõso, ad accersendum Epidauro Aesculapium, anguis ex eius sedibus elapsus per mediam vrbem cum admiratione omnium ad nauem Romanorum perrexit, eumq; aduerso Tyberi (o Diaboli præstigias!) subueheretur, in proximam syluam desiliit, vbi templum ipsi constitutum, pestilentia mira celeritate sedata. Inter prodigia relatum a Romanis, latrasse serpentem, quo tempore Tarquinius regno est pulsus. Apud eosdem Marsicum bellum portendit, quòd ancilla serpentem esset enixa.

Serpyllum ἕρπυλλον, aspiratione in consonantem mutata.

Serra traxisse videtur nomen à sono, id est, *stridore*, quem edit in lignis discindẽdis. Ab ea serrati nummi, quibus Germani incussisse leguntur *serram*. Serra præliari apud Festum, est assidue accedere & recedere, neque vllo consistere tempore. Id fiebat, cum manipuli primæ aciei modò inuadebant, modò resiliebant, & ita reddebatur dentata quædam forma

Serrani dicti veteribus Romanis, quòd agros sererent, vel quòd serentibus fuerit delatus honos. Vnde Serrana familia, cui proprium erat, fœminas nullo tempore lineis vestiri vestibus, sicut Cethegis *discincto vti amictu, exserto brachio*. Etymon confirmatum vide Plinio *lib. 18. cap. 3.* his verbis: *Ipsorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri: Serentem inuenerunt dati honores: Serranum inde cognomen.* Serranæ fistulæ sunt dictæ, quæ æquales habebant cauernas, sicut Phrygiæ, impares & inæquales.

Seruilia lex à C. Seruilio Glaucia lata, quo anno, incertum, vt, si quis Latinus Senatorem Romanum accusando condemnasset, is ciuis Romanus esset. Meminit eius Cicero pro Balbo, Asconius in orationem pro Scauro. Alia lex Seruilia est lata a Q. Seruilio Cæpione, cùm C. Attilo Serrano anno 647. vt iudicia, quæ lege Sempronia ad solos equites erant translata, ordini Senatorio communicarentur. Prioris à Glaucia latæ fragmenta hinc inde apud scriptores sparsa collegit Carolus Sigonius.

Seruilius lacus secundum Festum appellatus creditur à conditore, sic explicante Paulo, vbi effigies hydræ posita à M. Agrippa.

Serui. Multa hîc etiam ex media antiquitate occurrunt. At priusquam huc infero & loco moueo, pro more etymõ est explorandum. Serui ergo omnes siue nascantur ex ancillis nostris domi, seu extra ædes, quos *Vernas* nominant (loquor hic tanquam veterũ vnus) siue fiant, idque iure gentium, id est, captiuitate, aut iure ciuili, cum homo liber maior 25 annis ad pretium participandum se venundari est passus (iure enim naturę liberi sumus & nascimur omnes) tracta origine a gentium iure, & consequenter à iure belli, à seruando sunt dicti, sicut mancipia, quòd caperentur manu, *l. pupillus. ff. de verb. signif. at.* Bodinus quoque *de Repub. libro primo, capite quinto* ab ἐρύω deriuat, quod est φυλάττω id est custodio. Vtque varias eorum species ordine subiiciam, sciendum quosdam *Ad-*

Originos fuisse, colonos scilicet, qui colendæ perpetuo terræ adscribebantur, nunquam hinc recessuri, annuosque reditus domino glebæ soluebant, eidem modò *Originarij*, modò *Agricolæ* appellabantur, nec nisi cum fundo alienari poterant. Nonnulli erant *Ordinarij* qui certum aliquod munus aut ministerium exercebant in familia. Quorum laboribus si qui suffecti ac subrogati erant, aut potius iis parebant, *Vicarij* appellabantur, *Ordinarius* oppositi *l. 17. 18. 19. ff. de pecul.* Quos *Receptitios* dicebant, proprij erant vxoris. Nempe hos illa receperat cum aliqua pecunia, neque addiderat doti, sed sibi retinuerat, *auctore Gellio libro 17. capite sexto.* Cum enim mulier dotem marito daret, tum quæ suis ex bonis retinebat, nec transmittebat ad virum, ea recipere dicebatur, id est, excipere, ne in dominium mariti cum reliqua dote venirent. Quomodo seruus receptus dicebatur, id est, *exceptus.* Columella nominat & *Aratores*, sic ab arando dictos, quos separandos monet à *Vinitoribus*, vtrosque verò à Mediastinis, sic à medio & stando, vel tenendo dictis, *vt refert Priscianus*, quod medium tenerent statum, atriis, focis, balneis, & id genus aliis operis prospicientes. Apud eundem descriptos habes *libro primo, capite octauo*, seruos *Actores*, quod villicis rebus tanquam magis industrios præfectos legimus, sicut *Villici* præficiebantur villis. Ab illis equidem distribui solebant aliis seruis cibaria, siue *Demensum*, id est quaterni in mensem frumenti modij, *teste Donato in Phormionem*, vel quini *iuxta Senecam Epistola 81.* Irenæus *Heres. 4. capit. 44.* Quis igitur erit Actor bonus & sapiens, quem præponet Dominus familiæ ad danda eis cibaria in tempore? Græci demensum vocant *σιτομέτριον*, quod singulis Calend. id est, primo mensium die solitum præstari, fit multis verisimile, maximè ex Sticho Plauti, *vt suo loco est dictum.* Præter hos erant serui *Cursores*, sicut innuunt hæc Senecæ verba Epistola 123. *Omnes iam sic peregrinantur, vt illos Numidarum procurrat equitatus, vt agmen Cursorum antecedat.* Nec defuerunt diuitibus, qui monerent per vias de lapidibus, ad quos offendere possent, sicut hæc Luciani verba in Nigrino ostendunt: *περιόντας γὰρ τινας τὸν οἰκέτην δεῖ βοᾶν καὶ παραγγέλλειν προορᾶσθαι τοῖν ποδοῖν, ἢν ὑψηλόν τι ἢ κοῖλον μέλλωσιν ἀποβαίνειν.* *Capsarij* porrò serui sunt Iurisconsulto Paulo, qui vestimenta in balneis seruanda suscipiebant: Vlpiano, qui libros deferebant, & capsis fortasse includebant. *Saccularij* appellabantur, qui vetitas artes exercebant, in sacculos reponentes aliis ablata: *Apolides*, qui nullo ciuitatis iure gaudebant, in opus publicum damnati, aut relegati ad insulas, qui & *Insularij* sunt appellati. *Fornacarios* his adde, chalcariæ & ferrariæ fornaci inuigilantes. Erant & serui *publici*, tabulariam qui exercebant, *l. 18. ff. de Adoptionibus. l. 3. Cod. de Tabula. libro 10. l. si pupillus. ff. Rempubl. salu. fore:* Et *Pileati*, qui pileo tecti significabant se venundari. *Atrienses* atriis ædium liminibusque præponebantur, quos Apuleius *de asino aureo libro secundo*, seruos ad limina vocat: *Ostiarij* ostiis, *Cubicularij* cubiculis, *Focarij* focis, *Scoparij* scopis, *Letticarij* lecticis, *Textores* muneri texendi, *Topiarij* operi in hortis topiario, cum artificio mirabili ex fruticibus & arborum frondibus varias rerum species oculis spectandas exhibebant. Sed *Tabellarij* præfecti erant tabellis, quibus adde *Amanuenses*: *Notarij* autem notis, quibus non solum (*vt dictum alias*) excipiebantur dictata, sed etiam testamenta cum formulis actionum perscribebantur. *Nomenclatores* transeuntium ac salutantium nomina suggerebant: *Dispensatores* æra dispensabant:

bant: *Calculatores* calculos & rationes curabant *Lectisterniatorem* appellat in Pseudolo Plautus, qui sternendis lectis mensisque præerat. *Peniculos* seruos dictos vult Lazius, qui penicillis abstergebant mensas. Alios fuisse, qui in conuiuiis præscindebant & epularum partes conuiuiis diuidebāt (*Diribitores* sunt Apuleio) ex *Saturnalitiis Luciani epistolis* cognoscere queas. Seneca quoque Epistola 47. ad Lucilium: *Alius pretiosas aues scindit, & per pectus & clunes certis ductibus circumferens eruditam manum, & in frusta excutit.* Sed hos præcedebant serui *Structores* à struenda mensa sic dicti. Vnde Virgilij illud: *Cura penum struere.* Meminit horum Iuuenalis *Satyra, 5. & 9* meminit alibi & Martialis. Athenæus probat regis Iobæ testimonio eundem esse Romanorum structorem cum Græcorum τραπεζοκόμῳ. Idem Seneca *3. de Beneficis* eleganter *Seruos ad pedes* vocat, qui accumbentibus Dominis ministrabant. Sunt eius verba: *Seruus, qui cœnanti ad pedes steterat, narrat quid inter cœnam ebrius dixisset.* Verum *Dapiferi* erant, qui ferebant dapes & imponebant mensæ, Athenæo διακονοῦντας παραθέσεις φέροντες *in descriptione Ptolemaici cõuiuij lib.5.* Abiectissimi omnium erant, qui mancipati ergastulis & compedibus constricti durissimos perferebant labores. Omnes in vniuersum Dominorum mensis non accumbebant. Attamen illarum reliquias in seruiles vsus cessisse, testatur Plutarchus *in Symposiacis.* Sed nec Apud Coos, cùm Iunoni sacrificarent, admittebant id genus hominum ad epulare sacrificium, *sicut probatur ab Athenæo lib.14. Macarei historici & Philarchi Poetæ testimoniis.* Tantum in Saturnalibus recreatio quędam ipsis indulta, quibus mos erat apud Romanos à Dominis eos accipi conuiuio, qui tum seruorum officio fungebantur. Tractam hanc à Græcis cõsuetudinem, exemplis quibusdam probat idem Deipnosophista. Nam in Creta Mercurialium festo conuiuãtibus seruis ministrauerũt Domini, sicut apud Trezœnios mense Geręstione per aliquot dies, quorum in vno serui etiam cũ ciuibus astragalis ludebant. Quinimo probat Ctesiæ ac Berosi auctoritate, apud Babylonios in Saceæ festo seruos cum Dominis non solum cõuiuatos quinque dierum spatio, sed etiam imperasse, & vnum ex numero omnium stola regiæ simili indutum, quam appellabant Zoganem, vniuersæ familię pręfuisse. Idem factum in Thessalorum Peloriis, & Hyacinthiorum die 3. apud Spartanos, quo omnis generis pariter spectacula & sacrificia fiebant. Huc refer Eleutheria apud Samios dedicata amori, quæ libertate donati serui celebrabant. Hinc Plautus Persa: *Basilice agito Eleutheria.* Verum enimuero non diuturna hæc eorum felicitas fuit. Itaque ad alia, quæ seruorum calamitates magis ob oculos ponunt, explicanda progredior. Primum habuisse Dominos sciendum in eos vitæ necisque potestatẽ. Ascanius scribit *Fures & seruos nequam ad Maniam columnam puniri solitos.* Sæpe eos plaustri lignum, cui affigitur temo, ferre cogebant eo quasi iugo subactos, & reuinctis interim post terga manibus per hominum ora circũferri, vnde *furciferi* dicti, aut incedere vinctis manibus & pedibus. Nonnunquam candenti lamina vel literis (vnde & *Literati* sunt dicti) frõtem & ora inurebant. Diogenes Laertius *lib.4* de Bionis Philosophi patre ante seruo: ἰχὼρ ἐν προσώπῳ, ἀλλὰ συγγραφὴν ἐπὶ τοῦ προσώπου τῆς τοῦ δεσπότου πικρίας σύμβολον. Aliquando compedibus & neruo coercebant, aut in pistrinum detrudebant molam versantes asinariam, quod de Plauto conditionis seruilis homine etiam affirmant. Post verbera sæpe & cruciatus vinculis, boiis, pedicis, numellis, fame, siti, & nuditate plectebant. Sũt & Callistrati verba digna notatu, *l. capitalium. §. final. ff. de pœnis. Certe maiores nostri in supplicio seuerius seruos quàm libe-*

ros homines puniuerunt. Quo minimè sit mirum, crucem habitam velut propriũ seruorum supplicium, non ciuium Romanorum. Hãc autem ex infelici arbore fieri solitam, coniicere licet ex oratione Ciceronis pro Caio Rabirio. Ipsum quoque seniorem Catonem non bene audiuisse constat propter asperitatem in sua mãcipia, quòd ea affecta malè aut senio debilitata, tanquã bruta exigeret domo. Quid? Apud Romanos solos inualuit crudelitas ista? Imò & apud Græcos, qui sacris passim prohibuerũt, comam nutrire non concesserunt, frõtes eorum vstularunt. Maiora dico: Ius eos necãdi Lycurgi leges Dominis dederunt. Quid tandem ex ista plus quam barbarica crudelitate? Coacti sæpe in fugam se proripere, vnde & *Fugitiui* sunt dicti, quòd inde per publicum præconẽ inuestigabant. Aliquoties ad arma prosilierunt. Testis Spartacus, qui stipatus seruili manu de improuiso Clodium adortus in fugam eum coniecit, inde Furium P. Vatinij legatum cum millibus duobus fudit, tertiò Cossinium cũ magno exercitu missum. Fudit & Lentuli legatos, impedimentis potitus. Quin Mummius Crassi legatus ab eo victus, cæsis quamplurimis, non paucis tamen post abiecta arma fuga elapsis. Adeo nihil necessitate pugnacius, quod ait Iosephus, factusque prouerbio locus, nos hostes totidem habere quot seruos. Ceterum, *vt Seneca ait*, non eos habemus hostes, sed facimus. *Alia*, inquit, *interim crudelia & inhumana prætereo, quod nec tanquam hominibus, sed tanquam iumentis abutimur, qui cùm ad cœnãdum discumbimus, alius sputa detergit alius reliquias temulentorum subditus colligit.* Atque hæc fuit fortasse caussa, quòd Cæsar seruo contra Dominum dicenti credere noluerit, *vt refert Dio libro 4*. quodque Augustus vetuerit δ[illegible]λ[illegible] κατὰ δεσπότου βασανισθῆναι, *vt idem [illegible] libro 55.* Dicunt omnes ex Seneca abiurato errore quales & quo modo habendi sint serui.

Verba eius Epistola 47. sunt hæc: *Lubẽter ex his, qui a te veniunt, cognoui, familiariter te cum seruis tuis viuere. Hoc prudentiam tuam, hoc eruditionẽ decet. Serui sunt? imo homines. Serui sunt? imo contubernales. Serui sunt? imo humiles amici. Serui sunt? imo conserui, si cogitaueris tantundẽ in vtrosque licere fortunæ. Itaque rideo istos, qui turpe existimant cum seruo suo cœnare. Quare? Nisi quia superbissima consuetudo cœnantẽ dominum stantium seruorum turba circumdedit. At infelicibus seruis mouere labra, ne in hoc quidem, vt loquantur, licet. Virga murmur omne compescitur: & ne fortuita quidẽ verberibus excepta sunt, tussis sternutamenta, singultus. Vis tu cogitare istum, quem seruum tuum vocas, ex eisdem seminibus ortũ, eodem frui cœlo, æque spirare, æque viuere, æque mori? Tu tam illum videre ingenuum potes, quam ille te seruum. Nolo in ingentem me locum immittere, & de vsu seruorum disputare, in quo superbissimi, crudelissimi & contumeliosissimi sumus. Hæc præcepti mei summa est. Sic cum inferiore viuas, quẽadmodum tecum superiorem velis viuere. Quoties in mentem venerit, quantum tibi in seruum liceat, veniat in mentem, tantundẽ in te Domino tuo licere, At,* inquit, *nullum habeo dominum. Bona ætas est:* Fortsitan habebis. *Nescis qua ætate Hecuba seruire cœperit, qua Crœsus, qua Darij mater, qua Plato, qua Diogenes? Viue cum seruo clementer. Inter quoque [illegible] in sermonem admitte, & in consilium [illegible] in conuictum. Quid ergo? Omnes seruos admouebo mensæ? Non magis quã omnes liberos. Erras si existimas me quosdam quasi sordidioris operæ reiect[illegible], vt puta illum mulionem, & illum bubulcum. Non ministeriis illos æstimabo sed moribus. Sibi quisque dat mores, ministeria casus assignat. Quemadmodum est stultus, qui equum empturus non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frenos, sic stultissimus est, qui hominẽ aut ex veste, ex con[illegible] quæ [illegible] modo circũdata est, æ[illegible] Ser[illegible] [illegible] liber ani mo. Seruus est, [illegible] non [illegible]. Oste de [illegible] Alius lib[illegible] ana- [illegible] ambition[illegible] D[illegible]ci-*

sa[illegible]m

sudarem anicula feruientem. Dabo ancillula diuitem: Ostendam nobilissimos iuuenes mancipia Pantomimorum. Nulla seruitus turpior, quam voluntaria. Quare non est, quod fastidiosi te deterreant, quo minus seruis tuis hilarem te praestes, & non superbe superiorē. Colant potius te quam timeant. Totum hūc Senecæ locum vt hunc inferrem, operæpretium duxi. Sed nec ille solus clementer cum seruis agēdum esse cognouit, verùm & plures alij. Nam cùm multi seruos ægrotantes nulla dignatentur cura, sed ædibus eiicerent, est a Claudio propositum edictum, vt, qui ita exturbati redissent ad sanitatē, liberi essent, *teste Dione libro 60.* Cumque ante audiuerimus seruos notari solitos in fronte, dictos propterea *Stigmatias* iuxta Nonium, eiusque rei meminerit Plautus *& in Casina & in Rudente*, Apuleius *de asino aureo lib. 9.* cùm inquit, *frontes literati, capillum semirasi, & pedes annulati*, sciendum tandem quoque prohibitum, ne cicatricibus quis seruum deformaret, *l. locum. ff. de vsufruct.* Antonini pariter rescripto ad Martianum est constitutum, ne plus æquo sæuire liceret Dominis. Quamquam virgis cędere aut emendare humanis modis, aut ergastulo compescere permittatur, *l. 1. Cod. de emendat. seru.* Quòd si quis seruū occidisset, haud secus ille plectendus, quàm si alienum necasset. Et quoniam nonnunquam in eos sæuiebāt fame, cauit idem hoc modo: *Sed & dominorum interest, ne auxilium contra sæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur iis, qui iuste deprecantur.* Vetuit & Adrianus eos occidi, *sicut in eius vita Spartianus scribit*, sed si quid deliquissent, Prætoris iudicio afficiendos pœna decreuit. Qui capti bello ad Imperatorum & regum statuas confugerant, soluebantur nexu erantq; immunes, nihil in eos valente manus iniectione. Ita qui Ephesi se receperant ad templum Dianæ, soluebātur mancipio. Nec tantum facinorosis sed etiam profugis seruis immunitatem dederūt erecta passim asyla, quippe Thebis, in littore Thetæo, in Sigæo, Romæ, apud Molossos, Samothraces, Messenios, Crotoniatas, tributumque ius idem arx Iouis σωτῆρ& ab Ithacensibus, Thesei sepulcro Athenis, Mineruæ tēplo apud Spartanos, ad quod tamē fuga delapsus Pausanias, obstructo aditu & primo lapide à matre posito, fame necatus fuit. Sed tandem sustulit istam impunitatem Tiberius, ne impunita manerent crimina, reseruato hoc iure solis Samiæ Iunonis & Aesculapij delubris. Porro calamitatis seruorum pars etiam hæc est, *quod brutorum animaliū more venderent.* Quare in iis vendendis non secus atq; in brutis, vitia & mores indicare necesse erat, alioqui ædilitio edicto redhibēdis, cuius verba ex Vlpiano *l. 1. ff. de ædil. edict.* sunt hæc: *Aiunt Aediles; Qui mācipia vendunt, certiores faciunto emptores, quid morbi v. vitiue cuique sit, eque omnia, cum ea mancipia venerunt, palam & recte pronuntianto. Quod si mancipium aduersus ea venisset, siue aduersus, quam dictum promissumve fuit, cum veniret, quod eius præstari oportere dicetur emptori omnibusque, ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus, vt id mācipium redhibeatur.* Inde agit idem edictū, quid emtor præstare debeat. Est autem *redhibere*, facere, vt rursus habeat venditor, quod habuerat, propter morbum aut vitium, vt ita succurratur emtori. Sæpe etiam vendebant senio confectos, eo quod munera sua amplius præstare non possent. Hoc quàm sit crudele, pulcre expressit Plutarchus in vita Catonis hoc modo: *Ego sic censeo, quòd repellere aut vendere famulos senio confectos, perinde vt iumenta, vbi illis est vsus, hominis sit extreme rigidi, & persuasum habentis, quod nulla sit maior homini cum homine societas, quàm qua æstimetur perceptione commodorū.* Et paulò post: *Neque enim animam habentibus vtendum, vt calceis & vasis, quæ lōgo vsu detrita abiicimus. Ne bouem quidem aratorem propter senium a me repellerem, nedum hominem loci & victus societate coiūnctum, & tam emē-*

eibus inutilem, quam vendenti à me propter quaestum leuem extruderem. Quantum ad pretia, scribit Plinius *libro 7.cap.39.* pretium hominis in seruitio geniti maximum ad sua vsque tempora (quantum comperire potuit) fuisse Grammaticæ artis Daphnidis, Cn. Pisaurensi vendēte, & M. Scauro Principe ciuitatis H-S M D C C.licente:Ea efficiunt,ęstimāte, *aureorū Vngaricorū XXXV CCCLXIII. semuncialem vnum,duodenarios decem,duplos quinque.* At vendidit seruum Calliodorus mille ducētis sestertiis,*teste Martiali Epigrammatum 5.* quorum pretium sunt *aurei Vngarici XXIX,duodenarÿ tres, duplus vnus,simplus vnus.* Quāti vero Iustiniani tempore sint æstimati serui ad diuersorum munerum officia,instructi, ipsemet explicat *6. Codicis. l.si duobus.§. sancimus. Titul. communia de leg. & fideicomm.*his verbis:*Ceteris æstimationem præstet contingentium pretium,id est,seruis quidē & ancillis maioribus decem annis,si sine arte sint, XX. solidis æstimandis, minoribus decem annis non amplius, quam decem solidis computandis: Sin autem artifices, vsque ad XXX. solidos æstimatione eorum procedente,siue masculi siue fœminæ sint, exceptis Notariis & Medicis vtriusque sexus, cum Notarios 50. solidis æstimari velimus, Medicos autem & obstetrices sexaginta: Eunuchis minoribus quidem decem annis vsque ad 30. solidos valentibus, maioribus verò vsque ad quinquaginta: Sin autē artifices sint, vsque ad septuaginta.* Peruetustum esse morem istum vendendi seruos, vtpote belli Troiani tēpore etiam Græcis vsitatum,nuper in Homero notabam,Iliados θ.vbi hæc eius sunt verba:

ἔνθεν ἄρ᾽ οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοὶ,
ἄλλοι μὲν χαλκῷ ἄλλοι δ᾽ αἴθωνι σιδήρῳ,
ἄλλοι δὲ ῥινοῖς,ἄλλοι αὐτοῖσι βόεσσιν,
ἄλλοι δ᾽ ἀνδραπόδεσσι.

Sed prosequor alia spectātia ignominiam, calamitatemque seruorū ex medio petita iure. Etenim seruus potius mortuus, quàm viuus, creditur, neque habere caput.Communiter fur est,*l.Iulianus.§.item qui fur em.ff. de action.emt.& vendit.* affirmante id glossa. Iudicio interesse non potest. *l.seruus. Cod. de iudiciis.*Nec potest esse tabellio, *Cod.de Tabellion.l. generali.C.de Adopt.l.2.* Sed nec vllum eius arbitrium.Quod etiā ei non liceat in ius vocare Dominum, constat *ex l.vix. Cod. eod.titul.* Porro non potest acceptum ferre. Quod eidem promissum, non nisi Domino rectè soluetur, qui quoque legatum ipsi delatum repudiare potest. Certum & illud, amittere ius eligendi seruum pœnæ, & mortuo similem iure haberi. Huc accedit, quòd nec nomē habuerint serui boum & canum instar,quippe qui sæpe id obtinuerint à Dominis.Hinc *Marcipores,Publipores, Lucipores,* teste Plinio *libr. 33.cap.1.* Quintiliano *capit. 7. libro 1.* Sæpe etiam Stychi dicti Romanis ἀπὸ τοῦ στίζειν, id est, *pungendo,* quasi στικτοὶ, id est, *puncti & vstulati.*Deuictis prouinciis tandem à Syria *Syrus*, ab Antiochia *Antiochus*,à Dacis (qui antea *Daui*) appellatus est *Dauus.*Sed & ἀπὸ δαμάζειν,id est,*domando* nomen est Damæ Syris admodum receptum. Lacedæmonij nominabant seruos peculiari nomine εἵλωτας,Thessali πενέστας, Cretenses κλαρώτας & μνωίτας, Maryandini δορυφόρους, Sicyonij κορυνηφόρους,Argiui γυμνήτας, Syracusani ἐυστάφιους. Præ ceteris inter seruos nobilitati Iones.Callicratides ergo rogatus, *cuiusmodi viderentur Iones?* respondit,*Serui frugi,liberi vsque mali.*His absolutis, non est premendum etiam silentio,quòd ad arma quandoque vocati fuerint,sed vrgente necessitate, nonnunquam antea libertate donati.Florus *lib.2.capit.6.Arma non erant, detracta sunt templis:Deerat iuuentus,in sacramētum militiæ liberata seruitia.* Appianus de bellis Punicis: *Senatus eodē die bellum decreuit, & seruos per præconem pronuntiauit liberos,* Certum & illud, non nisi ciuibus Romanis ingenuis & quinque in classibus censis,& ludicræ artis expertibus,fuisse militiam in legione cōcessam. Vnde sequitur

quitur *ſeruos, pueros, ſeniores, capite cenſos & hiſtriones, non niſi dubiis in rebus ad ſtipendia vocatos.* Ita armati à Pompeio paſtores, *teſte Cæſare de bello ciuili 1.* à Lentulo gladiatores, à M. Iunio Dictatore ſcelerati homines in vltimo deſperatæ Reipubl. auxilio, *vt loquitur Liuius lib. 3.* cum honeſta vtilibus cedunt. Sed ita aſſerebantur prius in libertatem. At quia ſerui propriè dicuntur manumitti, extremo tandem loco de manumiſſione aliquid ſubiiciendum exiſtimo. Nomen illa habet à manumittendo. Nam quamdiu aliquis hæret in ſeruitute, ſuppoſitus eſt manui, hoc eſt, poteſtati, a qua liberatur manumiſſus, vt apud Iuſtinianum legis *Titul. de libertinis.* Procedit manumiſſio, *vt idem monet, ex multis cauſſis,* vtcumque Cicero tres eius ſpecies ponat, nempe ex ſacris Cõſtitutionibus in ſacroſanctis Eccleſiis, vbi in ſeruos à Dominis ſub Antiſtite, inque plebis aſpectu, interueniẽte qualicumq; ſcriptura, ob facti memoriam, confertur libertas, *l. 1. C. de iis qui in Eccl. manum.* Secundò fiebat manumiſſio per Vindictam, id eſt, virgam, qua Prætor caput ſerui percutiens ſolemnibus verbis dicebat; *Liberum te aio.* Tum circumactus in orbem per lictorem in ſignũ voluntatis & arbitrij liberi omnino ruptis videlicet ſeruitutis nodis, erat & habebatur liber. Vnde ad Lucilium Seneca Epiſt. 1. *Philoſophiæ ſeruias oportet, vt tibi contingat vera libertas.* Non differtur in diem, qui ſe illi ſubiecit & tradidit: Statim enim circumagitur. Hoc enim ipſum Philoſophiæ ſeruire, libertas eſt. Manumiſſionis huius meminit *l. ego. l. pater. ff. de manumiſſ. vindicta. l. etſi minor. C ſi aduerſ. liber.* Et volunt aliqui habere vindictam nomen à Vindicio *iuxta Liuium* Aquiliorum [illegible] *Plutarchum in Publicola* V[illegible] ſeruo, qui cum patefeciſſet cõ[illegible] de reducendo in vrbem Tarquinio, primus omniũ donatus eſt [illegible], Bruto vindicias cõferẽte. Alij quibus ma-

lim ſubſcribere, à vindicando deriuant, quòd eſt adſciſcere in libertatem. Manumitti porro ſolebant in templo Feroniæ Libertorum. Deæ, vbi raſo capite *(ſicut & alias fieri ſolebat)* pileum accipiebant. Vnde ad pileum vocare prouerbialiter, eſt *ad libertatem vocare*, apud Suetonium, Plinium, Macrobium. In huius ſignum ſerui geſtabant pileos in Saturnalibus, & calceos ingenuorum induebant, *teſte Porphyrio.* Celebratur & Claudij nummus ſigillum habens, quod dextera ſua tenebat pileum, læuam autem, quam late poterat, diſcapedinatam exporrigens cum inſcriptione, *libertas auguſta.* Plautus Amphitryone ſub Soſiæ perſona: *Quod ille faciat Iupiter, vt ego hodie raſo capite caluus accipiam pileum.* Cornelium Cinnam ad pileum vocaſſe ſeruos ſcribit Plinius Secundus, & hoſtibus victis Octauium quoque ab eo interfectum. Pertinet huc, quòd Q. Terentius Culeo pileum gerens ſecutus fuerit Africani ſuperioris & triumphantis currum, quòd captus a Pœnis ab ipſo fuerat recuperatus libertatis ſuæ velut patrono, cui ita accepti beneficij confeſſionem reddebat. Legimus & apud ſextum Aurelium totam Romam adeo Neronis interitu exſultaſſe, vt plebs tota manumiſſione, velut exemta ſæuo Domino, pileos geſtaret, quod ipſum Brutum etiam feciſſe ſcribit Dio, cùm is ſignificare vellet à ſe & Caſſio patriam in libertatem aſſertam. De hoc more & conſuetudine manumittendi conſule, ſi placet, Agellium *li. 7. capit. 4.* Blondum *libr. 4.* Rhodiginum *libr. 7. cap. 2. & lib 25. cap 22.* & Bayfium *de re veſtiari. cap. 20.* Sequitur inter amicos manumiſſio, idque teſtibus adhibitis quinque, & interpoſita ſcriptura, *l. vnica. §. ſed & ſi. Cod. de Latin. lib. toll.* Sed & per Epiſtolam procurari poterat hoc beneficium a patrono & quinque teſtibus ſubſcriptam, quo modo quaſi ex vltima voluntate ſeruus conſequebatur libertatem, [illegible] *l. vnica.*

[illegible] Item per testamentum, etiam munus solemne, id est, per codicillos, aut per quamcumque aliam voluntatem, [illegible] tantum pro tribunali, *ut ait Caius*, [illegible] tam in transitu cum aut lauandi, aut gestandi, aut ludorum gratia prodierit Prætor, aut Proconsul, aut in balneum, aut in theatrum. Caussæ manumittendi fuerunt multiplices: Imprimis si quod beneficium præstitum esset a seruo, vtpote si in graui periculo seruasset, quale exemplum reperit ex Claudij Quadrigarij annalibus Seneca *libro [illegible] de [illegible] cap. 23.* Item si diu fideliterque versatus fuisset in munere sibi iniuncto, si calleret artem propter quam dignus habebatur libertate. Si quis scire velit, quibus ex caussis manumittere non licuerit, videat peculiarem Institutionum titulum ea de re. Priusquam finem facio, etiam id moneo, [illegible] ruum solitum in curru triumphanti assidere, qui supra verticem ipsius tenere solebat coronam primum ex myrto, inde ex lauro, denique ex auro factam, ne triumphator (*[illegible] implerique intelligunt*) seruum eodem in curru videns, humanæ fragilitatis oblitus, nimium superbiret. Sit appendicis loco, etsi οὐδὲν πρὸς ἔπος, quia tamen scire conuenit, ante omnes alios Gregorium Pontificem primum se appellasse *seruum seruorum Dei*, vt ita se iam aliis probaret humilitatem.

Sestertius duo asses & semis, quasi *semi tertius dictus*. Pretium operæ erit ea de re totum Agricolæ locum, qui de ponderibus monetarum omnium eruditissime scripsit hac ætate, apponere, quàm proprias coniecturas in re dubia adscribere. At Romanorum, *inquit*, argentei nummi sunt Denarius, & eius pars dimidia quinarius, siue victoriatus: quarta, sestertius. decima, libella: vicesima, sembella: quadragesima, teruncius. Denarius quidem primò valebat decem asses, ex quo nomen inuenit: [illegible] quinq., vnde etiam ipse nomen [illegible] xit: sestertius duobus & semisse, quasi semis tertius dictus. Romani enim imitati sunt Græcos, quibus τρίτον ἡμιτάλαντον duo talēta & dimidium significat. Qua sententiā confirmat Varro *l. 4.* his verbis: *In argento dicti nummi [illegible] aeris valeb[illegible] qui[illegible] Sestertius, quod semis tertius. Dupondius enim & semis antiquus est sestertius [illegible] ad [illegible] dicere [illegible], ut et semis tertius, semis quartus [illegible]. Ab semis tertius igitur [illegible]*. Sic enim locum illum repurgandum existimo, prævio in emendatione duce Antonio [illegible] Frisio, postremi Varronis sui editione. Scribit & in eandem sententiam Plinius *lib. 33. cap. 3. Argentum signatum est Anno ab V.C. 484. [illegible] bio Cos[illegible], quinque annis ante primum bellum Punicum. Et placuit denarius pro decem libris æris, quinarius pro quinque, sestertius pro duobus & semisse.* Deinde idem Agricola: *Sed quæritur, vtrum sestertium [illegible] et mille id genus [illegible] nos, quos Romani sestertios nominarunt, aureum argenti librum duas & dimidiam: An nummum argenteum quartam denarii partem? [illegible] eundem vnum nummum argenteum, quem [illegible]. Existit deinde quæstio non minus difficilis, [illegible] dicimus decem sestertium, [illegible] sestertium, decies sestertium, eundemne an alium atque alium designemus numerum. M. Antonio Sabellico sestertium visum est habere, vt ipse loquitur, mille nummos.* Gulielmo Budæo placet ita singula sestertia valere duas argenti libras & selibram, vt sestertij singuli valent duos asses & semissem, qui itē pendunt duas libras & dimidiam, & ex eo vtrumque nominatum. Nec vero Budæus dissentit prorsus à Sabellico, sed æque ac ille censet sestertium significare mille nummos. Philippo Beroaldo videtur sestertius esse numus argenteus duarum librarum. Sed Agricola vult sestertium non esse libras argenti duas & dimidiam, sed quartam denarij partem,

tem, atque ita nec viginti sestertia esse libras argenti quinquaginta, sed viginti tantum sestertios, idque elicit ex hisce Martialis verbis *lib. Epigrammatum 2.*

Mutua viginti sestertia forte rogabam,

Quæ vel donanti non graue munus erat.

Nam si magnum & graue munus non dat, qui donat alicui viginti sestertia, sed paruum & leue, quis non intelligit sestertium non esse libras argenti duas & dimidiam, sed quartam denarij partem. Atque hæc de quæstione prima. Nunc de altera. *Cum dicimus, decem sestertia, nullum nomen cum eo hunc intelligimus: Cum vero decem sestertium, his verbis decem millia sestertium designamus: At cum decies sestertium, maiorem etiam numerum, mirorum decies centena millia sestertium.* Inde monet, vbi scriptum reperitur apud auctores, *H-S denu*, designari sestertios denos: Cum *H S dena Sestertium dena millia*. Nota autem hæc H S, non aliunde est, quàm quòd designauerit libras duas & dimidiam, vel duos asses & semissem. Nam as libram valebat. Sed non idem *sestertius* & *sestertium*. Sestertius enim pars est quarta denarij, qui continet 4. sestertios: Ita vt redactus ad Gallicæ monetæ rationẽ, si sumatur quinquagies, aureum hodiernum scutatum efficiat. Atque ita denarius erit fere aurei nostri pars duodecima. At sestertium mille nummos sestertios valuit. Probatur id multis scriptorũ locis ab eruditis. Ex his pauca decerpam, vt inferam huc in gratiam studiosorum. Horatius in Epistola ad Iulium Florum *lib. 2.* scribens de quodam milite Luculli, qui castellum Mithridatis ceperat, ait tandem:

Clarus ob id factum, donis ornatur honestis,

Accipit & bis dena super sestertia nũmum.

Ridicula fuisset hic Luculli munificentia, si viginti sestertios, ei donatos intelligamus. Quo pacto ergo excipiendus is locus? Dico, bis dena sestertia nummum significare bis dena seu viginti millia sestertium nummum. Atque ita locutus est Cicero in Verrem de iure dicundo: *Redeunt illi, inquit, Rhegio Syracusas: ecce cum multis, ita vt ... H-S LXXX nummum ... decem ... nummum.* Idem Epistola quinta ad Rufum. *Reliquum est de sestertium centum millibus, de quibus memini mihi a te Myrina literas esse allatas, non mei erratum sed tui, in quo peccatum videbatur esse, si modo erat, fratris tui & Tulli.* Eadem Epistola mox eandem summam iterat aliis verbis: *Quod si mihi expensa ista sestertia centum tulisse, tamen, ... tua est suauitas, quique in me amor, nolles hoc tempore a me æstimationem accipere.* Ex quo loco vtique apparet, quæ antea sestertium centum millia dixit, ea postea appellari sestertia centum, sicut etiam à Lambino notatum video.

Sex, ἕξ, aspiratione in *s* mutata, vt etiam euenit in ἑπτά.

Sextans, pars assis sexta, id est, vnciæ duæ.

Sextarius mensuræ genus apud Romanos, imò omnium mensurarum basis, inde nomen habet, quod sexies eum capiat Congius, vt indicat Volusius his verbis: *Quadrantal habet congios octo, sextarios octo & quadraginta. Nam octies senos reddunt octo & 40* Vnde & Fannius: *A quo sextari nomen fecere priores Crediderim, quod eo capiat sex congius vnus.*

Sextia lex, quæ & Sextia Licinia dicitur à C. Licinio Stolone & L. Sextio Tribunis plebis lata L. Furio Camillo Dictatore, vt consulum alter crearetur ex plebe. Meminit eius Liuius *libro sexto.* Tulit & Sextius Menenium legem P. Sextius Capitolinus cum T. Menenio Lanato Consule, vt oues decussi, boues centussi æstimarentur. Meminit eius Festus Pompeius.

Sextilis dictus primum est mensis Augustus, quòd esset à Martio sextus, sicut Iulius *Quintilis*, quòd esset ab eodem quintus.

Sextula æris minima pars appellata ex eo, quod eius nominis numus *sexta* sit vnciæ pars. Cicero Oratione pro Cecinna: *Fecit hæredem ex deunce & semuncia Cecinnam, ex duabus sextulis M. Fulcinium libertum superioris viri. Æbutio sextulam aspergit.* De hac ita Priscianus in metrico libello: *Sextula quæ fertur, nam sex his vncia constat.* Idem ex his Georgij Agricolæ verbis apparet *libro quarto de ponderibus Romanis*: *Vncia secatur in semuncias duas, duellas tres, sicilices quatuor, sextulas sex, denarios septem, Victoriatos quatuordecim, scripula viginti quatuor.*

Sibylla generale nomen entheatum puellarum, hoc est, quæ numine afflatæ Deorum consilia apud Ethnicos enuntiabant, quasi σιὸς βουλὴν, seu βουλαῖα, id est, *Iouis consilium vel consiliatrix*, dici videtur quibusdam. Laconum more σιὸς posito pro Διός: Vt Sibylla quidem tanquam θεοβούλη sit dicta. Alij ab Hebraica origine deducũt, cùm à Kabala, facta quarumdam literarum mutatione, deriuant. Hæc enim vox à verbo *Kibel* formata doctrinam significat, non insitam animis natura aut a parentibus propagatam, aut visu compertam, aut denique ex libris depromtam, sed promulgatam diuinitus, animisque hominum sanctorum a Deo infusam, vel potius ab eo acceptam. Significat quippe *Kibel* recepit, inde *Kabala* doctrina. Iam vero vatidicas huiusmodi mulieres singulas propemodum gentes habuisse leguntur, inspirante ipsis Diabolo res futuras, ne præstigiis suis imò κακοζηλίᾳ cedere videretur Deo, qui per sanctos homines diuino spiritu afflatos, oracula voluntatemque suam toti patefecit mundo. Cæterùm Sibyllæ decem fuerunt numero, quarum prima ex Persia oriunda dicta *Sambethe*, cuius meminit Nicanor, qui res gestas Alexandri Magni descripsit. Huic tribuuntur vaticinia de Christo, de regnorum mutationibus. Secunda *Libica*, cuius Euripides meminit *in Lamię Prologo*, cique asscribuntur vaticinia de Christi miraculis, quòd surdi auditum, cœci visum, claudi incessum receperint, mortui quoque fuerint reuocati in vitam. Tertia *Delphica*, cuius mentionem fecit Chrysippus *eo libro, quem de diuinatione in lucem dedit, & in Annalibus suis nominauit Piso*. Creditur vixisse ante bellum Troianum, adeoque Delphis nata. Alio nomine *Artemis* audit. Nonnulli eandem esse volunt *Delphicam, Erythræam, Siculam, Samiam, Rhodiam*, quòd his in locis frequenter versata sit, sed proprium eius nomen fuisse *Erophilen*. Cum esset adolescentula adhuc, νεώκορον egit in templo Apollinis τοῦ σμινθέως, *vt Peucerus notat*, & somnia, quæ in Hecates templo excubantibus obiiciebantur, explanauit. Dicitur & Delphis saxum quoddam conscendisse, atque inde μαινομένην καὶ ἐκ τοῦ θεοῦ κάτοχον oracula proclamasse, cui quidem inde saxi Erophilæi appellatio inhæsit. In Troade tandem non procul ab Ida monte in nemore τοῦ σμινθέως eam sepultam, ex Epitaphio columnæ lapideæ inciso obseruatum tandem, scribit Pausanias. Celebratur eius vaticinium de colaphis Christo Domino impingendis in Passione, de sputis, de felle & aceto in potum dando, crediturque Homerus plurimos ex eius versibus operi suo inseruisse. Quarta *Cumæa*, cuius meminit Næuius, *teste Varrone, in libris belli Punici, & ut & Piso in Annalibus*. Hanc refert Lactantius ex Varrone nouem oraculorum volumina obtulisse Tarquinio Prisco, & pro eis postulasse *Philippicos trecentos*, quos cum Rex, pretij magnitudine deterritus, soluere recusasset, crematis tribus, reliqua eam retulisse ad regem postulato eodem pretio, at tum multo magis existimasse regem insanire mulierem, ideoque rursus alia tria volumina vltricibus dedisse flammis, & nihilominus in pretio perstitisse, tandem

vero

verò admiratione ductũ Tarquinium, inspectos libros residuos solutis trecẽtis illis aureis sibi retinuisse, & arcæ lapideæ inclusisse in templo Iouis Capitolini sepositos & asseruatos ad Cornelium vsque Syllam, quo tempore Capitolium simul cum illis cõflagrauit. Suetonius vult adusque Augustum mansisse incolumes hos libros, & sub basi Palatini Apollinis cum Martiorum vatum & Bagoes Nymphæ carminibus conditos stetisse, eundemque monarcham Sibyllinorum librorum habuisse delectũ, exustis illis, qui nothi videbantur, reseruatis genuinis. Meminit huius & Martyr Iustinus in gentium admonitorio, vbi dicit eam vaticinatam de Saluatoris aduentu & eius operibus. Quinta *Erythræa*, quam suam vocat ciuem Apollodorus Erythræus, Dionysius *nympham fatidicam libro 1.* Est autem Erythra Ioniæ vrbs maritima iuxta Ptolemæum, quæ Stephano dicitur etiam κυανὸπολις. Eam ferunt vaticinatam Græcis, esse perituram Troiam, & Homerum mendacia scripturum. Cõstantinus Magnus Aug. in oratione, quam Eusebius libris *de vita Constantini* à se editus adiunxit, recitat huius oraculũ de aduẽtu Christi, sed dubia profectò fide, initialibus carminum literis præ se ferentibus hæc verba: ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΕΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ, *Iesus Christus, Dei filius, Seruator.* Asseritque idem M. Tullium Ciceronem Sibyllinam hanc Acrostichidem carminibus Latinis inclusisse. Interim scribit & Augustinus *lib. 18. de ciuitate Dei cap. 23* eandem se Acrostichidem legisse inter Græca Erythrææ carmina, quæ ipsi exhibuit Flaccianus Africæ Proconsul. Sexta Sibylla *Samia* fuit, de qua mentionem fecit Eratosthenes *in Annalibus.* Illi cognomen fuit φυτὼ, diciturque vaticinata de Christo insidente asello & Hierosolymam ingresso. Septima *Cumana* proprio nomine *Amalthea*, & *Erophyle*, & *Demophile*, quam aliqui cum Cumæa eandem faciũt. Celebrãtur eius versus, quibus per numeros exprimitur nomẽ Iesu. Octaua *Hellespontiaca*, nata in agro Troiano, vico Marmissa, prope oppidũ Gangeticum, quam scripsit Heraclides Cyri fuisse temporibus. Illi defertur vaticinium de Christi doctrina, quodq; legem cõplerus esset, nõ violaturus. Nona *Phrygia*, quæ Ancyræ vaticinata est cùm de aliis rebus tum de morte Christi, scindendum esse tum templi velum, medio die suborituras tenebras, ipsumque adeo triduano somno fata mortalia peracturum. Decima *Tiburtina*, Tiburc oriunda, quod est oppidum Italiæ. Nomine proprio *Albunea* est dicta, quam vt Deam coluerunt Tiburtini, iuxta Anienis ripas. Simulacro eiusdem inuento, quod librum manu apprehensum tenebat. Christi quidẽ resurrectionẽ assũptionẽq; prędixisse legitur. Addit Lactãtius omniũ harũ Sibyllarũ carmina haberi, præterquam Cumeæ, cuius libri occulũtur à Romanis, nec nisi à Quindecimuiris inspici fas est. Et sunt singularum singuli libri: qui quia Sibyllę nomine inscribuntur, vnius esse creduntur, suntque confusi, nec discerni, ac suũ cuiq; assignari potest, præter Erythręę, quæ & nomen suum carmini verum inseruit, & *Erythræam* se nominat. Trium Sibyllarum statuæ fuisse leguntur Romæ iuxta rostra: Vna, quam instituit Pacuuius Taurus Ædilis plebis: Duæ, quas M. Messala. Solinus eas nominat Cumanam, Delphicam, & Erythream. Plura si quis volet de iis, Lodouicũ Viuem videat ad *caput 23. libr. 18. Augustini de Ciuitate Dei.* Ceterùm huiuscemodi fatidicarum mulierum oracula omnino sciẽdum discernẽda esse a Prophetarum oraculis, quod hi diuino afflati spiritu sua ediderint & intellexerint; illæ verò maligno spiritu plenæ, nec intelligentes, quippe extra se raptæ, sua prodiderint multa inuoluta obscuritate. Vnde Maro:

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antroque remugit

Obscuris vera inuoluens: Ea frena furenti Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.

Ab hac obliqua obscuritate λοξίας dictus hic Deus, & Sophocli in Tyranno, ποικιλῳδὸς σφίγξ. Idem in Tyranno de Tiresia: ἄγαρ αἰνικτὰ καὶ ἀσαφῆ λέγεις. Et Æschylus in Prometh. αἰολοστόμως χρησμοὺς dicit, ἀσήμως δυσκρίτως τ' εἰρημένους. Idem Cassandræ in Agamemnone tribuit θέσφατα ἐξ αἰνιγμάτων. Quapropter bene monet Aristoteles *Rhetor corum 3.* vitādam esse Oratori ambiguitatem verborum, vt obscuram, & vitium ἀμφιβολογίας familiare vatibus.

* *Sibyllarum* omnium primam & antiquissimam vno consensu omnes *Sambethen* vocatam, & ex Noacho patriarcha ortam tradunt. Hac voce notata est doctrina de Deo, de lapsu, de restitutione, de redemtione & gratuita receptione generis humani, de Messia, & ceteris articulis continua serie, à mundi initio vsque, quasi per manus tradita Noacho, cuius deinde explicationem, curam, custodiam, & cōseruationem, ipse duobus præcipuè filiis Sem & Iaphet commendauit. Eos enim gubernatores Ecclesię in sua posteritate, & Sacrorū Antistites constituerat. Et fuisse his curæ propagationem doctrinæ, atque vt integra transmitteretur posteris, monumenta eos præcipua columnis lapideis insculpi curasse, Iosephus author est. Miscuerunt doctrinæ vaticinia de secuturis in genere humano mutationibus. Nam & sancta sapientia, crescentibus hominum peccatis, metiebantur magnitudinem pœnarum secuturarum, & ductu Spiritus Sancti, quæ euentura essent posteris, præuidebant. Hæc omnia coniuncta posteri, vt primorum authorum memoriam grati retinerent ac celebrarent, compo[illegible]a voce *S[illegible]*, id est, d[illegible]trinam a[illegible] & Iaphet propagatam vo[illegible]nt. N[illegible] ita multò post, c[illegible] po[illegible]eritas hom[illegible] distracta esset, atque d[illegible]persa, & plurimi d[illegible] vestigiis maiorum, receptis atq; approbatis corruptelis, quæ in doctrinam irrepserant, interciderunt monumenta Patrum, & nuda nomina retenta, Diabolique præstigiis, quas struxerat ad interuertendas vias [illegible]omini rectas, præfixa sunt, vt à Sanctis Patribus manasse, & non temere cogitata esse crederentur, de indicio titulorum quibus venditabantur. Inde factum, vt singulæ pœnè gentes singul[illegible]s h[illegible]buisse Sibyllas legātur, id est, suam sapientiam suasque religiones, quas ex vnica prima & vera religione depr[illegible]uat[illegible], pro naturis suis atq; affectionibus, Diaboli adiumento & consilio extruxerunt, & eo insignierunt nomine, quod sacra antiquitas cælesti doctrinæ ac[illegible]ommodarat. Celebrantur Chaldaica, Persica, libyca, Italica, Græciæ plures. I[illegible]s [illegible]ingularum religiones notatæ sunt. *Chaldei* religionem cōuerterunt in sapientiam philosophicam. Neglecta enim doctrina cœlesti, totos sese in cōsideratione[illegible], inquisitione & explicatione naturæ collocarunt. Cōdiderūt artes, peruestigarūt cęle[illegible]iū cor[illegible]orū motus atq; affe[illegible]iones, & ad quos vsus singula e[illegible] comparata, edocuerunt, captiqu[illegible] p[illegible]lchritudine operum naturæ atque artificio, soli illi cōtemplationi inhæserunt. Illa occasione, doctrinæ cælestis vox & memoria paulatim labefactata, [illegible]tq; attenuata [illegible], mox prorsus conti[illegible]uit, tr[illegible] [illegible] est Sibyllæ nomen [illegible]. Tandem eò res d[illegible], vt an[illegible] d[illegible] ve[illegible] monstr[illegible], & [illegible]fectio[illegible] c[illegible]m cælest[illegible]um vi[illegible]mque & e[illegible] capti a[illegible]miratione, ex his [illegible] corp[illegible] ou[illegible] [illegible] arbitrio priuato [illegible]rent ac deligerent. *Ægypt*, natura arcanorū [illegible]tatores, mythologi, sup[illegible]stitiosi, [illegible]mel dimoti à Patrū Sanctorum per manus tr[illegible]itis sententiis, & ex[illegible] ab inte[illegible] atque vsu ve[illegible]o pa[illegible] [illegible], religionem [illegible] con[illegible] ment[illegible]s a[illegible] terr[illegible], omnis sacerdotum

cerdotum, retibus vulgi ſuperſtitione effectis & coaceruatis, quibus mox magicæ artes, & præſtigiarum multiplicia ludibria, acceſſerunt. Nec fuit vlla gens amentior & ſtolidior, nulla in Deum cõtumelioſior tetriores idololatriæ ſuperſtitione, quàm Ægyptia: quæ eò dementię progreſſa eſt, vt non tantum ſatana terriculamentis caperetur, & impoſturis; ſed & de terra naſcentibus rebus numina aſſumeret cæco furore, alliaque & cæpas veneraretur, & fœdiſſimas beſtias, ſimias, mures, canes, crocodilos, &c. in honore haberet & precio, tanquam peculiaria numina, has formidaret atque extimeſceret, cõcepta ex occaſionibus leuiſſimis inaniſſima trepidatione, cultuque proſequeretur diuino, & offendi vetaret: ſique offenderentur placaret delinitas ſolennibus ſacrificiorum ritibus. Tandem, cum Apoſtolorum prædicatione explicata ex his furoribus, liberataque faſcino diaboli, & ad veritatis conſpectum cognitionemque eſſet perducta; nõ ita multò poſt, eadem, qua antea, leuitate, Chriſtianæ fidei profeſſione abiecta, in priſtinos furores ſeſe reiecit, & velut canis ad vomitum reuerſa eſt; atque his malis hæſit huc vſque & etiamnum hæret intricata. *Græci*, naturâ arguti, ingenio valentes, facundi, ſed contentioſi, atque amantes, & ſtudioſi, nouarum & argutarum inuentionum, religionem turbarunt diſputationum ſubtilium acumine, & ænigmatum, allegoriarum ſcitè accommodatarum, venuſtarum imaginum ac picturarum ingenioſè excogitatis commentis puram doctrinam obruerunt. His enim figmentis, velut prætenſis nebulis, lux doctrinæ circumfuſa & hebetata ſenſim emarcuit initio, auidè arripientibus imperitis, quæ velut oculis cerni videbantur, paulò poſt extincta prorſus euanuit, relicto inanium fabularum fumo, quem ſolùm gens Græca, ante Apoſtolorum prædicationem, pro veræ doctrinæ luce amplexa eſt ac ſectata. Poſt Apoſtolos, rurſus conſtitutum ab his doctrinæ corpus Græci diſputationum cõtrouerſiis referſerunt & diſcerpſerunt. ſuit enim in primitiua Eccleſia perpetuus quaſi conflictus diſputationum; cum petulantia ingenia, non contenta dogmatibus propagatis inde vſque ab Apoſtolis, alia certamina ex aliis ſubinde commouerent, quibus Eccleſia, ceu procellis impulſa, ruinam fecit tantam, vt pluimis gentibus, tandem Mahometico furore correptis & infectis, auulſiſque à Chriſtiana profeſſione, reliquiæ ægre in vera certaque ſententia Dei adminiculo & ductu ſeſe confirmarint. *Latini*, natura dominationis cupidi atque eminentię, ante & poſt Apoſtolorum tempora religiones ſuas Imperio politico conformarunt. Et hæ quidem fuerunt mundi Sibyllæ. Nec inficior fuiſſe mulieres aliquas eiuſmodi, vt proditum eſt antea, (de quarum nominibus, ſedibus, oraculis multa poſt veteres & recentiores *D. Peucerus*) & qua vi plęraque variis locis fuderint oracula, cũ ex furibundis geſtibus plenis fœdiſſimarũ deformitatum, quos vſurpaſſe memorantur, tum ex ipſis miraculis, quibus annexuerunt ſemper aliqua pertinentia ad confirmationem idololatrię Ethnicę, cuius iudicare promptum eſt. Et de his hactenus.

Sicambri Cæſari Galliæ populi, quos Ptolemæus *συγγάμβρους* vocat, Strabo *σουγάμβρους lib. 4.* Plutarchus *συγάμβρους*, Dio *σευκάμβρους*, obtinuiſſe videntur nomẽ Iunio in ſua Batauia ab hiſce nominibus *Such*, aut *ſich om her*, quibus circumſpiciendum monetur. Marliano videntur olim ibi conſediſſe, vbi nunc eſt Geldriæ ducatus inter Moſam & Rhenum. Ptolemæus ab altera parte Rheni collocat. Certè proximos fuiſſe Rheno, apparet ex his Plinij verbis *lib. 4. cap. 14. Proximi Rheno Iſtæuones, quorũ pars Sicambri.* Sic enim legendum, nõ *Cimbri*. Sidonius

nius etiam ad Maioranum Cæſarem: *Sic ripæ duplicis tumore fracto Detõſus Vachalim bibat Sicamber.* Eſt autem Vachalis oſtium Rheni. Sunt, qui ſedes eorum olim fuiſſe dicunt, quas nunc habent & inſident Montenſes, & Geldri. Alij tribuunt illis comitatum Zuphaniæ. Tandem illos Frãcos vocatos ſcribũt Rhenanus & Hermanus Nuenarius, ſeque in intimam Germaniæ regionem contuliſſe, vbi etiã hodie dicuntur *Franken.* Cõuenit hoc cum his Sigeberti verbis: *Valentinianus Imper. eorum virtute delectatus, eos, qui prius vocati erant Troiani, inde Antenoridæ, poſtea Sicambri, Francos Attica lingua vocauit,* id eſt, *feroces.* Atq; hæc de Sicambris.

Sicani, id eſt, Siculi dicuntur (ſed fabulosè) trahere nomen à Sicano Itali fratre. Feruntur illi genere & origine Hiſpani, qui cùm Latium tenerẽt, pulſi à Liguribus, traiecerunt in Siciliam, eamque inſulam à nomine ſuo dixerunt *Sicaniam*, cùm antea dicta eſſet *Trinacria,* à triquetra figura. In tria enim promontoria excurrit, *Pelorum, Pachynum* & *Lelybeum.* Vnde τρικάνον appellat Lycophron, Pindarus τριλοχῖνα. Poſtea à Siculis Italiæ accolis eſt occupata, *auctore Dionyſio,* qui cum ab Oenotriis, mox à Pelaſgis & Aboriginibus exturbati eſſent Latio, eaque Italiæ parte, quę *Magna Græcia* eſt dicta, traiecerunt in hanc celeberrimam mediterranei maris inſulam, quam Homerus nominat *Cyclopum terram,* σικελίαν Græci nonnulli, θρινακίην Dionyſius Alex. Suidas (modo non vitioſus eſt codex) θρηνακίαν. Sed & Sicania *(vt quidam volunt)* eſt dicta a Sicanis, vel *(vt Euſtathius)* ab Iberorum colonia à Sicano flumine in Siciliam deducta. Pars illa Siciliæ, quæ reſpicit Italiam, *Brutia* eſt dicta à Statio *Syluarum 1.* Tota regio Romanorum horreũ ob frumenti copiam, quod inde ad ſubleuãdum caritatem annonæ aduehi ſolebat. Eſt & Straboni ταμιεῖον τῆς ῥώμης καὶ ἰλλας μεγάλη. Ciceroni *nutrix plebis Romanæ.* Elegantiſſima eius deſcriptio exſtat apud Claudianum *de Raptu Proſerpinæ 1. & 13. Metamorph. Ouidij.* Meminit & eius Lucretius *libr. 1. Silius Italicus 14. inter hiſtoricos Diodorus 6. & 16. Polybius libro 1.* Locorum verò Siciliæ frequens mentio apud Ciceronem in *Verrinis, & apud Thucydidem libro 6.* Huius olim metropolis fuerunt Syracuſæ celebres Archimede Mathematico & ciue. Oriundus & hinc Diodorus Siculus hiſtoricus inſignis. Cumq; olim moris eſſet ſingulos quęſtores in ſingulas prouincias mitti, tamen duos miſſos in Siciliam conſtat: Vnum: qui reſidebat *Lelybæi:* Alterũ, qui *Syracuſis:* Quod duplex ex prouincia eſſet, vetus & noua.

Sicary tit. ff. & C. ad leg. Cornel de ſicariis, latam à Cornelio Sylla Anno ab V. C. 673. a ſicis, ferreis cultris, vel potius gladiis recuruis, ſic à *ſecando* dictis, nomen traxerunt ſuum. Scribit equidem Suidas eſſe σίκας ἐπικάμπῆ ξίφη, ὡς οἱ ῥωμαῖοι καλοῦσι. Ioſephus quoque *Antiquitatum Iudaicarum libro 20.* tradit, eos eſſe latrones vtentes cultellis, qui magnitudine ſimiles erant recuruis Perſarum acinacibus. Itaque gladii erãt breues, & qui facile occultari poterant ſub veſtis ſinu, & proinde apti aliis præter opinionem confodiendis etiam media in turba. Quintilianus tamen teſtatur *libro Inſtitutionum decimo* omnes homicidas, qui telo quocũque cædem commiſerint, abuſiuè ſicarios dic . Quo referenda videtur *l. qui cædem. ff. ad leg. Cornel. de ſicariis & Veneficis.*

Sicel vel *Siclus* Græcis σίκλος & τετράδραχμον Romanis, *ſemuncia*, deſcendit ab Hebræo שקל *Schekel,* quę vox deſcẽdit a שקל *librauit.* Etſi veteres, ſi nominis ſicli diligentem rationem habeas, legiſſe videantur potius שיקל. Erat ille modus & regula ponderum aliorum omnium, pendens viginti ὀβόλους, ſeu *geras, vel hordei grana trecenta octuaginta quatuor,* hoc eſt, *quatuor drachmas.* id eſt mediam vnciam argẽti, ſeu tetradrachmum,

mum, id eſt, quatuor drachmas atticas, vel ſtaterem. Et hoc perſpicuum ex his Ioſephi verbis Antiquitat. Iudaicarum libro tertio, capite 10. τότε πλῆθος ἀθροίσας πάλιν εἰσφορὰν αὐτὸ προσέταξεν εἰσφέρειν σίκλου τὸ ἥμισυ καθ' ἕκαστον. ὁ δὲ σίκλος νόμισμα ἑβραίων ὢν ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας. Eadem Hieronymi ſententia 1. *Commentariorum in Ezechielem*. Neque ab his diſſident Hebræorum Magiſtri. Quo minus Cuiacio aſtipuler, qui *XII. Obſeru. ca. vltimo* duas illi drachmas aſſcribit. Cuiacij ſententia ſiclum communem reſpiciens vera eſt: nam ille geras decem tantùm pendebat, id eſt, quartam partem vnciæ argenti. Siclus diuiditur in aureum & argenteum. Hic iterum duplex, *ſimplex* ſeu *Vulgaris*, *& Sacer* qui ipſis dicebatur שקל הקרש *ſiclus ſanctuarij*, qui aliquanto erat iuſtior & grauior. Quod ad eius monetam attinet, habebat ab vna parte aram cum circumſcriptione שקל ישראל, *Siclus Iſraelis*, ab altera *Aaronis virgam cum circumſcriptione* קד ושירושלים *Ieruſalem ſancta*. His autem picturis ſiue monetis ſignificare voluerunt regnum ſimul & ſacerdotium. Pendebat autem ſiclus aureus duos aureos Hungaricos, qui vulgo ducati appellantur: & quidem ſiclus aureus communis. Sacer autem erat maioris ponderis, circiter nempe trium coronatorũ Gallicorum exempli gratia: aurum cxx. Siclorum, è quo conſtabant duodenæ acerræ ſuffitu plenæ, quas Principes tribuum Iſraeliticarum obtulerunt, facit Vngaricos aureos quadringentos octoginta. (Vnde patet Acerram vnam decem auri ſiclis conſtantem, hoc eſt totidem ſemunciis, hodie facere quadraginta aureos Hungaricos Idem ſtatuendum de æris vel chalybis, vbi ſiclorum nomen adhibetur. Põdus lorícæ ſquammatæ Goliathi dicitur fuiſſe V.M. ſiclorum. Sequitur totidem ſiclos æreos pendiſſe ad rationem æris. Hi conſtituunt mille ducentas quinquagenas vncias, hoc eſt centum quatuor libras Romanas & duas vncias; numularias verò centum quinquaginta ſex & duas vncias, pondere communi ſiclis ad drachmas reductis. Idem iudicium eſt de ſexcentis ſiclis ferri quos pendit haſtile lanceæ eiuſdem gigantis: vt nimirum intelligatur fuiſſe 150. vnciarum, hoc eſt libratum duodecim Romanarum cum dimidia, numulariarum verò 18. cum ſex vnciis. 1. Samuel. 17. 5. 7. Quum refert etiam hiſtoria ſacra pondus mucronis Iſchbi-benob gigantis fuiſſe ccc. ſiclorum æris, intelligendum eſt fuiſſe 75. vnciarum, id eſt, libras Romanas ſex cum quarta libræ parte pendiſſe; numularias verò nouem & tres vncias, pendere ſcilicet communi, ſingulis ſiclis ad duas drachmas redactis.

Sicera, Hebraice שכר deſcendit à שכר inebriatus eſt, aut fuit *temulentus*, omnẽque potum inebriantẽ ſignificat maxime ex fructibus cõfectum, ſicut & hodie Orientales ex dactylis palmarum & aliis liquores exprimunt apprimè ſuaues & delicatos. Notari hoc nomine, quidquid extra vinum ebrietatẽ inducere poteſt, affirmat Hieronymus *lib. de nominibus Hebraicis*. Et Baſilius libello κατὰ μεθυόντων eodẽ nomine intelligit πᾶν τὸ δυνάμενον μέθην ἐκ ποιῆσαι. Itaque Leuitici 10. ait Dominus *Vinũ & ſicerã non bibes tu, & filij tui tecũ, quãdo ingrediemini tabernaculum*. Eſaiæ 24. *In cantico nõ bibent vinũ, amara erit ſicera bibentibus eã*. Et capite 5. *Væ ſurgentibus mane, vt ſiceram ſectentur*. Quibus omnibus in locis diſtinguitur à vino ſicera, potio quippe ex fructibus facta ad æmulationem vini Orientalibus admodum vſitata. Factitiorum huiuſmodi vinorũ (cur enim nõ ita appellem?) apud Ægyptios vſum fuiſſe reſtatur Diodorus Siculus *lib. 1.* apud Babylonios Herodotus. De iiſdem vide & Pliniũ *li. 14. c. 16.* Illud adhuc notãdum, ſemel in ſacris literis poni hanc vocem pro vino mero & non diluto,

vt cùm legitur Numer.28. *In sanctuario fundes fundationem, siceram ipsi Iehouæ.*

Sicilia videtur eruditis (vt mittam quæ in Sicanis sunt dicta) arcessere nomen a *scissendo*. Dicitur enim ante aliquot secula Italiæ fuisse contigua, tandem vi aquarum abrupta. Vnde & Straboni est ἀπόῤῥωξ ἠπείρου. Ista de re in Rhegio plura. Propter fertilitatem cella hęc fuit Romanorum penuaria. Quo spectant illa Ouidij Fastorum 4.

Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor,
Trinacris a positu nomen adepta loci:
Grata domus Cereri, multas ibi possidet vrbes,
In quibus est culto fertilis Enna solo.

Præcipuè hîc facere solebant sacrificia Proserpinæ & Matri Cereri frugum Deabus Proserpinæ quidem per decem dies, cùm essent maturæ messes: Cereri verò, cum semen mitteretur in terram. Ferax vtplurimum fuit insula ista Tyrannorum, inter quo celebris Dionysius ille, qui derisa religione Ioui Olympio magni Ponderis amiculum aureum detraxit, quo eum Tyrannus Hiero ex Carthaginensium manubiis ornauerat, iniecto rursus laneo pallio, quod aptius esse dicebat ad tempus anni vtrumque, æstatem scilicet & hyemem, vt refert, additis aliis eiusdem locis Valerius *libr.1.cap.2.* Siculi reges insigniri solebant diademate, veste purpurea, gemmis distincta, & baculum argenteum tenere manu. Incolæ genus hominum esse dicitur ingenio vafro. Plato miratus est eos & Italos bis in die impleri cibis, id quod ita intelligendum esse vult Muretus, quòd essent rari in Græcia, qui bis in die cibum caperent adusque satietatem. Vnde vtitur Plato in nobili illa Epistola sua verbo ἐμπιμπλᾶσθαι, certumque adeo, apud veteres Græcos non solùm ientacula seu prandia in vsu fuisse, sed etiam cœnas. Palmis agrestibus, citris, arantiis, ficubus & vitibus abundat hæc regio. Virgilius *Musas Sicelides* dixit propter Theocritum *Ecloga 4.* *Siculæ mensæ* prouerbio locum dederunt propter lautitias. *Siculum naufragium* atrocem illum casum designat, quem sunt perpessi Romani decimo anno belli Punici. M. Æmilio & Fuluio Coss. qui inter Canis & Orionis signa importuosam Siciliç orã legentes subita tempestate 384. naues amiserunt. *Siculum mare*, quo alluitur Sicilia, idque olim infectum Pœnorum & Romanorum sanguine certantium de imperio. Primus autē de Pœnis prælio nauali victis Cn. Duilius triũphanit, quem redeuntem à cœna cereo funali & tibicine delectatum scribit Cicero *in Catone Maiore.* Postremus C. Luctatius memorabili apud Ægeates parta victoria. Vide Polybium *li. Hist. 4.*

Sicyon vrbs Peloponnensi Ptolemęo, Suidæ etiam Hellas, τελχινία & μήκων Stephano, antea αἰγιάλεια & ἰωνία dicta, *vt scribit Strabo lib.8.* nomen hoc suũ deriuare dicitur à rege Sicyone, qui eam condiderit Abrahami tempore. Ita vt omnium Græciæ vrbium vetustissima dicatur.

Sidera, quæ insidunt, *iuxta Varronem.* Præter errones enim siue Planetas, sunt quas stellas dicimus fixas, quòd sint firmamento infixæ. Græcè dicuntur ἄστρα. Etymon siderum obliquè probat Etymologicon Magnũ scribens hoc modo: ἀστήρ· ἵστημι, στήσω, στὴρ, καὶ ἀστὴρ· ὁ μὴ ἱστάμενος παρὰ τὸ ἄστατον ἔχειν δρόμον. κυρίως ἐπὶ τῶν πλανητῶν λέγεται ὁ μὴ στάσιμ ἔχων, ἀστάτηρ, καὶ ἀστήρ. καταχρηστικῶς δὲ ἐπὶ τῶν ἀπλανῶν· ἀστὴρ, *qui non stat, quòd instabilem cursum habeat.* Propriè dicitur de Planetis, impropriè & abusiuè de nõ errantibus seu fixis, quæ verè stant & firmamento insidunt. Vtque aliquid mutuemur ex astrologia, sciẽdum sidus propriè esse signum ex multis compositũ stellis, qualis aries, taurus, cygnus, Andromeda, corona. Atqui stella est singularis. Sic Græcis ἀστὴρ est *stella*, ἄστρον verò *signum coactum siue formatum ex multis stellis.* Nihilominus aliquando pro stella

pro stella poni animaduertas, quo pacto posuit hoc loco Varro, & Cicero, cùm siderum errores dicit. Quintilianus quoque: *Quid hæc fulgentium siderum veneranda facies, quæ velut infixa ac cohærentia perpetua semel capta luce collucent, alia toto sparsa cœlo vagos cursus certis emetiuntur erroribus.* Sed ea significatione (vt nemo non videt) effertur pluraliter, vox ista vt plurimùm.

Sideratio morbus partem aliquam corporis, homine adhuc viuente, percutiens & enecans, aliquando corpus totum corripiens, à sidere deriuat nomen, quod homines tales sint velut sidere percussi. Vnde ἀϛροβλῆτες dicuntur Græcis, malum ipsum ἀϛροβολισμὸς καὶ ἀϛροβολησία, quo nomine vsus est Theophrastus de causs. *libro quinto, cap. 11.* sicut verbo ἀϛροβολεῖσθαι, id est, *siderari* vel *sidere* percuti eiusdem *lib. cap. 10.* Verùm ille, & propriè quidem, ad plantas arescentes vitium hoc refert, quæ cum arboribus elanguescunt sæpenumero etiam æstate media *vi* & calore solis in canicula versâtis. Hinc ἀϛρόβλητα δένδρα arbores arescêtes nimio canis ardore Aristoteli libro περὶ πνεύματος καὶ γήρως, vbi inquit: τοῦ θέρους ἰσχυρὰ συμβαίνει καύματα, καὶ μὴ δύναται τὸ ϖρόμενον ἐκ τῆς γῆς ὑγρὸν καταψύχειν, φθείρεται μαραινόμενον τὸ θερμὸν, καὶ λέγεται σφακελίζειν, καὶ ἀϛρόβλητα γίνεσθαι τὰ δένδρα. Quod autem & astri nomine sol veniat, indicat illud [illegible] θέρους δὲ τίγξη πλεύμονας οἴνῳ, τὸ γὰρ ἄϛρον περιτέλλεται.

Siderites lapis aut Magnes, de quo alias, ἀπὸ τοῦ σιδήρου, id est, *ferro*, quod imitatur colore & ex cuius venis eruitur, nomen arcessit. Terræ gleba, ad quã adhærescit particula ferri, γῆ σιδηρῖτις est Græcis. Eodem modo dicitur γῆ χρυσῖτις, ἀργυρῖτις, χαλκῖτις, μολυβδῖτις.

Sidon vrbs Palæstinæ maritima apud Ptolemæum & alios trans Libanu metropolis quondam celeberrima, & ducentis stadiis à Tyro semota, in qua vitriariæ officinæ quondam plurimæ fuerunt, arenis Beli amnis eo transuectis, quibus fusis tersissimum vitrum conflabatur, viginti etiam & duo stadia ferè in ambitu complectẽs, nomen suum deducere videtur à צוד *venatus est*: Vnde *Venatricem* interpretantur. Celebris enim nauigationibus fuit, magna inde potentia ac opibus paulatim comparatis. Sunt & ex ipsa multæ in alias orbis terrarum partes coloniæ deductæ & vrbes à ciuibus conditæ, *Tyrus* in *Syria*, *Vtica in* Africa, item *Hippone* & *Leptis*, *Thebæ* in Bœotia duce Cadmo, & Cades in extrema terrarum parte. Ex his oris profecta Dido & ad Africæ littus applicans condidit Carthadam, id est, vrbem nouam lingua Phœnicum, quam postea Carthaginem dixerunt æmulam tandem imperij Romani. Hãc eius originem proditam quoque inuenies à Virgilio *Æneid. 1.* Iustinus tamen vrbẽ hãc appellatam scribit à piscium vbertate, quos eius conditores Phœnices nominant sidones. Atq; illi suum præbet suffragium Isidorus. In huius vrbis & Tyri fines venisse Dominum Christum testatur Matthæus *cap. 14.* Iuxta Sidonem sita fuit Sarepta, cuius incola & ciuis memoratur vidua illa, ad quam Heliam Prophetam venisse meminit Christus *Lucæ 4.* Homerus prædicat *Iliad. 4.* Sidonios non solùm Astronomiæ & Arithmeticæ magistros, verùm etiam aliarum artium multarum. Imò, si Posidonio credimus *(inquit Strabo)* antiquum de atomis dogma est *Moschi* hominis Sidonij, qui ante Troiani belli tempora vixit. Pergit deinde: *Nostra ætate Sidon Philosophos nobiles tulit: Boethũ quo nos in Aristotelea Philosophia commentanda socio vsi sumus, & Diodorum eius fratrem.*

* *Sidonis* pater Canaan, à quo Sidonij, à Sidoniis Tyrij & omnes Phœnices: Genes. 10. 15. At Iustinus ex Trogo Sidonẽ vocatã scribit, ab vbertate pisciũ, quod (vt ait) Phœnicibus *Sidon* piscis

dicatur. Planè verum est, piscatum eo verbo designari: sed falsum, eam esse causam nominis Sidonis. Philo Bybliē- sis dicit Canaan, quem vocat Χνᾶν primùm cognominatum fuisse Phœnicē, seu secundum censuales sidoniorum פינחס *Pinchas* vel *Pinches*. A Sidone igitur Cenahanis filio, Nohæ pronepote, orti sūt Sidonij, & Sidonis vrbis etymō à Sidone conditore & gentis autore petendum videtur.

Sigeū, σίγειον, Ptolemæo Troadis promontorium, è regione insulæ, quam *Tenedon* dicunt, olim Achiuorū portus, tumulis quoque Achillis, Patrocli & Antilochi ibi constitutis, deriuat nomen παρὰ τὸ σιγᾶν, id est, *tacendo*.

Sigaleon Deus ἀπὸ τοῦ σιγᾶν, i.e. *tacendo* nomen deriuat καὶ λεὼς attice, i. *populo*. Symbolū fuit ergo silentij, sicut & *Angerona*, obligato & obsignato apud Romanos ore, vt silēdū innueret, in cuius numinis tutela vrbs esset Roma, ne fortè Tutelares Dij sacris quibusdā auocarentur. Quocirca neci datū cōstat Valeriū Serranū, quòd hoc arcanum ausus fuisset propalare, rectéque dixit Plinius de Roma loquēs: *Cuius nomen alterū dicere, arcanis ceremoniarū nefas habetur.* Talis & Harpocrates Ægypti Deus, quem Ouidius in Metamorphoseō libris circūscripsit hoc versu: *Quiq; premit vocem digitoq; silentia suadet.* Apuleius nominat eū puerū piceū ab Ægyptiorū colore. Auctor tamen Tertullianus in Apologetico, hūc cū Serapide & Iside eliminatū Italia L. Pisone & Gabinio Coss. Nō mirū, si cōmunis illi relegatio fuerit vel exsiliū cū his duobus cū in omnibus eorum templis semper exstiterit simulacrum digito labris impresso Harpocrati dicatum, quod multi ita interpretantur, vt innueret tacendum esse, mortales itidem illos fuisse. Sigaleonis nostri meminit Ausonius, cùm inquit: *Aut tua Sigaleon Aegyptias oscula signet.*

Silatū pro eo quod nūc *ientaculū* dicimus accipiebāt antiqui, quia ieiuni vinū sili conditum ante meridiem absorbebāt, *vt scribit Festus*. Est autem sili herba quæ alio nomine *seseli* vocant, cuius radice vel semine cōdiebāt, quod ante meridiem sumebāt, estq; σίλι τὸ σέσελι apud Hippocratē, *vt scribit Galenus*. Pandectarius ita: *Sili, i. siler, vel seseli & siseli.*

Silenus Dionysij pedagogus ac institutor habetur, quiq; illi plurimū ad virtutē & rerū bellicarū gloriā profuit, *teste Dionysio li. 5* Silenos vero prouectioris ætatis Satyros dici affirmat Pausanias, quos ebrios vt plurimum fingunt. Vnde *iacente* fingit Virgilius *& venas inflatum hesterno vino.* Phurnutus vult eos nomen habere ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν, quod est *proscindere conuitiis.* Quare Sillorum libri dicti, Timonis libri, quibus vt Scepticus, Dogmaticos omnes maledictis proscindebat. Sed Aristophanis interpres à voce σίνος, quæ *penem* significat deducit. Lucianus quoq; in Deorū cōcione cum his verbis describit: ὁ δὲ φαλακρὸς γέρων, σιμὸς τὴν ῥῖνα, ἐπὶ ὄνου κατὰ πολλὰ ὀχούμενος. Apud Platonē Alcibiadis Sileni nihil sunt, nisi sectiles imagunculæ ita cōcinnatæ, vt diduci & explicari possent: At clausæ ridiculam tibicinis speciem ostentabant: Apertæ venerabile numen exserebant. Itaq; his comparat Socratem Alcibiades, quod longè alius intrinsecus esset, quam extrinsecus videri queat.

Sileo, idem quod taceo, inuentum est verbū ab S. vel St. silentij nota. Hinc in ludis literariis sibilādo eā pronuntiant pueri, si quādo silentiū volunt indictū.

Silex lapidis genus, nomen suum inde creditur deducere, quòd ignē in se habeat silentem, vnde Pyrodes Cilicis filius fertur primis omniū ignē excussisse.

Silicernium, *iuxta Donatū*, cœna quę infertur Diis manibus, nomen habet, vel quòd silētes eā cernāt vmbrę, vel quòd, qui inferūt, cernant, sed nō degustent. Quisquis enim de iis edisset, quę Inferis libabantur, funestabatur. Nonius dicit fuisse cōuiuium, quod senibus exhiberi

solebat,

solebat, quod cum silentio edétes cernerentur vel propter defuncti memoriam, vel quòd cogitarent se mox illum subsecuturos. Quapropter discedentes à conuiuio, veluti se amplius non visuri, mutuò se salutabant. Varro: *Funus exsecuti lautè ad sepulcrum antiquo more silicernium confecimus*, id est, *cōuiuium, in quo pransi discedentes dicimus alij aliis, Vale.* Festus scribit *Silicernium fuisse genus farciminis, quo familia in luctu purgabatur à fletu, sic dictum, quòd, cuius nomine instituebatur, is iam silicem cerneret.* Cæcilius: *Credidi me silicernium eius esse esurum.* Terentius vocat quoque silicernium *senem decrepitum, id est, dignum vel cui silicernium fiat, vel qui ad silicernium vocetur.* Donatus verò dicit *silicernium esse senem, qui iā iamque silentibus & vmbris sit cernendus:* Nec putat *silicernium dici senem, quasi qui silice cernendo sit incuruus.* At Placiades id probat deducens inde silicernij vocabulum, probatque hoc etymon Beroaldus *in suis ad Apuleium commentariis.* Græci vocabant talem funebrem cœnam περίδειπνον.

Silo ciuitas & domus Domini in tribu Ephraim nomē habet שלח *misit*, vel (quod mihi inprimis placet) à שלו *fortunatus fuit*, securè vixit. Sæpe eius fit mentio in literis sacris: Maxime vero *Iud. 21.* vbi describitur eius situs. Habuit olim arcam & tabernaculū Dei, sactificiis eodē loco omnipotēti Deo oblatis.

Silli σίλλοι, qui nihil aliud quàm scommata sunt, παρὰ τὸ τίλλειν originem trahit, quod *illudere*, aut *dicteria iacere* significat, mutata litera τ in σ. Dixit enim Anacreon τίλλατε κυάμους ἀσιδιῶτας, id est, σκῶπτε καὶ χλευάζε. Significatur eodē nomine cauillatoriū & irrisoriū poema, sic dictū παρὰ τὸ διασύρειν τοὺς ἴλλους καὶ διασυρεῖν τῷ σχήματι τῶν ὀφθαλμῶν. ἴλλοι γὰρ λέγονται οἱ ὀφθαλμοὶ. καὶ σιλλαίνειν, τὸ στραβίζειν, id est, *à discutiendo oculos aut obtrectando certa quadam oculorum distractione.* Sunt enim ἴλλοι *oculi*, estque σιλλαίνειν torvū videre vel *irridendo oculos agitare.*

Silones dicti Romanis, qui eminentibus erant superciliis, à Sileno, qui hirsutis superciliis pingebatur. Ita Nonius qui vnà subiicit hęc Varronis ἐκ τοῦ γνῶθι σεαυτόν: Nonne non vnum scribunt esse grandibus superciliis silonem qua dratum, quod Silenus hirsutis superciliis fingeretur.

Siluij sunt appellati reges Albani, *vt scribit Festus*, à Lauiniæ filio, quem post excessum Æneæ grauida relicta timens periculum, & suæ vitæ, & eius quem vtero gerebat, in syluis enixa est, qui restitutus in regnum est post mortem Ascanij prælatus Iulo fratris filio, cùm inter eos de regno ambigeretur. Hæc Festus, vt in recens editis & castigatissimis eius exemplaribus legis. Malim tamen legere *Syluij* & *Syluis*, cum certum sit, ἀπὸ τῆς ὕλης syluæ originē esse, *vt suo dicetur loco.* Atqui in syluis nati, sunt *Syluij*.

Simalio Terentianus seruus ἀπὸ τοῦ σιμοῦ, id est, *presso naso* nominis etymon trahit, vt & senex *Simo*. Seruius exponit pressis naribus hominem, qui ἄχαρις dicitur Polluci, σιμοπρόσωπος Platoni.

Simei vel *Schimhi* filius Gerar, qui Dauidi maledixit infamemque significat, id est, *eum qui malè audit*, originationem nominis habet à שמע *audiuit*. Hinc שמע & שמועה *rumor.*

Simia à simis & pressis naribus videtur Isidoro nomen habere, quod equidem malim, quàm a similitudine nomē deductum, qua hominem refert. Galenus scribit *de vsu partium lib. 1.* simiarum ridiculæ animę ridiculum corpus esse tributum, ridiculè hominē imitari quis nescit. Impudentem & turpem hominē per eam significare volebant veteres, cùm nates depilatas assiduè ostentando improbum exhibeat spectaculum. Vnde Lycophron Thersitem πιθηκόμορφον appellat. Sed & hominem nihili ac nequam *simiam* dicebāt. Quare Demosthenes Æschinem pessimum ciuem *tragicam* nominauit *simiā*. Proditū & ...

si leo febri laborans deuoret simiam, libetari eú à febri. Atq; hęc de illa paucis.

Simon & *Simeon audientem* significantes, deducuntur ab eadem radice שמע. Traditur hoc nomen gratum esse Delphinis sicut Hannonis elephantis. Scribit enim Plinius *Delphini rostrum simum esse: Qua de caussa*, inquit, *nomen Simonis miro modo agnoscunt, malúntque ita appellari*. Appellatus & eo nomine, Simó Magus, qui spiritus sancti donum emere voluit, vt signorum venditione lucrum faceret, *vt est in Actis Apostolorum*. Hinc Simonia peccatum eiuscemodi, de quo multa in Canonico iure. Sitne ea licita iure ciuili, disputat Bartolus *l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambitu, & l. iste autem. ff. de hered. instit.* Fuit & Maccabęus Simon frater Iudę Maccabęi, cuius ductu repulsi Tryphon & Antiochus Gryphus, omnibusque locis Syriacorum pręsidiorum reliquię sunt eiectę, & liberata à peregrinis gentibus Iudęa. Cognatum Simoni est nomē Simonidis Lyrici Poëtę apud Gręcos, quem in commouendā miseratione οὐ μεγαλοπρεπῶς ἀλλὰ παθητικῶς etiam Pindaro pręfert Dionysius. Atque hanc virtutem ipsi quoque à Quintil. tributam video.

* *Simplex* propriè dicitur, quod compositum ex diuersis non est: & quo quid minus est compositum, eo etiam simplicius est & appellatur. Sic certè nullius planè rei essentia, atque natura, propriè simplex, pręter Deum, dici potest: cùm omnia constent ex actu saltem, & potentia; esse, & essentia. Comparatiuè tamen alię dicuntur simplices substantię, alię compositę. Angeli & animę nostrę simplices sunt substantię respectu elementorum: Elementa, comparatione eorum quę ex elementis sunt, composita. Hinc verò per metaphoram fit, vt tum rudes, & qui peritiā rerum, bonísque artibus sunt ornati, sicut infantes & pueri; tum etiam sinceri, qui neq; animum nec cor habēt ex diuersis propositis, ceu variis coloribus, compositum, sed candidum, neque aliud in ore, & aliud in corde gerunt, sed sine hypocrisi, sua agunt omnia; ij simplices appellentur. Ita metaphorica simplicitas duplex est: Vna, quæ laudem non meretur, vti est fatuitas potius & imperitia multorū. Altera, quæ virtus est magna, atque laude digna. Qui priore modo simplex est ab Hebræis *Pethi* (vnde fortasse Gallis *Petit*, & *hōme de petit sens*) plærumque vocatur, præsertim in Salomonis Prouerbiis. In plurali *Pethaim* vel *Pethajim*, id est, rudes, imperiti retū, qui se decipi facilè sinunt, qui verborū blanditiis inescati capiuntur. Nonnumquam tamen hæc vox in bonum accipitur, præsertim quum hæc vox mundi sapiētibus, hominibus duplicibus, quos vocant; opponitur. Et metaphora illa Simplicis & duplicis à vestibus ducta est admodum elegans. Qui posteriore modo, ij vocantur *Thamim*, qualis fuit iussus esse Abraham, & revera fuit corā Deo. Græci simplicem Ἁπλόον, & per contractionem ἁπλοῦν (cui διπλοῦς opponitur) dixère, duplici sensu, proprio & metaphorico, vt aliis populis & linguis ante & post euenit. Vestes enim, cortices, homines simplices & duplices, illa duplici, propria nempe & metaphorica significatione dicimus. Et Græcis ἁπλοῖ, non tantum simplices, candidi, aperti, non inuoluti, non fucati; sed etiam aliquando mente carentes, stulti, fatui vt Hebræis *Pethaim*) dicuntur: vt Isocrat. ad Nicoclem, ἁπλοῦν δὲ ἡγοῦνται τοὺς νοῦν οὐκ ἔχοντας.

Simpulum siue simpuuium vas paruū, nec cyatho dissimile, quo libabatur in sacrificiis vinum, *iuxta Varronem 4. de lingua Latina*, à sumendo est dictum. Ab eo *simpulatrices* dictæ mulieres, quæ deditæ erant sacrificiis. Scaliger vult esse diminutiuum à sympone descendente à Græco σίφων.

Simpulum, à Sumendo, id est bibēdo, inquit magnus Scaliger, coniectaneis in varronem. *Vnde sumus pote, putem*: id est vnde

vnde bibi potest. Cicero, *si sumpseris meracius*: id est, biberit. Apud eundem, *fluctus in simpulo* excitare, πομφολυγεῖν. prouerbiũ. Est autẽ Syriacũ. Nã vt ab *Abub*, *Ambub*, αὐλός, ambubaiarum collegia: à copher, Camphora: à Sadon, Sindon: à Sabeca (quod est apud Bariclem) Sambuca: sic à Sephel (Hebr. ספל, Iudic. 5. 25.) sempel, & inde simpulum fecerunt. Scio ego me dicere hoc cum magno ꝑdio eorum qui non solùm literas Hebraicas & Syriacas ignorant, verum etiam oderunt. At tam mihi facile est eos cõtemnere, quam ipsis procliue est eas odisse. Hæc ille.

Simri rex Israel 1. *Reg.* 16. significans cantorem deriuatur à זמר *cecinit*. Hinc מזמור *Mizmor*, *carmen aut Psalmus*, in Plurali זמירות *Psalmi*.

Simulacrum, à similitudine dictũ vult Isidorus, eo quod manu artificis ex lapide aliàue materia factum eius vultum imitetur, in cuius honorem est fictum: Vel quod simulatum sit, hoc est, falsum. Vsum simulacrorum ex desiderio mortuorum ortum vult idem, cum iis effigies & imagines constituerent Iudæi dicunt primum Ismaelem simulacrum formasse ex luto, Ethnici Prometheum. Sed apud Græcos Cæcropem, sub quo Athenis oliua in arce est orta, & vrbs à Minerua appellationẽ sortita inductis simulacris aras erexisse & victimas immolasse iidem volunt. His se dæmon insinuans reddidit sua sæpe oracula. Sed ea auersati sunt Persæ, nec primis trecẽtis annis habuerũt in templis Romani.

Sina mons Arabiæ Petrææ; primum Mosis per angelum vocatione in flammeo rubi incendio, mox & legis diuinæ eodem in monte datæ stupenda reuelatione nobilitatus à spinis & dumis nomen accepit. Quippe סנה Hebræis *rubus*. Etymologicum magnum probabiliter quidem, sed falsò tamen deducit ab ἰς ἴνος, ὅτι ἐκεῖ ἐδόθη ἡ τοῦ νόμου δύναμις. Iuxta hunc mõtem est mons Choreb, quem Hieronymus eundem cum Sina facit, loco deserto & sicco. Nam חרב tantundem ac *exsiccatus*, & חרב *siccitas*, à verbo חרב. Sunt qui vnam montis huius summitatem *Choreb* appellant, alteram *Sinai*. Non procul ab hoc loco petra illa, qua percussa sitienti populo vndas elicuit Moses. Petra illa erat Christus, de cuius sanguine patres nobiscum fide, & nos hodie cũ patribus bibimus, certi per sanguinem ipsius redemtionem nobis & remissionem peccatorum omnium obtigisse.

Sinapi Græcè σίνηπι dictum παρὰ τὸ σίνεσθαι τοὺς ὦπας, quòd noceat visui, sicut testantur medici. Imò σίνος, τὸ βλάβος. *Etymol.*

Sinapismus veteribus nihil erat aliud, *teste Aetio lib.3.cap.191.* quàm cataplasma ex sinapi formatum, cuius semen contritum caricarum diluto permiscebãt. *Rubificans* hodie emplastrum vocant, vtunturque nonnunquam cum fructu in capitis dolore, hemicrania, morbò comitiali, vertigine & insania. Thoraci admouetur in orthopnœa, asthmate, & tussi diuturna.

Sinopis vel Sinopica rubrica est appellata, ꝙ in quibusdã Cappadociæ spelũcis, *teste Dioscoride*, effossa purgataque Sinopen Ponti vrbẽ feratur, ac ibi vendatur.

Sirius stella prægrandis & lucida in fronte canis, cuius exortu accenduntur vapores solis, fluctuant in cellis vina, mouentur stagna, canes in rabiem agũtur, corpora mortalium vt plurimum pestibus iactantur, secundum Aratum nomen trahit παρὰ τὸ σειρᾶν, quod nobis *arefacere & exsiccare* significat. Sic Pollux recẽset cum τοῖς κατα-ψυχομένοις inter exsiccantia. Quidam deriuant παρὰ τὴν ζέσιν à feruore: Hinc ζέριος καὶ σείριος: Alij παρὰ τὸ σειρίζειν, τὸ ἐκκενοῦν, id est, *euacuando*: ἢ παρὰ τὸ σεσηρέναι, ὅτι τοὺς κύνας διαστσηρέναι καὶ χάσκειν ποιεῖ, quòd hiatus causa sit canibus atque ita per æstum in rabiem agantur, aut παρὰ τὸ σείεσθαι καὶ πάλλεσθαι, à vibrando. Oritur autem circa Cal. Iulij.

Sirenes, quas Acheloi fluminis Ætoliam ab Acarnania disterminantis filias & Terpsichores fingunt Poëtæ, suique adeo cantus dulcedine prçternauigantes demulcere, & allicitos ad se in profundissimum inducere somnum, inde sopitos deiicere in mare, necare & deuorare, trahere dicuntur appellationem ἀπὸ τοῦ σύρειν, dicendo, ι. litera prçposita, in quo etymo acquiescere malim, quàm in altero ἀπὸ τοῦ εἴρειν, quod est *trahere*, deducto, agnita diphthongo ει, in σείρειν sicut in εἴρειν. Hinc σειρήναιον μέλος, Sirenum cantus. Et Homerus. Odyss. ν.

ἀλλά τε σειρῆνες λιγυρῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ,
ἥμεναι ἐν λειμῶνι, πολὺς δ᾽ ἀμφ᾽ ὀστεόφιν θὶς
ἀνδρῶν πυθομένων, περὶ δὲ ῥινοὶ μινύθουσι.

Tribuit eisdem & Orpheus in Argonauticis λιγυρὴν ὄπα. Apollonio quoque *lib. 4.* dicuntur λίγειαι σειρῆνες θέλγουσαι μολπῇς· Confictum hoc, quòd per eas intelligerent voluptates illaqueantes & pertrahentes ad se homines, aut potius meretrices blanditiis suis & illecebris primum allicientes mortales, inde eos deturbantes in profundá perditionis voraginem. Horatius per eas accepit desidiam, cùm inquit: *Vitanda est improba Siren Desidia.* Sunt qui eas interpretãtur adulatorum voces, qua peste nulla suauior nec sceleratior. Abripit enim in prçceps, perdit, & excœcat ambitiosos seu principes, seu homines priuatos, quando pressi velut profundo somno discernere nequeunt vera à falsis. Pausanias in Atticis poëmatum & orationum illecebram Sirenem appellari solere scribit his verbis: εἰώθασι δὲ καὶ νῦν ἔτι ποιημάτων καὶ λόγων τὸ ἐπαγωγὸν Σειρῆνι εἰκάζειν. Et vt paululũ adhuc ex fabulis addam monstra hçc: (*sic enim appellat Naso*) tria numero, *Parthenope, Leucosia, & Ligia*, quarum prima vtebatur voce, altera cithara, tertia tibiis, habuisse feruntur vultus virgineos, & vocem humanam: Reliquum verò corpus in volucrem desinebat. In comitũ Proserpinæ fuisse numero scribit Ouidius *Metamorph. 5.* vbi eisdem pennas tribuit à Diis concessas, vt etiam in aquis quçrere possent Proserpinam. Sed hæ euulsæ tandem sunt à Musis, cùm ausæ fuissent cantu contendere cum illis impulsu Iunonis. Qua ex re *Apteram* appellatam ciuitatem in Creta, apud Stephanum legas. Quo pacto Vlysses, ne caperetur illarum cãtibus, cera obstruxerit aures, ab Homero proditum inuenies Xenophon existimat *Apomn. 2.* in ipsarum carminibus vim quandá fuisse retinendorum hominum, quòd scirent, quibus cantibus vnusquisque delectaretur. Quapropter hac eũ aggressi sunt cantilena: δεῦρ᾽ ἄγε δὴ πολύαιν᾽ ὀδυσσεῦ. Quin imo Athenæus scribit *lib. 1.* cecinisse ea Vlyssi, quç ad eius ambitionem & rerum multarum studium erant accommodata. Verba eius sunt: καὶ αἱ Σειρῆνες δὲ ᾄδουσι τῷ ὀδυσσεῖ τὰ μάλιστα αὐτὸν τέρψοντα, καὶ τὰ οἰκεῖα τῇ φιλοτιμίᾳ αὐτοῦ καὶ πολυμαθίᾳ λέγουσαι. Periculi itaque res erat plena patulas ad cantus earum aures habere. Quaproter scribit Apollonius 4. *Argonaut.* Orphea citharç cantu auertisse vocem Sirenum, ne audiretur ab Argonautis, Sed desino fabulari: Etsi hçc à me quoque illata nó pudeat, cùm faciant ad intelligenda obscuriora quædam Poëtarum loca.

Sistrum instrumentum Ægyptium, παρὰ τὸ σείεσθαι, id est, *agitando & quatiẽdo* nomen accepit, *teste in Iside sua Plutarcho.* Cum illud concutiebatur, tinnitus reddebat prorsus argutos, parte sui superiore rotundum cœlatumque, in cuius summç apsidis vertice felis erat vultus. Tota eius species oualis fuit & in ora manubriata vndique tintinnabula habens. Lucanus meminit huius lib. 10. his verbis: *Terruit illa suo, si fas, capitolia sistro.* Vtebantur enim eo in Isidis sacris. *Multisonum* nominauit Papinius.

Sisyphus pater Vlyssis ex Autolyca Laertç desponsata, ipsemet filius Aeoli, & inter

& interfectus à Theseo propter latrocinia, quibus infestatur Isthmium, apud inferos perperuo nixu saxum volutans & promouens ad montis cacumen, semper tamen ab eo delabens, nomen arcessere creditur ἀπὸ τοῦ σοῦ Laconicè, id est, *Deo*, καὶ τοῦ σοφοῦ *sapiente*. Inde fit σίσυφος καὶ σίσυφος,

Siticines olim propriè appellatos, qui apud sitos canere soliti essent, hoc est, vita functos atque sepultos prodit Agellius, *libr. 20. cap. 2.* eosque proprium habuisse genus tubæ, qua canerent, à ceterorum tubicinum proprietate diuersum. Hinc Nonius: *Siticines*: vt *liticines à lituo*, vt *tubicines à tuba*, ita *siticines*, qui *apud funeratos & sepultos*, hoc est, iam sitos canere soliti erant, honoris caussa, cantus lamentabiles.

Siticomia nomen Magistratus, qui annonam curabat, & cuius fit mentio, *l. munerum. ff. de Muner. & honor.* appellationis originem trahit ἀπὸ τοῦ σίτου *frumēto*, & κομέειν *curādo*. Hinc σιτωνία *munus emēdi frumēti*, σιτώνης *eiusdē curator.*

Situla dicta videtur Isidoro, quòd sitientibus sit apta ad bibendum. Addit κάδδον appellari à Græcis, vel potius κάδον, vnde diminutiuum κάδισκος. Est autem propriè κάδος, σκεῦός τι ἢ ἀγγεῖον χωρῆ τικὸν iuxta Etymologicum magnum, καὶ καδίσκοι ὑδρίαι χαλκαῖ, εἰς ἃς καθίεντο αἱ ψῆφοι τῶν δικῶν. Ita Aristophanis interpres in Auibus dicit τοὺς κάδους esse ἀμφορικοὺς, εἰς οὓς τὰς ψήφους καθίεσαν. Duplex erat hęc sitella vel vrna: Vna θανάτου siue καταδικαζομένων, quam κύριον appellabant: altera ἐλέου, siue ἀπολλυόντων, quam ἄκυρον dicebāt. Budæus in *commentariis* κάδισκον exponit sitellam, eaque Nonno situla est, quæ demittitur in puteum.

Situs, squallor, à desinendo arcessit nomen, quòd negligentià deserantur res & reddantur incultæ.

Sminthеus Appellatus Apollo, ὅτι ζέων θεῖ. quod *feruens currat*. Idem enim habetur cum sole, *vt adnotat Macrobius Saturn. 1. cap. 17.* Vel potius ab eius nominis loco in Troade, vbi exstitit huius Apollinis templum, cum simulacro murem premere pedibus. Meminit τοῦ σμινθέος Hom. Il. α Vbi Eustathius etiam ἀπὸ τῶν σμινθῶν, deriuat, ὃ δηλοῖ τοὺς μῦας, id est, *mures*, quorum maximus fuit apud eius templum prouentus.

Sobrini dicuntur, qui ex fratribus patruelibus aut consobrinis, aut amitinis propagantur, *l. 3. ff. de gradibus.*

Sobrius dici videtur Grammaticis, & maximè Donato, *Andr. Act. 4 Sc. 4. vers. 39.* vbi ait Terentius: *Tu Pol homo non es sobrius*, id est, sanæ mentis, quasi *sebrius*, hoc est ab ebrio separatus.

Soccus. Isidorus vult appellatos soccos, quòd soccum habeant, quem pars plantæ attingit. Calceorum autem species sunt Comicis vsitatæ, sicut tragicis cothurni. Allusit Apuleius *Metamorph. 10.* his verbis: *Iam ergo, lector optime, scito te tragœdiam non fabulam legere, & à socco ad cothurnum ascendere.* Græci hos calceos fere ἐμβάτας dixere, *teste Polluce*, *Clauatos soccos* appellat Isidorus inde, quòd minutis clauis, id est, acutis soleæ annectantur caligis. In comœdiis, inquam, vti hoc genere calceamenti mos fuit. Quapropter gestare vitio datum priuatis, & vna principi Caio in alienū cultum demigranti. Vnde Seneca *de Benef. 2. c. 12. Qui excusant eum, negant id insolentiæ caussa factum: Aiunt socculum auratum imo aureum margaritis distinctum ostendere eum voluisse.* Parum virile forte calceamentum fuit, quod scribat Suetonius in Vitellio, *petiisse ipsum à Messalina, vt pedes sibi præberet excalceādos, detractumque socculum dextrum inter togam tunicasque gestauit assiduè.*

Sodales sunt dicti Festo, quòd vna sederent, vel quòd ex suo dapibus vesci soliti sint, vel quòd inter se inuicem suaderēt, quod vtile esset. Gaius *l. 4. ff. de Colleg.* appellat, sodales, *qui sunt eiusdem Collegij*, quam Græci ἑταιρίαν vocant. Eadem significatio tribuitur illis in Ta-

bul XII. vbi lex potestatem facit ineundi inter se priuatas pactiones, modo nihil corrumperent ex publica lege. Neque enim violari potest ius publicum priuatorum pactis. *l.38.ff.de pactis.* Fuerunt & Titij Sodales collegæ, vt alias dictum. Itaque à collegiis suis etiam cooptabantur, *vt Salij, Luperci, fratres aruales, & sacerdotes Galli.* A sodalibus, sodalitio est nomen, idem sodalitati, quæ vox ad hilaritatem, siue eos, qui eã exercent in suo conuentu, referri solet, estque eiuscemodi illa nominis Iesu sodalitas ex plerisque ciuibus lautioris fortunæ passim cõflata, qui quotannis non solùm conuiuantur vnà, sed etiam eleemosynas diuidunt egenis.

Sol, fons cælestis lucis, dux & princeps, luminum reliquorum moderator, mundi mens, cor cæli, temperatio mũdi, auctor fœcunditatis terrenæ, *iuxta Macrobium*, Iouis oculus antiquitati. Deo siue τῷ ἀγαθῷ apud Platonem simillimus, filius eiusdẽ & imago Mercurio, profanis gentibus Deus, Theologis trinitatis symbolum, imo Christi Domini, qui sol iustitiæ dicitur & in sole posuisse tabernaculum suum, nomen accepit, quòd sit solus & vnus in mundo. Vt sapienter Alexander Magnus responderit Dario amicitiam eius petenti, *mundum duos soles non ferre*, hoc est, *nõ capere terram duo summa regna aut summos reges*, id quod forte hauserat ex illa Homeri sententia: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. Ea de caussa cum quibusdam aliis tum Persis imperij maiestatem indicabat. Pythagoram per eum veritatem intellexisse volunt eruditi, cum moneret neminem loqui debere πρὸς ἥλιον τετραμμένον, id est, *facie contra solem versa*, quod manifestè veris repugnandum non sit. Apud Aegyptios eum significauit Osyris, & Serapis triceps, item Phœnix, qui solis instar vnus erat in mundo toto. Inter fructus terrestres eidem Soli dicauerant *rapum*, quòd corpus eius solidum immutabilem Solis effigiem referat: Inter arbores palmam, non solùm quòd exprimat vicissitudines anni, & imitari videatur figuram corporis solaris, verum etiam, quod Apuleius scribat, *caput Isidis à sacerdotibus candidioris palmæ foliis redimitum fuisse ad imitationem radiorum solis.* Ortum eius per loton significabant, cuius folia, antequam emergit, sunt implicata, panduntur autem paulatim vti magis ac magis tollitur: Maximè verò panduntur, vbi medium iter emensus est: Implicantur & contrahuntur iterum eo descendente, maximè noctu post occasum. Ob prolificam porrò vim, cumque fœminæ coniunctionem etiam accipiter symbolum fuit solis apud veteres. Dicitur enim viuacissimus, & firmiter ipsius radios intueri, & appetere consortium fœminæ tricesimo quoque die, vti sol circa id tempus coniungitur Lunæ. Eidem leonem dedicarunt, quod somni parcissimus sit, imò eius propemodum expers, propter splendescentes inter dormiendum oculos, & motam assiduè inter quiescendum caudam *(etsi Aristoteles nullum animal perpetua vti vigilia putat)* sicut sol terram intuetur perpetuo aspectu suo. Similiter gallum ei sacratum legimus apud Pausaniam in Eliacis, quòd solis reditum cantu nunciet, vel potius canticis suis applaudat. Quantum ad nomina: Dictus primum est *Titan*, quòd esset *Titanis filius*. Homerus ἑκατόγχειρα, id est, *centimanum* vocat propter multa & innumerabilia eius officia in hac rerum natura. In oraculo Apollinis ἰαὼ est dictus. Nam consultus, *quis Deorum habendus sit*, qui vocatur ἰαὼ, respondit:

φράζεο τὸν πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν ἰαὼ
χείματι μέν τ' ἀΐδην, διὰ δ' εἴαρος ἀρχομένοιο,
ἠέλιον δὲ θέρευς, μετοπώρου δ' ἁβρὸν ἰαώ.

Macrobius ostendit solem eundem esse cum Dionysio *Saturnal. 1. cap. 18.* huius epitheta etiam illi conuenire ostendẽs. Quin

Quin ipſemet Orpheus: ἥλιος ὃν Διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσι. Rurſus Homerus vocat eum *μέγαν*, id eſt, *magnum*. At magnus ille non tantùm corpore eſt, quippe cuius magnitudinem deprehēdi poſſe, voluit Eratoſthenes, terræ mēſura ſepties & vicies multiplicata, verùm etiam effectu, cùm ſit auctor ſpiritus, caloris & luminis, humanæ vitæ genitor & cuſtos: Vt quidem prærogatiuam in iis, quę ad nutriendi rationem ſpectāt habeat. Nam & Heſiodus, poſtquam fluuiorum quorundam nomenclaturam abſoluit, hos eſſe ſubiecit, qui mortale genus vnà cùm Sole enutrirent. Idem ille vices anni variat circuitu, acceſſu, receſſuque diurno & annuo, pro ſua ad terram habitudine, atque à punctis verticalibus diſtantia. Illius quotidiana vertigine ortu & occaſu, & ad medium cœli delatione motuque, dum alias atque alias ſubinde ſtellas effert, aut ſub occaſum præcipitat, videmus aërem iam turbari, iam ſereneſcere aut concaleſcere plus nimio, aut econtra perfrigerari, humectari, areſieri, aliterque atque aliter mutari. Idem acceſſu & vibratione radiorum reliqua ſtellarum corpora aut moderatur, aut extimulat, aut obtundit, lunam ſua luce imbuit. Summatim, curſus eius per circulum obliquum, quem *Zodiacum* vocant, vertente poſt dies 365. & quadrantem anno, rediens orbem, temporúque viciſſitudines rebus naſcentibus gratas efficiens, illuſtre prouidentię diuinæ teſtimonium eſt. Omnia autem zodiaci ſigna, quo pacto ad ſolis referantur naturam, diligenter tradit Macrobius *Satur. 1. cap. 21.* Atque hæc eius officia, imò bonitas in cauſſa fuit, vt plurimæ olim gentes profanæ, atque adeo nunc in media Indorum barbarie pro Deo habeant ipſum, illum colant ſuo ritu & adorent. Nam inter veteres Phœnices & Aegyptij cenſuerunt Deum, quibus adde Perſas, Rhodios & Lindos. De Perſis canit Ouidiꝰ in Faſtis:

Placat equo Perſes radiis Hyperiona cinctū
Ne detur celeri victima tarda Deo.

Vnde Curioni Xenophon equum donat, quem Soli ſacrificet, cùm apud Perſas Solis victimam eſſe non ignoraret. Eandem hoſtiam, vel potius victimam à Lacedæmoniis, illi mactatam in mōte Taygeto teſtatur Pauſanias. A ſole dictū *ſolſtitium*, quaſi *ſolis ſtatio*, eſtque duplex: *Aeſtiuum*, quod fit ſole exiſtente in principio cancri, ſi de hemiſphærio boreali loquamur, quādo nimirum eſt æſtas; & *Hyemale*, quod contingit ſole commorante in principio capricorni, cùm imminet hyems. Quia verò ſol, cùm attigit prima cancri & capricorni puncta, aut auertit curſum à nobis, aut reuertitur ad nos, nominant ea Græci τροπικὰ ab hac ſolis conuerſione, Latini *ſolſtitia*, non quòd ſol ad ea delatus ſubſiſtat, aut curſum intermittat, ſed quod exiſtente ſole prope iſta puncta, aliquot diebus vmbræ meridianæ non varientur, ſed eiuſdem ſint lōgitudinis, quoad ſenſum, & ideo conſiſtere quodammodo videatur in iſtis punctis. Scribit Columella *placuiſſe Hipparcho, incidere brumale vel hyemale vel ſolſtitium in decimum ſextum Calendas Ianuarij.* Plura de eo Plinius *libro decimo octauo*, Hyginus & alij. *Solarium* itidem à ſole dictum eſt horologium, quòd ad ſolem horarum diſcrimina indicat, gnomone vmbram eiaculante, cuius inuentio à Romanis tribuitur L. Papyrio Curſori, à Græcis Anaximeni Mileſio, à quo etiam ἀπὸ τῆς σκιᾶς, *ſciotericum* eſt appellatum. Tria autem præcipuè in vſu ſunt. *Verticale, Horizontale, & Aequinoctiale:* Quorum omnium rationem monſtrauit nuper optimus artifex, & operarius longo iam vſu confirmatus. Vibrandus Vibrādi Snecanus.

Solea, quo nomine, *teſte Agellio lib. 13. cap. 10.* omnia illa intellexerunt veteres, quibus teguntur plantarum calces, à ſolo pedis, cui ſubiicitur, dicta eſt Feſto. Pars eius ſuperior vincebatur habenis.

Vnde facilè intelligas a calceis fuisse diuersam, qui totum regebant pedem & astringebant. Quocirca apud Plutarchum legas, dixisse Paulum Aemilium: *Nonne pulcher hic calceus? At nescis, qua ex parte pedem meum torqueat.*

Solemne, a solito originem trahit. Hinc munera solemnia, id est, annua, et quæ singulis annis erant præstanda. Ouidius. Fastorum 5. *Ille patris genio solemnia dona ferebat.* Ita solemnes dapes dixit Virgilius hoc versu:

Solemnes tum forte dapes & tristia dona libabat Andromache.

Iterum Ouidius de Festo eodem libro: *Forte Ioui Phoebus festum solemne parabat.* Sed aliud etymon adfert Festus, qui dicit dictionem esse compositam ex verbo Osco, *solo*, quod significat totum, à Græco ὅλος descendens, & *annus*. Vnde *solenne*, quod omnibus annis præstari debet.

Solitaurilia hostiarum trium diuersi generis immolationem significant, tauri, arietis, verris, quòd omnes hi solidi integrique sint corporis. Solum.n. lingua Oscorum, idem quòd *solidum & totum*. Vnde tela quædam *soliferrea* vocantur, id est, *tota ferrea*, & *homo bonarum artium solers, & quæ nulla parte laxata, cauaque, solida*, nominantur. Hæc Paulus apud Festum. Et *paulò* post: *Sollo Oscè dicitur id, quod nos totum vocamus.*

Solium quasi solidum dici vult Seruius *Aeneid. 1.* Alij per Antistichon, quasi *Sodium*, à sedendo, sicut sella quasi *Sedda*, est appellata.

Solœcismus, receptum à recentioribus vocabulum (etenim solœcismum & barbarismum, apud idoneos Græcorum auctores se nō inuenisse scribit Agellius, negatque rectè dici etymologicum magnum) ἀπὸ τοῦ σολοικίζειν, id est, corruptè loquendo, originem trahit iuxta nonnullos. A vetustioribus Latinis dicebatur *stribligo*, quasi *stribiligo*, tracto nomine à tortuosæ orationis prauitate. Nam στρεβλόω apud Græcos est *torqueo* vel *deprauo*. Atque hinc *striblita* nomen, quæ nobis barbaro vocabulo dicitur torta, eo quod in circuitu torqueatur restis in modum. Martialis:

Circumlata diu mensis striblita secundis,
Vrebat nimio sæua calore manus.

Etymologicon asserit σολοικισμὸν (nam ita neutra dicendum) in tono dictionum committi, in accentu, scriptura, declinatione, tempore, spiritu, & casu: Estq; σολοικίζειν ipsi, περὶ σύνταξιν. καὶ τὴν φράσιν ἀκατάλληλον, τουτέστι τὴν ἑκάστης λέξεως καθ' ἑαυτὴν κειμένης καλῶς ἐχούσης, ἐν δὲ τῇ συντάξει ἁπάντων, κατὰ ἀκολουθίαν παραλαμβανομένης. Quapropter dictum vult solœcismum, quasi τοῦ σώου λόγου αἰκισμὸν, integræ orationis defœdationem. Etsi Laertius à Solone deducat, qui, cùm in Cilicia vrbem condidisset à suo nomine dictam Soloen; pauci ex Atheniensibus, quos in ea reliquerat, non multo interiecto tempore, inconuenienti partium structura loqui cœperunt. Qui itaq; in vitium hoc incidebant, dicti sunt σολοικίζειν. Isidorus monet *Lucilium centum genera Solœcismorum dixisse*, quos omnes vitare potius, quam sequi debet, qui regulas obseruare studet rectè loquendi.

Solum à soliditate Ascensio. Est enim reliquorum sustentaculum. Rectè ergo naturæ parēs in medio mūdi collocauit immobilem terrā, quippe centrū, idq; sua natura graue, quo & reliqua grauia naturaliter impetu suó ferūtur, nisi qd obstet. Rectéq; probat Ptolemæus, *eā nō esse cauā*. Si n. caua *inquit*, existeret, citius orirētur stellæ regionib. occidētalibus quā oriētalibus, sicut in vallibus cōtingit, in quibus partes occidentales citius illustrātur à sole, quā partes orientales. Præterea, quo quis magis à septētrione procederet in austrum, eò plures stellæ ipsi iuxta polum arcticū apparerent, & plures ex parte opposita, nempe meridionali, occultarentur. Quæ omnia apertam in se continent absurditatem.

Somnus

Somnus iuxta Aristotelem facultatis animalis quies, quo restituuntur vires & spiritus vigiliis exhausti, quemq; efficit benigna sanguinis & spiritus vitalis anathymiatis in cerebrum delata, vbi vertitur ille in spiritum animalem, videtur quibusdã originẽ habere Græcam, atque ita dictus, quasi *sopnus*. Nam ὕπνος primam cum aspiratione mutat in so, π. vero in m. euphoniæ gratia: Vnde somnus. Alliciũt ac promouẽt somnum tenebræ, lassitudo, syluarum & arborum sonus perflante vẽto, lenis prætetlabentis aquæ strepitus, qui tum vẽtriculi concoctionem firmat. Excluditur à metu, anxietate & curis, quæ sæpe conficiunt hominẽ. Insalubris somnus, qui capitur sub nuce arbore, perniciosus etiam sub luna, quod cõpertum sit pressos sub eo sõno ægrè excitari, & proximos fieri insanis præ humore, quẽ apertis & laxatis meatibus sua proprietate in eorũ corpora diffundit. Neq; probatur à medicis interdiu dormire, cum dixerit Hippocrates, *Interdiu vigilare, noctu dormire oportet*. Etenim nox sua & humiditate & trãquillitate cõciliãs somnũ, satis tẽporis largitur ad absolute perficiẽdum cõcoctionem, quæ interrũpitur de die, nimia inde cerebro humiditate oppleto, & prauis generatis in corpore succis: Sed nec immodicus probatur somnus, eo quod ita iusto longius excrementa retineantur in corpore, quæ suo tempore debẽt expelli. Profundũ nimis somnum lædere sentiendi facultates & functiones affirmat Gal. *1 de Sympt. caussis*. Semper saluber, qui est naturalis. Nõ saluber, qui est præter naturam, qualis accidit in comatibus & lethargis, *teste eodem Galeno 3. de caussis pulsuũ*. Vbi is in aliquo morbo auxisse videtur malũ, est mortalis; quando leuauit, non mortalis. Est & lethalis profundus sopor cum debili pulsu, delirio, & frigescentibus extremis. Quid, quòd Medici insomnia (ἐνύπνια vocant Græci) nonnunquam curent. Nam si ea alia sunt, quàm diurna negotia, turbationem aliquã in corpore esse testatur. Si visa fuerint incendia, flauabilis luxuriat si fumus aut densa caligo, atra bilis: si imbres, item nix, glacies aut grando, pituita. Quòd si in fœtidico loco versari se putet, putrem arguit humorem. Si rubra obuersentur oculis, vel gallinaceorum crista insignitum se credat, redundantiam sanguinis. Luna si appareat, eas potius affectiones notat, quæ versantur in cauis corporis spatiis. Si sol, quæ in medio. si astra, quæ in ambitu. Turbatum mare ventris affectum exprimit. Ex edito loco præcipitari, vertiginem vel morbũ comitialẽm vtrique si tum caput multa humoris sit grauatum saburrã. Notandus & aphorismus *lib. 4*: ἐν τεῖσι πυρετοῖσιν· ἐκ τῶν ὕπνων φόβοι ἢ σπασμοί, κακόν. Post hos mẽtis errores & nubila nolim etiam illud præterire silentio, quosdam somno vel insomniis admonitos atq; impulsos ad aliquid aggrediendũ. Scribit enim Homerus, qui τὸν ὄνειρον dicit, ἐκ Διός, id est; *ex Ioue*, Agamemnonem ita excitatum ad præliandum. Rem istã latissimè quoque prosequitur Virgilius *in suo Latino*. Rem, quæ contigit patrum memoria, vt veram ita dignam relatu, & sæpenumero mihi assertam ab hominibus fide dignis apponam. Iuuenis quidam in Hollandia, Dordraci videlicet, rem & patrimonium omne prodegerat, conflatoq; ære alieno non erat soluendo. Apparuit illi quidam per somnium, monens vt se conferret Campos: Ibi in ponte indiciũ aliquem facturum quid sibi; vt explicare se posset illis difficultatibus, instituẽdum foret. Abiit eo, cumque totum ferè diem tristis & meditabundus deambulationi supra prędictũ pontẽ insumsisset, misertus eius publicus mendicus, qui fortè stipẽ rogans illic sedebat, *quid tu*, inquit, *adeo tristis?* Aperuit illi somnia tot tristem & afflictam fortunam suam, & qua de caussa eo se contulisset: Quippe somni impulsu huc se profectum, & exspectare Deum velut à machina, qui

nodum hunc plus quam Gordiũ euoluat. At mendicus: *Adeone tu demens & excors, vt fretus somno, quo nihil inanius, huc arriperes iter? Si huiuscemodi nugis esset habenda fides, possem & ego me conferre Dordracum ad eruendum thesaurum sub cynosbato defossum horti cuiusdam (fuerat autem hic hortus patris somniatoris istius) mihi itidem patefactum in somno.* Subticuit alter, & rem omnem sibi declaratam existimans rediit magno cum gaudio Dordracum, & sub arbore prædicta magnã pecuniæ vim inuenit, quæ ipsum liberauit *(vt ita dicam)* nexu, inque lautiore fortuna, dissoluto omni ære alieno, collocauit. Somniorum genera quinque vide apud Macrobium *3. ca. lib. 1.* in somnio Scipionis. De geminis somni portis, cornea vna, qua vera emittuntur somnia, altera elephantina, qua falsa, videndus Virgil. *ad finem. 6. Aeneid.* & Homerus, quem ille imitatus est, *Odyss. τ.* Plato *in Charmide*, & Macrob. *loco prædicto.* Sõni aulam ab Ouidio descriptã, vide *Metamorph. 11.* Ab Orpheo dictus idem est ἄναξ id est, rex: λυσιμέριμνος, *quod curas soluat*, κασίγνητος λήθης καὶ θανάτου, *frater obliuionis & mortis*, vt ab Ouid. *gelidæ mortis imago, deorum placidissimus, animi pax, curarum fuga.* Homero dicitur νήδυμος, id est, *dulcis.* Quid nãq; difficilius, quam fessa labore membra refocillari quiete, omniumque malorũ obliuionem induci. Quia verò pueros sæpe terreri videmus in somnis, idemq; de Nerone aliisque nefariis hominibus proditum, sciendum somno territos Græcis dici ὀνειροπλήκτους. At ὀνειροκρίτης somniorum interpres est, alias ὀνειροπόλος & ὀνειρόμαντις, quam in rem extant præter Cardani scripta, Artemidori lib. 5. ex quo tãdem somnij definitionem subiicio: ὄνειρος, inquit, ἐστὶ κίνησις ἢ πλάσις ψυχῆς πολυσχήμων, σημαντικὴ τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν ἢ κακῶν, *somnium est motus vel figmentum animæ multiplex, significans vel bona, vel mala futura.*

Sonticus morbus Aelio Stiloni pro noxio dici existimatus: Vnde *sontes homines* pro obnoxiis deperditisque accipimus: Et *sontire* verbum pro eo quod obesse in re aliqua & grauiter nocere. Alij acceperunt pro eo, qui sit grauis & vehemens, & qui rei gerendæ obsit, *leg. 2. §. si quis iudicio. ff. si quis caut.* Cassius & Venuleius intellexerunt morbum iustum atque perpetuum. Meminit eius lex 12. tabul. his verbis: *Si iudex alterue ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iudicij dies diffusus esto.* Quo pacto accipiendus sit ea in lege, partim ex præcedentibus intelligi potest, partim ex *capit. prim. lib. vigesim. Noctium Agellij.* Apud Festum Paulus notat sonticum idem esse, quòd *iustum.* Nam ait Næuius: *Sonticam oportet esse caussam, quamobrem perdas mulierẽ.*

Sophista. Hunc à sapientia arcessere nomen, hoc est, ἀπὸ τῆς σοφίας, non vanè existimant eruditi. Innuit enim & confirmat etymon versiculus iste: μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ ἑαυτῷ σοφός. Apud Platonem enim explicaturus Protagoras, *quid sit sophista*, dicit eum, *qui sit peritus sapientiæ.* Vnde liquet nomen istud antiquitus accipi solitum in partem meliorem. Tandem verò inuisum solidè eruditis Philosophis & Rhetoribus, Platoni quippe, Aristoteli, Isocrati, & aliis, scriptis & disputationibus eorum vnà cum arte quam *Sophisticen* dicunt, exagitatum fuit. Vt enim ab Isocrate incipiam, primum ille arrogantiæ insimulat, quòd plura promittant, quàm præstare possunt aut solent. Inde dicit: ἐγὼ δὲ πρὸ πολλῶν ἂν χρημάτων ἐτιμησάμην, τηλικοῦτον δύνασθαι τὴν φιλοσοφίαν, ὅσον οὗτοι λέγουσιν. Plato *probrosum* asserit eorum nomen in Protagora. Alias tradit, eos profiteri virtutem mercede, sed non esse virtutis Doctores, at potius impostores, prestigiatores & pestes, magnamq; ipsis inesse cœcitatem & ignorantiam. Aristoteles referẽs eorum ineptias, scribit quinque sibi maximè habere proposita, ἔλεγχον, τὸ ψεῦδος, καὶ παράδοξον, καὶ σολοικισμὸν, καὶ τὸ πέμπτον,

τερ, καὶ ποιῆσαι ἀδολεσχῆσαι τὸν προσδιαλεγόμενον. Artē eorū Plato dicit *stolidam atq; ridiculā* esse, & tertiā adulationis speciē. Socrates fallacē demōstrauit, persecutus magistros & professores, tāquam linguæ nō pectoris formatores. Iterum Plato φαινομένην σοφίαν vocat, id est, *fucatam & apparentem*, at sophistam χρηματιστὴν ἀπὸ φαινομένης σοφίας ἀλλ' οὐκ οὔσης. Suum enim hic quæstum spectat, non communem vtilitatem.

Sophocles. Si etymon imagineris, compositum videri possit, ἀπὸ τοῦ σοφὸν καλεῖσθαι, quòd *sapiens* vocetur.

Soriculata toga, nempe variis confecta coloribus, à conserendo nomen inuenit. Nam & *Sorilla Istrica* vocantur nauigia, quòd lino spartoque conserantur ac condensentur, *teste Perotto*. Turnebus edidit *Aduers. libr. 24. capit. 19.* ex Plinio vestes sororiculatas, vultque adeo eum loqui non de materia vestis, sed de genere texturæ. Nā vt *vndulatæ vestes* sunt apud eum, quarum textura vndas imitatur, scutulatæ scutulas: Itidem rasæ & Phryxianæ, recteque de textura dicuntur: Sic & *sororiculatæ*, quæ perpetuis quibusdam suris & latioribus virgis regulatæ erant, & eo texendi genere confectæ: Vt sint tanquam *sororigulata*, à suro, cuius diminutiuum est *surculus*. Nisi quis tamē à sura deducere malit. Quod si à regula deriuari non placet, certè à *rica* & *ricula* deducatur. Hęc ad verbum fere Turnebus.

Sorites speciebus argumentationum adiungi solitus, & vsitatus admodum Chrysippo Appollonij Solensis filio, de quo Cicero quædam cū Valerio, multa Laertius, deriuatur ἀπὸ τοῦ σωροῦ, id est, *aceruo*, siue σωρεύειν, quod *coaceruare* significat. Ex pluribus enim propositionibus contexitur ita, vt attributum primi pronuntiati subiectum fiat alterius, atque ita deinceps, donec inferatur cōclusio, repetito initio. Hanc ob caussam appellatur à Cicerone *acerualis conclusio*, quòd vno posito quasi grano (*vt idem dicit*) aceruus propositionum nascatur. Et Persius ad finem Satyrarum:

Iam decies redit in rugam: Depinge vbi sistā
Inuentus Chrysippe tui finitor aceruī.

Vituperat aliquoties Cicero hoc argumentandi genus, & vocat *captiosum*. Verum cùm sapientissimi viri vsi fuerint in grauissimis etiam negotiis, fastidire nostrum non erit, poteste que reduci ad syllogismos. Affinis ipsi est *climax*. At quomodo differat ab eo, a Dialecticis petendum.

Soror Antistio Labeoni apud Agellium *lib. 13. ca. 10.* appellata videtur, quasi seorsum nata & separata ab ea domo, in qua nascitur. In aliam enim familiam nempe mariti traducitur. A sorore Horatij dicta *Sororia Iuno*, cui in expiationem cædis sororis suę aram consecrauit Horatius. *Sororiare* secūdum Festum dicūtur *puellarum mammæ*, cùm primum tumescunt, vt *fraterculare puerorum*. Ceterum in etymo diuersus abit Isidorus, cùm inquit: *Nam soror est ex eodem semine dicta, quod sola cum fratribus in sorte agnationis habeatur.* Non premendum silentio duxi, & nescio, an non potius illi suffragari debeamus, quàm Labeoni.

Sors à serie, non per antiphrasin est appellata, quasi minimè seruet ordinē, sed quòd in dubiis rebus seriem ac ordinem aperiat, *Actor. 1.* Differt autem à sortibus, quòd hæ velut tessellę quædam aut taleolæ lineæ fuerint inscriptæ, sors autem ipsa fuerit sortitio. Cicero: *Et sortes ipsas & cetera, quæ ad sortem erāt parata disturbauit.* Quæ verba habētur. *1. de Diuinatione*, ex quo libro pariter cognoscitur duo oraculorum genera fuisse veteribus, vnum quod à furētibus & numine velut afflatis profundebatur: alterū, quod æquatis. & paribus sortibus è sitella, vel vrna deducebatur. Harum sortium, quàm frequens fuerit vsus, passim apud bonos auctores inuenias. Cùm enim *Iliad. 7.* inter nouem heroes lis esset, quis solus committendus esset cum Hectore, sorte litem diremerunt. Verba Po-

ba Poëtæ inter alia Il. *n.* sunt hæc:

πάλλεν δὲ γερήνιος ἱππότα νέστωρ
ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος κυνέης, ὃν ἄρ' ἤθελον αὐτοὶ
Αἴαντος.

Interpretes addunt *sortituros* signasse λιθίδιον, aut ξυληφίδιον per γράμματα, εἴδωλα, aut ἐκτυπώματα, inde sortes coniecisse in vrnam vel galeam, & ordine rursus exemisse prius tamen concussas. Vnde apud Homerum τὸ πάλλειν κλῆρον *commouere sortem*, & παλάσσειν κλήρῳ *sortiri*, & θορεῖν κλῆρον *exsilire sortem*. Ex quib⁹ colligi potest pro re nata sumtas ad sortiẽdum tesseras, vel talos, calculos, fabas: Interdum etiam ex argilla, vt patet ex fraude quam commisit Temenus sacerdos, diremturus cõtrouersiam aut litem inter Cresphõtem & Aristodemi filios de Messeniaca possessione. Glebas enim Cresphõtis ex luto formatas is ad ignem durauit, alteras ad solẽ siccauit, quæ propterea colliquescebant ante alias in aqua Messenia Cresphonti adiudicata, quòd ipsius glebæ integræ mansissent. Athenis eligebantur quotannis sortito οἱ τετταράκοντα, qui de controuersiis ciuilibus cognoscebãt, nonnunquam arbitri οἱ διαιτηταὶ κατὰ κλῆρον, qui dirimendis priuatis cõtrouersiis adhibebantur. Sic Romæ prætor iudiciorũ præsides ex decuriis per sortẽ asciscebat. Heliogabali sortes post cœnam, dictæ propterea *conuiuales*, etiam sunt notæ ex hominis deperditi vita, vt quidem alius decẽ camelos, alius muscas, vel auri libras, aut decem oua, vrsos, glires, aut lactucas decem haberet. Celebrãtur & sortes Prænestinæ à Numerio quodam Suffio Prænesti constitutæ, cùm sæpe somniis præmonitus esset, vt saxum cæderet, quo perfracto robori insculptæ sortes erupetunt. Antianæ sortes insignes exstiterunt morte Caligulæ. Tiberius Cæsar nobilitauit sortes ad fontem Aponum. His adde *sortes Lycias, Delias Vergilianas*, quarum posttemas dicebant, si in oraculi omen assumsissent, quidquid aperto Vergilij Codice primum se obtulisset. Fuerunt & *sortes diuinatoriæ* a diuinando nomen adeptæ, & ad res futuras explorandas, cum quadam diffidentia de voluntate Dei, & cura nostri cõparatæ. Tales fuerunt cum *Prænestina*, tum *Geomantica*, ex figuris & punctis conflatæ, quarum affatim repressa & euicta vanitas est à Peucero: Item *Onomantica* & *Arithmantica* à Pythagoræis inuentæ, vt quidam volunt, quarum idem Peucerus mentionẽ fecit. Hæ omnes sortes, quibus adiungi potest τεφρομαντεία, itẽ βοτανομαντεία, συκομαντεία, κηρομαντεία, στιχομαντεία, illicitæ & turpes sunt omnes, diffidentes scilicet à verbo Dei. Quę autem sunt licitæ & honestæ, aut sunt Cõsultoriæ, quibus Deus à piis de euentu consulitur in dubiis rebus; aut sanè *Distributiuæ* quibus distribuuntur honores & præmia, conferuntur officia, immo diuiditur præda: Quo modo Saul euectus fuit ad regiam dignitatem, & Apostolus factus Matthias, *vt est in Actis Apostol.* Tales sortes reguntur iuxta Hieronymi sententiam à Deo, inque sinum mittũtur iuxta Salomonem *Prouerb. 16.* Quinimo *Leuitic. 16.* manifestè approbantur à Domino, vbi inter arietes duos vnus eligitur sorte, qui quidem Domino mactetur. Deprehenditur & septimo Iosuæ anathematis reus eodem modo, vt Ionathan legis paternæ transgressor *14. 1. Samuel.*

Sosia libertus Terẽtio ἀπὸ τοῦ σώζεσθαι id est, *conseruando*. Ab eadẽ origine verbi Græci descendit sospes, vox antiqua.

Sospita Iuno, antiquis appellata *Sispes*, *teste Festo*, inprimis Lanuuij culta, *vt docet Liuius*, facto eius simulacro cũ pelle caprina, hasta, scutulo, & calceolis repãdis, *vt scribit de natura Deorum Cicero*, ἀπὸ τοῦ σώζειν, id est, *seruando* pariter nomen inuenit. Delubri ipsi dicati meminit Ouid *Fastor. 2.* Ædẽ ipsi votã à C. Cornelio, si eo die hostes fusi essent atq; fugati, testatur & Liuius *lib. 32.* Huic cõsules magi

magiſtratum ineuntes ſacrificabant, vt pro Muræna teſtatur Cicero: Imò ſæpe miſſos Lanuuium ad eam placandam ſacrificiis apud auctores inuenias.

Soſtrata, matrona apud Terẽtiũ, ἡ σώζουσα τὸν στρατὸν, quaſi *quæ exercitum ſeruaret*.

Sotadicum carmen, à Sotade vſurpatum. Conſtabat illud ex Ionico minore, id eſt, ex Pyrrichio & Spondæo.

Spadix, termes palmæ; quem Græci βάϊον vocant. Etymon nominis tractum ἀπὸ τῆς σπάθης, cuius ſæpe mentionem facit Theophraſtus, *vt cùm 2. Histor.* dicit ἐκ φοινίκης σπάθης τόξα πεποιημένα, arcus factos ex palmarum ſpathis. Idem eodem loco: ὅταν ἀνθῇ τὸ ἄῤῥεν, ἀποτέμνοντες τὴν σπάθην, ἐφ' ἧς τὸ ἄνθος, *dum floret maſcula palma, ſpatham abſcindentes, quæ flores emergunt*. Plutarchus in Sympoſiacis deducit nominis etymon ἀπὸ τοῦ σπᾶν, quod *vellere* nobis & *trahere* ſignificat. Vnde Magnum Etymologicon σπάθην ὑφαντικὸν ἐργαλεῖον, id eſt, *inſtrumentum textoris*, cuius pulſu tela arctatur atque denſatur, etiã παρὰ τὸ καταςπᾶν τὴν κρόκην deriuat. Valerius tamẽ in Hieroglyphicis Græcorum *ſpathas ſeu ſpathalas*, vt ipſe vocat, à gladij forma vult dici. At quis ille gladius? Audio Plinium *lib. 13. cap. 4.* affirmantem, folia cultrato mucrone, lateribus in ſe ſe bifidatis, bellas primum demonſtraſſe gemmas.

Spado, Græcis σπάδων & ἐκτομίας, quod teſtes ipſi excidantur, nomen etiã ἀπὸ τοῦ σπᾶν, id eſt, *vellendo* trahit. Conuellitur enim in eo neruus, qui genitale attigerat. Scio, generaliter quandoq; accipitur ſpadonis vocabulum, vt tam eos ſignificet, quos *impotentes* naſci voluit natura, quàm quibus exſecta virilia ſunt, *leg. ſpadonum. ff. de verb. ſignificat.*, attamen propria ſignificatione eum denotare, cui ſunt euulſi teſticuli, nemo, opinor, negabit. Alio nomine illu ὑποσπαδιαῖον dici aſſerit Galen. *15. de vſu part. c. 5.* Vlpianus adnumerat ſpadonibus prędicta lege *Thlibias* & *Thlaſias*. Illi ἀπὸ τοῦ θλίβειν atterendo dicti, vt attritos habeant teſticulos contra Accurſium, qui ferramenti genus per eos intelligit: hi vero ἀπὸ τοῦ θλᾶν, id eſt *frangendo*. Et quia ita hominibus hominum potius fiebãt mõſtra capitalis facta res hæc eſt, lege Cornelia tã excidentibus, quã iis, qui paſſi fuerint ſibi teſtes excidi. Paulus quoq; *l. 2. ff. ad le. Corn.* eos capitali ſupplicio ſubiicit, qui *Thlibias* fecerint. Lõgè magis repugnauit decreto naturæ Andramites rex Lydorum, qui etiã mulieres exſcindere & eunuchas reddere inſtituit. Sed hæc de ſpadonibus ex iure potiſſimum noſtro, etſi ſũmus nomotheta Dominus Ieſus Chriſtus citra exceptionem eunuchorũ nomen generale fecerit *Math. 19.* fateor, contradicere illi nõ licet, cũ veritas ſit ipſa. At homines cũ ſimus, hominũque ſententiis & ſcriptis immoremur, & ad illa noſtra hæc accõmodemus, nõ vitio dabitur aut fraudi, ſi ex eiſdem huc inferamus, quæ ab ipſis ſunt probata & chartis illita. Ad ſpadones itaq; redeo, quibus affirmo, quòd olim forte generare potuerũt, indultã legibus filiorum adoptionem, *l. 2. § illud l. adrogato. § ſpado, ff. de adoption.* quę alioqui euiratis natura nõ erat permiſſa. Attamẽ delectari eos coitu, ideoq, valde appetere cõplexũ, multũ arrecto pene, proditũ video ab eruditis, q cẽsẽt idcirco procliues etiã in Venerẽ magnatũ fœminas hos voluiſſe lecti cuſtodes ſiue eunuchos. Cũ n. sẽper arrigãt incitati tẽtigine, permolere (ſit honos auribus) & ſubigere poterãt crebro ſalaces fœminas, & in turpẽ iſtã nequitiã procliues Vt nec mirũ ſit, ſpadonẽ vxorẽ duxiſſe apud Iuuenalẽ *Satyr. 1.* omneſq; adeo mulierũ amatores eſſe maximos, vt dixit meretricula Terẽtiana, ſed *nihil poſſe*, ꝙ de generatione & ſeminis emiſſione intelligo. Negat Hippoc. *aphor. 23. ſect. 6.* caluescere hoc hominũ genus, aut podagra tẽtari. Addunt alij, neq; barbam ſubnaſci. Vna cauſſa eſt, caloris diminutio. Eſt n pil⁹ à

ſiccatione. Sed nec calui fiũt. Quid cauſſę? Quia, non ſubducitur ſuccus, ſublato Veneris vſu. Eadem eſt ratio prodagræ. Coitu nãque debilitatur calor, laxatur corpus & exhauritur. Fit itaq; defluxio cerebro debilitato, inq; laxitates recipitur humor, qui propter caloris exiguitatẽ, & crudus eſt, & reſolui propter vtrãque cauſſam non poteſt. Sed *cur immutatur Spadonum vox?* Quod ſublatis teſtibus tentio quoq; meatuum laxetur, atque his laxatis ſimul laxatur principium, quod vocem mouet, *vt 5. de generat. animalium teſtatur Ariſtoteles*, Rurſus: *Cur vox eorundem acuta?* Reiicit idẽ Philoſophus cauſſam in humoris prolifici defectum, *Problematum ſect. 11. problem. 34.* tum etiam in imbecillitatem membri, quod aërem mouere ſolet. Ad æſtimationem ipſorum apud veteres etiam illud accedit, quod maximis muneribus fuerint propoſiti. Siquidem in actis mentio fit eunuchi, qui erat Dynaſtes Candaces Æthiopum reginæ. Fuit & Narſes hac corporis forma, primũ Iuſtiniani quæſtor, inde belli dux ſummus & Totilæ victor, totiuſq; Italię rector ſedecim annorum ſpatio, donec acceſſiuiſſet Longobardos, propter cõtumeliam ſibi factam ab vxore Iuſtini, cùm ad penſa & gynæceum redire iuberet, Longino ipſi ſubſtituto homine ſcelerato, & prorſus impuro. Erant & omnes ſpecioſæ puellæ Aſſuero cõquiſitæ hinc inde ſub manu Eunuchi. Rex quoq; Cyrus firmiſſimum eſt ratus corporis ſui præſidium eunuchos, quod exiſtimaret non capi voluptatum illecebris. Quin Epheſiæ Dianæ flaminem oportebat eſſe eunuchũ. Ceterum imminuta fuit paulatim exiſtimatio, deprehenſa eorum nequitia cautumque fuit a Theodoſio Imperatore, ne quis eunuchus ad dignitatem Patriciã euehi poſſit, *vt in ſuo compendio meminit Cedrenus*. Quis dubitet in cauſſa fuiſſe improbitatem, ſi modo vere de iis prodidit Ammianus *libr. 16.* paucos apud veteres fuiſſe fideles & frugi, imò vitiis multis pollutos, rapaces, feros, ad lædendum propenſos, & potentiæ faſtu ſuperbos.

Spara, minimi generis iacula, à *ſpargendo* dicta, annotat Feſtus.

Sparendamum, vicus Harlemo propinquus in Hollandia, nominis iudicium profert emiſſione ſparui riui, *ait Iunius.*

Spargo, an à *σπέρω*, *ſemino*: Cum etiam *ſpargere* dicamur *ſemen*?

Sparta Laconicæ vrbs primaria, atque ita appellata, antequam diceretur Lacedæmon, *teſte Pauſania*, hodie Miſithra ex Sophiani & Nigri mente, imo *ἀτείχιςος* olim, id eſt, *mœnibus non cincta*, & alter oculus Grecię, fertur nomen hoc ſuum trahere à Sparto Phoronei filio. Etſi Ephorus conditam ciuitatem ſcripſerit ab Euryſthene & Procle, Hellanici veſtigia promẽs, *vt meminit Strabo*, qui etiam ſcribit apud Homerum epitheton eius eſſe *κητώεσσαν*, vel (*vt alij malunt*) *καιετάεσσαν*, à cetis deducto nomine, vel potius à magnitudine, quod ipſi magis probatur. Sunt alij, qui calamitoſam interpretantur, nonnulli cauernoſam, *ὅτι οἱ ἀπὸ τῶν σεισμῶν ῥωχμοὶ καιετοὶ λέγονται*, quòd rupturę, quas terræ motus efficiunt, dicantur cæti. Vnde & apud Lacedæmonios *Ceadas* antrum quoddam, quo pro carcere vtebantur. Lacedæmoniis autem appellatione & vrbem notari & regionem eodem *li. 8.* proditum à Strabone inuenio, cuius etymon deriuant aliqui, ſed fabulosè, à *λαγχάνω*, ὅτι ἐν αὐτῇ οἱ θεοὶ πρῶτοι ἔλαχον καὶ ἐκληρώσαντο τὰς πόλεις, quòd in ea Dij primi ſorte acceperint ciuitates. ἢ ὅτι μετὰ τὴν τῶν ἡρακλειδῶν, καθόδον, συνθεμένων κλήρῳ διανέμασθαι τὴν χώραν, καὶ τὸν λάχοντα πρῶτον ταύτην λαβεῖν, καὶ λαχεδαίμονα κληθῆναι. Sed de etymologia Spartæ hoc modo Euſtat. Odyſ. 1. Σπάρτη. πόλις ἢ χωρίον λακωνικόν. ἐκλήθη δὲ οὕτω ἀπὸ τῶν μυθευομένων μετὰ τοῦ κάδμου σπαρτῶν ἀνδρῶν, οἳ κατὰ τὴν παλαιὰν ἱστορίαν ἐκεῖ ἐκπεσόντες, σπάρτην ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τὴν πόλιν ὠνόμασαν,

Sparta,

Sparta, ciuitas, aut regio Laconica. Vocata autem est à viris Spartis ibi cum Cadmo loquentibus, qui secundum veterem historiam illic explosi à suo nomine ciuitatem appellauerunt Spartam. Secundo autem Iliados prodit nonnullos à Sparto Amyclantis filio deducere nomen, ἢ διότι Λέλεγες οἱ πρῶτοι συνοικήσαντες τὴν πόλιν, διεσπαρμένοι τὸ πρὶν, εἶτα ἐκεῖ συνῆλθον καὶ ᾤκησαν εἰς ταυτὸ, *quod Leleges dispar-si primum ibi conuenerunt & simul habitarunt.* Cumque iá essent elapsi anni plus minus octingenti à primis cunabulis vrbis, tum Spartanos armis diffisos eam clausisse murorũ præsidio, partim colligi potest *ex lib. nono Liuij Decadis quartæ*, partim *ex 14. Iustini.* Addit Liuius *lib. 4. eiusdem Decadis Tyrannos Spartę muros, cum nulli prius fuissent, planis apertisque locis construxisse, altiora vero ac difficiliora loca armatorum præsidiis fuisse firmata.* Hæc est illa vrbs celebris Lycurgi legibus & institutis, quamque Græcia tota propter admirabilem seueritatem ac disciplinam tanquam pędagogum spectasse dicitur. Quapropter scriptum reliquit Simonides Poëta, *teste Plutar. in vita Agesilai,* domitricē iuuentutis fuisse Spartam. Et pro L. Flacco Cicero: *Adsunt Lacedæmonij, cuius ciuitatis spectata atque nobilitata virtus non solum natura corroborata, sed etiam disciplina putatur.* Qui soli toto orbe terrarum septingentos iam annos, vnis moribus & nunquam mutatis legibus vtuntur. Leges ante hîc intelligit Lycurgi, quę à Lysandro tandem sunt antiquatę, qui diuitiarum studio repleuit Spartam. Quo factum, vt pristina Spartanorum virtus debilitata succubuerit Achęis, sicut alias in omnibus Rebuspubl. fieri solet inualescente auaritia. Vt rectè dixerit de Romana Republ Salustius: *Primò cupido pecuniæ, deinde imperij creuit: Ea quasi materies omnium malorum fuere.* Sanctiones illas suas appellabat Lycurgus ῥήτρας, *teste in eius vita Plutarcho.* vbi & multa alia lectu admodum digna de institutis tanti viri inuenies, partim laudanda, partim quoque reprehendenda & explodenda nobis, qualia sunt *Laconum furta, virginum luctæ, & in seruos inhumanitas crudelis & fera.* Reges habuerunt, sed Ephoris subiectos, quos eorum potestati opposuit Theopompus. Quid, quod maximam his potestatem tribuat Arist. *Polit. 2.* vt qui reges in vincula cõiicere, & morti adiicere potuerint, quẽadmodũ etiã ex Pausaniæ & Agidis historiis constat. Ceterũ regia dignitas à Lycurgo sublata. q senatũ viginti octo virorum creauit, quibus cõiunxit duos reges, Charilaum fratris filium & Archelaum genus suum ab Hercule ducentes, vt velut duces gerendi belli curam tantum haberent. Regnarunt autem primi reges, adusque Lycurgum annos circiter trecentos. At vbi Lycurgus Reipublicæ statum ad popularem potentiam redegit, mox in tyrannidem conuerti cœpit, *vt scribit Plutarchus.* Possem multo plura de Repub. eorum referre, de iure scripto, constantia, patientia, morum grauitate, rerum gerendarum studio, bellica virtute, disciplinæ seueritate, nisi præstaret sua relinquere historiis, *Sigonio & aliis,* qui hæc omnia pertractarunt adamussim. Hinc ergo, qui plura volunt, restinguere poterunt sitim & ardorem suum affatim, in tanta literarum luce.

Spasmus, qui distentio neruorum dicitur Celso, aliis conuulsio, ἀπὸ τοῦ σπᾶν nominis arcessit originem. Est n. musculi perpetua ad suam originem contractio præter voluntatem. Atque hæc interdum totum corpus, interdum partes infestat. Vnde alia *Vniuersalis*, alia *Particularis conuulsio* dici solet. Quando corpus vna cum ceruice & capite in priora curuatur, nominatur ἐμπροσθότονος: cum in posteriora, ὀπισθότονος: cum in vtramq; distenditur partem, velut toto corpore rigente, τέτανος. Celso *rigor.* Atque hæ vniuersalis cõuulsionis species sũt. Particulares sunt, στραβισμὸς

o . . dontium, τρισμος *mandibulæ*, κυνικος σπασμος *oris*, σατυριασις *pudendi*. Reliquæ ferè apud medicos propriis nominibus carent, quales sunt *conuulsiones radicis linguæ, cutis, frontis, brachii, manus, aut cruris*. Cum repente sanum hominem inuadit, sequitur repletionis caussas, vtiq; si necessariæ vacuationis facta suppressio est, si intermissa exercitatio. Vbi verò antecessit febris, superflua euacuatio, nimius labor, vigilia atq; inedia, scire licet ab inanitione vitium hoc proficisci vix vlla medicinæ ope sanabile. Itaque recte ab Hippocrate animaduersum, post acutas febres & effrenatas, item post veratro tentatas purgationes, post grauissima vulnera aut aliam quamuis sanguinis profusionem, semper mortiferam esse neruorum distentionem. Sęper etiam in pueris & nuper natis frequentior & curatu facilior esse consueuit. Leuis & illa, quæ oritur a flatibus, Græcis appellata σπασμος φυσώδης, vtpote non magis hora durabilis, & sola frictione mitescens. Medicamenta autem à Medicis petenda, non huc inferenda. Idcirco ad eos ablegandi, qui præter caussas & notas plura desiderāt.

Species, nomen commune & proximū indiuiduis apud Dialecticos, de quo genus prædicatur in quæstione *quid sit*, & quæ ipsa quidem de pluribus dicitur numero differentibus, *i.e.* indiuiduis *secundum Arist.* dictionis originem arcessere videtur inde, quod cōfusum & informe genus expoliat, & velut conspiciendum oculis exhibeat. Sed enim cū indiuiduum etiam id præstet, non desunt, qui illud speciem & quidem specialissimam dici posse existimant, cum Arist. *3. Metaph. cap. 1.* hominem vocet genus extremum, & Socratem vocet ἔσχατον εἶδος, vltimā speciem *4 de par tib. cap. 1.* Sed sciendū, *Socratem* esse speciem specialissimam & vltimam, at singularem. *Hominē* verò speciem specialissimā, sed vniuersalē. Quo pacto n. logica species posset esse indiuiduum cū verè singularia in fine *2. post.* à re scientia excludat Philosophus. Sed nec talis species de numero differentibus prędicari potest. Atq; hęc quidē sētētia mea.

Speculatores à speculis habere nomē, in quibus excubias agunt, vult Cuiacius *Obseruat. c. 6. l. 33.* Posterior ętas *Sculta tores* vocauit, quasi *auscultatores*. Erat autē specula turris, aut mons, aut aliud quippiam in locis mediterraneis, vnde longe prospicere poterant. *Virgil. Aeneid. 4. Regina e speculis vt primum albescere lucem Vidit, & æquatis classem procedere velis.* Liuius lib. 21. *Multas & locis altis positas turres habet Hispania, quibus & speculis & propugnaculis aduersus latrones vtuntur.* Ceterum Varro speculatorem ab antiquo verbo specio deriuat *5. de lingua Latina* Idem naues exploratoriæ à speculando dictæ sunt *speculatoriæ*. Liuius *lib. 45. Ipse Philopœmenes in leui speculatoria naui fuit, nec ante fugæ finem, quam Patras ventum sit, fecit.*

Sperchius fluuius Thessaliæ, ortum trahens ex monte Pelio, inque sinum Maliacum labens, nomen deducit παρὰ τὸ σπέρχειν, quod *festinare* est nobis.

Spes, si Grammaticis credimus, à spōre: Quia tum sperat animus, cum quod putat, optat ac vult. Si n. nolit & aduersetur, *timor* dicitur *aut metus*. Alij Græcā sequētes originem à πεῖραι quod est idem cū ἕπομαι, i. *sequor*, deducunt. Hinc factū ἐλπίζω spero, *quod spes futura sequatur bona*. Sūnt qui etiā referūt ad ἑλκω, *traho*, verū absurdè. Isidoro spes dicta videtur, quasi *pes* in procedēdo. Differt ab exercitatione, *quod hæc certarū sit rerū, spes incertarum*. Rursus exspectatio rerū propinquarū, spes lōginquarū. Veteres etiam in multitudinis numero dicebant speres, monitore Festo, apud quem Ennius: *Et semel effugit speres ita funditus nostras*. Idem lib. 16. *Spero, si speres, quidquam prodesse potis sunt.*

Sphæra, vt iam accipi solet pro corpore solido superficie curua eaq; conuexa, & vnica contento, in cuius medio est

pun

punctum, à quo omnes lineæ ad circũferentiam ductæ sunt æquales, nomen suum habere videtur ἀπὸ τῆς σφαίρας, id est, *pila vel globo*, à quibus solidis corporibus sicut etiã a corpore lẽticulari & ouali in eo differt, quod tale punctum in iis minime dari queat. Istam sphæræ descriptionẽ eleganter expressit Cic. de mũdo loquens ex Timæo Platonis his verbis: *Ergo globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocãt, cuius omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur.* Intelligimus autem sphęram materialem, cuius primus inuentor fertur Atlas. Sed transtulit inde in Gręciam Hercules auctore Plinio. Sũt alij, qui inuẽtorẽ eius prædicant Anaximandrum Milesium, Laertius Musæum, alij Architam Tarẽtinum, Cicero apud Gręcos Archimedẽ Syracusanũ Mathematicũ, qui fabricasse legitur vitreã & trãsparentẽ omnino sphęram tanto artificio, vt Planetarum in ea globi, pręcipue Solis & Lunæ, ꝓpriis motibus in diuersas mundi plagas incederent, non secus, ac in ipso mouẽtur cœlo. De ista sphæra exstat elegans Claudiani carmen, quod subiicio:

Iuppiter in paruo cum cerneret æthera vitro,
Risit, & ad superos talia dicta dedit.
Huccine mortalis progressa potentia curæ?
Iam meus in fragili luditur orbe labor.
Iura poli, rerumque fidem, legesq; Deorum,
Ecce Syracusius transtulit arte senex.
Inclusus variis famulatur spiritus astris,
Et viuum certis motibus vrget opus.
Percurrit proprium mentitus signifer orbem,
Et simulata nouo Cinthia mense redit.
Iamque suũ voluens audax industria mũdum
Gaudet, & humana sidera mente regit.

Sphæra autem, quatenus pilam significat (hinc suum sphæristerio nomen) deducitur παρὰ τὸ σπαίρειν, καὶ ἐν τῇ κινήσει εἶναι, μετάθεσει τοῦ π. εἰς φ. τὸ γὰρ σπαίρειν σκαίρειν ἐστι. Xenophanes Philosoph⁹ (ne hoc etiã omittã) mũdũ illũ archetypũ nominauit *spheram*. Dico tandẽ, figurarum omnium nullam mundo cõuenisse magis, quam sphæricã, propter volubilitatem capacitatemque, & ideo magna sapientia conditum hac forma a maximo Deo, cuius sapientiæ non est numerus, *vt ait Vates.*

Spica, à spe Varroni. Spicæ autem effigies in Iuliæ Piæ nummo Cererem, in Vespasiani nummo annonam, in L. Liuinei Reguli nummo bonorum prouẽtum & fructuum copiam significabat. Per eandem quandoque inuenias æstatem designari, vt apud Maronem: *Stabat nuda æstas, & spicea serta gerebat.* Spicas autem inuentas fertur ante omnes Isis capite suo circumtulisse.

Spiculum, id est, sagittam vel lanceam breuem à spicarum specie, nuncupari vult Isidorus.

Spira, vrbs superioris Germaniæ in Nemetum ditione, episcopali sede insignis, videtur Peutingero nomẽ hoc recens, quippe nondum vsitatum tempore Imperatoris Otthonis, trahere a molis. Vnde Sebastianus Brandt:

Inter Germanos quondã celeberrima Spira,
Quondã hæc a molis nomen habere studẽs.

Beatus Rhenanus scribit *lib. 1. rerum Germanicarum* Spiram à Romanis militibus ad Pyrum olim dictam, inde quasi deducto nomine *Spira*. Sunt qui *Neomagũ* ciuitatẽ à Ptolemæo in Nemetibus locatam Spiram arbitrantur, insuper regũ Germaniæ sepultura nobilitatam, Conradi, inquam, II. Henrici III. Henrici IV. & Rodolphi Haspurgij. * σπεῖρα, cohors, ita dicta hæc vrbs nemetum, quod in ea milites Romani stationem & turmas ad custodiam haberent.

Spiritus a spirando, imo & *Spiritus sanctus* tertia in deitate hypostasis. Sic πνεῦμα Græcis, ἀπὸ τοῦ πνεῖν. Hoc acti fuisse legũtur sancti Dei homines *2. Petri 1.* Cum *10. Actor.* mitteretur discipulis, exstitit repente sonitus, tanquã ruẽtis flatus violenti, qui totam repleuit domum, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, de quo Theologi multa.

Splen viscus situm in homine ad sinistram ventriculi partem, receptaculum

τῆς μελαίνης χολῆς, quo dicimur ridere, sicut irasci felle, sapere corde, iecore amare, à supplendo videtur nonnullis dictus, quòd suppleat regionem corporis hepati oppositam, ne vacua sit. Idem sanguine crasso nutritur, eúmque languidè trahit. distribuitur sanguis ille fæculentus per totum corpus, *teste Gal. de Compos. medicam. sec. loca. lib. 2.* Substantia tota sanguinea est. Caro eius rata & spongiæ modo concreta, plurimis ac tenuissimis arteriarum ac venularum ramulis velut fibris ac filamẽtis implicita, quibus crassum ex hepate sanguinem attrahens extenuat, conficit, & suæ nutritioni cõmodum reddit, superfluũ in ventriculum eructás. Quia verò minimè neruosus est, idcirco sensu est hebeti & sine molestia remedia perfert. Connexus ipsi & copulatio quędam cũ corde per arterias, quæ ipsi inseruntur ab aorta: per sextum neruorũ par cum cerebro, qui tamen absumuntur in tunica splenis, nec ipsam substantiam attingunt. Forma eius quadrangula non quadrata videtur Hippocrati referre similitudinẽ vestigij pedis humani. Pars obuersa ventriculo, leniter est caua & sima, auersa gibba: Vtraque tamen inæqualis, tubera sua & sinus habens. Quãtitas toti corpori proportione respõdet. Temperamẽtum per se frigidum & siccum, propter humorem in eo redundãtem, collatione verò ad cutem humidũ & calidũ. Multis quoq; morbis obnoxi⁹ est, vtpote inflammationi, obstructioni, tumori, scirrho. Sed qui laborãt scirrho, tumore duro sine sẽsu, Hippocrati propriè dicuntur *σπληνώδεις*. De remediis hîc nihil. Id tantum moneo amplissimo Medicorum Senatu astipulante, quale absinthum est hepati, tale quid corticẽ capparis esse lieni: Item quale eupatorium est hepati, tale quid scolopendriũ esse lieni. Ex historiis notandum, Pyrrhum Epirotarũ regem solius pollicis dextri pedis cõtactum splenicos sanasse, cumque post mortem corpus crematetur impositum rogo, solum hunc pollicem perstitisse aduersus iniuriam omnem reliquis membris flãma absumtis.

Spondeus, pes duabus syllabis longis constans, videtur Grammaticis nomen adeptus, *ὅτι ἐν ταῖς σπονδαῖς, ἃς ἐποιοῦντο πρὸς τοὺς θεοὺς, τοιούτῳ μέτρῳ ἐχρῶντο*, quod in *libationibus*, quas Diis offerebant, huiuscemodi vterentur metro, *teste Hephæst. scholiast.*

Spondeo verbum, quo veteres sunt vsi pro *dico*, deduci volunt à sponte. Nam qui spondet, propria voluntate dicit. Vnde *respondeo* factum, quod significat dicere loco posteriori. Postea *spondere* vsurpari cœptum pro *sponte promittere*. Vnde qui puellam, *sponsor*: quæ spondetur puella, *sponsa*: cui spondetur, *sponsus* appellari consueuit. Cum enim olim in Italia vxorem quis erat ducturus, stipulari solebat ab eo, vnde erat ducenda, eam in matrimonium ductum iri, sicut Seruius Sulpitius scriptum reliquit. Qui daturus erat, itidem spondebat. Is contractus sponsaliorum nomine veniebat. Huius rei vestigia apparere videntur in illis Plauti verbis, quibus fingit filiam ab Euclione stipulantem Megadorum: *M. Quid nunc etiam mihi despondes filiam. E. Illis legibus, cumque illa dote, quam tibi dixi. M. Sponden' ergo E. Spondeo.* Sic Lysiteles stipulatur à Charmide in Trinummo: *Spondẽn' ergo tuam gnatam vxorem mihi? Ch. Spondeo, & mille auri Philippum dotis.* Vt quidem sponsalia nihil sint aliud, quam futurarũ nuptiarum stipulatio atque promissio, eaque origo probatur Vlpiano, & Florẽtino *l. ff. t. de Sponsalib.* Quo minus astipulari queam bono alioqui Grammatico Verrio apud Pompeium deriuanti spõsam & spõsalia *ἀπὸ τῶν σπονδῶν*. Cõtrahendis sponsalibus nullam certam ætatem fuisse definitam, ideoque à primordio ætatis fieri id potuisse, si modò intelligeretur ab vtraque persona, nec essent 7. annis minores cognosci potest ex Modestino, *l. in sponsalibus ff. de ritu nupt.*

nupt. Ab his spōsalibus sponsalitia quoque dicuntur conuiuia, quę Hebræi nominant קידושין à sanctificare & castitate, & חפה à חפה, quod operire & tegere significat, eo quòd sponsæ essent velatæ, vnde & nuptæ à *nubendo*, h. e. *tegendo* sunt dictæ. Tale fuit conuiuium habitū in ędibus Bathuelis Rebecca filia sua Isaaco desponsata. *Gen. 24.* Græci dixerūt προγάμια cùm dona, tum sacrificia & conuiuia ante nuptias celebrari solita. Peculiariter tamen apud Pollucem & Pausaniam sacrificium tale dicitur προτέλεια, id est, *initiatio.*

* *Sponte* & spondeo, inquit nobiliss. Scaliger, à σπονδὴ. nam quod per sacrificia firmaretur, erat σπονδὴ, ab ea mēte spōte. Nam id non inulti facere debemus. Vnde etiā Hebræis *Nediba* oblatio ἑκούσιος. Sponte igitur à σπονδὴ, id est Libatio. & liber ab eadem caussa nam λοιβὴ libatio: vnde olim *Loiber* vel *Loeber* dicebatur. Festus.

* *Spica*, στάχυς. Aeolicè σπάχυς: vt στάδιον, σπάδιον, spatium & contra σπουδὴ studium. Idem.

Sportæ & sportulæ cùm pecuniæ tū cibi receptacula (Græci ταργάνας vocant) nomen inditum agnoscunt ab herba sparto, ex qua confici solebant. Oldendorpius ab asportādo vult dictas: quod his modò pecunia modò cibus asportari soleret. Vtrunque asserit Isidor. Metonymicè autem sæpe vsurpantur pro cibis, vel publicè vel priuatim erogari solitis, tum pro pecuniis dari solitis loco cibariorum. Iuuenal. *Satyra 3. Nonne vides, quanto celebretur sportula fumo? Centum conuiuæ, sequitur sua quemque culina.* Ad hæc carmina in Aduersariis suis ita Turnebus: *Iam non intelligo centum, quadrantes, sed cœnam, quæ, quod initio in sportula dabatur, inde nomen meruit.* Vnde à Græcis dicitur δεῖπνον ἐν σπυρίσι, *cœna in calathis.* Apud Pollucem quoque sunt κλίσαι, δειπνοφόροι & σπυρίδες. Imò cùm diuites olim Romani, vt ostenderent munificentiam suam, pauperes clientes admitterent *ad cœnas rectas*, id est, splēdidas, & lautas, quòd comitati eos fuissent, comperio ad sportulas eas à Nerone redactas tandem, *teste in eius vita Tranquillo.* quamquam postea Domitianus sportulam reuocauerit ad cœnam rectā. Vnde Martialis: *Promissa est nobis sportula, recta data est.* Tranquillus tamen in Domitiano hoc modo: *Atque inter spectacula muneris largissimum epulum, septimētiali sacrorum quidem die, senatui equitique panariis, plebeiis sportellis cum obsonio distributis.* Porro pro pecunia sportulam accipi constat ex eo Martialis: *Dat Baiana mihi quadrantes sportula centum. Inter delitias quid facit ista fames?* Ceterum non dabatur tantum sportula, cum priuatim erogabatur, quantum ex publico vectigali clientibus & pauperibus. Adde etiā in nuptiis erogatam. Nam quid aliud illa Apuleij volunt, *Apologia 2. Quippe ita placuerat in suburbana villa, potius vt iungeremur, ne ciues denuo ad sportulas conuolarent.* Atque has tandem quoque præ nimia auaritia ab alienis & diuitibus, raptas, inq, vestibulo, h. e. sportularum loco, distributas quis non intelligat ex Iuuenal. verbis Satyr. 1.

Nunc sportula primo
Limini parua sedet, turba rapienda togatæ.

id est, quem viliores & pauperes clientes capere deberent. Eiuscemodi sportularum captatores *sportulare* dixit Tertullianus, id est, *sportulis operari.* In iure ciuili accipiuntur quoque pro iudicum honorario siue salario sub rubr. *de sport. Iud. & l. 31. §. exsecutoribus C. de Episc. & Cler.* Apuleius sportulam vocat *libr. 6.* stipem siue pecuniam, quam conferunt, qui in sodalitij societatem cooptantur. Apud Græcos contributa & deposita pecunia ab actore & reo iudicij gratia, dictaq; Prytanea huic sportulæ respondebat. Eidem sportaculam definiebant διανομὴν κρέατος ἢ ἀργύρου. Summatim, sportularū nomine intellexerūt veteres quaslibet erogationes siue cibarias, siue pecuniarias, siue publicas, siue priuatas.

Spurca-

Spurcus, à ſpuendo, cùm ad id, quod fœdũ eſt, exſpuere ſit moris. Hinc *ſpurcum vinum*, quod cur reiectum à ſacris ſit apud gentiles, penitius inquirendũ. Conſtat cùm ex aliis, tum ex Suetonij Auguſto *cap.94.& Arnobij lib.7.* merum olim infuſum fuiſſe ſuper altaria, imò ſupra thus antea incenſum. Vnde Ouid. *13.Metamorph. Thure dato flammis, vinoque in thura profuſo.* Atque hinc merum thuris ſocium ſcitè dixit Arnobius, multique alij auctores coniunxerunt in rebus diuinis. Ceterùm vinum nullũ dabant, niſi purum: Reiiciebant autẽ *ſpurcum*, quo nomine Labeo Antiſtius apud Feſtum id vnum appellatum affirmat, quod ſacris adhiberi non licebat. Credebatur autem tale, cui aqua erat adiũcta, defrutumue, aut igni tactum, muſtumue antequã deferueſceret. Sed nec illud prætereundum, vinum ex Græca & amputata vite, ſeu fulmine tacta, aut quæ vulneratis pedibus fuerat calcata, aut immũditie polluta, aut iuxta quam homo laqueo pependerat, quæque circumciſis vinaceis profluxerat, pariter repudiatum in ſacrificiis, ſiue libationibus Deorum. Homerus Il. *β.* σπονδὰς vocat ἀκράτους, id eſt, meracas, vbi Euſtath. ἀκράτους eum dixiſſe ſcribit, διὰ τὸ τῆς γνώμης ἀμιγὲς ψεύδει καὶ ἄδολον. Idem Il. λ. hoc modo: πάντως (οἱ παλαιοὶ) ἀκράτῳ ἐσπενδον, κατὰ τὸ, σπονδαὶ ἄκρητοι. Pythagoræ quoque ſymbolũ illud tribuitur, *Ne diis libarem ex vitibus amputatis.*

Spurius, patre natus incerto, vtpote quem demonſtrare non poteſt, idcirco etiam Græcis dictus ἀπάτωρ, an nomen habet ſecundum quoſdam, *quòd ſine patre ſit filius*, originem trahente notatione ex ſimilitudine notarum S. P. quibus alioqui etiam illi, quibus *Spuriorum* prænomen eſt, ſignificari queunt? An iuxta Probum in epitome Valerij de prænominibus quod ſit velut epopta ad omnium ſpectaculum conceptus, vt, qui aſpicit, deterreatur exemplo tali ab illegitima libidine: vel potius, quod ſit extra puritatem & prorſus immundus, ꝙ *ſpurium* & *ſpureum* veteribus eſſet indifferẽs? An (quia matrem ſequitur) à muliebri natura, quam veteres ſpurium dicebant indito velut nomine non à patre, ſed ἀπὸ τοῦ σπόρου, id eſt, ſemine, vt inter alia notatur ab Iſidoro? An quaſi σποράδην, id eſt, ſparſim cõceptus. *§ ſi aduerſus, Inſtit. de nupt. l. 15. ff. de ritu nuptiar.* Video quamplurimos eo inclinare, Etſi *in Inſtit.* quædam exemplaria habeant παρὰ τὴν σποράν id eſt, à ſatione. Apud Hebræos & Aramæos dictum hunc volũt aliqui ממזר *Mamzer.* Quod nomen Conſtãtinopolitana Synodus & alij in *Manſerem* commutarunt, quem ipſum de ſcorto natũ Hoſtiẽſis intelligit. Vnde Abbas: *Manſeribus ſcortum, ſed mœcha nothis dedit ortũ.* Iure autẽ ciuili, quod iuſtas requirit nuptias, excluditur ſpurias omni ſucceſſione paterna. Quod magis negãtur alimẽta, *auth. ex cõplexu. C. de inceſt. nupt.* Itaq; nõ valet ſtatutũ diſponẽs ſpurios ex teſtamento, aut alia volũtate poſſe patri ſuccedere, ne detur peccandi occaſio, *l. conuenire ff. de pact. dot. cap. quemadmodum. de Iureiur.* Qui quod nanati hoc modo incapaces habeãtur hereditatis, & quidẽ nõ exſtãtibus legitimis hæredibus. Apud Athenieñſes teſtatur Ariſtophanis interpres *in Auib.* de notho filio legẽ quoq; exſtitiſſe huiuſmodi: νόμος ἦν Ἀθηναίοις, γνησίας μὲν οὔσης θυγατρὸς, νόθου δὲ υἱοῦ, μὴ κληρονομεῖν τὸν νόθον τὰ πατρῷα. Vt autẽ peruenitat hereditas ad nõ legitimũ filiu, remedio quodam ſuccurri poteſt, nempe ſi pater ſpurij matrẽ eius inſtituat heredẽ cui ille ſuccedere poteſt. Eſt & aliud remediũ, nẽpe ſi pater inſtituat ſpuriũ in eo, ꝙ capere datũ, inq; reſiduo ex ſpurio natos aut naſcituros, cũ nõ trãſeat in filios macula paterna. *l. § penult. ff. de bon. po[illegible] ff. cõtra tab. l. co[illegible]nominis. [illegible] auth. de Ne[illegible]nis. C de heret. l. Diui f[illegible]res. ff. de i[illegible]atr.* Præter hęc remedia [illegible]ciẽdũ Põtificio tamẽ iure in eo ſuccedere poſſe, quod alimẽtorũ loco relinqui ſolet aut donari,

capit.

capit.cum haberet,de eo, qui duxit in matr. quamp.li.per adult. Hæc raptim in Leguleiorum quorundam gratiam,qui, si forte quid videāt nullis legibus respersum,supercilio ingenti, & naso distorto euestigio contemnunt.interim alieni à Musis & omnibus literis humanioribus. Quamquam de eruditis dictum id nolim.

Squalina,piscis magnus,quippe quadraginta librarum pondus sæpe apud Venetos & Ligures pendens, cartilaginosus,viuiparus,quaternis alis ad latera communitus,capite concinnato,ore firmis dentibus circunuallato,in speciē raiæ matinæ,bis etiam pariens singulis annis,primò vere, inde autumno circa Vergiliarum occasum, at felicius,teste Arist.5.historiæ animalium , dici videtur nōnullis à squalore & cutis seu pellis asperitate, quā Itali totam prius deglubunt,quā piscē ipsum venum exponant. Est enim assulis distenta & exsiccata,vtilis fabris lignariis ad opera perpolienda.Quin & ferram conficere didicerunt ex huius piscis osse in mucronem crebro formato. Itaque Ægyptij fabrum lignarium per eam accipere & intelligere solebant.

Stabulum equorū,asinorū & aliorum iumētorū receptaculū,Grec.*ἱπποςάσιον* & *ὀνοςάσιον*, recte à *stādo* deduxeris cū Ascensio *1.Georg Virgil* Hinc *stabularius*, qui stabulū exercet & iumenta apud se stabulari permittit.*l.1.§ caupones.l.5.l.fin. ff.naut.caup.*Alias etiā significat diuersoriū hominū mansioni destinatum,vnde *πανδοχεῖον* vertit Theoph.*§.pen.Instit.de obligat.ex quasi del.*Eadem significatione vsus est Apul.*l.1.*Tertull. *in Apologetico, c.42.*Cyprian.Epist.*13.lib.3.*& Augustin. *tract.41.in Ioannem*,cuius verba adiicio: *Vtere,inquit,mundo, non te capiat mundus. Quod intrasti iter,agis: Exiturus venisti, non remansurus. Iter agis, stabulum est hæc vita. Vtere numo , quomodo viator in stabulo vtitur mensa, calice, vrceo,lectulo,dimissurus , non permansurus.* Et Plautus: *Pallium stabulario dedi.* Iterum Apuleius: *Sume sarcinulam, & pretio mansionis stabulario persoluto capessamus viam.* August.vocat etiā *mulieres stabularias 8. de ciuit. Dei.* quæ exercent stabulum,& viatores mercede pascunt.

Stacte,cognomento myrrha,id est,stillatitia,nec quicquam aliud, quā recētis myrrhæ pinguitudo,*Ath.l.15.* ex ea stillās & exsudās Arabib.*Styrax*,vel potius *storax* liquidus , *παρὰ τὸ ςάζειν* arcessit nomen.Ea per se facit vnguentū, quod nomināt Stacten.*teste Dioscoride l.1.c.*75. qui vocat *σμύρνης νεκομμένης τὸ λιπαρὸν*. Theophrastus quoque *περὶ ὀσμῶν* etymon nostrum confirmans , *ἐκ σμύρνης κοπτομένης*.inquit, *ἔλαιον ῥεῖ. ςακτὴ δὲ καλεῖται, διὰ τὸ μικρὸν ςάζειν*. Errat ergo manifestè Plin. cum *lib. 12.cap.15.* scribit Myrrham sponte,priusquam incidatur,sudare stacten.

Stadiū,Græcis quoq; *ςάδιον* & *ςάδιος*, Latinis *curriculū*,in quo equi homines ue currūt & certāt athletę,deduci videtur plerisq; *ἀπὸ τῆς ςάσεως* i.e.*statione*,quę Hercules,cū vno spiritu id decurrisset, substiterit.Fertur n. metatus pedib. stadiū illud quod erat Pisis apud Olympiū Iouem. Etymologicō magnū facit nobiscū,scribens hoc modo : *ςάδιον, ἤ τοι διὰ τὴν ςάσιν, ἑςῶτες γὰρ ἐθεῶντο*.Vides à *statione* vel *statu* deduci. Addit tamen *οἱ δὲ φασὶ περιττὸν εἶναι τὸ σ. ἀντὶ τοῦ τάδιον, παρὰ τὴν ἐν τῷ δρόμῳ τάσιν.* Varias stadio mensuras assignatas , vel inde constat, quod quidā 125. passus ipsi tribuerint, partem milliaris scil. 8.quod mille passibus terminabatur apud Romanos.Sex centos pedes asscribit illi Herodot',post Herodotū Suidas,cū ait:*ςάδιον ἔχει πόδας χ*.Solebāt & Gręci eadē mēsura explicarē locorum interualla,sicut Latini passu.Strabo *li.3.* *ἀφ' ὕςατον τι ἱερὸν ἀκρωτήριον διέχον τῶν γαδείρων ἔλαττον ἢ δισχιλίους ςαδίους*,*vltimū sacrū promōtoriū distās à Gad bus minus duobus millibus stadiorū.*Ex Xenophon. 2. rer. Græc. *παρακαλῶντο δὲ τῶν μακρῶν τειχῶν ἐπὶ δέκα*

σαδ ὡς καθελάυ ἑκάτερον. Quatenus autē accipitur pro genere mēsuræ metādis agrorum limitibus comparato, terminatur vt plurimum centū viginti quinque passibus, quæ summa octies sumta reddit mille, & proximè ad eam dimensionem accedit, quam ponit Herodotus *lib.2.* vbi de labyrintho scribit hoc modo. ἀιδ' ἔχατει ὀργύαι δίκαιαι εἰσὶ σάδιον ἑξάπλεθρον. *Olympicum* stadium dicitur quadringentis pedibus constitisse, *Pythicum* millenis. *Italicum* ducentis viginti quinque, prout scriptum reliquit Censorinus. Qui olim in stadio currebant, σαδιεῖς & σαδιοδρόμοι appellabantur à Pindaro, quales fuerunt Xenophon *Corinthius*, Asopichus *Orchomenius*, Thrasideas *Thebanus*, & Dinias *filius Mega*. Et a stadio stadialis ager Isidoro, apud Græcos σαδιαῖ☉. Id tamen eisdē statariū significat: Vnde σαδιαῖα μάχη, *pugna stataria*, Vitruuius *stadiatas porticus* nominat ex eadē stadij mēsura, sicut & *milliarias* dicere solent auctores.

Stagnum, immensa aquarum congeries dici videtur Isidoro ab eo, quòd stet, non decurrat. Approbat Festus. Sed addit: *Alios dici velle stagnum, quòd locus, qui continet has aquas, sit συνεχὴς, id est, continuus.* Sic enim repurgari posse Festum arbitrantur, estq; συνέχειν continere Latinis vel coarctare. Puto nonnullos etiam legere σέγων a σέγω, quod est *tego* vel *operio*. Mihi placet σέγν☉, id est, *strictus* vel *constrictus*. Quomodo suspicor quoque legendum in Varrone genere neutro pro σάμνον. Confirmat etymō Seruius, cui pariter stagnum est *aqua stans*. Vnde stagnare aquam, est cōtineri. Quare apud Plin. legimus, marinos *fluctus effusos stagnare solere, & inde agros humidos & stagnantes* appellat. Vlpianus discernit à lacu ita quidem, vt lacus aquam habeat perpetuam, at stagnum temporalem.

* *Stagnum*, à Græco σεγνὸν, malè enim in editione Romana Varronis σάμνον. Aliud enim est σαμνὸς, vt sciunt qui legerunt saltem Aristophanem. σεγνὸν igitur, quòd contineat aquam, neq; manare possit, vt etiam scripsit Festus. Vnde statiuæ aquæ dicuntur, quæ contrariæ sunt manantibus & perennibus: cuiusmodi sunt fontes, riui, fluuij. Varro de admirandis, ad Fundanium socerum, *Secundo de statiuis aquis, vt sunt lacus, & Stagna, & putea, & maria.* Plin. lib 2. cap. 88. *In eadem & oppidum haustum profundo, alióque motu terræ Statinas emersisse.* Hæc Nobiliss. Scaliger, Coniecta. in Varronem. *Stagnum* Hebr ברכה *berchu*, id est, piscina dicitur, cuius aquæ pluuiarum benedictione augentur: à rad. ברך *barac*, benedixit. Hinc βρέχω, pluo. באר *Beer*, puteus purus, בור *bor*, cisterna ex aqua pluuiali & statiua. Nomen generale congregationis aquarum, quod mare dicimus, nempe ים *Iam*, & מים *Main*, aquæ, Hebræi stagnis id est, aquis statiuis tribuunt. Dicitur etiam Heb. stagnum אגם *Agam*, Statiuarum aquarum copia, & synecdochicè pro arundine seu iunco nascente in stagno גמא *Gomé*, Scirpus qui in locis humidis succrescit. Hinc ἰκμὰς humor, ἰκμασία humiditas ἰκμάζω, ἰκμαίνω, humecto; ἀκμαῖ☉ vigens, ἀκμὴ vigor, ἀκμάζω vigeo, nam in locis humidis & palustribus vigent arundines.

Statinia, Dea apud Tertullianum *libr. de anima*, præposita primæ constitutioni pueri super terram. Varro Statanum Deum facit pueritiæ præsidem *lib. de lib. educat.* Sed siue sit Deus, siue Dea, siue vtrumque, quod numina dicantur *hermophraditica*, quòd incorporea sint, corpusque assumere possint, quodcumque volunt, certè nomen (*vt idem Varro 2. de vit. pop. Rom. scripsit*) inde deductum, quod puer natus, simul ac erat sublatus ab obstetrice, statueretur in terra, vt auspicaretur esse rectus. Quo forte illa Papinij referenda sunt Syluar. 2. *Tellure cadentem excepti fouiq; sinu.*

Statio. Vocabulum ductum à stando. Multiplex eius significatio. Secundum Vlpia

Vlpianum locus is est, vbi naues tutæ stare possunt. Vnde Virgil. *Statio tutissima nautis.* Statio itē dicitur locus quilibet in vrbe, vbi cōsistunt homines frequenter audiendi, aut confabulandi gratia, qualis porticus, forum aut officina, Græcè στάσις. Ait enim Plinius *l. 1. epistola ad Senecam: Plerique in stationibus sedent, tempusque audiendo fabulas terunt.* Agel. lib. 13. c. 12. *Quæsitum esse memini in plerisque Romæ stationibus ius publicè docentium aut respondentium.* Item locus est statio, in quo castrametatur exercitus, vt cùm Curtius inquit *lib. 5. Cognitum id per exploratores, qui stationes hostium fuerant ingressi.* Liuius 7. primæ Decadis: *Nec Galli se statione tenuerunt.* Alludit & eo Naso de arte amandi, canens hoc modo:

Sed vitate cultum formamque professos,
Quique suas ponunt in statione comas.

Accipi etiam video idem vocabulum pro ipsis custodibus, vt in Tiberio Tranquilli: *Disposita statione per ripas Tyberis, quæ obuiam prodeuntes submoueret.* Item pro standi officio, quale istud apud Valerium: *Senatus assiduam stationem eo loci peragebat.* A statione dicti milites stationarij *l. 4. ff. de fugitiuis* & stationarij Tabelliones, qui cum ministris suis morabantur in stationibus: συμβολαιογράφοι Iustiniano *Nouell. 44.*

Statiua dicta, quòd ibi starent milites, vt sedes, quòd ibi sederent. Vtriusque rei dabo auctoritatem. Liu. *lib. 1. Tentata res, si primo impetu capi Ardea posset.* Vbi id parum processit, obsidione & munitionibus cœpti premi hostes. In his statiuis (vt fit) longo magis quam acri bello satis liberi commeatus erant. Ex *l. 2. C. de præfecto Pretorio Aphrica,* adfero hæc: *Dux militum Tripolitanæ prouinciæ in Leptimagnensi ciuitate sedes interim habeat.* Ibidem. §. *quantos. Duces ac milites secundum nostram dispositionem in locis seu ciuitatibus, quibus iussimus, sedeant.*

Stator dictus est Iupiter, à stando, vel quòd stare faciat, aut potius stēt omnia ipsius beneficio, *vt scribit Seneca 2. de beneficiis.* Vel quòd, cùm templum ipsi vouisset Romulus, exercitum post preces stare fecisset, *teste Dionysio, & Liuio lib. 1.* Huius Statoris Iouis meminit Cic. *3. de finib. 2. in Catilin. & Phil. 2.* Ouid. *Fastor. 6.* Plin *histor. natur. lib. 2. cap. 53.* Macrob. 3 *Saturnal. cap. 4* Dionysius *lib. 2.* Plutarchus *in Romulo.* Seruius *Æneid. 8.* & Augustinus *3. de Ciuit. Dei.* Statores porro dicti sunt serui aut liberti, qui prope herum stant aut patronum, & si quem quærat, arcessunt ac sistunt. Item præsidum aut proconsulum ministri, carcerum aut ædium custodes, de quibus ita Manil. *lib. 5.*

Immitis veniet, pœnæque minister
Carceris & duri custos, quo stante superba
Prostratæ iaceat miserorū in limine matres.

Statua, opus sculptile, aut fusile, *C. de stat. & imag.* Græcis ἀνδριὰς, id est, *virago*, quasi viri imago, à statuēdo vel stando Latinis nomen accepit. Sicut etiā Hebræis, quibus dicitur מצבה Græcorum vocabulo τῷ ἀνδριάντι respōdet aliud Græcum vocabulum βρέτας, de quo Clemens Alexandrinus *in Protreptico* hoc modo: *Postquam statuæ cœperunt formari, ab hominibus βρέτας cœperunt nominari ἀπὸ τῶν βροτῶν, id est, mortalibus.* De principum statuis multa in iure ciuili. Confugientibus enim ad eas tutissimum erant refugium *l. vn. C. de his, qui ad stat. confug. §. sed & maior Institut. de his qui sunt sui. vel al. iur l. 17. §. & apud Labeonem. ff. de ædil. edict.* Huc ergo recipiebant se non modò serui grauiter à Dominis pressi, verum etiam ære alieno grauati. Quocirca qui circa statuas & columnas se occultauerant in foro, vt creditorum occursum effugerent, probatur *l. Fulcinus. §. illud sciendum. ff. quib. ex caus. in possess. eat* Etsi pleraque exemplaria stationes habeant, non statuas, *vt Cuiacius monet. 1. Obseruat. 13.* Sciendum quoque viris olim magnis, & de Repub aut patria bene meritis statuas

erigi ſolitas vt *Broſo, Alcibiadi, Pythagoræ, Demoſtheni, Ariſtogitoni Tyrãnicidæ, apud Patauinos Liuio*, & *apud Romanos Aemilio Bruto, Cæſari, Cocliti, Lucullo. Romulo, T. Quintio, Catoni minori & infinitis alijs* tanta demum copia, vt ſtatuerit Imperator *C. de ſtat. & imagin.* ne iudices ſtatuas & imagines, nempe virtutũ præmia, ſine principis conſenſu erigẽrent. Ante illã cõſtitutionem tamen liberaliores ea in re fuiſſe eſt certũ, quẽadmodũ fuerunt & Rhodij, apud quos viſa quandoq; ſunt ſupra tria ſtatuarum millia. Nec pauciores & Delphis & Olympiæ extitere, vt Valerius Maximus ſcribit *li. 2. c. 1.* nec in vrbe nec in Italia viſam auream ſtatuam, antequam poneretur patri a M. Attilio Glabrione in æde pietatis. Res equidẽ notatu digna. Cui addo, *Antonio Muſæ medico ſtatuam poſitam Aeſculapio proximam, ob ſeruatum à morbo Augustum.* Cuiuſcumq; n. veteres nomen immortalitati conſecratum volebant apud poſteros, iis ſtatuas ſolemniter decernebant, quarum aſpectu conſtaret perpetuo rei geſtæ memoria. Sic in Pontica regione, licet barbara, ſtatuas in vſu fuiſſe legimus Ibi nempe celebrata Pharnacis ſtatua, qui primus regnauit in Põto, nec non alia Mithridatis Eupatoris, quæ Romam Pompeij Magni triumpho fuerunt tranſlatæ, *teste Plin. li. 34. c. 12.* Etiam notandum Imperatorib⁹ Romanis in ſubiectis Imperio Romano, ſiue regnis ſiue prouinciis erectas fuiſſe ſtatuas. Nã Achęorũ ciuitates ex marmore Pario poſuiſſe Adriano conſtat Gręcos omnes Traiano, qui vltra Thraciam Getas ſubegit. Et ſimul teſte Cedreno Adrianum in vrbe Ælia ſtatuam ſuam poſuiſſe, vrbemque Gręcos habitare iuſſiſſe. Apud Romanos (quod omitti non debet) quædam erãt triumphales ſtatuæ triumphantis habitu ſculptæ, quædam equeſtres effictæ aliquo cũ equo ad curſum incitato: Itẽ *Coronatæ* & *Laureatæ*, cũ ahenea ſphęra, *Togatæ, Palmatæ, Penulatæ, Loricatæ, Bigæ, Trigæ, Trepidancæ, Coloſſeæ*, de quibus vide Plin. *l. 39. c. 4. 5. 6. Lazium l. 9. c. 19.* Damnatorum ſtatuas ad perpetuam familiæ ignominiam in carcere poſitas, colligi poteſt ex Cic. *in Vatinium.* Hominib⁹ miſere necatis etiam erectas cõſtat, vel ad honeſtandam eorũ mortem, vel ad cõmouendã miſericordiam, aut deniq; ad excitandam multitudinem ad imitationẽ. Structilibus baſibus eaſdem affixas, aut alligatas tabulis, aut affixas parietibus pariter eſt certũ. Solebant itẽ Dei alicuius ſtatuam in menſis ponere. Quo refero Martialis illud: *Hoc habuit nomẽ Pellæi mẽſa Tyrãni.* Pacuuius in Syluis: *Pellæus habebat Regnator latis numen venerabile menſis.* Arnob. *l. 2. Sacra facitis mẽſas, ſalinorũ appoſitu & ſimulacris Deorũ.* Nimius eſſem, ſi vellem prodigalitatem omniũ in hanc rẽ referre prolixus, Græcorũ, *inquã*, Romanorũ, & Ægyptiorũ aliorũ. Vn⁹ apud Gręcos Ageſila⁹ omnẽ imaginẽ ſiue ſculptam, ſiue cõflatã repudiauit. Vnus etiam Romanus Porcius Cato multorum ſtatuas erigi conſpiciẽs, *malim*, inquit, *vt de me quærãt homines, quãobrẽ nõ ſit poſita Catoni ſtatua, quã quare ſit poſita*, *ſentiens* ſe malle res gerere præclaras, vt, cum ſcirent quondam ſtatuam cum promeritum, non poſitã eſſe admirarentur, *teste in eius vita Plutar.* ex quo idẽ repetiit Eraſmus *Apophteg. 5.* & Cælius *li. 29. c. 14.* A ſtatua dicti ſunt ſtatuarij *l. 1. C. de excuſat. artif.* Gręce ἀνδριαντοποιοί. Fuiſſe autẽ ea ĩ arte inſignes dicuntur *Praxyteles, Pyrgoteles, Callicrates, Lyſippus, Phidias, Athenedorus, Myrõ & Polycletus, inter populos Athenienſes* ſicut reliquis Mitylenæ, præſtitiſſe dicuntur cithara, Thebani tibia, Alexãdrini Geometria, Crotoniatę Medicina. Ad finem ſtatuas pono Mercuriales in viis exſtructas, olim in iter facientiũ vtilitatẽ, ne aberrarẽt, quibus cõparat locos Dialecticos Rodolph⁹ Agricola, Friſiæ decus.

Statuliber, ſtatu liber, qui ſub conditione teſtamento liber eſſe eſt iuſſus, *vt Vlpianus Inſtit. 14. 2. ſcribit.* Sic veteres

teres glossæ: *Statuliber*, ἐλεύθερος χρόνῳ κατὰ διαθήκην ἀφεθείς. Vbi tamen pro χρόνῳ videtur legendum ὅρῳ Iosepho Scaligero. Sed & Festus audiendus hic est. *Statuliber est* inquit, *qui testamento certa conditione proposita iubetur esse liber, etsi per heredem est, quo minus statuliber præstare possit, quod præstare debet.* Hinc rursus veteres glossæ statuliberum exponunt ἐπικεκαμμένην τὴν ἐλευθερίαν, cùm nondum statuliberorũ recta libertas sit, sed inflexa quodammodo, donec exstiterit conditio. Accipitur enim sæpe in iure ciuili status pro conditione, in qua viuunt homines, alius alio iure ac ordine. Hinc est, quod serui non habere dicantur statum, neque etiam videantur mutare statum, cùm perducuntur ad libertatem. *l.1.§.vlt.l.4.ff.de ca.minut.* At liberi omnes statum mutant, cùm amittunt, vel ius familiæ, vel ciuitatem, vel libertatem. *l.2.ff.de in integr.restitut.*

Status dies est Festo, qui iudicij caussa est constitutus cum peregrino. Eius n. generis ab antiquis hostes appellabantur, quod erant pari iure cum populo Rom. Atq; *hostire* ponebatur pro *æquare*. Plautus in Curculione: *Si statuti condictus cum hoste intercedit dies, tamen est eundem, quo imperant, ingratis.*

Status Græce στάσις, Rhetoribus quæstio principalis, ad quam omnia argumenta referenda sunt, velut ad principalem conclusionem, ἀπὸ τοῦ ἵστασθαι, i. *stando* deducitur, quod vterque reus & actor ad dimicãdum ibi stare videatur. Refert & eò vocabulum Græcum Hermogenes in Prolegomenis his verbis: στάσις καλεῖται ἡ ἐν δικαστηρίοις ἀμφισβήτησις, ἢ παρὰ τὸ στασιάζειν πρὸς ἀλλήλους τοὺς ἀγωνιζομένους, ἢ παρὰ τὸ ἑκάτερον αὐτῶν ἵστασθαι περὶ ὃ νομίζει δίκαιον οἱ νόηται περὶ τῆς στάσεως πρὸς ἀλλήλους διαγωνίζοντας. Sumtum ergo vocabulum à certantibus & luctantibus & ad Rhetorum cõstitutionem, *vt Cic. vocat*, trãslatum, sicut & his auctoritatibus euinci potest. Arthemidorus ὀνειροκριτικῶν 2.c.33. *Si ad res huius vitæ Philosophus animum adiecerit, & grauiam captet*, ἰδὼν στάσιν ἀπώλεσαι τὴν ἐργασίαν, *scito, quod stationem tuam deserturus sis*. Epictet. in enchiridio. πεζικαὶ προβεβλημέναι δυνάμεις μάχης ἐξ ἀντιστάσεως ἥπτοντο, pedestres copiæ pugnam aspicatæ sunt. Apud Poll. περὶ τῆς στάσεως ἀγωνίζεσθαι est, *de statione & loco contendere*. Aristophanes in Pluto: κἀγὼ γὰρ ἦχον τὴν στάσιν ταύτην, hunc enim ordinem & locum obtinebam. Hinc & στάσιμα μέλη, *carmina quæ Chorus stando recitabat*. Idem Aristophanes in Vespis: στάντες δὲ τοῦ χοροῦ, τὸ στάσιμον ᾄδετε μέλος. Tres autem ponuntur στάσεις seu status: στοχαστικὴ *coniecturalis*, ὁριστικὴ *definitiuus siue legitimus, qui oritur ex quæstione quid sit, &* ποιότης *qualitatiua siue* ποιότητος, *quæ quærit quale sit factum*.

Statutum idem quod lex municipalis, interpretationem recipiens, sicut Salomon affirmat, & Zasius probat, etsi alij male sentiant verbotenus intelligendũ à statuẽdo nomen deducit. Statuta scribendi consuetudo hinc irrepsisse videtur, quod commune ius Romanorum propter varias circumstãtias apud omnes populos æqualiter obseruari nõ potuit. Ideo receptum fuit statutis generali legi aliquid addere vel detrahere, aliquando etiam contra legem statuere. *l.omnes populi.ff.de Iust.& iur.* vbi diligẽter legendus est Bartolus.

Stellæ videntur Grammaticis à stando dictę, quod semper stent velut cœlo infixæ, nec cadant Stellæ firmamenti peculiariter dicuntur fixæ, non quod moueantur, nisi ad motũ orbis, in quo sunt sed quod eundem inter se situm ordinẽ atque distantiam seruent, id quod partim antiquorum Astronomorum obseruationes, puta Ptolemęi, Albategnij, partim recentiorum manifestissime docent. Quam ob caussam octaua hæc sphæra ἀπλανής, *quasi non vaga*, ab Astronomis est appellata. Addam nunc pro more meo quædam hîc alia notatu digna. Nam stellas omnes sphæ-

ſphæricas eſſe affirmant propter Aſtronomos Philoſophi,ſicut ex luna probari poteſt, quæ circulariter lumen ſuum recipit à ſole. Ariſtoteles euincit certis rationibus, *2. de cælo*, ſtellas per ſe non moueri, verum potius (*vt inde ſequitur*) ad motum cœli. Dico moueri generaliori vocabulo, cum (ſi propriè dicas) moueri dicantur Planetæ, ferri & volui ſtellæ, quas nominanr fixas. Ibidem aſſerit Philoſophus,conſtare ſtellas ex eo corpore, in quo habeant motum: Moueri autem vnamquamque in ſua ſphęra.Ait etiam aſpectum noſtrum,cũ longè intenditur,verti & vacillare propter infirmitatem, eamque fortaſſe cauſam eſſe,cur ſtellæ inhærentes micare,vagæ non micare videantur. Igneas eas non eſſe,docet *Meteorologic. 1.* Quod plures appareant in hyeme, quàm in æſtate, maximè nocte ſerena & verſus arcticũ polum, fit quia tunc aër purgatior eſt, & propterea minimè quoque ſtellæ ſub viſum cadant: Vel quod hallucinentur oculi putentque ſe plures viſu percipere,quam reuera percipiunt, cum quædã ſtellarum ſint phaſes ſeu appatẽtiæ generatæ ex vehementi illa ſcintillatione. Minimam ſtellarum nõ errantium etiã tota terra maiorem eſſe,ſicut & ſolem, at eadem minorẽ lunam, certis & perpetuis demonſtrationibus hactenus euicerũt Aſtrologi.Ortus & occaſus ſtellarum apud Poëtas eſt triplex:nimirum Coſmicus,Chronicus, qui duo ſumuntur ex Horizonte, & Heliacus, qui refertur ad ſolem. Horum exempla varia protulerunt,qui ſua ediderunt commẽtaria in ſphęram cœleſtem, ad quos vnumquemque remitto. Sintne errantes ſtellæ cauſæ efficientes metallorum, ſicut Aſtrologi volunt, incertum mihi profiteor. Eidem numerum ſtellarum inueſtigarũt hac arte.Ex omnibus, quas noſter viſus, aſſequitur, animaduerterunt conſtellationes ſiue aſteriſmos.48. conſtitui.Harum ſingularum ſtellas inde facilè habere potuerunt in numerato,& æquè facile computatis, & in generalem numerum redactis omnibus, ſcire quot ſint,tum quæ ſint earum differentiæ, quoad magnitudinem.In prima quippe differentia deprehenderunt 15.luce & magnitudine cæteris præſtãtes. In ſecunda minores & minus lucidas 45.quas ſecundæ magnitudinis ſtellas dixerunt: In tertia numerarunt 208. etiam prioribus magnitudine cedentes: In quarta iterũ minores 474. In quinta 217.videlicet quintæ magnitudinis ſtellas:In ſexta denique minimas omnium 49. Quibus tandem in vnum additione collectis,redduntur 1022. Hoc ſpicilegium de ſtellis adiicere etiam volui, ne nihil ex illa pariter arte dici poſſet aſperſum. Dabunt veniam, qui erudita rerum varietate delectantur.

Stellio animal non abſimile lacertæ, ſecundũ Plinium, etſi ea ſit minor (*tarantulæ* ſpeciem eſſe opinatur Scaliger) ſtella,quia ſtellata ipſi eſt cauda,nomen habere creditur.Græcis vult dici *Aſcalaboten:* Vaſconius *blãdam* fortaſſe,quaſi βλάπταρ. Horreorum enim peſtem autumãt.Gręcis etiã γαλεώτην eſſe,ſcripſit Plinius.Iſidorus de eo hoc modo:*Stellio à colore nomen habet indutum. Eſt enim tergore pictus lucentibus guttis in modum ſtellarum.* Vnde Ouidius, *Aptumque colori Nomen habet variis ſtellatus corpore guttis.* Traditur autem ſcorpionibus adeo cõtrarius, vt viſis iis pauorem & torporem adferat. Ariſtoteles *libro de inceſſ. anim.* inde τετραπόδων annumerat. Plinius auctor eſt, generi humano valde noxium & inuidum eſſe animal, ideoque mulieres vti ſolere ad veneficia,quodq; pellem ad morbi comitialis depulſionẽ homini inprimis ſalutarem ſibi detractam deuoret,ne ſuo beneficio fruatur. Apum ab eo examina infeſtari ſcribit Virgilius *Georgicorum 4. Nam ſæpe fauos*, inquit, *ignotus adedit Stellio, lucifugis congeſta cubilia blattis.* Porro à ſtellione deductus eſt ſtellionatus, *crimen ſecundum Vlpianum vnumquodque proprio nomine*

vacans,

vacans, cuius extraordinariã executionem esse voluerunt Iurisconsulti. Vide *l.7.§.1.ff.ad Turpil.* Qui rem sane alienam sciens obligat, vel alij oppignoratam, alij denuo obligat, vel pro auro æs subiicit in pignore dando, stellionatus crimen committit, *l.1.ff.stellionatus. l. 36. ff. de pign.act.*

Stemma Paulo cognationum pictura graduum cognationis descriptio, *l.9.de grad. & affinit.* deducitur à verbo στέφω *corono*, quod cõsueuerint Romani splẽdorem sanguinis ostentantes, in atriis maiorum suorum imagines cereas plærumque disponere in speciem coronæ, lineis quibusdam cognationum gradus significantibus Tranquillus in Nerone de eo hoc modo: *Obiectum est Cassio Lõgino, quod in vetere gentili stemmate C.Cassij percussoris Cæsaris imagines retinuisset.* Item in Galba: *Imperator verò etiam stẽma in atrio proposuit, quo paternam originẽ ad Iouem, maternam ad Pasiphaen Minois vxorem referret.* Seneca 3. de beneficiis: *Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ suæ longo ordine, ac multis illigata flexuris in parte prima adium collocant, non noti magis, quàm nobiles sunt.*

Martialis:

Atria Pisonum stabant, cum stemmate toto,
Et docti Senecæ ter veneranda domus.

Quia autem nobilitatem sic ostentabant, idcirco sæpe etiam pro generositate accipi solet, vt cùm Persius inquit: *Stẽmate quod Thusco ramũ millesime ducis.*

Martialis:

Argenti furiosa sui cum stemmata narrat.

Stercus ab abstergendo vel extergendo. Hinc Sterculius Saturnus, quòd stercoris lætamine omnium primus fœcũditatem comparauerit agris. Festus scribit ex Æde Vestæ stercus deferri solitũ *17.Kalẽd. Iulias* in angiportum medium fere cliui Capitolini, qui locus claudebatur porta stercoraria.

Sterile, quod nullum fert fructum, vnde nisi ἀπὸ τὸν στερῆσθαι, id est, *priuando* deducas?

Sterno, στορνύω. vnde στρωτὰ strata: Et lithostrota pauiméta, de quibus ita Plinius *lib.36.cap.25.* Pauimenta originem apud Græcos habent, elaborata ortæ, picturæ ratione, donec *lithostrota*, expulere eam. Meminit istorũm etiam aliquoties Varro *in libris de re rustica*. Græco nomine seruato: suntq; nobilia prorsus, vtpote facta exiguis lapillis incrustatione. Romani vti cœperunt hoc genere sub Sylla, inque fortunæ delubro fuisse memoratur tale apud Prænestinos, & hodie apud Venetos in Marci æde. Facit & Ioannes Euangelista mentionem *cap.19.* τοῦ λιθοστρώτου, qui *Gabbatha* dicebatur Hebraicè.

Stibium, alio nomine Seplasiarijs *antimonium*, Germanis *Spiesglass* Plinio spumæ candidæ & nitentis lapis, nihil nisi Græcorum στίμμι, facta literarũ cõmutatione. Colore nonnihil simile est lapidi plumbario, sed magis nitet. *Horridior*, inquit Plinius, *est mas scabriórque & minus ponderosus, minúsque radians & arenosior*. Fœmina contra nitet, friabilis, fissurisque dehiscens. Inuentum fuit olim stibium in Bithynia ad Chalcedonem, vnde *Chalcedonium*, & in Italia, vnde *Italicum* est dictum. Quõdam fossile vendebatur, probatque Dioscorides id quod maximè radiat, quodque terra & sordibus caret. Tale visum formabant in pastillos, quibus quia forte Hippocrat. tempore quadrata tesserarum erat figura, ipse *stibium* vocat τετράγωνον. Exsiccat autem & astringit. Quocirca addi solet oculorum collyriis. Nigro etiã tingit colore, ideoque ciliis id illinunt mulieres Græcis propterea dictũ γυναικεῖον, & ὁμότροφον. Et quoniam artificiosa tinctura dilatare videtur oculos, idcirco eidem Græci πλατυόφθαλμον vocarunt, quod & Agricola notauit. Sic Pollux notat valere τὸ στίμμι πρὸς ὑπογράμματα γυναικῶν καὶ ἐντρίμματα, citatq; ex Ione Poëta versiculum, in quo nominat τὴν μέλαιναν, στίμμιν ὀμματογράφον. Et Hesych. ὑπογράμματα exponit στιμ

nit στιγματα τῶν ὀφθαλμῶν. De eodem differentem vide Galen. *lib. 9. de simp. med. fac.*

Stigma, nota vel punctum, quo quis signatur, vt solebant olim signari serui à Dominis, ἀπὸ τοῦ στίζειν, vel στίζειν, id est, *pungendo*, vel *notando*, nominis originem trahit. Hinc στιγματίαι *Serui*, id est, *notati*, siue *compuncti*, *cicatrice stigmosi*, Plinio *libro Epist. 5.* Plauto *literati in Casina*. Comici *Verberones* & *Flagriones* appellāt. Vsus est stigmatis vocabulo Hesiodus, post Hesiodum Phocylides: cùm inquit: στίγματα μὴ γράψῃς ἐπονειδίζων θεράποντα. Inter cutis vitia numerat Dioscorides στίγματα, *libr. 3. cap. 209.*

Stilla, id est, gutta per diminutionem à stiria deducitur nōnullis, quæ propriè est aqua frigore concreta pendens & guttatim stillans. A stilla rursus stillicidio nomē, cuius auertēdi in tectum, vel aream vicini, vel non auertēdi seruitus in vrbanis prædiis est vsurpata. Vide *l. 2. l. seruitutes, quæ. §. si seruitus ff. de seruitut. vrb. præd*, item, *l. si domus l. si eo loco ff. eodem. l. si stillicidij ff. quemadmodum seruit. amitt. l. si a te emero. ff. de seruitut. vindic. §. 1. Institut. de seruitut. §. aquæ. Institut. de actionibus.*

Stimulus ἀπὸ τοῦ στίζειν, id est, pungendo dictus. Stimulus peccandi, est illa secreti fiducia, vbi nobiscum dicimus: *Quis enim sciet? inquit Plinius in Epistolis, vnde aliquem virum bonum eligendum, & ante oculos semper habendū, vt illo velut spectante viuamus, suadent sapientes.* Et Epicurus: *Sic fac omnia, tanquam te spectet aliquis, Omnia enim mala nobis solitudo persuadet.* Stimulos naturales accipit eleganter Paulus pro instinctu seu motu naturali, *l. amicissimos, ff. de excusat. tutor.*

Stipatores, olim *Latrones* & σωματοφύλακες, seu mercede conducti milites corporis custodiendi gratia, non tā nomen à stipatione, quàm à stipe tulerūt. Nam & stipendium militibus pendi solitum ab eadem origine est. Nisi forte dixeris *stipatos*, id est, densatos corpora regum & principum circumdare, quando ipsamet stips *a stipando*, id est, componendo, quoque nomen arcessat. Et inde *stipator*, qui in nauibus componit stupam.

Stipendium a stipe, sicut & Vlpianus scripsit *l. 27. ff. de verb. sig.* quòd per stipes, id est, per modica æra colligatur. Ideo etiam tributum appellari, ait Pomponius, constatq; adeo ex Liuio, Cicerone, Gellio, Plinio & aliis, stipendium & tributum olim indifferenter vocatum, quicquid colligebatur in publicum, vt sustentaretur ex eo miles. Fuisse autem apud Romanos militum stipendium, denarium in singulos dies, id est, vnciæ argenti partem octauam animaduertitur ex *Annalium Taciti, lib. 1.* prout citatur ab Alciato, *ad l. ager. ff. de verb. sign.* Hinc *stipendia merere* dicuntur, qui militant, *l. 18. ff. de re iudic.* Sed notandum, stipendium, quatenus cum tributo est idem, primis Republ. temporibus non rerum, aut personarum onus, sed liberū fuisse, quod quilibet ad sustinēdam belli molem in medium conferebat. Aucta tandem & ditata Republica colonis & agris impositum fuit, *sicut apparet ex Liuij 7. de bello Punico secundo.* Stipendiarij milites inde sunt dicti, qui stipendia faciunt, sed minus proprie, cum potius ærarij milites aut mercenarij essent dicendi, ad imitationem optimorum authorum. Nam & Cicero *in Verrem* stipēdiarios vocat eosdem, quos vectigales nominamus, qui victori stipendia & vectigalia pendere coguntur. Et Cæsar Commentar. *1. stipēdiariis ciuitate*: dixit, id est, *tributariæ*. Eadem ratione *stipendiarij* dicuntur populi, qui stipem pendunt. Ennius: *Pœni stipendia pendunt.* Et *reditus stipendiarij*, prouentus earum rerum, quę pertinebant ad populum Romanū. Aduocatis licebat olim pro stipendio ex Claudij edicto vsq; ad dena H-S accipere, quæ transgressi repetundarum tenebantur, *sicut memoriæ proditū à Tacito Annalium 12.* Vespasianus autē (*vt scri*

(*vt scribit Suetonius*) primus Latinis Graecisque Rhetoribus annua constituit centena. Roscius nobilis ille comoedus quingenta annua H-S meruit, *teste Plinio, libro septimo, capite 39*. Medicorum hodie nobilium in Italia stipendium sunt aurei sexcenti, Iurisconsultorum octingenti. Attamen Decio Pisis numerati fuerunt mille ducenti Carolo Ruillio Bononiae mille ducenti vnus. Atque haec sufficiant. De militum verò stipendiis si plura velis, Lazium vide, *lib. 3. cap. 13*.

Stips veteribus aes, *teste Varrone 4. de ling. Lat.* à stipando deducto vocabulo. Cùm enim asses librę pondo essent, qui maiorem eorum numerum acceperant, non in arca ponebant, sed in aliqua sella stipabant, id est, componebant. Et *stipare* forsan descendit à verbo στίβειν. De stipe, quam ex thesauris dabant, sic Seneca in Epist. *Colitur autem non taurorum opimis corporibus contrucidatis, vel auro, argentóque suspenso, nec in thesauro stipe infusa, sed pia & recta voluntate.* Sic stips pro pecunia aliquoties in iure. Suetonius in Caligula, *Stetique in vestibulo aedium Calendis Ianuariis, ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus omnis generis turba fundebat.* Item in Augusto: *Omnes ordines in lacum Curtij quotannis ex voto pro salute eius stipem inijciebant.* Quin ex visu nocturno etiam stipem quotannis die certo emendicabat à populo, cauam manum asses porrigentibus praebens.

Stipula culmus cum spica, non collectus, sed in metendo relictus, à stipa dici videtur plerisque, quod instar stipae, hoc est, stupe vri soleat in agris. Virgilius Georg. 1.

Saepe etiam steriles incendere profuit agros,
Atque leuē stipulā crepitātibus vrere flāmis.

Stipulatio, iuxta Pomponium, verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, dicturū facturúue se, quod interrogatus est, respōderit, *l. 5. ff. de verb. oblig.* Videtur Triboniano dicta, quod stipulum appellarēt veteres firmum. A stipite enim factum est stipulum, quod Graecus interpres, ἀπὸ τοῦ στελέχους vertit. Varro à stipe, i. e. pecunia trahit. *Alciat. Parerg. 1. ca. 39.* deducit, ἀπὸ τοῦ στύφειν, quod adstringat. Id enim τὸ στύφειν significat, vnde τὸ στυπτόν. Multi praeponere audēt etymon hęc absurdae (*sic enim loquuntur*) Triboniani coniecturae. Nam quid stipiti cum contractu commune? Alij cōtra damnant & reiiciunt etymon posterius à verbo στύφω, quod υ habet in medio, quae tamen vocalis in stipulatione est nulla Probant autem Triboniani sententiam, vel hoc nomine: quod & Festus Pompeius à stipite deriuet, qui est fustis humi solitus defigi ac pagi in agrorum confinio, ad certam firmamque finium tutelam. Vnde Ouidius Fastor. 2.

Termine, siue lapis, siue es defossus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes.

Porro cum stipulatio non modò pecuniae; sed rerum omnium esse possit, quae in hominū cōmercium cadunt, fortasse maluit Tribonianus à stipite deducere, quàm à stipe. Hinc & verbum *Stipulari*, quod est assentire promittenti. Stipulationum aliae *Iudiciales* proprie pertinētes ad nobile iudicis officiū, quae olim exigebantur etiā ab iis, qui suo nomine cōueniebātur actione in rem, iam verò complectuntur cautionem de dolo, vel de persequendo seruo, qui est in fuga, aut pretio restituendo: Aliae *Pretoriae*, quas Praetor introduxit, veluti damni infecti, vel legatorum: Aliae *Conuentionales*, nempe conceptae ex conuentione vtriusque partis contrahentium, quarum totidem sunt genera, quot rerum contrahendarum. Aliae denique *Communes*, veluti rem saluam fore pupillo, vel de rato stipulatio. *Pretoriarum* rursus genera sunt tria. Quaedam enim Iudiciales non à iudice dato, sed à iudicio dictae, quòd propter iudicium interponantur, quaedam *Cautionales*, quaedam *Communes*. Est & ista stipu-

lationum diuisio trita, vt aliæ dicantur *Diuiduæ*, aliæ *Indiuiduæ*, pro ratione rerum, quæ in stipulationem sunt deductę, quarum aliæ diuidi possunt, aliæ non possunt. Item Stipulationem, quædam in dando, quædam in faciendo consistunt. *l. 2. in princ. ff. de verb. oblig.*

Sterila, παρὰ τὸ στεῖρα, quod nobis est *sterile*, Quamquam & στεῖρα dicatur Græcis.

* *Stiria* regio, in superiorem & inferiorem distincta, Austriæ ducatus seu Archiducatus pars nobilis ad meridiē sita. Vide *Au... i.*

Stiua, aratri manica siue manubrium, quod inter arandum manibus tenetur, a stando videtur nomē accessere Grammaticis.

* *Stoa*, στοὰ, cognomento ποικίλη dicta, pœcile Spartiano, id est, varia, vbi depicti erant fortes illi & præstantes viri qui in pugna Marathonia pro patria occubuerant, gymnasium fuit Zenonis Stoicorumque, situm ex aduerso ferme ipsius Academiæ ad Athenarum vrbem. Generatim verò porticum structuramque oblongam significat, qualia plærunque sunt basilicarum & magnificorū operū vestibula, à Stoę illius Atticę similitudine: vt Ioann. 5. 2 & 10. 23.

Stoici Philosophi, quorum princeps Zeno, à porticu, quæ Græcis est στοὰ, deriuant nomen. Testis Suidas his verbis: στοὰ ἡ ἐν ἀθήναις διατρίβη διὰ τοῦ. ο. μικροῦ, στωϊκοὶ δὲ οἱ ἀπ' αὐτῆς διὰ τοῦ. ω. μεγάλου. Multa eorum paradoxa celebrantur apud auctores, maximè apud Ciceronem. Philosophiam tripartitam esse dicebant, *Physicen* nimirum, *Ethicē* & *Logicen*. Ipsam iterum Philosophiam animanti similem, ossibus quidem & neruis Logicen, carnibus Ethicen, animæ Physicen. Eidem (quod mirum) ἐκπύρωσιν mundi crediderunt. Summum bonum in honesto coniuncto virtuti collocarunt. Sapientem voluerunt nullis minis ad turpitudinem posse cogi, aut illecebris ac lenociniis impelli. Plura de his, qui velit, Laertium & Ciceronem videat.

Stola, secūdum Nonium Marcellum vestis non solum honesta veteribus, sed etiam omnis illa, quæ corpus tegit, & proinde viris olim cū mulieribus communis, quam in rem Varronis & Ennij testimonia adducit, tandem tamen pro muliebri tantúmodo veste vsurpata, à voce στολὴ descendit, quæ Græcis à στέλλεσθαι, id est *induo* deducitur. Legitur enim apud Plutarchum in Strato: ὁ δὲ ἐργῖνος ἑπτὰ λαβὼν νεανίσκους ἐσταλμένους ἐδοιπορικῶς. *Erginus septem accipiens iuuenes viatoria indutos.* Quod autē proprie nunc mulierum sit vestis, apparet etiā ex his Terentij Varronis verbis 7. *de ling. Lat. In vestitu cum dissimilima sit virilis toga tunicæ, mulieris toga pallio, tamen inæqualitatem hanc sequimur nihilominus:* Quibus verbis togam & tunicam tribuit viro, pallium & stolā mulieri. Et quoniam honestiores matronæ ea vti solebāt, hinc stolatum accipi pro eo, quod est matronale & honestum, annotat Lazarus Bayfius. Fit & mentio stolarum *Marci 12.* vbi quidem tribuūtur scribis: vt verum maneat, communem olim vtrique sexui fuisse vestem, tandē tamen solis vsurpatā mulieribus.

Stomachus Græcis διοφάγος, figura instar intestini procerus, & per ceruicis interiora deuolutus, imò via esculentis & potulentis deuorandis ad ventriculū directa, qui commune eorum est receptaculum, & prima concoctionis officina, aliquando etiam partem superiorem tantùm significans in stomacho, cuius aditus in ipsis oris faucibus dicitur φάρυγξ. ἀπὸ τοῦ στόματος, ore καὶ τοῦ χεῖν fundendo, nomen deriuat: vel ὅτι ἀπὸ τοῦ στόματος εἰς αὐτὸν χεῖται, *quod ab ore in ipsum fundatur.* Vel quia est στόματων χεομένων, *quod sit velut os eorum quæ funduntur*, vt habet Etymologicum magnū, aut deniq; ἀπὸ τοῦ στόματος, ore, καὶ τοῦ μήχος, *machina, siue remedio.* Itaq; apud Isidorum Orig. *11. ca. 1.* arbitror legen

gendum: *Stomachus Græce στόμα vocatur, eo quod ostiū ventris sit, & cibū excipiat, & in intestina transmittat.* Significat porro (ne id omittam) stomachus inferiorē partem stomachi, id est, orificium ventriculi, quod & καρδία improprie est dictum, vnde καρδιωγμὸς, *morsus stomachi*, id est, oris ventriculi, quem Dioscorides alias nominat στομάχου δηγμὸν, Plinius *Stomachi rasionem.* Quia enim ob propinquitatē cordis & stomachi mox acriorem materiam mordentem atque mouētem stomachum cor ipsum quoque percipit, adeoq; grauiter afficitur: voluerunt etiam veteres stomacho cōmunicare τὸ τῆς καρδίας ὄνομα, *sicut docet Alexander Aphrodisæus Problem. 2.*

Storea, quòd fit in terra strata, dicta videtur Isidoro: Fallitur. Nam ἀπὸ τοῦ στορέσαι, quod sternere significat, est deductum vocabulum. Conficiendarum storearum rationem disce, si lubet, ex 2. *Cæsaris de bello ciuil.*

Strabo, Græce στραβὼν & στραβὸς, deducitur παρὰ τὸ στρέφω, id est, *torqueo*, τροπῇ τοῦ ε εἰς α, ὁ διεστραμμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς, *qui distortos habet oculos.* Et quia pætus est, qui parū obliquum habet aspectum, idcirco Strabonem appellat pætum pater, *ait Horatius.* Atque hinc vitium istud Græcis στραβισμός. Est & Strabo nomen celeberrimi Geographi Xylandro iam pridem redditus Latinè, quem Plutarchus, Suidas & Stephanus etiam philosophum nominant. Ælium Gallum comitatus legitur in Ægyptū, eo tempore videlicet, quo Dominus Christus nostræ salutis gratia versatus fuit in terris, *vt rectè colligitur ab eodem Xylandro.*

Strages à sternendo eidemque origini nominis auspicium dedicant stragulum & stramen. Imo Varro *4. de lingu. Latin. Quicquid insternebant, à sternendo stragulum appellabant, idque περίστρωμα Græce.*

Strangulo, deflexum videtur παρὰ τὸ στραγγίζειν ἢ στραγγαλόειν, id est, *premendo, stringendo*, vel *torquendo.*, quod etiam Græcis est πνίγειν.

Stratagema, στρατήγημα, imperatoria calliditas, aut consilium astutum exemplumue summo studio imitandum ἀπὸ τοῦ στρατηγεῖν, quod est *bellicæ rei gubernatorem agere*, nominis originem arcessit. Cicero *3. De natur. Deorum. Consilium illud Imperium fuit, quod Græci στρατήγημα appellant.* Stratagematum librū scripsit Frontinus magno iudicio & prudentia, sicut & Polyænus natione Macedo, vir fortis & studio singulari, ex quibus, quicumque velit, colligere inque suum vsum transferre poterit. Quamquam interim plurima suppeditent etiam historiæ ab ipsis non tacta, aut prætermissa.

Strato, ἀπὸ τοῦ στρατοῦ, *exercitu.*

Strena, munus quod datur die religioso ominis boni gratia, à numero, quo significatur alterum tertiumve venturum, quasi *trena* est dicta, præposita litera S. vt in *Stlite* & *Stloco*, factum à priscis, & in *stlato* prolato apud Festum. Nonius à strenuitate vult dictā, quòd inferiores ditioribus eas mitterent, ceu strenuis viris. Dio vocat ἀργύριον, lata nimis appellatione, cùm Latinæ voci respondentē vocem non habeant Græci. Prima autem strenarum origo, quibus felicem ominamur annum, à Tatio rege manasse dicitur, qui primum Romuli hostis, inde collega in regno Romano fuit. *vt in Aduersariis suis annotat Turnebus & Symmachi auctoritate probat.* Est & Suetonius auctor Popul. RomanumCalend. Ianuariis, hoc est, anni noui principio ex ritu veteri, Augusto strenam dedisse etiam absenti. Tiberius Cæsar, *eodem teste*, oscula quotidiana prohibuit edicto, vt & strenarum commerciū, ne vltra Calend. Ianuarias exercetetur. Xenia enim mittebantur, & apophoreta remittebantur. Vnde Martialis *strenas Saturnalitias* duobus libris distinxit, nempe Xeniorum & Apophoretorum nomine. Scribit iterum Suetonius consueuisse quadruplā stre-

nam,id est,quadruplo maiorem,quam accepisset,reddere de manu Tiberium, cumque toto mense interpellaretur, offensus vltra non reddidit. Haud mirum, cum minimè comis Imperator fuerit,vt eum Plinius vocat. Iam nec morem istum prætermisero: solitum populu Cal. Ianuariis magistratum ineuntibus lauri folia dare cum ischadibus boni ominis ergò, quòd laurus sanitatem conciliare crederetur. Item strenas veterum stipes fuisse æreas.Vnde Ouidius:

Tu tamē auspiciū cur sit stipis vtile quæris. In Glossario veteri legitur: *Strenua,* ἐναρχισμὸς,ϑαλλὸς.Scribe *strena.*

Strenua habita pro Dea, quòd impellere crederetur homines, vt strenuè quid agerent. Eius sacellum extitit in via sacra, *teste Varrone, libro quarto de ling. Latin.*

Strenuus videtur quidem declinari à sternendo,id est, in terram deiiciendo, instar militis robusti. Non male etiam deflexeris à ςενηνὸς, quod nomen inter alia significat hominem *asperum & durum.* Ad cuius rationem dixit Liuius, *lib.7.Sterne miles Gallorum cateruas.*

Striga ordines rerum inter se continuatè collocatarum à strigando dictæ. Legendum enim est ita apud Festum. *Inde etiam equos strigare,*dixit Turnebus, *dum in strigam collocantur.*

Strigilis instrumentum dentatum & ferreum, quo equisones expoliunt equos, vt sordes siue strigmenta abstergant,à *stringendo.*

* *Strix,*ςυρνὸς,auis nocturna,& importuna, nomen à stridendo habere dicitur. De his auibus Ouid. Fast. 6. *Est illis strigibus nomen: sed nominis huius causa,quòd horrendum stridere nocte solent.* Inde striges, fascinatrices & maleficæ mulieres dictæ, striges, olera vilia. Strix,frumenti species Hippocr.

Strophia & *Strophiola*, tenues coronæ Plinio,ἀπὸ τοῦ στρέφειν,id est,vertendo nomen habent, qui etiam scribit tardius vocabulum istud communicatum esse Latinis.Alioqui vocantur & *Strophia*, secundum Monium fasciæ breues comparatæ ad cohibendum virginalem pupillarum tumorem.

* *Stultus*, dicitur homo imprudens, improuidus, incautus, ineptus; & vt plurimum qui quum talis sit, alios tamen desipere, & se præ cunctis sapere putat. Nam Grammatici leuius stultum esse quàm fatuum dicunt. Fatuus enim qui omnino desipit. Vnde Afranius,*Ego stultum me existimo fatuum esse non opinor.* Insanus verò abiecta ratione cum furore & impetu omnia facit. Et Cicero ad Pætum, *Stultorum plena sunt omnia.* Sed ad etymon multiplex accedamus 1. אויל *Euil*, qui insipienter res suas gerit, leuiter & temerarie se obstringit.Cognationem,habet cum יאל, *Iaal*, dissolutus fuit, & cum אלה *Ala*, obstrinxit se iuramento. Hinc ἠλιθιᾶν delibrare, ἠλὸς, ἠλεὸς stultus, ἠλιθιόω stultesco. ἠλιθιάζω stultè ago & Lat. vilis,homo nihili, nullius pretij.2. הולל *Holel*,à verbo הלל *Halal*, seipsum laudauit. Stultus enim superbè se extollit, & laudat, quum à sapientibus rideatur. Inde הוללה,*Holela*,stultitia;ad quas voces Gallicæ nostræ, *fol & folie*, propè accedunt. Cum voce *Holela* cognationem habet תהלה *Tahala*,i. insania, vesania,& vtraque cōuenit cum הלל *Halal*,gloriatus est insanientiū more.Inde ἀτάσθαλος, stolidus, stultus, & ἀτασθαλία,stoliditas,superbia,peccatum ex Hebræorum idiotismo, qui peccatum stultitiæ nomine designant.3. כסיל *Kesil*,à כסל *Casal*,obliquus, tortuosus, inconstans fuit:stultus enim vt Luna mutatur,& instabilis semper apparet. Cognationem habet cum סכל *Sacal*, de qua voce infra agemus. 4. נבל *Nabal* vilis, iudicio destitutus, φαῦλος, *fol* Gall. *faul* Germ. à verbo נבל *Nabal*, quod propriè sumptum significat flauus fuit,emarcuit & intelligitur de foliis & floribus naturali humore destitutis,

tutis, & ideo flauescétibus, marcidis & decidentibus. Metaphoricè autem signif. palluit, viluit. Nam stultus ad omnia trepidat, pallet, flauescit vt folium emarcidum, catérque omni vigore rationis. Cognationem habet hæc vox cũ נפל *Napal*, cecidit, אבל *Abal*, fleuit, הבל *Habal*, euanuit, & בלה *bala* veterauit. Hinc per aphæresin φαυλίζω, vileo, palleo, φαῦλος marcidus, vilis נבלה *Nebala*, stulta & stultitia, à qua fortassè nebulo. *Nebla* etiam est cadauer, corpus flauum, exanime, siue hominis, siue animalis. Et quid est stultus aliud quàm cadauer, vera ratione & vita priuatũ? 5. סכל *Sakal*, prauus, insanus: *Sekel* & *Sicluth*, stultitia, prauitas, fatuitas, à verbo *Sakal*, prauus, distortus, peruersus fuit, stultè egit, infatuatus est. cognationẽ habet cũ כסל *Casal*, obliquus & incõstans fuit. Hinc σκολιὸς obliquus, itẽ σκαληνὸς obliquus, vt triãgulus habẽs latera inæqualia. λοξὸς obliquus, λοξεύω obliquo, luscus sum. 6. עול *haual*, Iniustus, vanus, iniurius, qui cõtra leges & publicã honestatẽ peccat, à verbo עול *hauuel*, in 2. cõiug. *hiuuel*, iniustè egit, quod autẽ in stulti actionib⁹ obseruatur. Cognationẽ habet cũ עלל *halal*, Infantiliter loquutus est, corruptè (vt stultus solet) protulit ea quæ in cor ascẽderũt, ausus & conatus est aliquid infantiũ more. Hinc apud Isaiã, cap. 3. dicit Dominus se daturũ impiis populis תעלולים *Tahalulim*, i. pueros, (stultos) vt sint principes eorũ. Hęc vox significat ludicra, puerilia exercitia, & per auxesin ponitur pro infãtibus qui nugis & rebus nihili delectãtur; quod stultorũ est propriũ. 7. פתי *Pethi*, fatuus, stultus, infãs qui se blãdis verbis persuaderi sinit, cui facilè imponitur; à verbo פתה *Phatha*, persuasus est, vt & in passiuo eiusdẽ primę cõiugationis. *Niphtha* deceptus est persuadẽdo. פתא *Phatha* etiam stultus dicitur, & fatuus Lat. huic voci planè conuenit, quæ legitur frequenter in prouerbiis. & quidam volũt א esse superfluum, vt Gall. fatuum *phat*, appellamus, i. Lat. qui ineptè fatur. Et nomẽ adiectũ *petit*, ad stultũ accõmodam⁹, quẽ hominẽ exigui iudicij dicimus, *hõme de petit sens*. A verbo פתה *Phatha*, vnde fatuus, fit ἀπατάω, decipio blandis verbis 8. רק & ריק *Rek* & *Rik*, vanus, vacuus, homo nihili, leuis, vnde *Raka*, Matth. 5. 22. רקא, i. homo vacuus, nempe cerebro & ratione, de qua voce prolixè dissetunt interpretes Euangelistæ. Sed Hebræam originem, nempe à verbo ריק *Rik* ostendisse nobis sufficit. רק *Rok* sputum dicitur. Inde *Rek* stultus, vt pote qui propter stultitiam, qua delectatur & aliis illudere studet, sit ab omnibus conspuendus, & vt res fœda atque nihili in animo cuiusque conferendus. Stultus variè nominatur à Græcis: nempe ἄβουλος, consilio carens: ἀβέλτερος, stupidus: ἀνόητος demens: ἀσύνετος, ἄφρων, desipiens, insipiens: ἠλίθιος, stupidus. εὐήθης, fatuus: μωρὸς. vide Morio: φαῦλος bardus, stolidus. At de hac voce plus satis.

Stupa, linum impolitum, *iuxta Festum*, à Græcorum στύππη descendit, quæ vox alias etiam scribitur per simplex π. Iosephus πληρώσαντες τὴν στύπην στυπτηρίας. πρὸς δὲ ἀσφάλτου τε καὶ πίσσης.

Stuprum dictũ videtur plerisque, quasi *turpis stupor*, quod stupido bruto sit similis qui ruit in Venerem, & turpitudinem detestabiliorem vel brutis tractat, quicumq; virginis deflorationem, procurans, pudicitiam eius expugnat. Est quippe cõmunis nobis cum brutis fœda voluptas certissimũ infirmitatis humanæ argumentum. Rectè ergo Magnus Alexãder duobus potissimũm rebus se intelligere dicebat mortalitatẽ, sopore & coitu. Alij deducunt id nominis à stupore pudoris, qui læditur hoc modo. In genere coitum omnem significat vetitum lege. Est autem is duplex: Vnus, qui committitur cum nupta (quomodo dicitur *Adulterium*) vel cum cognatis aut virginibus fa-

cris: Alter cum quauis persona, etiamsi fuerit ancilla, modò vis inferatur. Modestinus scriptum reliquit, putare nonnullis inter adulterium & stuprum hoc esse discrimen, vt adulterium committatur in nuptam, stuprum in viduā. Sed lex Iulia de adulteriis indifferenter vtitur hoc verbo, *l.101.ff.de verb.sig.* Quid quod etiam in his mulieribus intelligatur, quæ vulgo quæstum faciunt turpiter viuendo, etiamsi non palam, item in liberis mulieribus, quæ cupidinis non matrimonij causa habētur, excepta cōcubina, ait Modestinus, *in l. stuprum, ff. ad l. Iul. de adulter.* Sed in masculum auersa & vix nominādā libidine committi testatur, *l.2. ff. de seru. corr. cum l.1. §. remouet. ff. de postul.* Apud antiquissimos vox ista sumebatur pro turpitudine. Testis Næuius apud Festum his verbis: *Seseque ij perire mauolunt, ibidem, quàm cum stupro redire ad suos familiares.* Item: *Sin illos deserant fortissimos viros, magnum stuprū populo fieri pergetis.* Et in Nelei carmine: *Pæde stuproque castigor quotidie.*

Stylus, graphium siue instrumentum ferreum, anterius acutū, retro verò quasi plāiam habens, quo olim in albo siue in tabulis ceratis scribere solebant, an à columna nomen inuenit, quę Græcis est *στύλος*, & cuius formam quādam videbatur referre, vnde & *epistyliū* est dictū? Extrema huius obtusitate delere solebant, si quid expūctum in scriptura volebant. Itaque tandem pro ipsa orationis structura acceperūt, in qua quia sępius delenda occurrunt, quæ postea displicere incipiunt, monet Horatius *Satyr.10.lib.1.* sæpe vertendum esse stylum, id est, emendanda esse scripta atque limanda. Cicero Verrina 4. *Vertit stylum in tabulis suis: Quo facto causam omnem euertit suam.*

Styx, fabulosa apud inferos palus, qualis sit, breuibus explicat Pato in Phędone his verbis τέταρτος ἐκπίπτει εἰς τόπον πρῶτον δεινόν τε καὶ ἄγριον, ὡς λέγεται, χρῶμα δὲ ἔχοντα ὅλον οἷον κυανός, ὃν δὴ ἐπονομάζουσι Στύγιον, καὶ τὴν λίμνην ποιεῖ ὁ ποταμὸς ἐμβάλλων Στύγα. Dictum volunt Stygem, quasi *στυγερὸν*, *odiosum*: Alij ἀπὸ τοῦ στυγεῖν, quod non solùm odisse, verùm etiam metuere & contristari significat. Quod ipsum quia maximè contrarium est beatitudini & lætitiæ, in qua viuere creduntur Dij, fingunt eos Poëtæ, quasi metuentes tristitiam iurare per Stygiam paludem, Vnde Virgilius:

Dij, cuius iurare timent & fallere numen.

Homerus Odyss.5.

Καὶ τὸ κατειβόμενον στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος
Ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.

Meminit eius iuramenti idem Homerus *Il.o.* Ouidius *Metamorph.1.* Virgilius *Æneid.2.* & alij Poëtæ suis locis: Neq; facturus mihi videor rem Musis indignam, si & ex ipso Aristotele iuramenti rationem subiiciam, qui *Metaphys.1.* excutiens Thaletis sententiam de aqua, tanquam principio, scribit hoc modo: Εἰσὶ δέ τινες, οἳ καὶ τοὺς παμπαλαίους, καὶ πολὺ πρὸ τῆς νῦν γενέσεως, καὶ πρώτους θεολογήσαντας οὕτως οἴονται περὶ τῆς φύσεως διαλαβεῖν, ὠκεανόν τε καὶ τηθὺν ἐποίησαν τῆς γενέσεως πατέρας, καὶ τὸν ὅρκον τῶν θεῶν ὕδωρ τὴν καλουμένην ὑπ' αὐτῶν στύγα ποιητῶν, τιμιώτατον μὲν γὰρ τὸ πρεσβύτατον, ὅρκος δὲ τὸ τιμιώτατόν ἐστι. Et Lycophron nominat: στυγὸς κελαινῆς νασμὸν, ἔνθα τέρμιους ἔρκωμόσους ἔτευξεν ἀφθίτας ἕδρας. A Styge etiam Stygialia sacra sunt dicta, quæ Sagæ faciebant ad pelliciendum in sui amorē, quoscunque vellēt. Talia sunt, quæ Dido prætexit facere se velle, vt intractabilem Æneæ animum in sui amorem trahat: Etsi Poëta innuere videatur inditum illis nomen à Stygio Ioue, cum inquit: *Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incepta paraui.* In iis autem sacris aut effigies ceræ ponebatur ei similis, quem deuouebant, aut laminæ in eiusdem similitudinem effictæ; quas aliqui, & inter eos

Scaliget, ipſullices putant dici à Feſto. Sed *Ipſiplices* legendum. Nam in veteri gloſſario *Ipſiplices, αὐτόπτυκτα φύλλα* exponuntur. Fabulæ ſtygiæ paludis (ne id quoque prætercam) occaſionem dedit Styx Arcadiæ fluuius, cuius aquâ Alexãdrum necauit Antipater. Teſtis Pauſanias *in Arcadicis*, qui etiam vim mortiferam eius aquæ aſcribit.

Suada ab Ennio dicta Dea, Græcis *πειθὼ teſte Cicerone in Bruto*, quam hominum reginã nominat Euripides in Hecuba, imo quã Themiſtocles apud Herodotum, *libr. 8.* tum *ἀναγκην* nominat *μεγάλους θεοὺς*, vtpote quibus freti Arhemenſes ab Andrus pecuniam depoſcebant, à *ſuadendo* nomen deriuat.

Suauium à ſuauitate dictum, nempe voluptatis oſculum, ſicut baſium pudicorum. Varro *de vita popul. Romani.* Ideoque hoc ab ore dicitur oſculum, nõ à ſuauitate, vnde *ſuauium*, quòd ſimile ſit ſuauitati.

Subiugus habitus pro Deo apud Gẽtiles, eiuſque ſimulachrum in nouæ nuptæ cubiculum ſolitum deferri, vt quidem ita iugo viri ſubiiceretur. Huic verò (nam pergo nuptiales ineptias referre) addebatur & *Virginẽſis Dea*, quo virgini fœlicius ſolueretur zona: *Deaprema*, ne ſubacta ſe cõmoueret, & ita cõprimeretur: *Pertunda*, quæ concuteret & penetraret. Item *Venus cum Priapo*, ſuper cuius faſcinum, id eſt, ingens virile membrum, cogebatur ſedere, eum in finem, vt prior Deus videretur pudicitiam delibaſſe.

Subſellium. Adde quæ habentur poſt duas ſequentes voces.

Subſtantia, prædicamentum inter omnia primum, & reliquorum vel accidentium baſis, per ſe quoq; ſubſiſtẽs, Græcis *οὐσία*, à *ſubſtando*, vel *ſubſiſtendo* nomen inuenit, quod accidentibus veluti ſubſtet, diuiditurque in ſubſtãtiam primam, & ſubſtantiam ſecundam. Prima complectitur indiuidua, ſecũda ſpecies & genera. De vtraque dicitur *οὐσία*, de ſecunda tãtùm *ὑπόστασις*, quæ & perſonam in deitatis vna ſubſtantia ſignificat. Sed noranda philoſophi verba de ſubſtantiis primis: *μὴ οὐσῶν*, inquit, *πρώτων οὐσιῶν, ἀδύνατον τῶν ἄλλων τι εἶναι.* Itaque primæ ſubſtantiæ vocantur ab eo principaliter & propriè, & maxime ſubſtantiæ, vtpote quæ neque de ſubiecto dicuntur, neq; inſunt ſubiecto, ſed ſubſtant omnibus aliis. Plura de ea apud Dialecticos.

Subucula, virorum veſtis interior, cutem attingens, à ſubtus vel ſubſuendo deriuata, quod vult Varro *1. de lingua Latina.* Feſtus notat, fuiſſe quoque genus libi ex halica oleo & melle.

Subſellium, quod non plane eſſet ſella, dictum vult Varrò. Fuerunt autem proprie ſubſellia Romæ ſedilia, in quibus ij Iudices, qui magiſtratum curulẽ non gerebant, cõſidebant & cauſas cognoſcebãt, quales fuerũt Tribuni Pleb. Quæſtores, Triumuiri, Ædiles plebis, & qui cum curulibus magiſtratibus iudicabant Centumuiri. Quin illi quoque, qui aut cauſas agebant ac defendebant, vel accuſabant, in hiſce conſidebant. Qua de re multa Aldus Manutius *2. de quæſitis per epiſtolam.*

Succidanea hoſtia, quæ cædebatur loco ſecundo, & proinde nominata à ſuccedendo. *Feſtus.*

Succidia, verbum Catonianum, appellari videtur ex eo, quòd inde quotidie aliquid queat ſuccidi in vſum. Varro à ſuibus edendis nominatam putat. Meminit eius & Plinius multis in locis. Et Tullius *de ſenect. libro eod* alludens: *Iam hortum ipſi Agricolæ ſuccidiam alteram vocant.*

Succinum, à ſucco habere nomen cenſent quamplurimi. Iſidorus *libr. 16. cap. 8.* *Succinus, quẽ appellãt Græci ἤλεκτρον, fului, cereique coloris, fertur arboris ſuccus eſſe, & ob id ſuccinũ appellari. Electrum autẽ appellari fabuloſa argumentatio dedit. Nam, interempto fulminis ictu Phaetonte, ſorores eius luctu mutatas in arbores populos, & la-*

chrymis

*chrymis electrum fundere singulis annis iuxta Eridanum amnem, & electrum appellatum, quoniam sol vocitatus ad alectron,plurimi Poetæ dixerunt.Constat autem succum esse non populi,sed arboris pini.*Nam *accensus tædæ ardore flagrat. Nascitur autem in insulis Oceani septentrionalis, sicut gummi, densaturque vt crystallū rigore vel tempore.* Hactenus Isidorus. Fallūtur autem,qui in Liguria effodi tradūt cum Theophrasto,aut in insula Abalo reperiri hoc maris concreti purgamētum cum Timęo: Falluntur pariter, qui Græciæ vanitatē secuti in Electricibus insulis sextis Adriatico mari nasci prodiderūt,*teste Plinio,lib.37.cap.2.*Atq; hæc de loco. Quo ad rem ipsam,quid illa nimirum sit, nō minus video multos erroribus inuolutos.Nam Sophocles esse voluit concretas lachrymas Meleagridum auium deflentium Meleagrum, quod nemo tamen sanus vnquam credidit:Demostratus glaciatam Lyncis vrinam,vnde ipse *Lyncurium* appellat alij *langurium* quæ opinio pariter est falsa. Cumq; certum sit, arboris esse succum apud eruditiores,is autem triplex sit, *lachryma,gummi,* & *resina*, voluit sanè lachrymam esse Aristoteles, cui præbent assensum Æschylus,Philoxenus,Euripides & Nicander. At ex populo sudare volunt, cuius opinionis meminit & Dioscorides.Etsi populus ex eiusdem sententia non lachrymam,sed resinam fundat.Cęterū Georgius Agricola cum Nicia priores sentētias omnes reiiciens vult *succinum esse pinguem terræ succum siue sudorem, non quidem solis radiis elicitum ex terra, vt Nicias volebat, sed interno terræ calore expressum ex pinguibus terris atque concretum, quem quandoque madefactum aquæ secum efferunt ex venis terræ.*Nam qui sol ex locis frigidis, & ad septentrionem reiectis eliceret succum?Sed si succus,quęri possit,qualis sit succus. Certè,quia pingue succinum est & ardet, necesse est aut bitumen esse, aut sulphur. Bitumen autem esse potius, demonstrat Georgius Agricola.

* *Succinum* appellarunt hunc lapidem omnibus hodie notum, Romani, eò ꝙ ex errore veterum crediderūt esse succum quendam arborum. Nunc autem errore cognito, remanet nomen in cōmuni vsu,vt electum fortasse à fuluo colore dictum est. Sol apud Homerum, Iliad.ζ. ἠλέκτωρ appellatur.Arabi⁹ *Karabe* à verbo Hebr. כרך *Karac*, croceus fuit; est enim succino croceus color.fossile Succinum ex puteis eruitur, vt est gagates seu nigrū succinū. Haustile, vt ita dicam,est succinum illud marinum, quod in tēpestatibus ab imo fundo excitum, inter fluitandum capitur reticulis.In littus tamen etiam aliquid vi procellarum eructatur, quod arenis cōtectum à piscatoribus quæritur, eruitur, colligitur.Succinum Prussiacum est gēma, variæ formæ, in meatibus subterraneis Oceani Orientalis alluētis Prussię latus septētrionale, vbi Hudini habitant ex pingui bitumine nata, calorem in ipsis cauernis eam percoquente & maturāte,ita vt exudet fluātque in mare, & frigore atq; salsedine maris coagulata atq; indurata, pro materiæ mixtione colorem induat,ad varium hominum vsum conducens. Hæc explicare non fert Etymologici nostri scopus & ratio. In alijs Oceani partibus nascitur & legitur Succinum, vt ex veteribus & neotericis constat. Vide Plin. lib. 37. cap.3. Sed Prussiacum est abundantissimum. In mediterraneis Prussiæ locis succini glebas repertas esse scribit Ioa. Vvigandus αὐτόπτης in vera de Succicino Prussico historia.

Sudarium,qua voce etiam Euāgelistæ sunt vsi, Polluci καψιδρώτιον, à sudore faciei, quem detergit, nomen inuenit. Syri & Chaldæi nominant *sudar*,linteū quo tegitur facies.

* *Sudor*, qui ex labore nimio commouetur,Heb. יזע *Iézah*.cognationem habet cum זוע *zoha* motus est. Hinc σείω cieo,i.cōmoueo, σείω concito. Lat.cieo.

Sucula

Sueuia, cuius incolę Ptolemęo σύηβοι, dicta videtur Nauclero in suo Chronographia à Sueuo monte, qui ab ortu solis Germaniæ initium facit. Idem tradit, solam hanc Alemanniam olim dictam, cui etiam ortum Danubij deberi scribit vetustissimorum scriptorum auctoritate. Et quia Rhetia eadem cum Sueuia, vt idem affirmat, recte quidem *Rheticum* appellat *Danubium* Bartolinus

Suffragium, à *suffragando*. Vide de ratione ferendi suffragia apud Romanos Tabellarias leges.

Sugillare, quod est percussione cutem maculare, ad superficiem recipiente se sanguine, quibusdam nomen habet à sugo, quod succus deducatur ad cutem. Alijs à Gręco συγγελᾶν, i. *simul ridendo*. Solemus n. eos ridere, qui percussionis signa gerunt in facie. Cæterū mihi perplacet etymō prius A sugillādo dicta sugillatio. Græcis ὑπόσφαγμα κὶ ὑπώπιον, maximè cū oculum inuasit, fractis vasis aut contusis ictu aliquo, & sanguine eo modo intra tunicas collecto. Cum verò alijs in partibus corporis imò in facie, non in oculis, subter cutem sanguinis effusio fit, *ecchymosis* vel *ecchymoma* dici solet generaliori vocabulo.

Suilli ab isto pecore sunt dicti, cuius nomen referunt, vt & *Bubulci*, *Buperij*, *Capraij*, *Porcij*, *Ouinij*, *Equitij* & *Tauri*. *Alexander ab Alexandro.*

Sulmo Pelignorum metropolis Ptolemæo σουλμῶν, veteribus *Solymum*, sicut constat ex 9. Silij à Solymo Ænee comite nomen suum arcessit, *teste Ouidio*. 4. *Fastor*. his verbis:

Serus ab Iliacis & post Antenora flammis
Attulit Aeneas in loca nostra Deos:
Huius erat Solymus Phrygia comes vnus ab Ida,
A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

Silius etiam fundatam & conditam ab eo vrbē affirmat, & paulatim attrito nomine dictam *Sulmonem*. Dudum etiam ante Romam conditam tradunt auctores. Eandem Ouidij Poëtæ patriam esse ex ipsomet Ouidio constat, qui 4. *Tristium*, *Elegia* 9. canit hoc modo:

Sulmo mihi patria est, gelidis vberrimus vndis,
Millia qui nouies distat ab vrbe decem.

Iterum Elegia 15. Amorum 3.

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo.
Pelignæ gentis gloria dicar ego.

Sulpitia lex à C. Sulpitio Sauerrione & P. Sēpronio Sopho Coss. Anno 549. lata, ne quis tēplum aramue iniussu Senatus, aut Tribunorum plebis maioris partis iniussu dedicaret, *teste Liuio, libro nono* Alia Sulpicia lex lata legitur ad populum à Publio Sulpitio Galba II. Consule cum C. Aurelio Cotta, vellent iubeúntue Philippo regi Macidonibusque, qui sub regno eius essent, ob iniurias armaque illata socijs populi Romani bellum indici, *eodem Liuio authore libro 31*. Accedit tertia nominis eiusdem lex Sulpitia à Seruio Sulpitio Tribuno plebis perlata L. Cornelio Sylla & Q. Pompeio Rufo. Coss. ne quis Senator supra duo millia drachmarum deberet, *sicut in Sylla meminit Plutarchus*.

Summanus dictus est Pluto, quasi *Manium summus*, *iuxta Martianum Capellam*, cui quoque (*vt Plinius scribit*) attribuebantur flumina nocturna. Huius simulachrum fictile fuit Romæ in Fastigio tēpli Iouis Optim. Maxim. quod cùm ictū esset de cœlo, nec caput eius inueniretur vsquam, Haruspices in Tiberim deiectū esse dixerunt, inuentumque fuit eo in loco, qui demonstratus erat ab Haruspicibus, *teste Cicerone de Diuinatione*. Eidem legitur templum in Capitolio, cùm Pyrrhus, qui Tarentinorum causa bellum gesserat cum Romanis, in Ciliciam traiecisset. Meminit quoque Summani inter alios Deos Plautus in Bacchidibus his verbis: *Me Iupiter, Iuno, Ceres, Minerua, Latona, Spes, Ops, Virtus, Venus, Castor, Polluces, Mars, Mercurius, Hercules, Summanus, Sol, Saturnus, Deique omnes ament*. Meminit eiusdem & Augustinus, *quarto de Ciuitate Dei*.

Super à Græco ὑπὲρ, teste Agellio, lib. 23 cap. 9.

Superbus. Nomen hoc adeptus est primum Tarquinius septimus Romanorum rex, quòd Seruium Tullium socerum suum insepultum abiecerit, nec tantum Romanorum multitudinem, verùm etiam patritios omnes, leges vrbis, & omnem Reipub. ornatum, quo priores reges exornauerant vrbem, despexerit & ad nihilum redegerit, præterea controuersiarum omnium iudicia non ad leges, sed ad suos mores retulerit, *sicut Dionysius, Liuius & Sabellicus testantur.*

Supercilia Aristot. ἄι ὀφρύες, sed διφρύες, id est, *formæ* aut *figuræ duplicis* (sic enim vocem hanc intelligunt nonnulli) quasi *supra cilia*, quæ βλεφαρίδες sunt Græcis. In Iunonis tutela voluerunt hæc esse veteres, quod protegantur iis oculi, quibus luce fruimur, Iunoni sacra.

Superstitio, Græcè δεισιδαιμονία, de qua libellus integer extat Plutarchi, videtur Ciceroni *de natur. Deorum 2.* nomen accepisse a superstitibus filiis, pro quibus precabantur & immolabant. Verba eius sunt: *Qui totos dies precabantur & immolabant, vt sui filij, essent superstites, superstitiosi sunt appellati.* Quod etymon probat etiam Fulgentius Placiades *μυθολογικῶν 1.* Alij dictam superstitionem volunt à superstantium rerum, id est, cœlestium & diuinarum, quæ super nos stant, inani & superfluo timore. Cui sententiæ fauet nonnihil Isidorus; maxime Lucretius, qui vtitur his verbis: *Horribili super aspectu mortalibus instans.* Seruius vult *Æneid. 8.* esse timorem superfluum & delirum: quo quis forte affectus Deum ibi offendere metuit, vbi non offenditur. At Lactantius *Institut. 4.* Ciceronem reprehendens superstitiosos vocari scribit, non qui filios superstites optant, omnes enim optamus, quodque semel bonum, quippe orare, vt superstites sint filij, semper esse bonum, eoque melius, quo sæpius fiat, affirmat. At eos potius, qui superstitem memoriam defunctorum colunt, aut qui parentibus eorum superstitibus colebant eorum imagines domi, tanquam Deos Penates. Nam qui nouos sibi ritus assumebant, vt in vicem Deorum mortuos colerent & honorarent, quos persuasum habebant ex hominibus in cœlum receptos, eos superstitiosos vocabant: Qui vero publicos & antiquos Deos colebant, religiosos nominabant. Vnde Virgil. Aeneid. 8. *Vana superstitio veterumque ignara Deorum.* Alij ita à religione distinguunt, vt hæc quidem veri sit cultus, superstitio falsi. Et Lactant. *Superstitio minimis etiam rebus Deos inserit.* Liuius lib. 27. *Eorum vafritie augetur, quibus quæstus sunt capti superstitione animi.* Omnia hæc concurrunt ad stabiliendam Lactantij sententiam, tum eorum, qui plus æquo religioni alicui & vsu & ratione incognitæ dediti sunt. Et quoniam talem arbitrabantur Ethnici religionem Iudaicam ipsis certè incognitam & nouam, ausi fuerunt eam superstitionem vocare, Iudæos verò superstitiosos, *vt ex Floridis Apuleij constat.* Quare etiam ritus istos cum ritibus Aegyptiis abolitos à Tiberio, apud Tranquillum legas. Clemens Alexandrinus scribit *in suo Protreptico*, superstitionem templa condere persuasisse. Quæ enim prius hominum sepulchra fuerunt, magnificentius condita templa cœperunt appellari, id quod exemplis latius ibidem probat.

Supinus cùm idem sit, qui veteribus suppus, *teste Festo*, poterit origo, aut à suppo, aut simul à Græco ὕπτιος deduci, aspiratione in s. literam conuersa, sicut ὕλας dicunt Latini *syluas*, ἓξ *sex*, & ἑπτὰ *septem*, *auctore eodem Festo.* Lucilius: *Si vero das, quod cogas, & si suggeris suppus.*

Supparum olim non tam velum, quàm supplementum veli significás, partesq; summas, ideoque supra velum & antennam

nam expassum, quod sursum pararetur nomen (*vt opinor*) inuenit. Lucanus: *Summaque pandens Suppara velorum, perituras colligit auras.* Fuit & supparus posterioribus temporibus apud Romanos fœminarum subucula. Ita enim Festus: *Supparus vestimentum puellarum lineum femorale, vsque ad talos pendens, dictum quod subtus appareat.*

Supplantare, è planta pedis deductum, & pede supposito in terram aliquem deiicere significat, quod est Græcis ὑποσκελίζειν. Vnde in Psalmo: *ἀνάστηθι, κύριε, πρόφθασον αὐτοὺς, καὶ ὑποσκέλισον αὐτοὺς, exurge Domine, præueni eos, & supplanta eos*. Vtitur hoc vocabulo Tullius *Offic.3.* citante Nonio: *Contendere debet*, inquit, *quam maxime potest, vt vincat, supplantare eum, qui cum certet: at manu pellere nullo modo debet.*

Supplicatio, propriè veniæ petitio, quoad priorem errorem, deductum nomen a supplicando: quòd demissius orare significat, nónunquam flexis genibus & manibus complicatis. Canonistæ nominant remissionem sententiæ, *c. ex literis de in integr. restit.* qua vtimur aduersus sententiam eoru, a quibus appellare non licet ob eminentiam. *l. 1. ff. de off. præf. prætor. auth. quæ supplicatio. C. de prec. Imperat. offer.* Erat & apud Romanos supplicatio honor, qui vna cũ Imperatoris nomine decernebatur Victori, nempe cũ senatus populo Deûm tépla aperiri, ac gratias diis Imperatoris nomine agi iubebat. Erat n. moris, vt Cõsules vel Prætores, postquã à militibus appellati imperatores fuerant, lictores laureatos præferrent: literasque ad Senatum laureatas de re gesta mitterét, quibus Imperatoris nomen ac supplicationes à Senatu postularent. In hac supplicationis pompa Senatus se solenniter conferebat ad templa Deorum, ibi sacrificans: omnis namque populus dies festos agebat Diis gratias agens pro spe victoriæ quæ effulgebat. Quamuis autem temporibus primis ægrè decernebatur, tamen postremo eo progressa res est, vt tandem in quinquaginta dies decreta sit, quod contigit Hirtio, Pansæ, & Cæsari Octauiano Mutina colonia liberata, cùm tandem in vnum diem esset decreta M. Valerio, & M. Horatio Coss. deuictis Sabinis, Camillo captis Veiis in quatriduum, Cn. Pompeio confecto Mithridatico bello in dies duodecim.

Supplicium dici volunt à *supplicando*, hoc est, precando, quòd supplices esse soleant homines in deprecãdis pœnis. Aut quia Prisca paupertas ex noxiorum bonis sacra facere consueuit in supplicationibus Deorum, delatis non in ærarium mulctis, sed in aras Deorum, tanquam anathematibus. Nonnulli à supplendo deductum malunt, quòd in suppliciis iniuriarum & fraudis quædam compensatio & quasi suppletio fiat. Alterum etymon nonnihil comprobat Isidorus, cùm inquit: *Supplicia dicuntur supplicationes, quæ ...ebant de bonis passorum supplicium.* Et Festus: *Supplicia veteres quædam sacrificia a supplicando vocabant.* Item Nonius: *Supplicium dicebatur damnatio, vel pœna.* Virgil. 4. Aeneid. *Mediis (si quid pia numina possunt) Supplicia hausturum scopulis.* Supplicium rursum supplicatio Salustius Catilinæ bello: *In suppliciis Deorum magnifici.* Et Epigonis: *Nunc pergamus suppliciis placans cœlitum aras expleam.* Africanus: *Nullam profecto accessi ad aram quin Deos suppliciis, sumptu vatis, donis, precibus, plorans, obsecrans nequicquam defatigarem.*

Sur desertum Arabiæ petreæ, Hebræis שׁוּר, ab eadem voce, quæ propugnaculum significat, rectè deduci potest.

Suræ dicti olim Romanis à surarum ...... Sura dictus & P. Lentulus, postea strangulatus in carcere, à Ciceroue ob Catilinariam coniurationem, quòd cùm Sylla ab eo pecuniæ publicæ rationem repeteret, quam

quæstor tractauerat, sed reddere non posse respondit, sed præbiturum suram, quæ in homine est κνήμη, puerorum instar, qui deliquerunt in sphæræ ludo. *Plutarchus in Cicerone.*

Sus vnde, nisi ab ὗς, quæ quidem vox orta videtur Platoni, ἀπὸ τοῦ σεῦσθαι, id est, *concitate currendo*? Vtitur ea voce Callimachus in Hymnis, cùm inquit: σῦς πελασγιάδες, quod ipsum & Camerarius animaduertit. Ventri & gulæ natum hoc animal. Ideoque refert Clemens *Stromat.* 2. sapientiæ quendam studiosum virum nominatum à Græcis ὗν quasi θῦν, quòd aptus tantum esset visceratioribus & epulis. Verba ipsius hæc sunt: λέγεται γ' ἔν τινα τῶν φιλοσοφούντων ἐτυμολογοῦντα τὴν ὗν θῦν φάναι, ὡς εἰς θύσιν κ̀ σφαγὴν μόνον ἐπιτήδειον. Sensus eidem bliteus & stupidus inest: volutatur semper in cœno, inque eo delitias agit. Quo mirum non sit veteres accepisse per eum hominem à moribus bonis & disciplina recta brutorum instar alienum & voluptatibus addictum, labefactata rationis vi & ingenio corrupto profanis cogitationibus. Quid mirum itaque, si abstinuerint ab esu carnis suillæ Iudæi? si Aegyptij eum etiam abominarentur, qui vel per incuriam attigisset, ideóque statim aqua fluuiali vestes cogeretur abluere, imò templi ingressu prohiberent subulcos? Quid illos memoro, cû nec Scytæ in sua regione alere dignati fuerint, nec apud Romanos sine piaculo tangere potuerit flamen Dialis? Quin ob stuporem & tarditatem ingenij Arcades prouerbiali hoc scommate perstrinxerunt Bœotios, ὗς Βοιώτια, *vt Achæus, Eubulus & Alexus prodiderunt.* Neque ignotum illud, *Sus Mineruam,* quoties varia rerum cognitione aliquem instructum is docere conatur, qui eruditionis omnis ac disciplinæ prorsus est expers. Equidem suillam carnem ingenij aciem obtundere & hebetare creditur, qui verò lac biberint, lepra & putida scabie contaminari. Illud ridiculum, at referendum tamen, sues, si cephalalgia infestentur, eam cancrorum fluuialium esu (modo nancisci queat) curare, vt simiæ esu febri medetur leo, canes fellis vitio gramine comesto.

Susa Persidis metropolis, vel regionis Susianæ Ptolemæo μετωνύμως *Herodoto & Aeliano*, à Suso fluuio deriuat nomen. Fuisse in ea templum Susianæ Dianæ, refert Solinus: *Et habet circa se fertile admodum solum.* Alij mollem hanc & delicatam Persarum vrbem, vbi rogum erant hyberna propter amœnissimam cœli plagam, inde nominatam tradunt, quod Susa Persarum lingua lilium sit. Volentes itaque loci pulchritudinem exprimere, nomen illi a lilio fecerunt.

Susanna, Hebraicè שושן, & *pulcherrimum* significans *florem*, cognationem habet cum שש bysso, & שש sex. Sex enim folia lilium agnoscit.

Sycophanta, calumniator siue delator, ἀπὸ τοῦ φαίνειν ὁ ἐπὶ ἐγκαλεῖν, id est, *ab accusando iuxta etymologicon magnum.* Vnde συκοφάντας dicebant τοὺς φιλεγκλήμονας *libenter accusantes.* Idem in sycophantiæ nomine longè alius nominis originem arcessit. Cùm enim optimæ essent Atheniẽsium ficus, & proinde ne quis efferret prohibuissent, nihilominus furto auferentibus quibusdam quicumque hos detulissent atque significassent, eos tum *sycophantas* appellabant.

Sylla proprium Romanis nomen à Sibylla deducitur, vt quidam volunt. Cùm enim Romæ ludi primo Apollini ex vaticinio Martij vatis celebrarentur & repentino hostium aduentu plebs excitata esset ad arma, dicuntur *hostes fugisse & inde redisse ad spectacula.* Et quia primùm instituti dicuntur bello Punico ex libris Sibyllinis, Cornelio Rufo Decemuiro, dictus fuit Sibylla, & postea corrupto nomine *Sylla.*

Syllaba, ἀπὸ τοῦ συλλαβεῖν, *à comprehendendo.* Hinc ſyllabica expoſitio ſcripturæ.

Syrtes loca arenoſa, æſtuoſa ac vadoſa, quales duas in Libyco mari fuiſſe cõmemorat Dionyſius *in Periegeſi*, eiuſque Scholiaſtes Euſtathius, *vt & Strabo lib.17.* Lucanus *lib.9.* Virgilius *5. Æneid.* Solinus & alij, videntur Salluſtio *in bello Iugurthino* arceſſere nomen παρὰ τὸ σύρεσθαι, *à trahendo*, quòd fluctus vi ventorum trahant limum, arenam, & ſaxa ingentia, quo cùm abrepta nauis incidit perit vadis illiſa, aut aquarum vorticibus abſorpta.

Syllogiſmus, quem Cicero interdum vocat *rationis concluſionem*, interdum *argumenti concluſionem*, nonnunquã verbo vno *argumetationem* παρὰ τὸ λογίζεσθαι, id eſt, *ratiocinando & colligendo*, deducit nomen ſumpta ab Arithmeticis metaphora. Vt συλλογίζεσθαι hic ſit, ex aſſumptis propoſitionibus, *quaſi ſubductis calculis, ſummam argumentorum efficere.* Hominum autem eorum eſt ratiocinari, qui valẽt ingenio. Vnde prouerbium: Ματαῖοι ματαία λογίζονται, ἐνεςι γὰρ φύσει. Vtitur τοῦ λογίζεσθαι, vocabulo Paulus *ad Roman. 3.* hoc modo: Λογιζόμεθα οὖν πίςει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου. Sed ſubiicio Græcam Ariſtotelis definitionẽ: ἐςὶ δὲ συλλογισμὸς, inquit, λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων. Addo inſtrumẽta, quibus idem copioſas ratiocinationes & ſyllogiſmos fieri poſſe docet his verbis: Τὰ δ' ὄργανα, δι' ὧν εὐπορήσομεν τῶν συλλογισμῶν, ἐςὶ τέτταρα· ἓν μὲν, τὸ προτάσεις λαβεῖν, δεύτερον δὲ τὸ ποσαχῶς ἕκαςον λέγεται δύνασθαι διελεῖν. τρίτον, τὰς διαφορὰς εὑρεῖν, τέταρτον δὲ, τοῦ ὁμοίου σκέψις, inſtrumẽta quibus ratiocinationibus & ſyllogiſmis abundabimus, ſunt quatuor: *Vnum*, delectum habere propoſitionum: *alterum*, explicare poſſe verba, quæ multiplicem poteſtatem obtinent: *Tertium*, earum rerum, quarum verba notæ & ſigna ſunt, diſtinctionem & differentiarum inuentionem noſſe: poſtremum conſiderationem & animaduerſionem ſimilium exploratam habere.

Sylua deſcendere videtur Grammaticis à Græco ὕλη, eſtq; eorum nonnullis generale arbuſtorum omnium nomen, quia nemora dicuntur ſyluæ amœnæ, luci ſyluæ obſcuriores. Nec tantùm de arboribus dici conſueuit, verùm etiam de herbis. Virgilius *Subit aſpera ſylua Lappæ tribuliſque* Accipitur & pro materia apud Poëtas, item pro eo, quod velociſſimè & ex tempore ſcribi ſolet, qualis ſylua meorum carminum reliquorum laborum omnium primitiæ. Quintilianus libro 10. *Diuerſum eſt eorum vitium, qui primo decurrere per materiam ſtylo velociſſime volunt, & ſequentes calorem atque impetum ex tempore ſcribunt hanc ſyluam vocant.*

Sylua ducis, vna ex 4. ciuitatibus Brabantiæ præcipuè nomen obtinet ab amœniſſima ſylua ducum Brabantiæ, ſita prope riuulum *die Eſe.* Diſtat Antuerpia ſpatio miliarium 12. à Moſa 2. miliaribus.

Syluanus, quia ὑλικὸς eſt Deus, videtur dictus prudentioribus, ἀπὸ τοῦ ὕλης, id eſt, *materia*, quàm vocant *omnium elementorum fecem*, id eſt, *ignem ſordidiorem & aerem* item *aquam & terram ſordidiorem*, vnde procreantur cuncta. Publica verò perſuaſio erat, *auctore Seruio*, eſſe eum agrorum & pecorum Deum. Eundem infeſtum fuiſſe puerperis, docet Auguſt. *6. de Ciuit. Dei cap.15.* Litatũ illi porco, aliâs quoque meminimus,

Symbolum Apoſtolicũ, ſeu fidei Chriſtianæ, appellationem acceſſere volunt tracta ſimilitudine ab epulis collatitiis, quas συμβολὰς vocant, aut à συμβάλλειν, *in vnum conferendo*, quod Apoſtolorũ vnuſquiſq; contulerat illic in vnũ, ꝙ ſentiebat de fide nõ ſecus ac ſinguli conuiuæ ſuas pecuniȩ vel cibi, ac potus partes cõgerunt. Nonnulli ſingulis ſin-

gulas partes attribuunt, incerto tamen auctore, quantumuis id affirmet Ruffinus. Quapropter probabilius putant nõ pauci significare illud in Ecclesia breuẽ & summariã fidei Christianæ formam ac normã in primitiua Ecclesia propositam, vt conferretur, atque congrueret cũ eo omnium aliorum fides, quicumque Christiani vel fideles vellent haberi, & ita Pseudochristiani à veris discerni possent. Idem *Apostolicum* est dictũ, quod summam Apostolicæ Doctrinæ contineat, quam cogebantur profiteri *Catechumeni*, & absolutè callere, priusquam planè in gremium ecclesiæ, & ad sacram communionem reciperentur. *Catholicum* autem propterea nominatũ, quòd Christianorum omnium per totum terrarum orbem vna sit fides. Celebratur & *Symbolum Nicænum*, *Athanasii*, *Ephesinum*, *Chalcedonense*, quæ tamen symbola non sunt alia ab Apostolico, sed eius velut repetitio & declaratio, *vt rectè censet Vrsinus*. Sunt & aliæ vocis symboli significationes, mihi tamen nõ attingendæ, verum Grammaticis relinquendæ.

Symphonia, harmonia Musica, vt in Geometria symmetria, nempe vocis aut soni, aut vtriusque concentus, ἀπὸ τοῦ συμφωνεῖν, id est, *consonando* deriuat nomen. Plato nominat ὁμολογίαν, id est, *cõsensum*, at ὁμολογίαν ἐκ διαφερομένων, inquit, ἕως ἂν διαφέρωνται, ἀδύνατον εἶναι, id est, *consensum ex rebus discordibus*, *quãdiu discordant*, fieri non posse.

Symplegades duæ insulæ, vel rectius, scopuli duo, alio nomine κυάνεαι, *de quibus est ante dictũ*, quasi συμπληγάδες, ἀπὸ τοῦ συμπλήσσειν, quod est *congredi*, deducunt nomen. Traduntur enim in fabulis concurrisse, vnde & συνδρομάδες πέτραι: id est, *concurrentes* dicuntur *petræ*, & ab Eratosthene, *vt scribit Isacius in suo Lycophrone*, συνεγμάδες. Eandem ob causam *viuæ petræ* nominantur à Pindaro. Persuasionis huius origo non aliunde manauit, quam quòd spectantibus eminus videantur concurrere, etsi nõ concurrant reuera.

Symposiarcha, ὁ συμποσίου ἄρχων, *cõuiuij princeps aut moderator, aut potius magister*. Multis aliis ille nominibus, & quidem elegantibus appellatur à Græcis. Polluci est ὁ συνιστὰς τὸ συμπόσιον, *qui constituit siue adornat conuiuium*: Item ἑστιάτωρ, ἑστίων, ἑστίοχος, secundum Aristophanẽ βασιλεὺς, συμποσιάρχος, ὁ τῆς συνουσίας ἡγεμών. rursus iuxta Pollucem τρικλίνης, nempe ὁ τῆς ἑστιάσεως πρωτοστάτης, conuiuij præses. *iuxta Plutarchum*, ἄρχων, ἐπιστάτης ποσιάρχων, συμποσίου βασιλεὺς, ἑστιάρχης: *iuxta Athenæum lib. 5.* ὀνοματοκλήτωρ, τῶν δείπνων ταξιαρχος, & *lib. 6.* τῶν δείπνων ταμίας. * quã vocem vsurpat Nonnus S. Ioannis Euangelistę paraphrastes, de ἀρχιτρικλίνῳ verba faciẽs. Idẽ Hesychio est θυσιάρχης. Pollux vult etiam οἰνόπτην dictũ, id est, *vini inspectorem*, & ὀφθαλμὸν, id est, *oculum*. Arbitrum vocat Horatius, & tali sorte à conuiuis eligi solitum ex veterum scriptis patet.* Idem vocatur τραπεζοποιός, mensæ curator, ἐλέατρος, γαστροφόρος, Rex mensæ, cœnæ pater, conuiuij dominus, conuiuator, dictator stratęgus: huic conuiuio (inquit Plautus) te facio strategum Hebr. שתי *Schethi* potus qui sitim sedat. משתה *Mischthé*, conuiuium, compotatio ad sitim honestè sedãdam: à verbo שתה *Schatha*, bibit sitiens apponẽdo poculum ori. Inde symposiarcha, conuiuii moderator, curans ne quis sitim patiatur. & contra ne viuo obrutus sitim periculosiorem excitet.

Synagoga, συναγωγὴ, *conuentus Ecclesiasticus*, *seu* πρεσβυτήριον, *cũ* olim ecclesia, *vt docet Hieronymus cap. 1. Prouerb.* Salomonis, à συνάγειν, id est, *congregando* deducit nomẽ, Matthæi 6. accipitur pro *loco in quem conuenire solebant Iudæi ad scripturam tractandam*. Peculiariter tandem de solis Iudæis accipi cœpit vt eorum sint συναγωγαὶ, sicut gentium συνέδρια. Græci inde ἀποσυναγώγους faciunt id est, *alienum a synagoga*; quod *Ioannis 9.* est ver

est versum, extra synagogam fieri, & *Ioannis 16. absque synagogis facient vos, longe peius.* Cùm proprius sit sensus, *eos exclusum iri cœtu ac populo Dei, atque ita habendos pro Ethnicis & publicanis.*

* *Synagogam*, quam Hebræi *Ceneseth* vocant, significare locum non solùm cœtibus Ecclesiasticis, verùm etiā Scholasticis habendis apud Iudæos olim destinatum, magis notum est, quàm vt res egeat explicatione: & ita non obscurè accepit Lucas Act. 6.9. Tēplis enim cōcionalibus, id est, ἐκκλησιαστηρίοις scholæ plurimum erant iunctæ. Vide *Gabaa.*

Syndicus, communis velut patronus & aduocatus publico iuri causisque communibus defensandis incumbens, qualē communem procuratorem societas aliqua aut collegiū habere potest, à verbo συνδικεῖν, quod idem cum συνηγορεῖν id est, *patrocinando*, nomen accepit. Sic dicit Demosthenes pro Ctesiphonte, *Aristidem creatum Syndicum, vt cōmuni causa Atheniensium nomine patrocinaretur.* Iurisconsultus *in l. munerum. ff. de muneribus* non incommodè vocat *defensores*. Sic ἔκδικοι dicebantur Græcis, qui in Repub. agebant domi ac foris pleniore aliquanto potestate, quàm legati. Extat *& in Cai. de defensoribus ciuit.* vbi simul docetur, quæ fuerint ipsorum munera, & quibus se rebus admiscere debuerint. Hæc videat, qui plura desiderat.

Synedrium, συνέδριον, collegium siue consessus politicus, ἀπὸ τοῦ συνεδρεύειν, id est, considendo accessit nomen. Talia synedria apud Iudæos fuisse tria, testantur auctores multi. Nam erat synedrium maius, regni totius Senatus: Synedrium minus, vrbis Hierosolymæ Senatus: Triumuiratus. Hebræorum Rabini vocem hanc vsurpantes nominarunt סנהדרין. Fit & synedriorum mentio in quadam C. constitutione Cuiacium vide *libro septimo, Obseruat. capitulo trigesimo.*

Synodus, cœtus siue conuentus, vel concilium (*vt iam vocant*) ecclesiastici, indictum & institutum, siue ad confirmandam, siue ad purgandam ab erroribus fidem, ἀπὸ τοῦ συνόδου Græco vocabulo descendit. Quatuor autem habentur synodi præcipuæ, quæ omnes fidei articulos complectuntur, quasi Euangelia quatuor, & totidem paradisi flumina. Prima synodus Nicæna 318. Episcoporum Imperatore Cōstantino coacta, in qua Arrij hæresis damnata de inæqualitate personarum in trinitate. Secunda centum & quinquaginta patrum sub Theodosio seniore Constantinopoli coacta Macedonium negantē Deitatem Spiritus sancti anathemate percussit, demonstrans eum Patri & Filio esse consubstantialem. Tertia Ephesina prima, ducentorum Episcoporum, cōgregata sub iuniore Theodosio, condemnauit Nestorium duas in Christo personas asserentem. Quarta denique Chalcedonensis, sexcentorum triginta sacerdotum sub Principe Martiano, damnauit Eutychem Constantinopolitanū abbatem Verbi Dei & carnis vnam affirmantem naturam, eiusque defensorem Dioscorum quondam Alexandriæ Episcopum, & ipsum rursus Nestorium cum reliquis hæreticis, Christum ita natum de virgine prædicans.

Synthesis videtur quibusdam, *vt & Turnebo*, vestis elegantior, qua certis diebus Festis, vt Saturnalibus, populo Romano extra ordinē vti licebat, quod & Beroaldo *in Suetonium* videtur, eidēque nomen trahit, quod consuta contextaque esset compositione quadam versicolore. Sed Turnebus inde deducit, quod septenas aliquando aut octonas vestes syntheses in arcis aut prælia compositas haberent. Etenim componere Græci dicunt συντίθημι. Hanc Turnebi & Beroaldi sententiam improbat Hotomannus, existimans synthesin cōseruationem vestium, non vestis genus significare, putatque plane istud ostēdi Scæuolæ verbis *in l. 38. ff. de aur. & arg. leg.*

Syrma

Syrma vestis fluxa & humum verrẽs, qualis erat tibicinum & fidicinum, *vt apud Flaccum*, trahitq; vagus per pulpita vestem, ἀπὸ τοῦ σύρειν, id est, *trahendo*, *nomen deductum habet*.

Syrmaismus, cuius Hippocrates meminit, *de articul. 2.* quique leuem & mediocrem per alui deiectionem aut vomitum & euacuationem significat, *teste ibidem Galeno*, παρὰ τὸ συρμαΐζειν, quod est (*auctore Suida*) purgare per vomitum aut aluum, nomen inuenit.

Syriæ nomen atque Syrorum videntur mutuasse Græci ab Assyria & Assyriis, id quod docent *Herodotus*, *Strabo*, *Suidas*, *Iustinus*. Nam vtrosque gentem vnam eandemque crediderunt. Quo pertinet, quod scripsit Eustathius, Assyriorum & Syrorum nomen aliquibus ἀδιάφορον esse. Ita enim vsurpatum reperimus ab *Athenæo, Luciano, Egesippo & Cicerone*; Ex quibus Lucianus se etiam Assyrium vocat, cùm esset Syrus ex vrbe Samosatha. Quin Assyrium nominatum Heliogabalum, quòd vteretur veste Syri sacerdotis, testis est Dion. Hebræis dicta fuit hæc regio, *auctore Hieronymo*, Aram. Vnde rectè sensit Posidonius apud Strabonem in *calce lib. 16.* Syros ab Homero dici ἀρίμους; quos & ἀραμοὺς suo tẽpore vocatos idem Strabo *lib. 13.* affirmat. Huc accedit, quod & *Arameos* appellet Iosephus. Terrarum maximam appellat Syriam Plinius, & pluribus distinctam nominibus scribit, & vndecim regiones sub ea comprehendit: etsi ab aliis arctioribus limitibus constringatur. Vrbs Syriæ fuit Laodicea, clara vinetis & libera quondam: vnde oriundus fuit Pamphilus Presbyter, vir magna pietate & doctrina, tandem Cæsareæ coronatus martyrio. Eiusdẽ Episcopus fuit Apollinarius, cuius versibus Heroicis descripti Psalmi extant etiamnum. Sita in hac quoque regione Antiochia, vbi discipuli Christi primũ *Christiani* sunt dicti. Cùm autem eam sua ætate terræ motu concussam Iustinianus Imperator restaurasset, Θεούπολιν, quasi auspicatiore vocabulo dixit. Atque hæc de Syria.

Syrtes, Ptolemæo σύρτις, magna & parua, sinus scilicet maris vndosi & vorticosi circa Africam in mari mediterraneo, ἀπὸ τοῦ σύρειν, quod est *trahere & arenam congerere*, nomen accessit. De his scripsit Strabo, *lib. 17.* cum alia multa, tum hæc inprimis ἡ χαλεπότης δὲ ταύτης τῆς Σύρτεως καὶ τῆς μικρᾶς, ὅτι πολλαχοῦ τεναγώδης ἐστὶν ὁ βυθὸς κατὰ τὰς ἀμπώτας καὶ τὰς πλημμυρίδας, συμβαίνει δὲ τισι συμπίπτειν εἰς τὰ βραχέα, καὶ καθίζειν. σπάνιον δὲ εἶναι τὸ σωζόμενον σκάφος. διόπερ τὸν παράπλουν ποιοῦνται φυλαττόμενοι μὴ ἐμπέσοιεν εἰς τοὺς κόλπους ὑπ' ἀνέμων ἀφύλακτοι ληφθέντες. Salustiuus quoque in bello Iugurthino: *Nam duo sunt sinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura, quorum proxima terræ prealta sunt. Cætera vti fors tulit, alias alta sunt, alias in tempestate vadosa. Nam vbi mare, magnum esse & sæuire cœpit ventis, limum, arenamque, & saxa ingentia fluctus trahunt. Ita facies locorum cum ventis simul mutatur: Syrtes a tractu nominata.*

Syrups, quasi Syriæ ὀπὸς, vt *Hermolao videtur*. Græcis recentioribus σιρόπιον dicitur, aliis ζουλάπιον.

T.

T*Aba* vrbs Arabiæ, quæ Stephano est *Tabis*, forte deduci poterit à טוב quod *fuerit tutissimum perfugium nauibus exortâ in mari tẽpestate*. Meminit eius Arrianus *in periplo maris Erythræi*. Sed Stephanus tres eius nominis vrbes enumerat: Vnam *Lydiæ*, sic dictam, quod esset ædificata supra petram, quam Græci nominant ταβαν alteram *Cariæ*, tertiam *Peræa*.

Tabellaria leges à tabellis nomẽ indicũ agnoscunt, ad id latæ, vt populus Rom. non voce, vt antea, sed tabella suffragium in comitiis ferret; quo ita liberũ omnino iudicium haberet, in magistratibus creandis. Primum enim ferri solebant

bant suffragia in Curiatis & aliis Comitiis viua voce, donec lex Gabinia, eademque tabellaria lata fuit à Gabin. Trib.Pleb.Coss.Cn.Calphur.Pisone,& M. Popil. Lænate, Ann. ab V. C. DCXIV. qua cautum erat, *vt Comitiis, quibus Magistratus crearentur, populus non voce, sed tabella suffragium ferret. Et quo id liberius fieret, ne quis inspiceret tabellam, ne rogaret, ne appellaret.* De hac Tab. ita Cicero in Planciana: *Frontes aperit hominum, mentes tegit, eamque dat libertatem, vt, quod velint, faciant, promittant autem quod rogantur.* Idem existimat *3. de legibus* Tabellariam legem abstulisse omnē optimatium auctoritatem. Sed Gabiniam secuta fuit biennio post Cassia lex libera esse volens suffragia, non iudicum rātum in iudiciis, sed etiam populi in Comitiis, verum Tributis tantum quibus de mulctis iudicaretur. Meminit eius Cicero in *Lælio, in Bruto. 3. de legibus.* Asconius *Verrina 2.* Idem in legibus faciundum suasit Papyria, quam tulit C. Papyrius Carbo Trib Pl. homo seditiosus & improbus P. Popilio Lænate, & P. Rupilio Coss. anno 621. *vt in suā,* in iubēdis aut vetādis legibus populus tabella suffragiū ferret. Papyriam porro secuta Cœlia quā tulit Cœcilius Trib.Pl. Q. Cælio Metello Balearico & T Quinctio Flaminio Coss. Anno ab V.C.630. vt etiam in perduellionis iudicio, quod Cassia lege Tabellaria exceptum erat, populus non voce, sed tabella sententiam ferret, *teste Cicerone 3. de legibus.* Talia suffragia per tabellam lata eleganter tacita appellat Plinius in Epistolis, qui etiam addit ex tacitis, suffragiis iocularia multa & fœda dictu emanare, & multos in suffragiorum tabellis scurriliter illudere. Sed pergo paulo exactius rationem suffragandi aperire. Olim cum Magistratuum erant Comitia, rogabantur singuli centuriatim, quem esse magistratum vellent. Tunc singuli nominatim, quem creari vellent, appellabant: Quod ipsum quoque fiebat in comitiis regis sacrorum. Sin legum essent Comitia, vti solebat populus his solennibus & velut conceptis verbis, *vti rogas*: quibus significabat, se velle hoc ita fieri, quemadmodum fieri vellet legis rogator. At si nollet accipere legem vtebantur solenni verbo *antiquo*, significans se, quod rogaretur: ne omnino fieret verare. Eisdē vocibus vti solebant in iudiciorum Comitiis. At vbi populo data fuit tabella, oportuit eam munere vocis defungi. Ac in Comitiis quidem Magistratuum oportuit tabellæ nominaCādidatorum inscribi, vt quidem illis Magistratus per tabellam daretur. Tot vero tabellæ vnicuique dē populo dabantur, quot erant candidati, quorum rationem haberi oportere iudicatum esset. In legum Comitiis duæ dabantur tabellę: Vna, cui inscriptū erat, *vti rogas*, duobus tantum elementis primis V. R. Altera, in qua scriptum erat, *Antiquo*, vna etiam litera *A*. In Comitiis iudiciorum eædem tabulæ dabantur: Vna notata litera *A*. id est, *Antiquo*: Altera notata literis. V.R. id est, vti rogas, Atque illæ tabellæ non afferebantur domo, sed offerebantur populo suffragium inituro ab iis, quos appellabant *Diribitores.* Quo vero ordine factum id fuerit, colligitur ab aliis hoc modo: Sortitione inter tribus & centurias de prerogatiua facta, Magistratus in Tribunali, quod erat in campo Martio, sedens per præconem vocabat prærogatiuam cēturiam ad suffragium, quæ mox in septum quoddam prope tribunal, quod alio nomine dicebatur ouile, discedebat, eratque locus in campo Martio cancellis inclusus. in quo erant, qui suffragium dicebant. In illud autem ouile, seu septum discessura centuria per pontes ibat, id est, vias angustas, per quas populus in Ouile se conferebat. In pontis velut vestibulo stabant Diribitores, qui tabellas singulis ministrabāt. Ingredienti-

LLl

bus Ouile proponebant Rogatores cistam, in quam coniicerent eam, quam vellent, tabulam. Collectis iam tabellis Centuriæ totius, adhibebantur custodes educendis suffragiis, quorum munus erat describere suffragia, vt ea centuriæ sententia renuntiaretur. in quam plures inclinasse conspiceretur. Hoc vero erat describere suffragia, tot in tabella puncta notare, quot tabellæ reperirentur similes, vt inito tandem numero ea Centuriæ sẽtẽtia renũtiaretur, quæ plures habere similes tabellas ex numero pũctorum perspiceretur. In legibus quidem ferendis, si plures reperirentur tabellæ, in quibus scriptum esset *V.R.* pauciores, in quibus scriptum esset, *A.* ab ea Centuria legem iuberi renuntiabatur. Contra vero legem Cẽturia non accipere pronuntiabatur, si plures scriptum haberent, *A.* At si forte pares numero tabellæ deprehenderentur in partem vtramque, eius centuriæ nulla renuntiabatur sententia, nisi lex esset, quæ de perduellione ferretur. In Magistratuum creatione numerus inibatur tabellarum, quæ idem nomen continerent. Cuius enim Candidati nomen plures tabellæ comperiebantur continere, is ab ea Centuria Consul, Prætor, Censórue factus renuntiabatur. Sin paria omnes candidati suffragia tulerant, nullus renuntiabatur, exspectandaque erant reliquarum Centuriarum suffragia. Quod de Magistratuum Comitiis centuriatis dictum, idem de Comitiis regis sacrorum intelligi debet. Postquam vero prærogatiuæ Centuriæ suffragium renũtiatum esset, tum ea ex Ouili discedebat, & prima Equitum centuria, inde singulæ primæ classis Centuriæ ordine vocabantur ad suffragium ferendum eo modo, quo de prærogatiua est dictum. Vbi omnes primæ classis Centuriæ suffragium tulissent, tum ea iterum numerabatur. Et in legum quidem Comitiis, si omnes illæ cum prærogatiua consensissent, aut legem vetuissent, aut iussissent, perferebatur lex, neque opus erat reliquarum classium centurias ad suffragium vocare, cum prima classis reliquas omnes numero centuriarum vinceret. Si vero nõ omnes primæ classis centuriæ cum prærogatiua consentirent, sed aliquæ tantum, & quidem maior pars, tum secundæ Classis cẽturiæ ordine intro vocabantur, donec appareret tot iam centurias vel iussisse, vel antiquasse legem, vt numero reliquas omnes vincerent. Idem etiam in magistratuum Comitiis obseruabatur, hac ratione: Si primæ classis centuriæ cũ prærogatiua de vno aliquo cãdidato consensissent, reliquorum autem candidatorum suffragia paria essent, vnus ille, qui omnium suffragia habebat, Consul siue Prætor, siue Censor renuntiabatur. Quod si vno cõsule, item vno Prætore, vel pluribus renuntiatis, antequam ex reliquo candidatorum numero alter quoq; Consul, vel alij Prętores essẽt renũtiati, aliquid de cœlo accidisset, eius interuentu Comitia dirimebantur. Sed tum Consul ille, vel Prætores illi renuntiati non quidem reddebantur vitiosi, sed etiam illorum collegæ eo die creari non poterant, verum postero die. Diuersum erat in Comitiis Censorum, in quibus, si creato vno Censore tempestas comitia dirimeret, tum etiam is, qui creatus iam erat Censor, vitiosus habebatur. In legum Comitiis Magistratus post dinumerata suffragia legem aut acceptã, aut antiquatam pronuntiabat populumq; dimittebat. In Magistratuum vero Comitiis solebat is, qui Comitia habebat, priusquam populum dimitteret, eos renuntiare, quos iam sæpe à præconibus pronuntiatos populus creasset adiecta solemni precatione, id quod ex Ciceronis *oratione, pro Murana* constat, qui etiã solemnia quasi verba precationis recitat. *Quæ precatus sum, inquit, a Diis immortalibus, Iudices, more in[stitu]tóque maiorum, illo die, quo auspicato Comitiis centu-*

riatu. L. Muranam Consulem renuntiaui, vt ea res mihi Magistratuique meo, populo, plebique Romanæ bene ac feliciter eueniret. Hæc ita de verbo ad verbũ fere ex Rosino, sicut ille ex Dionysio, Carolo Sigonio & aliis, vt de ratione ferendi suffragia certi aliquid hic etiam studiosus lector haberet.

Tabelliones publici cõtractuũ scriptores *l. contractus. C. de fid. instrum.* Suidæ οἱ τὰ τῆς πόλεως γράφοντες συμβόλια, hodie *publici Notarij, protonotarij, Secretarij* & *Scribæ*, à tabellis dicuntur Festo, quæ eodem auctore accipiuntur pro chartis, quibus vltro citróue siue publice, siue priuatim opus erat, vt certiores facerent absentes. Instrumenta ab his cõfecta dicuntur in Nouellis ἀγοραῖα.

Taberna omne ædificium vtile ad habitandum complectitur, ex eo dicta, quod tabulis claudatur, vel rectius secundum Verrium, quod olim ex tabulis fieret. Alij per literarũ metathesin quasi trabenam a trabibus nominatam existimant Iam etiam accipitur pro œnopolio & cella vinaria, in qua vinum seruari & vendi solet, quam Xenophon nominat οἰνῶνα. Quinimo tabernam lanionis inuenias, item *tabernam argentariorum, cauponiam, casearıam, ferrariam, & meritoriam*, quæ Perotto stabulum est seu diuersorium: Tabernam negotiatoriam & purpurariam habemus *l. 43. ff. de rit. nupt.*

Tabernacula dicuntur, quod ait Verrius à similitudine tabernarum, quæ ipsæ, quod ex tabulis olim fierent, dictæ sunt non vt quidam putant, quod tabulis claudantur.

* *Tabula*, asser in eum vsum concinnatus, vt in eo pingamus vel scribamus, aut aliis iũctus, nauis, & varia ad vitam pertinentia instrumenta compingãtur. Hebr. טפל *Taphal*, id est, tabellas scripsit, tabulis notauit, tabulas construxit ad scribendum aptas, concinnauit & compegit tabulas ex quacunque materia. Hinc Lat. tabula, tabulo, contabulo, i. compingo, concinno, coniungo tabulas: & metaphoricè de prauis conatibus eorum qui aduersus bonos viros mendacia construunt. לוח *Luach*, etiam dicitur tabula læuigata, nec tantùm de asseribus læuigatis, sed & de omni materia polita, in qua aliquid scribi seu sculpi possit. Hinc λεαίνω, λειαίνω, λεῶ. Et Lat. læuo, læuigo, id est, complano, polio, λεῖος, læuis, id est, planus; λειότης Læuitas, læuor. קרש *Keresch*, etiam est asser, tabula, qua fit contabulatio & coniunctio. Cognationem habet cum קשר *Kaschar*, id est, ligauit, colligauit, coniunxit. Hinc per aphæresin ἴκριον, asser lignum, tabula, coniũctio asserum, seu tabularum. קרה, *Karah*, occurrit & in 2. coniugatione, *Kerah*, contignauit, fecit trabes seu tigna inuicem occurrere. קרה *Kora*, lacunar, tabulatum. Inde vrbes, quod in iis, multa ædificia & tabulata sint קריות *Kerioth* dictæ. ἰκριόω, συνικριόω cõtigno, tabulas simul compingo. Tabulatio, & Tabulata, מקרה *Mekarch*, ab eodem verbo. Πίναξ, tabula, asser, item mensula, abacus: tabella scriptoria: & tabula, qua in publico loco suspensa, memoria rei alicuius conseruatur ac propagatur.

Tagus Hispaniæ fluuius aurifer, si credas veteribus, & diuidens Lusitaniam, vltra Vlyssiponam in oceanum prorumpens, videtur Isidoro à Carthagine trahere nomen, quod ex ea procedat.

Talentum, τάλαντον. Varium hoc apud veteres. Nam Atticum, affirmante Iulio Polluce, sexaginta fuit minarum. Aliud rursus Babyloniũ, aliud Syrium, & Æginæum. Verba eius *lib. 9.* in vniuersũ sũt hæc: τοῦτογε μὴν οὐκ ἄκαιρον, ὅτι καὶ μὲν ἀττικὸν τάλαντον ἑξακισχιλίας ἐδύνατο δραχμὰς ἀττικάς. τὸ δὲ Βαβυλώνιον, ἑπτακισχιλίας. τὸ δὲ αἰγιναῖον, μυρίας. τῶν δὲ σύρων πεντακοσίας καὶ χιλίας, ὡς πρὸς τὸν ἀττικῆς δραχμῆς λογισμόν. Sed intelligenda hæc de talento nummario. Dixerit aliquis: *Quot ergo minarum erat*

ponderale talentum? Respondeo, totidem. Docet id Diodorus apud Suidam his verbis: τάλαντον ὥς φησι διόδωρος ἐν τῷ περὶ σταθμῶν, μνῶν ἐστι ξ. ἡ δὲ μνᾶ, δραχμῶν ρ. ἡ δὲ δραχμὴ ὀβόλων ἕξ. ὁ δὲ ὀβολὸς, χαλκῶν ϛ. ὁ δὲ χαλκοῦς λεπτῶν ζ. * Quod Græci τάλαντον dixerunt, ἀπὸ τοῦ τλῆναι τὸ βάρος, à sustinendo onus vel pōdus, quum videlicet pecuniæ certa summa appenditur, hoc Hebræi appellant ככר *Cicar*, quasi ponderis speciem planam & extensam placentæ instar, vt explicat Arias Montanus, quippe vox illa in rerum naturalium nominibus planitiem significat; quamquam alij, magnitudinis consideratione, *Cicar* dictum putant à כור *Cor*, vnde Corus, frumentorum mensura: quòd vt Corus maximæ capacitatis vas fuit in aridis, ita maxima mensura in re numaria fuerit *Cicar*, vt certè constat, ipsum non tam antiquissimum, quàm maximum fuisse apud omnes gentes, inprimis verò Hebræos ac Syros. Inde autem Hebraicum aliud *Cicar* fuit, aliud verò Syriacum, & hoc quidem Hebraici communis duntaxat quadrans. Hebraicum rursus fuit vel Sacrum, vel commune, prout sicli tales fuerunt. Talentum *sacrum* continebat Siclos Sacros ter mille, hodiernos vero Thaleros 1500. siue aureos Gallicos Solares 1000. reductis singulis ad duos florenos Germanicos, qui nunc ferè communis eorum valor. *Commune* continebat Siclos communes ter mille, siue drachmas Atticas Sexies mille, hodiernos verò Thaleros 750. aureos verò Gallicos 500. Porrò, ter mille siclos *Cicar* siue Talentum, sacrum quidem totidem sacros; commune verò totidem communes, continuisse ex 38. capit. Exod. v. 25. 26. colligitur. Illic enim dicitur collata summa 603550. siclorum didrachmorum à totidem Hebræis tunc numeratis. Hi Sicli didrachmi, si diuidantur per 2. prouenient Sicli sacri tetradrachmi 301775. duo siquidem didrachmi vnum tetradrachmum constituunt. Hæc porro summa dicitur in contextu fuisse 100. Cicarim siue Talentorum, & siclorum præterea 1775. Inde autem facile reducuntur ad liquidum omnium Talentorum, siue sacra, siue communia, siue in argento, siue in auro fuerint, pretium, quod in sacris literis occurrit. Centum igitur illa talenta sacra argenti quæ ab Israëlitis, per Mosem numeratis, collata fuêre, constituunt tercenties mille siclos Sacros, siue Thaleros 150000. siue centum mille coronatos Gallicos, quibus additis mille septingentis septuaginta quinque siclis sacris, præter 100. talenta contributis, qui faciunt Thaleros octingentos octoginta cum semisse, erit tota summa in argento contributa, Thalerorum 150887. cum semisse. Talenta communia dimidiam summam tantùm constituunt, nēpe circiter 800000. Thaleros. Quòd si talenta in auro ęstimentur, sacrū quidem æstimatū ter mille Siclis sacris, æquiualebit duodecies mille aureis hodiernis Hungaricis, siue centū viginti auri libris: libra siquidem aureos centū continet. Cōmune verò æstimatum ter mille Siclis communibus, æquiualebit sexies mille aureis Hūgaricis siue libris sexaginta. Hinc apparet summam Lychnuchi sacri & instrumentū eius, quæ ex talento auri puri facta fuerunt fuisse aureorum Hungaricorum 12000. iuxta sacri talenti computum. Sexcenta verò talenta communia auri, quæ Salomon impendit in domum Sancti Sanctorum (2. Chron. 3. 8.) faciunt aureos Hungaricos 3600000. hoc est, triginta sex auri tonnas. Decem illa milia Talenta, quorum mentio Matth. 18. 24. constituunt quinque milliones coronatorum Gallicorum. Budæus sex milliones computat. Misericordiæ summæ Dei erga nos peccatores illustre emblema.

Talio, similitudo vindictæ, vnde nomē deducit,

deducit, nisi quod talis aut eiusmodi su matur pœna de aliquo, qualẽ ille exercuit in alios peccando: Siquidem natura & lege est institutum, vt lædẽtem similis sequatur vindicta. Probatum hoc pœnæ genus XII. Tab. cum damnum illatum simili pensabatur damno. Lex XII. Tab. cuius Agellius & Festus meminerunt, hoc quidem modo se habet: *Si membrum rupserit, (alij rupit) è pacto talio esto*, Quæ verba nil aliud volunt, quam de graui & atroci illata iniuria pacisci licere, sed è pacto, hoc est, sine pacto vel extra pactum talionem esse pœnam. Cõqueritur de legis istius iniquitate apud Agelliũ Phauorinus Philosophus. Etsi Cæcilius pro defensione legis dicat voluisse Decemuiros talione lædendi ac metu imminuere huiuscemodi pulsandi violentiam. Quinimo acerbitatem legis reuocatam, prætorij iuris clementia affirmat Gellius: Reum etiam paciscẽdi facultẽ habuisse, vt necesse non esset talionem pati, nisi hanc elegisset. Notandum porro non tantum iure ciuili pœnã istam cõstitutam fuisse, *Vt patet ex lege libellorum §. itẽ subscribere l. si cui, in princ. ff. de accusat. leg. 3. vbi Doctores. C. qui accus. non poss.* probatamq; talionem à Philosophis Pythagoræis dicere solitis, ius rectum fuerit, factis si perferat æqua, sed etiam iure diuino inductam, cum legatur *Exod. 21. & Deuteron. 19. de pœna sycophantæ & calumniæ: Non misereberis eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, exiges.* Quanquam hodie aliud obtineat consuetudo, *teste Bartolo d. l. si cui in princ.* Aristoteles nominat talionem τὸ ἀντιπεπονθὸς *Ethicorum 5.* Inque delictis eleuat ius tale, in commerciis admittit ἀναλογικῶς, vel secũdum proportionem quandam. Quod in delictis damnum aut iniuria rependi non debeat, confirmat primum ab exemplo magistratus, qui si percusserit aliquem, parem illi gratiam referre non licebit: Quod si quis magistratũ violauerit, hic nõ solũ feriendus sit, verum etiam summo afficiendus supplicio. Inde probat à circumstantiis agendi, quia permultum interest, vtrum sponte nostra vel inuiti, vtrum ignorantes an præmeditati, vtrum malitiosi an incauti quid faciamus. Denique à consuetudine multarũ ciuitatum, quæ Gratiarum delubra erigere & consecrare solebant in mediis vrbibus, significantes omnia ad institiam cum gratia, ad æqualitatem cum fauore referri debere. Etenim fauor nõ dentem pro dente, nec oculum pro oculo, sed talionem pœnæ ac præmij secundũ proportionem rationis tribuit.

Talus à tholo dictus est Isidoro, qui proprie est vmbilicus siue eminens rotunditas testudinis in templis, vnde donaria suspendi solebant. Omittere non possum propter antiquitatem loco prę senti, solitos veteres iactu tali eligere symposiarcham, quem magistrum appellat *Iuuenalis Satyr. 3. Sidonius libr. 9.* regem conuiuij, *Horatius* cœnæ patrẽ *satyra 8. libro 2. Gellius libro 13. cap. 11.* conuiuij dominum, *Varro* modiperatorem, rerum humanarum *libro 20* De electione ista *Plutarchus in apophthegmat.* hoc modo: *Agesilaus Magnus* παρὰ ποτὲ ποτὲ λαχὼν συμποσίαρχος, *in symbolo forte electus symposiarcha.* Apud *Plautũ in mostellaria*, cum Philomacium decumbere vellet, statim quærit: *Vide tali vbi sint? Vbi vnguenta.* Et *in Asinaria* Argus: *Iace pater talos, vt porro nos iaciam.* Erãt autem iactus talorum varij, Venus, Canis, Senio, Chius. Qui vero conuiuatũ primus Venerem iecerat, cõuiuiis erat magister. Testis *Horati⁹ Od. 7. lib. 2. Quis* inquit, *vdo de properare apio coronas Curatue myrto? Quem Venus arbitrum Dicet bibendi.* Veneris hunc iactum *a Plauto in Curculione* Basilicam dici censet *Iustus Lipsius.* Conijcit ita ille, sed probo cum Gręci magistrũ nominẽt βασιλέα. Interim & alæ effigies, *teste Turnebo in aduersariis*, insculpi solebant talis, vtpote Herculis, vulturis & rerũ aliarũ. Hic

qui esset Herculis perfunctus laboribus, regio erat ornatus cultu, felix quoque fuit iactus ipsius, vt vulturis infelix. Hinc opinor, idem *Plautus in Cistellaria*, dixit, *Herculem iactu Basilicum*, id est regium factum, atque felicem. *Iulius Pollux scribit*. punctum in eo fuisse, quod octo significabat, idq; Stesichoriũ dictum, quod Stesichori sepulcrum in Himera Siciliæ vrbe octo fuerit angulorum. Erat & aliud significans quadraginta nomine Euripidũ, quod Euripides quadraginta præfectorum fuisset vnus post triginta tyrannos eiectos Athenis. Paulatim enim mutata legitur singularum notarum appellatio. Noto quoque tesseram talo inferiorem fuisse. *Martialis: Non mea magnanimo depugnat tessera talo*. Item: *Non sum talorum numero par tessera*. Lusus talorum Græcis est ἀςραγαλισμὸς. A talo porro dicta lex Talaria cuius Plautus *in milite glorioso* meminit his verbis:

Atque adeo vt ne legi fraudem faciam tabellariæ,

Ac curatore, vt sine talis domi agitans conuiuium.

Tanais fluuius Ptolemæo & aliis Europam dirimens ab Asia, *Silius* dictus Scythis, *vt Plinius tradit*: Item Amazonius, *teste auctore libri de montibus & fluminibus*, Moscouitis *Don*, id est, *sanctus* ob admirabilem piscium, herbarum, radicum, & arborum copiam, videtur plerisq; (*vt etiam Eustathius monet*) quasi ταναὸς dictus ob magnitudinem insignem, qua se lõge latéque extendit, tũ ob rapidam eius celeritatem. Nam, *vt legitur apud Melam*, deiectus ex monte Riphæo ruit vsque adeo præceps, vt cũ vicina flumina brumali rigore congelescant, semper idem sublimis incitatusque decurrat. Sunt alij rursus, qui à Tanao Scytharum rege in eo submerso nomen deriuant, *teste Boccatio*. Plutarchus deducit *libro de fluminibus* a Tanai Eroſſi & Lysippæ Amazonis filio, qui *continens & osor sexus muliebris Martisque cultor*, matrimonium dedecoris & ignominiæ loco ducebat. At tandem œstro Venereo percitus, cum nihilominus tenax esset propositi, semetipsum in hunc fluuium præcipitauit. Albertus Campensis duo illi ostia tribuit, quibus exonerat se in Mæotidem paludem iuxta Arrianum in Pontum Euxinum. Totidem illi ostia deferuntur ab Herodoto, Ptolemæo, Plinio, Strabone. Etsi Niger quinque ostiis in Mæotidẽ fluere dicat. affirmat & Marcellinus in stagnis cum Mæoticis delitescere. Et quanquam fontes Tanais incertos esse affirmet Strabo, tamen cum Herodotus *libro quarto*, profluere cùm tradat ex vasta quadam palude, inque aliam vastiorem nomine Mæotidem diffundi, qua regij Scythæ à Sarmatis discludãtur, idque ipsum se cognouisse ex quodam Veronensi scribat Æneas Sylvius *in sua Geographia*, qui per Poloniam & Lituaniam ad fontes Tanais peruenerat, malim suffragari illis hac in parte, quã doctissimo alioqui & sagacissimo Straboni. Quo accedit, quod Albertus Campensis αὐτόπ]ης *in sua ad Clemẽtem VII. Pontificem epistola de Moscouia*, ortum suum habere dicat in ducatu Rezan, quæ primaria vrbs est Moscouiæ, sed distare ab ea vrbe septem dierum itinere, & supra principium Borysthenis versus orientem circiter septingenta milliaria Italica progredi. Hodie fluuius hic corrupto vocabulo dicitur *Tey* & *Tana*.

Tantalus quasi ταλάντατος *miserrimus*.

Tarentum vrbs Calabriæ, Τάρας Straboni & Ptolemæo, *Orbaia* Vi[illegible], *teste Seruio*, hodie Taranto, [illegible] Magna Græcia, patria Architæ, qui ligneã columbã volatilem fecit, an à Tara Neptuni filio nomen accessit, vt quidam volunt? Nugæ. An à voce Sabina tereno. Sic malim. Floruit hæc olim potẽtia & opibus adeo, vt frequentissime cum Lucanis certaret. Propter hanc traiecit in Italiam Pyrrhus Epirota, primus

primus Elephantorum ductor & oſtẽtaror, bellum gerẽs cum Romanis grauiſſimũ ac funeſtiſſimum. Exſtitit ibi Iouis Coloſſus poſt Rhodium illum fama & pretio nobilis inprimis.

Tarraconia maxima Hiſpaniæ pars, vtpote quę continet hodie *Catalonam. Caſtelliam, Nauarram*, atque *Galliciam*, quaſi קניו ארא, id eſt, *boum poſſeſſio*, nominata videtur nonnullis, quod vt *Tubal* Noæ nepos primus Beticæ rex omneſque maiores alij, ita qui hic olim vixerunt, pecoribus alendis, quæ victum & amictum homini ſuppeditant, operam dederint.

Tarſus Cilicię metropolis, olim dicta κρανία & ἱέρα, *ſicut Stephanus teſtatur*, cui eidẽ tamẽ & θαρσὸς, & τερσία, & τέρσος eſt, vbi etiam olim celebris fuit ſchola, *teſte Strabone libr. 14.* Pauli Apoſtoli patria, *vt & Hermagonis Sophiſtæ*, qui perfectiſſimam edidit Rhetoricam Marcellini commentariis illuſtratam, dicta videtur Hiſtorico Ioſepho, *libro primo* à Tarſo filio Iaphet, vel potius à parte manus quam ταρσὸν dicunt Græci, Ruffus medicus μετακάρπιον, Suidas τὸ ἄκρον τῆς χειρὸς, cui quidem parti ſubeſt vola, θέναρ Hippocrati. Itaque apud Danielẽ ταρσοὺς χειρῶν male verterunt, *manus articulos*, ταρσὸς in pede manus tarſo reſpondet. Eſt autem poſt calcem veſtigij pars anterior.

Tartan capitanei nomen regis Aſſyriorum, qui Azotum occupauit vrbem Syriæ *Eſaiæ 20.* Itaque Aſſyrium quoque nomen eſſe prodit Hieronymus, turrimque deſignare. Certe apud Hebræos etiam תרן *malum nauis* ſignificat.

Tartarus, in quo ſceleratorum animæ à corporibus ſolutæ propter delicta, quibus ſe hic polluerunt, grauiſſime exagitãtur poſt hanc vitã, locus ex mente Heſiodi τάρταρον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης, quemq; Plato dialogo de Rhetorica, τὸ τῆς τίσεώς τε καὶ δίκης δεσμωτήριον, vocat, id eſt, *vindictæ & iuſti ſupplicij carcerẽ.* Hebręi נוב 1, שאול, תיפת ἀπὸ τοῦ ταράττειν, id eſt *perturbando*, quod ibi perturbata & confuſa ſint omnia, trahere pleriſque videtur nomen. Euſtathius Ill. θ. tradit nonnullos deducere, ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν ὅ ἐστι σφόδρα ῥιγοῦν, quod eſt *valde rigere*. Etenim aër ὑπόγαιος καὶ ἀνήλιος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ψυχρός. Vnde epitheton ἠερόεντος, id eſt, *obſcuri*, tribuitur illi ab eodẽ Homero, & eius veſtigiis inhærente Heſiodo. Nominat & βαθὺν, *profundum*, Æſchylus vero in Prometheo νεκροδέγμονα, *mortuorum ſusceptorem*, καὶ ἀπέραντον *immenſum*.

Tatiani hæretici, quos alio nomine *Encratitas* dicunt, ἀπὸ τῆς ἐγκρατείας, quod cœlibatum profiterentur, & à vino carniſque eſu abſtinentiam, (etſi Epiphanius *lib. 2. tom. 1.* tantum velit eſſe ἀπόσπασμα, id eſt, *defractum à Tatianorum ſtirpe ſurculum*) à Tatiano quodam nomen acceſſunt, quem Romam ſub Antonino Pio ex Syria veniſſe cõſtat, inque fidẽ & Chriſtianorum eccleſia perſtitiſſe, donec Iuſtinus Martyr eius præceptor in viuis eſſet. Mox enim vbi exceſſit, ſuam ille inſtituit ſectam natura φιλόδοξος, id eſt, *cupidus gloriæ*, *vt Eccleſ. Hiſtor. 4. ſcribit Euſebius.*

Taurus, ταῦρος, ἀπὸ τοῦ τείνειν τὴν οὐρὰν, id eſt, ab *extendenda cauda* deducit nomen. Toruum hoc animal fronte, cornibus, in procinctu dimicationem poſcentibus. Ingens etiam in prioribus pedibus comminatio. Gliſcente ira alternos replicat, ſpargenſque in altum arenam eo ſtimulo mirifice ardeſcit, ait Plinius Promtum quoque ad ſemẽ hoc animal, & mira inguinis firmitate. Vnde plerumque veteres ſcriptores, viri pudenda *taurum* appellauerunt, vt muliebria βουβάλιον. A conceptu ſponte velut diuortio facto ſecubat. & quod ait Ariſtoteles, ἀτιμαγελεῖ, id eſt, *ſeorſim paſcitur à grege vaccarum.* A Poëtis finguntur & fluuij, ταυρόκρανοι, ſiue propter mugitum quem reddere videntur

flumina

flumina taurorum instar, siue ꝙ illa nõ secus ac cornua sint flexuosa. Equidem cum mugitus pelagi taurino nõ sit absimilis, dictus quoque ταύριος Pelagi Deus *Neptunus*. Quanquam alij nominis id referant ad sacrificium tauri oblatione institutum Neptuno, cum apud alios, tum inprimis apud Bœotios. Athenienses numismatibus bouis effigiem induxerunt: Vnde prouerbium: βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκε *per linguam bos inambulat*, de iis, qui accepta ab aduersariis pecunia, mox præuaricati susceptas caussas deseruere, *vti Demosthenes fecisse fertur*. Inuenias quoque Dianam Apollodoro ταυρόπολον dictam, & à cornuum figura, ταυρωπὸν, apud Taurios, ταυρῶ. Eruditi ταυροπόλον dictam existimant ὅτι ὡς ταῦρος περίεισι πάντα. Alij nomen ex ea historia desumtum putant, quod Nicander ait, taurum à Diana loco Iphigeniæ suppositum, cũ eam in Aulide Græci immolaturi essẽt. Occurrit & apud Andrios ταυροπόλος Pallas, & Bacchus ταυροφάγος. & Alexandri equus nomine *Bucephalus*, quod nota capitis bouilli ipsi esset inusta, quales apud Thessalos fuisse legũtur quamplurimi. Non hic etiam omissero Taurum Asiæ montem, totius orbis terrarum maximum, qui vniuersam Asiam ab Eoo Oceano, vbi Thamos promontorium a Pomponio statuitur ad Æggum vsque mare, aut (*vt nonnullis videtur*) Pamphyliam in duas partes, septentrionalem & meridionalem discriminat. Dionysius Alexandrinus dictum hunc putat, quod *instar tauri elato capite incedat*, Eustathius eius commentator, ob magnitudinem, quod omnia grandia atque robusta veteribus essent ταῦροι. Pro gentium & linguarum varietate, inquit Solinus, plurifariam nominatur, id quod Plinio est numerosis & nouis nominibus, cũ esse insignem. Recte. Nam vltra sexaginta duo eius nomina deprehendas, quæ à suis auctoribus petenda sunt, Plinio, *inquam*, Solino, Strabone, Ammiano, Mela, & Ptolemæo. Q. Curtius sub duobus eũ nominibus tantum designat, Caucaso & Tauro. In sacris literis appellatur *Ararath*, *Arria Montano & Becano testibus*. Taurus autem proprie dicitur pars ea, quæ Pamphyliã & Ciliciam ab Armenia minore, & Cappadocia distinguit.

Tegua, quod tegant ædes, vt imbrices, quod accipiant imbres, *ait Isidorus*.

Telegonus filius Vlyssis ex Penelope, dictus videtur, quasi τοῦ πατρὸς τῆλε ὄντος γεγονώς, *natus patre iam procul exsistente, seu peregrinante*.

Tellus, ipsa videlicet terra, apud Mythologos veteres & Poëtas Dea, quod *fructus tollat*, Honorio dicta. Varro per tellurem intelligit vim fœmininã, quæ semina recipit aut nutrit, vt alij vim masculinam per Tellumonem. Telluris cultum primum à Melisseo institutum docet Lactãtius ex Didymo, eiusq; ædem exstructam in area ædiũ Sp. Cassij, qui de regni affectatione suspectus capitis supplicium subiit, cõstat ex *Cicerone*, *Liuio*, *Dionysio*, *Plinio*, *Valerio*. A Publ. Victore collocatur in V. vrbis regione. Plura de ea alias in Ope & Rhea. Augustini tamen de ea verba ex *7. de ciuitate Dei*, *caput decimoquarto* subiicio: *Tellurem* inquit, *putat esse Opem, quod opera fiat melior: Matrem, quod plurima pariat: Magnam, quod cibum pariat: Proserpinam, quod ex ea proserpant fruges: Vestam, quod vestiatur herbis*. Hæc ille.

Telonium, τελώνιον, locus, in quo colligitur vectigal, τελωνεῖον Suidæ, à vectigali, quod τέλος est Græcis, appellationem traxit. Ab eadem origine Telonarius est, cuius meminit *lege tertia, de indulgent. debitor. C. Theod. f.* Græce τελώνης, ὁ τὰ τέλη ὠνούμενος, *aut Moscopulus libro περὶ σχεδῶν*.

Telum, iuxta Caium, *in lege si caluitur, ff. de verborum significat.* nomen generale, vtpote complectẽs non solum, quod arcu mittitur, verum & lapidem, lignũ, ferrum, & alia, quæ manu mittuntur, vide

videtur illi ἀπὸ τῦ τηλῦ appellatum, quod significat longe. Faciunt huc illa Sisennæ: *Manuales lapides dispartit, propterea quod is ager omnis eiusmodi telis indigebat.* Posuit & Virgilius telum pro gladio, cum ait:

At hoc nō telū, mea quod vi dextera versat, Effugies. Addit deinde: *Sic ait, & sublatum altè consurgit in ensem.* Exstat & apud Senecam in Hercule Oetæo commodus ad id probandum locus. Vbi ait Hercules: *Haud mea telum necis saxum est, ne instar montis abrupti latus, Aut totus Othrys.* In eadem significatione vsurpant Græci βέλος. Quo spectant illa Xenophontis *d. l. si caluitur,* à doctissimo Alciato restituta hoc modo: τὰ βέλη ἐμᾶς ἤχοντο λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλέιςοις καὶ λίθοι. Itaque & ἀπὸ τοῦ βάλλειν, id est, *mittendo, vniuersaliter hoc nomen deriuant.* Pertinet & huc, quod scripsit Paulus Iurisconsultus, appellatione telorum accipi omnia, quibus singuli homines nocere possunt. Eodem modo accipitur priore capite legis, *de vi publica & vi priuata,* quem tulit Cæsar Augustus. Nec omittendus Agellij locus, *libr. 10. cap. 25.* vbi telorum, iaculorum, & gladiorum quædam vocabula recenset, hastam videlicet, *pilum, phalaricam, semiphalaricam, gesam, lanceam, sparos, rumices, trifaces,* (sic enim emendat Lipsius) *tragulas, frameas, mensaculas, catheias, rompheas, scorpium, sciboncs, silices, veruta, enses, sicas, machæras, spatas, lingulas, pugiones, climaculas.* Quod vero arcu mittitur, proprio nomine τόξευμα dici, monet Caius, *d. l. si caluitur.*

Temetum dictum vinum, quod mentem tentet. Ab eo vero nomen est *temulento.*

Templarij hæretici à templis. Quales hi fuerint, & quæ scelera commiserint, sub religionis prætextu, docet Petrus Crinitus, *Libro 24. de honest. disciplin. capite 13.* Fuerunt strenui milites beatæ Mariæ, & magnus ordo in Ecclesia, vt *scribit Alber.* destructus tempore Clementis Papæ eius nominis V.

Templum, ædes Deo consecrata, à contemplando etymon trahit. Liberum quippe oportuit esse ab omni impedimento, locum templi, inq; omniū oculis versari. Græci ναὸν ἀπὸ τοῦ ναίειν, id est, *inhabitando* vocant, quod Deos crediderint inhabitasse. Templum etiā de loco profano quandoque intelligitur, *teste Varrone 6. de lingua latina.* Ait enim: *Curia Hostilia templum est, & sanctum non est.* Vide Agellium *li. 14. c. 7.* At ędes etiam absolute ponitur pro ędc sacra, vt cū *Vlpianus scribit l. 1. §. si pecunia & §. sequ. oportere rem in æde aliqua deponi, donec de hereditate iudicetur.* Porro templum cœlum significare, notatum est à Varrone, item certa loca in aëre vel terra, quæ Augures captandorum auguriorum caussa definire solebant, quæ templa dicebantur, quod conspici possent ab omni parte, denique locum sub terra. In sacris literis per ἐξοχὴν significat *splendidum & admirabile illud ædificium, per totum terrarum orbem celebre, quod Hierosolymis conditum à Salomone, legimus 1. Reg. 6. & aliis capitibus,* diciturque Hebræis היכל, quæ vox etiam *palatium*, & *domum regiam significat.* Ob hoc templum magnos sibi sumebant spiritus Iudæi, vsque adeo, vt Ieremias *capite 7.* moneat his verbis: *Nolite confidere in verbis mendacibus, dicentes: Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini.* Significat & eadem vox per Metaphoram, cœleste Dei habitaculum, *Michea 1.* Templum etiam ipse Christus *suum corpus* appellat, Paulus Apostolus corpus nostrum *templum Spiritus sancti,* alias quoque *ipsum Dei cœtum.* Sed missis significationibus istis, ex bonis auctoribus pauca adhuc subiicere operæpretium erit. Nempe non omnibus Diis promiscuè omni loco ædificata fuisse templa, atque aliis quidem extra vrbem, aliis in vrbe, aliquibus in

montibus, nonnullis in foro, nec forma eadem: Cum aliis rotunda, aliis tecto perforato construerentur. A terra extare volebant cœlitum & superorum templa Diis inferis sub terra poni. Primum omnium Ioui Feretrio templum Romæ sacratum legitur apud Liuium & Dionysium libro secundo, & ex eo sceptrum sumebant Romani, per quod iurarent, & lapidem silicem quo fœdus ferirent. Templum Iani claudi solitum tempore pacis, aperiri tempore belli. Ter tantum clausum constat à tempore Numæ vsque ad principatum Augusti. Si quis modum & rationem dedicandi templa quaque id verborum formula factum fuerit, exploratum habere velit, Georgium Fabricium videat *Antiquit.1.*

Temo à tenendo dictus, quod plaustrum teneat ac gubernet.

* *Tempus* est rerum mundanarum duratio extrinsecus obseruata. Genus durationem voco, quia nulla vox occurrit, quæ rei substantiam (vt ita dicam) verius describat. Numerus, mensura, & interuallum, quibus alij tempus definiunt, quantitatis sunt vocabula, & tẽpori non magis accidunt, quàm rebus aliis, quæ multæ, longæ, aut magnæ dici possunt. Duratio autem quæ simul cum rebus ipsis nascitur, & interit cum iisdem, motum & tempus sub se complectitur. Motus hæret in substantia, tempus in accidentibus, quæ extrinsecus apparent. Quare differentiæ gratia illud, extrinsecus obseruata, adieci. Nã tempus natura quidem sua est ἀναίσθητος, & sensibus humanis non obiicitur: sed tamen in rebus singulis suos habet indices in quibus apparet: quales sunt flos iuuentutis, virile robur, ruga senilis, Sol dierum & annorum, Luna mensium, &c. Deinde propria subiecta temporis sunt res mundanæ. Nam tempus cum mũdo cœpit, & vnà desiturum est. Vt quæ ante mundũ nulla tempora fuerunt, sic post finem mundi nulla futura sunt. Ethnici Saturno suo temporis nomen indiderunt, κρόνον seu χρόνον ipsum dicentes: & sane, si quisquam is fuit, in tempore fuit, in quo natus est & occubuit, vt homines alij. Deus autem Opt. Max. creator rerum omnium in tempore est ἄχρονος, quod attributum de filio Dei etiam dicitur, cuius duratio æterna est. Longissimum tempus æuum dicitur, sed Dei duratio est æternitas, supra omne tempus, cuius nullum initium, & nullus est finis. Cætera omnia tempus suum habent. Tot igitur sunt temporis species, quot in rerum natura res existunt, & rerum accidentia. Commodè autem distribui possunt in tempus commune & proprium. Proprium est, sua rei cuiusque duratio, spatium illud complectens, quod inter ortum & interitum eius intercest. Hebræis חלד *Chéled*, Græcis καιρός. Latini variè appellant. Hominis aut animantis *tempus*, ętas dicitur; Regni aut Reipublicæ, periodus; generationis vnius, seculum; actionis, occasio aut oportunitas; calculus temporis cõmunis, æra; &c. Hoc tempus variè distinguitur, in principium, medium, & finem: in generationem, incrementa, decrementa, & corruptionem: in pueritiam, iuuentutem, virilem ętatem, senectam, &c. Commune tempus est proprium tempus cęlorum. Cùm enim cęli durationem omnium diutissimam habeant, in hac omnium aliorum temporum periodi & successiones commodè notari possunt. Ab Hebræis עת *Heth* & זמן *Zeman* dicitur; à Græcis χρόνος. Indices huius temporis, in quibus apparet, Sol & Luna sunt, diuinitus in signa & tempora data. Estque pulcherrimum illud cælestium syderum theatrũ, quasi commune quoddam totius orbis terrarum horologium, vel (si mauis) chronologium aut hemerologium, in quo Deus inuisibile tempus oculis nostris contuendum subiicere voluit. Quod pulchrè sanè ars humana per terrena nostra

nostra horologia in horis notandis imitari studuit. Cæterùm quòd hoc tẽpus vulgo definitur *μέτρον φορᾶς*, mensura motus: id ad effectum & vsum tẽporis Astrologicum pertinet. Per annos enim, dies, horas, horarúmque momenta, motus planetarum Astrologi metiuntur. Cæli tempus distinguitur in sacrum, & profanum seu ciuile: Genes. 1. 14. Ibi luminaria duo creata dicuntur vt sint in signa, & stata tempora: & in dies & annos, מועדים *Mohadim*, hic sunt sacra tempora: dies & anni tẽporis ciuilis cursum denotant. Temporis partes explicant Chronologi.

Temulentus à temeto, quod vinum erat veteribus, à quo abstinendum fuisse apud veteres Romanos mulieribus, vel inde constat, quod propinqui fœminas osculari tum temporis cõsueuerint ex lege Romuli, quo experirentur ea ratione, temetúmne olerent, *vt scripsit Cato*. Ideoque relatum in Annalibus, à Fabio Pictore, matronam, quod loculos, in quibus erant claues cellæ vinariæ, resignasset, à suis inedia mori coactam. Appellauerunt autem veteres temetum vinum, quod tentet mentem, ptimamque producit, *vt constat ex Horatij Epistolis*, cum inquit: *Pullos, oua, cadum temeti, nempe modo isto*. Ita Terentius *in Andria*, longam fecit, & Plautus in *Aulularia*. Quinimo Iuuenalis, *De Corcyræa temetum duxerat urna*. Nemo & hoc ἐπασόδιον male ferat, cum omnibus hic qualicunque modo gratificari sit destinatum.

Tenedos insula extra Hellespontum Sigæo littori aduersa, *vt Plinius refert libro 6.* vel in Hellesponto sita, *auctore Ptolemæo*, olim καλύδνα, dicta *iuxta Eustathium*, & λευκόφρυς iuxta *Homerum*, Diodoto & Pausania suffragantibus. Imo Tennes ante bellum Troianum, *vt scripsit Heraclides*, nomen id nostrum traxit à Teno Cycni filio, qui cum nonis incolis eam occupans, à seipso denominauit, *vt est apud Strabonem circa calcem libri 3.* Camerarius tradit ab Ouidio Calymnam nominatam pro Calydna, eo versu, *Facundaque melle Calymna*. Meminit & eius Maro *Aeneid. 2.* his verbis:

Est in conspectu Tenedos notissima fama,
Insula, diues opũ, Priami dũ regna manebãt
Nunc tãtũ sinus & statio malefida carinis.

Distat autem à continenti iuxta Strabonem stadia 40. habetque ambitũ stadiorum 50. Olim habuit vrbem Æolicam, portus duos, & Apollinis Sminthei delubrum. In eadem insula, refert Plinius *lib. 2.* fontem fuisse, qui semper à tertia noctis hora in sextam ab æstiuo solstitio exundabat.

Tenesmus morbus, in quo æque ac in torminibus frequens desidendi cupiditas est, consimilis dolor, cum aliquid excernitur, idque muccosum & pituirosum, interdum etiam subcruentũ, nomen habet ἀπὸ τοῦ τάνον, id est, *extendendo* vel *tendendo*, vnde & τεινεσμὸς vel τηνεσμὸς dicitur Græcis η pro ει vsurpata. Fit autem tensio ista circa intestinum rectum. Hic nisi quædam abrasio fiat vel vlceratio, dici tenesmus nõ potest, etiamsi dolorificus affectus à quauis alia caussa hoc intestinum occupauerit. Caussa hic est vel cum materia, vel sine materia. Materia dicitur, quidquid interiorem illam cauitatem irritare potest, siue sit vlcus, siue sit inflammatio œdematosa siue abscessus, aut acris humor, vtpote biliosus vel salsus in spincteris rugis collectus, item obstructio à stercore coacto, seu fæx in intestino cœco retenta. Sine materia intelligitur cum frigiditas partem illam constringit & mordicat. Sunt & alia, quæ inducere possunt tenesmum. Verum lubens ea medicis relinquo.

Tereterum corpus, id quod Plinio est *li. 2. cap. 3.* læuitate continua lubricũ, denominationem habet à Græco τέρην, quod *rem mollem & friabilem* significat nobis.

Terentia lex. cognomine Cassia à M. Terentio Varrone, & C. Cassio Coss.

lata, Anno ab V.C. 680. *vt frumēti altera decimæ a prouinciis coemerentur, pretio in singulos modios H-S trium cōstituto.* Item, *vt ciuitatibus aequaliter imperaretur, pretio in singulos modios H.S. quatuor constituto.* Lata fuit & alia Tetētia lex à C. Teren. Arsa Tribuno Pleb. L. Lucretio Tricipitino, & T. Veturio Gemino Cicurino Coss. *vt Quinqueuiri crearentur legibus de consulari imperio scribendis, ne ipsi libidinem ac licentiam suam pro lege haberent.*

Teremina tribus apud Roman. nomen accepisse putatur a Terento, qui locus erat in Campo Martio. Meminit eius Cic. pro Plancio. Meminit & Cælius *Epist. ad Cic. 4. Epistol. famil.*

Tergum & tergus à tero, quod vehendis oneribus terantur.

Terminalia à Termino Deo dicta, celebrari sunt solita Romanis aptissimo tempore, nempe in Februario vltimo anni mense. Nam ita annum quoq; terminare videbantur. Sacrificabant in hisce Termino, quod crederent in eius tutela esse fines agrorum. Sed instituta primum leguntur à Numa Pompilio apud Dionysium, Plutarchum & Plinium. Dionysius cum *libr. 2.* multa de Terminis verba fecisset, tandem concludit hoc modo: *Nam Deos putant Terminos, eisque sacra faciunt, non hostias cadentes, quod nefas sit cruentari hos lapides, sed liba cereali frugumque offerentes primitias.* Plutarchus in quæstionibus Romanis caussam inquirens, *cur Termino, quē Deum censerent, nullum animal immolaretur, tandē respondet. An quia Romulus terminos agro populi nullos posuit, vt liceret progredi, aliisque ademtum adiicere suo, & putare omnem ditionem ad se pertinere, quam hasta assequi possent.* Numa autem Pompilius, homo iustus, limitibus agrum suum à vicino distinxit, iisque terminum nuncupans, inspectorem atque custodem pacis & amicitiæ existimauit sanguinis purum nulla inquinari debere cæde? Ouid. tamen de Terminalibus Fastor. 2.

Est via, quę populū Laurētes ducit in agros,
Quondam Dardanio regna petita Duci,
Illic lanigeri pecoris tibi Termine fibris
Sacra videt fieri sextus ab vrbe lapis.

Item:

Nox vbi transierit, solito colebatur honore,
Separat indicio qui Deus arua suo.
Termine, siue lapis, siue es defossus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes.
Te duo diuersa domini de parte coronant,
Binaque serta tibi, binaque dona ferunt.
Ara fit, hic ignem curua fert rustica testa,
Sumtum de tepidis ipsa colona focis.
Ligna senex minuit, concisaq; construit arte,
Et solida ramos figere pugnat humo.
Tunc sicco primas irritat cortice flammas,
Stat puer, & manibus lata canistra tenet.
Inde vbi ter fruges medios immisit in ignes,
Porrigit incisos filia parua fauos.
Vina tenent alii, libantur singula flammis,
Spectant, & linguis candida turba fauet.
Spargitur & caeso cōmunis Terminus agno,
Nec queritur lactēs, cum sibi porca datur,
Conueniunt, celebratq; dapes vicinia supplex.
Et cantant laudes Termine sancte tuas.
Tu populos, vrbesque, & regna ingētia finis:
Omnis erit sine te litigiosus ager.
Nulla tibi ambitio est, nullo corrūperis auro,
Legitima seruas credita rura fide.

Cum etiam Capitolium ędificaturus esset Tarquinius Superbus, & quo libera à ceteris religionibus arx foret, exaugurare statuissent sacella, quę multa ibi erāt diuersorum numinum, solus terminus abscedere noluit. vnde Vates significare voluerūt ęternum vrbi cum religione imperium fore. Quare in Capitolio pars tecti patuit, terminum spectans, cui non nisi sub Dio sacrificabatur. Hinc *Capitolij immobile saxum*, Vergilio. Quid, quod etiam Iuuentas cedere noluerit, *teste Dionysio lib. 3.* & Augustino *de ciuit. Dei, libr. 6. cap. 1.* Tractum & illud in omen, quippe fore, vt vigor iuuenilis nunquam vrbi deesset, sicut antea de Termino dictum, ex cuius stabilitate præsagiebant terminos vrbis nunquam motum iri, id est, æternum

num fore imperium. Primum omnium consecratus est Terminus à Tito Tatio, secundum alios à Numa Pompilio, qui, ne Romani aliena concupiscerent, suis contenti, lege cauit de prædiis terminis, id est, lapidibus circumscribêdis & finiendis, eosque Ioui Terminali sacros esse voluit. Quod, si quis ausus fuisset eos trâsferre, eius caput Diis lege terminali deuouit, interfectori eius tâquam sacrilegi impunitate promissa, *teste Dionysio lib 2.* Lex postea Mamilia est lata à C. Mamilio, qui propterea Limitanus est dictus. Præscribebat illa in finibus agrorum, quinque aut sex pedum latitudinem, quos vsu capi vetabat Aggenus Vrbicus. Fuerunt & limitum seu terminorum alij *Decumani*, alij *Cardines*, prorsi, transuersi. Decumanus tendebat ab oriente in occidentem. Cardo à meridie in septentrionê, prorsus ab occidente in orientem, trâsuersus à septentrione in meridiem. Et à situ regionum alij fuerunt *Maritimi*, alij *Montani*. Præter hos erant *actuarij* & *linearij*, quorum Hyginus meminit *libr. de limitib.* Defigendorum limitum seu terminorum ritum, à veteribus obseruatum, Siculus Flaccus his verbis descripsit: *Cum terminos disponerêt, ipsos quidem lapides in solidam terram collocabant proxime ea loca, quibus fossis factis defixuri eos erant, & vnguento, velaminibusque & coronis eos coronabant. In fossis autem, quibus posituri eos erant, sacrificio facto, hostiaque immaculata cæsa, faciebus ardentib⁹ in fossa coopertis, sanguinem instillabant, eoque fruges & thura iactabant. Fauos quoque & vinum, aliaque, quibus consuetudo erat Terminis sacrum fieri, in fossa adiiciebant, consumtisque omnibus dapibus igne super calêtes reliquias lapides collocabant, atque ita diligenti cura confirmabant.*

Terra, ꝙ pedibus teratur, dicta Grammaticis quibusdam. Huius hiatus Græcis est χάσμα, *motus & concussio* σεισμός. Eadem est centrum mundi, siue totius vniuersi, cumq; aqua vnum efficit globum. Sphærica eius figura, inque medio mundi, immobilis consistit propter grauitatem iuxta Astronomos & Philosophos. Omnia enim grauia naturaliter tendunt ad centrum & illud, *Sole minorem esse terram, Luna maiorem.* Qua vero id ratione demonstretur, alias forte cômodiori loco dicetur. De ambitu terræ, quis aut quantus ille sit, variæ feruntur sententiæ. Nam Aristoteles continere voluit milliaria, 50000. Hippiarch⁹ 34625. Eratosthenes 31500. Ptolemæus 22500. Alphragan⁹ 20400. Petnellus 24514.[??] recêtiores 19080.

Territorium, quod Pomponio *leg. pupillus, §. territorium, ff de verbor. signif. cat.* est agrorû vniuersitas intra fines cuiuscunque ciuitatis, à terrendo dictum videtur nonnullis, quod magistratus in eo terrendi potestatem habeant, id est, *ius submouendi.* Aliis quasi *terriborium*, id est, bobus atque aratro tritum *vt ait Seru. Aeneid. 5.* vbi Catonem in Originibus sequitur. Iam ad iudicem referri solet, *sicut ad Episcopum diœcesis.*

Tesqua vel *Tesca*, loca præcipitia, petrosa & inaccessa, nonnulla à tuendo deflectunt, quasi dixeris *tuesca*. Alij deducunt παρὰ τὸ δάσκιον, quod est *opacum & vmbrosum.*

Testamentum dictum quasi mentis testatio. Est enim voluntatis nostræ de eo, quod quis post mortem suam fieri velit, *sententia iusta*, id est, plena, solênis, & regulis iuris consentanea. Itaque sanum mente oportet esse, qui istud côdet, *l. 2. ff. de testam.* Etymologiam hanc nostram reprehendit Agellius *lib. 6. cap. 12.* in Seruio Sulpitio, à quo primû manauit. Reprehendit eâdem aut. Valla in Imperatore, §. *1. Instit. de testam* Ait enim: *Si à mente diceretur, diceremus Testamentia vt amentia, dementia.* Apage cum nugis. An non varias terminationes ab eodem verbo deducere potest magister verborum vsus, vt experientiam & experimentum; Sed & Alciatus negat *lib. 4. de verb. signif.* esse etymologiam no-

minis, verum potius allusionem nominandam affirmat. Atqui Theophilus *dict. §. etymologiam* nominat, & his adeo verbis confirmat, μαρτυρίαν ἔχει τῆς τοῦ τελευτήσαντος διανοίας. Quo accedit, quod Viglius noster, vir naris emunctæ, acrisque iudicij, omnino etiam putet Iurisconsultos respexisse ad nominis deriuationem, non ad similitudinẽ, aut allusionem quandam. Neque enim particula (*quasi*) magis hic similitudinẽ inducit, quam in aliis similibus nominum definitionibus vbi obscurius nomen notiori vocabulo interpretamur, vt si dicas. *Solstitium quasi solis est statio, locuples, quasi locorum plenus.* Vtrobique enim definitio est, non allusio.

Testudo Varroni dicta, *quod testa tegatur.*

Tethys Oceani vxor secũdum Poëtas, dicta hoc nomine quibusdam velut τιθήνη, id est, *nutrix cum aliorũ, tum Deorum.* Est enim humiditatis domina, qua omnia aluntur: humidum rerum principiũ posuit Thales Philosophus. Quapropter dixit etiam Homerus ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μήτερα τηθύν. Aliud tamen etymõ exsculpsit Plato in Cratylo: τὸ μὲν τῆς τηθύος οὐκ ἐννοῶ ὄνομα, τι βούλεται, Σω ἀλλὰ μὴν τοῦτο γε ὀλίγου αὐτὸ λέγει, ὅτι πηγῆς ὄνομα ἐπικεκρυμμένον ἐστί. Τὸ γὰρ διαττόμενον καὶ τὸ ἠθούμενον πηγῆς ἀπείκασμά ἐστιν. ἐκ δὲ τούτων ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων ἡ τηθὺς τὸ ὄνομα σύγκειται. *Tethis nomen non intelligo.* Socr. *Atqui hoc ipsum fere dicit, quod fontis nomẽ est obscuratum. Quod enim prosilit & percolatur, id fontis similitudinem habet. Ex his autem vtrisque nominibus, nẽpe ex* διαττόμενον & ἠθούμενον, *nomen Tethys compositum est,*

Thais apud Terentium dicta διὰ τὸ θαητὸν ἢ θαυμαστὸν ἔχειν τὸ εἶδος, *quod ob admirandam & singularem speciem omnium in se converteret oculos.*

Thalamus ἀπὸ τοῦ θάλλειν quod maxime sponsus & sponsa in eo virescant. Notio hæc probatur à Pindari Scholiaste ad...Olymp. Etsi Eustath. παρὰ τὸ θάλπεσθαι deflectat, quod illic coniuges velut calefiant & foueantur. Valeat ergo hic Isidorus, cũ à duce Thalamone deflectit, quando hoc etymon non exprimat vim dictionis.

Thamar, nobilissima Siriæ metropolis nomen habet à תמר, quæ vox *palmã* significat Hebræis. Itaque *palmyram* eãdem cum ea faciunt nonnulli. Syrorum lingua quoq; Thadamum dictam, tradit Baptista Egnatius. Quin & Hadrianopolim quandoque vocatam habet Stephanus.

Thara Abrahami pater, nomen adeptus à חרה *spiritu seu respiratione*, quod *respirauerit in semine mulieris,*

Tharsus vel Tarsus, τάρσος, Ptolemæo Ciliciæ vrbs, Pauli Apostoli patria, *sicut ipse indicat Actor. 21. & 22.* olim κρανία, dicta, & ἱερὰ, *vt refert Stephanus*, nomẽ hoc suum accepisse putatur à Tharsi filio Iauan, nepote Iaphet, filij Noah, *Genes. 10.* Dion scribit, Tharsenses etiam Iuliopolim appellasse hanc vrbem in gratiam Iulij Cæsaris *lib. 47.* Nunc Tarassam dici scribit *Tzetzes.* Sed & antea dicta de ea nonnulla in Tarso.

Thaumantias Iris ἀπὸ τοῦ θαυμάζειν, *admirando.*

Theatrum, locus in quo festis diebus peragebantur scenici ludi, sicut in circo Circenses ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, id est, *spectando*, nomen inuenit. Quod quia Cassiodorus probat simul originẽ tradens, verba auctoris adiiciam. *Cum agri*, inquit, *cultores, feriatis diebus sacra diuersis numinibus per lucos vicósque celebrarent, Athenienses primum agraste principium in vrbanum spectaculum collegerunt*, θέατρον, *græco nomine, visorium appellantes, quod eminus turba conueniens & astans, sine aliquo impedimento spectaret.* Húc morem (vt pleraque alia) Romani postea in vrbem transtulerunt. Primum erat Hemicyclus, inde factum est ἀμφιθέατρον, ex duobus veluti theatris constãs, quod ex quadrato lapide primus Pompeius magnus incoauit, Caligula perfecit,

fecit, ab Augusto destinatum, à Vespasiano ædificatum, a Tito consecratum, à Nerone insano sumtu deauratum, vt in illo Armeniorum regem exciperet. Celebratur & M. Scauri theatrum, de quo Plinius *libr.36.capit.15.* vbi & duorum theatrorum Curionis meminit. Legitur & L. Mummius deleta Corintho, erexisse theatrum, sed temporarium. Spectabantur in iis à populo histriones, pantomimi chironomi, thymelici, & mimicæ mulieres, quas scenicis ludis adhibebant.

Thebæ, vrbs Bœotiæ, ἑπτάπυλαι dictę a septem portis, Ogygia auctori Æmæ, siue is Virgilius, siue alius fuerit, Bacchi, Herculis, Amphionis, Lini & Pindari patria, nomen accepit, *Eustathio teste Iliad.2.* διὰ τὸ θεῦσαι τὴν βοῦν ἤτοι δραμεῖν μέχρις ἐκεῖ τὴν ὁδηγὸν τοῦ Κάδμου, κὴν ἐκεῖνος θύσας τὴν πόλιν Θήβην ἐκάλεσεν ἀπὸ τῆς θεύσεως ἤτοι δρόμου τῆς βοός, *quod bos Cadmi dux eo vsque cucurrerit, quem cum ille sacrificasset, ciuitatem vocauit Thebas*, ἀπὸ τῆς θεύσεως, id est, *cursu bouis*: Alij nominis etymon dedicant Syris, quibus θῆβα significat bouem. Nonnulli originem deducũt ex lingua Phœnicum, atque inde interpretantur arcam vel nauem comparatam ad arcæ formam, vt intelligere liceat colonos nauib' aduectos. Nec desunt qui trahãt à טוב, quod Hebræis bonum quid, vtile & amabile significat. Fuit enim solũ Thebanum prępingue. Pausanias tamẽ refert, sed fabulosè, nomen inuenisse à Thebe Asopi filia. Apud Plinium legas *lib.4.cap.7.* nec Athenis claritate cessisse. At Ioann. Tzetzes testatur πολυάνδριον suo tempore fuisse, hoc est, locũ refertum plurimis sepulcris; καὶ τόπον εἰκοσίδωρον, id est, *locum desertum*, qualem ἐρήμιον nominat Eustathius *Iliad. d.* Quid, quod nec Strabonis ætate, vel vici alicuius celebrioris formam retulerit. Adeo lenta morte omnia tandem consumit inuidiosa vetustas, cum tamẽ Homerus θήβην ὑψίπυλον dicat Il. 2. ἀντὶ τοῦ μεγάλην, ὡς ἀπὸ μέρους, ait Eustathius. Ab his autem Bœotię Thebis diuersæ Ægypti Thebæ, ἑκατόμπυλαι dictæ Homero à centum portis. Eadem vrbs nominata Διόσπολις & Βούσιρις, *secundum Diodorum*. Ab aliis *Heliopolis, Pelusium, & Siiues*, secundum Stukium. Hieronymus scribit ad Galatas, vocatam suo tempore Thebestim. Metropolim Ægypti fuisse tradit Eustath. *Il.9.* ex Geographo additque templa habuisse permulta, quæ demolitus fuerit Cãbyses, atque inde vicatim incolas habitasse. Sed & idem Geographus Strabo, νῦν δ' ἐν inquit, δείκνυται ἴχνη τοῦ μεγέθους αὐτῆς, *nunc ostenduntur magnitudinis eius vestigia*. Ex quibus verbis apparet contra Ioann. Leonem, de tanta ciuitate ætate hac nostra nihil superesse amplius. Nam & Iuuenalis ait, *Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis.*

Propertius lib.2.

Magni sæpe duces, magni cecidere tyranni,
Et Thebæ steterant, altaque Troia fuit.

Recte ergo Cicero epist. famil. 4. *Quæ oppida quondam tempore florentissima fuerunt, nũc prostrata & diruta ante oculos iacent.* Discant præpotentes, nihil esse tã stabile, firmum, & potens, quod nõ casus aliquis in rebus hominum præcipitet, nullamque ciuitatem vel optimis instructam legibus, tam munitam vnquam fuisse, quin ceciderit aliquando, vbi id visum esset fatali prouidentiæ. Porro ab his Thebis inditum nomen regioni Ægypti, quę dicitur *Thebais*, olim *Eremitarum habitaculum* & certa sedes. Præter has Thebas legim', & Thebas vrbem Macedoniæ, sitam ad sinum Pelasgicum, alio nomine Philippopolim *iuxta Polyb.lib.5.* Item Thebas Corsicas, iuxta montem Heliconem in Corinthiaco sinu apud Plinium, & Thebas Lucanas à Plinio sic dictas, quod in Lucanis exstiterint, quas tamen interiisse scribit ex Catonis sententia.

Thema, positio, vnde & *thema* verbi à Quintiliano dicitur prima positio itẽ

positio

positio facti vel euentus, quam Vlpianus casum vocat) nomen arcessit ἀπὸ τοῦ θέσθαι ponendo.

Theodorus τοῦ θεοῦ δῶρον, *Dei donum* dicitur, & *Theodora*. Iustinianus: *Insuper adhibui vxorem meam Theodoram ob singularem prudentiam ad consilia Reipublicæ.*

Theophilus τῷ θεῷ φίλος, *Deo amicus.*

Theophrastus Philosophus Peripateticus, Aristotelis discipulus, cum antea Tyrtamus audiret, nomen hoc suum est consecutus à diuinitate dicendi, *vt scribit Cicero*, cui *Laertius* astipulatur his verbis: τοῦτον τὸν πρότερον λεγόμενον, θεόφραστον διὰ τὸ τῆς φράσεως θεσπέσιον Ἀριστοτέλης μετωνόμασεν. Eiusdem suauitas indicata est ab eodē Aristotele inuolucro chriæ. Nam cum disceptaretur de successore, vnumque Lesbium primum, inde Rhodium gustasset, ἡδίων inquit, ὁ λέσβιος, *vt refert Agellius lib. 13. cap. 5.* Atque hic ille Theophrastus, qui moriens accusauit naturam, quod ceruis & coruis vitam diuturnam, homini exiguam concessisset. Floruit autem *Olympid. 114.*

Theriaca seu Theriace omnium antidotorum præstantissima, plerisque medicis dicta videtur, quod exitialibus venenis, & ferarum, id est, θηρῶν *virus eiaculantium* ictibus aduersetur. Componitur enim eum in finē vel maximè, etsi alia quoq; mala propemodum infinita profliget. Sūt alij rursus, qui appellatam *Theriacham* volūt à *Theriace* pastillis, quos inprimis recipit. Nā viperā significari volūt κατ' ἐξοχὴν vocabulo τῆς θηρὸς. Ceterum priori sententię plures fauere video. Equidē Plinius *lib. 14.* vineam quandā propterea *Theriacā* vocat, q; vinū eius faceret aduersus vulnera à serpētibus illata. Meminit idem & vuæ Theriacæ, *lib. 22. cap. 1.* ostenditque rationem sub nomine Theriacæ, quā ni... à feris venenatis sumtum ingreditur. Eadem ratione Nicāder remedia sua plane diuersa à compositione Theriacæ nostræ, quia tamen preseruant à serpentum morsibus, aut aduersus eorum venena curationē suppeditant, appellauit Theriaca πέρι φ eadē pręstēt, quę alioqui Theriaca pręstat. Vnde Galenus *2. ad Glauconem*, ἰς. δὲ θηριακὴ σὺν οἴνῳ ποθεῖσα, id est, *hausta cum vino instar Theriacæ serpentiū venenu resistit.* Hinc & apud Dioscoridem *libro 2.* θηριακαὶ περιχρίσεις, *illitus qui contra venena cōparantur.* Et θηριακὸς λόγος, *tractatus theriacus*, i. περὶ τῶν ἰοβόλων, *de animalibus relinquētibus ictu aut morsu venenū.* De nostræ autē theriaces sic dictæ per ἐξοχὴν cōpositione agit Alexāder Aphrodisæ' *Problema. vltimo, lib. 1. Plinius libr. 20 cap. Galenus 2. ad Glauconem*, eiusque auctor Andromachus senior Neronis Archiatros, vnde Andromachi theriaca audit Εὔδιον καὶ γαλήνην epitheta ipsi tribuit ab efficacia, qua præstat, non à Galeno medico, vt perperam, credere visus est Auicenna. Primus idem viperas indidit Theriacæ, vt *libro de Theriaca docet Galenus*, eadēque versibus Grę cis descripsit, quos huic suo libello pariter attexuit. Si quis vires eius cognoscere velit, peculiarem de ea librum Galeni legat, vbi etiam docet conficiendæ & reponendæ Theriacæ rationem.

Thermæ ἀπὸ τοῦ θερμοῦ id est, *calido*, vel potius τοῦ θερμαίνειν, id est, *calefaciēdo.* Sunt vero loca habentia aquas natura calidas, aut fornace calefactas, quas ingredimur sudādi aut lauādi gratia. Proprie tamē ita dici vidētur, quæ destinātur sudori Vnde *sudatoria* appellat Seneca. Hęc ne quis ingrediatur post coitū, cautum medicorum legibus. Sciendum quoq; in nullis antiquorum operibus plus positum luxus, quā in thermis Imperatorum, vtpote quas prouinciarū in modum exstructas fuisse, conqueritur Ammianus. Quę[illegible] ex illis fuerūt æstiuæ, quædā hyemales, quas Aur[illegible] trans Tyberim struxit. Et primū quidē tant[illegible]mmodo priuatim Imperatoribus patebant. Inde & populo communicatæ. Adiūcta erāt illis castella, sicut & aquæ

quę ductibus, in quibus conseruabatur aqua. Horum autem castellorum parietes obliti erant adeo tenaci & dura materia, vt vix ferro cederet. Pauimenta interdum sternebantur vitro, *sicut de Agrippinis est proditum*, interdum lapide aut crustis marmoreis latis, aut tessulis quadratis varij coloris. Etenim nigræ erant tessulæ balnei Palatini, nigræ albæque Thermarum Commodi & Antonini. Additi etiam illis erant canales, per quos caduca & inutilis aqua effluebat. Plenum de iis tractatum, si quis velit, legat, quæ de iis scripsit Andr. Baccius Elpidianus medicus, *peculiari de thermis opere*.

Thermopylæ angustus viatoribus ex Thessalia, & è littore Locros petentibus transitus, qua parte Oetæ montis cacumen attolitur, & ad quem murus erat à Phocensibus Thessalorũ metu ædificatus, non à Pylade (quod aliqui putant) nomen traxerunt, eo quod is primus ibi iudicatus fuerit, sed à portis quas πύλας Græci vocant, & à calidis thermis. Sic enim Strabo *libro 9.* τὴν μὲν ὂν πάροδον πύλας καλοῦσι, καὶ στενὰ, καὶ θερμοπύλας. ἔςι γὰρ καὶ θερμὰ πλησίον ὕδατα τιμώμενα ὡς ἡρακλέους ἱερὰ, aditum eum vocarunt *pylas*, id est portas, & στενὰ *angustias* & *Thermopylas*. Adhærent enim illi in confinio calida lauacra Herculi consecrata. Vnde & alia loca angusta eodem nomine appellata, inuenias Quales *pylæ Ciliciæ*, & *pylæ Susidæ*, quarum Curtius & Plinius meminerunt. Isocrates *Thermopylas*, similis dicit Caudinis furcis. Sic enim dictus est locus, non sine Romanorum dedecore notus, quod ibi exercitus Romanus sub iugum sit missus. Angustias has occupauit Leonides Lacedæmoniorũ rex contra Xerxem innumero exercitu instructum, vbi etiam deficientibus sociis cum parua ciuium manu, facta deuotione, fortissime occubuit. Meminit eius Historiæ Herodotus *libro octauo*, Iustinus *2. Orosius libr. 2. cap. 9. Sabellicus Ennead. 3. lib. 1. Liuius lib. 6. Dec 4 Plutarchus in Pelopida & Apophtegmatibus Laconicis, Isocrates in Panegyrico, Seneca libro Epistolarum 10. ad finem, Agellius libro tertio, capite septimo, Valer. lib. 5. cap. de fortitudine.* Nec tantum eo tempore non sunt defensæ Thermopylarum angustiæ à Græcis, sed etiam postea, cum vallo & muro eas communiuisset Antiochus & præsidiis armasset, atque ita obsistere conaretur M. Attilio Glabrioni. Nam industria M. Catonis tum temporis tribuni locus est expugnatus, *sicut testantur Plutarchus & Liuius prædictis locis*.

Thesaurus dictio composita ἐκ τῆς θέσεως *positione*, & *auro*, quod Grammatici deflectunt παρὰ τὸ ὡρεῖσθαι, *quod diligenter custodiatur*.

* *Thesaurus* nomen generalissimum obtinet apud Hebræos אוצר *Otsar*, vel אוצרא *Otsara*, ab אצר *Atsar*, id est, deposuit, reposuit, recondidit: tanquam si repositorium vel reconditorium dicas quæ prima & propria significatio est eius vocis, & quidem pro cuiusuis rei repositorio. Huic respondet Græcorum θήκη, ἀποθήκη, ταμεῖον; & Latinorum theca, apotheca, conclaue, penus, cella, horreum, &c. Sumitur etiam *Otsar*, thesaurus Synecdochicè, pro repositorio pecuniæ & argenti, vt Græcis ἀργυροθήκη, Lat. ęrarium, fiscus, & similia. Item metonymicè pro pecuniis, cęterisque rebus pretiosis ipsis, adeóque opibus & fortunis generatim, quæ reponũtur, seu recondũtur. vt asseruentur εἰς αὔριον in crastinum, hoc est, in tempus futurum, ad futuras scilicet necessitates. Quo modo θησαυρὸς siue thesauri voci aptè respondet, & periphrasticè Hebręis dicitur בית נכות *Bet-necoth*, domus seu locus rerum preciosarum. Sumitur etiam hæc vox pro omni re chara, rara, eximia, vt pecunia, aurum, argentum esse solent. Quo sensu idem est quod סגולה *Segulah*, κειμήλιον, peculium, pecunia, diuitiæ, opes. Hoc

sensu Graeci prouerbialiter dixerunt θησαυρὸς ἄνθρακες sub. πέφυκεν, in eos qui exspectatis rebus eximiis & magnificis, nil nisi fumum reperiunt. Porrò, quia res eiusmodi pretiosæ non quouis in thesauro seu repositorio, sed fere abdito & abstruso solent recondi, vt contra ignis vim, furum insidias, & alia pericula sint tutæ: ideo Synecdochice *Otsar* pro quouis loco abdito & abstruso accipitur Vt quum Deus dicitur disponere in thesauris abyssos, & depromere è thesauris suis ventos, facit huc quòd, obsignatum in thesauris, prouerbialiter Hebræis dicatur, pro eo, quod abditè vel abstrusè, hoc est, singulari consideratione ac secretò est cõstitutum. Deuteron. 32. 34. Ob quam abdendi seu abscondendi vim, thesaurus etiam מטמון *Matmon* Hebræis dicitur, tanquam abditus vel absconditus locus, à טמן *taman*, abdidit, abscondit. Præterea, quoniam thesauri, seu repositoria, non rei vni in paruo, sed multis in maximo numero vel copia recondendis, ac de die in diem accumulandis, exstruuntur, vt plurium aliquando vtilitati, & ad plures annos seruiant: ideo *Otsar*, thesaurus, pro copia etiam ingenti accipitur. Hinc, quum Deus promittit Deuteron. 18. 12. se aperturum thesaurum suum bonum, omnis boni copiam innuit. Hinc factum, vt etiam verbum אצר *Atsar*, à quo nomen illud fit, aliquando pro congerere, accumulare, & in immẽsum augere, vsurpetur: vt impij vocantur à Propheta Amos 3. 10. אוצרים *Otserim*, recondentes, nempe violentiam & vastationem. Congerunt, inquit, accumulant, augent in immensum opes, partas vi, & vastatione pauperum, &c. Cuiusmodi opes proprio nomine הוה *Hauáh* dicuntur, id est, vastitas, ærumna, &c. Verbo *Atsar*, affine est Græcum θησαυρίζειν, quod significat recondere. Nam θησαυρὸς est à verbo τίθημι vel τιθέμαι εἰς ἄυριον, id est repono, recondo in crastinum vel futurum. θέμα etiam significat id ipsum quod positum, repositum & reconditum est: θῶμα Hesychio θήκη: θῆμων rerum simul positarum seu congestarum cumulus: θησαυρὸς, locus in quo congestæ opes reponuntur & conduntur, vt cellæ granariæ & ærariæ: item pecuniarum repositorium & conditorium: & pecuniæ ipsæ atque opes reconditæ. Vnde Latini, Thesauros tellure recludere, Obruere thesaurum alicubi, defodere thesaurum sub tecto Agellius lib. 2. capite 10. *M. Varro 2. Valerium Soranum solitum dicere ait, quos thesauros Græco nomine appellaremus, priscos Latinos flauissas dixisse, quod in eos non rude æs argentúmque, sed flata signatáque pecunia conderetur.* Accipitur etiam thesaurus Latinis pro quibusuis opibus & diuitiis repositis. Et metaphoricè pro quodam quasi penu & promptuario quarumuis rerum repositarum. Inde illud Ciceronis, *Thesaurus rerum omnium memoria.*

Thesmophoria Cereris sacra sunt dicta, quia ipsamet θεσμοφόρος & θεσμοθέτης, id est, *legifera*, sicut Maro reddit, est appellata, quod ante frumentum inuentum à Cerere vagarentur homines sine lege. Ea feritas enim inuento frumenti vsu est interrupta, postquam ex agrorum diuisione nata sunt iura quemadmodum Seruius scribit. Hinc Ouidius:

Prima Ceres vnco terram diuisit aratro,
Prima dedit fruges, alimẽtaque mitia terris,
Prima dedit leges, Cereris sunt omnia munus.

Celebrabantur hæc sacra Athenis noctu, inque iis (*vt alius meminit*) discurrebant sacerdotes cum facibus, quos propterea *Daduchos* appellabant, & cursu prope Bacchico Deam colebant. Sed à sacris eius impij & scelerati voce præconis submouebantur. Mulieres more Aegyptiorum abstinebant à cibis, *sicut est traditum a Plutarcho, & humi iacebant.* Inde Ouidius Metamorph. 10.

Festa

Festa piæ Cereris celebrabant annua matres,
Illa quibus niuea velatæ corpora veste,
Primitias frugum dant spicea serta suarum
Perque nomẽ noctes Venerẽ, tactusq; viriles
In vetitis numerant.

Romæ solis matronis licitum erat anniuersarium Cereris sacrum celebrare, quod propter Cannensem cladem intermissum legimus, cum nulla eo tempore matrona luctus esset expers; lugentibus autem, *vt inquit Liuius*, id sacrum facere non liceret, quod gratum esset, *vt scribit Plutarchus*, si à lætis hominibus celebraretur. Sacerdotes autem, qui sacris operam dabant, dicti sunt *Baptæ*, quod eos lauari oporteret, dum initiarentur: Sacrificia ipsa & festa, sacra Græca sunt appellata, quod è Græcia essent translata, *auctore Festo*, alias θαλύσια καὶ συγκομιστήρια.

Thimnath vrbs in montanis Ephraim, perfectam vrbem significans, nomen habet à defectiuo תמם, quod *perfici & consumm ari* significat.

Thirza ciuitas sita in amœnissimo monte & sex milliarium spatio ab Hierosolyma diremta, quia admodum pulcra fuit, nomen habet à תרזה *cedri specie*, cuius meminit Esaias *capite 41.*

Thlasiæ spadones, qui fractos habent testiculos, vt alias dictum, ἀπὸ τοῦ θλᾶν, id est, *frangendo* auspicium nominis deducunt, sicut Thlibiæ ἀπὸ τοῦ θλίβειν atterendo. Meminit horum Vlpianus *l. spadonum. ff. de verb. significat. &* *Paulus l. hi quoque ff. ad leg. Corn. de sic.*

Thoria lex quam tulit Sp. Thorius Tribunus plebis, ne quis vectigal vllum agrorum, quos possideret, solueret. Meminit eius Cicero *in Bruto.* Exstat & duo eius fragmenta apud Sigonium *libro secundo de antiquo iure Italiæ, cap. 2.*

Thracia regio Europæ, finitima Macedoniæ, deflectitur quorundam auctoritate à Thrace filio Martis, ab aliis ἀπὸ τῆς τραχύτητος *asperitate*, quod posterius haudquaquam improbãdum, propter scripturæ dissimilitudinem, cum natura regionis aspera sit & intractabilis, solo simul & cœlo. Topographiam eius vide apud Strabonem *libro septimo & de moribus Thracum, libro 13.*

Thraso miles Terentianus ἀπὸ θρασύτητος *audacia*, accepit nominis auspicium.

Threnus à θρηνεῖν, id est, lugẽdo, nomen habet.

Thule, θούλη, Straboni, Plinio, & Ptolemæo septentrionalis Oceani Insula supra Orcades (*Island*) vltra quam non instituerunt nauigationem suam veteres Romani, male Tortelio ἀπὸ τῆλε deriuatur. Nam ita dicendum esset *Tele.* Isidorus *libro 25. cap. 6.* scribit hoc modo: *Thule vltima insula Oceani intra septentrionalem & Occidentalem plagam vltra Britanniam, à sole nomen habens, quia in ea æstiuum solstitium sol facit, nullus vltra eam dies est. Vnde & pigrum & concretum eius est mare.* Quæ eius sententia quoq; nescio quo pacto probari queat. At Suidas à Thule Ægyptio rege etymon trahit, qui imperium tenuerit adusque Oceanum Qu n & illud verum merumque somnium. Aliis ergo penitius illud rimandi locum cedo.

Thus ἀπὸ τοῦ θύειν, sacrificando dictũ vult Iulius Modestus, tum alij Grãmatici. Atque hic ille Modestus, de quo Martialis: *Quæ vix intelligat ipse Modestus.* Male ergo thus sine aspiratione extulit, & à tundendo deriuauit Antipater. Illud obseruandum, quod pluribus contendit Arnobius thus non esse rem vetustam in sacris, sed rem nouellam, quod nec Heroicis temporibus cognitum fuerit, nec Romulum aut Numam illud nouisse ostendat.

Thuscia Italiæ regio primum Ianiculæ nomine appellata ab incola Iano. & Razenua apud Myrtilum, idque à Razenuo, velut proditum à Dionysio, & *Tyrrhenia teste Strabone*, Pelasgia, *vt scripsit*

Halicarnassus, & Hetruria (sic enim cum aspiratione scribendum testatur Seruius) ἀπὸ τῦ ἑτέρυ ὅρυ, ab altero fine seu termino, ad quem pertingit, nempe ad Tyberim, primum, hoc nomen, de quo agimus, est adepta (*siquidē Beroso & Trogo Pompeio credimus*) à Thusco primo eius rege Herculis & Araxæ filio. Alij à θύειν, id est, *sacrificando* deriuant, vel à Thure quod vti solebant in sacrificiis. Addictos enim Thuscos fuisse religioni prę omnibus Italis ex eo manifestum, quod semper eo ablegati fuerint Principum Romanorum filij ad perdiscendum Aruspicinam. Inde diuinarum rerum & auguriorum periti vates euocari solebant, primum tamen augurandi ars à Chaldæis ad Græcos peruenit, apud quos Amphiaraus, Mopsus, Chalchas, & Apollonius Tyanæus clarissimi augures floruerunt. A Græcis vero ad Hetruscos: Ab his ad Latinos: postremo ad Romanos perspecta artis vtilitate migrauit: Apud quos institutum & Augurum collegium, cui Ciceronem quoque ipsum insertum legimus.

Thyades sacrificulæ Bacchi originem nominis trahunt ἀπὸ τοῦ θύειν, quod est *furere, impetum facere, sacrificare*. Ab eadem origine Bacchus ipse Thyonæus est dictus, nempe ob Orgia vel mystica eius sacra, aut ἀπὸ τοῦ θύειν, id est, *impetendo*, propter Bacchicas mulieres.

Thymbræus Apollo quasi θεὶς τοὺς ὄμβρυς, ponens pluuias. Idem enim ille cum Sole.

Thymelici, citharœdi scilicet, tibicines symphoniaci, similésque artifices, qui suas per Orchestram actiones præstant, *vt loquitur Vitruuius*, nomen sortiti sunt à θυμέλη scenæ parte, cuius Martialis meminit his verbis:

Qua Thymelem spectas derisoréque Latinū,
Illa fronte precor carmina nostra legas.

Suidas interpretatur τοὺς ἐν ὑποκρίσει τὴν τέχνην ἐπιδεικνυμένους, Isidorus musicos scenicos, qui citharis & organis præcinebant, qui inde sint dicti, *quod olim stantes in Orchestra supra pulpitum canerent, quod dicebatur θυμέλη*, idque magis probo quam quod attulit Suidas. Quin & Phrynichus in ἐκλογῇ ἀττικῶν ῥημάτων, θυμέλην ait dictum, τόπον ἐν τῷ θεάτρῳ, ἀφ' οὗ αὐλοῦσι καὶ κιθαρῳδοῦσι καὶ ἄλλοι τινὲς ἀγωνίζονται.

Thymiame, vaporatio Plinio vel *suffimentum*, quod fit ex incensis in sacrificiis vel thure vaporante, dictum Etymologico (*eleganter sane*) quasi θυμοῦ ἴαμα, *animi medela*. Sed quæ idem plura habet de re eadem, ordine adscribam. θυμίαμα παρὰ τὸ θύω, θυμιῶ, ἢ παρὰ τὸ θύον, ὅπερ ἐστὶν εἶδος ξύλου εὐώδους. θυμίαμα δὲ θυμοῦ ἴαμα. ἢ ἀπὸ τοῦ ἐντρώτως καπνοῦ, ἀφ' οὗ καὶ θῦμα παρὰ τὸ θύω; ἢ ὅτι διὰ τῶν θυμάτων καιομένων ἐθυμίαζον οἱ παλαιοί.

Thyone mater Semeles matris Bacchi appellata hoc nomine ex eo, quod *fanatico furore concitaretur grauida*. Id enim etiam sonat τὸ θύειν ἢ θύνειν.

Tibareni Τιβαρηνοί, Plinio, Herodoto, & Melæ, populi Chalybibus proximi, quibus in risu lusuque summum bonum positum fuisse dicitur, eosdem dicit Reinerus Reineccius cum Hiberis prępositio tantum Germanico articulo. Quod ipsum factum docti censent in appellatione Tuisconum, quæ ab Ascane defluxit. Orpheus eos nominat Stabarenos in Argonauticis, *vt monet Pintianus in Melam*. Fallitur. Nam συβαρηνοὶ apud eum legendum. Apollonius nominat πολυῤῥήνας à pastionibus, vt Chalybas σμυγεροπόνους ἄνδρας ob patientiam laborum & duritiem.

Tiberij olim vocari cœperunt, quia nascebantur ad fluuium Tiberim, sicut notauit Valerius Probus.

Tiberis. Vide Tybris.

Tibia quasi tuba Isidoro, cui longitudine & specie est similis libro vndecimo, etsi ante *libro secundo*, appellatas tibias scripserit, quod primum de tibiis ceruinis & hinnulorum cruribus fieri consue

consueuerint. Obliquatum tibiarum inuentionē tribuit Plinius Midæ Phrygio, geminatum tibiarum Marsyæ. Alij Apollinem inuentorem volunt, nonnulli Euterpen. His sacra Cybeles celebrata fuisse constat, easdemque diu funeribus adhibitas, tum adiuuando cantui chori. Nam huc pertinent illa Flacci de arte poetica:

Tibia nō, vt nunc, orichalco iuncta, tubæque
Aemula, sed tenuis, simplexque foramine pauco
Aspirare & adesse choris erat vtilis, atque
Nondum spissa nimis complere sedilia, &c.

Sed & nuptiis adhibitam legimus, quæ puellaris propterea est dicta. Testis eius rei Ouidius in Epistola Medeę ad Iasonem. Tibiam apertam vocat Fabius, quæ apertis omnibus foraminibus sonat clarius. Præcentaria dicta, qua præcinebatur ad puluinaria, & Thuraria (eadem illa cū Lydia) qua vtebatur, cū thus imponerent arę nō immolātes hostias. Dicta & Sertana Latinis tibia acuta, opinor ab acuto sertæ stridore, vt & Gingrina ab anserum voce. A tibia porro tibicini nomen, qui tibia ludit, & tibicinibus in ædificiis, quibus illa sustinētur. Vt vero cū tibiis voce caneretur, instituisse tradunt Trezænū Dardanū.

Tibur quod oppidum conditum legitur in Sabinis à tribus Argiuis fratribus, Tiburto, Catillo & Cora, à natu maximo denominationem habet, sicut & Seruius docet ad hunc versum *Aeneid. 7. Tum gemini fratres* Tiburtia *mœnia linquunt.*

Tignum cuius appellatione omnem materiam contineri scribit Vlpianus, quæ ædificia constant, *l. tigni. de verbo. significat* imo ea, quæ in vineis sunt necessaria, quales perticæ & pedamenta, *l. priore, ff. de tigno iniuncto*, à tegēdo nomen inuenit. Vnde etiam *fabri tignarij* dicti, qui exstruunt ædificia.

Tigranocerta Ptolemeo Armenię maioris oppidum, quod occupatum quondā à Lucullo scribit Eutropius Romanæ Historiæ *lib. 6.* nomē accepit à Tigrane rege, & vrbe, quę vt Chaldæis dicitur קריתא ita Syriace קרתא Certa. Atque hinc *Tigranocerta*, Græcis propterea τιγρανόπολις dicta.

Tigris tremendæ velocitatis animal, admodúmque efferatæ naturæ & celebre Hircanis, à tigri, quo nomine sagittam appellant Medi, est appellata. Nota Historia quemadmodum eius venator recens editos fœtus obseruat, quos cum matre pabulatum eunte abstulerit, in cursum se dat cum equo pernicissimo: reuersa tigris, vbi nidum reperit vacuum citatissimo cursu totam circumlustrat regionem, donec fugiētem deprehenderit venatorem. Tum mox ille vnum ex catulis proiicit, quē mordicus apprehensum refert ad nidum alacri mox cursu eadem repetens vestigia, idque toties, donec vix vnum ac alterum ex numerosa sobole reseruare sibi potest ante cōscensam nauem, atque adeo equo sæpe in littore relicto, in quem frendens desæuit totum eum discerpens. Poetæ cum hominis alicuius sæuitiam ac immanitatem significare volunt Hyrcanas Tigrides illis vbera admouisse prædicant. Bacchi currui iungunt propterea, quod velint indicare, moderatum vini vsum ferocientis animi sæuitiam demulcere. Ita emollitus vino Polyphemus apud Homerum adblanditur Vlyssi, & apud eundem Heroes sæpe deliniuerunt ęstuantis bile cordis acerbitatem: quo recte dixerit Ouidius, *Cura fugit multo diluiturque mero. Tum veniunt risus, &c.* Porro mirabiliter insanit Tigris audito tympani sono. Quippe eo furoris prouehitur, vt seipsam impetat & viscera sua misere dilaceret. Præter hoc animal est & eiusdem nominis fluuius rapidissimus ab eadē origine nominis auspicium trahens, quē propterea Dionysius appellat ὤκιςον ἁπάντων, oriturque fonte quodā in planitie maioris Armenię. Multa de eo vi-

de apud Plinium *naturalis historiæ lib.6.c.27.* Eustathius scribit, quódam eum *Sylacem* vocatum. Plutarchus *libello de fluminibus* habet σίλλαξ. Arrias Montanus vult enim Hebræis dici *Hidekel.* Tigil hodie nominari scribit Castald⁹, & *Sic Pinetus.* Iosephus vocat Δίγλαθ. Dicitur & πασιτίγρις à Plinio & Arriano, quo loco bifidus factus & Insulã circumiens & denuo redit in se. Est & alius Tigris Paphlagoniæ fluuius, *ut ex Xenophonte notat Eustathius.*

Tinea vestimentorum vermis dici videtur Isidoro, quod teneat & eousq; insideat, donec erodat. Imo librorum vermem esse indicat Ouidius. *1. de Ponto Epist. 2.* his verbis:

Roditur vt scabra positum rubigine ferrum,
Conditus vt tineæ carpitur ore liber.
Sic mea perpetuos curarum pectora morsus,
Fine quibus nullo conficiantur, habent.

Tintinnabulum proprie à sono quem edit, dici videtur Isidoro, sicut manuũ plausus & valuarum stridor. Hinc tinnitus sonus ipse Virgilio, Ouidio & aliis, vt Medicis aurium tinnitus simile quid referens æris percussi sono. Est & verbum fictitium tinnio, quo Persius & Plautus vtuntur. Calphurnius in Bucolicis: *Cum iam tinnire volucres Incipiũt.* Neuius vetus Poëta dixit, *tintinnare* à tinnulí æris sonitu sũpto vocabulo *sicut à Festo Pomp. notatũ.* Noni⁹ tintinnire ex Afri Vopisco & Nigidio. Omnia ab eodem sono nata & facta vocabula. Tintinnabulum olim Athenis in sacrificiis Proserpinæ ab eius Hierophanta concussum nolim quemquam latere, quod ipsum tamen antea Mosaicus sacerdos Pontificio habitu iussus erat gestare. *Exod 28.* Suidas monet excubitores olim secum tulisse tintinnabula in nocturnis vigiliis, atque eisdem pulsandis exploratos, tumultúne pugnæ percellerentur. Horum sonitu conuocatum quoque populum ad thermas, atque iterum dimissum innuit Martialis his verbis: *Redde Pilam. sonat æs thermarum.* *Ludere pergis? Virgine vis sola lotus abire domum?* Monet enim eũ, qui est in gymnasio, siquidem velit lauari, vt properet tintinnabulo sonante: paulo post vero nõ fore lauãdi locum, nisi in aqua frigida, cui Virginis inscribit nomen. Sic Græci nolam pulsabant, sub cœnam in piscatorio foro, *teste Plutarcho 4. Sympos.*

Tisiphone Furiarum vna ἀπὸ τοῦ τίειν τοὺς φόνους, quod vindicet cædes, nomen inuenit.

Titanes filij ferũtur Titani fratris Saturni, qui eum regno expulit. Quapropter cũ postea paternum regnũ recuperare vellet, moto in Iouem patruelem bello, sunt ab eo superati atque fugati. Hinc nata γιγαντομαχία, id est, *pugna gigantũ cælũ expugnare conantium, ceterũ victorum, fulmine deiectis ad inferos animis, at corporibus diuersis locis mont hus impositis, ne possent eluctari.* Aliis Titanes videntur dicti ἀπὸ τῆς τίσεως vltione, aliquibus ἀπὸ τοῦ τιταίνειν, quod est *trahere vel extendere.* Diodorus omnes cõmuni nomine à Titea matre vult appelatos, quæ quidẽ fabulosa omnia. Eustathius in Homerũ & alij intelligũt per eos spiritus & ventos, qui ex cœlo, id est, ex aëre ad terram demissi occultantur in ea, atque ita terræ motus generant, qui sæpe multos homines opprimunt & conficiunt. Atque eo etiam (si Physicè fabulam enodes) referri possunt & verba Hesiodi in Theogonia vbi simul etymon proditum ab eo, quod expressimus iam paulo ante. Sic ait:

τοὺς δὲ πατὴρ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέεσκε,
φάσκε δὲ τιταίνοντας ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι
Ἔργον, τοῖο δ' ἔπειτα τίσιν μετόπισθεν ἔσεσθαι.

Idem Poeta propterea *Terræ & Cæli filios facit.* Et quoniam homines fuisse traduntur aspectu terribiles, τὸ τιτανώδες βλέπειν idem est doctis, quod tornũ videre. Suidas Titanas exponit κατα-θορόντας δαίμονας. Sunt, qui etiam credũt

Tita

Titanem Solis fuisse fratrem, cumque habitasse regionem ad Asopum, *vt refert Pausanias*, cui tamen magis probatur (si rem ipsam spectes) Titanem fuisse virum sagacem, temporúmque anni obseruatorem, quádo videlicet Sol rerum augeret semina & arborũ fructus percoqueret, atque ideo Solis eum habitum fratrem. Quam ob caussam credi potest & Maro *sexto Æneid.* astra dixisse *Titania*. Quin Sol ipsus Titan audit, quod Titanis credatur frater, vel à Titanibus suam trahere originem. Alij aliter fabulantur.

Tithonus Eustathio frater Priami *Iliad. λ.* Seruio Laomedontis *Æneid. 4.* vtq; in fabulis est, adamatus ab Aurora & in cœlum sublatus, inde in cicadam conuersus, nomen hoc suum sortitus παρὰ τὸ τιταίνειν ab extendẽdo. quod æuo vixerit extento, *ait Eustathius Iliad. α.*

Titulus à tuendo, quod tueatur & indicet nomen auctoris, vel id, quod liber comprehendit aut materiam, cui inscribitur. Vt recte Naso mox in limine libri de remediis amoris canat hoc modo:

Legerat huius Amor titulũ nomẽque libelli,
Bella mihi, video, bella parantur, ait.

Quo vero magis idipsum præstarent, solebant olim titulos rubris literis depingere & exornare. Quare in iure ciuili rubricarum tandem nomen accepérũt. Dicimus & titulos magistratuũ, quibus eorum gradus, dignitates ac imperia designantur. Qua ratione aliqui παρὰ τὸ τίειν idem nomen deriuant, id quod nobis deriuare significat. In iure ciuili titulus caussam possessionis significat, *l. 3. §. final. de acquir. possess.* Gestabát & titulum apud veteres sontes. Tituli etiam in ludis præfixi, quibus notari solebat, cui Deo vel Deę, vel cuius Imperatoris saluti, indulgentiæ ac victoriæ fierent, *teste Tertulliano de spectaculis 2.* Tituli etiam ædibus vendundis affixi, *L. vnica. C. de his, qui potentiorum nomine.* In triumphis populos, reges, & ciuitates deuictas indicabant, *teste Vopisco in Aureliani Triumpho.* Quid, quod & victimæ in Capitolium deducendæ titulum prætulerint, *Suetonius in Augusto, cap. 50.*

Titus Romanis itidem, vt titulus, à *tuendo* dictus, vel potius à Tito Tatio Sabinorum rege, qui cum Romulo diuisit Imperiũ, & a qua Curia ex tribus vna Titia & Titiensis est nominata.

Tityrus. Hic nomen peperit fistulæ cantus, cui vacabat. Aristophanes enim καλαμίνην σύριγγα, id est, *arundineam fistulam* dixit, quam Cortenses *Tityrinon.* Hinc Athenæus *libro 4.* ὁ δὲ καλαμίτες αὐλὸς τιτύρινος καλεῖται παρὰ τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ Δωριεῦσι. Grammatici veteres docent, *notante Victorio*, hircum appellari Tityrum Afrorum lingua, eandemque eponymiam sortitum eorum custodẽ. At Seruius asserit, *arietem maiorem Tityrum* dici lingua Laconum. Vtcumque, siue hircum siue arietem significet, ab animalis huius custodia, aut fistula pastoribus familiari, *vt ex prima Virgilij ecloga liquet, nomen accepit.*

Toga, propria Romanorum vestis, vt pallium Græcorum, vnde gentem togatam dixit Augustus pro concione ex Virgilio, quámque per dies quinque in Saturnalibus reponere solebãt synthesibus vtentes, *teste in Apophoretis Martiali*, imo quam à Pelasgis ad Lydos & à Lydis ad Romanos venisse tradit Septimius Florens, à tegendo nomen accepit. Græci Τήβεννον quendam Arcadẽ togæ Romanæ inuentorem prædicát. qui primus gesserit id vestis genus, & sinum Ionicum ingressus in Italiã venerit, atque inde ab inuentoris nomine togam τήβεννον appellatã. Passim equidem appellat ita Plutarchus, *in Lucullo, Coriolano, Tiberio, Symposiacis*, Athenæus vero τήβενναν. Verum an eius inuentio deferenda sit Græcis, dubitant nõ pauci. Ad materiam quod attinet, lanea ea fuit, sicut Martialis multis locis ostendit. Forma eius primum semicircularis fuit,

fuit, *vti perspicuè docent Dionysius, Quintilianus, & Isidorus*, quibus maior hic fides debetur, quam Athenæo, qui alibi quadratam eam fuisse scribit. Tunicæ eam iniectam, esse potest testimonio Agellius, cum scribit antiquitus Romanos sine tunicis sola toga fuisse amictos. Apertam eam fuisse cognoscitur ex Valerio de Nasica loquente libro 3. *Læuam inquit, manum aperta toge circũdedit.* Verum cingeretur toga necne, in controuersiã venit apud eruditos. Cingi eam solitam affirmat Sigonius, triplicemque fuisse cincturam, laxiorem, astrictiorem, & cinctum Gabinum. Laxiorem ait fuisse, de qua Macrobius *lib. 2. Cæsar ita toga præcingebatur, vt trahendo laciniã velut mollis incederet, vt Sulla tanquam prouidus dixerit Pompeio? Cauete illũ puerum male præcinctum:* Astrictiorem, qua sinus togæ in anteriore parte conficeretur, ne toga ad pedes deflueret. Cinctus autem Gabinus dicitur, cum ita imponitur toga, vt togę lacinia, quę reiicitur in tergum, attrahatur ad pectus, ita vt ex vtroque latere pendeat. Atqui Sigonio se opponit Aldus Manutius, locumq; Macrobij *lib. 2.* de mẽdo suspectum facit, cum Suetonius eadem de re loquẽs tunica non toga male cinctum Cæsarem fuisse dicat. Mensura togæ non eadem omnibus, sed pro opibus alia atque alia fuit, *vt docet Porphyrio vetus Horatij interpres.* Nã ampla & maior erat diuitibus, angustior egenis. Vtebantur ea ciues omnes. Vnde gens togata pro Romanis accipi solet, vt ante dictum. Ceterũ mutata Republ. & Imperio labente toga olim ciuibus necessaria apud paucos & nõ nisi honestiores remãsit. Vulgus ea spreta abiit ad penulas, lacernas aut tunicas solas, easque pulli coloris. Cœpit id statim sub Augusto, qui visa pro concione pullatorum turba, negotium dedit Ædilibus, ne quem paterentur in foro aut circo, nisi togatum consistere positis lacernis. Virilem hanc vestẽ induere solebant Romanorum pueri annum ingressi post pubertatem decimum septimum, nonnulli etiam decimo quarto, aut decimosexto, aut denique (quod magis mireris) anno vigesimoquinto, relicta interim prætexta. Etsi sępe supra prætextam sumerent patricij. Cum vero filiifamilias sumturi essent, deduci solebant à patre & propinquis in forũ, *teste Tacito dialogo de Oratoribus, Cicerone in Epist. famil. Epistol. 10.* Idẽ scribit Plutarchus *in Bruto*, de Cassij filio, vbi togam virilem ἀνδρεῖον ἱμάτιον appellat, *vt & Dio libro 45.* ἐσθῆτα ἀνδρικήν. Aliquando tamen sumebatur in Iouis Capitolini templo, aut certe postquam sumsissent domi, in Capitolium ibant ad ædem Iouis, quod declarat Valerius Maximus *lib. 5. capit. 4.* his verbis: *Hanc pietatem æmulatus M. Cotta eo ipso die, quo togam sumsit virilem, protinus vt è Capitolio descẽdit, Cn. Carbonem, à quo pater eius damnatus fuerat, postulauit. Quinimo Consules ibidem togam sumebant suam.* Dicta eadem pura seu candida ad togæ puerilis discrimen, cui purpura prætexebatur. Quare ἀπόρφυρον nominant Græci Admonitos ea volebant adolescẽtulos, valedicendum esse puerilibus nugis ac ineptiis, studendúmque vitę ac morum puritati. Constat ergo eandem esse togam virilem & puram, quã Plutarchus καθαρὰν ἐσθῆτα vocat, eratq; ea quondã communis priuatorum toga. Hac etiã tyrones & nouas nuptas indui solitas, indicãt hæc Plinij verba lib. 8. *Tanaquil prima texuit rectam tunicã, qua simul cum toga pura induũtur tyrones nouæque nuptæ. Toga enim prætexta vtebãtur puellæ, donec nuberent.* Cicero Epist 9. ad Atticum: *Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimũ togam puram dedi, idque municipibus nostris fuit gratum.* Purã hic intellige virilem. Tenuis texturæ togas (ne id etiam prætermittam) appellare solebant Romani *vitreas*, quod instar vitri translucerent, sicut colligit Turnebus ex his Varronis apud Nonium

in Mo

in Modio: *Istorum vitreæ togæ ostentant tunicæ clauos.* Etsi quoque à ceruleo & glauceo colore videri possint obtinuisse id nomen: Cum ὕαλος Latinis non tantum vitrum significet, sed etiam herbam infectoribus non ignotam nec incommodam. Vnde Lucianus dixit ὑάλῳ περιχρίειν, id est, *obducere vitro.* Pullam togam legimus, quæ atri fuit coloris, quam induebant caussa luctus, vnde & *atrati* sunt dicti. Cicero in Vatinium: *Qua mente fecisti, vt in epulo Q. Arrij cum toga pulla precumberes.* Item, *Quis in funere familiari cænauit atratus, cum ipse epuli Dominus Q. Arrius albatus esset.* Dicebantur tales etiam pullati. Seneca appellat *coloratos lib. 2. de vita beata,* Lipsio ita locum restituente, sicut Candidati dicuntur ab eodem *Pexati,* quod pexis & recentibus vterentur togis. Sordida porro toga legitur differens à pulla colore & vsu. Non enim erat atri coloris, vt nonnulli tradunt, sed albi: Veruntamen sordidior erat ac obsoleta, & longo vsu detrita. Sed nec vllus eius vsus erat in luctu, verum vulgi vestis vtplurimum. Præter has species recensetur & toga picta siue vestis Hetrusca purpurei coloris & auro distincta, & à triumphantibus geri solita, quam Florus ait subactis 12. Thusciæ populis Tarquinium Priscum transtulisse Romam, *vt & Dionysius confirmat.* Vsus huiuscemodi togæ concessus fuit Paulo Aemilio, Perse rege deuicto, *testibus Dione, Velleio, & Aurelio Victore.* Vtebantur quoque Consules & Prætores ludos præbentes in circo eadem toga. Nam ait Iuuenalis: *Similisque triumpho prædo caballorum Prætor sedet.* Ad pictas togas referuntur cum *Vndulatæ, Sericulatæ, Phrygianæ & Scutulatæ,* sic à vario genere picturæ dictæ, tum *Palmatæ,* quibus nomen id pepererunt depictæ in iis palmæ, prout cõtra Isidorum Manutius sentit. Ea vero toga, qua induebantur Magistratuum & honorum petitores, non picta aut atra, sed candida fuit: Quo Candidatis inde factum sit nomen, recteque Polybius dixerit λαμπρὰν. Nec omittendum tenuioris fortunæ homines solitos fuisse *(vt ita dicam)* incretare togulas suas sub dies ludorũ, vt ita essent nitidi. Huc enim pertinent illa Plauti in Aulularia: *Qui vestitu & creta se occultant, & sedent quasi sint frugi.* Martialis in vitæ beatioris notis meminit *togę rarę* Optare videtur per eam, ne cogatur summo mane circumuolitare potentiorum limina salutationis defuncturus officio. Solebant quippe Romani togati potentiores comitari per vrbem, quibus eo nomine sportulã dabant, id est, centum quadrantes, quod permolestum Martiali fuisse ex eo carmine apparet, *vt recte vult B.ryssius,* qui simul notat ex Coriolano Plutarchi, etiã in bellis vsos toga Romanos: Verba eius subiicio: ἦν δὲ τότε, inquit, τοῖς Ῥωμαίοις ἔθος ὡς τάξιν καθισταμένοις, καὶ μέλλουσι τοὺς θυρεοὺς ἀναλαμβάνειν καὶ περιζώννυσθαι, τὸν τήβεννον ἅμα καὶ διαθήκας ἀγράφους γίνεσθαι τριῶν ἢ τεττάρων ἐπακουόντων ὀνομάζοντας. Præcipuè tamẽ tempore pacis vsurpata est toga, fuitq; pacis insigne, vt belli sagum. Quapropter legimus Romanos in tumultu posuisse togas, sicut magistratus prætextas. Ius eius olim Carthaginensibus cõcessum fuit, translata eo Romanorum colonia. Quicumque adeo iure ciuitatis donabantur, mox togati esse incipiebant. Per togam enim indicabatur ciuis Romanus. Quo pertinet Marciani illud *l. 32. ff. de iur. Fisc.* cum scribit eos, qui vt ciues Romani agere volebant, vsum accepisse togæ. Et quoniam deportati, tum quibus interdictum erat aqua & igni, desinebant esse ciues Romani, simul ipsis togam ademtam colligitur *ex 4. Epistol. Plinij ad Cornelium Minutianũ,* vbi agit de Valerio Licinio exsule summo caussarum actore, qui in Sicilia pallio amictus incedebat. A toga porro dictæ sunt Comœdiæ togatæ, quales Afranius scripsit, cuius Flaccus memi-

nit *Epistol.2.* Vnde Stephanionem actorem Togatarium dixit Suetonius *lib. 2* Dicti & *serui Togati* Heliogabalo Senatores per contemtum.

Tollenon machina, quæ veteri Glossario dicitur *Tollene*, vel *Ciconia*, κηλώνειον, Isidoro, *Telo*, à tollendo nomen deduxit. Meminit eius Vegetius *libr. 4. de re militari.*

Tomacula farciminis genus ἀπὸ τῆς τομῆς, id est, *sectione* nomen inuenit.

Tomentum lana breuis & concisa, quæ à fullone poliendo vestibus detrahitur, complectens porro quidquid formamus ex re quacumque, siue id ex fœno, aut palea, siue ex pluma fuerit, qua culcitræ farciuntur, trahit originē vocabuli ἀπὸ τῆς τεμῆς, id est, *concisione.*

Tomis vel *Tomos*, τόμοι Ptolemæo locus aut vrbs Ponti, vbi frater Absyrtus membratim discerptus est à Medea, nomen etiam habet ἀπὸ τοῦ τέμνειν, *secando* vel *concidendo*. Est hæc vrbs Ouidij exsilio clara. Relegatus enim eò fuit ab Augusto, eoq; profectus 4. Id. Decemb. annum agens quinquagesimum, menses septem, dies vero viginti & vnum, *vt ex Eleg. 3.1. Tristium apparet*, vixitque ibidem annos septem, carus inprimis ciuibus propter vitæ candorem, imo coronatus publicè, cum alij hospites à Tomitis neci darentur. Atq; vt ad priora redeam, quæ maximè ad etymon faciunt, sciendum Strabonem affirmare *libro 7.* dilaceratum eum in insulis, quas inde alij Absyrtidas dixerunt, quod & Plinius *libro 4.* affirmat. Orpheus tradit Medeam secuisse fratrem Absyrtum, anteaquam è Colchide soluisset, ipsasq; Nereidas proiectum illum in mare ad Absyrtidas insulas detulisse. De Tomo sane maximè communis opinio est, id quod sequentibus hisce auctoritatibus probo. Ouidius Tristium 3. Eleg. 9.

Inde Tomos locus est dict, quod fertur in illo*
Membra soror fratris consecuisse sui.

Quibus verbis Poëta simul exprimit nominis etymon.

Item:

Hic quoque sunt vrbes Graiæ (quis credere possit)
Inter inhumanæ nomina Barbariæ.
Huc quoque Mileto missi venere coloni,
Inque Getis Graias constituere domos.
Sed vetus huic nomē positaq; antiquius vrbe
Constat & Absyrti cæde fuisse loco.

Idem in Maniliana oratione affirmat Cicero, & Iustinus *libro 12.* Etsi id Arrianus iuxta Absarum fluuium contigisse scribat. Sunt porro & alij, qui nomen huic vbi contigisse existimant à Tomyri Massagetarum regina, quod illa hoc oppidum ędificauerit interemto Cyro, & suo de nomine nomen indiderit. Olim quoque *Miletida* appellarunt, quod Milesiorum eò colonia sit deducta. Spectant huc ista Ouidij: *A quibus aduenit Miletida sospes ad vrbem Offensi quo me contulit ira Dei.* Aelianus appellat τόμιν. Hodie, *teste Nigro, Constantia* dicitur à Barbaris. Apud eruditos dicuntur quoque tomi sectiones voluminum. Olim quippe pellibus, quæ cōuolui poterant (hinc volumina) multos ordine libros inscribere solebant. Horum quemque *tomum* dicebant, quod dissecando alium ab alio separari oporteret.

Topiarium opus, quod ex arboribus, fruticibus aut herbis ad decorem est factum, quales camerę sunt, testudines, naues, auiculæ, columnæ, atque alia huiusmodi opera ex libanotide, hedera, buxo, & similibus, ἀπὸ τῶν τόπων, id est, locis, quæ in his varia constituuntur, nomen arcessit. Cicero: *Topiarium laudaui, ita omnia conuestiuit hedera.*

Toreumata, opera torno facta, ἀπὸ τοῦ τορεύειν, quod *tornare* & *sculpere* significat, deducuntur. Appellat eo nomine sagittam Euripides in Hercule furente, quippe *tornatam.*

Tormentum, cum sit omnis machina comparata ad aliquid torquendum, facile originem agnoscas. Etymi auctorem etiam Ammianum Marcellinum habere

habere possum *libro 23.* quo *Onagrum* bellicam machinam describit.

Torno, Tornus.

Torpedo piscis, quam tradunt auctores captam, insuperabili frigore suo eoque venenato torporem primum per lineam transmittere, inde in arũdinem manumque piscatoris, vt irrita fiat eius venatio, ipso vocabulo naturam & etymon suum declarat. Vnde & νάρκη dicitur Græcis. Quin & pisces alios eum ea verriculo è mari collectos simul torporem expertos constat. Nec tantum in pisces expedit hoc malum, sed etiam in aliud quoduis animal iuxta Platonem, cuius verba in Menone sunt hæc: καὶ γὰρ αὐτὴ τὸν ἀεὶ πλησιάζοντα καὶ ἁπτόμενον ναρκᾶν ποιεῖ. Visam interdum torpedinem proditur, quæ fœtus in se octoginta haberet. Rostrum hæc nullũ habet. Pars eius prona cinereo colore albicat. Supina magis canescit. Cauda ipsi breuior, quam Raiæ, & ad eius radices pinnulæ duæ, sub quibus duo vtrimque foramina in gyrum crenata. Os illi prona parte patulum in crescentis lunæ figuram, dentes obtusi, & multiplici ordine dispositi. Oculi exigui & parte supina collocati. Sũt & branchiæ duplices. Nam quinas habet vtrinque. Fel vero pro corporis magnitudine prægrande. Piscis hic Venetiis dicitur *Scrampho,* Romanis hodie *Occhiatella,* Massilienisibus *Tremorise,* vt & alij notarunt.

Torquatus dictus Manlius Tribunus, quod militem Gallum, cum esset ab eo prouocatus ad pugnam, & occiderit, & torquem eidem detraxerit, *teste Liuio libro 7. Cicerone Offic. 3.* Meruit & idem nomen Nonius Asprenas, *vt est apud Suetonium in Octauio capite 43.* Sed à Manlio postea appellationem traxit nobilis Torquatorum familia. Idem imperiosus dictus à feneceo imperio, quo in filium hostis victorem est vsus, *teste Liuio.*

Torus vel *Thorus,* à tortis herbis est dictus, qui accumbentium humero supponebatur, vt visum Isidoro & Seruio *Æneid. 5.* vbi ait Poëta:

Proximus vt viridante toro cõsederat herbę.

Et

Inde thoro pater Æneas sic orsus ab alto.

Ist est, secundum Seruium à loco summo, qui alias dicitur Pontificalis. Sic apud Indos, *auctore Philostrato lib. 2.* Rex accumbebat in lecto ex stramentis facto, & iuxta ipsum ex agnatis ad summum quinque, cæteri epulabantur sedentes in cellis. Hinc *Stibadia* tori siue cubilia ex herbis facta, quas στιβάδας nominant Græci. Multa Stibadij mentio apud Sidonium, Martialem, & Seruium. Sed & Plato *2. de Repub.* vbi agit de victu frugali, quem ciuibus suis prescribit: ἐπὶ καλάμου τινὰ παραβεβλημένοι, ἢ φύλλα καθαρὰ, κατακλινέντες ἐπὶ στιβάδων ἐστρωμένων σμίλακί τε καὶ μυρρίναις εὐωχήσονται αὐτοί τε, καὶ τὰ παιδία. ἐπιπίνοντες τοῦ οἴνου ἐστεφανωμένοι, καὶ ὑμνοῦντες τοὺς θεούς.

Toruus à terrendo quasi terous. Hinc *toruum videre,* quod Homero est ὑπόδρα βλέπειν.

Toxicum. In etymo huius nominis eruendo errarunt plerique Grammatici, cum ab arbore taxo, cuius vmbra fertur cubantibus & dormientibus sub ea lethalis, deriuant. Certior inuestiganda nominis originatio. Dico itaq; primum, nondum satis constare, quid Toxicum in specie veteribus fuerit. Facium eius mentionem Galenus & Dioscorides, sed neuter eorum describit, vt nec Paulus ex Ægina medicus. Tãtum venenum esse docent, quod si quis bibisset consequebantur inflammationes labiorũ & linguæ, insania, & variæ mẽtis perturbatę imagines. Raro quoq; talis restituebatur pristinę valetudini. Etsi peculiariter contra hoc malum valeret quinquefolij radix, sanguis etiam hircinus & cortex quercinus. Adfert & Auicenna multa, verum ambigua. Quo factum, vt Manardus Ferrariensis insi-

guis Medicus existimauerit toxicum esse Arabum Napellum, sicut etiam doctissimus Scaliger *Exercit. 162.* contra eos qui aconitum esse censebant. Sed enim nec furorem nec rabiem à Napello excitari, sicut à toxico, prodiderunt cum veteres, tum neoterici. Nec quidquam tale proditum à Paulo ex Ægina Medico. Plinius vero aliò delatus deriuat toxicum à taxo, quod pariter pleno velo probari nequit, cum Nicander, cuius de venenis libellus exstat, vbi toxici mentionem fecit, separatim inde de taxo sermonem instituat. Ego itaque ἀπὸ τῶν τοξῶν, id est, *sagittis & telis*, quæ toxico infecta vulnera infligebant incurabilia, nomen illud deriuatum existimauerim. Sic enim tradit cum Dioscorides, tum Paulus Aegineta, qui *libro 5.* scribit hoc modo: τὸ δὲ τοξικὸν δοκεῖ μὲν ὀνομάζεσθαι, ἐκ τοῦ τὰ τοξεύματα ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐν αὐτῷ χρίεσθαι. Ouidius 4. de Ponto.

Aspicis & mitti sub adunco toxica ferro,
Et telum caussas mortis habere duas.

Præcipuè hoc tribuitur Scythiæ populis. Ait enim Lucanus: *Tinxere sagittas Errantes Scythiæ populi.* Sunt qui præsens illud venenum constitisse volunt ex viperina sanie & sanguine humano. Vt haud abs re viperæ veneno compararet Nicander. Poëtæ ob insignem nocendi vim quoduis lethale virus, κατ' ἐξοχὴν appellare solent hoc nomine. Nam quid aliud conficias ex his Plauti in Mercatore? *Certum est* (inquit Charinus) *ibo ad Medicum, atque me ibi toxico morti dabo.* Et Ouidius Amorum 2. Eleg. 2.

Non scelus aggredimur, non admiscenda coimus
Toxica, non stricto fulminat ense manus.

Trachin vrbs Thessaliæ sub Oeta monte ab Hercule ædificata, quæ & *Trachis* dicitur, ἀπὸ τῆς τραχύτητος asperitate nomen obtinuit. Vnde in Hercule furente Seneca: *Resonetque malis aspera Trachin.*

Tragœdia, quæ quibusdam videtur antiquior Comœdia, vnde appellationem deducat, non conuenit satis inter Grammaticos. Diomedes ἀπὸ τοῦ τράγου, id est, *hirco*, καὶ τῆς ᾠδῆς, id est, *cantu* deduxit, quod olim hircus præmium esset cantus, qui idcirco libero patri Liberalibus immolabatur, quod (*vt Varro ait*) vitē depascat. Vnde Ouidius:

Rode caper vitē, tamē hinc cū stabis ad aras,
In tua quod fundi cornua possit, erit.

Diomedis sententiam innuere videtur Flaccus in arte Poëtica, cum ait: *Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum.* Alij contra putant nominatam à fæce, quam Græcorum quidam τρύγα appellant. Fabulas enim agere solebant fæcibus peruncti ora, nondum repertis à Thespide personis, vt rursus idem Horatius testatur eodem libro. Quidam à vino & vindemia deducunt. quæ Græcis est τρύγη & τρυγητὸς, cui sententiæ fauere videtur Athenæus *libro 2.* vbi agit de inuentione Comœdiæ & Tragœdiæ. Verba eius sunt: ἀπὸ μέθης καὶ ἡ τῆς κωμῳδίας καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας εὕρεσις. ἐν ἰκαρίῳ δὲ τῆς Ἀττικῆς εὑρέθη, καὶ κατ' αὐτὸν τῆς τρύγης καιρὸν, ἀφ' οὗ καὶ τραγῳδία τὸ πρῶτον ἐκλήθη. Quibus ille verbis significat, sub id tempus inuentam esse Tragœdiam, & proinde nomen ab anni tempore traxisse. Quāquam Aristoteles ab iis inuentam, qui Dithyrambum exercebant, scribat libro *de Poëtica.* Alij alias coniecturas proferunt. Haud tamen repudianda Isaaci sententia, qui Tragœdiam primum τραχῳδίαν dictam putat, quasi τραχεῖαν ᾠδὴν, *quod esset aspera cantilena,* vtpote quę complecteretur res asperas, tristes & difficiles. Res enim Heroum tractat, earumque atroces euentus. Hinc τὸ τραγικὸν πνεῦμα eruditis dicitur, qui spiritus magnos habet, & de grauibus rebus verba facit. Etymologicon magnum addit: ἢ ὅτι τετράγωνον εἶχον οἱ χοροὶ σχῆμα, ἢ ὅτι τὰ πολλὰ οἱ χοροὶ ἐκ σατύρων συνίσταντο, οὓς ἐκάλουν

τράγους

τράγυς σκώπ]οντες, ἢ διὰ τὴν τοῦ σώματος δασύτητα, ἢ διὰ τὴν περὶ τὰ ἀφροδίσια σπουδήν· ἢ ὅτι χορεύσαι τὰς κόμας ἀνέπλεκον σχῆμα τράγων μιμούμενοι. Primus in Græcia Tragœdiam exhibuit Æschylus, qui tamen victus a Sophocle haud multo post mœrore occubuit. Quia vero actores calceati prodibant cothurno, dixit Poeta.

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno

Et Propertius:

Desine & Aeschyleo componere verba cothurno.

Latini denique acceperunt à Græcis Tragœdiam, quæ fuit prætextata, qualis etiam Senecæ Nero. Sunt etiam eius species diuersæ ab argumentorum generibus sumtæ, de quibus alias plura.

Traiectum Antonino Germaniæ inferioribus vrbs eademque clauis Brabantiæ inter Ruræmondam atq; Leodium ad Mosam sita, à traiiciendo nomen arcessit. Beato Rhenano illa est *Maestricht*. Talis vrbs illa, quam posi tam ad Euphratem, eo quod fluuiu ibi ponte iunxisset & traiecisset exercitú, Alexáder Magnus nominauit Zeugma à ζεύγνυμι, quod nobis est *iungo*.

Trames via transuersa vel angusta, si Mácinello *in 1. Georgic.* fidem habemus, à transmeando nomen accepit: *A tramite rursus trama, quod recta via per telã transmittatur, vt placet Isidoro.*

Trapezus τραπεζοῦς, vrbs (*vt inquit Mela*) illustris, olim quoq; *teste Stephano*, οἰζηνὶς dicta, hodie *Trapesonda*, secundum Strabonem & Arrianum Sinopensium colonia, in Ponto Euxino Colchorum regione sita, à Ptolemæo Cappadociæ, à Iustiniano vero Ponto Polemoniaco annumerata, imo *Trapezuntum* imperij quondam sedes atque metropolis nominis originem trahit ἀπὸ τραπέζης, id est, *mensa*, quam repræsentabat figura. Huius rádem turpem deditionem fecit post missos ad Æneam Syluium legatos auxilium contra Turcas petendi gratia Rex Dauid in manus Mahumetis Turcarum Imperatoris Dei securis ac flagelli horrédi. Ex illa oriúdus fuit Cardinalis Bessario ab Eugenio quarto Patriarchæ Constantinopolitani titulo ornatus, item Georgius Trapezuntinus ingenio & doctrina præstans, ad extremam tamen senectutem omnium literarum Græcarum & Latinarú oblitus. Meminit huius vrbis Xenophõ ἀναβάσεω 6. his verbis καὶ ἀφῖκον ἐπὶ θάλατταν, εἰς τραπεζοῦντα πόλιν ἑλληνίδα, οἰκουμένην ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, Σινωπέων ἀποικίαν, ἐν τῇ κόλχων χώρᾳ. Imminent isti ciuitati, *Teste Strabone*, Tibareni, Chalybes Heptacometæ, qui antiquit⁹ Mosynœci sunt dicti. Alia eiusdé nominis vrbs fuit in Arcadia in Trapezeo Lycaonis filio nomen arcessens, cuius Pausanias meminit *lib. 8.* item alia, *teste Stephano*, prope Arabicu sinú, vt & mós eodú nomine in montana regione Taurorum *auctore Strabone lib.*

Trebonie leges duæ sunt latæ à L. Trebonio tribuno plebis, Cn. Pópeio Magno II. & M. Licinio Crasso II. Coss. quarú prior fuit, vt Cæsari Imperiú in Gallia in aliud quinquenniú, quã quod ei Vatinia lege concessum erat, prorogaretur, atq; ita Senatui successoris mittédi potestaté adimebat: Posterior vero, vt Pompeio Magno & Crasso Coss. Syria & Hispania prouinciæ in quinquénium darétur, *teste Plutarcho in Pompeio.*

Trepidus ἀπὸ τοῦ τρέπειν, quod mécem perturbatio vertat.

Treuiri, caput Archiepiscopatus Germaniæ, existimatur habere nomé a Trebeto Semiramis filio. Hic enim fugiens matrem peruenisse huc dicitur, & condidisse de suo nomine dictam ciuitaté *Trebetam* retinentem nomen vno ac altero elemento mutato.

Triarij, milites apud Romanos, quod tertio ordine collocarentur dicti (*sexto ordine ponit Vegetius*) post omnes alios collocari solebát scutis & omni genere armorú instructi, vt quieti & integri acri⁹ euaderét hostes. Si quid .n. infelici-

accidiſſet in primis ordinibus, ab horũ viribus pendebat reparationis ſpes tota. Quo in prouerbiũ ceſſerit, ad Triarios rediiſſe rẽ, quoties ad extrema cõfugiendum conſilia vel auxilia innuimus. Subſidebant hi interea, dum primi ordines pugnabant: Vnde ſubſidium dictum Varroni, cuius verba pretium operæ erit ſubiicere ex *4. de ling. Latin. Haſtati*, inquit, *dicti, qui primi haſtis pugnabant: Pilati, qui pilis, Principes, qui à principio gladiis.* Dicti quoq; Pilani *Triarii*, quod in acie tertio ordine extremis ſubſidio deponebantur. Eo, quod hi ſubſiderent, inde dictum *ſubſidium*, de quo Plautus, Agite ſubſidite omnes, quaſi ſolent Triarij.

Tripades mulieres ἀπὸ τοῦ τρίβειν, quod eſt *terere & fricare*, qualis Sappho fuiſſe dicitur, aliæque mulieres Lesbiæ, in quibus ſcelus hoc primum inuentum ac inſtitutum. Vnde τριβακὴ ἀσέλγεια, de qua Lucianus in amoribus. Inuentrix tam perditæ libidinis memoratur fuiſſe Philæno, nec minus hoc turpe exiſtimatum, quam τὸ λεσβιάζειν ἢ τὸ φοινικίζειν. Tribadum inſtrumentum ὄλισβον dici ab Ariſtophane eſt obſeruatum. Frictrices vocat eas Tertullianus *lib. de Pallio*, Plaut⁹ in Perſa *ſubigatrices.*

Tribocci, populi iam inſidentes Holſatiam, Ptolemæo τριβοκκοί, Cęſari *Triboces*, videntur Iunio deriuaſſe nomen à gulæ ſtudio, quaſi dixeris *tren bouchen.* Oſualdo autem Molitori *tſum dreben buchen* vocantur. Pagus ille Alſatiæ eſt, nõ male ad Triboccos alludens.

Tribules, qui ex eadem ſunt tribu. Fuerunt autem ab vrbis initio tres tantum tribus, quæ à Tarquinio Priſco ad ſex ſunt auctę. Etſi Seruius Tullius ad quatuor redegerit poſtea, *vt eſt apud Dionyſium lib. 4.* nempe ad Palatinam, Suburanam, Collinam, & Eſquilinam.

Tribuni Græce δημαγωγοί, qui creari non poterant ante annum ætatis trigeſimum, dicti videntur Pomponio *l. 2. § iiſdem temporibus. ff. de Orig. iur.* quod olim in tres partes populus fuerit diuiſus, & ex ſingulis crearẽtur ſinguli, vel quod crearentur tribuum ſuffragio. Peculiare hoc nomen Tribunorum plebis, quibus creandis initium fecit ſeceſſio plebis à patribus in montem ſacrũ. In pactione fœderis, initaque reconciliatione per Menenium Agrippam cõuenit, vti plebeios in vrbe Magiſtratus obtinerent. Duos ergo Tribunos tum habere plebs cœpit. Alia rurſus ſeceſſio ne tres additi, Appio Claudio, & C. Quintio Conſulibus. Mox item alij, Conſulibus M. Horatio Puluillo, & Q. Minutio. Vt tandem decem tribunis in plebem Romanam Iuriſdictio foret, creuitque adeo eorum auctoritas, vt, quidquid Senatus decreuiſſet, ita demũ ratum haberetur, ſi Tribuni approbaſſent. Stabant ergo in veſtibulo curiæ, vbi habebatur Senatus, vt quidquid ille decreuiſſet, ita demum ratum haberetur, ſi Tribuni approbaſſent: Approbabant autem, quæ pro Repub. fore videbantur. At cetera ad arbitrium reiiciebant, teſte Feneſtella, cui plane aſtipulatur Valerius *libri 2. cap. 2.* Scribit enim poſitis ante valuas ſubſellijs examinaſſe eos patrum decreta, vt, ſi qua ex iis improbaſſent, rata eſſe non ſinerent: Itaque veteribus Senatuſconſultis T literam ſubſcribi ſolitã, quippe qua nota eadem Tribunos plebis cenſuiſſe ſignificabant. Liuius auctor eſt. *lib. 3.* inſtitutum à Valerio Coſſ. vt Senatuſconſulta deferrentur in ædem Cereris ad Ædiles plebis, quę ante arbitrio Conſulum ſupprimebantur & vitiabantur. Poſtea tamen ad ærarium ea fuiſſe delata ſcribit Cicero *Philip. 5. vt & Suetonius in Auguſto, & Tacitus Annalium 3.* Atqui tum primum inſpici oportebat à Tribunis. Liquet etiam ex Epiſtola Atteij Capitonis apud Agellium, ipſoq; adeo Labeone, cuius ibidem fit mentio, etſi Tribunis magna olim poteſtas auctoritaſque in Republica fuerit, prænſionem non vocationem in ius eos habuiſſe

buisse.De qua te vidēdus quoq; est Fenestella. Inter omnes autem Tribunos idem prodit id obseruatum, si ceteri omnes iem vnam probassent, vnus vero prohibuisset, facile reliquos omnes impediri potuisse. Porro notandum sacrosanctos eos fuisse, vt quidem esset capitale, si quis eos aut vi aut verbis violasset. Addo creatos primum ad impediēdum magis, quam ad agendum, hoc fine, vt, si quid vel de publico negotio, vel de priuato animaduerterent à patribus agi, quod fraudi possent esse plebi, suam illi interponerent auctoritatem, non autem alia noua molirentur. Ciceronis verba *3.de Legibus* sunt hæc: *Tribunum plebis maiores præsidem libertatis custodemque esse voluerunt*. Idem *2.de legibus* ideo institutos docet, vt esset, quos populus Consulibus posset opponere, ne denuo res Romanæ deuoluerētur ad reges. Alibi comparat eos cum Ephoris, *sicut etiam Valerius lib.4.c.1.* Effecit tamen hæc eorum potentia, vt tandem nimis elati ab officio suo discederent mouendo res nouas, subministrādo rixarum materiam, excitādo tumultus, ita vt plebs rebellis sæpe insurgeret aduersus patres. Eidem Consulum Senatusque auctoritatem imminuebāt, vere populi flabra ac ventilabra, nec raro Reipublicę pestis ac pernicies, siquidem spectes, quæ produntur de ipsis in historiis. Tanta erat illorum insania & furor. Haud mirum ergo, abolitam eorum potestatem à Sylla, aut certe imminutam ac subneruatā, cum liberam tantum ipsis reliquerit intercessionem. Quo merito cōquestus fuerit apud milites Cæsar, infractam fuisse ab aduersariis Tribunitiam potestatem & præter fas intercessione nudatam, cum antiquitus creati non fuerint iuri dicundo, sed intercessionibus apud quosuis Magistratus faciendis, quæ propterea ipsis præripiendæ non erant. Atq; hinc est, quod restitutam illis potestatem legimus à Pompeio apud Plutarchum, quæ sub Constantino tandem in vniuersum cessauit. Gestabant eidem purpuram, *vt pro Cluentio affirmat Cicero*, refragrante Plutarcho Problemate 81. clausaque fuit nūquam Tribunitia domus, portus & certum asylum tam noctu quam interdiu omnibus illis, qui opem implorabant. Et quoniam potestas, eorū terminabatur mœnibus Romæ, sciendum, non licuisse Tribunis integrum diem ab vrbe abesse, imo nec noctem, *teste Dione libro 37.* Sed ab his ad militum tribunos venio, quos Centuriatis Comitiis creatos alias memini. Penes hos eadem, quæ penes Consules, fuit potestas, immutatis tantum nominibus ac habita plebis ratione, vt differrent ab iis, qui erant castrenses magistratus. Caussam iis creandis præbuerunt Tribuni plebis, qui auctore Liuio *principio lib.4.* & Dionysio *lib. 11.* cum patribus & patritiis plurima priuilegia extorsissent, tandem & hoc ad populum tulerunt, vt alterum Consulem ex plebe fieri liceret. Cum autem Patricij hoc ægre ferrent, ac proinde se grauissimè Tribunis opponerent, qui tamen de feruore suo nil remittebant, factum est tandem Senatusconsultum suasu C. Claudij viri consularis, ne Cōsulatus communicaretur cum plebe, vtque in locum Consulum alij Magistratus, partim ex plebe, partim ex patribus crearentur, habentes Consularē potestatem, quorum imperium tum esset finitum, tum vt cum plebe conueniret Senatus, idémque cognosceret, vtrum Cōsules an præfectos imperium suscipere mallent, firmúmque adeo esset, quod omnibus suffragium ferentibus videretur. Cumque Tribuni plebis Senatuscōsultum istud summopere extulissent, imo plebs recepisset, creati sunt in annum sequentem, qui fuit ab V.C.309. Tribuni militum tres, & quidem omnes Patricij, A. Sempronius Atratinus, T. Clœlius Siculus, & L. Atilius Longus. Post aliquot annos sunt

creati rursus Tribuni, primù tres, mox quatuor, tandem sex: Nec plures creatos fuisse vnquam, probare nititur Sigonius *in Fastis*, etsi diuersum reperiatur apud Liuiū initio *libri 5*. vbi octo v no in loco creatos fuisse scribit, modo locus nō sit corrupt⁹, quādo nullus auctor alius eius rei mētionē faciat. Quo recte Onuphrius Panuinius & Hubertus Goltzius notēt tantum sex eo anno fuisse, quo Liui⁹ octo fuisse scribit. Fuerūt antē hi Tribuni nonnunquā omnes Patritij, nonnūquā ex patribus & plebe simul creati. Nulli interim legūtur post annū 396. vt sane magistratus hic septuaginta septem inde ab initio exactis annis frequentari in Republica desierit. Discrimen inter eos illud agnosco, vt alij dicerentur angusticlauij, qui vtebantur clauo angusto, alij Laticlauij, qui latum vsurpabant, quod hi essent maioris dignitatis, illi minoris. Qua de re videndus Suetonius in *Augusto, Nerone, Othone, Domitiano*. & ibidem Leuinus Torrentinus Sunt etiā Tribuni militares dicti, *auctore Varrone*, quod terni essent ab initio, cū legio ex tribus constaret millibus, cuius tātū peditib⁹ pręerāt, nō item equitibus. Quapropter aucto peditū numero in legione, auctus fuit & Tribunorū militariū numerus, ita vt tādē ad quatuor, & ab his ad sex peruenerint. Quin vt numer⁹, sic & lectio subsequentibus tēporibus est immutata. Etenim primis tēporibus omnes ab Imperatoribus legebantur, terni scilicet in singulas legiones quaternas, vt ita essent duodecim. Inde anno vrbis 391. institutum, vt pars eorum populi suffragiis, pars Imperatorum arbitrio crearetur, idq; imposterum obseruatū, nonnunquā tamen necessaria de caussa mutatum. Cumque Rutilius Rufus legem tulisset de iure Tribunorum qui à Coss. essent facti, accidit vt Tribuni ab Imperatoribus in exercitu lecti, Rufuli: à populo in Comitiis creati, Comitiati sint dicti, sicut præter Asconiu Liuius & Festus prodiderunt. Etsi postea placuerit non comitiis, sed suffragiis ad legiones fieri, Q. Seruilio Ahala & L. Genutio secundū consulibus, Anno ab V.C. 391. Tandem ad Imperatores cum tota re Romana hæc quoque potestas est deuoluta, legiturq; Hadrianum Cæsarem primum disciplinæ militaris restauratorem post Augustū nō nisi prouectæ ætatis viros doctosque ætate & vsu ad tribunatum euexisse, imo neminem prouexisse ad gradum istum, nisi plena barba, quemque nō honor militum, sed iustitia commendaret, teste in eius *vita Spartiano*. Fuit autē prisci moris, cum aliquē Princeps electurus esset ad tribunatum, vt ei gladium imperij insigne in manum daret, dicens: En, accipe gladiū. Quod si hic quidē Principe dign⁹ est, vtere, pro me. Erat & eorum insigne annulus aureus, quo secernebantur à reliqua militum turba, qui tantum ferreis annulis vtebantur, *vt libro de bello Punico* [illegible] *ab Appiano*. Munus eorum erat, dicto audientes in castris habere milites, ad exercitationes educere, in stationes mittere, claues portarum suscipere, stationes, vigilias, munitionesq; de die interdum, sæpius noctu circumire milites paratos ac instructos singulis habere momentis, adesse militibus in frumento distribuendo, ne desint alimenta, arma, viri, equi, aut pecunia, prandere, castris locum capere, valetudinarios inspicere, sauciorum curā agere, dare præterea operam, vt milites continēres haberēt manus, ouē nemo contingeret, aut segetem deteretet, oleum, fal, lignum exigeret, annona sua contentus esset. Scribit Vegetius primū legionis cohortem Miliariam dictam, eique Tribunum præfuisse armorum sciētia, virtute corporis & morum honestate præcipuum. Porro sicut primipili, ita etiam Tribuni ex omni legione sua commoda percipiebant quæ Imperatores peculiari nomine stellaturas dixerūt, *l. septē. C. de erogat. militar. annone*.

Inde

ptidius in Alexandro: *Annonas militum diligenter inspexit. Tribunos, qui per stellaturas militibus aliquid abstulissent, capitali pœna affecit.* Quin imo Piscennium pręcepisse, vt duo Tribuni obruerentur lapidibus, quod stellaturas accepissent, apud Spartianum legas. Quare & iisdē à Iustiniano interdictum legimus, ne expilatent milites *l. 2 §. pro limitaneis. C. de officio præfecti pretorio Aphricæ.* Non licebat quoque Tribunis sua caussa milites à signis ablegare. Eodem, *auctore Vegetio libro primo*, deputabant milites ad pœnam. Sed an ipsimet capitalem pœnam infligebant? Dicam. Si fustuaria pœna exercenda erat, priores illi leuiter attingebāt militem: In graui supplicio tantum præpositi erant, sicut & centuriones, prout notatum à doctissimis huius seculi viris. Quanquam negari non possit, accidisse quandoque, vt ipsi Tribuni supplicium sumerent. Testis Cornelius Tacitus, apud quem decimo quinto Annalium caput amputatur Flauio à Vesanio Nigro Tribuno. Forte id obseruatum, si puniendus reliquis dignitate præstaret. Quoniam vero sacrosancti erant tribuni, vt antea dictum, noto porro etiam Augustos, vt sacrosancti pariter forēt, affectasse Tribunitiam potestatem, & recepisse ad se. Quo factum, vt, quicumque appellarent illos intra pomerium (quod ius tribuni habuerunt) & intra proximum miliare (quod nulli vnquam Tribuno ius fuit) his opem ferre possent. Hinc Tacitus: *Tiberius potestatem tribunitiam Druso petebat.* Id summi fastigij vocabulum Augustus reperit, ne Regis aut Dictatoris nomen adsumeret. Meminit eius rei & Dio libro 51. Suetonius scribit Augustum recepisse ad se perpetuā Tribunitiam potestatem, at Tiberio tātum in quinquēnium datam. Legimus & Celerum tribunum, hoc est, equitum, quorum præfectum Romulus cū constituit. Hūc sacra quædam peregisse testis est Dionys. Halicarnassæus *li. 2.* Secundum eum locum obtinuisse à regibus scripsit Pompon. eoque in numero exstitit Iunius Brutus auctor eiiciendi regis Tarquinij. Quin Curiatis comitiis creatum constat ex Liu. & Dionysio. Denique tribunos ærarij inuenio apud Varr. *de ling. Lat. 4.* Hæc eius verba: *Tributum dictum à tribubus quod ea pecunia, quæ populo imperata erat, tributum à singulis proportione census exigebatur: Ab hoc ea quæ adsignata erat, attributum dictum: Ab eo quoque quibus attributa erat pecunia, vt militi redderet, tribuni ærarij dicti.*

Tribus à tributo dando nomen obtinent, vel quod ager Romanus primo diuisus in tres partes fuerit, & tres partes populi sint factæ: Vna *Tatiensium* sic dicta à Tatio Sabinorum duce iam in partem regni à Romulo suscepto: Altera, *Ramnensium* à Romulo: Tertia Lucerum à Lucumone. Erant autem hæ tribus populi Romani partes distinctæ locis in vrbe diuersis, & regionibus vndique circum vrbem per Italiam dispersis. Primus earum auctor fuit Romulus, *teste Dionys. lib. 2.* qui singulis præclarum aliquem virum ducem pręposuit, deinde vnam quāque in decem partitus totidem fortissimos viros eis præfecit, has curias, illas tribus nominando. Fuerunt etiam tribus in vrbanas & rusticas diuisæ sumto discrimine à loco, quem insedebant. Nominare illas quondam voluit à suo nomine Tarquinius Priscus, sed ne illud faceret prohibitus fuit ab Augure Nauio. Sigonius notat *3. de Antiq. iur. ciu. Rom. capit. 3.* Seruium Tullium aucta mirum in modum aduentitia multitudine, quam in tertiam tribum, Lucerum scilicet Romulus coniecerat, aucta etiā vrbe & inclusis pomœrio duobus collibus, Viminali & Esquilino, totam vrbanam multitudinem in quatuor partes secundum habitationum loca distribuisse, neglectis illis tribus tribubus generalibus à Romulo institutis, iisque

nomina à locis quæ habitabant, indidisse Suburanam, Palatinam, Esquilianam, & Collinam: Postea ipsum vniuersam rusticam multitudinẽ in quindecim tribus diuisisse, quarum nomina fuerint *Romulia* à Roma dicta, *Lemonia* à pago Lemonio, *Pupinia* ab agro Pupino cis Tybetim versus mare, *Galleria, Pollia, Voltinia, Claudia*, ab Appio Claudo, *Æmilia* à gente Aemilia, vt & *Cornelia, Fabia, Horatia, Menenia, Papiria, Sergia, Veturia*. Etsi enim Varro scriptum reliquerit imposita omnibus nomina à locis, tamen certum vindicata post in libertatem ciuitate, multas relicto veteri nomine asciuisse illustrium aliquot familiarum nomina. Addit Sigonius hunc tribuum numerum durasse ad annum vsque 258. cum additis ad 19. duabus, viginti & vna numero sunt factæ. Atque has duas tribus fuisse putat Crustuminam & Veientinam. Inde anno 366. ex nouis ciuibus quatuor additæ tribus, *Stellatina* dicta à campo Stellate, *Tromentina* à campo Tromento, *Sabatina* à lacu Sabate, & *Arniensis* ab Arno Thusciæ amne. His autem 25. rursus additæ sunt aliæ duæ anno 395. *Pomptina, Publiliaque*, & iterum Anno 421. *Metia* vel *Macia*, à Mæcio castro sic appellata, & *Scaptia*, à *Scaptia* vrbe, quam Plinius in Latio ponit. Adiectæ sunt deinde anno 435. *Vfentina* ac *Falerina*, vt anno 454. aliæ duæ, *Auiensis* & *Tarẽtina*: Item anno 512. *Velina* & *Quirina*. Vt iam numerum 35. tribuum explerent, qui ad extrema vsque Reipub. tempora durauit. A tribubus dicta sunt Tributa Comitia, quibus omnes ciues Romani suam dicebant sententiam & minores Magistratus creabantur, imo Augures, feciales, Septemuiri Epulonum, & Quindecimuiri, vt alias quoq; notatum memini. Non vnum illis locũ destinatum fuisse, quemadmodum Cẽturiatis & Curiatis, constat ex veterum scriptis. Siquidem in campo Martio ea habita, *testis est Cicero Epist. 1. libro primo ad Atticum*, in Capitolio Appianus *libro primo bellorum ciuilium*, in circo Flaminio Liuius *libro 3.* in Capitolio idem *libro 25.* Sacerdotum comitia Tributa Consules habere solitos cognosci potest ex Ciceronis Epistola ad Brutum, vbi ait mortuis Hircio & Pansa Consulibus, necessario differenda esse sacerdotum comitia, donec res ad Interregnum rediisset, vt Consules auspicato à rege subrogarentur. At legum iudiciorumque Tributa comitia habere licebat iis magistratibus, quibus cum populo ius erat agendi, vtpote Consulibus, Prætoribus, Tribunis plebis. Oportebat & hisce comitiis adesse magistratuum candidatos, de quibus suo loco plura.

Tributum vnde nomen arcessat, notatum, cum de Tribunis ageretur, ad finem.

Triclinaria, vestes Senatoriæ, quibus vtebantur in tricliniis. *l. apud Aufidium ff. de Opt. leg.*

Triclinium. Afscribam hic verba Clarissimi viri Lipsij ex *3. antiq. lectionum*, vbi simul accumbendi modum veteribus vsitatum cum etymo triclinij prodit. *Accumbendi modum*, inquit, *qua ex libris, qua ex monumentis, hunc fere fuisse collegimus. In cœnaculo mensa collocabatur rotunda, humilis: Inferiorum quidem hominum tripes & ex simplici ligno: lautiorum citrea aut acerna, aut lamina argentea intecta, quam pes eburneus fabrefactus, puta in modum Pardi aut Leonis sustinebat. Circum mensam tres vt plurimum lecti erant, ex quo Triclinij nomen: Vel duo etiam, quod Plautus biclinium: Posterior atas à Vespasianorum imperio Sigma vocare cœpit. Quod cum esset in formam hemicycli aut lunata testudinis exstructum, vocare placuit nomine litera Graca: Quia, vt ex marmoribus liquet, atas illa Sigma literam vt mediam Lunam scribebat C Sigma autem duobus tantum lectis constitisse, colligo ex numero conuiuarum apud Martialem, Lampridium & alios. Ij porro lecti substerne*

sternebantur aulæis, purpura, aut alia veste stragula, pro copia & inopia conuiuatoris. Id sub horam cœnæ fiebat. Priusquam autem accumberent, lauabantur & togas mutabant vestibus, quas à re Cœnatoria dixerunt. Tum etiam soleas pedibus demebant, ne lectum conspurcarent. Ceterum aut terni aut quaterni vnum occupabant. Si plures, sordidum id & minime lautum habebatur. Ita fiebat, vt ex vna communi mensa vix supra XII. vescerentur. A quo numero illa Augusti famosa cœna apud Suetonium δωδεκάθεος *dicta. Apud Macrobium tamen cœnæ Pontificiæ descriptione in duobus tricliniis decem tantum conuiuæ nominantur, vt appareat in magnifico alique epulo vix binos lectum vnum occupasse. Iam vero modus accubitus hic erat. Accumbebant reclinata supera parte corporis in cubitum sinistrum, infera in longum porrecta ac iacente, capite leniter erecto, dorso à puluillis modice suffulto. Quod si plures vno lecto decumberent, primus decumbebat ad caput lecti, cuius pedes porrigebantur pone dorsum secundi: secundus vero occiput obuertebat ad vmbilicum, primi puluillo interiecto: pedes iacebant ad tergum tertij, & sic deinceps tertius, sic quartus. Iam qui primus & ad caput lecti decumbebat, Summus dicebatur: qui ad pedes, Imus: qui inter istos, Medius. Atque si tres in vno lecto conuiuæ, medius dignissimus: Proximus honore, summus: si quatuor, medium censeri arbitror proximum à summo: si duo tantum dignissimus summus fuit.* Hæc Lipsius, cum quibus faciunt, quæ scripsit Lambinus *in satyram quartam libri 2. Horatij*, imo Hieronymus Mercurialis. *1. artis gymnasticæ cap. 11.* Iam videndum, quot olim conuiuæ adhibiti fuerint mensis, aut adhibendos nonnulli iudicauerint. Varronis sententia fuit in Satyris Menippæis, referente Agellio, tres ad minimum esse debere conuiuas, ne sint Gratiis pauciores, nouenarium autem numerum excedere non debere ne superent Musas. Multos enim interesse non conuenit ipsius iudicio, quod turba turbulenta vtplurimum fit. Homerus admittit *decem*, Plato etiam *plures*. Imperator Verus cum duodecim accubuit nouo exemplo, *sicut refert Capitolinus*. Apud Xenophontem octo conuiuas habuisse legitur Callias, quibus insuper alij sua sponte accedunt, Philippus γελωτοποιὸς, & Syracusius quidem puerum κιθαρίζοντα secum adducens. Apud Platonem Agathon habet 4. conuiuas, quibus vt vmbra additur Aristophanes. Quin Alcibiades irruit ebrius tibicinam secum adducens. Periandri conuiuium septem sapientes habuit. Ita alius atque alius numerus placuit diuersis. Ego dixerim ad arbitrium cuiusque posse institui. Varro tum denique absolutum esse voluit conuiuium, si ex quatuor rebus constaret, nempe si belli homunculi sint collecti, si lectus locus, si tempus lectum, si apparatus non neglectus. Addit, *nec loquaces, nec mutos omnino conuiuas legi oportere: Sermones tum esse habendos, non de rebus anxiis, sed iucundis*. Inprimis vero sobrietas seruanda, ne dicatur Timocreontis illud: πολλὰ πιὼν, καὶ πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ κακ' εἰπὼν ἀνθρώπους, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος. Manent sapientes sobrij in Plutarchi symposio. Recte. Stultos enim temulentia decet, ex qua quot mala redundent, discere licet ab Alexandro & toto Cyri exercitu. Sed quo abripior? Recolligo me tandem. Recte ergo à tribus lectis nomen inditum triclinio, monuit Lipsius meus. Est enim κλίνη discubitorius lectus, & κλίνειν inclinare vel discumbere. Hinc accumbere mensæ vsitatus loquendi modus. Facturus finem moneo tandem triclinium quoque dici conclaue. Vnde illud? Dicam. Quintilianus & Valerius Maximus, cum mentionem faciunt Simonidis, aiunt triclinium corruisse super cõuiuas. Quis autem nescit quamplurimos fuisse præsentes in eo conuiuio, tributamque Simonidi artificialis memoriæ inuentionem, quod (cum di-

gnoſci non poſſent conuiuæ; domus caſu protriti)ipſe tamen cuiuſq; locum demonſtrare potuerit? Atqui *triclinium* proprie locus eſt tribus conſtratus lectis ad diſcumbendum. *l. foramen. ff. de ſeruit. vrb. præd.*

Triens quatuor continens vncias à numero ternario nomen inuenit. Diuiditur enim as in vncias duodecim quarum pars tertia eſt triens.

Trierarchus nauis, quam triremem vocant, princeps *Secundum Senecam 7. de beneficiis & Tacitum hiſtoriarum 2.* Siquidẽ ἀρχὸς *Princeps*, τριήρις, *triremis*.

Trinacria vel *Trinacris* dicta olim Sicilia, quod tria habeat ἄκρα ſeu promõtoria, quibus excurrit in mare, Pelorum, Lilybæum, Pachynum. Ouidius Faſt. 4. *Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor, Trinacris à poſitu nomen adepta loci.* Qui Trinaciam vocant, vt Dionyſius τριναχίην, Suidas θρηναχίαν (niſi vitioſus eſt codex) à Trinaco rege nomen deriuant cum Apollonij enarratore. Cyclopum terram nominat eam Homerus, τριχάρηνον Lycophron. Sed & *Triquetra* dicta à figura triangulari. *Brutia* vocatur Statio *1. ſyluarum.*

Triones dicti in opere ruſtico boues, quaſi *terriones*, id eſt, terræ arandæ & colendæ idonei, *vt & Gellius docet li. 2. cap. 21.* Quare ſeptem illæ ſtellæ verſus Boream eo modo collocatæ, vt plauſtrum cum bobus repræſentare videantur, dicuntur ſeptentriones. Inde & Ouidius: *Scythiam ſeptemque triones Horrifer inuaſit Boreas.* Plauſtri auriga dicitur *Bootes* & *Arctophylax*, id eſt, *vrſæ cuſtos*, à qua nominatus & *Arcticus polus.* Quippe vrſa ἄρκτος eſt Græcis. *Arctophylacem*, eundem eſſe cũ Arcturo ſuo loco eſt dictũ.

Tripudium à veteri verbo *Pauire*, quod *ferire* ſignificabat, deductum. *Saltando* enim *terra* pauitur. In auguriis quoque *tripudium* quaſi *terripudium* eſt dictum. Cum enim offa cecidiſſet ex ore pulli, auſpicanti tripudium *Soliſtimum* nuntiabatur. Erat & tripudium *Soniuium* quod ſonet, vt cum pullo excideret puls, aut quadrupedi aliquid aliud ex ore. Quo pertinebat, ſi arbor ſponte caderet aut terra tremeret, antequam voce diuina reſponſa perciperent.

Tripus, τρίπους. Quid tripus fuerit Grammatici certant & adhuc ſub iudice lis eſt. Homerus Iliad. 4. aſſerere videtur, vas fuiſſe, quod tribus fulciebatur pedibus, anſaſque vel potius aures, quibus arripiebatur, habuiſſe Callimachus ſellam fuiſſe ſcribit in lauacro Dianæ, eamque innixam pedibus tribus, cui inſidens *Pythia* oracula reddebat. Hellanicus vas eſſe dixit *pulueribus plenum*, Strabo *profundam quandam ſpeluncam*, Luctatius *lauri ſpeciem tres habentem radices & conſecratam Apollini propter triplicem diuinationis vim, cum & Sol præterita viderit, præſentia videat, & futura viſurus ſit.* Diuerſa ab his tradit Plutarchus in Solone, quando commemorat extractum eum à piſcatoribus Cois & miſſum ad ſeptem ſapientes, tandemque Apollini conſecratum, quẽ conſulendum arbitror. Vtque ad etymon noſtrum propius accedam, aſſerere non dubito rem omnem, quæ tres pedes habet, ea voce ſignificari, quippe compoſitam ex τρι & πῦς: Notandumque ſolitos Græcos viros fortes *tripodibus* donare iuxta illud Flacci Carminum 2. *Donate tripodas præmia fortium Graiorum.* Nam inde illud Homeri Il. 4. δῶκε δ' ἄγειν ἑτάροισιν ὑπερθύμοις γυναῖκα, καὶ τρίποδ' ὠτώεντα φέρειν. Et Heſiodus in Oper. & diebus: ἔνθα με φημὶ ὕμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα.

Triremis, cuius nauis inuentor fertur Amocles Corinthius, *auctore Thucydide* (nam biremem inuenerunt Erythræi, quadriremem Carthaginenſes, quinqueremem Neſichthon Salaminius, ſex ordinum Zenagoras Syracuſanus) nomen inuenit nõ à tribus remis, ſed tribus remorũ ordinibus, quibus impellebatur, ſicut & τριήρης ἀπὸ τῶν

τῶν τριῶν ἐρετμῶν à tribus remis.

Triticum principem locum obtinens inter frumēta, Varroni, quod *sit tritum*, nomen inuenit, Isidoro à *tritura*. Purissima eius farina, repurgata à furfuribus dicitur Latinis *flos* & *pollen*, Græcis παιπάλη & γῦρος. Etsi Dioscoridis interpretes malit pollinem tenuissimum esse puluerem, quam farinam, qualis circa molas parietibus adhęret. & Cornelio Celso pollen quoque impuriorē & furfuraceam farinam significet. Similago σεμίδαλις media quædam farinæ pars inter florem & farinam, furfuribus scilicet omnibus non excussis. Farina ἄλευρον *furfur admixtum habet*, cui etiam nihil floris aut pollinis decessit. Farinam sequuntur furfures inutile farinę recrementum, quod πίτυρον appellant Greci. Has eius partes referre operæpretium duxi.

Triton, quem Neptuni tubicinem faciunt, Poëtæ & biformem, quippe partim hominem, partim cete referentem (vnde & pro tuba seu concha longiore sumi id nominis solet) Phurnuto dicitur ἀπὸ τοῦ τρέειν, quod nobis est tremēre, per antiphrasin: Aliis ἀπὸ τῆς ῥύσεως fluxu quod minus probandum, etsi res ipsi conueniat. Haud omittendum, quamuis multa hic fabulentur Poetæ de tubicine Neptuni, esse tamē & inueniri Tritones ex fide dignis auctoribus. Scribit enim *libri 9. cap. 5.* Plinius Vlyssipponensium legationem ob id missam retulisse Tiberio principi, visum auditumque in quodam specu concha canentem Tritonem. Videndus & Alex. ab Alex. Genial. lib. 3. cap. 8. Quin Maro Æneid. 10. Hunc vehit immanis Triton, & cærula concha Exterrens freta.

Tritonia dicta Pallas à Tritone palude oriēte prope Alalcomenas in Bœotia, quod ibi sit nata aut educata: Vel ὅτι τρίτη μετὰ τὴν ἄρτεμιν καὶ ἀπόλλωνα ἐγεννήθη, *quod tertia sit genita, post Dianam & Apollinem.* vel quod (*vt placuit Callisthenei*) τῇ τρίτῃ μηνὸς ἡμέρᾳ sit nata, id est, *tertio mensis die*, qui propterea apud Athenienses cōsecratus fuit Mineruæ, vt Romanis *Quinquatria:* Vel *quia nata creditur patris capite*, quod Bœotiorum lingua est τριτὼν vel τριτώ. Triplicem sane vim obtinet caput, νοῦν, τὴν μνήμην, καὶ θέλησιν. Sunt & tres prudentię partes, memoria intelligentia, & prouidentia. Atqui sapientiæ Dea est Pallas. Democritus Philosophus prodidit ideo nominatam *Tritonida*, quod hæc tria sit elargita mortalibus, βουλεύειν καλῶς, κρίνειν ὀρθῶς, καὶ πράττειν δικαίως *bene consulere, iudicare recte, & iuste facere.* Alij eandem cum Luna faciunt. quæ tertio à coitu die apparere incipit, & nihil etiam ab aere differre dicunt, qui tertium est elementum.

Triuia appellata *Diana*, quod coleretur in triuiis, *ait Varro.* Qua ratione Greci τριόδιτιν & τριοδῖτην nominant. Eadem illa cum Luna, Diana & Hecate. Dixit ergo Virgilius *tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.*

Triumphus non à tripartito exercitus, Senatus & populi iudicio dictus, *vt quidam volunt*, sed Græca vox (*vt Varro putat*) ἀπὸ θριάμβου Liberi patris deductum, qui primus triumphasse creditur de Indis, *vt est apud Plinium.* Alij (*nec quidem male*) ἀπὸ τοῦ θροεῖν deducunt, quod est *accinere* vel *acclamare*, καὶ ἰαμβίζειν, id est, *maledicendo.* Solebant enim milites & abiectissimi quique triumphalē currum sequentes diuersis cōuitiis incessere triumphantes, ne prospera fortuna insolescerent. Hinc illud in Cæsarem: *Gallos Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.* Item: *Romani seruate vxores, mœchum caluum adducimus.* Quoniam vero semel hic placuit inseruire Philologis, adiiciam porro ex Romana historia, quæ multum hunc locum illustrabunt. In Græcia itaq; primum Bacchum auctorem habuit triumphus, *vt legere licet apud Plinium lib. 7. cap. 56. Diodorum lib. 5.* apud Romanos vero Romulum, qui

cæso sua manu Acrone cum arma eius ex voto dedicaturus esset Ioui, quercũ in castris visam recidit & instar trophęi adornauit, armisque Acronis ex ea suspensis, cum veste ipsemet esset incincta & coma fluente, coronatusque lauro, & stipitem illum dextro gereret humero, vrbem fuit ingressus victoriale carmen exercitui sequenti percinens, & ciuibus cum gratulatione & laudibus eum excipientibus sese ostentans. Ab hoc exemplo sumsisse Romę initiũ celebritatem triumphorum scribit Plutarchus. Addit postea currum Tarquinius Priscus, vt & alia, quæ ad maiorẽ magnificentiam erant comparata. Sed & posthuma ætas addit suum splendorem, vt constat ex triumphis. quos duxerunt L. Cæcilius Metellus, Marcellus, Scipio Africanus, Marius, Sylla, Mummius, Põpeius, Iulius Cæsar, Augustus. Et quantum colligere licet ex veterum scriptis, sciendum honorem hunc non quibuslibet fuisse cõcessum. Quinq; enim hostium millia vna acie cæsa esse oportebat, nec multum sanguinis suorum effusum in parta victoria, auctumque esse imperium. Necesse erat præterea, ne contra seruos, fugitiuos piratas aut simile hominum genus debellatum foret: Itẽ vt suo ductu auspicioque Imperator hostes profligasset, nõ in sua, sed aliena prouincia, eaq; pacata, & nullo manente bello, exercitumque victorem & opimum præda Romam reduxisset, inque ędem *Bellonæ* extra vrbem euocato senatu, quęnam à se magnifice essent gesta, exposuisset, præsentibus legatis, centurionibus, militum Tribunis atq; militibus. De postremis autem temporibus loquor, qui bus propagato imperio magnis hinc inde viribus agebãtur bella. Tum enim exiles illæ triumphandi caussæ abrogatæ fuerunt. Qualis fuit Sabinis & Samnitibus non vi captis, sed in deditionẽ acceptis, vel auersos esse hostes quam ob caussam Q. Seruilio Halæ decretus est de Tiburtibus & Gallis triũphus, sicut Cornelio & Bebio Coss. quod Ligures Apuanos non exspectãtes bellum in deditionem accepissent, ac eorũ duodecim millia in alias terras traduxissent. Quascunque autem ob caussas acti à quibuscunque, cum primis tũ vltimis temporibus adusque Vespasianum & Titum leguntur triumphi, numerantur viginti supra trecentos, pluribus initis de Gallis, quam de reliquo terrarum orbe. Vltimis Cæsarũ triumphasse traditur Probus, post quem obliterata militari virtute desierunt rebus præclare gestis aspirare ad tantum decus. etsi alij Belisarium postremum omnium triumphasse affirment. Absentibus tamẽ quãdoque ducibus, si de rebus eorum valde constaret, decretum fuisse à Senatu triumphum nõ ignotãdũ. Imo sine senatus auctoritate a populo decretu legimus Valerio & Horatio Coss. victis Sabinis & Volscis. Cũ enim negaretur triumphus, L. Icilius Trib. Pl. de illorum triumpho ad populum tulit, primique triumpharunt plebiscito nullo decernẽte Senatu. vt post illos M. Rutilius Dictator Sciẽdum etiam proprium triũphandi locum fuisse vrbem Romam, & proinde magnæ inuidiæ fuisse M. Antonio, quod cum deberet Romæ, Alexandrię triumphasset de Parthis, & Domitio Ænobarbo, quod deuictis Aruernis elephanto (cũ tamen non decreuisset Senatus) velut triumphans totam Italiam esset peruagatus. Huiuscemodi autem viris post actum triũphum tribui solebat triumphalis statua & ornamenta consularia, vt laus eorũ esset perpetua. Quo maiori admiratione sint digni, qui eam laudem summa animi moderatione recusarunt. Qualis fuit M. Fabius, post Fabium Tiberius Cæsar parta de Illyriis victoria, cum abnueret triumphum tota ciuitate consternata ob cladem Varinianam. Sed & Septimius Seuerus deuictis Parthis eidem honori cessisse legitur,

gitur, cum ex pedibus laboraret. Idem de Fuluio proditur, qui sola continentia animi modestiaq; (rarum exemplũ) summum illud propemodum Romanorum bonum est auersatus, sicut historiæ produnt. Nam quis eum honorem, etsi indignus non affectauit? Quã multi repulsam passi? Quoties & quam improbe, de eo laboratum? Nolo multus hic esse, & ad Pompam, apparatum ac ordinem triumphi describẽdum accedo Die itaque illo triumphali per totam vrbem dies agebatur festus, rẽplis omnibus apertis. Nobiles omnes ita mensas instruebant, vt de cibo suo & potu militibus in publico gaudio suggererent. Omnes Magistratus ac tribus flaminésque purpura vt sacerdotes ac Pontifices apiculis velati, cum viris triumphalibus & Consularibus totaq; nobilitate & Senatu omnisque sexus ætate ad excipiendum cum gaudio occurrebant. Imperator ipse, *vt Zonaras refert*, triumphali ornatus habitu sumtis armillis & laurea redimitus, ramũq; dextra tenens populum conuocabat, & militibus ornamenta diuidebat, aliis armillas, aliis hastas, aliis coronas aureas aut argenteas, aliis pecuniam. Si quis murum primus omnium ascendisset, muri, si castellum expugnarat, castelli speciem gerebat corona. Si nauali prælio victor exstiterat, rostris exornabatur corona: si equestri, equestre aliquid præ se ferebat. Si quis ciuem etiã conseruasset in acie aut obsidione, donabatur querna corona, quæ dignitate aureis & argenteis præstabat. Inuehebatur autem primum per portã Triumphalem præcedentibus tibicinibus, qui modos triumphales canebant, aut classicũ *vt in Aemilij triumpho*. Præcedebant & boues mactandi in sacrificiis vittis sertisque redimiti, aliquando cornibus auratis. His succedebant spolia ac manubiæ, quæ partim plaustris vehebantur, partim gestabantur ab adolescentibus. Præferebantur longo ordine montium, fluminum & oppidorum species. Etenim Præneste in deditionẽ accepta T. Quintius Dictator triumphans ciuitatis istius signum præ se ferri curauit, M. Marcellus Syracusas, Scipio Asiaticus centum triginta oppidorum simulacra, C. Cæsar Massiliam, Nilum, Rhenum & Rhodanum ex auro. Quam põpam & Sylla habuit domitis Asiæ & Græciæ vrbibus, exceptis Romanorum oppidis, aut ciuium imaginibus. Ferebantur & tituli victarum gentium, tum statuæ, tabulæque æneæ aut eburneæ. Succedebant inde, qui capti erant ex hostibus, duces vincti catenis, hostium spolia ac arma captiuis adempta, cũ currus spoliis onusti, signaque militaria ex domitis gentibus non erecta, sed inuersa, Catapultæ, Ballistæ, aliáque tormẽta & machinæ, rostraque nauium, imo naues rostratæ, quas decem vltra centum, in triumpho duxit Lucullus. His adde gemmas, purpuram, vestes pretiosas, donari quoque aurum puta, argentumque ab aliquot hominum millibus collatum. Pone legebant vestigia reges ipsi ac duces cum liberis, vxoribus, fratribus, & aliis cognatis item alij hostes capti, reuinctis post terga manibus. Ac tum demum Imperator seu Triumphator aureo insidens currui, veste triumphali conspicuus & laurea redimitus corona, dextraq; manu ramum ex lauro tenens, sinistra sceptrum eburneum quatuor candidis equis inuehebatur, antecedentibus lictoribus purpuratis cum fascibus & securibus. Quaqua versum suauiter canebant tibicines & citharœdi aureas in capite gestantes coronas & purpura vestiti, quorum in numero vnus veste aurea indutus ad talos vsq; demissa risum mouebat populo coniiciẽdo scurriles iocos in hostes. Suspensum quoque erat eo loco, quo triumphator sedebat, fascini idolum, cui suffumigationes fiebant. Tradit Zonaras cum aliis publicum ministrum in eodem curru coronam aureã gem-

gemmis distinctá sustinuisse pone triũphantem,& subiecisse subinde: *Respice Futura & hominem te esse cogita.* Atque adeo tintinnabulum cum flagello currui appensum legimus, vt eodem fragilitatis humanæ significato admoneretur, incidere eum posse in eam calamitatem, vt vel capite plecteretur, vel flagris cæderetur. Sedebant quãdoque filij, vt & fœmellę, in patris triumphali curru. Proximi cognati equis adhærebant, eosque interdum quasi triumphaturi conscendebant. Plinius auctor est *libro 33. cap. 7.* triumphãtium ora minio illini solita, atque ita Camillum triumphasse, quod tamen exoleuit posterioribus temporibus. Currum inde sequebantur triumphantis ministri & scutiferi, totusque exercitus peditum ac equitum suo quisque ordine cum ducibus suis. Singuli vero ramum è lauro manu gerebant, capite lauream coronam. Si quis peculiares coronas, armillas, hastas, aut scuta obtinuerat, manu præ se ferebat Pæana canens in triumphantis laudem, & multa simul ridicula immiscens. Procedente pompa, in qua ante Triumphatoré non raro vehi solebat Herculis signum, tum si quid aliud memorabile atque æuo priore incognitum in deuicta prouincia fuisset, aperire solebant in honorem Deorum ædes sacræ suffitibusque repleri. Equidem capta Iudæa balsamum arborem ostendit Vespasianus in suo triumpho. Pompeius post victum Mithridatem ebenum, Aurelianus præter alia tigrides, alces & camelobardales, Furi⁹ Dẽtatus elephantos exturbato Italia Pyrrho. Vbi iam peruenisset in forum põpa, mancipabat triumphãs carceri quẽdam ex captiuis internecioni destinatum. Inde in Capitolium ascendebat comitãte Senatu & vniuerso magistratu, vbi laureum ramum, quem manu tenuerat, in gremium Iouis deponebat. Hinc Ouidius 4. *Tristiu. de triumpho Germanici: Inde petes arcem & delubra fauentia votis, Et dabitur merito laurea vota Ioui.* Plinius Paneg. Traiani: *Allata erat ex Pannonia laurea, id agentibus Diis, vt inuicti Imperatoris exortum victoriæ insigne decoraret: Hanc Imperator Nerua in gremio Iouis collacarat.* Iamque adeo tauros sacrificabant, auream coronam & aliquot manubias Ioui suspendebãt, quod de hostibus victoriam reportare contigisset Deorum immortalium beneficio. Epulabantur exinde sub ipsis Capitolij porticibus donec aduesperasceret. Distributa quoque viritim plebi pecunia. Cetera relata in publicũ ærarium. Celebratur hic Iuli⁹ Cæsar, qui Aphricano triumpho præter obsonia exquisitissima vno die duobus & viginti millibus tricliniorum instructis paratisque mensis epulum exhibuit regali magnificentia, & Tiberius, qui mille mensis prandium apposuit. Interdum mensas ante domos extructas, & in promiscuo rerum vsu victricibus legionibus epulas exhibitas, proditum historiis Imperatori ipsi dari solitum aurum (vt vocant) coronarium à prouinciis & victis bello gentibus ob vitam concessam. Si quis autem consecutus esset spolia opima, qualia dux hostium duci interfecto propria manu detrahebat, suspendebat ea in Iouis Feretrij templo. Post epulũ vero in noctem protractum comitabantur triumphantem domum cum tibiis & variis instrumentis musicis, atq; ita festiuæ isti solemnitati finem imponebant. Vtque in posterum conseruaretur triumphi memoria, non tantummodo honestissimus locus illis fuit cõcessus in publicis conuentibus, permissumque vt in spectaculis lauream gestarent coronam, verum etiam triũphales columnæ fuerunt erectæ, item statuę & arcus triumphales. Quin ędes circa limina, triumphalia ornamenta accipiebant. Durabat quandoque triũphus duos aut tres dies, amplis præsertim spoliis reportatis, id quod à T. Flaminio, L. Paulo, Cn. Pompeio & Augusto fa

cto factum fuisse constat. Inter leges triumphales refertur à Plutarcho in vita Pompeij, quod nemini triumphare liceret, nisi qui Dictator, aut Consul, aut Prætor res gessisset. A qua lege tamen discessum fuit, quando L. Cornelio Lentulo Ouatio anno 553. & Cn. Pompeio Equiti tantum & nondum in ordinem Senatorium adscripto ac vix dum annum decimum quartum egresso primus triumphus decernebatur anno 672. Triumphus minor dicebatur Ouatio, de qua suo loco satis superque.

Triumuiri, tres viri. Vnde & *Treuiri* & *Tresuiri* vnico dicti vocabulo. Varia autem fuisse Triumuirorum genera patebit ex diuersis eorum muneribus. Legimus enim primum eos institutos ad deducendam coloniam, postea quam Aricini & Ardeates sæpe de ambiguo agro bello certassent, multis vtrimque cladibus fessi, Scaptiusque vnus de plebe tertium ac nonagesimum annum agens certo sibi constare clamasset captis olim Coriolanis, quo tempore militauerat, iure belli cessisse Romanis, ac proinde adiudicato Romanis agro prędicto multaque inuidia apud finitimas ciuitates contracta laborarent patres, vt delere prorsus possent infamem iudicij notam ex animis hominum atque ideo ciuitate Ardeatum intestino tumultu ad paucos redacta placuisse Triuuiros coloniæ eo deducēdæ gratia creari, Agrippam Menenium, M. Cluilium Succulum, & M. Ebutium Heluā. Præter hos exstiterunt Reipub. constituendæ Triumuiri, quales primi omniū fuerunt Cæsar Augustus, Antonius & Lepidus. Meminit triumuiratus huius Suetonius *cap. 27. libro 2. Plutarchus in vita Ciceronis, Liuius libro 120. Florus cap. 7. libro 4. A. Gellius libri 7. c. 14.* Fuerunt & Triumuiri legendi Senatus, item recognoscendi turmas equitum, quotiescunque opus esset, vt idem Suetonius meminit in Augusto. Punico autem bello secundo anno ab V. C. Q. Fuluio Flacco III. & Appio Claudio Pulcro Coss. creatos Triumuiros, qui conquirerent iuuenes idoneos ad arma ferenda, eosque milites facerent, tradit Liuius *libro 25.* Nec me latet post acceptam Cannensem cladem ob argenti penuriam Triumuiros Mensarios creatos, quorum munus erat numismata probi auri ac argenti iustique ponderis examinare. Testis Liuius *libro 23.* Dicti fuerunt isti etiam Triumuiri Monetales, & Triumuiri A A A. F F. id est, auro, argento, ære Flando, feriundo. Ab Onuphrio Panuuino referuntur in Magistratuum numerum Triumuiri valetudinis *libro 2. Commentariorum Reipub. Romanæ.* Hi nostris temporibus pestis caussa creari solent. additque Onuphrius veterem nummum hæc verba habuisse: *M. Acil. III. Vir Valetu.* His adiungo Triumuiros Capitales, quorum mentionem fecit Pomponius *ff de Org. iuris*, qui scilicet carceris custodiam habebant, vt, cum animaduerti oporteret, id fieret interuentu eorum. Eidem latomiarum custodiam habebant, &, vt *Cicero docet*, cognoscebant ad Mæniam columnam de scelere eorum, qui cum ciues Romani non essent, in vrbe tamen habitabant, sicut etiam de vilibus & abiectę conditionis hominibus, furibus, inquam, & seruis nequam. Plautus Amphitruone sub persona Sosiæ.

Quid faciam nunc, si Tresuiri me in carcerem compegerint?
Inde cras è promtuaria cella depromar ad flagrum.
Nec caussam licet mihi dicere, neque in hero quidquam auxilij fiet?
Nec quidquam sit, quin me omnes esse dignum deputent.
Ita quasi incudem me miserum homines octo validi cædent.

Octo quippe lictorum opera vtebantur. Quin & Triumuiros nocturnos inuenias apud Liuium *libro 9.* vbi scribit C. *Flauium Scribam primus tribunatum*

gessisse, inde duos Triumuiratus, vnum nocturnum, alterum coloniæ deducendæ. Præerant illi incendiis arcendis, & quia excubias agebant, etiam *Nocturni* sunt dicti. Meminit eorum Tacitus *Annalium* 5. cum scribit *a Tribuno plebis die dicta eos damnatos, quod ad incendium ortum in via sacra tardius accessissent.* Legimus & apud Liuium *Triumuiros reficiendis sacris destinatos, qui Tributis Comitiis creari solebant.* Lex Manlia, cuius alias facta est mentio, de Triumuiris Epulonum tulit, vt propter sacrificiorum multitudinem Tresuiri Epulones crearentur, vtque esset eisdem ius togæ prætextæ, sicut Pontifici. Meminit eius Cicero *3. de Oratore, & Liuius libro 33.*

Trochæus pes dictus videtur Isidoro, quod celerem faciat conuersionem cātilenæ, & quasi rota, quæ τρόχος est Græcis, celeriter currat in metro. Constat enim ex syllaba longa & breui. Sed alij dictum volunt, διὰ τὸ τοὺς περιτρέχοντας τοὺς βωμοὺς τούτῳ μέτρῳ ᾄδειν, quod canant eiusmodi metro, qui circumcurrūt aras. Vnde τροχαῖον τὸ συμβοᾷν Suidæ est τραχὺ ἢ περιτρέχον. Quare & Aristoteles recte eum Cordaci aptiorem tradit *Rhetoricorum 3.* quod aperte tetrametra declarant, in quibus numerus incitatus est & lubricus. Plura de eo Quintilianus *lib. 9. cap. 4.*

Trochiscus, medicamentum planum in rotulæ aut orbiculi pastillique formam redactum, seminique lupini persimile deriuationem habet ἀπὸ τοῦ τρόχου rota, cuius refert *figuram.* Alio nomine κυκλίσκος audit καὶ ἀρτίσκος. Tales ex *absynthio, myrrha, spodio, succino, Lemnia terra, & caphura* hodie in officinis vsitati.

Trochus τροχὸς, παρὰ τὸ τρέχειν, ὡς παρὰ τὸ δραμεῖν δρόμος. Instrumentum est, *vt scribit Acron*, quod pueri ludentes agitare & circumrotare solent. Martialis: *Inducenda rota est, das nobis vtile munus: Iste trochus pueris, at mihi cantus erit.* Horatius *trochum Græcum* nominat: Forte quia Græca vox est, aut quia pueri in Græcia trocho se exercere solebant. Sed enim rotam propriè significat Græcis. Notum quippe prouerbium, πολλοὶ κινήσουσι ἔτι τροχὸν ἅρματος ἵπποι, tum quod Pindarus Ixionis rotam τετράκνημον fuisse prodiderit. Plautus idcirco: *Versor in amoris rota.* Sunt interim, qui τροχὸν Græcum fuisse existimant βέμβικα, quo probent lusorium instrumentum Græcorum puerorum nostrum fuisse trochum. Atqui βέμβιξ est *turbo.* Dixerim ergo Græcos lusisse *rota*, ac *turbine* Romanos, translato tamen ad se iure vocabuli non solum, sed etiam significatione vsu mutata. Tibullus:

Namque agor vt per plana citus sola verbere turbo,
Quem celer assueta versat ab arte puer.

Et Virgil.

Ceu quondā torto volitans sub verbere turbo,
Quē pueri magno in gyro vacua atria circū
Intenti ludo exercent.

Persius *buxum* nominat, eo quod fieri soleret ex buxo, vt & Virgilius *volubile buxum.*

Troia decennali Græcorum bello nobilitata ob Helenæ raptum, regionis autem Asiæ minoris & idem secum ferentis nomen metropolis, *teste Seruio*, à Troe Erichthonij nepote deriuare creditur nomen, vnde & ipsis Troianis nomen. Nominat hanc Poëtarum princeps ἠνεμόεσσαν, διὰ τὸ ἐφ' ὕψους ἱδρῦσθαι *iuxta Eustathium.* Captam à Græcis & occupatam innuere videtur Virgilius *per amica silentia Lunæ*, id est, cum Luna in coitu est, tum enim silet *interprete Plinio.* Dicti quoque Troiani ludi ab Ascanio Troiano Æneæ filio, qui primus omnium eos in Italiam inuexit. Celebrabantur tum temporis turmatim à pueris minoribus & maioribus, quibus qui præerat, appellabatur *iuuentutis princeps.* Sueton. August. *Troiæ ludum edidit frequentissime, magnorum minorumque puerorum delectu, prisci decoriq;*

moris

moris existimans claræ stirpis indolem sic inclarescere. Idem Tiberio: *Præfedit Actiacis ludis & Troianis Circensibus ductor turmæ puerorum maiorum.* Dio li. 43. scribēs de Cæsaris ludis: *Etiam Troiam antiquo more patriciorum filij luserunt.* Tacitus lib. 11. *Sedente Claudio Circensibus ludis cum pueri nobiles equis ludicrum Troiæ inirent, interque eos Britannicus Imperatore genitus, & L. Domitius adoptione mox in imperium & cognomentum Neronis adscitus. Fauor plebis acrior in Domitium loco præsagij acceptus est.* Ludicrum hoc exercitium argumētum quidem strenuæ virtutis esse solet: At sæpe ingenti periculo non caret. Testis inter veteres. C. Nonius Asprenas lapsu debilitatus & aureo propterea torque ab Augusto donatus, *Suetonio teste*, inter recentiores casus Henrici Galliæ regis, quem exacte descripsit Ambrosius Paræus Chirurgorum princeps, & Cardanus *libro de Insomniis.* Quo tandem Hastiludia illa & torneamenta (ita nominant Barbari) Pontifex ob animarum pericula prohibuerit. Fastuosum huiusmodi belli simulacrum atque concursum refert Nicetas *libro 3.* exhibuisse Manuelem Comnenum Antiochiæ Latinis. Errat tamen, cum ludicri huius certaminis eum auctorem faciat. Virgilium sequi hic malim, qui ad filium Aeneæ refert Aeneid. 5. his verbis:

At pater Æneas nondum certamine misso
Custodem ad sese comitemque impubis Iuli
Epitiden vocat, & fidam sic fatur ad aurem:
Vade age, & Ascanio si iam puerile paratū
Agmē habet secū, cursusq; instruxit equorū,
Ducat auo turmas, & sese ostēdat in armis:
Sic ait: Ipse omnem longo discedere circo
Infusum populū, & cāpos iubet esse patētes.
Incedūt pueri, pariterque ante ora parentum
Frenatis lucent in equis, quos omnis euntes
Trinacriæ mirata fremit Troiaque iuuentus.
Omnibus in morē tonsa coma pressa corona:
Cornea bina ferunt præfixa hastilia ferro:
Pars leues humero pharetras: It pectore sūmo
Flexilis obtorti per collum circulus auri
Tres equitū turmæ numero, terniq; vagantur
Ductores pueri bisseni quemque secuti,
Agmine partito fulgent, paribusq. magistris.
Vna acies iuuenū, ducit quā paruus ouātem
Nomen aui referens Priamus.

Et paulo post, cum nomina auctorum recensuisset:

Postquā omnē læti consensū, oculosque suorū
Lustrauere in equis, signum clamore paratis,
Epitides longe dedit, insonuitque flagello.
Olli discurrere pares, atque agmina terni,
Diductis soluere choris, rursusque vocati
Conuertere vias, infestaque tela tulere,
Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus
Aduersis spatiis, alternosque orbibus orbes
Impediūt, pugnaq. ciēt simulacra sub armis.
Et nūc terga fuga nudāt, nūc spicula vertūt,
Infensi, facta pariter nunc pace feruntur.

Atque inde hunc morem ad Romanos venisse idem Poëta his versibus docet:

Hūc morē cursus atq; hæc certamina primus
Ascanius, longā muris cū cingeret Albam,
Retulit, & priscos docuit celebrare Latinos.
Quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes
Albani docuere suos, hinc maxima porro
Accepit Roma, & patrium seruauit honorē:
Troia nunc pueri Troianum dicitur agmen.

Tropæum τρόπαιον, deuictorum hostiū monumentum, quod statuere & erigere solebant Græci eo loco, in quo hostes in fugam verterant, suspensis ex eo hostium exuuiis, ἀπὸ τοῦ τρέπειν, id est, *vertendo* nomen inuenit, tenui, ex eorum sententia, qui trophæum scripserunt, in aspiratam conuersa. Estque τροπὴ *conuersio* vel *fuga* Hinc Nonius: *Spolia hostium stipitibus affixā tropęa vocantur*, id quod mutuatus est ex Varronis Bimargo, vbi fragmentum illud Ansonius Popma Frisius & diligens Varronis restaurator hoc modo: *Fuga hostium Græce vocatur τροπὴ. Hinc spolia capta fixa in stipitibus appellantur tropea.* Qua ratione Suidas τρόπαια reddit νικητήρια, Hesychius σύμβολα νίκης, id est, *signa victoriæ*, veterésque Martem simul & Iouem habebant τρόπαιον, qui & τροπαιοῦχος & σκυλοφόρος

ptoptetea audit, apud Latinos Fere trius, imo Iunonem *τροπαῖαν*. Celebrantur duo tropæa ex marmore erecta Romæ in lateritia mole inter duo templa Eusebij & Iuliani. Et Maro *Æneid. 11.* mox in principio.

Ingentem quercum decisis vndique ramis
Constituit tumulo, fulgentiaq; induit arma.
Mezenti ducis exuuias, tibi magne tropæum
Bellipotens: aptat rorantes sanguine cristas,
Telaque trunca viri, & bis sex thoraca petitũ
Perfossumque locis.

Lucius Florus scribit *libro 3. capit. 2.* Domitium Ænobarbum & Fabium Maximum illis, quibus dimicauerant, locis saxeas erexisse turres, & desuper exornata armis hostilibus tropæa fixisse, cum nunquam antea populus Romanus deuictis hostibus suam exprobasset victoriam. Vt illi quidē omniũ primi tropæa constituerint ex Flori sententia. Inualuit tandem mos & ab Italis Græcisq; etiam peruasit ad Christianos, cum hostium spolia sacris postibus & locis, tanquam ad numen referentes victoriam appenderent secuti in eo quoque Romanos, siquidem Liuium audimus, qui de æde Quirini, per Papyrij Consulis filium dicata, scribit libro 10. hoc modo: *Exornauit hostium spoliis, quorum tanta multitudo fuit, vt non templum modo forumque his ornaretur, sed sociis etiam coloniisque finitimis ad templorum locorumque publicorum ornatum diuideretur.*

Trophonius dictus Mercurius *ἀπὸ τοῦ τρέπειν, vertendo*, quod mercatorum sit *vertere se ad mores quarumcumque nationum, quas petunt.* Est & Iouis Trophonij dictum antrum, ex quo dæmon reddere solebat oracula. Versuum quorundam meminit Pausanias *in Messenicis libro 4.* Si tamen ritum consulendi Trophonium scire est animus, imo Trophonij Oraculi originem & antri descriptionem exactam, Peucerum vide *libro de diuinationum generibus, tractatu de Oraculis.*

Trossulus. Asscribam Scholiastę in Persium verba: *Trossuli auctoribus Plinio & Festo Pompeio, dicuntur equites Romani ex eo quod oppidum Thuscorum nomine Trossulum sine vllo adiumento cepissent.* Trossuli item dicuntur *delicati, obesi, succulenti, quorum Deus est venter, quasi torosuli à carne torosa.* Hinc Nonius: *Trossuli dicti sunt torosuli quasi habitiores à torosa pinguedine.* Addit idem ex Varronis Sequiulisse: *Nunc emunt trossuli nardo nitidi.*

Trulla. Genus vasis aut proculi vinarij, sicut apparet ex his verbis Ciceronis *accusat. 4.* Erat etiam vas vinarium ex vna gemma prægrandi, trulla excauata cum manubrio aureo, à *trua* quasi *truola* per diminutionem dici videtur.

Tuba. Varro de ea. *Tuba à tubis, quod etiamnum ita appellant tubicines sacrorum.* Deducit scilicet à *tubo* siue *canali*, quem referebat. Aere illa directo apud Europæos fingitur canali ad exitum latiore. Discriminat itaque à cornibus Ouidius, cum inquit: *Non tuba directi non æris cornua flexi.* Vtuntur ea nostri, vt & veteres, in bello. Imo olim quoque in sacris. Ait enim Festus: *Armilustrum, festum quo armati res diuinas faciebant, ac dum sacrificant, tubis canebant.* Varro: *Tubilustrum appellatum, quod eo die sacrorum tubæ lustrantur.* Suidas quoque: *σάλπιγξ, ἱερατικὸν τοῦτο ὄργανον. ἱερεῖς γὰρ ἐχρῶντο τῇ σάλπιγγι.* Imo populus Dei conuocari solebat tubis ad diuina & publica sacra. *Clangite*, inquit Ioel cap. 2. *tuba in Sion, inducite cœtum, id est, congregate populum.* Notus & festus dies tubarum annusque iubilæus nomen trahens à iubilo & clangore tubæ vel cornuum *Leu. 25.* Fuit & ille mos priscus, vt tubæ signo ludi omnes, etiam scenici, cōmitterentur. Plinius *li. 2. Epistolarum*: *Qui nunquam castra viderunt, nunquam tubarum sonum, nisi in spectaculis, audierunt.* Virgilius: *At tuba cōmissos medio canit aggere ludos.* Israeliticus populus conuocabatur ea quoq; ad cōsultandum de Republica, ita vt Senatus Principū populi coiret

coitet ad eius signum. Imo gladiatores ea deductos apparet ex iis Quintiliani verbis in gladiatore: *sonabant clangore ferali tubæ.* Notatus & eius vsus in Nobilium funeribus, forte ad populū classico reuocandum. Quapropter maxime id seruatū in militibus colligi posse videtur ex Tertulliani libro *de militis corona*, cum inquit: *Et mortuus tuba inquietabitur æneatoris.* Eustathius notat nouisse quidem Homerum tubam, at Heroibus non tribuisse, quia nondum tempore belli Troiani Græcis erat in vsu. Idem sex eius genera facit. Primam dicit inuentam à *Minerua*, quę propterea *Argiuis* est dicta σάλπιγξ ἀθηνᾶ: Alteram ab *Ægyptiis* vel potius apud Ægyptios dictam χνούηρ, quam repererit *Osyris*: Tertiam *Gallicam* eandemq; conflatilem haud nimis magnam, quæ os deformatum in bestias & plumbeū canalem habeat: Quartam *Paphlagonicam*, cuius os referebat effigiem bouis, & sursū inflabatur graui mugitu: Quintam *Medicam* è calamo tubum habentem, graui sono: Sextam *Tyrrhenicam*, cuius inuentores Tyrrheni, quæ similis erat Phrygiæ tibiæ, orificium habens scissum aut fractum. Volunt eam esse hanc nostrā aut Romanā. Vnde Maro: *Ruere omnia visa repente, Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera clamor.* Athenæus disertis verbis affirmat τὰ κέρατα καὶ σάλπιγγας εἶναι τῶν τυῤῥηνῶν εὕρημα. Hinc τυῤῥηνικῆς σάλπιγγος ἠχὴν dixit Euripides. Et Sophocles in Aiace mentionem facit χαλκοστόμου κώδωνος ὡς τυρσηνικῆς. Quāquam Hyginus ineptè Tyrrhenum quendam Herculis filium inuentorem faciat de more eorum, qui omnium rerum inuentionem ad Deos aut Deorum filios referunt. Poëtæ per caua æra designant tubas. Quo refero locum Virgilij, cum inquit: *Specula Misenus ab alta Ære cauo insonuit.* Vt rectè de eo ipso canat Propertius: *Qua iacet & Troia tubicen Misenus arena.* Perflexum vero æs cornu intelligunt, quo vtebantur in prælijs maiores. Quod autem ex ęre constiterit, docet Maro hoc versu: *Æreaque assensu conspirant cornua rauco.* Quo pertinet, quod Vegetius *de re militari libro secundo*, nominat *tubicines, cornicines, & buccinatores, qui tuba vel æreo cornu, vel buccina prælium committere solent.* Etsi Varro scribat cornua dicta, quod ea, quę nunc fiunt ex ære, tunc fierent ex bubulo cornu. De antiquissimis scilicet temporibus loquitur. Vt mihi obstet, quo minus apud maiores tandē ex ęre sint facta. Præstabit tamen per ęs flexum *buccinam* intelligere, quæ vigilias ostendebant. Scribit quippe Vegetius libro tertio, *tubam appellari, quæ sit directa: Buccinam, quæ in semetipsam æreo circulo flectitur: Cornu quod ex vris agrestibus argento nexum, temperato arte & ... canentes flatu emittit auditum.* A tuba vero *tubicinibus* nomen, & a cornu *cornicinibus*, à buccina *buccinatoribus*, quos Suetonius sæpe *Aeneatores* vocat, dico *Aeneatores* ab ipsius instrumenti, quo canebant, materia, id est, *buccina ærea.* Quanquam alias etiam tubam æneatoribus tribuat. Ait enim: *Interque eos æneatores, rapta ab vno tuba prosiluit ad flumen, & ingenti spiritu classicum pertendit ad alteram ripam.* Glossarium vetus nominat σαλπιγκτὰς. Testatur & Ammianus *æneatores signum dedisse suo occentu ad pugnam*, vt Lipsius notat de militia Romana *lib.4.* sicut alia quędam huc coniecta, ne quis nos plagij accuset.

* *Tubalcainus*, ex Caini posteris ærariæ, & ferrariæ artis inuctor, vt Moses narrat, Genes.4 22. Hic postea ab Ethnicis, contractiore vocabulo ex vetere illa traditione, dictus est *Vulcanus*; éstque ab iis faber & fabrorum, artisq; totius fabrilis autor & parēs appellatus. Huius vxor *Noema*, id est, venusta vnde *Venus*, vt D. Augustin⁹ refert lib. 15. de Ciuit. Dei, cap.20. Iosephus, Antiq. lib. 1. ca. 4. *Tubalcain, qui Lamecho ex altera vxore natus est, cunctos fortitudine excelluit.* Philo Iudæus *Tubal* & Tobal interpreta-

tur *Conersus, seu aptus ad omnia.* Alij verò, quasi *orbis possessione dignus*, sic nempe cæteris mortalibus admirabile fuit istius artis inuentum, quod tamen Aristoteles lib. 1. Politic. inter sordidissimas artes recenset. Fortasse verò, quia cædis & homicidij, quod primus Cainus perpetrarat, Tubal primus fuit instrumẽtorum æris & ferri repertor, inter Caini posteros proaui cognomen obtinuit κατ' ἐξοχὴν, quasi vir inter cęteros egregius, & stirpis auitæ dignus successor. Vide Vulcanus.

Tuditanus. Tudites, inquit, *S. Pompeius, mallei à tundendo dicti*: Vnde & cuidam cognomen Tuditano fuit, quod caput malleo simile habuerit. Valeri⁹ de quodam Tuditano: *Quam certa, quam etiam nota insania Tuditanus, vtpote qui populo nummos sparserit, togamque velut tragicam vestem in foro trahens maximo cum risu conspectus fuerit.*

Tugurium rustica casa à tegendo nomen accepit, quasi dixeris *tegurium*, à qua origine & tectum ipsum aduersus cœli iniuriam nos protegens arcessunt.

Tuitium, municipium è regione Coloniæ Agrippinæ trans Rhenum existimant nõnulli nomen traxisse à Tuiscone Germanicę gentis conditore, qui ibi sedem suam habuerit. Non minoris hic facio Adriani Iunij eximij viri coniecturam, qui, cum pagis hic nominetur *Tuytsch*, seruare eum existimat vestigium etymi deriuati ab Vbiis, id est, Coloniensibus. Quasi olim sit dictum *Tevuisch* & contracte *Tubisch* atque inde *Tuysch*.

Tullianum, de quo illud, est locus in carcere, quod *Tullianum* appellatur, à Seruio Tullio ædificatore deriuare suã appellationem videtur, quantum colligi potest ex Festo.

Tumba, τύμβος, quod nomen quia Grecis concauum locum significat, ἀπὸ τοῦ τύφεσθαι, id est, *comburendo* nomen deducit. Vnde accipi pro sepulcro solet, quo corpora combusta recondun-tur. Suidas ταῦτα λήψεις. ὡς ἀπὸ τύμβου στεφάν. Quid multis? Falluntur, qui Græcam non agnoscentes originem à tumendo deriuant.

Tumultus. Nominis huius etymon prodidit Cicero *Philippica 8.* his verbis: *Potest enim esse bellum sine tumultu, tumultus esse sine bello nõ potest.* Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? Vnde etiam nomen ductum est tumultus. Itaque maiores nostri *tumultum Italicum*, qui erat domesticus, *tumultum Gallicum*, qui erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabãt. Socij Antonij dicebant tumultum mitius esse nomen, quam bellum. Sed Cicero repugnabat docens *plus esse tumultum, quam bellum*: Vt si quis dicat *hominem*, dicit etiam *animal*, ita qui dicit *tumultum*, dicit quoque bellum, quod sub eo continetur quasi species sub genere. Hinc *tumultuarij milites*, qui sunt lecti ob subitum timorem aut aliquod imminens periculum.

Tumulus à tumore & mole terræ, quã aggerebant, nomen accepit. Virgilius libro 7. *Aggere cõposito tumuli*, id quod aliis est exaggerate seu alti⁹ educere. Lucianus: καὶ τάφον ἐχωσάμην ἐν ἀμύκλαις. Est & tumulus editior pars terrę se erigentis in collem à planitie, nomen suũ etiam à tumore deducens. Alludere videtur Lucanus, cum libro 8. ita loquitur de Parthis: *Sed non vbi terra tumebit, Aspera conspirgent montis iuga.*

Tundo à sonitu, quem edunt tundentes, deductum vocabulum.

Tunica dicta, quod tueatur corpus, vt sentit Varro. Apud Romanos supponi ea solebat togæ, eamq; maxime attingebat breuior tamen existens. Ac primum quidem sine manicis erat, inde verò manicata & cinctura constricta crescente videlicet ignauia & luxu. Quapropter Romulus Troianis hostibus *Aeneid. 9.* ignauiam & effœminationem obiiciens.

Vrbis,

Vobis,inquit,picta croco & fulgenti muri-
ce vestis
Desidiæ cordi, iuuat indulgere choreis,
Et tunicæ manicas, & habent redimicula
mitræ.

Vbi Seruius explicans versum extremum: *Tunicæ,* inquit, *vestræ habent manicas*, quod etiam Varro vituperat dicẽs: *Manicatis & talaribus tunicis*: Nam colobiis vtebantur antiqui. Quippe illis flagitium erat. Græcis vocant [illegible], item ἐσθῆτα χειριδωτὴν, & [illegible]. Lampridius: [illegible] *vsum suum reuocauit*. Quintilianus libro 2. modum tunicis præscribens: *Cui lati claui,inquit, ius non erit, ita cingatur, vt tunicæ prioribus oris infra genua paululum, posterioribus ad medios poplites vsque perueniant. Nam infra mulierum est, supra centurionum.* Quæ vero demittebantur ad talos,semper probo sunt datæ. Quæ tamen vltra brachia vsque in primores manus ac prope in digitos porrigebantur, proprie eas χειριδωτοὺς appellatas vocabulo Græco haud premendum silentio duxi. Porro noto viros Romanos primo sine tunicis sola toga fuisse amictos,inde autem substrictas & breues citra humerum delipemes habuisse, quod genus Græce dicunt ἐξωμίδας, *teste Gellio*, & tali vsum Catonem Maiorem, cũ rusticaretur, auctor Plutarchus his verbis: ἐπανελθὼν δὲ εἰς τὸ χωρίον, ἂν μὲν ᾖ χειμών, ἐξωμίδα λαβὼν, θέρους δὲ γυμνὸς ἐργασάμενος μετὰ τῶν οἰκετῶν. Tunicati quoque se exercebãt Romani, vt non obscure indicat Cicero pro M. Cœlio, in campestribus ludis. Solebãt enim veteres inhibere pueris,cum se exercerent ludendo, ne vestes exsuerent, vtpote ne detectis virilibus pudicitiam læderent. Quin infimos & abiectissimos ex populo fuisse tunicatos intelligere videor ex eo Horatij: *Vilia vendentem tunicato scruta popello.* Nulla enim de dignioribus controuersia, cum constet Senatores & Equites tunicam induisse clauatam, id est, clauis purpureis, qui erant velut flores panno intexti, distinctam, quam plebecula rectam & sine clauis habebat. Album fuisse colorem tunicarum liberorum hominum, constat ex Aureliano Vopisci. Mulieres autem vtebantur tunicis ad crura diffusis,quo ea tuerentur à spectantium oculis. At in illis carni erat *proxima* & *Ima* dicta, quæ apud nos(ni fallor)est linea. Ouidius Amorum 1. Elegia 5.

Deripui tunicã, nec multum rara nocebat,
Pugnabat tunica se tamen illa tegi.

Denique vtebantur veteres & tunica media, cuiusmodi rubea quæ nunc est in vsu, tempore brumali. Hæc nobis sufficient. Plura Baysius *de re vestiaria libro.*

Turbith quorundam sententia nil nisi thapsiæ genus, cuius vis infrænanda mastiche,aut aniso,aut myristica nuce, videtur Montano perito Medico *libro de vterinis affectibus*, à turbando dici, eo quod turbet, non euacuet humores. Etsi à ventriculo, thorace & neruis trahere dicatur putrem lentamque pituitam copiose,nõ tarde, *sicut vult Mesue*, cuius alioqui turbith necesse est esse diuersum ab eo, quod vsitatum est officinis infrænantibus indigẽs, cum exhibetur, qualia sunt, quæ roborant ventriculum, & odorata, vtpote mastiche, anisi semẽ, nux moschata, & id genus alia. Hodie cum in finem *zynziber* permiscent certo tamen errore, cum id vim eius non frangat, verum intendat.

Turbo flatus aut ventus repentinus ex depressa nubis specie erumpẽs, proxime terram aut mare, vbi rotatur in gyros, proxima quæque sternens & rapta secum verrens, sursumque ferens, an nomen fert inde, quod turbet vel deturbet, & demoliatur obiecta? Typhonem vocant Græci ἀπὸ τοῦ τύφειν, quod nobis est *ardere seu flammas eiicere*. Vehementi enim impulsione incenditur instar ardentis rotæ agitatæ in gyrum. Plinius *verticem* vocat. Caussa

eius est exhalatio sicca sublata solis calore, qui est caussa efficiens. Contigit talis flatus Anno 1550. Augusti 5. prope Laubinam.

Turca, Caucasiæ furiæ ac lemures, soboles Gog & Magog, populus, *inquã*, qui nostra potissimum ignauia creuit, ab exiguis initiis emerges, suntne quos Plinius Turcos appellat *lib. 5. c. 7.* Herodotus in Melpomene ἰύρκας? an quos Strabo Curtios? An denique à Teucris deducendum nomen? Ad me quod attinet, haud alienus dixerim Herodoti ἰύρκας, vel (*vt alij*) ὔρκας à nomine Turcarum: Maxime cum inter feras illas septentrionales gentes hos quoque ponat, *vt & alij auctores*. Etenim Plinius & Mela remouent eos ad Caucasi septẽtrionale latus, qui velut in brachia diuisus continuis montium iugis & vallium interruptarum angustiis complectitur Iberiam, Colchidem, Albaniam, Chalybes, extensus vsque ad Pontum Euxinum & Mæotidem paludem ad occidentem, versus mare Caspium ad orientem: Vbi vero dehiscens, se aperit populis, diductis vallium hiatibus, sortitur portarum nomen, quæ alibi *Armeniæ*, alibi *Sarmaticæ* & *Caspiæ* dicuntur, vt etiam Melanchthon notat. Quo accedit, quod eruditorum iudicio Gog & Magog sint Scythę, hoc est, Istri, Borysthenis, Bosporі, Cimmerij, Mæotidis paludis, Tanais, Caucasi, Caspij maris, ac montis accolæ versus septentrionem, inter quos Turcas ponunt. Quo recte in quadam epistola Scylacem historicũ citat Gaza, qui Turcas eas Caucasi partes habere asseruit, quæ ad Septentrionem vergunt. Probat & Chalcondylas coniecturis & argumẽtis quibusdam Tartarorum eos esse progeniẽ, quod idem sit victus, eadem vita, & vtrique νόμαδες sint, id est, *Pastores*, qui caussa pastuorum agminatim cum familiis pecoribusque vagentur. Tales enim fuisse Turcas, est manifestũ. Quinimo Turcarum nomen hominem denotat agrestem & durum, qui vitam agat vagam incertamque, *sicut solent Nomades*, quales iam multi ex Tartaris, & iis, quos *Moscouitas* appellant Ioannes quoque Egnatius ad Caspium mare & Caucasum eos relegat, qua parte vergit in arctum. Sed oriundos vult ab Hunnis potentissima gente Cedreni forte vestigiis insistens, qui ab eadem eos gente deducit, & eiusdem montis accolas facit. Funccius rursus trahit originem à Magog filio Iaphet Tauri vel Caucasi montis in Asia minore aut Mæotidis paludis accola, à quo Tartari oriundi, vt ab his Turcæ, qui suis illis caulibus in Armeniam, Mediam & Persidem effusi Europam tandem ac Asiam longe lateque vastarunt latrocinantes initio magis, quam bellum gerentes. Processerant illis primum obuiam Sarraceni, qui tum rerum potiebantur in Syria, Aegypto, Iudæa, sed retundere eorum impetũ nequiuerunt. quin fide Mahometi ab ipsis recepta passi sunt secum in Perside regnare. Vt nescias vtra gens maiorem fecerit iacturam. Ex Scythia ergo & Magog omnes fere Turcas deducut. Quo minime mirum sit Scythiam olim Magogam dictam, *teste Iosepho*. Septem ab initio fuisse Turcarum duces prodit Chalcõdylas, qui communi consensu bellum gerentes diuidebant inter se, quamcunque sibi regionem subiecissent, postea vero sorti committebant. Atque ita Caramano obtigit Phrygia mediterranea adusque Ciliciam & Philadelphiã, Sarchani maritima Ioniæ regio, qua patet vsque ad Smyrnam: Calami & filio eius Carasi Lydia ad Mysiam vsq;; Oromanno Bithynia cum regionibus, quæ respiciunt Olympum; filiis Amuræ Paphlagonia cum regionibus, quæ vergunt ad mare Euxinum. Ortis tandẽ inter hos duces bellis intestinis peruenit rerum summa ad Ottománum Orthogalis filium ex familia Ogaziorum, quem qui subsecuti sunt, Imperatores sunt

sunt dicti, sæpe creati acclamatione militum de more Romanorum. Immensus hic se cāpus offerret, si de militia ipsorum differere vellem. Forem & nimius, si de falsa illorum religione singula percurrerem. Id dico, professionem religionémque ipsorum omnem his verbis niti: *Hillay haha hillalach Mehemeth erezullach*, id est, *Deus est vnus & Mahomethes est Propheta eius maior*. Ad mores domesticos quod attinet, sciendū quotidie eos in aurora tympanis & fistulis canere exsultantes de futura victoria, habere sua gymnasia, in quibus docentur leges olim à regibus latæ, homicidas capitali plectere supplicio adulteros obruere lapidibus, fures prima vice deprehensos flagellare, sicut & altera vice, ac tertia manu truncare, quarta pede. Vxores illis ducere licet quatuor easque legitimas, & matribus sororibusq; exceptis quascumq; nulla habita sanguinis ratione: At illegitimas quotcumque visum fuerit, modo victum suppeditare queant. Duos tamen aut plures coniuges in vna domo aut ciuitate habere non licet. Viris libertas est etiam tertio eas repudiandi. Fœminis illicitum est vendere aliquid aut emere aut in forum prodire. Magnates eunuchos habent earum custodiæ destinatos, donec absunt. Nec vinum bibūt, nec comedunt porcinam. Antequam cibum sumunt, præmittunt preces & lotionem, *sicut testatur Bartholomaeus Georgeuix*. Celebris eorum lotio, quæ dicitur *Abdar* (*Aptam* vocant alij) quinque sensibus pernecessaria, cum manus & brachia ad cubitos vsque abluunt, dehinc os, nares, & totam faciem vsque ad aures. Infantibus suis nomina indunt die natali. Et quoniam iudaizant in multis, reseruarunt sibi circumcisionem, quam vocant *Tsunneh*, eamque magna conuiuiorum celebritate peragunt, non tamen octauo die iuxta ritum Iudæorū à Deo præscriptū, sed anno sexto aut septimo propter cōfessionis verba, quę ante circūcisionē à circūcidēdis erecto pollice requirūtur. Vtūtur & aqua lustrali, cui maximā vim tribuūt. Luctus eorū in funeribus tertio plerūq; die finitur, nōnūquā octauo, vocatis ad epulas amicis Superstites autē vxores sororesq; ac reliquę eiusdemo di mulieres frequētius adeūtes sepulcrū deflēt suam sortem nostrarium luctum imitantes, *teste Gyraldo libro de sepulcris*.

Turma. Quidam in hac voce ὀνοματοποιΐαν agnoscunt à strepitu equorum terram pulsantium, aliis deriuantibus à Græco τόρμη vel τέρμος, vtroque modiolum rotæ, in quem axis inseri solet significante. Ad illud etymon (scio improbatum nonnullis) accedit Grammaticus Festus, cuius verba adscribo. *Turmam equitum dictam esse ait Curiatius, quasi terimam, quod terdeni equites ex tribus tribubus* Titiensium, *Ramnium, Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum decuriones dicti, qui ex eo in singulis turmis sunt decem, nunc terni.*

Tusculanum Ciceronis prædium, in quo scripsit Tusculanas quæstiones, situm fuit in territorio Tusculano eo loco, vbi hodie iuxta Leandrum est monasterium *S. Maria de grotta ferrata*, vel *vt Fabricius ait*, vbi *Frascata* visitur.

Tutela. Etymon huius nominis docet nos Seru. l. 1. ff. de tutel. cum ita eam definit: Tutela est vis ac potestas in capite libero ad tuendum eum qui se per ætatem defendere nequit, iure ciuili data ac permissa. Itaque à tuendo dicta tutela, sicut & tutor. Quod autem Accursius (vt id obiter moneam) in hac definitione, *Vis ac potestas*, tantundem velit esse, atque potestas violenta, etiamsi nonnullis probetur, mihi tamen probari non potest, quod eiusmodi interpretatio mere sit violenta: Equidem vis apud auctores etiam pro facultate & possibilitate solet vsurpari. Vt apud Poëtam: Non ea vis animo, nec tanta superbia victis. Et Flaccus: Quem penes arbitrium est, & vis & norma loquendi.

Sed ea facultas intelligitur, quam quis habet ex ingenuitate, vt ipsi munus tutelæ subire concedatur: per potestatem autem accipitur legibus data facultas ad tuẽdum eum, qui per ætatem se tueri non potest. Estque ea potestas non Dominica, non patria, sed tantum imago & quædam adumbratio patriæ potestatis ad tuendos pupillos introducta. Triplex ea proditur in legibus, Testamentaria, quam parentes liberis in potestate constitutis & impuberibus testamento constituunt, dato tutore, patref. vel filiofa. imo etiam seruo, & suo quidem pure, alieno non nisi sub manumissionis conditione: Legitima per quam deficiente testamentario tutore proximus agnatus lege vocari solet ad impuberis tutelam: Et Datiua, quæ competit Magistratui, qui date potest tutorẽ legis, SC. aut principis permissu. Dat autem Magistratus tutorem, cum petitur: Petunt aut necessario, aut arbitrarie, & quidem dat subiectum suę Iurisdictioni Hæc de tutela.

Tyberis vel *Tybris* fluuius Thuscię Romam præterlabens, apud Stephanum τίβεϱις, nomen quibusdam accepit à Tybri Thuscorum rege ibi occiso, Terentio Varroni à Dehebri Veientum regulo. Sunt alij, qui *Tirybrim* appellatum asserũt, quasi τὴν ὕβϱιν, id est, *iniuriam*, non à regis nomine. Alij *Siculos* aiunt *huc profectos, amnique nomen à Syracusana fossa, quam Africani cum Atheniensibus fecerant in oppidanorum contumeliam, indidisse*. Meliores recentissimũ nomen hoc deducunt à Tiberino Sylnio Albanorum rege, qui anno ante Romam ducentesimo sexagesimo tertio in traiectu eius submersus fuit, *sicut refert Eusebius, Ouidium secutus*, qui 14. *Metamorph.* canit: *Ante fuit regnum Tiberinus ab illis Cœpit, & in Tusci demersus fluminis vndas Nomina fecit aquæ*. Seruius tradit in Vergilium *in sacris eum nuncupatum Setram*. Annius Viterbiensis auctor est, eum quoq; *Volthurrenum* & per syncopen *Volthurnum* dictum Idem *Albulam* appellatum affirmat à Liuio, Silio, Virgilio. Caussam nominis in diuersa auctores trahunt. Annius apud Catonẽ ab Alba Iani deductũ credit, motus his versibus Ouidij Fastor. 6.

Sic fatus Spinam, qua tristes pellere posset,
A foribus noxas (hæc erat Alba) dedit.

Addit Berosi auctoritatem, qui Ianum filiam suam Cranam Aborigenum reginam creauisse, sceptrumque illi cum Alba tradidisse scribit. *Alba* autem Iani fascis erat virgarum cum securi, flagello, sceptroque regio, quem Latini *fascẽ Imperij* vocabant, Aramæi *Albam*. Et quoniam fascibus vtentem Ianum his in locis habitasse contigit, propterea censet amnem hunc *Albam* vel *Albulã* dictum reprobatque eorum sententias, qui ab albis aquis nominatum putarũt, cum illæ albæ non sint, sed potius flauę, *teste Virgilio*, cum inquit: *Et multa flauus arena*. Quin Horatius: *Vidimus flauum Tyberim retortis Littore Hetrusco violenter vndis, Ire deiectum monimenta regis Templaque Vestæ*. Ouid. Metamorph. 9. *In mare cum fidua prorumpit Tybris arena*. Attamen sentẽtiæ huic opponit se Leãder Antonij Flaminij nixus auctoritate, qui *Albulæ* nomen ab albis fluuij aquis desumtum voluit, vt *legere licet in eius Tuscia*. Nomen autem illud esse antiquius nomine Tybris, indicat Virgilius Aeneid. 8. his versibus.

Tũ reges asperque immani corpore Tybris
A quo post Itali fluuiũ cognomine Tybrim
Diximus amisit verum vetus Albula nomẽ.

Tandẽ hic bis auctus dirimit Latiũ ab Hetrutia & decimo quinto ab vrbe lapide duobus ostiis deuoluitur in mare.

Tygris fluuius Persiæ à Tygri, id est, Sagitta dictus putatur propter velocitatem. Vnde *rapidum* appellat Lucanus. Quia vero idem repente magno terræ hiatu absorbetur, & inde emensus aliquot spatia iterum apparet, ait idem:

At Tygrim subito tellus absorbet hiatu,
Occultosque terit cursus, rursusque renatum

Fonte

Fote nono Flumen pelagi non abnegat vndis. In Armenia hic ortus limpido fonte non interſerat Taurũ, ſicut Euphrates, ſed ſubter lapſus eo latere, vbi Aſſyria ſe explicat, emergit.

Tympanites hydropis genus omnino periculoſum, in quo ſuperuacuus flatus plurimus in ventre colligitur admodũ diſtento, qui propterea concuſſus tympani ſonitum edit, vnde etymon ſuum arceſſat, facile intelligit quiuis.

Tympanum, inſtrumentum bellicum, vna parte membrana clauſum, intus vacuum, quo vti ſolebant in ſacrificiis matris Deûm ἀπὸ τοῦ τύπτειν, quod eſt *verberare* aut *pulſare*, nomen accepit. Nomen hoc apud Plinium quandoque accipitur pro vaſis eſcariis, apud Virgilium pro tectis vehiculorum, apud Vitruuium pro *machina tractoria*, quæ alio nomine eſt *rota*. Atque hinc verbum *tympanizare* & *tympaniſta*.

Typhon flatus vorticoſus mira velocitate nubibus erumpens, ſed ſine igni, cum nomen ſit Græcum, à verberando, quod eſt τύπτειν, appellationem habet. Olympiodorus in Meteora Ariſtotelis: *Ἀριστοτέλης δὲ τύφωνα λέγει οἷον τυπῶνα διὰ τὸ τύπτειν σφοδρῶς κ᾽ ῥηγνῦναι στερεὰ σώματα.*

Typographia nouum inuentum, vtpote cuius primum exemplum editum Moguntiæ ex communi ſententia anno 1488 à Petro Gernshemio puero Ioannis Fuſtei, vt conſtat ex Ciceronis officiis typis æneis ibi primum excuſis, nomen traxit ἀπὸ τοῦ τύπου forma (in ſtylis enim chalybeis exarati characteres notæque inuerſæ prominent) & γράφω ſcribo. Ex his ſtylis rurſus imprimuntur figuræ & cælantur in ære, aut orichalco, inde in has formas fuſa liquatáque materia conijcitur, atque hinc exeunt literarum typi characteribus ſtylorum ſimillimi, qui oblinuntur fuliginis atramento, illiſq; madida charta imponitur laqueato tympano concluſa, cui puluinatum munimentum ſuperponitur præloq; ſubiicitur. Sítne audiendus Iunius, qui artis huius inuẽtionem in ſua Batauia ſuis Hetlemanis aſſerere nititur, literatis perpendendum relinquo, certè Iouium non ferendum cenſeo, cum eam antiquitati aſſerere molitur.

Tyrannus. Vide ſequentem paginam, & huc transferto.

Tyrus. Phœnicæ vrbs celeberrima ob nauigationes & purpuræ tincturam, & propemodum inexpugnabilis olim, *vt expertus fuit Magnus Alexander, Hebrais* צר id eſt, petra, & vulgari hodie vocabulo *Sur*, auctoribus Poſtello & Nigro, vel porta de *Sur*, à Græcis dicitur τυρὸς, nempe ἀπὸ τοῦ τυροῦν, id eſt, *cogendo ſiue coagulando.* Ex lacte enim coagulato conficitur caſeus. Patria hæc fuit Vlpiani Iuriſconſulti, *vt meminit l. 1. ff. de Cenſibus.* Item Porphyrij Philoſophi, acerrimi Chriſtianorum hoſtis, & Maximi Platonici. Epiſcopus eius fuit Methodius. Propter fidelitatem impetrauit hæc vrbs ab Imperatore Seuero priuilegiũ libertatis inſtar ciuitatũ Italiæ.

Tyrannus violentus præter morem & leges Imperator, quem ſtrictus tuetur enſis, ius in manibus & armis tenẽs, omnium linguas & manus obſeruans, virtutes ac bonos odio proſequẽs, malos euehens, arteſque bonas omnes in exſilium agẽs, ad omnem ſuſpicionem pauidus, tutus nuſquam, homo breuis æui & regni, lutum ſanguine maceratũ, imo belua immanis & regi (iuſtitiæ id nomen Platoni) contrarius, an *(vt quibuſdam placet)* à Tyrrhenis, qui latrociniis inſignes fuerunt, appellationem habet, an à Græcis, qui quemlibet dominantem in libera ciuitate τύραννον appellant, non regem? Trogus Põpeius eſt auctor, reges olim, quos ad tantum faſtigium non ambitio popularis, non vis, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouexerat, æquo iure omnia adminiſtrauerant dictos fuiſſe *tyrannos.* Poſtea vero, cum vrbes & regna oppreſſa vi

magis gubernarentur, quam legibus, verti cœpisse nomen tyrãni,cum quippe significans qui contra fas & leges in immeritos sæuiret. Vt plusquam vere dixerit Euripides; *Qui ad tyrannum se confert, etsi liber est, is seruus illius*. Splẽdidam illam & honestam nominis significationem agnoscas quoque in eo Virgilij Æneid. 7. *Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni*. Et Lucanus: *Felices Arabes, Medique Eoaque tellus. Quam sub perpetuis tenuerunt fata tyrannis*. Infamis tyrannis legitur Thracia. Fertur enim talis Lycurgus, quem atrum vocat Maro. Fertur etiã talis *Polymnestor*, qui innotuit cæde Polydori, & *Diamedes*, quẽ Bistonium tyrannum nominat Lucanus. Noti & Siciliæ tyranni, inter quos Dionysius iunior exturbatus regno & propter inopiam Corinthi ludimagistrum agens, sicut Plutarchus tradit libello, cui titulus περὶ τῆς ἀδολεσχίας. Ob hanc vero notam eius peculiarem, quod subditos vexet, sitque molestus iis, sunt qui etiam nomen eius deflectant, παρὰ τὸ τύραν τοὺς λαοὺς καὶ ἀνίας ὑποφέρειν à vexando populo & molestia inferenda, ἀπὸ τοῦ τυρεύειν ἤγουν ταράττειν ἢ μηχανᾶσθαι à cõturbando, & fraude struenda. Quæ autem à Grammaticis adferuntur etyma de Tyri & Tyrrhenorũ sæuitia, minus probãtur eruditis.

Tyrrheni alio nomine Thusci, Liguribus finitimi populi, in Italia, quos etiã πελαργοὺς dictos scribit Halicarnasseus ex Myrsilo *li. 1.* tũ & Strabo *li. 5.* & Lydos Herodotus *in Clio*, dubium à Tyrrhenone Atys, an ab Herculis & Omphales filio, an (*vt alij*) à Telephi filio nominis auspicium trahant. Cum hic in eam terram deduxerit colonos. Dionysius arbitratur a Tyrsibus ædificiorũ genere, quibus peculiariter vsi sunt Thusci nominatos, Lydij historiam secutus. Arripiat, (licet) quilibet, quod sibi videbitur. Notandum interim *Latinos, Vmbros*, verisimile, *Ausones*, à Græcis vno nomine dictos *Tyrrhenos*, atq; adeo iuxta eorum sententiam Romam ipsam quondam nominatam Tyrrhenam.

V

Vacuna Dea credita, quæ vacantibus & otiosis præesset. Varro *rerum diuinarum*. 1. Victoriam sic dictam à Sabinis scribit, & ea maxime gaudere, qui sapientia vincunt. Porphyrio in Horatium *cultam eam à Sabinis & sub incerta specie formatam tradit*, vt alij *Mineruam*, alij *Dianam* putauerint, nonnulli etiam *Cererem*, sed Varro *Victoriam*. Sic ille.

Meminit eius Ouid. fastor. 6. his verbis:
Nũc quoq; cũ fierẽt, antiquæ sacra Vacunæ,
Ante Vacunales stantque sedentque focos.
Epulabantur enim splendide in Vacunalibus. Et Horatius: *Hæc ego dictabam post tempus putre Vacunę*, ad quem locum illa Porphyrionis adnotata habemus.

Vadimonium, quod pro ea sponsione accipitur, quæ datur in caussa criminali à vadibus, id est, sponsoribus nomen habet quos qui dederit in iudicio vadere, id est, decedere potest, quocumq; fuerit visum. Auctores Acron & Porphyrio in illud Horatij Serm. *1. ille datis vadibus, qui rure extractus in vrbem*. Apud Ciceronem pro Quintio, Plinium *Epistol. 8.* & Suetonium in Caligula *Vadimonium obire, & ad Vadimonium occurrere* legimus, hoc est, *adesse iudicio ad eum diem, quo quis se iudicio sistere debebat*, vel *sponsionem alterius sistendi fecerat*. Est siquidem vas, *vt ait Valla libr. 6.* qui est sponsor alterius in capitis periculo, siue idem supplicium subiturus, siue pecuniam soluturus. Eadem fere Ausonij sentẽtia in Monosyllabis, cum ait: *Quis subit in pœnam capitali supplicio? Vas.* Apud Apuleium 9. asini. vadimonio sistere legimus, apud Varronem *5. de ling. lat.* promittere vadimonium.

Vado, βαδίζω.

Vafer quasi *valde Afer*. Eodem pertinet notatio vocis *astutus*, παρὰ τὸ ἄστυ ab vrbe,

vrbe, quod qui vrbes incolunt, callidiores sint aliis.

Vahalis Batauorum fluuius, aut potius pars Rheni apud Tacitum & Cæsarem Adriano Iunio in sua Batauia dictus videtur, vel a Valio subruffo arenę colore, quo tingitur, vel à *vvalis, vt scribunt nonnulli*, quod Rhenus eo loco nomen mutet, id quod lingua nostra est *vvalen*. Tacitus quoque fluminis Nabaliæ meminit. *Sed Vahalis ibi quoque legendum censet Rhenanus, in cuius sententiā transire non vereor.*

Valeria lex anno ab V. C. 667. lata à L. Valerio Flacco 3. Consule cum L. Cornelio Cinna in Marij mortui locū suffecto, vt creditoribus quadrans solueretur, hoc est, vt terni numi pro centenis in anno penderentur, *teste Velleio Paterculo, lib. 2.* Eiusdē nominis lex lata à M. Valerio Coruo Dictatore, ne cui militum secessio, quam metu supplicij fecerant, cum de Capua, quæ ipsorum præsidio erat commissa, occupanda cōspirassent, & consilium eorum esset detectum, fraudi foret. Dudum ante has duas tulit aliam Valeriam P. Valerius Poblicola Cōsul solus, vtpote mortuo collega Bruto, vt publicæ pecuniæ reconderētur in æde Saturni, & duo crearentur Quæstores. Eamque alia secuta, qua constitutum fuit, vt præter duos vrbanos Quæstores duo alij, qui Consulibus præsto essent ad belli ministeria, crearentur, & quidem promiscue de plebe ac patribus, libero populi suffragio. Exstitit & alia eiusdem nominis ab eodem Valerio Publicolo lata, vt aduersus omnes Magistratus ad populum esset prouocatio: *Ne quis magistratus ciuem Romanum aduersus prouocationē verberare, aut necare, aut pecunia mulctare vellet.* Vt esset capitale, si quis iniussu populi magistratum adiisset, *teste Liuio libro secundo, Dionysio libro 4.* Valerio Maximo *libri quarti capite 1.* Eidem tribuitur Valeria tum temporis lata, cum vna consul esset cum M. Horatio Barbato, *ne quis vllum magistratum sine prouocatione crearet: qui creasset, eum iusque fasque esset occidi, neue ea cædes capitalis noxæ haberetur.* His Valeriam subiungo à M. Valerio Coruo V. Coss. cum Q. Apuleio Pansa latam, *ne quis qui prouocasset, virgis cæderetur securiue necaretur: si quis aduersus ea fecisset, improbe eum facturum.* Alterius generis est lex Valeria, quam tulit C. Valerius Tappo tribunus plebis, M. Valerio Messala, & C. Liuio Salinatore Coss. vt *Formianis, Fundanis, Arpinatibus*, latio esset suffragij. Antea enim sine suffragio habuerant ciuitatem, *teste Liuio lib. [illegible]*.

Valgi, Vari, Vatiæ, Vatinij & Scauri dicti videntur, *teste etiam Alex. ab Alexandr.* quod varias haberent suras, aut crura pedum intorta, vel quod nonnullis essent talis Imo Varus, qui *obtortos & inflexos* habent pedes, quasi *βαρὺς* appellatus Grammaticis quibusdā, quod tales incessu graues sint. Varro *de re rustica* præcipit esse debere pedibus rectis ac potius varis, quam variis, qui sunt contrarij varis.

Vallis, Planities duobus mōtium lateribus inclusa. Inde putatur Grammaticis dici, quod vallis quibusdam valletur vtrimque. A vallibus etiam *Vallonia* dicta, quod iis præsideret.

Vallum dictum Isidoro à vallis, vtpote fustibus, quibus munitur aut vallū, eosque iterum, quod figantur & euellātur, nominatos volunt. Eos quippe ferre secum solebant milites, & defigere in aggeris summa parte ad confirmandum aggerem & exstruendas loricas. Elegans eorum descriptio exstat apud Polybium *lib. 17.*

Valuæ, à voluendo, quod voluantur in cardinibus.

* *Valuæ*, ab אובל *Vbal*, iuxta quorundā, qui D. Hieronymi interpretationē sequuntur, sententiam. Illis enim *Vbal* est ianua. Gr. βαλβὶς, ἡ θύρα τοῦ ἱππικοῦ, valuæ equilis, repagulum, carceres. דלת *Deleth*, numero singulari, ianua, tabula

valuarum, qua vel clauduntur vel aperiūtur. Numero duali, quòd ianuę duas valuas habeant ſe mutuò excipientes, דלתים *Delathäim*. A figura literæ ד *daleth* ianua, porta, duabus valuis conſtās, nomen ſumpſiſſe tradunt Grammatici Hebræi. *Delathoth* etiam ſunt paginæ ſeu folia librorum, valuis ſimiles. Hinc δελτὸς tabula, epiſtola quæ folio veluti valua deſcribitur, & δελτάριον tabula. De valuis communis hæc latinorum ſententia, quod fores ſint partes geminas coeuntes in ſeſe habentes: ita dictę, quod introrſum reuoluantur & coeāt. Δικλίδες. Cicero lib. 1. de diuin. *In Herculis templo valuæ clauſæ repagulis, ſubitò ſe ipſæ aperuerunt.*

Vādali quos Crātzius vult eſſe *Bohemos, Polonos, Ruſſos & Dalmatas*, ꝙ eorū regiones complectatur Vuādalia. Melanchthon in Tacitum *Venedos, Fennos & Sclauos*, Althamerus in eundem, Vādali fluuij accolas, in ducatu Tiſchnenſi ortie Carpatho monte, qua in Iazyges & Marcomannos imminet, vnde & originationem nominis trahit Iſidorus, dicti videntur nōnullis à *Bandeln*, id eſt, *Peregrinando*, quales ambulones nomināt Latini. Multi ſunt tamen, qui *Venedos* affirmant à Vandalis lingua & moribus plane diuerſos. Nec frigida coniectura. Cum Venedi Sclauonica lingua Sarmaticiſque moribus ſint vſi, vel Tacito teſte, at Vandali Germanos habitu & lingua retulerint. Ptolemæus *lib. 3. cap 5. Habet int Sarmatiam gētes maxima Venedæ*, ad totum Venedicum ſinum Putantque adeo haud pauci inſediſſe eos regionem prope Chonigſpergum, & prope Lithuaniam. Alij Pomeranos ex illis faciunt & Pruſſię incolas. Nonnulli *Odderanos*, id eſt, *Oderæ accolas, qui fluuius elapſus Sileſia Pomeraniam penetrat & ſinum Vendicum petit.* Hi peruagati ſunt olim totam fere Germaniā ſedibus ſuis relictis, hærentque adhuc in Thuringia, Saxonia, Marchia, Morauia, Bohemia atque Luſatia, maxime ad Albis, ac Sueui fluminum ripas, ſicut vicorum nomina iſtis in locis à Venedis (vulgo Vuēdis) tracta ſatis euincūt, & à doctioribus Germanis paſſus ſum mihi perſuaderi.

Vannus, cereale cribrum, videtur Varroni appellationem habere à *volatu*, ꝙ leuia, dum iactantur, inde volent.

Vas. Quamquam Iſidorus vocē hanc à veſcendo declinet, vt ſit eſcarum δοχεῖον ſeu receptaculum, eſt tamen generale ad quiduis capiendum, *vt Græcis* ἄγγος & ἀγγεῖον.

* *Vaſthi* ושתי, proprium nomen.

Vates quibuſdam à fundo deriuantur, quaſi dixeris *fates*, aliis (quod minus probo) à *vendis*, id eſt, *viciendis verſibus*. Credebantur ſiquidē inſpiratione quadam diuina denuntiare futura. Dicūtur tales à Græcis μάντεις. & quandoque προφῆται, maxime ſi velut ἐνθουσιασμῷ rapti in alium quodammodo mentis ſtatum inſolita futuraque loquantur, *vt Saul. 1. Samuel. 18.* Ceterum alij vates diuini, alij quos eo nomine dignati sūt Ethnici. Hi quippe ſpiritus mendacij inſultu, nec corporū ſuorum, nec mentis compotes nihil intelligebant eorū, quæ argutè alioqui & concinne iam ſoluta Oratione, iā verſibus efferebant: prolatum vero ab his vaticinium θεομαντεῖον dicebant ſancto & venerabili vocabulo, quaſi Dei vox eſſet, cum veterator Diabolus ad circumueniendum homines, ſua per obſeſſos effunderet, quos Græci ἐγγαστριμύθους, ἐγγαστριμάντεις & στερνομάντεις appellant, *ventriloquos* Latini. Nonnulli honorificè vocabant φοιβολήπτους (ſicut alios νυμφολήπτους & βακχολήπτους) item ἐνθεαστικοὺς, καὶ ἐκ θεοῦ κατόχους, ſpiritus autem, πύθωνας ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι *ſciſcitando.* Hinc Pythiæ dictæ mulieres eo modo afflatæ, quales olim Delphis in tripode ſedentes, ſubeūtibus ex partibus infernis intermedio vapore per partes genitales ſpiritibus malignis, complebantur furore, reſolutiſque crinibus & ſpumis

ſpumis ore emiſſis debacchari ſolebăt. Voluit id in ſua Sibylla ſignificare Virgilius Æneid.6.his verbis:

At Phœbi nondũ patiens immanis in antro
Bacchatur vates,magnum ſi pectore poſſit
Excuſſiſſe Deum:Tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo.

Et paulo poſt:

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla,
Horrĕdas canit ambages,antroque remugit
Obſcuris vera inuoluens: Ea frœna furenti
Concutit, & ſtimulos ſub pectore vertit Apollo.

Hinc verbum apud Græcos σιβυλλιᾷν, vſuſque mihi videtur recte Poëta bacchandi vocabulo,vtpote quod proprie ad fanaticos referri ſolet. Qua ratione Euripides Caſſandram βακχὴν vocat,quaſi ἔνθεον dicas,aut θεόπνευστον, vel μαινάδα. Vocant porro Græci ſimpliciter vaticinium μαντείαν.Atq;hinc (*vt varias diuinationum formas, id eſt, ludibria diaboli agnoſcas*) ὑδρομαντεία,quę per aquam fiebat diuinatio, πηγομαντεία quæ per fontem, πυρομαντεία per ignem, ἀλευρομαντεία per farinam, κατοπτρομαντεία per ſpeculum, γεωμαντεία per lineas terræ inſcriptas, ἀστραγαλομαντεία per Aſtragalorum iactum, κοσκινομαντεία vel ἀξινομαντεία,per ſecurim,rotundo palo infixam, κεφαλαιονομαντεία per aſini caput ſuper prunas aſſatum, τυρομαντεία per diſpoſitionĕ caſei, ἀλεκτρομαντεία per gallum gallinaceum, καπνομαντεία per fumum, λεκανομαντεία per peluim, κρυσταλλομαντεία per Cryſtallum fabrefactum & expolitum βοτανομαντεία per herbas, ἀερομαντεία per apparentia in aëre ſpectra, νεκρομαντεία per mortuorum manes, οἰωνομαντεία per aues σκιομαντεία per vmbras, ἰχθυομαντεία per piſces, ἀριθμαντεία per numeros, quibus addo *aruſpicinam & extiſpicium* ortum ex inſpectione extorum.

Vaticana bibliotheca omnium totius orbis fero celeberrima, nomen adepta à monte Vaticano trans Tiberim ſito atque olim non habitato. Atque hic, *vt auctor eſt Gellius lib.6.cap.17.* ſuam appellationem inuenit à vaticiniis, quæ eo in agro fieri ſolebant, *iuxta Pompeiũ*, quod eo potitus ſit populus Romanus varum reſpōſis, expulſis antea Hetruſcis. Alij à *Vaticano* vel *Vagitano*, Deo ſic appellatum ferunt. Nobilis fuit olim hic mons, Scipionis ſepulcro & ilice, quam vetuſtiorem vrbe fuiſſe ex Plinio cognoſcas.

Vbera dicta, vel quod ſcateant vbertate lactis, vel quod vuida, & vuarum in morem lactis humore ſint plena.

Vecors, quaſi ſine corde; vel malo corde,vt veſanus,qui eſt male ſanus,*vt notat Feſtus*. Alij paruum intelligunt ſiue minutum, vt cum dicimus *vegrande frumentum*, Plautus in Ciſtellaria: *Qui niſi iuerit,nimium is vegrandi gradu,& hic vegrandia farra canis* Ouid.faſtor.

Vectigal portorium tributum ex importatione & exportatione rerum venalium,à vehendo dictum, alio nomine *Decima*,ſi agros ſpectes, ex quo frumenti partem aut rem aliam ſoluebant Reipub.Romanæ. Dicimus quippe *decumam* pro *decima*,vnde *decumanum frumentum*, *auctore Aſconio in Ciceronis diuinationem*,ſicut optumum.peſſumum, maxumum, pro *optimo.peſſimo, maximo.* Elocata autem vectigalia, fundoſque publicanis à Cenſoribus in conſpectu populi Romani, patet ex Ciceronis oratione *in Rullum*.Ceterum illa dicebătur incerta,quod non ſemper certo,eodemque pretio locarentur,qualia erant vectigalia Aſiæ lege Sempronia à Cĕſoribus Romę locata.Nam certa dicta, quæ *ſtipendiaria* vocabant. olim Hiſpanis, & plerique Pœnorum impoſita quaſi *præmia belli*. Notandum quoque non ſolum pecora, agros & portus,verum etiam homines, vrbes & prouincias vectigales fuiſſe. Cicero nominat vectigalia,pro lege Manilia, Reipubl. neruos, contra Rullum ſubſidia belli,

& to

& ornamenta pacis, in M. Antonium, *lib.4.* neruos belli. Quo recte scribat ad Brutum, maximum in Republ. nodum esse rei pecuniariæ inopiam. Vectigal imponere dixit idem pro M. Fonteio, & contra Rullum, vnde & *impositionis* illi nomen pro lege Manilia exercere vectigal, quod tantundem est ac conducere vectigal In eadem oratione, redimere vectigalia dicuntur publicani, cum ex pacto certæ pecuniæ vectigalia, à Censoribus conducunt, quæ postea suo vel bono, vel incommodo sunt exacturi. Neque enim aliud est *redimere*, quam *conducere*.

Veientina tribus, Anno 258. cum Crustumia tribuum numero asscripta iuxta Sigonium, ab agri Veientini parte, vel ipsis Veiis, quo non migrandum esse ciuibus Romanis vox obiecta de improuiso quandoque monuit, nomen accepit.

Veiupiter qui & *Veiouis* audit, apud Ouidium Fastor. 3. & apud Martianum Vedius ita dictus, quasi *paruus Iupiter*, à *Ioue & Ve*, priuatiua particula, sicut in *vecorde* est dictum. Est enim *vegrande frumentum, paruum frumentū*: vel *Veiupiter* quasi *male iuuās pater*, vt *vesanus male sanus*. Quapropter Gellius eum Deū sic dictum scribit, qui non iuuandi potestatem, sed vim nocendi haberet. Ædes eius exstitit inter arcem & Capitolium cum simulacro, quod sagittas nocendi argumento in manu tenebat, astante capro, qui ipsi immolari solebat.

Velabrum, locus in vrbe, *iuxta mōtem Auentinum*, in quo vela obtendebantur, sub quibus vendebatur oleum & similia, *vt aliqui volunt*. Varro à vehendo deriuat. quod cum Auentinus olim discluderetur paludibus à montibus reliquis necesse esset eo nauibus aduehi. Vnde *velaturā facere*, dicebātur, qui operā suā collocantes mercede ex vectura viuebant. Duplex autem fuisse velabrū inuenio, maius & minus. Varro: *Palus fuit in minori velabro.* Vnde quod ibi vehebantur, lintribus velabrum, vt illud maius. Propertius:

Qua velabra suo stagnabāt flumine, quáque
Nauta per humanas velificabat aquas.

Tibullus quoque:

At qua velabri regio patet, ire solebat
Exiguus pulla per vada linter aqua.

Porphyrio scriptum reliquit, Tiberim, quem Agrippa deriuauit, quia nunc labitur, per velabrum antea fluxisse, quæ vrbis regio fuit nō incelebris, *teste Macrobio*, vbi vnguentarij consistebant & olearij. Plautus in captiuis: *Omnes cum pacto rem agunt, quasi in velabro olearij.* Quid, quod ibidem epulæ ganeatæ præpositæ fuerint venum. Vnde Velabrensi fumo commendari solebat caseus. Martialis:

Non quemcūque focum, nec fumum caseus omnem,
Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit.

Per eādem regionem, & pompæ in circum maximum ducebantur. Legimus enim apud Suetonium Cæsarem Gallici triumphi die prætervectum velabrum, curru fuisse pene excussum, axe distracto. Meminit & huius loci Plutarchus in *Romulo.*

Velia montis Palatini pars intra mœnia Romæ, creditur habere nomen, ꝙ olim ante ouium tōsuram, pastores ibi lanam vellere consueuerint. Ab ea vero Velina tribus dicta Varroni, aliis à Velia vrbe Lucaniæ, nonnullis à lacu Velino, qui fuit in Sabinis. Sane & ἕλος Græcis est lacus. Meminit eius Cicero epistola ad Atticum., & in Bruto, idem Horatius *lib. 1. epist. 6.* Persius *Satyr. 5.* Addita autem fuit cum Quirina reliquis triginta quatuor tribubus, Anno ab V. C. 512 Coss. A Manlio 11. & Q. Lutatio.

Velites milites expediti, quasi volites, id est, volantes dicti, qui (*vt Aelianus scripsit*) omnium leuissime armantur. Alij tamen ἀπὸ τοῦ βάλλειν, id est, iaculādo deriuant. Dicuntur & *leuis armaturæ milite*. Cæsar 7. belli Gal ic, Galli inter e-

quites rares sagittarios, leuisque armaturæ interiecerant. De institutione eorum Valerius Maximus, *lib. 2. cap. 3.* hoc modo: Velitum vsus eo bello primum inuentus est, quo Capuam Fuluius Flaccus Imperator obsedit. Nam cum equitatui Campanorum crebris excursationibus equites nostri, quia numero pauciores erant, resistere non possent, Q. Næuius Cẽturio è pedibus lectos expediri corporis, breuibus & incuruis septenis armatos hastis, paruo tegmine munitos, veloci saltu iungere se equitibus, & rursus celeri motu dilabi instituit: quo facilius equestri prælio subiecti pedites viros pariter atque equos hostium telis incesserent. Eaque nouitas pugnæ vnicum perfidiæ Campanæ auxilium debilitauit. Liuius auctor est *libro 26.* parmas iis datas breuiores, quam erant equestres & septena iacula quaternos longa pedes, præfixa ferro, quale hastis velitaribus inest. Meminit & velitum Frontinus *li. 4. c. 7.* Orosius *li. 4.* Isidorus *lib. 9.* Liberat eos Polybius, vt & Triarios, ab excubiis in metatione castrorũ apud Romanos, *lib. 6.* Et ab his velitatio nomen inuenit, leuis scilicet illa vltro citroque excursio, & pugnæ iustæ præparatio, imo quam rectè publicæ pugnæ opposueris. In hac exerceri primũ solent milites, priusquam iusto prælio sese committant, sicut Scipionem factitasse scribit Appianus *de bello Hispanico libro*, cum is iustum prælium committere non auderet.

Vellus à vellendo, quod ante tonsuram velleretur lana. *auctore Varrone 4. de lingua lat.* Notum ex Poëtis aureum vellus, ad quod rapiendum Argonautas profectos fuisse Colchos ex Orpheo & Apollonio cognoscas. Fabulæ occasionem dedisse videntur auriferi fontes per Colchidem labentes, vbi accolæ pelles in ima vada demergere, & aurum velleribus implicitum legere solebant, *vt quidam volunt*. Alij per vellus illud librum ex pelle arietis accipient, qui, χρυσοποιΐαν continuerit. Dionysius Mitylenæus censuit hominem fuisse, eumque Phryxi pædagogum, nomine arietem, qui captus à Colchis asseruabatur in custodia, & aurei cognomentum habebat propter doctrinæ præstantiam, & consiliorum integritatem. Vtcumque. Iasonem ad illud rapiendum cum 49. lectissimis viris esse profectum, quibus *Hercules, Castor, Pollux, Calais, Zetes, Augias, Meleager, Orpheus, Argus, Mopsus, & Amphiaraus interfuerunt*, atque adeo raptum tandem opera, ac auxilio veneficæ Medeæ, vnicuique notum, modo primoribus (*quod aiunt*) labris gustauerit Poëtarum felicia scripta, & Hippocrenen. In hac Argonautica expeditione multa notanda. Primum, fuisse hanc omnium celeberrimam nauigationem apud Græcos, neque eos ante eam vlterius fuisse progressos, quodque per Phasidem nauigarint, cum dicat Ouid. 4. de ponto. *Et quondam Graiis, Phasi petita viris.*

Idem Metamorph. 7.

Multaque perpessi claro sub Iasone, tandem
Contigerant rapidas limosi Phasidis vndas.

Hinc natum prouerbium, *εἰς φᾶσιν, ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος*, ad Phasim, vbi cursus carinis vltimus. Appulerunt quoque ad locum, in quo erant stabula boum, aulaque Amyci regis Bebricum. In vrbe Cyzico templum struxerunt Rheæ, quod postea imperante Zenone, nominatum est, templum sanctæ Dei genitricis, cuius ibi Ecclesiæ præfuit olim Eusebius, *imperante Iustiniano*. Vrbem quoque Herculi nomine respondentem condiderunt, quem otiosum apud se esse, dum nauigarent, minime sunt passi. Argonautarum nauis dicta est Argo, quam λαλητὰν, vtpote *loquacem*, appellat Lycophron, id quod suspicionem iniicit familiaris spiritus inclusi, à quo inter nauigandum sua petebant responsa.

Velox. Grammatici tradunt *τὸ velox*, à volando deductum, cum tamen ratio

primigenij, *volox*, postularet primam corripi.

Velum etiam contra naturam à volando deriuant. Sed Varroni à vellere flexura videtur.

Vena quod sanguis per eam veniat, *vt quidem Grammatici placet* Grece dicitur φλέψ inde quantum videtur, comparato nomine, quod vehat φλεγμὸν χυμοδέστερον, *sanguinem humidissimum*. Venæ in corpore humano medico considerandæ sunt multæ. Has interpono loco primo interiorem cubiti dextri, quæ cū valide proliciat à iecore & vena caua in plenitudine biliosa, synocho simplici & putrida, in peste, febri ardente, tertiana, & continua quotidiana aperiri solet, sicut interior sinistri brachij in quartana. Interiorem seu iecorariam sequitur ea, quam *humerariam* vocant, quæ perspicue reuellit ex partibus illis, quæ sunt supra clauiculas, & quidem celerius in cubito, tardius in eo manus ramo, qui inter pollicem indicemque excurrit. Ex vtrisque vero partibus *Media* dicta reuellit, quippe coagmentata ex communibus humerariæ, atque interioris ramis. Tres illas sequitur poplitis vena, quæ maiore impetu celeritateque subter renes in quacunque parte inhæreścat affectus, reuellit, lentius vero & infirmius secta in malleolo vena. Capitis affectus tum interiores, tum exteriores leuat secta cubiti humeraria, & dextros quidem dextra, sinistros sinistra. Dolores, qui obsederunt capitis priora, tolluntur sæpe aperta frōtis vena: qui occiput & posteriora, cucurbitulis ceruici, & humeris adhibitis, quibus etiam locis applicantur in paralysi. Ad gingiuarum, maxillarum, & dentium calidiores affectus primum inciditur humeraria, inde eæ, quæ sub labiis exstant, vt ad anginam, quæ cernuntur sub lingua. In pleuritide interior eiusdem lateris secta prodest. In iecore inflammato interior dextra, at in liene male affecto interior sinistra. Interim absurdus prorsus, qui aut ventriculi cruditatem, aut lienteriam, aut colicum dolorem, aut lienis scirrhum, aut choleram, aut hydropem, aut his affines affectus, vena secta curare instituerit, *iuxta Fernelij, imo rationis normam*: Vt mox in quouis morbo non sit prorumpendum in sectionem, nisi ægrotos in periculum vitæ velimus adductos. Hæc paucis subiicere placuit, vt etiam, qui medici non sunt, forte aliquid hauriant, quod è re sua futurum putent, si graui morbo aliquo laborent. Sed vnde venarum ortus? Plato in Timæo facit, τὴν καρδίαν τῶν φλεβῶν πηγὴν. Scribit quoque Galenus de *fœtuum formatione*, visū fuisse Chrysippo aliisque multis tam Stoicis, quam Peripateticis, cor primum in vtero absolui, eoque necessario venarum & arteriarum esse originem. Atqui ego hactenus eam persuasionem imbibi, vt arteriarum originem tribuendam censuerim cordi, venarum hepati, neruorum cerebri membranis. Ita docet Galenus, ita Vesalius, ita ipsamet ἐμπειρία.

Venia, quod optanti veniat, proculdubio dicta.

Ventus exhalatio sicca, *teste in Meteoris Aristotele*, aut vapor terreus calidus & siccus aërem percurrendo impellens, quod veniat dictus est potius, quam quod vehemens & violentus sit. Sunt autem venti duplices. Principales & Collaterales. Principales sunt, qui à quatuor mundi cardinibus spirant: *Eurus, Zephirus, Auster & Aquilo*. Manilius,

Asper ab axe ruit Boreas, furit Eurus ab ortu
Auster amat medium Solem, Zephyrusque cadentem.

Collaterales ad latera principalium exsurgunt. Horum enim quilibet collaterales habet duos, vnum quidem ad latus dextrum, alterum ad læuum. Quo faciunt versus,

Flant,

Flant, Subsolanus, Vulturnus, & Eurus ab ortu,
Circius occasū, Zephyrusq́; Fauonius afflāt,
Et qui de medio veniunt Nothus, Aphricus, Auster,
Cōueniunt Aquilo, Boreas & Corus ab ortu.
Subsolanus ἀπηλιώτης, flat ab oriente æquinoctiali, cuius collateralis est *Vulturnus, Euronotus Agellio*, & à brumali solstitio spirans, *Snydoost: vuint*. Fauonius ab occidente æquinoctiali flans, & subsolano aduersus, *die Beste vuint*, cuius collateralis ventus est *Circinus*, qui flat ab æstiuali occidente, & *Zephyrus*, qui flat ab occidente hyemali. Auster Vergilio, *Notus*, pluuiam plurimū congregans, curui flatus ratione, qua partes nubiū conuoluit, inque pluuiam condensat, à meridie spirat Aquilonem versus. Venti collaterales sunt, *Aphricus*, Agellio *Libs*, qui flat à solstitio hyberno versus Orientem Et *Notus* qui flat ab altero latere versus Occidentem. Ouidius Metamorph. 1.

Madidis Notus euolat alis
Terribilem piceâ tectus caligine vultum,
Barba graui nimbis, canis fluit vnda capillis,
Frōte sedēt nebulæ, rorāt pennæque sinusque.

Boreas, qui contra pluuias nebulasque dispellit, & aërem depurat poros terræ claudens, spirat ab ortu solstitiali, Cæciam appellat Aristoteles, *lib. de mundo*, parum sibi constans. Dicitur & Græcis, quia sudum inuehit cœlum, *αἰθρηγενέτης, vt & Homero 5. Odyss. sicut Gellius meminit lib. 2. cap. 22* Collaterales huius venti sunt *Aquilo* sæpe apud bonos auctores positus pro Borea, & *Corus vel Caurus*, qui aliis dicitur *Argestes, & Iapyx*, ab occasu æstiuo spirans Diodoro. De eo Ouid. Metamorph. 5. hoc modo:

Apta mihi vis est, qua tristia nubila pello,
Hac freta concutio, nodosaque robora verto,
Induroque niues, & terras grandine pulso.

Caussam omnium tum agentem mouentémque, tum materialem scire proposuit Pōtanus in Meteoris his verbis:

Aridus ille autē, atque ima tellure remissus
Hos generat, viresque animi, roburque ministrat:
Sol pater educit, mater dedit vbera tellus.
A summo Boreas Notus imo spirat Olympo,
Occasum insedit Zephyrus, venit Eurus ab ortu.

Sunt & prouinciales quidam venti, vt indicat his versibus Pontanus:

Circiō Hispanas fama est regnare per vrbes,
Et pecori strages meditantē, & prælia nautis.
Sentit vicinum solem Nabatheius Eurus,
Ardentesque impellit equos comitante calore,
Diuersū Zephyri spirāt Aquilone propinquo,
Et Solem fessum excipiunt.

Familiarius quoque apud Athenienses *Scyron* spirare legimus, in Gallia, *Circiū*, cui & templum votum ab Augusto, cum moraretur in ea prouincia. Sic Thracibus familiarior Boreas. Quidam etiam venti à stato spirandi tempore nomen sumserunt, vt ὀρνιθίαι, siue Fauonij incipientes flare decimo septimo die post brumam, nomenq; ab auibus, quæ ὄρνιθες sunt Græcis, obtinentes. Ita Aquilones præcedentes octo dies ortum caniculæ, πρόδρομοι, seu præcursores vocantur. Oritur autem canicula *15. Cal. Augusti*. His adde generalia quędam ventorum nomina à diuerso spirandi modo accepta, quales *Altani* sic dicti, quod ab altioribus terræ partibus spirent. *Tropæi*, qui ex conuallibus & locis humidis, nimirum è mari in terram sese conuertunt. *Apogæi*, qui è terra orti radunt superficiem terræ. *Antelucani*, qui ante lucem plerunque spirant, & quidem magis in vere. Finis & effectus ventorum omnium est mouere & alterare aërem, ad sanitatem hominum & animantium, item nubes cogere, iam pluuias, iam serenitatem inducere, commouere aquas & mare, ne sua quiete putrescant, & proinde noceant animalibus, vtque arbores & herbæ agitatione conseruentur à putrefactione. Multa etiam vide apud Senecam *de ventorum vtilitate, libro 5.*

natural.quæst. Sunt autem venti, vt plurimum frigidi, propter longinquum aëris motum per frigida loca. Cessant quandoque spirare propter caloris aperientis terræ poros defectum, aut propter frigus, quod occludit terræ meatus,atque ita præcludit exhalationibus viam. Etsi quoque calor intensus vel adurens tempore æstatis exhalationem absumat, eaque ratione ventos abigat. Cur oblique ferantur nemo (quod sciam)elegantius & doctius vnquam carmine expressit Pontano in *Meteoris.* Qui ex diametro oppositi sunt,eos eodem tempore,& sub eodem Horizonte spirare non posse,censet Aristoteles. Possunt tamen oblique contrarij,hoc est,non ex diametro oppositi. Si porro plura de ventis problemata velis,Philosophum vide *sect. 26.*

Venus voluptatis & generationis Dea antiquis, & artis meretriciæ præcipua inuentrix, quod ad omnes res veniat, vel quod per eam cuncta proueniant, Mythologis dicta & Ciceroni. Varroni autem à *viendo*, id est, *ligando* vel *constringendo*, siue quod animos liget ac vinciat, siue alludat ad Veneris imagines, quæ dicta est *μόρφω:* Quales apud Lacedæmonios ostensa pedicis circa pedes obuoluta. Nam Tyndarum ferũt conieciſſe Venerem in vincula, quo filiarum opprobria,quę impulsu eius acciderant vlcisceretur. Etsi Pausanias speciem istam ita interpretetur, vt ea significari tradat, permanendum esse mulieribus constanter erga viros,in sua fide. Quid si Varronis etymon ad illud castitatis præceptum referas: *Compedibus Venerem, vinculis constringe Lyæum?* Certè laqueus est amor, & vinculum quoddam, cui nos facile veterator ille innectit,proposita voluptate. Quocirca culta à Lacedæmoniis Venus cognomine *μόρφω*, Pedicis circa pedes obuolutis ostẽsa. Græcis dicta est *ἀφροδίτη* καὶ *ἀφρογένεια*, *quod ex spuma prodierit,quæ iisdem est ἀφρὸς.* Fabulantur enim abscidisse Saturnum Vrani siue Cœli pudenda,& ex iis in mare proiectis coaluisse Venerẽ,significantes ante Chaos nulla fuisse tempora. Atqui ex Cœlo natus κρόνος, sic dictus, quasi χρόνος. Eodem respectu Cœligena audit apud Varronem,Pelagia apud Artemidorũ, *de insomniis 2.* ἐπιποντία apud Hesychiũ, ἁλιγενὴς apud alios,cui idcirco Aruspices fanum,ad portum maris apud veteres poni iubebant.

De hac eiꝰ origine adiicio Hesiodi versꝰ:

τὴν ἀφροδίτην, inquit,

Ἀφρογενῆ τε θεὰν, καὶ ἐυςέφανον κυθέρειαν
Κικλήσκουσι θεοί τε καὶ ἄνερες, οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ
Θρέφθη.

Neptunus eodem sensu Æneid. 5.

Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis.
Vnde genus ducis.

Ouidius Metamorph. 4.

Aliqua & mihi gratia Ponto est,
Si tamẽ in medio quondã cõcreta profundo,
Spuma fui.gratũq; manet mihi nomẽ ab illa.

Alij ἀφροδίτης nomen ἀπὸ τοῦ ἀφραίνειν. id est, *insaniendo*, deriuant. Quid enim stultius, quid deterius titillationibus Venereis,& effrenata libidine? Sed cur ex mari Venus,vt rei naturam explicemus? An quia secundum Aristotelem seminis natura est quiddam ἀφρῶδες,id est,*spumosum*, vt pariter Phurnutus docet, an quia sal calore suo irritat libidinem, & vim seminalem expergefacit acuitque. vnde *salacitas* petulantiæ nomẽ,Deique omnes marini fœcũdi atq; salaces? Posteriorẽ sentẽtiã arripit Plutarchus *Sympos.2.* his verbis, οἶμαι καὶ τὴν ἀφροδίτην ἁλιγενῆ τοὺς ποιήτας προσαγορεύειν, καὶ μῦθον ἐπ' αὐτῇ πεπλασμένον ἐξενεγκεῖν, ὡς ἀπὸ θαλάσσης ἐχούσης τὴν γένεσιν εἰς τὸ τῶν ἁλῶν γόνιμον αἰνιττομένους ἀλλὰ καὶ ὅλως τοὺς πελαγικοὺς θεοὺς πολυτέκνους καὶ πολυγόνους ἀποφαίνουσιν, αὐτῶν δὲ τῶν ζώων οὐδὲν ἂν χερσαῖον ἢ πτηνὸν ἀπεῖν ἔχοις οὕτω γόνιμον, ὡς πάντα θαλάττια. Credo & hinc Genitricem dictam,cultamque Romanis,cui templum dicauit Cæsar,

vt est

vt est apud Dionem, Cæsarem, Appianum, Plinium, & Tranquillum. Exstitit in eo simulacrum Veneris, vt etiam in numo Iuliæ Piæ, quæ læua innitebatur hastæ dextram expansam ostendens cum inscriptione *Venus Genetrix.* Romani enim propter Æneam putatiuũ eius filiũ à Venere se genus ducere asseuerabant. Legimus & Cęsaris tesseram fuisse *Venus Genetrix,* per e. vt Syllæ, *Apollo Delphicus:* Marij, *Lar Deus.* Sed templum illud vna cum simulacro Veneris crematum, Claudij principatu, refert Plinius *libro 34.* Sed & ἀναδυομένη dicta, quasi *ascendens è mari,* quam dedicauit Augustus translatam à Cois in templo Cæsaris, *teste Plinio libro 35.* cuius pretium fuit remissio indicti Cois centum talẽtorum tributi. Pinxisse autem eam legitur Apelles ad Phrynes Atticę meretricis imaginem. Sunt enim verba Athenæi *libro 13.* τῇ τῶν ἐλευσινίων πανηγύρει καὶ τῇ τῶν ποσειδανίων ἐν ὄψει τῶν πανελλήνων πάντων ἀποτιθεμένη θοιμάτια καὶ λύσασα τὰς κόμας ἐνέβαινε τῇ θαλάττῃ, καὶ ἀπ' αὐτῆς τὴν ἀναδυομένην ἀπεγράψατο.

De hac Ouidius in arte:

Si Venerẽ Cous nũquam pinxisset Apelles,
Mersa sub æquoreis illa lateret aquis,

Ausonius:

Emersam pelagi nuper genialibus vndis
Cyprin Apellæi cerne laboris opus.
Vt complexa manu madidos salis equore crines
Humidulis spumas stringit vtraq; comis.
Iam tibi nos Cypria, Iuno inquit & innuba Pallas
Cedimus, & formæ præmia deferimus.

Quamprimum autem nata esset Venus è mari, deuecta dicitur concha ad insulam Cyther quę in Laconico sinu est sita, antea Porphyris vocata, vnde & *Cythyrea* dicta, & cõchæ à Martiale *Cytheriacæ,* à Propertio *Erycinæ.* Etsi Erycinã peculiariter nominatam constet à mõte Siciliæ Erycino vbi *Erix* Veneris ex Bute filius matri magnificentissimum templum exstruxit donariis plurimis ornatum, vt scripsit Diodorus. Et Maro Æneid. 5.

Tunc vicina astris Erycino in vertice sedes,
Fundatur Veneri Idaliæ

Romæ prope portam Collinam, templum ipsi erectum legitur apud Strabonem *libr. 6.* & Ouidium *2. de amoris remedio,* sic inquit:

Est prope Collinam templum venerabile portam,
Imposuit templo nomina celsus Eryx.
Est illic lethæus amor, qui pectora sanat,
Inque suas gelidam lãpadas addit aquã.
Illic & iuuenes votis oblivia poscunt,
Et si qua est duro capta puella viro.

Quanquam Poëta nõ tam ibi respicere videatur ad templum Veneris Erycinæ erectum, in memoriam filij Erycis, quã ad significationem nominis Grǣci, hoc est, *Assertricis,* quippe ab ἐρύκω δηλαδὴ τὸ ἐρύομαι *assero, defendo:* Vnde ἔρυμα, *munitio* aut *propugnaculum.* Quoniam verò amantes multum iocantur & rident, *ridentem Erycinam,* dixit Flaccus *Od. 3. lib. 4* Homerum imitatus, qui passim eam φιλομμειδία vocat. Et quia viri militares omnes fere mulierum amoribus obnoxij sunt, *vt scribit Aristoteles polit. 2.* recte coniunctam Venerẽ Marti finxit idem Homerus. Eadem Cypris audit non solum, quia cultu religiose fuit in Cypro, quod fabulati nonnulli sint, conceptam eam in concha margaritarum feraci, in qua nauigauit ad Cyprum applicans, verum etiam, consentibus ita mythologis, inprimis Homeri interprete *Iliad. ε.* ὅτι κύειν παρέχει quod in vtero ferre concedat, quasi κυόπορις dicas. Pergo celebriora eius epitheta ordine percensere. Itaque Cerastia dicta ab insula, cuius incolæ adeo infestabãtur tumoribus, vt in capitibus habere viderẽtur, velut cornua quædam, quæ Græcis κέρατα sunt: Paphia & Palæpaphia ab vrbibus Cypr. Duplex enim vrbs Cypri, *Paphos* & *Palæpaphos,* id est, vetus Paphus, vtraque Veneri

ſacra. Ibi autem celebre ipſi templum fuiſſe dicatum, vel ex *1. Aeneid.* diſcas, vbi Poeta.

Ipſa Paphum ſublimis abit, ſedeſque reuiſit
Læta ſuas, vbi tēplum illi, centumque Sabæo
Thure calēt aræ, ſertiſque recentibus halant.

Dicta & *Alma Venus* ab alendo, vt *alma Ceres, & almus ager*, cum per Venerem alantur & propagētur animalia. Et Soſpita, cui erectum eſſe templum ab Helena ſcribit Herodotus, cum ſoſpes veniſſet in Ægyptum. *Verticordia* autem appellata, ſimulacro cōſecrata Romæ, quo corda fœminarum ſine pudore in libidinem ruentium verterentur ad pudicitiam Quo tempore Sulpitia, *vt ſcribit lib. 8. Valerius*, eademque iuxta Solinum Patereuli filia, & M. Fuluij Flacci vxor, cenſura omnium matronarum è centum probatiſſimis electa, quę ſimulacrum hoc dedicaret. Itaque rogabatur Venus, *teſte Lactantio Grammatico*, non modo, vt amores præſtaret, verum etiam vt auferret. Ædes huius exſtitit extra portam Collinam Salaria via, factaque tribus Veſtalibus vno tempore committentibus inceſtum Verticordiā ſubſequitur *Cluacina*, à *cluendo*, id eſt, à pugnando nomen adepta, quam quidā cum *Cloacina* confundunt, quidam cū Armata. Voluit ei ſtruxitque templum Titus Tatius rex, in ea fori parte, qua Romani & Sabini poſitis armis pacem iniuerunt, & facto ſacrificio ſeſe purgarunt. Celebrata præter hanc & Venus *Mychæa* cui ſacra in ſpecubus & abditiſſimis penetralibus celebrabātur, (eſt enim *μυχὸς ſeceſſus*) eo ꝙ latebras quærat impura voluptas, quæ velut in ſcrobibus & hiatibus, in humanis quippe ſenſibus occultatur. Quo recte Plautinus adoleſcēs Trinummo amorē laſciuum latebricolarum hominum corruptorem vocet. Mycheæ Veneri *Myrteā* ſubiicio, quod nomen alij in *Murtiā* transformant, ſic dictam a ſacra illi arbore *myrto*, quæ propterea odio habita in poſterum Iunoni & Palladi. Sed cur Veneri ſacra? An quia ſub ea, cum ſe lauaret, latuit cōſpecta à Satyris? An quia hæc arbor muliebris pudēdi ſignificatum in ſe habet? Equidem Pollux *Myrtum* appellat carūculam intra muliebre pudendum, dum res agitur Venerea (*ſit auribus honos*) ſubſultantem. Quo forſitan ſpectat, monenre Pierio, Ariſtophanicus iocus, vbi ſenum chorus Lyſiſtrato ait: *Enſem poſthac geſtabo in Myrti ramo.* Quid, quod apud Maronem legas:

Quod durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant valles, & myrtea circum
Sylua tegit.

Legitur porro *Euphorion appellaſſe* Venerem θιμβρὴν, id eſt, *ardentem*, ob feruorem libidinis. proprio ſane epitheto, perinde ac Callimachus ϑιμβρὴς Κύπριδος ἁρμονίην. id eſt, *ardentem Cypridis harmoniam* dixit. Venus calua ab euentu nomen accepit. Cum enim occupata à Gallis vrbe, Romani in Capitolio obſeſſi, ex mulierum capillis tormenta feciſſent ædem huic conſecrarūt, cuius rei meminit Vegetius *lib. 4.* Maluerunt quippe pudiciſſimæ fœminæ viuere, cū maritis deformato capite, quam integro cū hoſtibus. Fuit & *Venus Victrix*, à vincendo arceſſens nomen, cui ædem dedicauit Pompeius altero Conſulatu, editis celeberrimis & ſumtuoſiſſimis ludis, *teſte in eius vita Plutarcho.* Apud Dionyſium *libro quarto*, Libitinam Venerem inuenio, cuius ærarium Seruius Tullius inſtituit. In templo eius vendi ſolebant, quæ pertinebant ad funera, quo diſcerent homines, quidquid ſit natum, eſſe caducum, vna atque eadem Dea ortui & interitui præſidente. Eadē ἑλικῶπις *nigris oculis*, apud Pindarum in Pythiis, & ἑλικοβλέφαρος à pulcris & arcuatis ſupercilijs, *teſte Commentatore Heſiodi.* Ab Abydenis nominata eſt πόρνη id eſt, *meretrix.* Cum enim ciuitas Abydenorum incidiſſet in ſeruitutem, liberata fuit arte meretricum, in cuius rei memoriam ciues fanum ſtruxerunt

τῆς ϖόρνης ἀφροδίτης, *vt exstat apud Athenæum libro decimotertio;* qui 12.& meminit καλλιπύγου ἀφροδίτης, *à pulcris clunibus.* Iulius Firmicus dixit *Venerem biformem*, forte quia & *Mascula*, siue *Barbata Venus* apud veteres est celebrata, *teste Macrobio*, apud quem *Saturnaliorū 1.cap.21.* etiam legitur culta Venus Architis apud Assyrios, inde apud Phœnices, vna cum Adonide, quem quotānis lugeri solitum, testis quoque est sacra Hebræorum historia. Cuius rei rationem reddens Macrobius, scribit hoc modo: *Nam Physici terræ superius Hemisphærium, cuius partem incolimus, Veneris appellatione coluerūt: Inferius vero Hemisphærium terræ, Proserpinam vocarunt.* Ergo apud Assyrios siue Phœnices lugens inducitur Dea, quod Sol annuo gressu per duodecim signorum ordinē pergens partem quoque hemisphærij inferioris ingreditur. Memini pariter apud Lucianū in meretriciis Dialogis me legisse τὴν ἐν κήποις ἀφροδίτην, id est, *hortensem Venerem.* Quo accedit, quod prouentus significato, *vt proditū à Varrone*, horti omnes esse consueuerint in Veneris tutela, quę totius generationis est Dea. Ad hæc *Nigræ Veneris* sacellū, apud Meliastas iuxta Mantineam fuisse constat ad verecundiam indicandam, qua præditum esse debet genus humanum. Reliqua animantia enim in propatulo, at homines clam & plurimum noctu operam dare debēt propagationi. *Profanatæ Veneris* templum erectum inuenio à Thessalis matronis, quæ cōcitatæ Zelotypia, testudinibus ligneis interemerant inclytam illam meretricem Luida in Veneris templo, magno populi conuentu. Vnde & ἀνοσία ἀφροδίτη καὶ ἀνδροφόνος est dicta Græcis. *Armatæ Veneris* simulacrum quoq; dedicatū à Lacedæmoniis fortitudinis argumento, quæ prænituit olim in mulieribus. Cum enim Lacedæmonij bello congressi cum Messeniis, impetum eorum sustinere non possent, pedesque referrent, repente eorum vxores correptis armis impetum fecerūt in hostes, lapsamque maritorum aciem, non tantum restituerunt, sed etiam Messenios in fugam dederūt. Inde Lacedæmonij, prout erant armati, amplexi eas armatas promiscue concubuerunt, Venerēq; armatam colere cœperunt. Huic Symmachiam, id est, *Auxiliatricem Venerem*, adiungo, quam Mantinenses coluerūt, *teste in Arcadicis Pausania*, imo ἱππίαν ἀφροδίτην, id est, *equestrem.* Hesichius meminit ἑταίρας ἀφροδίτης, id est, *Veneris Amicæ*, ferentis id nomē, quod amicos & amicas coniungat. Atque hæc præcipua eius cognomina & eorum origo. Primum autem cultum instituisse Assyrios, scribit Pausanias *libro primo*, quos Paphij in Cypro sunt imitati, adeoque Phœnices, qui Ascalonem in Palæstina tenent. A Phœnicibus edocti Citherij susceperunt eadem sacra, quæ tandem Aegeus Atheniensibus communicauit De Syria hac Venere, cuius & Cicero meminit *3. de natura Deorum*, nemo scripsit copiosius Luciano *in Saturnalibus epistolis*, estque eadem si credimus illi cum Astarte, quæ aliis est dicta Atargete, Athara, & Ops Phurnuto. Fingitur etiam à Poetis semper ipsi adhærere Cupido. Rationem adfert Plato *in Symposio*, cum scribit, *nata Venere Ionē præbuisse Diis natalitia, & isti conuiuio, cū ceteros Deos, tum Porum interfuisse Metidis filiū, qui largius potus & nectare ebrius hortos intrauit Iouis, atque ibi obdormiuit: Peniam vero, quæ mendicandi gratia accesserat ad istud conuiuium, egestate coactam struxisse insidias Poro, & iuxta eum cubuisse, vt ex eo conciperet, atque ita grauidam factam peperisse Cupidinem: Inde euenisse, vt potius Venerē sequatur, quā matrē illiq. ministret.* Et Flaccus Od. 2. libr. 1 *Siue tu mauis Ericina ridēs, Quam locus circumuolat, & Cupido. Siue neglectum genus & nepotes respicis auctor.* Terentius dixit *Sine Cerere & Baccho frigere Venerem.* Recte. Nam & eo respectu idem Flac-

cus vocauit *crateram Veneris sodalem*, Carm.lib.3.cap.18.Recte pariter Euripides: ἐν πλησμονῇ τοι κύπρις, ἐν πεινῶντι δ' οὔ, id quod ab Achæo sumsit, qui multo ante dixerat? πεινῶσι γὰρ ἡ κύπρις πικρά, *amara esurientibus Cypris.* Finguntur & Gratiæ semper adesse Veneri. Quid ita? scribit Plutarch. ἐν ἐρωτικῷ *gratiam* à veteribus appellatam concessionem mulieris, qua se submittit & accommodat viro, sicut Pindarus ait, natum è Iunone Vulcanū sine Gratiis, quod nondum esset matura, cum à Ioue comprimeretur. Et Flaccus:

Iam Cytherea choros ducit Venus imminẽte Luna:

Iunctaque Nymphis Gratia decentes.

Dicitur eadem (ne quid notatu dignum omittam) cū esset in adulterio, deprehẽsa cum Marte in insula Lemno, in operatione sacrorum spreta fuisse à Lemniacis mulieribus, quæ faciebant reliquis Diis, ac proinde immisisse illis *hircinum fœtorem*, quo spernerentur à viris. Addo illud, ingratā esse Veneri superbiam, & vix in eodem esse posse crudelitatem & Veneris munera. Sed plures esse Veneres, atque illas quidem ex diuersis parentibus ortas, scriptum reliquit Cicero *tertio de natura* Deorum. Prima illi nata *Cœlo & Die, cuius in Elide exstitit delubrum: altera spuma: Tertia Ioue & Dione qua nupsit* Vulcano: *Quarta Syria, quæ Astarte vocata nupsit Adonidi.* * Ex Græcorum fabulis ista deprompsit Tullius. Vulcanus antiquissimus, fuit Tubalcainus. Solent Ethnici deos suos cœlo vel Ioue genitos fingere. Iouis filia Venus est *Nahama* Tubalcaini soror & coniux, quæ hoc nomen habuit à נעם *Naham*, id est, Amœnus & venustus, ac iucūdus & suauis fuit. Nahama ergo est amœnitas & venustas. Venus soror & coniux Vulcani, qui & Iouis atque Iunonis filius. Illis antiquissimis vt suffecti sunt in Græcia varii Vulcani, ita & Veneres, à prima origine, nempe mulieres quamplurimæ, quę ob venustatem, oris elegantiam, & habitus suauitatem Veneres dictæ sunt. Venus autem à veniendo dicta est, quemadmodum eruditiss. Scaliger annotauit: quoniam nulla inter populares mulier scortari sinebatur, quæ esset eius loci ciuis: sed duntaxat si quæ erat peregrina & aduena, vt constat ex Iudę historia, Genes. 38. & Prouerbiorum libro, vbi meretrices aduenæ & extraneæ vocantur: item ex Græcorum & Latinorum veteribus comœdiis.] Scripsit quoque Pausanias in Bœoticis *Veneres fuisse tres, Cœlestem vnam, popularem alteram, & tertiam Apostrophiam.* Ar Plato in conuiuio duas tantum agnoscit, *Cœlestem & popularem. Illa ad res magnas & diuinas inuitat: Hæc ad res terrestres, turpes, impuras, quæque hominem à Deo sequestrant.* Simulacra eius fuerunt varia. Interdum enim finxerunt puellam exeuntem mari & nauigantem in cōcha, interdum mulierem cōcham manu tenentem, rosis item & floribus coronatam, prementibus vestigia Charitibus cum Cupidine & Anterote, qui ex ea & Marte fertur prognatus. Canachus Sicyonius ad exprimendum potentiam fecit eam ita ex ebore & auro, vt polū gestaret capite, vna manu papauer, altera punicum malum, *vt scriptum ab Eratosthene.* Alii pro polo ponunt poculum in vertice summo tali significato quod maritum simul & amatorem Gręci nūcupent potionis nomine. πόσις enim vtriusque nomē, & πόθος Platoni amor. Romæ aliquando dicata ipsi statua cū pectine, soluto videlicet voto, quod vouerant mulieres Romanæ, comis propter insuperabilem pruriginis ardorē abrasis: quo cruciatu liberatæ statuam erexerunt, quæ restitueret comas. Statuerunt alii Barbatam Venerem, quod sit prędita vtroque sexu. Alumbis enim ad superiora marem, ad inferiora fœminam esse dicebant. Phidias cum simulacrum Eleis ex auro & ebore conficeret, testitudinem altero eius pede pressam

pressam apposuit, innuens proculdubio assentiendas esse virgines, coniugatas vero domus curam gerere & taciturnas esse debere. Assculpebant eidem & polypum admonentes versutiam cum primis apprehendendam amanti, inque amatæ rei mores esse transmigrandum, vti quoque polypus in colorum mutationibus facit, prout vnicuique rei adhærescit. Fuit pariter apud Eleos in Veneris templo simulacrum eius insidens arieti, Scopæ, *vt ait Pausanias*, opus, cui cognomen erat πανδήμιον, *vt & alij notarunt.* Cumque eidem Deæ competant Blanditiæ & fraudes, tribuere ipsi voluerunt Baltheum seu discolorem cestum, in quo vt suauitas, & dulcia colloquia cum blanditiis, fraudibus vt veneficiis continerentur, iuxta Homeri illud. Il ξ.

ἦ καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα
ποικίλον, ἔνθα δέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο,
ἔνθ᾽ ἔνι μὲν φιλότης ἐνδ᾽ ἵμερος, ἐνδ᾽ ὀαριστὺς,
πάρφασις, ἥ τ᾽ ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.

Concham vero de qua etiam paulo ante dictum, nõ aliam, equidem ob caussam dedicarunt, quam vt ostenderent hominem ab ineunte ætate libidinosũ, quando conchulæ in Pinna, quæ *concharum* est genus, prognatæ, antequam excluduntur, inter se quamprimum coire dicuntur. Sed & stella eidem ascripta, quæ solis ortum præcedẽs Phosphorus, post Solis occasum apparens Hesperus dici consueuit. Primũ omniũ deprehendisse eius naturam Pythagoram *Olympiade 22.* aut circiter, scribit Plinius. Ad magnitudinem quod attinet, superat stellas omnes & Planetas, exceptis Sole & Luna, & quidem claritate tanta, vt eius vnius radiis vmbræ reddantur, si fides habenda est Plinio. Hinc magna de nomine contentio, cum aliqui Isidis, nonnulli Iunonis, aliqui Matris Deûm stellam vocarunt. Addunt Physici vi eius generari omnia in terris, quod alterutro exortu genitali rore omnia conspergat, non solum terræ conceptus implens, sed etiam animantium naturas exstimulans. Permeare creditur Zodiacum tricenis & duodequinquagenis diebus nunquam longius à Sole recedens, quam 46. partibus, *Auctore Timæo.* Frigida & humida est eius natura. Pro domiciliis habet libram & Taurum. Quantum ad consecrata eidem animalia sciendum, vt in Saturni tutela sunt dracones, aut si quid draconibus immanius, in Martis tutela Vulpes, Iouis aquilæ, Iunonis pauones, Solis equi, Mercurij galli, ita Veneris quadrigis accommodari columbas, non quod in Cypro primum repertæ sint & inde ad alias gentes transmissæ, *vt censet Athenæus*, verum potius propter lasciuiam earum salacitatem, vt ea de caussa περιστερὰν, Græce dictam ἀπὸ τοῦ περισσῶς ἐρᾶν, quod supra modum amori det operam existimauerit Apollodorus. Et de Ænea Virgilius Aeneid 6.

Vix ea fatus erat, geminæ cum forte columbæ
Ipsa sub ora viri cœlo venêre volantes,
Et viridi sedere solo, tum maximus Heros
Maternas agnoscit aues.

Apuleius quoque vbi *Metamorph. 6.* Veneris currum describit, subiicit tandem: *Veneris currum præcedunt quatuor columbæ, & hilaris incessibus picta colla torquentes iugum gemmeum subeunt.* Et si alij eiusdem lasciuiæ ergo à passeribus currum trahi confingant, alij cygnis, quod aues sint pulcerrimæ & cantus dulcedine præstent. Inde Flaccus Carmin. 3. *Quæ Gnidon fulgentesque tenet Cyclades, & Paphon Iunctis visit oloribus.* Papinius: *Amyclæos ad frena citauit olores:*

Ouidius Metamorph. 5

Vecta leui curru medias Cytherea per auras,
Cypron olorinis nondum penetrauerat alis.

Consecratus eidem piscis Phalaris, vt Bocas Mercurio, Triglis Hecatæ,

vitulus Marinus Neptuno, Mulus Dianæ. Sues contra & apri inuiti propter Adonidis necem. Vnde apud Græcos prouerbium ἀφροδίτῃ ὗν ἔθυκεν, *Veneri suem sacrificauit*, in eos, qui rem alicui ingratam faciunt. Vnionem illum visendæ magnitudinis dependentem ab altera Cleopatræ aure, & post mortem eius ex Aegypto Romam delatum dissectumque, vt ex vna Margarita fierent duæ, impositumque simulacro Veneris in templo, quod *Pantheum* dicebat, apud Macrobium legas *3. Saturnal. cap. decimo septimo.* Sacra eius tacenda esse, indicat Ouidius de arte his verbis: *Præcipue sua sacra iubet Cytherea taceri.* Venereos intelligit actus, in quibus vtique præstandum silentium. Cal. autem Aprilis apud Romanos sacrificabant nuptæ Veneri, & apud templum Fortunæ virilis, quod erat in ripa Tyberina, myrto coronatæ lauabantur, eo quod Venus latuisse sub ista arbore fertur, cum à Satyris sibi caueret. Lucianus cum in meretriciis Dialogis aliam putat Venerem cœlestem, popularem aliam, quam Publicam etiam vocauit, & aliam Hortensem, significat publicæ candidam capram mactari solitam, Hortensi & Cœlesti iuuencam. Etsi incruentam eius aram fuisse in Papho, intelligi queat ex Virgilij versibus, in quibus antea cecinit calere ipsius aras Sabæo thure & sertis recentibus halare. Cui astipulatur Homerus, à quo in Hymnis tribuitur Paphiæ τέμενος, βωμός τε θυώδης. Catullus quoque in Coma Berenices:

Placabis festis luminibus Venerem
Sanguinis expertem.

Cui consimilia habet Tacitus *libro decimo octauo*, cum agit de Vespasiani profectione ad eam Veneris ædem, quæ erat in Papho. Denique notandum summopere arcuisse veteres a sacris inquinatos hesterna Venere. Hinc Tibullus:

Vos quoque abesse procul iubeo: Discedite ab aris,
Queis tulit hesterna gaudia nocte Venus.

Belle itaque Ouidius 3. Amor. Eleg. 6.

A tenera quisquam sic surgit mane puella,
Protinus vt castos possit adire deos?

Quapropter loto corpore accessisse tales ad sacra ex his Persij verbis Satyra 2. constare potest:

Hæc sancte vt poscas, Tyberino in gurgite mergis
Mane caput bis terque, & noctem flumine purgas.

Ver primitiua origine descendit à Græco ἦρ vel ἔαρ. Solet enim aspiratio Græcorum quandoq; à Latinis verti in V. Sic ἑσπέρος nobis est vesper, ἑςία Vesta. Quo lubens eos reiiciam, qui à veniendo deriuant, vel à *virendo*, quasi *viuer*, aut denique à *Vertendo*. Varro dictum putat, *quod omnia vincere eo tempore incipiant*. Ionibus ver fuit βῆρ forrasse παρὰ τὸ βῆναι eundo, vt & ἔαρ ab ἰὼ emitto deriuatum volunt nõnulli, quod tum omnia tellus edat: Id quod non dissimile foret etymo paulo ante reiecto. Vernum tempus asscribit Ouidius aureæ ætati, idque æternum. Et sane multi in æquinoctium vernum conferunt primordia mundi, non in Thisri, *vt quidam volunt*. Quorsum enim iussa esset germinare terra, vt statim primis autumni frigoribus exolesceret? Voluit equidem omnipotens creator lætissimam mundi faciem ostendere mortalibus, qualis fuit semper etiamnum apparet tempore veris, quod tanquam sæua tempestate & naufragio defunctos homines, hyeme discussa, sinu excipit. Tum colles virent: Agri, prata & nemora renident, humo afflante suauissimos odores, suauissima florum varietate cantillantes aues, purum, salubre & nitidum cœlum, læti homines cum bono præsenti, tum spe futuri. Primus eius dies Varroni in Aquario.

Veratrum, id est, *elleborus*, quod mentem vertat, dictum nonnulli volunt. De eo alias nonnulla. Nunc vt paulo exactius dicam, duplex illud ex Galeno propo

propono, *nigrum* & *album*. Album folia fert Plantagini aut betæ syluestri similia, sed breuiora, nigriora & rubescẽtia. Radicibus nititur multis, verum tenuibus, ab oblongo & exiguo capite exeuntibus, ceparum modo fibratis. Nascitur in montibus & asperis locis. Extrahit vomitione varios humores: Admiscetur collyriis. Excitat sternutamenta: pellit menses, interficit mures. Si vna coquatur, carnes absumit. *Nigrum*, alio nomine *Melampodium*, quod Melampus caprarum pastor furentes in se Prœtidas eo purgasse & sanasse feratur, folia habet platani foliis similia, verum minora, subaspera tamen & nigra & plurimis diuisuris incisa. Flores sunt purpurei & racematim cohærentes. Radicibus cohæret nigris & tenuibus, nasciturque in collibus asperis & silentibus locis. Optimum olim erat, quod petebatur ex *Anticipyra*. Quapropter relegantur eo à Poëta, qui malè composita sunt mente. Purgat autem veratrum, nigrum ventrem, detrahit bilem pituitasque datum per se aut cum scammonia & tribus obolis, siue drachma salis. Prodest & morbis comitialibus, Melancholicis, articulorum doloribus & resolutis. Menses inditum trahit, partus necat, purgat fistulas impositum & tertia die detractum. Demittitur & in aurem contra grauitatem auditus. Sanat scabiem illitum cum thure aut cera, & pice. Vitiliginibus, lepris, & impetigini ex aceto medetur. Consitum proxime vitium radices, donat vinum facultate purgandi. Celeriter effodiatur oportet, quod halitu caput aggrauet. Quapropter fossuri ad id arcendum allium assumere & vinum bibere consueuerunt, *vt Dioscorides, monet*. Plinius scribit, *Elleborum quondam terribile postea tam promiscuum effectum, vt plerique studiorum gratia sumerent, nempe ad acrius peruidendum, quæ pre manibus habebant*. Verum, *vt Oribasius monet*, accuratè Elleborum castigabant. Sine noxa appetitur à capris & coturnicibus, *vt monet Lucretius*, forte quia comitiali morbo etiam laborant, *sicut de his Plinius, de illis Plutarchus prodit*.

Verbena, Græcis ἱερὰ βοτάνη Herba sacra, qua (*Plinio teste libro 22.*) legati sunt vsi, cum clarigatum, id est, res clare repetitum mitterentur ad hostes, vnde vnus eorum *Verbenarius* est dictus, an à verrendo nomen obtinuit? Plinius equidem *libro 25. capite nono*, scribit hoc modo: *Nulla Romanæ nobilitatis plus habet, quam Hierobotane, quam aliqui (sic enim legendum arbitror) peristereon, nostri verbenam vocant. Hæc est quam legatos ferre ad hostes indicauimus. Hac Iouis mensa verritur, domus purgantur lustranturque*. Et paulo post, cum ostendisset genera eius esse duo: *Vtraque sortiuntur Galli & præcinunt responsa: Sed magi vtique circa hanc insaniunt. Hac peruinctis impetrare quæ velint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique non morbo mederi*. De viribus eiusdem idem permulta sparsim *libro 26. vt & Dioscorides libro quarto, cap. 51* Notandum porro etiam verbena aras decorati solitas apud gentiles. Vnde apud Terentium in Andria: *Ex ara hinc verbenam sume*. Ad quem locum Seruius annotat hæc, *Verbenæ sunt omnes herbæ frondesque festæ ad aras coronandas, dictæ quasi herbenæ, mutata prima literæ per sinota in consonantem V. sicut etiam Venetias & Ve[...]rum dicimus* ἐκ τῶν Ἐνετιῶν καὶ ἑσπέρου. Quin verbenarum fasciculi puluinaribus dicati Deos significabant, quos *struppos* vocabant, *vt annotauit Pierius*. Itaque apud Tusculanos fasciculum vel coronam herbaceam impositam puluinari Castoris *struppum* dicebant. Vnde *struppearia festa* apud Faliscos, quibus ambulabant coronati. Sed & in patre patrato creando vtebantur ea herba Romani, cum caput capillosque verbenaceo fasciculo demulcerent, vel potius perstringerent.

Verbenam ab aëre verberando arcessere videtur etymon. Sonat enim aëris percussionem pronuntiatum, quasi sonitu, non *verbenam*, Herculis claua. Iactat Cicero *Phil p. 13.* se cōtudisse audaciam Antonij. Minus placet à veritate deducta notatio, etiamsi Varronem auctorem habeat.

Veredi equi publici *lege 4. & 8. de C. S. public.* quorum Ausonius meminit in *Epistola ad Paulinum*, dicti sunt Festo a *vehendo*, id est, *ducendo* rhedas. Sunt autem Græcis ταχύδρομοι.

Vergiliæ quarum ortu æstatem incipere, occasu hiemem, docet Plinius, ferre id nominis dicuntur, *quod oriantur in verè.* Eadem nominantur *Pleiades*, quemadmodum proprio loco est annotatum. Idem filius Plinius vestium institorem vocat, *libro 8. capite 25.* Nihil illæ aliud reuera sunt, quam ἀστρων συστροφὴ, quod in se conglobatæ paruum spatium occupent. Qua mente dixit Valerius Flaccus *libr. 5. Pleiadumque globos* Et Aratus, αἱ δ' οὐ μάλα πολλὸς ἁπάσας χῶρος ἔχει.

Vergilius Poëtarum inter Latinos Princeps. Alexandro Cæsari Poetarum Plato, *vt scribit Lampridius*, aliis Poetarum Deus, Ciceroni *spes altera Romæ*, quem Adrianus præpostero iudicio Ennio postposuit, Caligula fatuo iudicio, damnauit, cum Domitius Afer & Fabius Quintilianus propemodū Homero eum æqualem statuerint, imo nonnulli, victorem quandoque declarauerint, vel ipso Macrobio ita censente nimis alioqui stante a factione Græcorum, modo nomen habere putatur à virgis, modo à Vergiliis stellis videlicet illis, quas alio nomine *Pleiades* dicunt. Ideoque alij Virgilium per i alij Vergilium per e. dicendum arbitrantur. Sententiam priorem amplectitur Politianus, hanc etiam Donatus, quisquis ille fuit, qui vitam Virgilij copiose descripsit, et & Calui versiculos erudites frequens

Et vates, cui virga dedit memorabile nomen.

Sententiam posteriorem tuetur Ioannes Baptista Pius *primo commentariorum Lucretij*, cum maximo literatorum choro & vnanimi applausu. Quo accedit, quod, cum Gallici milites Brixiam vrbem inuasissent, eamque depopularentur, inuenti sint nummi argentei quamplurimi, in quibus circa capitis figuram maiusculis & integris adhuc literis legebatur *Vergilius Maro.* Atque hic ille Poeta, quem admiratæ sunt omnes ætates, & nemo non solide vir doctus. Qui ita Hesiodum est imitatus in Georgicis, vt plurimis enim modis superauerit, ita Theocritum in Bucolicis, vt (modo Doricum illud idioma amoueas) nec Siculo cedat in exprimenda illa Pastorali ruditate aliisque figmentis Poeticis. Imitatus quoque ita est passim Nicandrum, Apollonium, Pisandrum, Euphorionem, Euripidem, Pindarum, & inter Latinos cum Ennium, tum Lucretium, vt palmam præripiat, etsi collatis cum Homero signis laboriosa ipsi sit futura victoria. Reperiuntur in eodem Pythagoricæ & Platonicæ Philosophiæ vestigia. Calluit Historias Romanas, ius ciuile, ius Pontificum Priscorum, res naturales & auguria. In perquirendis antiquitatibus rerum, multiplex idem & diligens, non ieiunus. Vbique illustris sententiarum admirabili grauitate. Incredibilis illi verborum copia & elegantia, quibus nati sunt sales. Sed & vitæ mores multum exprimit stylo, iam breuis & astrictus, iam fluens & copiosus: Nonnunquam humilis & siccus, nonnunquam per confragosa rapidus & torrens. A Vergilio dictæ sunt Sortes Vergilianæ, cum aperto libri codice in oraculi omen assumebant mox occurrentes versus. Meminit harum Spartianus *in Adriani vita.*

Verres dicta videtur quibusdam à soliditate conflatione, quod verum ... catur,

[illegible] & immutabile est, Ex quo vis vetusti intelligi potest. *Mordax* dicitur, quod mordeat ac lancinet male sibi conscios homines. Vt recte dixerit quidem Comicus, *Obsequium amicos, veritas odium parit.* Laudabilis de ea omni memoria digna Philosophi gnome: *Amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas* Plus .n. ea valere debet, quam vlla res alia, quã tumuis præstans. Quo iure Menander vocauerit δικαιοτατου χρῆμα, Pindarus θυγατερα διὸς, Epictetus ἀθανατου χρῆμα Simplex eius oratio est, vt multis verborum lenociniis & fucis non habet opus. Contra palliatum tectorio verborum mendacium. In hanc sententiam Lactantius: *Veritatis hanc voluit esse Dei [illegible] vt simplex & nuda esset [illegible] per se satis ornat, ideo que ornamentis extrinsecus additis fucata corrumpitur, Mendacium vero specie placet aliena, quia per se vanescit & defluit, nisi aliunde ornatu quæsito circumlitum fuerit ac politum.*

* *Verus* opponitur mendacio. Amans veritatis, & verus, sincerum simplicemque significat, & opponitur fucato atq; simulatori: iniquo etiam & iniusto, quòd verum sit etiam æquum & iustum, vt Cicero multis locis demõstrat. Hebræis veritas *Emuna* dicitur, quæ vox significat etiam fidem & fiduciam. Veritatẽ colẽti fidem adhibemus, & in cũ confidimus. Fides enim dicitur, quòd fiat quicquid dictum Et Deus *Emuna* dicitur propriissime, quòd nemini sit proprie fidendum [illegible] Deo. Cæterùm *Emuna* deriuatur à verbo *Aman*, vnde *Amen*, id est, fiat, ita sit confido & credo ita futurum a quo sit verbũ ex Binjan Hiphil *Emin*, Credidit, Confisus, est, dictis vel promissis acquieuit, Certus de re aliqua fuit, &c. Et in passiuo significat *Aman*, firmum stabilẽ, Permanentem, perseuerantem, fidelem, & fortem esse Vel in neutro stabile, Certum, ratum ac verum esse & consistere in suo loco, [illegible] sua firmitate, si de re [illegible] Exod. 17 12. de [illegible] dicitur quòd erant *Emuna* [illegible], id est, firmæ seu stabilitæ & bene firmatæ vsque ad occasum Solis. Vnde & fides nostra in Deu, *Emuna* appellatur, eo quòd sit firma & certa persuasio de promissionibus Dei. Imò & fides Dei, quam seruat, & qua fit id quod dictum est, vocatur *Emuna*: quoniam est certa & firma promissio. Est item alia vox Hebræa *K*[illegible] quæ significat veritatem, Psal. 60.6. & perfectionem, Prouerb.2[illegible]. Quidautem sincerius, simplicius, æquius, fidelius, firmius, fortius, perfectius verita[illegible] sincera simplex, iusta, fidelis, fortis perfecta permanet in æternũ, siue veritaté in Deo ipso qui Veritas est, siue in Dei cõsilio, verbo, operibus, cõsiderare velis. Græcis [illegible] ἀλήθεια [illegible] ἀπὸ τοῦ ἀ particula priuatiua, & τῆς λήθης *Lethes*, quæ vox obliuionem significat. Veritas enim non obliteratur; & proprium veritatis amãtium est non obliuisci: contra mendacium non sibi constat & effluit: vnde prouerbium Mendaces esse immemores, &, mendacem memorem esse oportet. Iis autem qui vera dicunt, sincereq; agunt & loquũtur, hac admonitione non opus est: cõstantes enim reperiuntur, non obliuiosi. Ideo Pindarus immemores vocat veraces. Et Phauorinus ἀληθὴς ait οἱ μὴ ἐπιλανθανόμενοι. &, ἀληθὴς ὁ μὴ ἡμῶν κατα στέρησιν τῆς λήθης. De Deo propriè dicitur, quum sit ipsissima veritas, quòd nullius rei eum capiat obliuio: quippe cui ante oculos omnia, quæ sunt, fuerunt, & futura sunt, obuersantur præsentia: omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius Ergo neq; falli potest quia omnia nouit neque vllius obliuiscitur. neque etiam fallere, quia iustus est, & mentiri non potest vnde & ἀληθὴς, teste Phauorino dicitur ὁ δίκαιος. Nomẽ *Veritas*, à *Verus* est. Verus autem a *Ver* originem trahere nonnulli arbitrantur,

quòd veritas ceu in vere perpetuò floreat & vigeat, nec vt mendaciū sit marcida hiememue temporis patiatur. Dei autem illud propriū est, vt semper eodem statu florentis beatitudinis gaudeat & potiatur. Atque hæc quidem de etymo Veritatis.

Vernaculum dictum, quidquid domi nostræ, aut in patria est natum, idque à verna seruo ex ancilla nostra nato in ædibus nostris. Hinc & *Gallinam vernaculam* dicimus, & *equum vernaculum*, & deniq; *linguam vernaculam*. Cic. 6. *Vercinarum crimen domesticum & vernaculū* dixit, Cæsar 6. *Commentariorum* vernaculas Pompeij legiones in patria scil. & velut dominico lectas. Aliquando tamē *Vernaculum* pro *verno*, aut eo quod pertinet ad ver, accipi notandum. Nam eiuscemodi est vernacula putatio apud Plinium *lib.* 17. *cap.* 23. vt quæ tempore verno fieri consueuit.

Verna, seruus domesticus ex seruo & ancilla domi, & quidem vere natus.

Verona Ausonio, Italię florentis ocellus, Onuphrij Panuini doctissimi patria, à Thuscis condita *secundum Catonē*, à Cenomanis *secundum Liuium*, dicta creditur primum Brennona à Brenno, inde mutatis literis *Verona*. Certum enim maximam vrbium Italiæ partem à Græcis trahere originem, *vt erudite docet Iustinus lib.* 20. Cato autem & Sempronius nomen habere volunt à Vera nobili Hetruscorum familia. Sed hic opponūt se Sabellicus & Volaterranus negantes ea de origine Italię fragmenta viris istis esse tribuenda, ac proinde inuehuntur in Annium vt impostorem ac turbatorem Geographię, vtpote, qui ea Catoni Sempronioque posterioris nostri etymi auctoribus non solum detulit, verum etiam commentariis ornauit. At stantem pro eo, vide Leandrū in M[illegible] Taruisina, vbi præter scrupulum t[illegible]ibuenda ea censet v[illegible]ris, eisdē cum multis aliis præclaris in[illegible]s, cū ob [illegible]s rationes, tu[illegible]

Hetruscorum colon[illegible]as eis Apenninum, inter quas etiam Verona, indicent nobis. De situ eius ad Amnem Athesim, de amphitheatro amplissimo a flamine quodam suis sumtibus erecto, & nobilissimis, quas alit, familiis, agrorumque fertilitate, vide eundem Leandrum *loco prædicto*.

Verpus est digitus medius à *verenda parte*, quam taceri honestius est, quam exprimi verbis. Idem nomen inditum Iudæis à versa pellicula, quæ mutilatur in circumcisione. Vnde & *verpam* accipi videas pro mēbro virili in Priapæis: *Tot verpas*, inquit, *tibi dedicat salignas*. Martialis: *Incipit in medios meiere verpa pedes*. Sed & Apellæ dicti, *quasi sint sine pelle*. Horatius: *Credat Iudæus Apella*. Martialis nominat eosdem *rec[illegible]* Et Persius *recutita* dixit Iudæorū *sab[illegible]*

Versipellis. Sunt qui tractam vol[illegible] hanc dictionem ab his hominibus, [illegible] in lupos verti, & formæ deinde pri[illegible] næ restitui credebantur. Virgilius *H[illegible] ego sæpe lupū fieri, & se c[illegible]dere syluis M[illegible]rin sæpe animas imis e[illegible]ire sepulchris, A[illegible]que satas alio [illegible] tra[illegible]ucere messes.*

Vertagus canis acer, [illegible] appellatus putatur, quasi *[illegible]* vel potius *vertr[illegible]*, [illegible] ratione in g[illegible]utata *iuxta Turnebum*. Maxime c[illegible] Gratius Poeta ve[illegible]s etiam dixerit vert[illegible]a ham his verb[illegible]: *Et p[illegible]a mac[illegible]a vertrahum dilige f[illegible]*

Vertumnus, pro quo T[illegible] (*[illegible]ertunnus*) [illegible]icend[illegible] p[illegible] bene [illegible]rtendarum rerum, seu vendend[illegible]rum & emendarum De[illegible], cultu[illegible] olim ab olitoribus & [illegible]turæ præsidens a vertēdo pron[illegible]t nomen, quod in [illegible]arias se ve[illegible] formas, vt ipsemet apud Propertium narrat his verbis

Opportuna mea est cunctis natura [illegible]guri[illegible]

In quacumque v[illegible]s verte, dec[illegible]rus e[illegible]

Ouidius *Fastorum* 2 eum videtu[illegible]ere Vertumnum, quem alij esse volunt Tyberis Deum, vtpote, qui vertit alueum [illegible]

N[illegible]dum

Nondum conuersum diuersis ipse figuris,
Nomen ab auerso ceperat amne Deus.
Et Propertius:
Hac quondam Tyberinus iter faciebat, & aiunt
Remorum auditos per vada pulsa sonos.
At postquam ille suis tandē concessit alūnis,
Vertumnus verso dicor ab amne Deus.
Seu quia vertentis fructū percepimus anni,
Vertumni rursus creditur esse sacrum.

Alij Deum esse voluerunt, qui cogitationes humanas verteret & immutaret. Vnde iniquo & irato Vertumno nati dicuntur, quorum mentes facile mouerētur, & quidem præter rationem Horatius *Satyr.7.lib.2.*

Iam mœchus Romæ, iam mallet doctus Athenis
Viuere, Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.

Sed mirum in modū placet, quod scribit Donatus, *Dii bene vertant*, dici solere, quod sæpe res eueniant aliter, atq; velimus, ideoque Vertumnum coli, qui præsit rebus in vtramque partem vertendis. Feriæ huius Dei celebrabantur mense Octo. dicebantúrque Vertumnalia, *teste Varrone*. Sacellum eius cum signo exstitit in vico Thusco ad Opis & Cereris aras, forte quod creditus sit rex vetustissimus Thuscorum, qui non solum vinearum ac arborum serendarum rationem tradiderit, sed etiam cū Lucumone Romulo suppetias tulerit.

Veruex castratus aries ab inuersis, id est, *ademptis* sibi testiculis nomē habere creditur. Nam, qui ad generandam sobolem integer seruatur, dicitur *aries*. *Sectarius veruex*, qui agnos sectando ac præcedendo ducit. Isidorus nomen illi tributum putat, à viribus quod ceteris ouibus sit fortior, vel quod vir sit, id est masculus. vel quod vermem (plane id friuolū) habeat in capite, cuius pruritu excitatus alios imperat ac concutiat. In porcis *verrem* dicunt, qui scrophas init, non qui est castratus: *Maialē* vero, cui exempti sunt testes: At in equis cantherios, qui fuere castrati. Quamquā Apuleius *lib. 4 & 8. de asino aureo* etiam asinum canterium appellet. *Verum*. Vide, *Veritas*.

Vescus. Vtitur hoc concreto Lucretius *lib. 1.* cum vesco sale saxa dicit peresa, imo Virgil. cum vescas salicum frōdes canit *3. Georgic.* & vescum papauer *libr. 4*. Quid autem sit vescum, optime intelligemus, *iuxta Beroaldum*, si originem & etymologiam diligenter perscrutemur. Nam vescum ex *ve* particula & *esca* coactum vocabulum est, *Auctore Gellio Noct. um decim. quint.* Vtque in eo *ve* particula iam intētionem, iam diminutionē significat, ita vescū significationes habet diuersas, aliter .n. Lucret. vescū salē dicit ex intētione edendi, vel (*vt alij volunt*) ab excitādi & irritādi appetentiā facultate, aliter Lucilius, Vescum cum edendi fastidio: Vt nunc quidem intendat significationē, nunc imminuat. Quo spectat, quod Festus vescū scribat fastidiosum & edacem notare. Vlterius progredior. Obseruatum quippe & illud, priscos vescum pro pusillo dixisse, id quod Ouidius in Fastis his verbis declarat: *Vegrandia farra coloni Quæ male creuerunt, vescaque parua vocēt.* Hinc & *Vesculi* male curati & graciles homines. Etenim rei paruę *ve* syllabam præponebant antiqui. Quo pacto *vegrādes messes* pro paruis dixit Ausonius, scriptumque à Varrone *de re rustica*, oues fieri vegrandes & imbecilles Ita *Veiouis* accipitur pro Ioue pusillo, & apud Poetam pro minuta faba vegrandis. Seruius autem *Georgic. quarto*, vescum intelligit edule, quod *ἐδώδιμον* est Græcis.

Vespæ & Vespiliones dicti secundum Festum, qui funerandis corporibus officium præstabant non à minutis volucribus illis, sed quia mortuos tempore vespertino efferebant, quādo præ inopia funebri pompa duci & efferri nequibant. Dicuntur eidem Vespiliones *iuxta Martialis illud: Qui fuerat Medicus*

stus:

nunc eſt veſp[illegible] *Diaulus*. Atque hæc Feſtus: *Quibus conuenit, quod funera a funalibus dicta velit Donatus, vt & ſuo dictum eſt loco. Opus enim his erat, cum efferrentur noctu.*

Veſpera vel *Veſper*, quem diem componere dixit Maro, & de quo illud: *Neſcis, quid ſerus veſper vehat*, nomen ſuum acceſſit à ſtella, quæ oritur veſperi, quam Ennius *veſperuginem*, Catullus etiam *veſperum* & *Noctiferum* in Epithalamio, alij Veneris ſtellam appellāt, ſanctiores Grecorum libri διὰ ἑσπέριον. Idem Heſperus Virgilio in Eclogis, & *Lucifer* aliis, cum antegreditur Solem. Quo modo & φωσφόρον nominãt Greci. Plura de ſtella hac inuenies apud Vitruuium *lib.9.* Plinium *lib 2.cap.7.* & Ciceronem *2. de Natur. Deor.* Dignum quoque notatu, etſi paulo altius petitum, quod Liuius ſcribit *ſ primo Decadis primæ*. C. Sulpitium Dictatorem, vbi illuxiſſet, cœpiſſe in radicibus montium extendere aciem aduerſus Gallos, quippe poſt luciferi occaſum. Tanta Romanorum erat vigilantia in bello gerendo.

Veſpertilio auis lucifuga ſolaque ex volatilibus lac habens & mammas quę platani foliis ſuſpenſis ab ædibus arceri creditur, imo hedera ſuffumigata necari, etiam a veſpera appellationem deducit, quando ſubito volatu elatus in altum ferri videtur. Mirum in hoc tam bruto genere, quod ſumma ſe inuicem compl[illegible]tantur humanitate, cum ſæpe veluti catena quadam contexta, ſi illi vis inferatur, nexu mutuo multę coh[illegible]reāt, vt ita in becillitati communi op[illegible] ferant. Volat non tam pennis, quam membranulis innixus. Neque plu[illegible]a veſt[illegible]ur, ſed pilo, & eo quidem m[illegible]rino. G[illegible] infantes amplexa volitat & ſecum deportat. Varro Agat[illegible]one refe[illegible] N[illegible] Quid multa? Fa[illegible]tus [illegible] neque in v[illegible] fun[illegible]. Res n[illegible]a. Bipedem in ea vol[illegible]tem conte[illegible]ri

quis poſſit quadru[illegible] potius, quam inc[illegible]tem [illegible] quod ſubtilius eſt, cruribus volātem, alis [illegible]bulantem.

Veſta Saturni iuxta Homerum [illegible], ædium fabricatrix Dionyſio, De[illegible]rum prima Pindaro, quamque Strabo Rheę coniungit, Phurnutus eādem cum terra facit. videtur Ouidio à *v[illegible]ando* nominis originem trahere, cum ait *[illegible] vi terra ſua, vi ſtando Veſta vocatur.* Quo & Plato reſpexit in Timæo, cū magnum in cœlo ducem, Iouem videlicet, velociſſimum Iouis currum impellere ſcribit, & dum conuoluitur, ſequi illum ſtellarum exercitum, hoc eſt, Deorum ac Dæmonum, ac ſolam quidem Veſtā, permanere in atrio Deorum. Co[illegible]it enim terra mole ſua immobilis in medio mundi. Accipit & eam pro terra Plutarchus *8. Sympoſ. Probl[illegible]m.* cum tradit *rotundas fuiſſe veterum men[illegible] m[illegible]dum terræ, [illegible] cum cibis illatis terra in[illegible]r victum præberent, vocata ſunt etiam Veſ[illegible]* Recte quoque Phurn[illegible]tus dictam vult ab antiquis ἑστίαν, διὰ τὸ ἑστάναι [illegible] τον, quod per omnia conſter, vel quod in ipſa tanquam in fundamento totus ſtet orbis Euripides

καὶ γαῖα μῆτερ· ἑστίαν δέ σ' οἱ σοφοὶ
βροτῶν καλοῦσιν ἡμένην ἐν αἰθέρι

Neque aliam ob cauſſam crediderim Numam Pompilium conſecraſſe V[illegible] ædem ro[illegible], q[illegible]m quod eandem eſſe terram, q[illegible] hom[illegible] vita [illegible]taretur, exiſti[illegible]ret. Sunt itera[illegible], qui Veſtæ etymon a veſtiendo [illegible]cunt, quod terra veſtiatur variis herbis & plantis Phurnut[illegible] Veſt[illegible] Terrā reſtringit & refert, [illegible], inquit, *qu[illegible] per hanc ſ[illegible] d[illegible] [illegible]mal[illegible] mat[illegible]r [illegible] a eſt cauſa.* Dionyſ. H[illegible]licar[illegible]. lib.1[illegible]. Veſtæ ideo ſ[illegible] I[illegible] *[illegible]d cum Veſt[illegible] T[illegible] medium [illegible] cum f[illegible] ac[illegible]* Aliter P[illegible]

Plato

Plato quorum sententias Plutarchus refert in Numa. Cicero intentis in Græcam originem oculis, vult eam esse Vestam quæ dicitur a Græcis ἑστία, eiusque nominis vim omnem ad focos & aras pertinere. Verba eius *2. de legibus* sunt hæc: *Vestam quasi focum urbis, ut Græco nomine est appellata, quod nos prope idem Græcum nomen interpretatum tenemus.* Ouidius quoque:

Nec tu aliud Vestam, quam viuam intellige flammam,
Nataque de flamma corpora nulla vides.
Iure igitur virgo est, quæ semina nulla remittit,
Nec capit, & comites virginitatis amat.

Eam ob caussam perpetuum ei ignem consecratum in eiusque templo à Numa extructo ab integris [illegible] custodibus conseruatum, proditum cum à Plutarcho tum aliis. Nisi talem peruigilem ignem etiam Seruius asseruatum tradat in templis æthereorum potestatum, sicut in templo Iouis, qui est æther: Et Mineruæ, quæ supra ætherem est, [illegible] ex capite Iouis. * Sic Persæ etiam, Assyrii, Chaldæi, Medi perennem ac perpetuum ignem aluerunt, cui, seu Deorum maximo, hostias mactasse & solennia festa, statis diebus, regio apparatu, & sumptibus magnificis celebrasse, atque ex illo euenta rerum cognoscere atque interpretari, asseuerant. Vide Capnomantia & Pyromantia [illegible], seu per fumum & ignem diuinatio, eaque in [illegible] orta est. Persæ [illegible] ignem, quem [illegible] patria, vel potius Hebrea lingua [illegible] *ur-besed.* vel *Oromasdes*, q. d. ignem sanctum, [illegible], deprauata voce, ut fit in populorum & linguarum confusione, vocarunt, [illegible] certis diebus festis, candido impositum equo [illegible] circumducebant. Cum pompa maxima sequebatur equum rex Persicus. Hunc reguli proceres & maxima populi multitudo comitabantur, ut Xenophon & Curtius annotauerunt. Ii populi, ut & Græcis ac Romanis huic cultui usurpando ac celebrando caussam præbuit, memoria inflammatarum cœlitus victimarum. Saniores etiam & antiquissimos hoc existimo significare voluisse, quòd sit Deus æterna lux: vel hæc ipsa primigenia lux de qua Moses Genes. 1. cap. *Et Deus dixit, fiat Lux:* quæ fulsit [illegible] rerum Systema mundi suprà constituti [illegible] lumina corporum τῶν ἐνεργεια [illegible] ἀφανῶν, infra τὰ δυνάμει δ᾽ ἀφανῆ [illegible] ac complet, & τὰ ἄδηλα seu obscura [illegible] lucens, aliquo splendore imbuit vel aliis [illegible] abdita atque inaccessa lux.] Quinimo Athenis in Prytanæo, & Delphis à mulieribus coniugio solutis seruatum legimus perpetuum ignem, qui si quando [illegible] non aliunde [illegible] flamma [illegible], teste *Plutarcho in Numa.* [illegible] Romæ renouari solebat pura & sincera flamma à Solis radiis excepta instrumentorum opera, quæ σκάφια nominabant. Erant ea excauata in turbinis triangulis modum, Solique opposita radios omnes solis a circumferentia ad centrum redobliquabant, & materiam admotam inflammabant. Sed notandum, si quando Romæ extinctus fuisset ignis, affectas fuisse virgines Vestales à Pontifice verberibus, quibus mos erat ex Festi testimonio verberari tamdiu felicis materiæ tabulam, donec exceptum ignem virgo in vasa retulisset in ædem. Porphyrio [illegible] focum aliam [illegible] fuisse Deorum Penatium in quorum numero recte quoque Vestam reponit Macrobius *libro 3.* Itaque nunquam sacra Penatibus sine Vesta fieri solita, sed una celebrantur cum Vesta. Quid autem [illegible] dixit Naso, cum viuam [illegible] flammam [illegible]. Et Sinon apud Virgilium, ubi se Penatum offensum [illegible] hostibus prodat.

Vos æterni ignes, & non violabile vestrum
Testor numen, ait.

Hic Dido [illegible],

videlic. ignis, statuitur in foco. Quibus cõuenit in profugij significato vestam pro ara poni apud Xenophontem *rerum Græcarum lib. 2.* Ait enim: ἀκύσας ταῦτα θηραμένης ἀνεπήδησεν ἐπὶ τὴν ἑστίαν, *cum audisset hæc Theramenis, ad Vestam sibi profugium parauit.* At ara sacrificalis Vesta est Polluci, præcipuè vero, quæ fuit in Prytanæo, vbi inextinctus ignis asseruabatur. Et triginta curiarum Vesta collocata apud Dionysium Halicarnassæum *Antiquitatum libro 2.* Chaldaica quoque vox est אשתא & Vestæ respondens, suamque originem ab אש igni Hebraica voce, nec enim Vesta Latinè, aut Ἑστία Græce aliquid significat Hebræa est vtraque vox & quidem ex יה אש *Esch-Ja* composita, quod ignem Dei significat. Ex quo satis apparet, à Patribus hanc consuetudinem defluxisse, & remansisse inter Ethnicos, cum tenui vmbra deprauatorum rituum lege Mosis institutorum. Videtur & Ascanij nomen nihil aliud significare quam sacri ignis custodem & sacerdotem, *Esch-Kohen.*] Proditum est etiam à Beroso, Noam & tres eius filios habuisse vxores appellatas quatuor elementorum nominibus, *Esthham dico, Mariam, Aretiam, Rubam,* Orpheus antiquissimus Poëta de eadem hoc modo: ἑστία ἐν δυνατοῖο κρ᾽ ὄνου θύγατερ βασίλεια, ἣ μέσον οἶκον ἔχεις πυρὸς ἀενάοιο μεγίστου. Sacra eius adeo vetusta, vt multi tradiderint attulisse ea Aeneam secum Troia: Cum apud Virgilium legas Hectoris manes alloquentes Aeneã his verbis: *Sacra suosque tibi commendat Troia Penates.* Et mox: *Manibus vittas Vestamque potentem, Æternumque adytis effert penetralibus ignem.* Hinc ignem Vestæ à Poëtis modo *Troianum*, modo *Laomedonteum* & *Troicum* appellatum inuenias. Quod Numæ Pompilio institutum illud colendi perpetuum ignẽ ascribatur, non Romulo secundum aliorum opinionem, fit eo lubentius, quod Liuius in eo astipulatur Plutarcho lectas à Numa virgines Vestæ & Alba oriundum sacerdotium scribens. * *Dicitur* (inquit Plutarchus) *Numa Vestæ ædem orbiculari forma ignis perpetuo custodiam circumieciisse, non vt a [illegible] imitaret Terræ figuram, tanquam ea Vesta esset, sed vniuersi huius mundi, cuius medium Pythagorici ignem esse arbitrantur, atque id Vestam appellant, & vnitatem. Terram autem neque immobilem esse, neque in medio circumlationis sitam: sed in orbe circum ignem suspensam, neque vero eximias aut primas mundi partes censendam. Eadem Platonem volunt sensisse de Terra, tanquam in alio loco sitæ, mediam autem dignissimámque regionem alteri alicui præstantiori conuenire.*] Tradit & Seruius in omnibus sacrificiis inuocatam fuisse cũ Iano Vestam, quod nullum sacrificium absque igni constaret: Eidem olim non nisi de Numico fluuio libabant Romani, in quo repertum creditur Aeneæ cadauer. In sacris eius vtebantur sale tonso in pila, inque ollam fictilem coniecto, & in furno percocto. Interdum faciebant sacrum, quod iuxta Festum castam molam dicebant. Et quoniam piaculum erat aquã in sacris haustam in terram deponere, vtebantur vase, quod Seruio est futis, futile Donato. Erat id fundo acuto, ore patulo, ita vt stare non posset, deponebaturque non nisi à sacrorum ministro. Habebatur quoque sacrum eius in numero eorum, quæ *Municipalia* sunt dicta, propterea quod ante conditam vrbem celebrata fuissent, *auctore Festo*, qui pariter scribit *Vestæ sacerdotes olim constitutas fuisse sex, vt populus pro sua quisque parte haberet ministram, cum ciuitas Romana, tum temporis in partes sex esset distributa.* Dies quo sacra fiebant, *Vestalia* dictus Varroni. Agitabantur eo tempore passim conuiuia ante focos. A quibus libandi caussa mittebantur ad virgines cibi. Asini ducebantur per vrbem coronati floribus, & ex pane velut monilia gestantes. Matronæ nudis pedibus

bus procedebant ad templum, cuius rei caussam prætexit Ouidius, quod olim coactæ fuerint mulieres propter lacunas ea parte iacentes nudis accedere pedibus, servatumq; deinde morem nihilominus in vetustatis memoriam, cum essent exsiccatæ. Sunt & Vestales virgines dictæ à Vesta, quæ, *ut antea dictum*, destinatæ erant sacri ignis ministerio. Tantus olim illis redditus honos, vt etiam viuo patre testamentum condere, & cetera gerere sine curatore possent instar matrum trium filiorum. Cum prodibant, fascibus deducebantur, & si casu incidissent in quemquam, qui ad supplicium ducebatur, non licebat eum necari. Verum deierandum erat virgini, non vltro se aut dedita opera, sed fortuito obuiam venisse *teste Plutarcho in Numa*. Quid, quod non ad Deos solum, sed etiam ad homines placandos veteres adhibuerint Vestales: Vt *auctore Suetonio*, C. Cæsar Vestales ad impetrandam à L. Sylla veniam adhiberet. Messalina quoque cum audiret Claudium maritum ab hostia redire festinantem ad pœnam ipsius, orauit Vibidiam Vestalem, vt à Claudio sibi veniam impetraret. Plinius scribit *libro 28. capite 4.* Vestales virgines retinere fugitiuos seruos fugitiuos precationibus suis, ne vrbe exirent, crinemque ad lotum arborem vetustissimam Romæ & capillatam cognomento detulisse. Fuerunt autem ab initio tantum quatuor, sequentibus temporibus ob multitudinem sacrorum ministeriorum numero sex. Vnde scriptum apud Tranquillum legas *testamentum Augusti depositum fuisse apud sex virgines Vestales*. Triginta annos necesse erat eas manere innuptas & castas. Nam primis decem discebant, sequentibus decem sacra perficiebant, postremis decem alias edocebant. Quod si vittas temerassent amissa virginitate, terra, id est, Vesta, quam violauerant, condi solebant, & quidem viuæ, sicut abunde refertur in Numa à Plutarcho. Sed & Ouidius Fastorum 6.

Nullaque dicetur vittas temerare sacerdos
Hac duce, nec viua defodietur humo.
Sic incesta perit. Quia quam violauit, in illa
Conditur, & Tellus Vestaque numen idem est.

Efferebatur autem incesti cōuicta, quasi mortua, sandapila ad portam Collinam, & quidem loris reuincta cum luctu propinquorum, sequentibus cum summo silentio Pontificibus & sacerdotibus, & omnibus hominibus via cedentibus. Erat propè portam prædictam locus subterraneus cū lecto strato, in quem scalis descendebatur. In eū virginem solam solutis vinculis demittebant. Inde scalæ auferebātur, & locus occludebatur. Ne vero fame videretur necari, apponebatur nonnihil panis, lactis & olei, atque vna ardens lucerna. Quibus peractis discedebant omnes, eratque eo die iustitium in vrbe & pauor non exiguus, quod magnum aliquod malum Vestalium supplicio portendi existimarēt. Caussas propter quas Vestales eo afficerentur supplicio, tradit Plutarchus *in Quæst. Romanis*, vel quod mortuos tantum cremarent, iniustum autem esset eam cremare, quæ sacrum ignē neglexisset: Vel quod corpus summis consecratum ceremoniis interficere & manus sacræ mulieri adferre nefas censerent, ideoque vltro mori volentes in subterraneam domum demitterent. Stupratores earum virgis cædebantur in Comitio. Illic enim iubente Domitiano cæsus est Celer eques Romanus, cui Cornelia Maximilla obiiciebatur. Atque is dum verberaretur, in hac voce perstitit: *Quid feci? Nihil feci*. Plane cū tres vno tempore virgines Vestales incesti cum equitibus Romanis pœnas dedissent, Senatum, libris *Sibyllinis* per decemuiros inspectis, censuisse legimus, vt Veneris Verticordiæ simulacrum consecraretur, quo facilius virgi-

[illegible] umquem ēs ad pudicitiam [illegible] dine committerent. Testis Valerius *lib. [illegible] cap. vlt.* cum Iulio Obsequente *[illegible] de prodigiis.* Vide plura ea de re apud Plutarchum in Numa, Plinium *in epistola ad Cornelium Minucianum*, & Dionysium *libro 2.* Quo ritu, & cuius ætatis virgo, immo ex qua familia solita fuerit capi a Pontifice, scribit Agellius *lib. 1. cap. 12* vbi addit, negotium capi posse minorem annis sex, & maiorem decem, vt nec patrimam aut matrimam, linguæ d[illegible] bilem, aut aurium sensu diminutam, aliaue corporis labe insignem, ortámque parentibus, qui olim seruiuerant, capere licebat. Capi dicebatur, eo quod Pontifex Maximus manu prehensa ab eo parente, in cuius potestate erat, veluti bello capta abduceretur. Durasse denique hoc virginum Vestalium sacerdotium vsque ad senioris Theodosij Imperatoris tempora, [illegible] hic ignorare velim. Eo [illegible] rogante vna cum aliis sacerdotiis fuit sublatum, reclamante nequicquam Senatu. *vt ex Symmachi epistolis & Ambrosij responsionibus constat.*

* *Vestales.* Præcipua fuit apud omnes gentes ignis ratio & reuerentia. Insederat enim in animis hominum illa, quæ inde vsque a Patribus manarat opinio, de inflammatis cœlitus victimis: quod ita intelligebant, vt Deum ipsum flammea specie, ex alto delapsum, victimas deuorasse crederent. Inde & numen flāmis illis condi tegique; & cum rapidissimo motu in cœlum tenderet, abripi eo ab aris victimas transferrique in [illegible] neque in vlla sacrificiorum par[illegible] clariora certioráque de numinis affectu testimonia conspici, statuebant [illegible] nec quouis igne ado[illegible] vtebantur, sed eo tan[illegible] [illegible] à radiis solaribus [illegible]

rent, neque vsurpari [illegible] victimis, & vt polluti [illegible] mani custodiebant [illegible] quam arcanum & cælestis [illegible] per virgines Vestales seu [illegible] ditum in penetralibus [illegible] sanctiore recessu templi Vestæ cum Palladio & Diis Penatibus [illegible] uectis; quo nulli hominum [illegible] Vestalibus, & Pontifici, vt [illegible] & custodi, adire fas erat. Templum ipsum hodie adhuc forma [illegible] rotundum, in valle, quæ Palatino & Capitolino interiacet, visitur Romæ, notum nomine S. Mariæ de Gratia. Id interdiu ingredi vetabatur nemo: sub noctem eo accedere, [illegible] seculo non licebat, fœmellæ fas erat. Neque effigiem in eo aliquam, nec [illegible] collocabant vllum. Vestam enim diu [illegible] ignem credebant esse, sicuti velut per somnium à maioribus [illegible], qualem in Dei tabernaculo narrabant sacerdotes Israelitici. Vide [illegible].

Vestibulum Ouidius à Vesta dici putat in Fastis, cum ait:

Hinc quoque vestibulum dici reor, unde precamur

Quæ famur Vestam, quæ l[illegible]

Ratio Poetæ potissima est hæc, quod focus, qui consecrabatur Vestæ, esset in vestibulo. Atqui alij vestibulum vo[illegible] se partē domus priorē, quā [illegible] atrium vocant. Cæcilius [illegible] ædium partem esse d[illegible] domus ianuā vacuum, [illegible] cessusq; ad ædes [illegible] Virgil[illegible] *Æneid. 6.* [illegible] & orci fauces, loca duo demonstrat, extra [illegible] cum, fores scil. & fauces. Vestibulum [illegible] ante ipsum domum [illegible] penetralia: Fauces iter angustum [illegible] retur vestibulum. At [illegible] lāt vestibulū, q eo in loco [illegible] qui veniebat ad salutandū dominus. Non [illegible] Malim tamē Ouidio [illegible]. [illegible] nonnulli à velando, quod [illegible] vestis [illegible]

sumens. Varro a ... vestem, togam ... nominatam ... Italis quidem, certo tamen ... vox Græca sit ab ἐσθής ... omnisque *vestimentum* ... muliebre. De re vestiaria consulendus doctissimus Bayfij libellus ... ego tantum hæc pauca digna notatu adfero, vestem ... Romanis solitam mutari in luctu publico quo mœrore, & in tumultu, idque ex S. C. ... videl 37. ... 40 ... Consulares ... temporis vestitu a cæteris differentes ... togatos eos fuisse Cic. *Philip. 8.* ... Idem ob eruditum duplicem fuisse vestium mutationem: in luctu vnam, facta togæ coloris mutatione in atrum: & alteram in tumultu, cum togas commutarent cum sagis. Depulsis vero periculis ... Senatores redire ad pristinum vestitum, ... *eod. Dione lib.* ... Sic ... Consules, vt Senatores ad suum vestitum redirent post reditũ Ciceronis ... ipsomet Cicerone in oratione habita post reditum in Senatu. Naufragorum vestes, cum quibus euaserant ab ipsis suspendi solitos in tẽplo Neptuni aut alterius Dei Marini, notat vetus interpretes Horatij *lib. 1. carm. Ode 5.* Mancipiis in venditione vestes detrahi solitas, ne qua vitia corporis laterent, discimus ex Senecæ ... & ex *Epigrammate 28. lib. 6. Martialis*. Hieronicarum vestem pictam, palmatam ac floridã fuisse triumphantium more, colligitur non absurde ex Luciano *in vita Demonactis*, cum ... athletam ὅτι ἐσθῆτα ... ὀλυμπιονίκης ... Vestem omnem iure legare licet in testamento. *l. pediculus. ff. de auro, arg. u.* interdum certas vestes, ... Nec refert, *vestisne* ... legetur. Num vero vestibus legatis, debeantur festis diebus paratæ, docet Bartolus *l. fin. ff. eod.*

Vesuuius. Nonnullis huius etymon deducunt a ... quos cum illis eosdem ... à Vandalis ... qui ... quæ in ad ... Vesuuij ripa consederunt. Quod ... a ... do Petri *2 de Orig. Fris. cap.* ... approbatum inuenio.

Vesuuius Campaniæ mons. Vibio Sequestri *Mesuius* (sic enim legit Simlerus) *Vesbius* Silio Italico, *Bebius* Cedreno, Βέσβιος Diodoro *lib. 4.* *Æternas ignis imitator* Lucio Floro, cuius flãmis periit olim naturalis historiæ scriptor Plinius, trahere creditur a quibusdam nominis etymon a voc. ... Nam *vesuia*, inquit Leander ... *scintilla*. Hanc sententiam confirmare videtur Appianus Leandro, cum eum *Vesbium* appellat. Sic ... nominari posse, notauit Petr' Marsus in hæc Silij Italici verba *lib. 12.* ... *Vesbius urget*. Rationem indicat Ambrosius Leo *l. b. de Nola*, qui ... in vetustissimis se codicibus legisse Besbium sic dictum à Besbia Pelasgorum duce, qui olim eum tenuerit, Græcos tamen idiomatis sui ratione dixisse *Vesbium*. Quod autem Seruius *2. Georg. Virgilij* Vesuuium montem alium esse dicit ab hoc Vesuuio, inque Liguria situm, recte ab aliis confutatum inuenio. Cum & hoc nomine idem mons appelletur à Strabone, Plinio, Mela Suetonio, Floro, Eusebio, Vitruuio. Nunc Summana ... ab oppido Summa, quod in eius radicibus est situm vel potius *Monte di Summa*. Hunc montẽ primum omnium occupauit Spartacus dux belli seruilis, quo mox ad decem millia fugitiuorum confluxerunt. Quantam ille ediderit Romanorum stragem diuersis prœliis plus quam satis est notum.

Veterina iumentum a vehendo dictũ, *vt ... putauit*, referente id Festo Pompeio. Hinc *Veterinarius* veterinarum Medicus, Græcis κτηνιατρὸς καὶ ἱππιατρός. At Opilius *Veterinam* dici vult quasi *Vehiterinam*, quod onus gerit ... gatum ad ventrem.

Veturia tribus a gente Veturia, quæ

prius dicta fuit Vetusia, appellationem accepit. Meminit eius Liuius *lib. 36.* Atque hæc inter nouêdecim illas, in quas Seruius Tullius populum Romanum diuiserat, recenset Carolus Sigonius *li. 1. de antiquo iure Roman. cap. 3.*

* *Vexillum*, דגל *deghel*, à verbo דגל *daghal*, vexillum erexit. Cognationē habet cum גדל *Gadhol* magnus fuit, & cū דלג *dalagh* transiliit. Nam vexillum est signum magnum militare, quod agitatum hinc inde transilire solet: & in pugna, pro varij euentus ratione, vexilli fer à loco ad locum singulis momentis cernitur. Hinc deligo & delectus militum sub signis seu vexillis in acie consistentium. σημεῖον, signum, nomen generale: speciale verò, στρατήγιον, vexillum militare. *Vexillum*, q.d. paruum velum, vt à palo paxillū & talo taxillum, deriuatum dicunt grammatici.

Vfentina tribus, alias *Oufentina*, anno CDXXXV. reliquis addita cum Falerina, à Censoribus L. Papirio Crasso, & C. Mænio iuxta Festum nomen adepta à fluuio Oufente, quod est in agro Priuernate inter mare & Terracinā. Meminit Lucretius simul & tribus & fluuij.

Via à vehiculorum incursu dicta est Isidoro, eaque vel publica, vel priuata, strataque lapidibus, qualis Appia illa multum celebris apud Romanos (λιθόστρωτον dixeris) aut non strata lapidibus. Publicam viam definit Isidorus eā, quæ est in publico solo, per quam iter est populo, siue ad mare, siue ad vrbem tendat, alias Prætoria, Consularis, βασιλικὴ & militaris dicta. Priuata via euā Agraria audit, eaq; vel est in agro trahens secum seruitutem impositam, vel ducit ad agros alterius consulari viæ contigua. Sunt & Vicinales viæ, quæ aut sunt in vicis, aut ducunt in vicos, quæ quandoque publicarum loco habentur. Theophili de illis verba sunt hæc. Vicinales δὲ ἐπὶ κώμας ἄγουσαι· Vicus γὰρ ἡ κώμη: διὰ ταύτης γὰρ βαδίζει πᾶς ἐπὶ τὴν κώμην ἀπιών. Via sacra dicta, per quam non solum augures proficisci solebāt, sed etiam Pseudosacra Romanorum omnia vehi, & curtus trium phales agi. Metaphorice denotat hoc nomen rationem certam & ordinem in docendo, quam μέθοδον vocant, Vnde & Græci eam definiunt ἕξιν ὁδοποιητικὴν μετὰ λόγου, id est, *habitum facientē viam certa ratione*. Ad eā pertinent quatuor illæ primariæ quæstiones, quas ἐπιδεικτικὰς dicunt, εἰ ἔστιν, τί ἐστιν, τὸ ὅτι, διότι. Explicatur autem methodo materia duplex, quippe simplicium quæstionum aut coniunctarum, estque aut συνθετικὴ aut ἀναλυτικὴ, quibus Galenus *de arte parua* ὅρον addit. Sed de his in Dialecticis plura. Redeo ad vias, in quibus complanandis & farciendis tam intra, quam extra vrbem, quanta fuerit Senatus diligentia temporibus priscis, docent veterum monumenta. Earum vero curādarum munus primū Censoribus à Senatu commissum. Sequentibus tēporibus cum illi aliis occupationibus districti sternendis viis vacare non possent, quatuor viri sunt constituti, qui curam earum agerent. Lata fuit & lex Sempronia de viis Italiæ à C. Sempronio Graccho Tribuno plebis, Q. Cæcilio Metello Balearico & T. Quinctio Coss. vt quidem munirentur illæ, ac sternerentur lapidibus, milliaria discernerentur adeoque pontibus instruerētur. Videndus de his imprimis Barnabas Brissonius *Antiq. lib. 4. c.* Ex legibus 12. Tabul. sciendum viæ latitudinem in porrectū octo pedes, in anfractum, id est, vbi est flexus sedecim debuisse habere, *teste Gaio l. viæ. ff. de seruit. rust.* Constituta tamē poterat latior vel angustior octo pedibus si modo eam haberet latitudinem, qua ire posset vehiculum. Alioqui iter erat, non via, *l. via ff. de Seruit. rust. præd.* Quapropter Grammatici nonnulli viam quasi veiam dictam à vehendo putauerant, quod per eam vehantur fructus. Aliis dicta via quasi ia ab eundo quod

quod per eam eatur. Quippe *viare* idē erat veteribus, quod iter facere. De iure ciuili continet in se & iter, & actū, estq; ius eundi, ambulandi, agendi. Obseruādum denique, quod veteres discedentibus ac peregre proficiscentibus male precātes viā illā perpetuā, vel iter illud perpetuum imprecati fuerint. Turpilius apud Nonium in verbo *Itiner*: *Age, age, egredere, atque vtinam istac perpetuum itiner sit tibi.* Nolui hoc praetermittere, quod dignum existimarē notatu, & ad imprecationes veterum pertineat, quas multifariam ab illis prolatas discimus ex Cicerone, Seneca, Ouidio, Terentio & Plauto. Inter vias ab vrbe & in vrbem ducētes celebres fuerunt, *Latina, Appia, Valeria, Aemilia, Flaminia.* In Latina & Flaminia sepeliebātur mortui sepulcris erectis ab latere vtroque. Vnde multa epigrammata ad viatores in iis Erat & Latina media inter Appiam Valeriamque. Eadem Appiae cōiungebatur ad oppidum Casinum, ibi à Capua distans nouēdecim stadijs: teste Strabone.

Viaticum, sumtus itineris, ἐφόδιον Graecis *auctore Gellio lib. 17. cap. 7.* à via nomē inuenit. Comprehenditur eo nomine quoduis impendium necessarium ad iter absoluendum, *l. 7 ff. ad Trebell.* immo quęuis pecunia destinata eum in finem *l. 7 ff. si cert. pet.* Diminutiuum eius viaticulum est, quo Iurisconsultus *in l. de indic.* & Apuleius 6. *Metamorph.* sunt vsi. Ab eodem vetus & Plautinum verbum viaticari, id est, *instrui viatico.* Ceterum vt ex literis melioribus addam nōnihil, Prouerbium habe: *Suam artem cuique esse pro viatico.* Sumtum hoc ab aurea illa Biantis sententia. qua filio ad Aegyptios profecturo, roganti que patrem, *quidnam agendo maxime gratum patri esset facturus*, respondit: *Si ἐφόδιον πρὸς γῆρας viaticum ad senectutem comparabis*, virtutem intelligens, *teste Basilio libro de studiis liberalibus.* Nam *vt in Catone scribit Cicero*, aptissima sunt arma senectutis artes exercitationesque virtutum.

Viatores, quos Iurisconsulti aliquando ministeria, interdum officia & *Officiales* vocant, interdum exsecutores *l. 1. C. de sfliis officialium*, saepissime apparitores *l. e. si pignora. ff. de euictión.* Nouellę τάξεις καὶ τὰς ὥρας, à via sunt dicti, vtpote in qua crebrior erat eorum opera, quam in vrbe, quod initio tribuum, cum agri in confinio haererent, assidue homines rusticarentur, *vt scribit Festus*, & proinde homines plerunq; ex agris vocarentur à magistratibus. Atque hi à lictoribus erant diuersi, si vtrorumque respiciamus originem. Nam viatoribus vtebantur Consules vocādi & nunciādi caussa, eorúmque, sicut etiam preconum, erant decuriae, quas consules legebant, vt & mercedem dabant, *teste antiqua tabula, quae exstat apud Carolum Sigonium.* Etiamsi Valgius apud Agellium existimet eosdem fere esse viatores cum lictoribus. *Lictorem* enim dicit à *ligando* appellatum, quod cum magistratus populi Romani virgis quempiā caedi iussissent, crura eius & manus à viatore consueuerint ligari, isque appellatus sit lictor, qui ex viatorum collegio vinciendi officium obtinebat. Etymon nostrum confirmatur à Tullio in Catone Maiore his verbis: *A villa in Senatū accersebātur Curius & ceteri senes: Ex quo qui eos accersebant, Viatores sunt nominati.* Ex iure noto, mercedem, quae his iudiciorum ministris & exsecutoribus dari solebat, sportulam tandem dictam, *sicut appa. et ex Auth. sed hodie. C. de Episc. & Cleric. & ex § sportulārum. Authent. de sanctiss. Episc. Collat. 9.* Viatorum plus exigentium poena ex eodem iure est, vt triplum luant eius, quod damnū dederint, quadruplum vero eius, quod vltra id, quod debetur, extorserint. Sed & generaliter dictus Viator, qui aliquo tendit, de quo Satyrici illud: *Cantabit vacuus coram Latrone viator.* Inde Seneca ad Lucilium: *Nudum latro transmittit, etiam in obsessa via pauperi pax est.* De huiusmodi

huiuſmodi intelligẽdum reor Claudij edictum apud Suetonium, quippe *ne viatores per oppida Italiæ, nisi aut pedibus, aut ſella, aut lectica tranſirent.*

Vibex, quæ nihil aliud eſt, quam liuor ex ictu proueniens, Græcis ὑπώπιον, nomen, quod vi fiat, accipit *iuxta Grammaticos.*

Vicarius, qui vicem gerit alterius. Vnde apud Quintilianum legas *operam Vicariam*, apud Ciceronem, *Vicariam ſolutionem rerum creditarum*, id eſt, vicem reddentem creditori. Ita pro Muræna vicarium dicit, qui vicem ſuſtineat alterius. Et 5. in Verrem Act. *Vnus & quinquaginta aratores ita deſcitos video, vt iis ne Vicarij quidem ſufecerint.* Et Act. 6. *Si hoc, quod abs te poſtulo, ad officium tuum minus pertinere arbitrabere, ſuccedam ego Vicarius tuo muneri.* Addo Flacci verba ex 3. Carm. *Defunctorũque laboribus Æquales recreat ſorte Vicarius.* Itaque apud Iuriſcõſultos ſæpe accipitur pro ſeruo, qui inſeruit ſeruo maiori: qualis eſt Atriensis. Hinc Martialis:

Eſſe ſat eſt ſeruum, iam nolo Vicarius eſſe, id eſt, qui ſubeat vicem alterius.

Vicia, βίκιον, leguminis genus, caules habens tenues, quadrangulos & cubitales, folia angusta & ex vno pediculo multa, eademque lente maiora & craſſiora, ſiliquas paruas, flores nigriores phaſeli floribus, à vinciẽdo dicta Varroni. Capreolos enim habet vitis inſtar, quibus ſurſum ſerpit ad ſcapum lupini aliudve calamum, quem vt adhæreat vincire ſolet. Inſuauis illa eſt & concoctu difficilis aluumq; reſtringit. Quapropter cedere ſolet magis in pabulũ brutorũ animaliũ, quã in hominũ cibũ, in quibus vtriq; ex ea haud quaquam boni [illegible] alimentũ [illegible] ſolet.

Vicinus à vic[illegible] qui [illegible] in vr[illegible] fuerũt, dictus G[illegible], ſicut vi[illegible] [illegible] *Varronem.* Ab his [illegible] t, qui per Vi[illegible] m[illegible] dedoc[illegible] [illegible] ſur non[illegible] [illegible] et [illegible] cos. Qui præ[illegible]

[illegible] fuerunt ludos [illegible] in Larium honorem, *[illegible]* *[illegible] Aſconius.* M[illegible] in Sexti Rufi & Petri Victoris *[illegible]* *XIV. vrbis regionibus.*

Victima trahere quibuſdam videtur nomen, quod icta vi cad[illegible] vel quod vincta duci ſoleret ad aras. Vnde Iuue[illegible]:

Sed procul extentum petulans quatit [illegible]
ſtis funem,

Ouidius Faſtorum 1. de eiuſdẽ [illegible] modo:

Victima, quæ cecidit dextra victrice, [illegible]
tur:
Hoſtibus a domitis [illegible] nomen [illegible]

Ita apud Gelliũ legimus hoſtiam [illegible] cęſos hoſtes à quouis ſacerdote immolari ſolitam, victimam eius [illegible] manibus. Et ſi Feſto p[illegible] cat ab [illegible] id eſt, feriendo dictam hoſtiam: [illegible] tamen ſcribat hoſtiã [illegible] laribus immol[illegible] [illegible] ceri putarent. Erant autẽ victimę m[illegible]ra ſacrificia, quam [illegible], cũ alias hæ voces confu[illegible]tur. It[illegible] q; mult[illegible] de hoſtiis dicta [illegible] quoq; refer[illegible] poſſunt, nempe de ge[illegible] b[illegible] earum & appellationibus. Nam alia Maiores, aliæ Lactantes ſunt dictæ, quemadmodũ liquet ex 2 *Cicero[illegible] oratione in Rull.* Quædam etiam *Rumi[illegible]ales, Iniuges & E[illegible]* *Succidaneæ, [illegible] bauales:* Nonnullæ *[illegible]diga, M[illegible], Op[illegible]* & *Ha[illegible] H[illegible].* Hæ om[illegible] di[illegible]bantur prob[illegible], *duc[illegible] admouer[illegible]* *[illegible]* [illegible] pr[illegible] Vi[illegible] [illegible] *[illegible]* *tibus, [illegible]* [illegible] [illegible] c[illegible] [illegible] L[illegible] [illegible] [illegible] ἀλλ[illegible] γε [illegible] [illegible], καὶ πελ[illegible] [illegible] ἐξεταζαντες, [illegible] [illegible] χειρ[illegible] [illegible] [illegible] Seruius [illegible] [illegible] ante immol[illegible] [illegible]em [illegible]

quod ait Poëta: *Et tempora ferro Summa notat pecudum*. Ducebantur porro victimæ, non trahebantur, vt paret *ex modo loquendi passim vsurpato apud auctores*: Verba Suetonij in Augusto sunt hæc, *Nonnulli patrumfam. testamento cauerunt, vt ab heredibus suis, prælato titulo, victimæ in Capitolium ducerentur.* Vide Plin. *libro 28. cap. 2. Agellium libr. 4. cap. 6. Iulium Obsequentem lib. de prodigiis, Ouidium lib. 3. Amor. Eleg. 12. Papin. 4. Thebaid. Virgilium Georg. 2. Macrobium 3. Saturnal. cap. 5.* Vbi iam adductæ essent victimæ, admouebantur aris. Inde enim illud Maronis 12. Aeneid. *Admonitque pecus flagrantibus aris.* Et Lucanus lib. 1. *Sacris tunc admonet aris Erecta ceruice marem.* Admotæ autem aris stare dicebantur, interim dum vota conciperentur, eisq; vinum ac mola inspergerentur. Quo spectare nemo non animaduertit ea victimæ Ouidij 7. Metamorph.

Admoti quoties templis, dum vota sacerdos
Cōcipit, & fundit purum inter cornua vinū,
Haud exspectato ceciderunt vulnere tauri.

Hinc Silius lib 16. *Victimaque admota stabat subiecta bipenni.* Et Plinius lib. 28. cap. 2. *Si repente exstis adimi capita vel corda, aut geminari, victima stante, acciderit.* Conceptis autem votis feriebantur Ouidius Fastorum 1.

Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci,
Quos aluit campis herba Falisca suis.

Idem 7. Metamorph.

Muneribusq; Deos implet, feriuntq; secures
Colla torosa boum vinctorum cornua vittis.

Icta vel percussa iam bestia cadere dicebatur, sicut infinita auctorum testimonia docent. Vtq; stantem & cadentem victimam dicunt Latini, ita apud Dionysium *lib. 7* ἑςῶτ۞ καὶ πίπ]ο]۞ θύμα]۞, legitur. Sed enim obseruasse veteres in cadendo, vti & in quam partem caderet, docet Festus in verbo *Piacularia*. Mactari denique & immolari victimas aiebant: Nam quis nescit istud Virgilij: *Mactant lectas de more bidentes.* Plautus Pœnulo *Act. 2. Sc. 1.*

Dij illū infelicitent omnes, qui post hunc diē
Leno vllā Veneri vnquam immolauit hostiā,
Quiue vllum iuris granum sacrificauerit.
Nam ego hodie infelix Diis meis iratissimis
Sex agnos immolaui.

Qui vero immolabant siue sacrificabant, facere dicebantur, sicut Græci τὸ θύειν non tantum ἔρδειν καὶ ῥέζειν, sed etiā δρᾶν dicebant. Notus enim Virgilij versus: *Cum faciam pro frugibus, ipse venito.* Varro 5. de lingua Latina: *Nam flamen Dialis auspicatur vindemiam, sed vt iussit vinum legere, agna Ioui facit.* Cæsarum autem victimarum exsta dicebantur *inspici, consuli, prosecari, dari, reddi, porrici, & aris imponi*: de quibus omnibus si vellē congerere, quæ exstant apud bonos auctores, nimius forem. Albas victimas mactatas ac deputatas superis tum nigras inferis, suo loco dictum à nobis, dignum tamē, quod repetatur. In Iouis Capitolini templo mactasse Romanos victimas gratulationis caussa, & Consules singulos boues singulos eo die, quo magistratū inibāt, sacrumq; ab Imperatoribus post actum triumphū ibidē Ioui oblatum, proditum memoriæ. Pariter notandū alia atque alia singulis Diis mactata fuisse animalia victimarū loco. Cædebatur enim taurus Apollini, Neptuno & Marti, Iunoni agna, Cereri porca, Soli equus, Baccho caper, Proserpinæ sterilis vacca, Plutoni taurus. At Ioui taurū, Verrem & arietum immolare nō licebat. Quod quia Virgilius fingit Aeneā suum in Thracia fecisse, statim horrendū mōstrū secutum scribit. Non autem subsecutum mōstrum, cum idem descensurus ad inferos Plutoni taurum mactaret. congruam videlicet victimā, fingit idem scitè & erudite. Victimas humanas Dianæ, Mercurio & Saturno oblatas iā alias dixi. Ceterū nec illud preterierim absque piaculo, quod, cū victima prima non esset litatum, eo quod aufugisset, & hostiæ succidaneæ immolarentur ad Deos placandos, meliores tū victimas dari dixisse veteres,

At antiquissimum eius templum in Auentino fuit conditum ab Arcadibus, *teste Dionysio Halicarnassæo.* Ædiculam Victoriæ virginis vouit Mar. Porcius Cato Consul Hispanico bello, & biennio post dedicauit, *vt est apud Liuium li. 22.* Tandem conualescente Christianismo sublatam huius aram à Senatu (id quod ægre gentes ferebant) ex his Symmachi verbis constare potest: *Quis est ita familiaris barbaris, vt aram Victoriæ non requirat.* Noto denique à palma dictam Victoriam Deam palmarem ab Apuleio *libro Metamorph. 2.* his verbis: *Atria longe pulcerrima, columnis quadrifariam per singulos angulos stantibus, attollebant statuas Palmaris Deæ, &c.*

Victoriatus numus Victoriæ nota insignis (à qua & illi nomen) lege Clodia vel Claudia Romæ percussus legitur apud Plinium *lib. 33. ca. 3.* Antea enim is numus ex Illyrico aduectus mercis habebatur loco. Olim idē dictus Quinarius. Hinc Volusius: *Victoriatus nunc tātundem valet, quātum quinarius olim.* Scribonius frequenter vtitur pro pondere. Celsus loco eius scribit denarij semissē *ca. 17. l. 5.* Galenus reddit *τριβόλιον de Antidotis li. 2.* Quantum vero cōiicere licet ex Plinio, erat numus argenteus, cui æris pars octaua erat permixta.

Videlicet videre licet.

Vidua propriè mulier viduata marito (etsi Labeo eam quoque accipiat, quæ virum non habuit) quod sine duitate sit, nomen accepisse videtur, vt vecors ille, qui est sine corde; Vesanus, qui sine sanitate. Grammatici nonnulli ab *iduā-do*, id est, diuidendo deducunt: Vt vidua quidem quasi *iduā* sit dicta. Decem mensium spatio (tot enim Romuli annus habebat) viros ab vxoribus viduis lugeri consueuisse, constat ex Plutarcho & Ouidij Fastis. Vtque nonnihil addam ex perēni Musarum fonte, quod soleo alioqui, semper in maximo honore fuisse sciendum est eas viduas, quæ defunctis maritis amorem mutuum perpetua castitate rependebant. In eam sententiam Dido Aeneidos 4.

Sed mihi vel tellus optē prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes vmbras Erebi, noctēque profundā,
Ante pudor quam te violē, aut iura resoluā.
Ille meos primus qui me sibi iunxit amores
Abstulit, ille habeat secū, seruetque sepulcro.

Quibus respondet laudatissima viduæ vox, qua defuncti mariti manes cōpellat apud Quintilianum *Declamat. 322. Siquid inferi sentiunt, cognosce animum meum: Sicut voluisti, tibi vixi, tibi moriturus fui: Nulli alij in hoc pectore locus fuit.* Iustinianus quoque Nouel 2. *de non eligend. secund. nubent. §. cum igitur: Mulierē, quæ inuiolatum defuncti mariti thorum seruat, & miramur pariter, & laudamus, & non procul a virginitate ponimus.* Et Hieronymus Epist. 96. *Nesciat vidua bigamiæ indulgentiam.* Quæ omnia, quia digna notatu, signare volui hic, ne Philologis defuisse viderer.

Villa lex annalis, quam tulit L. Villius Annalis Tribunus plebis, L. Manlio Acidino Fuluiano & Q. Fuluio Flacco, fratribus Germanis Coss. de ætate cuique Magistratui capiendo definita, quę tamen à Liuio, qui legis huius meminit *libro 40.* non exprimitur. Sed Philipp. 5. loquitur Cicero hoc modo: *Tribunatui plebis definiunt annum ætatis 30. ædilitati 37. Præturæ 40. Consulatui 43.* Et quæsturam non licuisse capere ante annum ætatis 27. affirmant nonnulli adducti auctoritate Polybij qui *lib. 6.* scribit, *legem fuisse ne quis vrbanum magistratum gereret, nisi decem stipendia confecisset.* Annus autem legitimus ad militandum fuit decimusseptimus.

Villicus villæ, id est, rusticæ domus custos percipiendis simul fructibus destinatus à Domino. Itaque villam quasi *vehiculum*, quod in eam cōuehantur fructus, dictam existimant. Est quoque villa alia Rustica, alia Vrbana. Sed Varronem adduco ad stabiliendum etymon.

Is 1. *de re rustica ca.2.* scribit hoc modo: *Villicus agri colendi caussa constitutus, atque appellatus à villa, quod ab eo in eam conuehuntur fructus, & euehuntur cum veneunt.* Ex quo rustici etiam nunc viam, veam appellant propter vecturas. Ex primo libro Columellæ *cap. 8.* noto, villicos vt plurimum institutos à Romanis fuisse seruos. Ait enim: *Igitur prymoneo, ne villicum ex eo genere seruorum, qui corpore placuerunt, instituamus, ne ex eo quidem ordine, qui vrbanas & delicatas artes exercuerit. Socors & somniculosum genus id mancipiorum: Otiis, campo, circo, theatris, alea, popinæ lupanaribus consuetum: Nunquam non easdē ineptias somniat, quas cum in agriculturam transtulit, non tantum in ipso seruo, quantum in vniuersa re detrimenti Dominus capit.*

Viminalis mons Romæ inclusus nomen accepit, teste Varrone à Ioue Vimineo, quod ibi eius aræ conspectæ fuerint. Vel quod ibi viminum sylua fuerit, sicut S. Pōpeius & Iuuenalis affirmant. Idem Fagutalis appellatus à fagina sylua, testibus eisdem. Porta, quæ eo spectabat, etiam Viminalis est dicta. Cum Esquiliis vero quintam hanc vrbis regionem fecit Cæsar Augustus, cū spatium eius in quatuordecim regiones diuideret. Dicitur & Viminalis salix à Columella, quod ad vineam ligandam vimina suppeditet *lib.4.cap.30.* Atqui hæc à viendo, id est, flectendo sunt dicta Grammaticis.

V*inculum* à vinciendo. Itaq; lege Aelia Sentia, non videbatur vinctus seruus, licet compactus in carcerem, si corpori vincula non essent addita. *l. 216. ff. de verbor. signif.* Astipulatur in hoc etymo Isidorus. Sciendum quoque, vinctum esse, & in vinculis esse differre, *l. si tamen. §. ei qui seruum. ff. de ædil. edict.* Etiam notādum complexos hoc nomine Romanos compedes, pedicas, manicas, catenos, neruos, boiam & carcerē, *de quibus singulis suo loco.* Reorum. qui in vinculis habebātur, manus pedesq; catenis atque cōpedibus consueuisse vinciri, docet Arrianus Epicteti *lib 1 ca.18.19.29.* Itaque Herodis iussu coniectum in vincula Petrum, duplici catena vinctum fuisse legimus *Act. 12* Ex his aliquando caussam dicebant. *vt liquet ex l. lege Cornelia ff. de SC. Sillanian.* Vinculi genus fuit & Cyppus, quē ποδοκάκκην à Græcis appellari, intelligere videor ex his Suidæ verbis: ποδοκάκκη ξύλον, εἰς ὃ ἐν εἱρκτῇ τοὺς πόδας ἐμβάλλοντες συνέχουσιν, ὃ παρὰ ῥωμαίοις κύπωος καλεῖται. Multa eius mentio in Martyrologiis & Gregorio Turonensi *lib. 5. cap. 49.* estque species vinculi à Boiis diuersa. Nam vbi Festus ait: *Boiæ*, id est, *genus vinculorum, tam ligneę, quam ferreę dicuntur*, addit Scaliger ex antiquis glossis *Boiam proprie esse Collare.*

Vindemia à vino demendo appellata Grammaticis. Hinc vindemiare τὸ τρυγᾷν Græcis. Quę verba summopere notandum, etiam ad aliorum fructuum, quā vuæ collectionem pertinere, imo mel respicere, quod Græcis est βλίττειν τὸ μέλι, *apes castrare.* Vnde Plinius: *Prima mellis vindemia melior.* Et Columella: *Mox vere transacto sequitur mellis vindemia.* Et 4. Georgic. de apibus: *Bis grauidos fœtus cogunt, duo tempora mensis.* Quin τὸ τρυγᾷν non tantum vites & segetes comprehendit, sed etiam ceteros fructus. Vnde τρυγᾶσθαι φοῖνιξ, id est, *palma stringi & decerpi dicitur*, ipsaque τρύγη pro vindemia, & pro hordeo, tritico, & quolibet alio fructu accipi solet. Quēadmodum καλαμᾶσθαι non modo σταχυολογεῖν, id est *spicilegium facere & metere*, sed & *racemare*, & οἰναρίζειν significat. Vnde Chrysostomus περὶ ἱερωσύνης, καλαμᾶσθαι, dixit, ὡς ἄμπελον τὰ κατάλοιπα τοῦ ἰσραὴλ, *racemare vt vineam reliquias Israel.*

Vindiciæ. Audi Festum Pompeium. Vindiciæ olim dicebantur illæ quæ ex fundo sumtę in ius allatæ erant. At Seruius Sulpitius nomine (sic enim supplendus locus) iā singulariter formato. Vindiciam

Vindiciam esse ait, qua de re controuersia est, ab eo quod vindicatur. Vindiciā ferre in 12 Tab. est sententia, decretoq; rem obtinere. Facit Vindiciarum mentionem Cicero pro Milone, cuius temporibus nihil aliud erant, quā lis vindicandæ possessionis apud Prætorem, in qua summa quædā pecuniæ solebat deponi, ea lege, vt, qui victoriam adeptus esset, pecuniæ partem auferret, at victi pecunia ad ærarium deferretur, tanquā res esset sacra. Inde alibi sacramentum dicitur, ex sponsione litigare & ex spōso agere. Sed pretiū operæ erit & Asconij verba adducere ex Commētariis in Verrem. *Lis, inquit, Vindiciarum est, cum litigatur de ea re apud pratorē, cuius incertū est quis debeat esse possessor. Et ideo qui eā tenet, satisdat aduersario suo pro prade litis vindiciarū aduersario suo, quo illi satisfiat nihil se deterius in possessione facturum, de qua iurgium esset. Rursus sponsione ipse prouocatus ab aduersario certa pecunia aut æstimationis, quā amittat, ni sua sit hereditas, de qua contendit.*

Vindicta iuxta Boethium in Topica Ciceronis, in virgula, qua apud Prætorem rasum serui caput bis terue percuti solebat à lictore, vt ab eodem circūactione facta in signum libertatis (vnde *circumagi* Senecæ idem quod liberari aut manumitti *1. ad Lucilium Epistola*) verbisque solēnibus (*liberum te aio*) pronuntiatis à Prætore, seruus velut ruptis seruitutis vinculis libertatem assequeretur, nempe iam manumissus, nōnullis deducitur à Vindicio Aquiliorum seruo astipulante Liuio *lib. 2.* aliis à Vindicio Vitelliorum, qui de Tarquinio in vrbem reducendo initam coniurationē patefecit; idcirco primus omnium in libertatem vindicatus ipsomet Bruto Vindicias secundum libertatem dicente. Ceterum aliqui à *vindicando*, id est, asserendo in libertatem deriuant, quibus subscribere malim. Vtcūque *Pileus manumissi serui capiti imponebatur eiusdem libertatis indiciu*: Quem morem etiā Appianus commemorat in Mithridatico suo. Et Plautus: *Vt ego hodie capite raso caluus capiam pileū*, ad hanc mānumit tēdi morem alludēs Sane pileum fuisse libertatis insigne non solum hinc patet, verum & inde, quod in nummis antiquis passim animaduertas pileum cum inscriptione libertatis. Nam & in Tit. Claudij numo simulacrum dextra gestabat pileum, læuam expassam habebat, cuius inscriptio erat, annotāte Sertio, *libertas Augusta.* Sed & Castorum capito pileata sunt visa in picturis argumento Laconicæ libertatis. Porro noto hunc per Vindictam manumittendi modum vel potestatem primum penes Consulem tantum fuisse, inde ad Prætorem vrbanum translatam.

Vinalia, dies festus iuxta Pompeium, quo vinum Ioui libabant.

Vinea, vt Verrius præcipit, quod vini sint feraces. Eorundem verborum meminit & Festus. Multa de vineis apud rei rusticæ scriptores. Ego noto incolas ciuitatis Methonæ in agro Trœceniorum mactare solitos gallum pro incolumitate vitium, vt ita *Africi venti*, qui plurimum eas infestat, incursionem auerterent, aut saltem emollirent. Ideo benè Palladius *lib. primo, capit. sexto*, *Vbi vineas vulturnus exurit, aut flatus aliquis regionis inimicus, vitem tegamus straminibus vel aliunde quæsitis.*

* *Vinea* Hebr. dicitur כרם *Cerem*, id est, locus plenus cumulis terræ proferens vinum חמר *Chemer*, id est, meracum vel rubrum & generosum: à verbo כרם *Caram*, quod significat vineam coluit, laborauit in vinea plantanda congregando grumulos terræ, vel coaceruando in cliuulos, vt fieri solet in vinea. Cognationem habet cum גרם, *garam*, cliuulos vel grumulos fecit. Hinc χαμαρτθω, cumulo, congrego: & per radicis inuersionem Meracum. Vide *vinum*, Α'μπελών vinea, vinetum, vitibus consitus Lo-

locus, multitudo vitium ordine consitarum. Virgil. 2. Georgic. *Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu*, Ovid. 5 fast. *Si bene floruerit vinea, Bacchus erit*. De vinearu generibus Plin. lib. 17. ca 22. Vide *Vitis*.

Vinea militaris est machina tabulatis cratibusque constrata, quæ impelli solebat rotulis subiectis ad subruendum fundamenta murorum à viris armatis sub ea latentibus & bene munitis. Dictas putat has vineas Hotoman', quod & plerisque locis vineæ sepibus vimineis, ita hæ tectis vimineis muniri soleant. Vsum vineæ describit Lucanus lib. 3. his versibus:

Tunc adoperta levi procedit vinea terra,
Sub cuius pluteis & tecta fronte latentes
Moliri nunc ima parant, & vertere ferro
Mœnia, nunc aries suspenso fortior ictu
Incussus densi compagem solvere muri
Tentat, & impositis unum subducere saxis.

Meminit & vinearum Ammianus *libro 20.* traditumque à Turnebo habuisse in vtramque partem tecti deuexitatem. Aduersariorum *lib. 11. cap. 24.*

* *Vineas* militares describit Vegetius lib. 4. cap. 15. his verbis: vineas dixerut veteres, quas nunc barbaro militariq; vocabulo *Causias* vocant. Et lignis leuioribus machina colligatur, alta ped. octo, lata septem, longa sedecim. Huius tectum duplici munitione, tabulatis cratibusque contexitur. Latera quoque vimine sepiûtur, ne saxorum telorumq; impetu penetrentur. Extrinsecus autẽ, ne immisso concrementur incendio, crudis ac recentibus coriis vel centonibus operiûtur. Cùm plures factę fuerint, iunguntur in ordinem, sub quibus subsidentes tuti ad subruenda murorum penetrant fundamenta. Græcis γέῤῥα dicta sunt. In Festo, *Gerræ, crates vimineæ*. Athenienses cùm obsiderent Syracusas, & crebro gerras poscerent, irridentes Siculi gerras clamitabat. inde gerræ Siculæ, & factum vt gerræ pro nugis & contemptu dicantur.

Vinum, quod Empedocles aquam in ligno coctam vocabat, Romani in sacris *Bonæ Deæ lac*. Euripides γάλα τῆς ἀφροδίτης, cuiusque inuentionem Libero patri tribuebant veteres, qui inde *Vitisator* est dictus, etsi auctor variæ historiæ eundem eum faciat cum Noah, à vi deductum agnoscit nomẽ, eo quod facultate innata vim inferat animo. Vnde Poeta:

Vina parant animos, faciuntque coloribus aptos,
Cura fugit multo, diluiturque mero.

Græcis dicitur οἶνος ἀπὸ τῆς οἴνης, quo nomine veteribus appellabatur *vitis*, vel ab ὀνήσεως vtilitate: Quo sensu dixit Homerus alludens ad etymon, ἐπὴν μέγα οἶνος ἀέξει, μή τι πίησθα, *si biberis, magnum referes, mihi crede, iuuamen*. Plato ἀπὸ τῆς οἰήσεως, id est, *opinatione* deriuat, quod varus opinionibus mentem imbuat, sępe πλάνης αἴτιος τοῖς ἀνθρώποις γενόμενος, *vt ait Aristophanes*. Idem affirmat Platonem secutus Plutarchus *Symposiacῶν 7*. & Eustathius *Iliad. 2* Etsi non defuerint, qui denominatum putauerunt, vinum ἀπὸ ὕλης, id est, *Vinea vinis in nemore*, inter quos Nicanorem Colophonium & Melampodem Milesium refert Athenæus *lib 2*. Alioqui certũ, cognata esse hæc omnia vocabula. *Vinum, vinum, οἶνος, יין*. Veteres Latini *temetum* vocabant quod mentem teneat, seu labefactet. Vt bene is apud Plautũ culpam deprecetur his verbis; *Mihique ignoscas, quod animi impos vini vitio fecerim*. Arabes idem *Nebi* dicebãt, vt Cahana *vinum album & debile*. Hebræi generaliter nominant יין *iain*, vel יי *ien*, alias חמר *Chamar* idem quod יין טוב *Tob iain, vt mon bonum* vel *vinum rubrum*, quo vocabulo semper ferè το יין *iain* reddit Chaldaicus Paraphrastes, vt αἴθοπα οἶνον fere semper nominat Homerus. *Vinum* autem *nouum* seu *mustum* nominãt תירוש *Tirosch*, à ירש *iarasch*, possedit, quòd omnium optima possessio sit vinum. Chaldę מימרא siue מרת *Meris*, siue *Merat* Lat. tetum. Sunt qui *Thirosch* deriuatum

uatum dicût ab alla significatione verbi *Jarasch*, nempe pauper fuit. רש *Rasch* pauper dicitur, & שורר *Raschush*, depauperatus & ad inopiam redactus est; & certe ebrietas quamplurimos ad paupertatem redegit. Iones, *teste Hesychio*, vocarunt πηλὸν ἀπὸ τοῦ πάλλειν καὶ σείειν τὰς φρένας, *quod mentes vibret atque commoueat*. Poëta Apollonius nominat μέθυ, ἀπὸ τοῦ μεθιέναι καὶ ἀμελεῖν τοὺς πίνοντας, *quod vinum bibentes negligant & ... ta & pretermittant*. Vnde & Homerus Odyss. ξ. μέθυ γλυκὺ dicit, Euripides μέθυ ἄζωρον, *vinum merum, seu non dilutum*. * Eustathius in libr. 2. Iliad. οἶνον dictũ putat, παρὰ τὸ αἴτιον εἶναι οἰήσεως τοῖς πίνουσι, φρονηματίζει γὰρ ἀλαζονικῶς ὁ οἶνος τοὺς ἀμέτρως φιλοῦντας αὐτόν: quòd causa sit vanæ opinionis & superbiæ illud bibentibus: gignit enim vinum in iis qui immoderato eius amore capiũtur, superbas & vanas opiniones. Scribit idem eodem loco nonnullos existimare, οἶνον dictum παρὰ τὸ οἴω τὸ τορεύζω, καὶ τὸν νοῦν, quòd mẽtem adferat, iuxta verus dictum, mentem irrigari vino, vt dextri quid, seu opportuni proferat. Sed potius οἶνος à יין *Iain* Hebræo originem traxisse videtur. A μέθυ temetum fluere nonnulli putant. Et vinum volunt esse dictum à vi, quòd menti vinum vim inferat, siue quòd magna sit eius vis & ad bonum & ad malum, pro diuerso nempe eius vsu. Ab οἶνος seu vino, *vindemia*, q. d. vinidemia, aut vitis demia. A temeto (quod mentem tentet, vt quidam volunt) ebrij *temulenti* dicũtur, & ebrietas temulẽtia; abstemij autem, qui temeto carent: & iterum à temeto nonnullis *temerè*, id est, stulte, sine incõsideratè, quod temulentis accidit: & temerarius atque temeritas, temerare & contemerare, r in t mutata, deriuantur. Vinum enim immoderatè sumptum homines temerarios & audaces reddit, atque ad sacra pariter & profana temerandum, id est polluẽdum violandumque impellit. Ab Hebr. מרא *Mara*, id est, pinguefactus est, vel Chaldæ מרת *Marat*, vinum & ... multum, meru Lar. dictum nonnulli ... tumant.] Maximũ ... d ... num esse, quis negat? valet ad vlcera siccandum, glutinandum, sanandum ac nutriendum. Conseruat vitam hominis, si moderatè sumatur. vel ipso *Syracide teste*. Quo mirum non sit cultum à veteribus Bacchu cognomento ὑγιῆ ... id est, *sanatorem*: Idem ... humectat, & solidas partes ... celerrimè calore suo fouet ac refocillat ... vires corporis cõfirmat, calorem meliorem reddit concoctionem, venam & sudores promouet, corporis habitum calefacit, conciliat somnum, ... & sanguinem fouet, bilis acrimoniam mitigat, resistit putredini, sistit vomitionem est optimum cicute & veneni antidotum, excitat ingenium Poëtæ languens, hoc est, acuit illt mentem & neruos intendit. Quapropter dicit Chæremon apud Athenæum *lib. 2.* vinum rectè vtentibus conciliare ζοφίαν, εὐμάθειαν, καὶ εὐβουλίαν, *sapientiam, docilitatem & prudentiam*, solitique sunt Persæ de rebus publicis deliberaturi vino se prius ingurgitare. Atque ideo Dionysium εὔβουλον, id est, *bonum consiliarium* dictum crediderim apud antiquos. Rite etiam Flaccus:

Nulla placere diu nec viuere carmina possunt,
Quæ scribuntur aquæ potoribus.

Item:

Fæcundi calices quem non fecere disertum?

Quid, quod spem alat, inque mentem anxiam meliora reducet. Vnde Philosophus ἠθικ. Nicom. ... ἐλπίδες γίνονται οἱ μεθυσκόμενοι. Et Plato *de legibus* ... πλείω αὐτὸ γίγνεται, τοσούτῳ πλειόνων ἐλπίδων ἀγαθῶν πληροῦται καὶ δυνάμεως εἰς δόξαν. Huc accedit, quod tristitiæ sit antipharmacum reddens cuestigio hominem seipso lætiorem. Quo pertinẽt epitheta, εὔφρον, λαθικηδής, λυσιμέριμνος, καὶ πανσιλύπος Ideo & Mnesitheus apud Atheneum sumtum moderatè vinum

num & aqua temperatum εὐθυμίαν afferre dixit, Cheræmon γέλωτα. Et noster ille:

Tunc veniũt risus, tũc pauper cornua sumit
Cura fugit multo diluitúrque mero.

Horatius Ode 7. lib. 1.

O fortes peioraque passi
Mecum sæpe viri, nunc vino pellite curas.

Adde Plautum, qui vinum tristi & perturbato bibendum existimat, quo bilẽ diluat. Quam ob caussam lætitiæ datorem appellauit Bacchũ Virgilius. *Musica, ipsa quæ ad hilaritatem tota est comparata, nõ alio magis stimulo concitatur, quam vini gustu.* Inde Ouidius:

Ille liquor docuit voces inflectere cantu,
Mouit & ad certos nescia mẽbra modos.

Itaque apud Xenophontem in Symposio *vinum lætitiam non aliter excitare* ait Socrates, *quam oleum inspersum igni flãmam adauget.* Sed hæc illa commoda, quæ vinum confert sumtum moderatè. Nam contra sumtum intemperantius quot generat incommoda? Eneruat ingenij vim omnem, memoriam proinde debilitans, & rationem ipsam vel potius sapientiam obumbrans. Homines impotes mentis vsque adeo facit, vt sæpe voces emittant per iugulũ mox redituras. Nihil enim secretum, vbi regnat ebrietas. Eaque de caussa Plato in Alcibiade finxit *filiam vini veritatem.* Et Poëta: *Arcanum demens detegit ebrietas.* Quam quidem sententiam confirmat vetus illud: ἐν τῷ οἴνῳ ἡ ἀληθεία. Notum & illud, cuius libr. 10. meminit Athenæus, οἶνος οὐκ ἔχει πηδάλιον. Et Homerus Odyss. ξ.

οἶνος γὰρ ἄνωγε,
ἠλίος, ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά καίτοι ἀεῖσαι,
καί θ' ἁπαλὸν γελάσαι, καί τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκεν,
καί τι ἔπος προέηκεν, ὅπερ τ' ἄῤῥητον ἄμεινον.

Theognis:

ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἴδριες ἄνδρες
γινώσκουσ', ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδειξε νόον.

Euripides apud Athenæum: Κάθοπτρον γὰρ εἴδους χαλκός ἐς, οἶνος δὲ νοῦ. Itaq; *lene tormentũ* appellat Horatius *carm. 3. Ode 21.* Quod rationẽ obũbrare dixerim vinũ immoderatius haustũ nemo quoque mirabitur, cũ id experiẽtia doceat. Vetus etiam dictum: οἶνος καὶ φρονοῦντας ἐς ἀφροσύνην ἀναβάλλει, recteque Anacharsis docuit ψευδεῖς εἶναι τῶν μεθυόντων δόξας. Sed & in Venerẽ trahit. Quippe *sine Cerere & Baccho friget Venus.* In quam sentẽtiam Euripides: οἴνου δὲ μὴ παρόντος οὐκ ἔστιν Κύπρις. Vnde alibi γάλα τῆς ἀφροδίτης nominat. Sed & pugnas prouocat: Ex quo illud Horatij: *At ne quis modicè transiliat munera Liberi, Cẽtaurea monet cum Lapithis rerũ super mero Debellata.* Vt recte Antinous Vlyssem vina potu impulsum & mente captũ his verbis moneat apud Homerũ: οἶνός σε τρώει μελιηδὴς· ὅς τε καὶ ἄλλον βλάπτει, ὃς ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ, μηδ' αἴσιμα πίνῃ.

Atq; hinc est, quod Diphilus dixerit Bacchum efficere τὸν δειλὸν θρασύν. Atqui *idẽ luctator dolosus pedes primũ captat*, ait Plautus. Ita Chremes Terẽtianus: *Atat data hercle verba mihi sunt: Vicit vinũ quod bibi. At dum accubabã, quam videbar mihi pulcre sobrius? Postquã surrexi, neque pes, neque mens satis suum officiũ facit.* Maiora audi. Cum largius vinum hausisset Arcesilas cognomento Cauillator, obiit *Hermippo teste*, anno Ætatis 75. id quod & Promacho contigit post promeritã ab Alexãdro Magno coronam auream ob obtentam bibendo victoriam. Propter ergo tantam vini efficaciam inuẽtũ est illud *aqua miscere.* Primũ omniũ id factũ à Staphylo Sitheni filio, scribit Plinius. Melãpus autẽ prædicatur inuẽtor ab Athenæo. Et (ne id silẽtio premã) tẽperaturas vini præcipuas & cõmunes, veterib' vsitatas, tãtũ fuisse tres nó ignorãdũ. Scribit. n. Plutarchus *Symposiacῶn.* 3. eos, qui Dionysij harmonias callebãt, tres tantũ vsurpasse, videlicet hemioliã

seu ses

ſeu ſeſquialteram, quæ tribus partibus aquę conſtabat, vini duabus: Diapaſon, quæ fiebat vnâ vini parté, duabus aquę miſcêdo: Et Diateſſaron, quæ tres aquę partes temperando cum vna vini perficiebatur. Vnde commune prouerbium, ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα. Addit Plutarchus ſeſquitertiá proportionem tanquam ſobriam vſitatam fuiſſe iis, qui Philoſophiæ aut contemplationi vacabant. Apud Homerum animaduertas parum aquæ vino permixtum ab Achille, cum Vlyſſes & Phœnix eſſent bibituri, ambo ſenes & tota die in armis occupati, quod ætas ſenilis mero gaudés natura auerſetur mixtionem admodum aquoſam. Ait enim: ζωρότερον δὲ κέραιρε. Qua voce quoque Hippocrates vſus *libro de natura muliebri*. Alioqui mixtionem ſæpe variatá cum pro vini bibentiumque natura, tum pro temporis diuerſitate, ex generibus vinorum cognoſci queat exactius. Neque enim *edentulum* dictum in genere *vinum* à Plauto in Penulo ad differentiam *vini dentati* vel *mordacis* multa opus habebat aqua. At *vinum Falernum* indomitum eſt Iuuenali, quod vix aqua multa edomari potuerit. *Auſterũ* fuiſſe ſcribit Athenæus, eiuſque auſteritatem melle mitigari ſolitam. Etſi & alterum eius genus dulce commemoret. Secundum ab eo locum tribuit Plinius *Rhetico vino*. Atque his ambobus contrarium rurſus, quod ὀλιγόφορον Galenus & Medici vocant, *quod parũ aquæ perferre queat*. Falerno autem iungit Galenus *vinum Marſicum* ſeu *Maſſicum*, quod & μάρσον nominat, *ad Glauconem 2.* deſtinatque medicamentis vlcera ſine mordicatione exſiccantibus. Naſci ſolebat in monte Gaurano in proſpectu Baiarum Puteolorumque. Craſſum & turbidum id aliquo modo fuiſſe, colligi poſſe videtur ex his Horatij verbis:

Maſſica ſi cœlo ſupponas vina ſereno,
Nocturna ſi quid craſſi eſt tenuabitur auræ,
Et decedet odor neruis inimicus. At illa
Integrum perdunt lino vitiata ſaporem.

Atque his omnibus potentius Maroneum, cui vicies tantum aquæ miſcendum voluit Homerus. Addo Theriacum vinum vuæ Theriacæ expreſſum, cuius Plinius mentionem facit *libr. 23. cap. 1.* eoque vſi leguntur Thaſij contra ſerpentum (τῶν θήρων) ictus, *vt idem affirmat lib. 14 cap. 18.* Eius potionem Theriacam appellatam non inſulſe aliquis exiſtimat, intellectamque eam fortaſſe à Varrone apud Nonium, cum ait: *Vel maxime illic didici & ſitienti Theriacam mulſum, eſurienti panem cibarium ſiligineum, & exercitato ſuauem ſomnum.* Pramnium vinum longè nobiliſſimum fuiſſe inuenio, eiuſque meminit Athenæus, vt & Thaſij, quod Chio & Lesbio coniungens apud eum Eubulus *Nectareum* vocat. Lesbium ſimul & Chium cum Mamertino appoſitum à Iulio Cęſare legimus in cœna triumphali. Flaccus *Leſbium* appellat innocens, id eſt, innoxium, quod, qui eo vteretur, nihil intemperanter, furiosè, aut iracundè ageret, *lib. 1. Ode 7* Chium tamẽ vinum, ſi abſit, non magnopere requirendum, lego apud Clementem *lib. 2. Pædag. c. 2.* Leucadium & Mileſiũ potui apta fuiſſe inuenio annotatum ab Athenæo ſicut Rheginum Surrentino fuiſſe pinguius, Priuernum Rhegino magis tenue, ſed nimium infeſtaſſe caput: Cui ſimile & *Phormianum* facit. Generoſum inſuper & robuſtum apud eundem *Cacubum vinum*, multum nutriens *Fundanum*, potui aptum *Nomentanum*, dulce & aureo colore Spoletanum, leue & ſtomacho cõferens *Venafranum*, at *Maſſilienſe* denſum & corpulentum, ſuaue robuſtúmque Mamertinum *libri primi, capite 24.* Omiſſum ab illo *Vaticanum* peſſimum omnium fuiſſe apud Romanos, aſſeritur à Martiale & aliis. Nec mirum: Cum Vaticanum, locum inſaluberrimum fuiſſe, conſtet *ex Symmachi Conſulis epiſtola quadam, & ex Cornelio Tacito*, qui idem memoriæ prodidit. Campanum

vinum, quod Calenum est, Iuuenali *Satyra 1.* optimum fuisse censetur, quod tota Campania optimi vini feracissima fuerit, *auctore Plinio* Huic annumerandum Setinum à Setia ciuitate Campaniæ nomen arcessens, quod omnibus aliis prætulit Augustus. Dictum & vinum Biblynum à vite Biblyna, quæ & Tœnania est appellata. Plura vini genera eorundémque naturam apud Dioscoridem vide *libro 5. capite 5.* Iam nec illud silentio premendum, *vinum Consulare vetustissimum ac optimum fuisse veteribus*, quale *Opimianum Auitianúmque* fuit ex eorum Consulatu sic appellatum. Hinc ille apud Martialem iocus:

Potaui modo consulare vinum.
Quæris, quam vetus, atque liberale?
Ipso consule conditum, sed ipse,
Qui ponebat, erat Seuere, Consul.

Doliare vinum intelligunt omnes *l. 1. §. si doliare. ff. de pericul. & commodo rei vendit.* quod dolio est conditum, ad vini pendentis discrimen, quod vuas ipsas & vindemiam nondum collectam significat. *Vinum de dolio* appellat Cicero in Bruto, *vinum de cupa oratione in Pisonem. Protropum* vero appellabant, quod antea, quam vuæ calcarentur, defluebar. *Vinum* item *Fecatum* à fæce dictum. Nam cum olim à doliis nó multo post vindemiam transferretur in alia vasa, residebat in doliorum fundo fæx, qua in fiscinas fæcarias coniecta torquendo exprimebatur vinum fæcatum, aut sine prælo sponte fluebat. Circumscriptum id à Catone *de re rustica cap. 147.* Vina ἀπὸ παράχυται seu οἴνους ἀπαραχύτους à Lesbiis vocatos scribit Galenus 12. *Methodi*, quibus non miscebatur aqua marina, quale vinum fuisse intelligo Chium. Solebant enim apud Græcos *teste Columella*, salsa aqua aut ipsomet sale vina velut condire cum gratia suauitatis maioris, tum quod mare, vt cætera permulta, ita & vinum incorruptum seruaret. Qualia equidem vina tethalassomena vocabat Asclepiades, *vt libro 2. prodit Cœlius Aurelianus.* Habebant & veteres vina fumo inueterata, de quibus Plinius *libro 23. capite primo.* Etsi etiam μέτεωρ. 4. scripserit Aristoteles in Arcadia vinum in vtribus à fumo sic exsiccari solitum, vt bibatur abrasum ac desectum. Spissum enim ac densum efficitur fumo. Ceterum capitis dolorem ab eo induci testatur Galenus *de antidotis libro primo.* Atque hæc de vino.

Vir appellatus videtur quibusdam *à virtute*, id est, *fortitudine*, vel *à viribus & vigore*, sicut & apud Hebræos idem dicitur גבר *à radice* גבר *prævaluit*, vnde גבורה *virtus & fortitudo.*

Vir, איש *Isch*, non ab אנוש *Enosch*, id est, oblitus, miser, desperatus. Sed quémadmodum apud Latinos Vir à vi, ita apud Hebræos איש *Isch*, ab אשיש *Assisch*, hoc est, à firmitate, siue fundaméto dici videtur. Ab *Isch* deriuatum videtur Græcum ἰσχύω, valeo viribus, potens sum: ἰσχύς, vis, robur, fortitudo: ἰσχυρός, fortis, qui valet viribus. Vt auté vir apud Latinos variè sumitur, nempe respectu ætatis, sexus, coniugij, fortitudinis, ita Ἀνὴρ simpliciter pro ἄνθρωπος, vt vir pro homo. 2. pro ille, iste 3. pro mare, masculo, & pro virilitatem suam habente, non castrato. 4. pro virilem ætatem assecuto. 5. pro strenuo & forti. 6. pro marito. Ἀνδρὸς habet in secundo casu singulari vnde innumera ferè composita. Ἀνέρος, ἀνέρι, ἀνέρα dicunt Poëtæ, & interdum etiam ἀνδρὸς, ἀνδρὶ, ἄνδρα.

Virago Festo deriuata à vita, quæ vox significat flammam, aliis à viro ad imitationem Hebræorum, quibus איש *vir*, *virago*, aut *mulier de viro sumta* אשה, cuius cóstructio אשת Sic sentiendum, non obscurè etiam significauit Symmachus locum *Geneseos 2.* his verbis reddens: αὕτη κληθήσεται ἀνδρὶς, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς ἐλήφθη αὕτη.

Virbius dictus Hippolytus, quod bis in vita vir fuerit.

Vir go e.

Vergiliæ. Vide virgilias.

Virgilius. Ita scribendum hoc nomen persuadet cõtra eos, qui (*Vergilium*) scribunt (*vt antea dictum*) auctoritas imprimis Donati, qui à virga deflectit. Stephanus etiam *libro de vrbibus* & Christodorus Poëta Thebanus produnt inscriptum fuisse ipsius simulacro carmẽ in quo legebatur βιργίλλιος. Scribat sequaturque vnusquisque, quod maxime persuadere aut dictare videbitur ratio.

Virginensis Dea adhibita legitur, cum soluenda esset virgini zona, cuius meminit Augustinus *libro 4. de ciuitate Dei, & libr. 6. cap. 9.* Scilicet in cubiculum deferebatur simulacrum, vt ope eius sine vlla difficultate auferretur virginitas, sicut & Subiugi simulacrum, vt viro subiiceretur: Prema, ne inter premendum & subigendum se commoueret.

Viriplaca Dea, quæ viros placabat. Quoties enim iurgij aliquid intercesserat inter vxorem & virum, veniebant in huius Deæ sacellum, vbi contentione deposita reuertebantur concordes, *teste Val. lib. 2. cap. 1.* Sacelli eius meminit P. Victor regione X. vrbis Romæ, & in eadem Onuphrius Panuinus.

Virginitas à virgine nomen inuenit, Thomæ Aquinati à virore, qui importat immunitatem à concupiscentiæ adustione circa delectationes venereas. Duplex autem illa: Vna mentis, altera carnis. Inde Ambrosius. *Tolerabilius est mentem virginem, quam carnem habere:* Virumque bonum est, si liceat. Et Augustinus ad Psalmum 29. *Quid prodest integra caro mente corrupta.* Virginitatem illam carnalem, multis olim laudibus extulerunt. Altum montem appellauit Gregorius. Hac homines angelis assimilari dixit Ambrosius, atquĩ maiorem virginum, quam angelorum esse victoriam. Et *Hieronymus* sermone de assumtione: *profecto in carne propter carnem vincere, non terrena vita est, sed cælestis.* Et quamquam multa coniugatis apud veteres Romanos, tum parentibus trium vel plurium liberorum præmia indulta legimus, *vt apud Suetonium in agrorum diuisione in vita Iulij, in petitione Magistratuum apud Tacitũ Annalium ii. in insignibus Magistratuum apud Agellium lib. ii. cap. 15.* tamen aliquando pares patribus fuisse cœlibes, qui virginitatem illibatam seruassent, monet Dio libro 56. de Augusto loquens his verbis: *Et iis, quæ perpetuam virginitatem seruarent, eadem quæ matribus, præmia largitus est.* Interim verum & dignum memoratu hoc Augustini: *Melius humile coniugium, quam superba virginitas.*

Virgo à vigore ætatis, qui circa annos nubiles est, dicta Latinis: Aliis à viro. Nam *virago*, quæ à viro deducitur, per syncopen fit *virgo.* Festus à vira trahit, quæ vox fœminam significabat veteribus.

Virtus, quæ iuxta Poëtam est quiddam inter vtrumque redactum, id est, medium inter vitia duo, alterius secũdum excessum, alterius secundum defectum, *teste Aristotele Ethic. 2.* ex viro appellata videtur Ciceroni *in Tusculanis quæst.* Ei⁹ n. propriè est fortitudo. Alij à vi mentis deriuant. Eadem Græcis est ἀρετὴ quasi ἐρατὴ *desiderabilis, amabilis*, παρὰ τὸ ἐρῶ καὶ ἐπιθυμῶ: vel ὡς ἐράσιν ἢ ἣν αἱρῶνται πάντες, *quam diligunt & cupiunt*, vel *quã eligunt omnes.* Quatuor in se præcipuas partes complectitur, *iustitiam, prudentiã, temperantiam & fortitudinem.* Cicero, dũ ex hominis natura inuestigat virtutum fontes, distribuit eas iuxta Platonicam animæ partitionem ita, vt prudentiam tribuat τῷ ἡγεμονικῷ, fortitudinem τῷ θυμικῷ, temperantiam τῷ ἐπιθυμητικῷ, iustitiam vero definiat esse obedientiam virium animæ inferiorum erga rectam rationem. Aristoteles petit earum ordinem à proximis obiectis. Sunt enim aliæ moderatrices affectuum, vt fortitudo, mansuetudo, tem-

perantia: aliæ moderatrices rerum, vt liberalitas, iustitia: *aliæ gubernatrices sermonis, vt veritas, bonitas, vrbanitas.* Distingui possunt & eo modo, vt aliæ sint ἠθικώτεραι, id est, moratiores & leniores, quæ ad humanitatem & vitam pertinent priuatam, societatique communi accommodatiores sunt, quales comitas & iustitia: Aliæ vero πολιτικώτεραι, quales ciuiles & bellicæ sunt, quæ tantum congruunt, & quidem certo tempore, personis in imperio constitutis, quales sunt *fortitudo militaris, rei militaris peritia, auctoritas,* Possunt quoque diuidi in Ethicas & Theologicas, quales, *fides, spes & charitas.* Item in maiores & minores. Proprietas omnium est, vt voluntariæ sint, non coactæ aut violentæ, cum fiant ἐκ τῆς προαιρέσεως. Iustitia versatur in suo cuique tribuendo, temperantia in prætermittendis voluptatibus, prudentia in intellectu bonorum & malorum, fortitudo in laboribus & periculis. Caussæ virtutum, ethicarum præcipuè, est *Primo* iudicium mentis seu ratio recta, aut lex naturæ: *Secundo* obtemperans illi voluntas: Inde doctrina, φυσικὴ δύναμις, disciplina & assuefactio, exempla bona, & imitatio, quæ omnia ad caussas adiuuantes referri possunt. Tanta vero inter illas cōiunctio, tantus consensus, vt diuelli ac separari à se inuicem non possint. Ideo Cicero 5. *de finibus. Seruari,* inquit, *iustitia nisi à forti viro, nisi a sapiente non potest.* Itaque qui vnam amittit, simul & alias propter coniunctionem amittit, non obstante proprio cuiusque munere, de quo modo pauca dicebam. Summatim; *Sine virtute nemo vir bonus, nemo beatus esse potest, nec vlla sine ea efficax & vera politia.* Qua de caussa sapienter scripsit Aristoteles Polyticorum tertio, *oportere optimam ciuitatem de virtute maxime esse solicitam.* Sensit vir sapiens nullam pestem esse maiorem in ciuitate, quam morum licentiam, nullam tetriorem in Republica luem quam improbitatem. Tantum abest, vt quisquam monstrosis Machiauelli theorematis se det, qui recte administrari posse Rempub. dixit *sine clementia religione, sine omni denique virtute.* Et quidem libros eiuscemodi non secus, ac impiam religionem, exterminandos esse Republica, ne latius venenum serpat, mihi persuasum habeo. Ethnici ex ea Deam fecerunt, erectis illi simulacris iam matronali, iam virili, nonnunquam etiam habitu senili. Fanum ipsi primus posuit Scipio Numantinus, inde Marcellus virtutis & Honoris, cuius meminerunt Valerius *libri primi, capite primo,* & Cicero 2. *de Natura Deorum.* Submissiorem his ædem erexit eidem C. Marius deuictis Cymbris, ne, si forte officeret auspiciis publicis, Augures eam demoliri cogerent.

Virus à vi deducit Seruius *Georgic.* 1. plura in veneno.

Vis deflectitur à Græco ἴς, quæ vox *neruum, vim, robur, potentiámque significat.* Apud Homerum ἶς πριάμοιο, ἶς τηλεμάχοιο, ἶς ἀνέμοιο, & ἶς ἡρακλέην legitur.

Vitiligo vitium cutis, aliis à vitio, aliis à vitulo propter mēbranæ cādorem videtur deduci. Duplex illa Medicis. Vna λευκή, quæ coloris est ad albidius mutatio, Arabibus dicta *Alboras*: Altera ἀλφός, à qua fluuio Alpheo nomen, *teste Strabone* his verbis: φασὶ δὲ καὶ τὸν ἀλφειὸν ἀπὸ τῆς τῶν ἀλφῶν θεραπείας ὠνομάσθαι. Est autem huius generatio vnius modi cum Leuce. Non tamen in ea malum ad carnem penetrat, sed cutis superficiem, insidentibus illi veluti squamulis quibusdam, occupat tantum. Ceterum duplices sunt illæ, albæ & nigræ, faciuntque duplicem Alphum album & nigrum Auicenna & Arabes *Morpheam* vocant eamque duplicem statuunt, albam & nigram, *vt Fuchsius notat.* Contrahitur hoc malum a viscoso & glutinoso sanguine

* *Vna,*

* *Vita*, quum dictio sit notissimæ significationis apud omnes viuẽtes, mẽtéque præditos, non est cur de nomine ipso, verbóque viuendi, multa dicamus. Apud Hebræos maxima est affinitas, ad literas quod attinet, inter היה *haja*, Esse, & חיה *Chaja*, viuere & vita: vt nõ ineptè quis dicere possit, hac vocum affinitate, significari affinitatem rerum à Deo creatarum. Omnes enim aut sunt simpliciter, aut etiam viuunt. Horum viuentium porrò multa sunt genera: sed constat viuentia in genere, vno gradu duntaxat superiora esse iis quæ simpliciter sunt. Nam omne quod est, aut tãtùm est, aut etiam viuẽs est. Et quidem ordine naturæ prius aliquid simpliciter est, quàm sit viuens. Vtriusque gradus & generis autor est Deus, qui est primum Ens & primum Viuens, adeóque ipsa vita. Ergo vt Deus meritò dicitur Ens, ita etiam vita rectè vocandus est. Et quemadmodum quicquid viuit etiam est: sic, quod simpliciter, verè ac propriè est, illud etiam viuat oportet. Alioqui perfectum Esse non haberet, quia Esse viuentium careret, Deus autẽ is est, qui verè ac propriè perfectéque est. Vnde ὁ ὤν, καὶ τὸ ὄν & אהיה *Ehihe*, id est, qui Est, appellatur. Ergo etiam est חיה, *Chaia*, vita. Græci Deum ζῆνα vocant, à viuendo; quòd is verè viuat, omniáque viuificet: vt meritò, sicut vocatur ὁ ὤν; sic etiam appellari possit ac debeat, ὁ ζῶν: Et sicut Ens, ita etiam vita.

Vitis. Sunt multi, qui vites dictas existimant, quod se inuicem vitis innectant, vicinisque arboribus reptando alligentur. Est enim earum natura flexibilis, vt, quidquid apprehenderint, stringant. Varia earũ genera vide, apud Columellam, *lib.3.cap.2.*

* *Vitis*, גפן Guéphen, apud Hebræos vsurpatur in vtroque genere, cognationem habet cùm verbo כפן *Caphan*, reflexit. Nam vitis vario modo flectit & incuruat tam palmites quàm radices suas שורק *Sorek*, etiam dicitur vitis optima, cuius vuæ non habent acinos. cognationem habet cum שרג *Sereg*, intricauit & שרך *Serec*, circumflexit. Nume. 6.4. Vitis vocatur גפן היין *Guephen haiain*, vitis vini, seu vinifera: Græc. ἄμπελος οἰνοφόρος, & ἡ νεμήτωρ, vini mater, Ἄμπελον autem dictam volunt, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἔχειν τὸν πηλόν, id est, quòd vinum (nam πηλος est vinum) in se contineat. Vitis, à vieo, flecto, ligo, quia vi flexa domatur seu teneatur. Varro Longius etymon petens; de re rustica lib. 1.cap.13. *Vitis, eo quod inuitet ad vuas percipiendas, dicta primò videtur.* Vide *vinea*, & *Vinum*.

Vitta, quę crinibus innecti solebat, ne diffluerent, à vincendo dicta est Isidoro Idem innuit Capella scribens hoc modo: *Vittæ sunt, quæ crinibus innectuntur, quibus fluentes religantur capilli, & vittæ dictæ, quod vinciant.* Turnebus docet *alias nuptarum, alias virginum fuisse vittas, vtrasque ingenuarum*, partim ex Valerio Flacco, cum inquit: *vltima virgineis tunc flens dedit oscula vittis*, partim ex Propertio ducto exemplo ad copulam maritalem pertinenti, *vinxit & acceptas altera vitta comas.* Sumebant has matronę ipso nuptiarum die. Testis ipse Propertius *lib.4.* cum inquit:

Quæ mihi deducta fax omen prætulit, illa
Traxit ab euerso lumina nigra rogo.
Et Stygio summersa lacu nec recta capillis
Vitta data est, nupsi non comitante Deo.

Quod his etiam pudicę discriminatæ fuerint à meretricibus, vel ex his Tulliani verbis libro de cultu mulierũ discere licebit: *Quod minus habet* [illegible] *ma illa publicarum libidinum* [illegible] *quas si qua leges à matronis & matronarum decoramentis coercebant, iam certè* [illegible] *improbitas honestissimis quibusque fœminis vsque ad errorem dignoscendi coæquauit. Cum decoramenta dixi vittam, stolam & institam* dicere voluit. Differebant quoque virginum vittæ à matronalibus: quod virgines simplices haberent du-

plices matronæ. Auctor idem Propertius *lib.14.* vbi ait:

Mox vbi iā facibus cessit pretexta maritis,
Vinxit & acceptas altera vitta comas.

Vittatæ tamē non fuerunt omnes, nec solæ. Non omnes, quod ius illud ingenuis non libertinis sit datum, *teste eod. Tibullo.* Non solæ, quod sacerdotes cum Poetis & vatibus pariter fuerint vittis insignes. Tacitus *Annalium 4. Sacerdos apud aram Vbiorum creatus ruperat vittas.* Virgilius de Heleno. *Exorat pacem diuum, vittásque resoluit,* lib.3. Æneidos:

Rex Anius, rex idem hominum Phœbique sacerdos,
Vittis & sacra redimitus tempora lauro.

De Poetis Statius Epicedio in Glauciam:

Et nūc (heu) vittis & frontis honore soluto
Infaustus vates.

Fuerunt & Deorum statuæ vittatæ. Testis Virgilius, vbi ait:

Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis
Virgineas ausæ Diuæ contingere vittas.

Ibidem:

Sic ait, & manibus vittas Vestāque potentē
Æternūque adytis effert penetralibus ignē.

Supplices eas prætulisse, vt religione mouerent. docent hæc Statii *lib.12.*

Ipsa manu ramosque oleæ, vittasq; precātis
Tradit.

Spartianus Iuliano: *Hæc cū Iulianus videret, Senatum rogauit, vt virgines vestales & ceteri sacerdotes cū Senatu obuiā exercitui Seueri prodirent, & pretentis infulis rogarent.* Sūt enim scriptoribus sępe infulæ idē, quod vittæ. Seneca Agamemnone: *Sed cur sacratas deripis capiti infulas.* Iam & templorum fores arasque vittis ornatas apud Virgiliū, Statium & Propertium legas. Cūmque accessuri erant ad aras operaturi sacris, itidē eas sumebant. Quid, quod victimas hoc ornatu producebant. Sino apud Virgilium. *Vittaque Deum, quas victima gessi.* Ouidius 3. de Ponto, Elegia 3. de Oreste & Pylade immolandis Dianę:

Sparsit aqua castos lustrali Graia sacerdos,
Ambiat vt fuluas infula longa comas.

Nauem vittatam Platoni missam obuiā à Dionysio testatur Plinius. Faces nuptiales, vt postes ædium mariti vittatos legimus apud Statium atque L[illegible]anum. Denique arbores quandoque vittatas aperit Prudentius cōtra Symmachum his verbis:

Et quæ fumificas arbor vittata lucernas
Sustineat, cadit vltrici succisa bipenni.

Vittati quoque nomen contigit vni ex Metellis, quod frontem vitta ligatus ambulauerit.

Vitulus à græca voce ἰταλὸς. Etenim taurum illa significat *notante Hesychio t.* secundum Gellium ac Varronem bouem.

Vlma ad Danubium sita ciuitas, vbi Hylerus & Blanus in illum se præcipites dant, nomen habere putatur ab vlmis, vel ab *vligine*, quod *vliginosum* eius sit territorium vlmis abundans.

Vlysses ὀδυσσεὺς. nomen illud scriptores nonnulli ὅλως ξένον omnino hospitem interpretantur, eo quod πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω. Sed aliud etymon ab Eustathio relatū Odyss. τ. his verbis. Σιληνὸς μέντοι ὁ Χῖος κατὰ τὴν ἱστορίαν ἐν δευτέρῳ βιβλίῳ τῶν ἀσυντάκτων μυθικῶν δασύνει παρὰ τὴν ὁδὸν λέγων ὡς ἀντικλείας ὁδευούσης παρὰ τὸν νήριτον ὗσεν ὁ Ζεύς. τὴν δὲ ὑπὸ ἀγωνίας ἐκεῖ πεσοῦσαν τεκεῖν· καὶ τὸ γεννηθὲν κληθῆναι ὀδυσσέα παρὰ τὸ ἐν τῇ ὁδῷ ὗσαι, *Silenus Chius in historia sua libro (inquā) fabulosarum narrationum 2. aspirat id nominis, à via deducto vocabulo, dicens, quod cum Anticlea iter faceret circa Neritum Ithacæ montem, pluuiam Iupiter cœlo demiserit, Eam autem, cum esset lapsa mœrore anxietateque, peperisse tandem, filiumque natum ὀδυσσέα, quod tum in via pluisset appellatum.*

Fl sibona vrbs omnium totius Hispaniæ maxima, metropolis Lusitanię, sedes regia, & ad Tagū sita, cuius mœmia ad

nia ad ſeptem millia paſſuum dilatantur ſeptuaginta ſeptem turribus conſpicua, ab Vlyſſe vel eius erroribus nomen ſuum traxiſſe creditur. Olim in ea numerarunt ædificiorum vicies millia. Iam vero in longe maiorem molem excreuit.

Vmbria, in ſexta Italię regione colloca ta à Plinio, & incolę eius Vmbri ab Hetruſcis olim expulſi, ſicut illi antea expulerant Prætutianos, Atrianos & Palmenſes, nomen ſuum (cum antiquiſſimi ferantur totius Italiæ) traxiſſe creduntur ab imbre, qui Græcis eſt ὄμβρος, quod inundatione terrarum facta imbribus ſuperfuerint, Ptolemæo dicuntur ὀλεμβροι, & verſus Orientem ὀλεμβροι. *Ombros* & *Ombricos* nominat Stephanus. Aliqui putant veteres illos Gallos fuiſſe, quos ex vniuerſali diluuio ſeruatos Xenophon refert in Æquiuocis. Iam vero dicuntur *Spoletani*. Strabo ſcribit Geographiæ 5. diu illos cum Tyrrhenis de principatu contẽdiſſe, antequam aucta fuit Romanorum potentia. Eorum vero oppido trecenta à Thuſcis debellata pariter in hiſtoriis inuenias.

Vncia pars aſſis duodecima ab vno eſt dicta, eaque aut μετρικὴ *Menſuralis*, aut σταθμικὴ *ponderalis*. Menſuralis ſemper fixa & immobilis manet, cum ponderalis pro rerum, quas metimur, varietate ſępe mutetur. Græci οὐγγίαν dicunt, ſumto mutuo à Græcis nomine. Quod vero duodecim conſtituerint libram apud veteres, docent hæc Dioſcoridis verba ἡ δὲ λίτρα ἔχει οὐγγίας, ιϐ. δραχμὰς δὲ, ϟϛ. *libra habet uncias duodecim, drachmas vero ſex & nonaginta*: Idem oſtendunt hæc Galeni 1. *de compoſitione medicamentorum ſecundum genera* · ἡ μὲν γὰρ λίτρα δραχμὰς ἔχει ἓξ πρὸς ταῖς ἐνενήκοντα, *libra Drachmas ſex & nonaginta habet*, id eſt, *uncias duodecim. Octo enim drachmæ vnam efficiunt unciam*. Aſtipulatur vetus hereditatis diuiſio Iuriſconſultis vſitata, quando totã heredi tatem appellant aſſem, quam ipſam in XII. vncias ſeu partes diuidunt. Idem ſi dupletur in 24. partes diduct⁹, id quod facere licet teſtatori, dupõdium à duobus pondo, vel quod duo appendantur aſſes, appellãt. Quod Alciatus vir ſummus vnciam octo denariis cõſtare voluerit, idem pondus arbitratus denarij & drachmæ, refutari video, & merito quidem, à Georgio Agricola *lib. de Pond. Rom. 4.*

Vncus fuſtis ab vno latere ſeſe retorquens ἀπὸ τοῦ ὄγκου, id eſt, *tumore nomen accepit*.

Vngari. Vox hæc compoſita videtur nonnullis ex *Hunnis* & *Iura*, quæ regio eſt vltra Moſconiam ab Auaribus inceſſa, qui Hunnib⁹ permixti Thraciam ſimul ac Pannoniam occuparunt. Itaq; *Vnnos*, *Hunnos & Auares* pro eiſdem accepit Eginhartus, Hungaris adiũgẽs, quos alias *Vgros* & *Magores* appellat. Hunnos autem *Chunos* dici apud Ptolemæum vult Peucerus.

Vnio ab vnitate dictus nõnullis, quod ſingulæ cõchæ ſingulos aliquoties pariant, ſed maiores, *teſte Ammiano Marcellino, ſub fin. lib. 23.* cuius verba adiicio, *Apud Indos*, inquit, *& Perſas margaritæ reperiuntur in teſtis marinis, robuſtis & candidis, permeatione roris anni tempore præſtituto conceptæ. Cupientes enim velut coitum quẽdã humoris, ex lunari aſpergine capiunt denſius oſcitando: Exindeque grauida edunt minutos binos, vel ternos, vel vniones ſi cappellatos, quod eius terræ conchulæ ſingulos aliquoties pariant, ſed maiores*. Humidi ergo beneficio generatur, & quidem ex ea cõcha, quam Indica lingua βέρβερι vocant, *vt ſcribit Athenæus*. Noſtrates matrem perlarum nominãt, id eſt, *Margaritarum*, quod meliores vniones deprehendantur in his, quàm in aliis conchis. Falſus ergo Solinus, qui vniones vocatos ſcribit, *quod nunquam duo ſimul in eadem concha naſci contingat*. Maximè cum Veſpucius Americus, in India occidẽtali, centum atque trigin-

ta margaritas in vna ſe concha repetiſſe prodat, Auglerius *decad. 3. libr. 10.* in inſula Dite viginti ſupra centum. Digna quoque Athenęi verba, quę ex eodem lib 3. loco hic aſſcribantur. Ait .n. ἡ δὲ λίθος γίνεται ἐν τῇ σαρκὶ τοῦ ὀστρέου, ὥσπερ ἐν τοῖς συείοις ἡ χάλαζα, καὶ ἔστιν ἡ μὲν χρυσοειδὴς σφόδρα, μὴ ῥᾳδίως διαγνῶναι, ὅταν παρατεθῇ παρὰ τὸ χρυσίον. ἡ δὲ ἀργυροειδής, ἡ δὲ τελείως λευκὴ ὁμοία τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν ἰχθύων. *lapillus in ipſa oſtrei carne naſcitur, non aliter atque in ſuilla grando, eſtque alius auro, vſque adeo ſimilis, vt, ſi iuxta aurum ponatur, non dignoſcatur facil. alius argenteus, & alius denique omnino albus, oculiſque piſcium perſimilis.* Scaliger refert (miraculum naturæ) captam quãdoque conchã in inſula Borneo, cuius caro pẽdebat ſeptem & quadraginta pondo, viniones vero gallinacei oui magnitudinem æquabant. Fuerunt & inſignes viniones penduli ex aure vtraque Cleopatræ, reginæ Ægypti. Magna olim eorum copia in Britannia fuit, vt eſt *apud Sueton.* qui Cæſarem ſcribit thoracem ex Britãnicis margaritis cõfectum, genetrici Veneri dicaſſe. Sed iampridem natura munus iſtud ei regioni inuidit.

V*nxia* Iuno. Vide Iunonem,

V*olumen*, quod iam dici ſolet ingens opus ſiue cõſcriptum, ſiue impreſſum, à voluendo inuenit nomen. Sciendum n. veteres non ſcripſiſſe in foliis diſſectis, & in quaterniones conſertis, ſed in altera tantum paginarũ facie ppetuo ad extremum vſque folium ductu. In extręma pag. firmitudinis ergo paruus admodum bacillus ex cedro, aut buxo, cupreſſoue, aut ex ebeno vel ebore adglutinabatur. Hunc vmbilicum vocabant, e[illegible]e capita complicata & connolut[illegible],hinc inde exſtabãt, ſæpe argento aut auro, ſæpe gemmis ornat⁹, [illegible] præmunita. Capita illa, quæ dixi nomin[illegible] Ouid *in tr[illegible] Elegiat.* cornua, [illegible] *Mart[illegible]* *libr.* 1 cum explicitum dicit vſque ad ſua cornua librum. Eodẽ ſenſu canit *libr. 3.* ad vmbilicum ſe perueniſſe, vt & *Horatius Epod. 14.*

V*omis*, quod terram vomat, dictus Aſcenſio *Georgic. 1.*

Voluntas, apud probatos autores tria complectitur & ſignificat. 1. Horum primum eſt, *facultas*, ſeu vis animæ qua volumus. Ita dicimus hominem conſtare intellectu & voluntate; hoc eſt, facultate intelligendi & volendi. 2. *Actus* huiuſce facultatis, quem actum modò appetitum rationalem ſeu intellectualem, νοερὰν ὄρεξιν; modò electionem, προαίρεσιν, vocant. Sic quarto lib. Tuſcul. Cicero ait, appetitionem, hoc eſt actum appetendi, quæ fit prudenter & conſtanter, βούλησιν Græcis, voluntatem Latinis appellari. 3. *Obiectum*, id eſt, res quam volumus, nomine voluntatis ſignificatur. Sic dicimus, voluntatẽ eſſe Principis, id quod Princeps vult ac definit. Sic in voce θέλημα Phauorinus ait θέλημα eſſe, primò quidem, αὐτεξούσιον τῆς ψυχῆς δύναμιν, καὶ τὸ θελητικόν: deinde, τὴν ἐνοίας νοερᾶς νοερὰν ὄρεξιν: poſtremò τὸ θελητόν. Omiſſis autem duabus poſtremis ſignificationibus, de prima, id eſt, de facultate volendi, qua nam ſit natura, & de qua propriè prædicetur: Ex voce Gręca & Latina apparet, hanc non eſſe niſi ſubſtantiæ intelligentis facultatem. Nã βούλησις & θέλημα, præter alia nomina, vocatur Græcis. Quid autem eſt βούλησις? Phauorinus ait; ἐστὶ καὶ λογικὴ ὄρεξις τινὸς πράγματος. Sed meliorem notationem nolumus eã quam adfert Cicero 4. lib. Tuſcul. *Quamobrẽ (inquit) ſimul obiecta ſpecies cuiuſpiam e[illegible] quo[illegible] bonum videatur, ad id adipiſcendum impel[illegible] ipſa natura. Id cum conſtanter prudenterq. fit, eiuſmodi appetitionem Stoici* βούλησιν *appellant, nos appellamus v[illegible]* Hæc Cicero Voces q[illegible]b[illegible]s Hebręi volunt[illegible]tem deſignant, idem teſtantur. Vocatur enim ſæpenumero *Nephe[illegible]*, ab a[illegible]a, totum pro parte. vt Pſal. 22. [illegible]m voluntas [illegible]cultas animæ. Etſi verò *Ne-*

*[illegible] b*2

phes.h,vt significat animam,tã ad bruta, imò etiam & plãtas, quam ad homines refertur:quatenus tamen significat voluntatem, in S. scripturis non nisi ad homines refertur. Est ergo voluntas, eorum tantùm qui cognitione & iudicio præditi sunt. Atque hoc est propriũ voluntatis opus, nẽpe vt in iis quæ sibi ab intellectu,vt bona proponuntur,acquiescat. Hoc est enim propriè velle. Huic affinis est alia vox *Kefek*, Placitũ, desiderium, 1. Reg.9.19. Et alibi. Item *Ratson*,beneplacitum,beneuolentia bona voluntas, complacitum, Isai. 49 8. Græcis εὐδοκία. Est etiam hoc voluntatis proprium, vt eligat & velit quæ ex multis oblatis magis placent Hoc autẽ fieri nequit, nisi ab iis qui præditi sunt iudicio & ratione. Vocatur & *Eb*,à verbo *Abah*, acquiescere, in aliquo autem nobis proposito acquiescere animalis ratione præditi est. Alia vox melius naturam voluntatis exprimit, nempe *Kephets*,1.Sam.15.22.quæ vox voluntatem cum approbatione, amore & delectatione significat. Aliam voluntatis proprietatẽ indicat alia vox,nẽpe *Nadbah*, ad verbum sponraneitas,seu spõs: cùm scilicet sponte, non coactè, sed voluntariè, & ex animi propensione aliquid facimus Exod. 5. 2 9. Significatur hac voce id quod est proprium voluntatis, nempe naturalis liberta ;qua quidquid vult,siue bonũ, siue malum, liberè volũtariè,sponte, sineque coactione vult.

Votum, quod Cicero eleganter dixit, *sponsionem esse, qua obligamur Deo.* Philo *petit[illegible]em bo[illegible] a[illegible] a Deo*,cuius mentio fit *Deuteron.23.* formula habetur *Iudic.11.*appellationem a vouẽdo,deducit. Ad antiquitates venio. Quippe in numis veterum, & in aris arcubusq; triumphalibus quæ legi solebant *Vot. X. Vot. XX.Vot.XXX.* intelligendo hoc modo, vt qui vouerent hæc vel illa se sacrificia laturos,aut celebraturos ludos, aut dedicaturos ædes, præstarent ea atque redimerẽt,si tot annorũ spatio Respub. in eodem statu permansisset Sæpe apud Liuium legas facta huiusmodi vota,vt etiam apud Tacit. Dionem.& similes alios. In arcu vel ara Constantini videas Romæ scriptum *vot.20.* in numo Maximiniani Pœni *vot.20.*alibi *vot. 30. vt monent eius rei diligentes obseruatores.* Christianorum vota si spectes, soli Deo vouenda esse,non ignorabis Eadem licita, vtilia & possibilia erunt. Non instituẽtur ventris aut commodi temporalis gratia,reddenturq; Deo, integre & incunctanter. Sed & volũtaria esse oportet,non coacta.Sequitur tamen ea concepta perficiendi necessitas. Requiret enim Deus de vouente, & si moram traxerit,in graue peccatum cedet.

Vox à Græco *βοᾶν*,id est, *clamando.*

* *Vphaz*,locus, inquit Ortelius (1. regio)vnde aurũ adfertur.Huius fit mẽtio Ierem. 10. 9. וזהב מאופז *Vezahab me-Vphaz*, & aurum de Vphaz. Item Dan. 10.5.*Et femora eius succincta auro* אופז *Vphaz*. Mophaz legunt 70. interpretes. *Ophir* autem D. Hieronymus & paraphrastes Chaldæus. Aliis locis, vt Iob. 28.17 Psal.19.11. & 21. 4. & 119. 127. Prouerb.8.19.Cantic.5.12.16. Esai.13. 12.Thren.4.2. פז *Phaz* simpliciter legitur, quibus locis interpretes Hebræi & Chaldæi aurum vocant obrizum,i.perfectissimum, & aurum fluuiorum siue fluuiatum, hoc est absolutissimũ quippe cursu ipso tritũq. perpolitum, quod Græci interpretantur ἀλικρινὲς, καθαρὸν ἄχραντον, ἄπεφθον, γνήσιον ἀκίβδηλον, ἀμιγὲς, ἀκέραιον, ἀκραιφνὲς, ἀκριβὲς, δόκιμον, ὄβρυζον & Latini præclarum, bonum, purum putum, depuratũ.purgatissimum,probatum, primum, obrizum,solidum, &c. Idem iudicium de מופז *Mophaz*, 1. Reg. 10. 18. (nonnulli *Mophaz*,i.de Vphaz legendum putãt) quod quidam vertunt שבא bonum, alij candidum,lucidum, purum & nitidum vt sunt vniones, alij sordibus expurgatum,alij solidissimũ, quæ nomina specierum auro ex *Vphaz*, seu *Ophir*, allato

conueniunt, & in genere de auro probato atque defecato commode dicuntur. Solidum autem meritò vocatur, propterea quòd hoc genus metalli cæteris est solidius, ita vt igni expositus non minuatur, nec consumatur prorsus, igitur, quum *Vphaz* regio, ex qua aurum illud profectum affertur, tam eximij commodi ferax sit, metonymicè aurum optimum, solidissimum, perfectissimum Vphaz, & per ἀφαίρεσιν *Phaz* nominatum est. Radix autem videtur esse פזז *Pazaz*, deauratus est, obductus est auro optimo, Plærúmque coniungitur aurum cum topazio & margaritis. Et topazion τοπάζιον lapidem preciosum, Hebræis פז *Pas* dici nonnulli cōtendunt: sed de auro potius quam de lapide precioso *Phus* intelligi debet. V*phaz* ergo eodem tropo quo Arabia apud probatos autores accipiatur. Illi enim pro odoribus seu thymiamatis optimis Arabiam dicunt, quia videlicet regio illa thure lectissimo, è quo odores, suffitus & thymiamata veterum fiebant, est ferax: vnde *Arabicè olere*, apud festum, & Tertullianus de corona militis *Arabicè accendere*, pro thus in ignem cōiicere dixit. Statuimus igitur aurum, quod Vphaz regio suppeditat, optimum & præstantissimum esse: sicut in Arabia olim thus odoratissimum fuit. Quid interpretes afferant reponere non conuenit, sed etymi rationes expendere.

V*pupa* nomen adepta à voce ποῦ ποῦ, *vbi, vbi*, quam edere videtur. Non verebor hic etiā ex fabulis aliquid adiicere, quoad explicationē. Fertur Tereus Thracum rex, qui Prognem vxorem duxit Pādionis Atheniens. regis filiam, suscepisse ex ea filium Ityn. Ea cum ageret in Thracia, magnoque sororis visendæ desiderio teneretur, exorauit maritum, vt Athenas profectus adduceret Philomelam. Fecit id Tereus, cumque eius amore exarsisset, in via quantumuis reluctantem compressit, Progne re intellecta, & ad tempus dissimulato dolore, tandem velut furiis exagitata, paruum filium interfecit, & Tereo domum reuerso apposuit. Re comperta prosequitur furibundus Tereus vxorem, quæ mox in hirundinem fuit mutata. Tereus autem in vpupam, quę militarem christam in capite gerens, quasi quæreret filium, clamat ποῦ ποῦ. Sacræ literę submouent hanc auem mensis, vtpote querulam semper & luctuosam, & proinde significantem hominem improbum assidue mœstum admissorum scelerum conscientia & inquietum admittendorum cupiditate, *vt est notatum a Theologis*.

* Vr *Chaldæorum*, אור כשדים, Vr *Chasdim*, ciuitas ex qua Abraham cum suis exiit, vt pergeret in terram Chenaham. Genes. 11. 31. Vr autem Hebræis & Chaldæis, lux est, lumen, & κατ' ἐξοχὴν pro Sole, lumine maximo, item pro aurora & ortu diei sumitur. A verbo אור *Or*, illuxit, lucebat sicut aurora. Hinc Græcis ὡραΐζω, ὡραΐομαι, luceo, niteo, ὡραῖος pulcher, matutinus, οὐρανός, cœlum, lucidum, ὄρθρος, diluculum, ὀρθρεύω, ad lucem surgo: & ἦρι mane. Latinis aura, aurora, orior, oriens, ortus, & aurum quòd fulgeat. Significat Vr etiam ignem, & focum in quo lucet & fouetur ignis aut flamma. Vnde græcis πῦρ ignis, vis ignea, calor, incendium, &c. Latinis, V*ro*. Chaldæorum vel Chasdim nomine (ex eruditissimi nobilissimíque viri, cuius laboribus præclaris multum adiuti sumus) sententia, non nationem sed Chaldæos philosophos & sacerdotes, sacri ignis custodes & istorum arcanorum ad suos discipulos, ex quorum numero fuit Abrahamus, interpretes, intelligimus. Horum monitu Alexandrum multa gessisse docet Alexandri historia. Eusebius ex E[illegible] prisco scriptore docet vrbem [illegible]lam, quam Moses Vr Chaldæorum vocat, dictam fuisse Camarinem, idque esse

Chal

Chaldæorum (nempe sacerdotum aut Philosophorum,qui dicebantur כמרים Camarim) vrbem, Χαλδαίων πόλιν. Et idem Eupolemus de Abrahamo: ὃν δὴ καὶ τὴν ἀστρολογίαν καὶ τὴν Χαλδαϊκὴν εὑρεῖν. Mathesin vocat Χαλδαϊκὴν, vt alij.

Vrania,quasi τὰ ἄνω ὁρῶσα, quæ supra sunt videns, vt apparet *Platoni in Cratylo*. Itaque illi ex Musis soli, libros suos de stellis inscripsit Iouianus Pontanus.

Vrbs nominata creditur ab vruo, id est *aratri curuatura*, quod antiqui Hetrusco ritu in vrbibus condendis, iunctis tauro & vacca, sulcum aratro circumagerent,intra quem vrbem ædificarent. Vnde illud, *Optauitque locum regno, & concludere sulco.* Alij dictum volunt ab orbe, quod sulcus ille duceretur in orbem. Pertinent huc quæ ex Catone refert Isidorus his verbis: *Qui vrbem nouam condit, tauro, & vacca aret: vbi arauerit, murum faciat. Vbi portam vult esse,aratrum sustollat & portet,& portam vocet.* Sed cur dispari iuuencorum sexu arabant?propter familiarum commixtionem, & imaginem ferentis,fructúmque reddentis, *vt idem ait.* Vt vero vrbs condebatur aratro,ita coeuerti solere iamdudum obseruatum. * Vrbare & orbare, est circulo circunscribere, περιγράφειν: vnde vrbs & orbis. Vrbare seu orbare Galli dicunt *cerner*, quasi circinare. Ab eo Seneca in Oedipo circulos vocat orbes,vt Sophocles, quem sequitur, κύκλους. Et qui eos amisit dicitur orbus, nisi sit antiquum ὀρφὸς, ex quo ὀρφανός. Hæc Scaliger.] Est etiam nihil aliud vrbs, quam oppidum, nisi quod insigniora & maiora oppida vrbes vocari solent dicere, sicut *Roma vrbs* dicta. Et de Carthagine Maro: *Vrbs antiqua fuit.*

* *Vrbs* עיר *Hir*,oppidum,ciuitas,quæ muris,turribus, & aliis amplis ædificiis exstructa est, Cognationem habet cum verbo עור *Hur* excitauit, vnde עיר *Her*, vigil seu vigilans, & עיר *Har* excitans, vt aduersarius & hostis ciuitati imminens ciues & oppidanos sterrentes excitare solet. Ab *Hir* ὁρέω,ῥύω,custodio, libero: nam in ciuitate munita custodiuntur & libera manent, quæ in ea continentur. קריה *Kirja*, & קרת *Kareth*, ciuitas,vrbs,à קורת *Koroth*,id est. tignorum constructione, à verbo קרה *Kerah*,contignauit, fecit trabes seu tigna inuicem occurrere. Inde Phœnicibus & aliis Orientalibus *Kartha*. Vide Karthago. πόλις, vrbs, ἀπὸ τοῦ πολεῖν, vertere,quod muris sit vndique cincta,vel quòd in ea homines versentur. Vel (vt quidam volunt) ab עפל *Hopel*, id est, propugnaculum, munitus locus, ortum ducens ab *Hapal*, id est, exstruxit munitionem altam, ædificauit munimentum seu turrim in loco edito intra fauces montium, per quas transire oportet. Ita enim veterum plærique suas vrbes exstruebant, situ & locorum naturâ inexpugnabiles. Quæ autem prima vrbs in mundo condita fuerit, lectori studioso considerandum hac sectione παρέργως addita relinquimus. Hanc Moses ait, Genes. cap. 4. v. 17. à Caino primogenito Adami ædificatam, & Enochiam vocatam. Græci condendarum, & conseruandarum rationem ab antiquissimo suo Ioue, Saturni filio, repertam & traditam fuisse scribunt. Iouem illum verò fuisse Cainum in voce Dij Gentium demonstrauimus. Hyginus, lib. de Fab. cap. 275. primam ab antiquissimo Ioue ædificatam fuisse tradit, & quidem in India ac Oriente latissimam, quæ Thebæ, Thebaidæ,& Hecatompylæ dictæ fuerint. Eodem pertinet quod ille Iupiter ab Ethnicis πολιεὺς, vrbium fundator nuncupatus est,& ἑρκεῖος ἀπὸ τοῦ ἕρκους, quod septum & vallum significat, quippe qui rationem excogitauerit variis periculis arcendi ab vrbium incolis, vt Phurnutus lib. de Nat. Deor. & Pausan.lib.4.5. 10. Ante diluuium au-

rem vrbes in mundo fuisse constructas docet Plato in Protagora & lib. 3. de legibus. Ait enim infinitum esse temporis spatium, quo vrbes inter homines esse cœperunt, vsumque habuisse etiam inter φ ἀρχὴν τὴν τῶ κατακλυσμῶ ποτὲ γενομένην: id est, ante eam humani generis cladem, quæ per celebre illud diluuium quondam contigit, nec aliud sentit Diodor. Sicul lib. 1. cap. 1. Dum ait homines paulò post quàm feras sibi infestas sentirent, habitacula tuta, & vrbes sibi comparasse. Hoc ipsum est quod dicit Plato, nullas quidem in mundo fuisse vrbes prima illius ætate, & ante hominum intemperiem: verum postquam immorigeti & inobsequentes esse cœpissent, tunc vrbes & præsidia sibi excogitasse. Propter metum hostium & ferarum vrbes vallis & muris munitæ sunt: deinde vt alij aliorum commodis inseruirent suaque facilius procurarent negotia. Horatius hæc paucis indicat, lib. de arte Poët.

Fuit hæc sapientia quondam
Publica priuatis secernere, sacra profanis,
Concubitus prohibere vagos, dare iura maritis,
Oppida moliri, leges incidere ligno.

Plinius lib. 6. cap. 16 prope Bactros in Oriente cōstituit Henochios, sic enim legendum, non Heniochios, atque idem eodem lib. 20. Collocat in India Orientali Nodumbas populos. Hæc autem plane cum Mosaicis Enoch & Nod conueniunt. Deinde quod & Plinius & Pomponius Mela distinguunt Heniochios populos ab Henochiis seu Heniochiis. Nam Heniochij à Mela lib. 1. cap. 22. collocantur cis mare Caspium, vicini Colchis & Alanis populis. Idem occurrit apud Plinium, lib. 6. cap. 4. & 11. & Strab. lib. 2. & 11. Hi populi ex posteris Abrahami & & Cethuræ oriundi putantur. Genes. 25. 3. 4. At Henochij seu Henochæ (vt vocat M[illegible], lib. 1. cap. 2.) fuit in vlteriore Oriente trans mare Caspium. Hos verò fuisse vrbis illius Enochæ (vt etiam Ioseph. lib 1. cap. 4. antiquit. & D. Augustinus lib. 15. ciuit. Dei, cap. 8. scrib.) verissimas reliquias & tanquam ex notissimo orbis terrarum naufragio tabulas in ipsis Ethnicorum scriptis fit verisimile. Enochiam verò nonnulli in ea regione Orientis sitam fuisse putant, in qua est vrbs Cambalu, quæ nunc vocatur, & Orientalis Scythia seu Tartaria. Porrò falluntur qui aliam vrbem primam omnium statuunt, velut Phœnices suam Byblida, vt ait Eusebius lib. 1. cap. 7. præpar. Euang. Athenienses & Græci Cecropiam, Plin. lib. 7. cap. 56. Latini Saturniam & Ianiculum, Virgil. lib. 8. Aeneid. Peloponesij Argos, Ninum Assyrj, Babylonem Chaldæi, Thebas suas Aegyptij. Hæ enim tunc Enochia Caini longè recentiores, & aliquot seculis post diluuium ædificatæ: deinde non primæ omnium, sed in his demum populis quarum fuere metropoles, primæ conditæ. Nos autem de omnium prima quærimus.

Vrias illuminatus à Deo. Etenim אור *illuxit*, יה *Deus*.

Vrina, quæ nihil est aliud, quam serum humorum contentorum in venis hepatis, materiæ potulentæ permixtum, quæque non nihil biliosi excrementi ex alimenti coctione in hepate est nacta, tandem vero per varios meatus excreta, vt purior reddatur sanguis, quorundam iudicio appellata videtur, quod vrat ex[illegible]ndo. At verisimilius Græco [illegible], quod nobis est *mingere* deduci. Plura de ea Medici.

Vrinator, quo vocabulo [illegible] micis, *libr. 8. cap. 1. 6.* M[illegible] *4. §. 1. ff. ad l. Rhod.* [illegible] est *se mergere in* [illegible] *re*, appellationem accessit. [illegible] eum Manlius Astrono[illegible] versibus:

Con[illegible]

Corpora qui mergunt ... , ipsumque sub ant ...
Nerea ... noreas conātur visere nymphas,
Expo...que maris predas & rupta profundo
Naufra...ia, atque imas auidi s...rutantur arenas.

Talem fuiſſe Glaucum Polybi filium ex Eubœa piſcatorē ſcribit Palęphatus, qui rudi illo ſeculo facile diuinitatis opinionem comparauit, quod aquis ſe condens, & per l...nga maris ſpatia ſecreto natatu ad inſulam quādam cultor...bus va...iam, penetrans, tandemque rediens ad ſuos, ſe apud maris Deos fuiſſe profiteretur. Fuit & talis Nereus, & eximius ille Phoceus apud Lucanū *sub ... n. l b. 3.* Plurimi quoque tales Palmarum feſto Venetiis deſiliunt in mare, fundumque petentes, referunt tandem ad d...cem annulos & alia Similia in mare coniecta. Ita ranæ, phocæ, & mergi diu ſub aqua vrinantur. Et quia vrnæ etiam in aqua haurienda vrinant, videntur quoque Grammaticis ab eadem origine deducere nominis auſpicium.

Vrtica ab vrendo. Græcis ἀκαλήφη, & κνίδη. Apud Theophraſtum ſæpe ἀκαλήφην legas. Folia eius trita adiecto ſale canum morſibus medentur. Gangrænas & carcinomata ſanant, & ad narium profluuia faciunt trita cum ſucco & illita naribus. Semen delinctum cum melle tum orthopnœæ, tum lateris & pulmonum inflammationi prodeſt, & thoracem expurgat, *vt Dioſcorides ſcribit.*

Vſi... rex Iudæ in patris Am...iæ locū ſuffectus anno 138 ... tertium mundi millenarium, & ſigni...ans ... *bur I. houa*, compoſitum nomen habet ... *corroborauit*, & ... Deo.

Vſura ab vſu æris, id eſt, *pecuniæ*, deducta Latinis. Græci τόκ... vocant, id eſt, *partum*, Hebræi נשך *mo...ſ...m*, quod mordeat atq; arrodat homi...is ſubſtantiam. Huius apud Romanos ſpecies fuerunt multæ: Nam cēteſimæ dictæ vſuræ, cum ſortis centeſima pars ex ſingulis centenis numis rediret in ſingulos menſes, atque ita centum aurei præſtarent in annuum aureos duodecim. Quibus equidem aſtipulatur Harmenopulus, *Epitom. libr. 2. tit. 7. & l. vnica, C. de rei vxor. act.* Ab his diuerſæ fuerunt, quas dicebant ſemiſſes, quaſi dimidias centeſimas, quę de ſingulis centum ſex aureos dabāt quotannis. Vt quidem mēſtrua eius vſura pars ſortis ſit ducēteſima. Plinius ſcribit *l b. 14. cap. 4* ſe cum eiuſmodi vſuras accepiſſe a ſuis debitoribus. Vnde & vſuræ fiſcales ſolent dici. Docte de illis diſſerit Hermolaus Barbarus *ex 4. Columellæ de re ruſtica. prædicto Plinij l. co.* Erant & quincunces vſuræ, quæ de centum reddebant aureos quinque, *l. 7. §. qua autem, ff. de adminiſtrat. tutor.* Has trientariæ, vel trientes ſequuntur, cum 4. numi penduntur in ſortem aureorum centum. Capitolinus ſcribit *in Alexandro*, exercuiſſe eū trientarium fœnus, vt æquiſſimum leuiſſimumq; ad vſum Reipublic. Vſuratum talium facit mentionem Paulus, *l. ſi heres, ff. ad leg. Falcid.* Sed & quadrantes vſuræ in vſu fuerunt, quæ tres tantum aureos de centum vertente anno pendebant. Item ſeptūces, cum ſeptem nomine eiuſdem ſummæ: Et beſſes, cum octo, *l. pen. C. de vſur.* Denique dodrātes, cum nouem. Sintne licitæ vſuræ, quæri ſolet & diſputari maxima contentione. Ariſtoteles damnat, vt repugnantes naturæ. Damnāt meliores literæ. Prohibent generaliter & Canones ſcripturis nixi. Contra permittunt leges, & quidem in mutuo, ſed certo modo, nempe ſi ſtipulatione promiſſæ fuerint, *l. ...nus, de vſuris*, itque ea qu antiquitate, quā præſcripſerunt leges. Quid? Lex ergo inferior derogabit ſuperiori? Nequaquam. Id ſciendum, prohiberi diuino iure vſuras in mutuo ſolo, quod eſſe debet gratuitum. Ait enim Dominus Lucæ 6. *Mutuum date nihil inde ſperan-*

tes.Et Dauid *Psalmo.16.* inter commendationes eius.qui sit inhabiturus tabernaculum Dei, montemq; sanctum, ponit id etiam, quod *pecuniam suam ad vsuram non dederit.* prætetea prohibentur eatenus, quatenus mordēt proximum, hoc est, *exhauriunt, spoliant, emungunt.* Peruntur autem iure ciuili, vt interesse, maximè si contractus, ex quo res aliqua debetur, bonæ fidei fuerit, aut si debeantur ex legato aut fideicommisso. In talibus enim vsuris petēdis æquiparantur illa bonæ fidei iudiciis, *leg. minor. C. in quibus caus. restit. in integr. non est nr.* Ceterum petendæ illæ damni vitandi, non lucri captandi caussa, iudicis sane officio, non actionis iure, *l. socius, qui ff. pro socio.* Quæ pauca vt hic adiicerem, pretium operæ futurum existimaui.

Vsusfructus qui seruitus est personalis, à re scilicet debita personæ, & à proprietate separata, vnde nomē obtineat, facile is intellexerit, qui dictionem cōpositam resoluere in simplices non detractabit. Est autem ius rebus alienis vtendi ac fruendi, salua rerum substantia. Pendet enim ex corpore, quo sublato tolli & vsumfructum erit necesse.

Vas ab vuido dicta Grammaticis.

Vulcanus quasi volicanus dictus est Seruio, quod præ se ferat in volando canitiem. Siquidem is ignis, quo vtimur, & qui adhærescit materiæ, aeri tamē permixtus, est Vulcanus. Homerus nominat κλυτοτέχνην, *artificem*, διὰ τὰ περίκλυτα ἔργα, ἢ λυσιτελῆ πρὸς ἀπαρτισμὸν ὁ εἰς πῦρ ἐκλαμβανόμενος ἥφαιστος, inquit Eustathius. Varro à maiore vi ignis & violentia nomen hoc eum accepisse tradit. Auctor hic artis fabrilis fertur, imo ignis iuxta Ægyptios, *vt scribit Diodorus*, quod sine igni nullum metalli genus, aut fundi, aut extendi queat. Ideo de eo Prudentius:

Ipse ignis, nostrum qui seruit ad vsum,
Vulcanus perhibetur, & in virtute suprema
Fingitur, ac delubra Deus & nomine, & ore,
Assimulatus habet. nec nō regnare caminis
Fertur, & Æolia summus faber esse, vel Etna.

Cicero recenset quatuor Vulcanos *4. de natur. Deorum*, vnum cœlo natum, alterum Nilo, qui & Ægyptiacus est dictus, tertium Iunone & Ioue, qui præfuisse traditur fabricæ *Lemni*, vnde *Lemniacus* audit, & quartum Mœnalio, quī insulas Vulcanias prope Siciliā tenuit. Ex his omnibus celeberrimum, & ab antiquis tantopere cultum crediderim, qui Ioue & Iunone fertur natus. Eum quoque intelligunt Poëtæ, quotiescūcunque mentionem Vulcani faciunt, tenuisse Lemnum, inque eam insulam, siue à Ioue, siue à Iunone deiectum cœlo, eo ex lapsu claudicasse, fabricam ferrariam exercuisse Herculi, Achilli, Æneæ arma cudisse, deprehensam cum Marte Venerem in adulterio innexuisse catenis, & varia ipsi oblata fuisse sacrificia, erectaque templa. Ideo apud Homerum tam Iouem φίλον πατέρα nominat, quam Iunonem φίλην μητέρα. Iunonis filium esse canit quoque Hesiodus in Theogonia.* De aeris & ferri, nec non artis fabrilis inuētoribus varia inter Græcos & Latinos scriptores disceptatio. Sed illud constat inter omnes Ethnicos eum Vulcanum, quem in numero Deorum maiorum Gentium adscripserunt, fuisse vetustissimum, quē Iouis (id est, Caini, vt alibi dictum est) filium propterea vocant. Quoscunque enim fingunt antiquissimos, eosdē Iouis vel Cœli filios comminiscebantur. Ab huius primi Vulcani nomine alij Vulcani postea dicti sunt, iste multis seculis iuniores. Hic verò Vulcanus antiquissimus est, vt nomen ipsum ostendit Tubalcainus Mosis. Ab hoc igitur Vulcano ærariam & ferrariam artem, atque adeo eiusmodi conficiendorum instrumentorum, quæ sacra historia paucis attingit, rationem primum repertam esse ipsimet Ethnici fatentur. Itaque ferreos & æreos opifices illi cōsectatores esse docet Plato, lib. 11. de Legibus.

gibus. Quare sic pingebatur, vt refert Albericus lib. de Imaginibus Deorum, fabri similitudine, malleū manu tenēs, & ad latus officinam habēs ferrariam. Hunc ἥφαιςον Homerus appellat: & Iliad. libr. 18. mentio fit admirandorum tripodum à Vulcano fabrefactorum. Sed & arma ab eodem Diis facta scribit ex Ethnicis Lactātius lib. 1. cap. 17. quamquam Pausanias Lib. 9. ait nullū in tota Græcia egregium Vulcani opus extare, præter sceptrum Agamemnonis. Nos autem non de Græciæ Vulcanis, qui recentes sunt, sed de antiquissimo, quem fortasse respiciunt Homerus & Lactantius, loquimur. Ergo hic est Vulcan⁹, qui etiam ab Augustino Deus artium ex Ethnicorū mēte nominatur, lib. 4. de Ciuit. D. cap. 10 Quod & ante eum Plutarc. in Tr. de aquę & ignis cōparat. Dixit. Nam vsum ignis ad fundēdum & conflādum metalla, primus inuenit Vulcanus iste, vt ait Lactant. lib. 2. cap. 6. & lib. de ira Dei, capit. 13 Ignis item vsu reperto, facilè fuit artes ferrarias & ærarias inuenire, vti Plato, & Diodorus sicul. lib. 1. c. 1. demonstrant. Porrò quum Vulcanus ex Tubalcaino manifeste formatus sit, inepta est eorū etymologia, qui Vulcanum quasi βουλικαπνον dici putant, id est, hominem fumi fuliginisque cupidum. Phurnutus ἥφαιςον ab incendendo dictum arbitratur, nempe ἀπὸ τοῦ αἴθειν, quod & spirare & inflammare significat. Melius Plato in Cratylo ἥφαιςον deducit à verbo φαίνειν, & φῶς, quod quum igni præsit Vulcanus, Luci quoque præfectus est. Est enim ignis naturæ lucidus & calid⁹. *Nahama*, Tubalcaini soror nominatur apud Mosen à verbo נעם *Nahā*, id est, amœnus, iucūdus, venustus, suauis & gratus fuit. Et *Naham*, est amœnitas, iucūditas, suauitas & *Nahamanim*, iucunditates, suauitates. *Nahama* igitur pulcra, formosa, venusta, & cuius consortio delectantur homines. Hæc autē soror & coniux Tubalcaini, postea Venus ab Ethnicis Vulcani vxor ficta est.] At cur præcipitatus cœlo ob singularem deformitatem exceptus fertur à Lēniis? Terra illa perpetuis fulgurationibus fulminibusque obnoxia, quæ cudere & fabricare creditus Vulcanus, calidaque insuper terræ natura, quam inde sigillatam, Medicisque ab ea, qua pollet aduersus venena, facultate summopere commēdatam ferunt. Cur autem claudicat vtroque pede apud Homerum? Scilicet ignis nunc in dexterā, nūc in læuam agitatur dum aerem perrumpere contendit. Eundem Deum facem in nuptiis ferre dixit Euripides in Troadibus. Currentium quoque certamina facibus accēsis in honorem Vulcani celebrari solebant, quę dicebantur Lampadophoria, quorum mentionem in Vrania sua fecit Herodotus. Si cui in cursu isto ad metam propositam instituto sūmo studio exstincta fuisset fax, cum infamia supersedebat cursu & sequenti lampada suum ex certaminis lege tradebat, id quod Lucretius innuit *libro 2.* scribēs: *Et quasi cursores vitia Lāpada tradunt.* Etsi in Promethæis & Panathenæis simili modo lampades ferre consueuerint. Templum ei Romæ vouisse Titium Tatium, scribit Varro & Dionysius Halycarnassæus seruus eius, *libro 2.* Plutarchus in *Quæstionibus q. 47.* prodit, Romulum eidem fanum extra vrbem erexisse, forte vt Deus ignis, à quo Romę primis illis temporibus maximum erat periculum, coleretur quidem, sed assignato extra vrbem loco: vel quod arbitraretur propter simultatem adulterij, nolle eum coli sub eodem cum Marte domicilio. Apud Festum legas quotannis mense Iunio trās Tiberim piscatorios ludos fieri solitos à Prætore vrbano pro piscatoribus Tiberinis, quorum quæstus non in marcellum peruenit, sed fere in aream Volcani, quod id genus pisciculorum viuorum datur ei Deo pro animis hominum.

Vulpes

Vulpes deflectitur auctoritate Grammaticorum à volubili & tortuoso gressu. Sed Græci à fallendis oculis deducunt, nempe παρὰ τὸ ἀλᾶν τὸ ϖλαιᾶν τοὺς ὦπας. Ad quod etymō alludit Flaccus ad Pisones, cum inquit, *Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.*

Vulua videtur Isidoro dicta quasi *valua*, id est ianua, qua semen infertur, & fœtus in lucem effertur. Præcipue autem dici solet de bestiis, sicut *vterus* de mulieribus.

Vxor ab vngendo dicta, quasi vnxor, prout Polydorus Virgilius affirmat *de inuent. rer. lib. 1. cap. 4. Sponsa enim olim postes domus coniugalis vngebat adipe suillo, quod sic ab ea mala depulsum iri arbitrarentur.* Ita ille. Ego autem ex Seruii *in 4. Aeneid.* commentariis percepi nubētes puellas, simul ac venissent ad limen mariti, laneis vittis postes ornasse, atq; adeo oleo vnxisse, & inde dictas vxores, quasi vnxores: A Massur. & Plin. proditum, *non axungia aut oleo, sed adipe lupino solitas nouas nuptas inungere postes, ne quid mali medicamenti inferretur.* Alexander ab Alexand. obseruatis his omnibus, inunctas scribit fuisse ianuas oleo & adipe suillo, vel lupino, ne pestis aliqua perniciosa ædibus irreperet. Huic vnctioni & vnxiam Deam præesse voluerunt. Quo merito Arnobius noster *3. aduersus gētes*, propter ineptias illas exclamet: *O egregie numinum & singularis interpretatio potestatum, nisi postes virorum adipali vnguine oblinerentur à sponsis, nisi virginalia vincula iamferuētes dissoluerent, atque imminētes mariti, nisi potarent an manderent homines, Dij nomina non haberēt?* Vide & Martianum Philol. 2. vbi *Herducam, Domiducam, Vnxiā, Cinxiā* Deas omnes à mortalibus puellis conuocari scribit, postesque inungi, quo faustum omen affigant. Sed quid tādem vnctione peracta? Quoniam religioni habebant attringere limen, trāsgrediebatur noua nupta, atq; ita inducebatur in ædes. Sic enim Sabinas limē transgressas, aiunt, *vt præter alia Plutarchus docet, ἐν τοῖς αἰτίοις.* Tum claues illi tradebātur in manus in signum custodiæ, & dispensationis omnium rerum domesticarū, *vt explicat Sext. Pompeius*, vt e diuerso claues adimebantur, cum nūtius ipsi remittetetur. Indicat id Cicero *3. in Antonium oratione*, cum inquit, *Mimam exegit, claues ademit, res suas sibi habere iussit.* Ab hac vetusta consuetudine ducendi vxores domum, dicimur adhuc *ducere vxorem*, sicut ex compluribus Plauti locis probari possit. Dicebant ad eam esse *in manu*, id est, potestate mariti. Porro vxorum duo genera tradit Cicero *in Topicis*. Vnū, quod proprie vxor dicebatur, Alterū, quod materfamilias. Ad quem locū notat Boetius, tribus modis vxorem haberi, *vsu, farre, coemtione*, de quibus alias dictum prolixius. Ipsa vero vxoris & viri perpetua coniunctio sobolis procreandæ & vitādæ fornicationis gratia legitimè instituta, dicitur coniugiū, de quo plura suo loco. *Vxoria forma* dicitur stata & mediocris: V*xorius maritus*, qui se totū ad vxoris arbitrium fingit & accōmodat. Virgilius, Æneid. 4. *Pulchramque vxorius vrbem Exstruis.* Ita *vxoriam amicam* dixit Horatius, ab eodem vxoris nomine V*surariam vxorem*, nominatam inuenio a Plauto in Amphitr. argumento, quam quis velut mutuatitiam accipit, sicut *vsuraria pecunia*, quæ ad vsum accipitur mutuo.

X.

XEnia, hospitalia munera cum Græcis, tum Latinis. Est enim ξένος hospes *Xenium* appellat Apuleius donum. Apud Iurisconsultos accipiuntur pro muneribus, quæ offerri solent prouinciarū rectoribus. *l. 6. §. §. ff. de off. proconsf.*

Xenochiū, ξενοδοχεῖον, τῶν ξένων δοχεῖον *hospitum receptaculum*, quod hospitale iam vulgo vocant.

Xeria arida medicamenta, quæ pulueris in modum inspergunturi, alio nomine

idcirco *καταπάσματα* dicta. Nam ξηρὸν *aridum* appellant Græci. Hinc rursus ξηροκολλύριον, id est, *collyrium ex aridis medicamentis constans*, & ξηρόμυρον *vnguentum siccum ex siccis constans aromatibus*, denique ξηροφθαλμία, *arida lippitudo*, in qua oculi subaridi neque tument nec fluunt, sed rubent tantum, cumque dolore quodam leui & prurigine grauescunt.

Xylobalsamum τὸ τοῦ βαλσάμου ξύλον, *balsami lignum.*

Xystici athlethæ qui in xystis, id est, porticibus per hyemem se exercebant. His quosdam fuisse præfectos, qui dicebantur ξυστάρχαι constat ex vetusta inscriptione marmorea Romæ, quam nobis communicauit apprime doctus Petrus Faber *Agnosticon 3. capit. 15. sub finem.*

Z

Zacharias hominem significans Dei tactum memoria, nominis sui auspicium deducit, à זכר *meminit*, & יה *Deo.*

Zareptha alias *Zarephat*, Sidoniorum ciuitas nomé obtinés ab vstrinis seu metallciis officinis deducitur à צרף *exussit*. Sita fuit, *vt scribit Ioseph. libr. Antiqu. 2. cap. 13.* inter Tyrum atque Sidonem, celebris iam vidua, ad quam Heliam venisse meminit Christus *Luc. 4.* Vinú eius celebrat Sidonius his versibus:

Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Phalerna,
Quæque Sareptano palmite missa bibas.

Zedecias צדקיה, *iustus Dei.* Etenim צדק *iustum* aliquem esse significat: vnde הצדיק *iustificauit.* at יה vnum ex Dei nominibus.

Zelotypia dictio Græca, sed recepta Latinis compositionem agnoscit ἐκ τοῦ ζήλου *æmulatione*, καὶ τύπου *forma.* Oritur ægritudo ista animi in iis, qui ita amãt, vt non patiantur cósortium in re amata, vel potius, *vt Cicero scribit Tuscul. 4.* inde initium trahens, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupiuerit. Talis Hyarbas apud Iuuenalem *Satyr. 5.* Talis stolidus ille maritus, qui cóspicatus candidissimã ceruicẽ Iustinæ nobilissimę puellę à se in vxoré ductæ. & inclinãtis se ad calceũ soluẽdũ, furore correptus prę mera zelotypia tenerã cóiugẽ horribiliter trucidauit. Morbo eo animi laborasse etiã Hebręos cõstat ex literis sacris, qui suspectã habentes cóiugé adulterio, deducebant ad sacerdotẽ, vbi oblato iuramẽto cogebatur pręsẽte viro aquã bibere criminis huius indicé. Si n. crimini erat obnoxia corripiebatur marcescente ventre, aqua intercutanea.

Zephyrus ventus ὁ ζωὴν φέρων quasi ζωοφόρος, *quod vitam ferat, vel alimentum necessarium ad vitam, vt sentit Eustathius.* Hinc vẽtũ hũc δυτικὸν flantẽ ab æquinoctiali occasu appellat Plinius *genitalẽ mũdi spiritũ.* Dictus idẽ Latinis à fouendo Fauonius, quod sata & animaliú corpora suo colore foueat. Sic iuxta Maronẽ:

Vere nouo gelidus canis cũ montibus humor
Liquitur & Zephyro putris se gleba resoluit

Sunt qui Argestem appellãt, *teste eodem Plinio:* At alij separant a fauonio, dicũtque eos finitimos esse. Ex qua sententia Plutarchus in Sertorio: *qui à mari perflant Argestæ Zephyri, raros & temperatos imbres ex pelago afferunt.*

Zeugma Syriæ oppidum ad Euphratẽ à ζεύγνυμι iũgo nomen inuenit, eo quod iuncto ibi catenis Euphrate traduxerit exercitũ suũ Alexãder. Stephani verba de eo sunt: ζεῦγμα πόλις Συρίας, ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ ὃ, Αλέξανδρος ζεύξας ἁλύσεσι διεβίβασε τὰ στρατεύματα. Pellaũ nominat Lucanus, quod à Pelleo, i. Alexãdro cõditũ sit. Est & genus figuræ eiusdem nominis Grammaticis notum. De eo plus quam satis apud Iulium Firmicum & similes alios.

Zodiacus, circulus cœli obliquus Aristoteli, seu λοξὸς κύκλος, Lucano & Claudiano *signifer*, quippe duodecim in se signa complectens, quæ ζώδια δωδεκατημόρια nominant Græci non tam ἀπὸ τῆς ζωῆς, i. *vita* nomen adeptus, quod

Planetarum & corporum cœlestium motus his inferioribus vitam impertiat quam, *ἀπὸ τῶν ζωδίων* animalibus quo nomine Proclus significauit ἀστερισμὸν seu *σχῆμα* Ptolemæi, hoc est, *astrum* aut potius configurationem ex pluribus vicinis stellis conflatam. Excogitatus hic circulus ab Astrologis maxime ob planetarum motum, quod esset omnium eorum via. Etsi Plinius prædicet primum eius inuentorē fuisse Anaximandrum Milesium. Signa eius sunt duodecim, quorum singula continent in se gradus triginta, atque ita totus in ambitu circulus complectetur ex Ptolemæi primi omnium inuentione gradus 360. Quod vero in duodecim partes æquales zodiacum diuiserint, sciendum quidem factum id esse duce & magistra Luna, *vt docet Plinius lib. 2. cap. 9.* quod hæc toties assequatur Solem, eique coniungatur, priusquam zodiacum percurrat. Quod etiam zodiaci signa animalium nomina ferāt in caussa est cōstellationum virtus & proprietas animalibus illis conueniens, à quibus denominationem habēt. Ordinem eorum elegantissimis hisce versibus depinxit nobis Poëta Manilius:

Aurato Princeps Aries in vellere fulgens,
Respicit admirās aduersum surgere Taurū,
Summisso vultu Geminos, & fronte vocātē:
Quos sequitur Cācer: Cācrū Leo: Virgo leonē:
Æquato cum Libra die cum tempore noctis
Attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro,
In cuius caudam contentum dirigit arcum
Mixtus Equo, volucrē missurus iāq; sagittā.
Tū venit angusto Capricornus sidere flexus.
Post hūc inflexā diffundit Aquarius vrnā,
Piscibus assuetas auide subeuntibus vndas,
Quod Aries claudit tangentes vltima signa.

Aries ergo zodiaci principium est secundum Astronomos, & quidem nobilius reliquis punctis Cardinalibus cum ob alias rationes, tum quia verisimile sit multis mundum à Deo creatum Sole tenente primum Arietis punctum, Deúsque adeo in lege Mosis præceperit, vt sumerent Iudæi initium anni, cum Sol esset ingressus Arietis signum & eo quoque tempore paschalis celebritatem peragerēt, cum prius ad Ægyptiorum imitationem inchoassent annū ab Autumno. Atque hæc præcipua sunt, quæ hic communicanda duxi Philologis. Reliqua ab astrologiæ scriptoribus petenda.

Zona. Inter muliebria ornamenta est zona Iurisconsulto *παρὰ τὸ ζωννύειν*, id est, *cingendo* accepto nomine. Hac se enim mulieres cingere ventrémque astringere solebant iuxta Martialis illud:

Longa satis nunc sum, dulci sed pōdere vēter
Si tumeat, fiam tunc tibi Zona breuis.

Et Ouidius Fastorum 2. de Omphale suas Herculem vestes induente:

Dūq; parāt epulas, potādaq; vina ministri,
Cultibus Alciden induit illa suis.
Dat tenues tunicas Getulo murice tinctas,
Dat tenuem Zonam, qua modo cincta fuit.
Ventre minor Zona est: tunicarum vincla relaxat,
Vt posset magnas exseruisse manus.

Sed vt virorum fuit zona, quod in ea nummos secum deferre solerent. Vnde in ἀχρημάτους prouerbium vetus, perdidit zonam. Et quamquam Porphyrion vetus Horatij scribat à militum id consuetudine sumtum, qui quidquid habent, in zona secum portant, *vt monet Erasmus*, haud putandum tamen solos id milites fecisse. De Vitellio ait Suetonius: *Zona se aureorum plena circumdedit*, *quod etiam ex Æliano liquet*, cum inquit, τὴν ζώνην τοῦ χρυσίου, ἣν ἐπήγετο ὁ ξένος ὁ πανδοχεὺς ἐθεάσατο, *caupo obseruauit, an hospes Zonam secum portaret auro grauem.* Vetuit & Christus *Marci 6.* suis duodecim in zonis æs gestare. A. Gellius quoque, *cap. 12. libr. 15.* ex oratione quadam Tiberij Gracchi ad populum: Itaque Quirites, cum Roma profectus sum, zonas, quas argenti plenas extuli, eas ex prouincia Sardinia inanes retuli. Sunt porro mundi zonę siue segmenta,

quas

quas fascias, cingula, & plagas nominant alij, Cicero *in Somnio Scipionis* maculas, ab eadem Origine quoad nomen, deductas. De his canit Virgilius Georgicor. 1. hoc modo:

Quinque tenent cœlum Zonæ, quarum vna corusco
Sēper sole rubens, & torrida semper ab igni.
Quam circum extremæ dextra læuaque trahuntur
Cærulea glacie cōcretæ atque imbribus atris.
Has inter, mediamque, duę mortalibus ægris
Munere concessæ diuum, & via secta per ambas,
Obliquus qua se signorum verteret ordo.

His quinque zonis totidem plagas directe in terra suppositas canit Ouidius *Metamorph.* 1. atque harum quidem has habitabiles, illas non habitabiles. Nam quæ zona duobus Tropicis interiacet, dicitur *inhabitabilis* propter intolerabilem Solis inter Tropicos discurrentis calorem. Similiter inhabitabilis terræ plaga illi subiecta. Et vt duæ illæ zonæ inhabitabiles sunt, quæ à circulo Arctico & Antarctio circa polos mundi circumscribuntur, propter nimiam frigiditatem, maximè ab illis remoto Sole, ita inhabitabiles sunt terrarum plagæ illis è directo suppositæ. Sed habitabiles sunt duæ iuxta Astronomos, quarum vna Tropico æstiuali & circulo Arctico: Altera Tropico hyemali & circulo Antarctico est interiecta, idque propter frigoris & caloris temperiem, quod & de plagis ambabus illis suppositis intelligendum.

Zutphens sunt Adriano Iunio (*quidquid dicant alij*) eidem cum illis, quos alij vocant ὀυσιπέτας, Latini *Vsipetes*, Tacitus & Martialis *Vsipios*, Strabo ὀυσίπους, remanentibus vocis vestigiis, sed temperato mollius literæ s. susurro & velut mansuefacto per duplicem z. Vt rectè eos Frisiis vicinos Marlianus scripserit. Nomen habere creduntur à paludibus, quas Geldri nominant *Venen.* Sed suo hic quemque relinquo iudicio.

FINIS.




A01 1464 107